
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

II F 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Koninklijke
Bibliotheek
te 's Hage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

KW 291 F 76

M. TVLLII CICERONIS
DE OFFICIIS
LIBRI TRES
CATO MAIOR, LAELIVS, PARADOXA, SOMNIVM SCIPIONIS.

EX RECENSIONE

IOANNIS GEORGII GRAEVII.


Cum ejuſdem notis, ut & integris animadverſionibus

Dionyſii Lambini, Fulvii Vrſini, Caroli Langii, Franciſci Fabritii Marcodurani, Aldi Manutii, nec non ſelectis aliorum.

ACCESSIT

Favonii Eulogii Rhetoris Carthaginienſis in Ciceronis Somnium Scipionis diſputatio, nec non

Cælii Calcagnini diſquiſitiones in de officiis libros. M. Antonii Majoragii deciſiones contra Calcagninum. Iacobi Griffioli defenſiones Ciceronis contra eundem.



AMSTELODAMI,
Ex Typographia P. & I. BLAEV,
Proſtant apud WOLFGANG, IANSSONIO-WAESBERGIOS, BOOM, à SOMEREN, & GOETHALS.
M DC LXXXVIII.

Koninklijke Bibliotheek te 's Hage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

SERENISSIMO GALLIARVM DELPHINO.

IOANNES GEORGIVS GRAEVIVS.

AVguſtiſſimae familiae, unde genus ducis, Sereniſſime Delphine, tantus eſt ſplendor, tantae in omnibus terrae mariſque plagis, qua patet orbis, res geſtae, tot victoria-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

riarum ubique monumenta, non tantum priſcorum decorum majeſtate venerabilia, ſed tot novis laureis Magni Ludovici priorum claritatem obſcurantibus virentia, ut immortali gloria ſupra humanae dignitatis ſortem ad altius quoddam faſtigium ſit provecta, nec ulla videatur acceſſione reddi poſſe illuſtrior. Ea tamen de Te ſpes, ea gentium omnium expectatio eſt, Te, licet ad ſummum perducta gloria vix poſſit amplior fieri, virtute tamen & ſapientia non modo illam ſpem & expectationem, ſed Te ipſum ſuperaturum. In opinionem hanc, quam tam magnam de Te habent, non ſolos populares Tuos, ſed & exteros populos Tua divina indoles adduxit, quae quaſi ſollerti naturae manu ad magni imperii gubernacula tractanda eſt formata: dein ſtudium incredibile, quod poſitum fuit in excolendo Tuo ingenio, cum vere reputarent, ſicut laetiſſimas arbores in ſabuloſo aut uliginoſo ſolo, ſic omnium praeſtantiſſima ingenia incultu exareſcere. Flos totius Galliae, qui virtute, nobilitate, uſu rerum, artium togae & ſagi peritia eminebat, le-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ctus fuit ad fingendam teneram aetatem Tuam, & erudiendam ad ſummae in rebus humanis fortunae dignitatem ſuſtinendam cum plauſu & admiratione orbis terrae. Quin & quicquid aliis in regionibus Europae ingenii & eruditionis laude florebat, magnis praemiis invitabatur ad operas ſociandas in Te perpoliendo, ac omnibus animi ornamentis cumulando, ut omnes Te maximo orbis imperio dignum futurum, licet in illius ſpem non eſſet natus, crederent, perſuaſi non majores Te, ſed Te illuſtraturum majores. Nihil enim pulchrius & honeſtius, quam niti non magis nobilitate gentis, avitaque majorum gloria, quam ſua virtute, & majeſtatem imperii non tam rerum quae maximae ſunt olim geſtae, quam ſuis, ſuaeque ſapientiae, juſtitiae, moderationis in cives, ac benevolentiae in omne genus hominum fama tueri & propagare. Nulla certior faciliorque ratio eſt ſuperandi quicquid a majoribus actum eſt praeclare. Mirifica quoque ſibi cuncti ſpondent de altiſſimi animi Tui exaggeratione. In eam enim curam & cogi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

tationem toto pectore incumbis, ut ex regno non plus ornamenti Tibi accedat aliquando, quam ex Te regno. Nam hoc imbibiſti, unum ad immortalem gloriam, qua vivi conſecrantur Reges, curſum eſſe, praeſtandae ac tuendae beatitudinis populorum ſibi parentium, ut omnibus animi fortunaeque copiis affluant. Hoc enim Te docuerunt Regiae illae litterae, quibus a teneris annis ad imperandum es informatus, Regem beatiſſimum eſſe, qui beatum facit populum. Quis enim talem Regem non veneratur? quis non tanquam praeſens Numen colit? Quis non ei, cui vitam beatam fert acceptam, non ſe ſuamque vitam in omni temporum & fortunae varietate devotam oſtendit addictius eſſe, quam veterum Solduriorum veſtrorum vita devota fuit eorum patronis & amicis. In nulla re firmius praeſidium ſibi Rex invenit domi, quam in tanto ſubjectorum, quem publica felicitas parit, amore, nec foris majus gloriae decus. Eum enim laus, cultus & admiratio gentium omnium in coelum tollit. Haec quamvis Tibi ſint perſpectiſſima, qui hujus ſapien-

tiae

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

tiae praeceptis abundas dudum, ut officii Regii nullus Regis filius ſit intelligentior, non ſpero tamen Tibi ingratos futuros Tullii hos tres de officiis libros, in quibus percolendis ſtudium operamque collocavi, & quia Tibi, ut cetera olim deſponſa Tullii opera, debebantur; & quia non poterant non gratias Tibi Maximoque Parenti Tuo agere pro incredibili illa benevolentia, tam ſingularis honoris argumento teſtata, qua eorum, ut ita dicam, ſorores, epiſtolas Tullianas, meque, cui admiſſionalem quaſi teſſeram illae dederant, cum vobis traderentur, accepiſtis. His accedit, quod libri ſint ii, quos non modo in manibus habendos quotidie, ſed ediſcendos, non ad hominem ex plebe, ſed ad optimum, nobiliſſimum, & eruditiſſimum Principem, ad delicias generis humani, Titum, quae Tua laus eſt, ſcripſit non umbraticus quidam doctor, ſed amicus & comes Imperatorum Romanorum, qui omnem aetatem conſumſit in militia, & procuratione reipublicae, quique ſimul & in omni doctrinae & in omni officii genere perfectus fuit,

 Ca-

Cajus Plinius. Inter omnia ſane Tullii opera, ut ultimo loco, ſi a Philippicis diſcedamus, ſcripta ſunt, ſic primum ſibi vindicant. Litteris conſignata ſunt a ſene, qui tot annorum inexhauſto ſtudio, quod in omni liberali ſcientia perdiſcenda poſuerat ab aetate ineunte, ut primus in forum, curiam, ipſaque caſtra Philoſophiam Romae deduxerit; quique tanto rerum uſu, maximis rebus in gerenda republica, ad quam juvenis acceſſerat, adminiſtratis, exiſtimatur ab iis, qui vere de his poſſunt exiſtimare, tum temporis non ſolum ad ſummum culmen eloquentiae Romanae, ſed humanae ſapientiae perveniſſe. Praeterea tradunt artem, quae in artibus humanis omnium princeps eſt, artem vitae recte, ſapienter & cum dignitate colendae. Quam qui ignorat, licet omnem arcanae ſapientiae doctrinam in numerato habeat, abſtruſos naturae ſinus omnes perveſtigarit, motus coeli & curſus ſyderum, terrarum omnium ſitum, reconditos Pythagoreorum & Babyloniorum numeros teneat ad unguem, quin & civitates & regna moderandi ſcientiam

omnem

omnem exhauſerit, in vita tamen agenda perinde hallucinabitur, ac ſi in obſcuro & invio, nulliſque trito veſtigiis hominum ſaltu oberret, ut ſaepius ubi ſit, & quo ſe ferat, dubitet, ſaepius impingat, ſaepius in abrupta deducatur, non raro ſpecie veri virtutiſque aut ſe ipſe fallat, aut ab aliis fallatur. Nam quid ſequatur, quid fugiat, quid ſe deceat, quid patriae, quid aliis praeſtandum ſit, frequentiſſime non videbit. Quid quod artes ceterae, ſi haec non acceſſit, cultoribus ſuis majorem nonnunquam attulerunt perniciem, quam fructum. Iſtam artem cum promittant hi libri Tulliani, ab omnis ordinis hominibus, qui ſapientiae ſtudiis dediti fuerunt, ab omni temporum, quibus prodierunt in lucem, memoria in omnium optimis & generi humano fructuoſiſſimis ſunt numerati, praecipue cum fontes inaruerint, ex quibus ſuos fundos irrigavit Tullius, in foeda illa tempeſtate barbariei. Optimus ſane Imperator Alexander Severus, qui moderatione, prudentia, & doctrina vix ulli Romanorum Imperatorum fuit ſecundus, quicquid a curis

pu-

publicis excepti & ſubſecivi temporis dabatur, in nullo Latinorum ſcripto lubentius conſumebat, quam in hoc, quod de officiis Cicero prodidit. Divus Ambroſius, Mediolanenſium ille magnus antiſtes, quid aliud egit in ſuis ejuſdem argumenti libris, quam quod haec praecepta Ciceronis in Chriſtianae religionis uſum retulerit, & ipſis fere Tullii verbis traduxerit. Hinc non dubitavi immortale hoc Tullianae ſapientiae monumentum Tibi, Sereniſſime Delphine, offerre. Quod ſi ea fronte id exceperis, qua ſummi hominis alia ingenii monumenta, cum Tibi offerrem, excepiſti, fortunam ipſam meis fortunis anteibo. Deum veneror ut Tu, Principum decus, cum tota domo Auguſta diutiſſime felix vivas & valeas. Trajecti A. D. X. KL. Iul. CIↃ IↃCLXXXVII.

L E-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

LECTORI BENEVOLO S.

EN tibi, Lector, Ciceronis de Officiis libros, cum Laelio, Catone, Paradoxis & Somnio Scipionis, qui iis ſolent ſubjici. Prima mihi cura fuit ut labes, ſi quae poſt tot doctorum hominum curam etiamnunc contextui adhaererent, quanto potuit eluerentur ſtudio; dein ut cum ex veteribus Philoſophis, Stoicis praeſertim, tum ex recentioribus, qui hanc Philoſophiae partem ſcienter & non ineleganter excoluerunt, illuſtrarentur, additis iis, quae viri eruditi antehac ad libros hos expoliendos & explanandos contulerunt. Interdum etiam Ciceronis ſententiam iniquius impugnatam aſſerui, non quod Deus quidam mihi ſit ἀναμάρτητος Cicero, cujus & ipſe quaedam improbavi, ſed quod deprehendi, nonnunquam male mentem ejus nonnullos cepiſſe, nonnunquam perverſe damnaſſe quae tradebat, ablatos opinionibus hujus vel illius ſectae Philoſophorum, quam ſolam veram vidiſſe ſibi perſuaſerant. In primi muneris functione mihi prae ceteris profuit editio Caroli Langii, quae omnium eſt emendatiſſima. Plurimos enim is conſuluit vetuſtiſſimos codices, & vir fuit acris judicii, doctrinaeque ſingularis. Sed multum quoque debeo membranis pervetuſtis, quanquam laceris & mancis, quas aere ſuo comparatas mihi miſit frater optimus & cariſſimus, Godefridus Graevius, qui in Lipſienſis Senatus tabulario praefectis locum primum tenet, & cultioribus litteris deditus ſemper fuit, cum alio membranaceo Ciceronis codice, ſed ut recentiore, ſic notae longe deterioris. Antiquiorum membranarum ope nonnullas inveteratas depravationes, quae omnes adhuc contaminabant editiones, auſpicato, ut puto, ſuſtuli. Vſus etiam ſum editione minore Gryphi anni 1550, & Argentoratenſi Lambini. Vtriuſque margini Petrus Pithoeus adſcripſerat va-

rias

rias lectiones, quas ex duobus codicibus excerpſerat: inter quos optimus fuit, cum quo Gryphianam commiſit, quod ex animadverſionibus noſtris facile cognoſces. Illas mecum communicavit Vir Clariſſimus & amiciſſimus Eduardus Bernhardus Oxonienſis Academiae lumen. His acceßit editio prima, quae Moguntiae a Ioanne Fuſt edita eſt anno 1465. *Illa mihi commemoranda fuit, quia mentionem ejus nonnunquam feci. Alioquin tanti non erat ad noſtrum inſtitutum, cum non ſit ex exemplari meliore deſcripta. Novi eſſe, quibus non modo levis videtur opera, quae ponitur in emendandis veterum ſcriptis, ſed quibus etiam tam inviſa eſt, ut, cum vero victi cogantur probare loci male affecti ſanationem, non poſſint tamen meminiſſe medici ſine contumelia. Hi fere ſunt, qui compendiorum anguſtiis eruditionem circumſcribunt, & cuivis loco, quomodocunque ſe habeat, ſententiam aliquam affingunt, quam homo ſanae mentis nullis ex eo fidiculis extorqueat, quique malunt ineptire miſerrime in corruptis corruptius exponendis, ut aliquid eliciant, quod ſpecie veri ſimilitudinis imponat imperitis, quam librarii aut fidem, aut manum, aut interpolatoris imperitiam accuſare, & aut ipſi diſtortionem ſcripturae inveſtigare, aut alterius ſollertiam parva litterae aut vocis mutatione nebulas omnes diſcutientem, & genuinam lectionem, quaeque ex illa naſcitur, veram ſententiam reſtituentem agnoſcere. Sed hic aut ſtupor eſt, aut livor, aut inſcitia puerilis, aut anilis quaedam religio in editis libris quicquam, quamvis ſuadeat aut ratio, aut linguae genius, aut vetuſtiores codices, immutandi, perinde ac ſi Camerina eſſet movenda. Quaſi vero aut primi editores incidiſſent in emendatißimos libros, ex quibus publicarunt veterum monumenta, aut editiones, quae in noſtris manibus verſantur, in tanta cum editorum, tum manu exaratorum codicum diverſitate, ſint omnium purißimae. Non minus*

nus

nus tamen aliorum damno temeritatem, qui ſolo pruritu fingendi ac refingendi omnia, praecipue quae non intelligunt, mutant quadrata rotundis, & ſuas nobis venditant ſuſpiciones pro verbis & ſententiis veterum ſcriptorum. Caſtae ſunt Muſae, caſte ſunt colendae. Audaciam, violentiam aeque ac ſuperſtitionem averſantur; pudor, ratio & conſilium iis cordi eſt. Vix latum unguem a priſcis libris recedere ſibi caros editores patiuntur, niſi aut librarii aut ſcioli peccatum ſit tam teſtatum, ut ab omnibus, qui non ſunt ἄμουσοι, quique non caligant in ſole, videri poſſit. Nulla tamen ab iis major initur gratia, quam ſi elaboratur in ſcriptis, quae docent earum ſacra, repurgandis a maculis, quas barbaries temporum & hominum iis inuſſit. Vere antiquus illarum antiſtes olim dixit, emendatum librum vice commentarii eſſe. Caeterum non poſſum tacitus praeterire beneficium omnibus laudatiſſimi viri Antonii Magliabeccii, qui ut me, Tullium & omnem rem litterariam ſibi infinitis meritis dudum devinxit, ſic ad hos libros ornandos mihi dono miſit Antonii Majoragii diſputationes perelegantes contra Caelii Calcagnini diſquiſitiones, quas fruſtra quaeſieram in celeberrimis bibliothecis. Ut in prioribus tomis adjeci ſeparatim ceterorum notis Paulli Manutii animadverſiones, ſic horum librorum fini adtexo ejus filii Aldi Manutii commentarium. Verum ſi res fuiſſet mei conſilii, nec aliis obſequendum, qui propter celebritatem nominis Manutiani nolebant Aldi annotata praetermitti, nunquam ea, cum non reſpondeant famae, hic paſſus eſſem apponi. Nam praeter varias lectiones, quas ex multis MSS. hauſit, nihil de ſuo promit, aut perquam raro, ſed omnia deſcripſit ex Hieronymi Wolffii & Xyſti Betuleji notis in hos libros. Hoc equidem mirari ſatis non potui in homine Italo illius temporis, quo nondum conſenuerat laus optimarum artium, & in

tanti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

tanti quidem viri filio; ſed id mirari deſii, cum cogitarem olim a viris doctis hoc vitium exprobratum ei fuiſſe, qui obſervarant illum excantaſſe meſſem Ioannis Rhellicani, ſive iſtius notas in Iulium Caeſarem, verbatim decerpſiſſe, ac in ſua in eundem ſcriptorem ſcholia bona fide, nulla tamen Rhellicani mentione facta, tranſtuliſſe, Muſis & Gratiis non probantibus. Invenies in fine Favonii Eulogii Rhetoris Carthaginienſis in Somnium Scipionis diſputationem, & Latini Latinii conſiderationem numerorum & cyclorum, quorum in illo libro Ciceronis fit mentio. Has, Favonii certe diſputationem primus ediderat V. CL. Andreas Schottus. Doleo in Latini Latinii bibliotheca, Romae anno ſeptuageſimo ſeptimo hujus ſeculi divulgata, praetermiſſas eſſe illius animadverſiones in Ciceronem, cum nullum ſcriptorem ſe verſaſſe crebrius & accuratius cum ejus dictio, tum epiſtolae ad Paullum Manutium alioſque datae fidem faciant. Illuſtriſſimus vir Octavius Falconerius, ὁ μακαρείτης, mihi receperat, cum eſſet in vivis, ſe iſtas annotationes juſſurum deſcribi & ad me curari. Sed acerba excellentiſſimi viri fata nobis hujus doctrinae Latinii fructum inviderunt. Vale lector, & cetera Tullii opera, ſi vivimus, expecta.

M. TVL-

M. TVLLII CICERONIS DE OFFICIIS AD MARCVM FILIVM

LIBER PRIMVS.

QVamquam te, Marce fili, annum jam au- 1
dientem Cratippum, idque Athenis, abundare oportet praeceptis, inſtitutiſque philoſophiæ, propter ſummam & doctoris auctoritatem, & urbis; quorum alter te ſcientia augere poteſt,

DE *Officiis*] *Officiorum* alii. Sed hanc inſcriptionem Cicero ipſe Attico ſcribens probavit & conſtituit, quare mutari non debet. *Ioach. Camerar.* Cujus etiam diſſertationem contra illos, qui hanc inſcriptionem reprehendunt, vide calci horum librorum ſubjectam. Officium eſt id quod quemque facere decet. Græci καθῆκον vocant, & de eo plerique Stoici libros ſcripſerunt. Citatur Chryſippus a Plutarcho in 6. περὶ καθήκοντος. & in 7. comment. de Stoicorum contrariet. Scripſit & Cleanthes libros tres teſte Laërtio, Panætius, quem præcipue ſecutus eſt Cicero, item tres. Citatur & Poſſidonius περὶ καθήκοντος ab eodem Plutar. & a Cic. 16 ad Attic. Sed & Seneca in epiſtolis citat librum Bruti περὶ καθήκοντος. S. Ambroſius Ciceronem imitatus, tres libros eadem de re ſcripſit. De officio, & officioſo nugatur Egnatius, ex loco Senecæ in præfatione quarta declamationum de Aterio. Super hac inſcriptione duo in dubium vocata ſunt. Vnum, ecquid καθῆκον recte diceretur *officium.* alterum cur *de officiis* non *de officio*: Cicero: *Quod de inſcriptione quæris, non dubito, quin τὸ καθῆκον officium ſit, niſi quid tu aliud: ſed inſcriptio plenior de officiis.* Et in alia epiſtola: *Sed ut aliud ex alio: mihi non eſt dubium quin quod Græci καθῆκον, nos officium. Id autem quid dubitas, quin etiam in rempublic. præclare cadat? nonne dicimus conſulum officium, ſenatus officium? præclare convenit, aut da melius.* Ratio dubitandi erat: *Ego omni officio, ac potius pietate,* &c. & ſimilia. Nomen καθήκοντος inductum a Zenone, de quo alibi. Cicero ipſe ait pleniorem videri hanc inſcriptionem. Sic *de finibus* maluit, quam *de fine.* Calcagninus contra, & adfert hæc argumenta, quod non ad aliquarum perſonarum officia ſe obſtringat, ſed de hominis officio univerſe diſſerat. Id factum eſt. Ipſe libentius *de ſitu terræ, quam de ſitu terrarum diceret.* Inepte faceret. *De Imperatoris officio*, non *Imperatorum.* non eadem ratio. Eodem modo reprehendit inſcriptionem *de finibus*, ſed æque male, Cryſip. quoque ſcripſerat περὶ κατορθωμάτων. Similes ineptiæ leguleiorum, *cur de judiciis*, non *de judicio.* Et ajunt, quia de criminali agitur, & civili. Inepte. nam cur non & *de juſtitia & juribus?* Cur *de pactis*, cur *de tranſactionibus: de pignoribus*, vel *hypothecis.* Quibus modis pignus vel hypotheca ſolvantur, in jus vocati ut eant &c. Si qui in jus vocatus non ierit.

poteſt, altera exemplis: tamen, ut ipſe ad meam utilitatem ſemper cum Graecis Latina conjunxi, neque id in philoſophia ſolum, ſed etiam in dicendi exercitatione feci: idem tibi cenſeo faciendum, ut par ſis in utriuſque

Cur *de verborum obligationibus?* Stulta hæc ſunt. De his libris Plinius in præfatione. *Quæ volumina ejus ediſcenda, non modo in manibus habenda noſti.* Incœpit eos ſcribere mortuo Cæſare, cum ſolus conſul eſſet Antonius. epiſt. 13. lib. 15. ad Attic. Sed abſolvit Hirtio & Panſa coſſ. paulo ante mortem ſuam, ut cognoſcitur e libro 16 earundem epiſtolarum. *Muret.* Græcos tamen etiam libros ſuos inſcripſiſſe περὶ καθηκόντων, non ſolum περὶ καθήκοντος, oſtendit Lucianus in Herodoto: Ὅσα ἤδη ἀνέγνωκε βιβλία περὶ ἀξιωμάτων, περὶ συλλογισμῶν, περὶ καταλήψεως, περὶ καθηκόντων, καὶ ἄλλα ποικίλα. *Quos libros jam legit, de axiomatibus, de ſyllogiſmis, de comprehenſione, de officiis, aliaque varia.* Græv.

Quamquam te Marce fili] Et ſi videri poſſum in ſilvam, ut ajunt, ligna ferre, qui hoc tempore hæc ad te, tamen &c. *Muret.*

Annum jam] Statim enim interfecto Cæſare, cum Athenas miſerat. *Idem.*

Cratippum] Cic. filius ad Tironem lib. 16 ad famil. *Cratippo me ſcito non ut diſcipulum, ſed ut filium eſſe conjunctiſſimum, nam cum audio illum libenter, tum etiam ejus propriam ſuavitatem vehementer amplector. Sum totos dies cum eo: noctiſque ſæpe numero partem. Exoro enim ut mecum quam ſæpiſſime cœnet. hac introducta conſuetudine, ſæpe inſcientibus nobis, & cœnantibus obrepit: ſublataque ſeveritate philoſophiæ humaniſſime nobiſcum jocatur. Quare da operam, ut hunc talem, tam jucundum, tam excellentem virum videas quam primum.* Secundo horum librorum ait eum eſſe iis ſimillimum, qui iſta præclara pepererunt. Et in Timæo, Peripateticorum omnium, quos quidem ipſe audiverit, ſuo judicio facile principem. Plut. Κικέρων Κρατίππῳ τῷ περιπατητικῷ διεπράξατο ῥωμαίῳ γενέσθαι παρὰ Καίσαρος ἄρχοντος ἤδη. διεπράξατο δὲ τὴν ἐξ ἀρείου πάγου βουλὴν ψηφίσασθαι καὶ δεηθῆναι μένειν αὐτὸν ἐν ἀθήναις, καὶ διαλέγεσθαι τοῖς νέοις, ὡς κοσμοῦντα τὴν πόλιν. Mitylenæus autem erat Cratippus. *Idem.*

Idque Athenis] Quas vocabant ἑλλάδος μουσεῖον. ἑλλάδος ἑλλάδα. Athen. Iſocrates, Plato, Ariſtides. Eas Cicero 1. de Oratore omnium doctrinarum inventrices vocat. Ibi eſſe domicilium ſtudiorum, 3. de Orat. Et in Oratore Athenienſium ſemper fuiſſe prudens ſincerumque judicium, ut nihil audire poſſem niſi incorruptum, & elegans. Et in libro de fato. *Athenis tenue cœlium, ex quo acutiores etiam putantur Attici. Craſſum Thebis. Itaque pingues Thebani, & valentes.* Conjungit autem tria, doctorem, tempus, locum Hippocrates, ἐν νόμῳ. ὁκοῖον ἡ γὰρ τῶν ἐν τῇ γῇ φυομένων θεωρίης τοιήδε καὶ τῆς ἰατρικῆς ἡ μάθησις. ἡ μὲν γὰρ φύσις ἡμέων, ὁκοῖον ἡ χώρη. τὰ δὲ δόγματα τῶν διδασκόντων, ὁκοῖον τὰ σπέρματα. ἡ δὲ παιδομαθίη, τὸ καθ' ὥρην αὐτὰ πεσεῖν εἰς τὴν ἄρουραν. ὁ δὲ τόπος ἐν ᾧ ἡ μάθησις, ὁκοῖον ἡ ἐκ τοῦ περιέχοντος ἠέρος τροφὴ γινομένη τοῖσι φυομένοισιν. ἡ δὲ φιλοπονίη ἐργασίη. ὁ δὲ χρόνος ταῦτα ἐνισχύσει πάντα, ὡς τραφῆναι τελέως. *Idem.*

Semper cum Græcis Latina conjunxi, neque id in philoſophia ſolum, ſed etiam in dicendi exercitatione feci] In meo veteri libro deeſt *feci.* & poteſt ſane commode abeſſe. *Græv.*

Item tibi cenſeo faciendum] Sic prorſus legendum eſt: atque hanc lectionem & ratio poſtulat, & libri veteres comprobant: quorum plerique habent partim, *itidem*, partim ut vulg. *idem.* Quod ad rationem attinet, ſic loquuntur Latini, ut ego facio, ita, ſeu tu item facere debes. licet tamen etiam legere, *itidem.* Lambin. Malebat Gui-

que orationis facultate. Quam quidem ad rem, nos, (ut videmur) magnum attulimus adjumentum hominibus noſtris, ut non modo Graecarum litterarum rudes, ſed etiam docti, aliquantum ſe arbitrentur adeptos & ad dicendum, & ad judicandum. Quamobrem diſces tu quidem a principe hujus aetatis philoſophorum, & diſces, quamdiu voles: tamdiu autem velle debebis, quoad te, quantum proficias, non poenitebit. Sed tamen noſtra leges, non multum a Peripateticis diſſidentia: quoniam utrique, & Socratici, & Platonici eſſe volumus: de rebus ipſis utere tuo judicio: nihil enim impedio: orationem autem Latinam profecto legendis noſtris efficies pleniorem. Nec vero arroganter hoc dictum exiſtimari velim. Nam philoſophandi ſcientiam

Guilielmus *itidem* ſecutus fidem Suffridi Petri, qui ita in MSS. ſuis reperiſſe teſtatus eſt. At Lambinus præponebat *item*, nos adhærebimus vulgato cum noſtris Palatinis. Ceterum meminerit lector, me tantum conſuluiſſe Palatinos duos, cum innumeros haberet bibliotheca electoralis, duos inquam notæ optimæ. Guilielmus vero citat Colonienſem & Fabricianum. item V. & D. per Merulam collatos, ut & excerpta Carionis, denique Crucianum exemplar. *Gruter.*

Sed tamen noſtra legens] In antiquo codice Wolfius reperit, *ſed tamen noſtra leges*, quod & in meo reperitur, in quo quidem ſcribitur *legens* ſed ut *n* duobus punctis ſit ſic notatum *n̈*, quo ut infinitis aliis in locis illius libri ſignificatur, hanc litteram debere deleri. Delendum autem eſſe vidit quoque I. Frid. Gronovius ὁ πάνυ. & ratio docet. Nihil enim ſequitur, unde pendet *legens. Græviu.*

Quoniam utrique & Socratici & Platonici eſſe volumus] Sic habent libri manuſc. noſtri: neque aliter edidit Langius: ſed propterea quod hunc locum vulgo non intelligi, atque idcirco depravari video: libet mihi eum paucis explicare. ſic igitur eum explano, *ſed tamen noſtra legens*, &c. *noſtra*, nempe Academica. Cicero enim erat Academicus. neque eſt quod quiſquam mihi dicat, eum hic ſecutum eſſe Panætium Stoicum. nam hoc eſt eſſe Academicum, nunc hoc, nunc illud tueri, & quod in quaque re ac diſciplina inſit probabile, id defendere. Iam hæc quæ deinceps ſequuntur, *non multum a Peripateticis diſſidentia*, illuc pertinent. multis locis oſtendit Cicero, Academicos eoſdem fere fuiſſe, atque Peripateticos. *utrique volumus eſſe Socratici & Platonici*, &c. *utrique*, id eſt nos Academici, & vos Peripatetici. (Cratippus enim erat Peripateticus) volumus eſſe Socratici & Platonici, id eſt, Socratis & Platonis decreta tueri volumus: Philoſophiam moralem Platonicam a Socrate acceptam ſequimur. *Lambin. Vtrique Socratici & Platonici volumus eſſe*] Quomodo hæc Langius edidit, & Lambinus in ſuis manuſcriptis libris habere ait, itidem in noſtris leguntur. *Fr. Fabrit.* Cicero hoc nomine Socraticus haberi voluit, quia novam Academiam ſequebatur, quæ ſe inſtituto Socratis nihil affirmare prædicabat, ſed contra ea, quæ alii ponerent, diſputabat. Ex eo quod ſe Platoni-

tiam concedens multis : quod eſt oratoris proprium, apte, diſtincte, ornate, dicere, quoniam in eo ſtudio aetatem conſumſi, ſi id mihi aſſumo, videor id meo jure

nicum dicit, Peripateticum eſſe ſignificat, cum a Platone Peripatetici auctore Ariſtotele exorti ſint. *Turneb.* Hunc locum corruptum eſſe viderunt alii dudum, & mihi eſt perſuaſiſſimum. Primo non loquitur in hac periodo de Academicis & Peripateticis, ut vult Lambinus, nec de ſe & Cratippo, ut alii cenſent, ſed de ſe ſolo. Quamvis, inquit, audias Cratippum Peripateticum, leges tamen noſtra, ſive meos de philoſophia libros, qui non multum diſcrepant a Peripateticis; tum rationem reddit cur ſua ſcripta non multum diſſideant a Peripateticis, quoniam æque Socraticus, ac Platonicus eſſe volo. *Vtrique* ſemper de duobus dicitur, non de uno, cum tamen de ſe uno tantum loquatur. Itaque cenſeo cum Gronovio Tullium ſcripſiſſe, *quoniam utrumque & Socratici & Platonici eſſe volumus.* Vtrumque, hoc loco Tullium poſuiſſe dicit, ut ἀμφότερον Homerus:

> Ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής.
>
> *Vtrumque & bonus rex, & fortis bellator*

Sed quinam ſunt illi Socratici a Platonicis diverſi? Nam Turnebi explicatio minime poteſt ſatisfacere, accuratius eam expendentibus. Platonicos, ſeu Academicos numerari quoque in Socraticis philoſophis, nemo neſcit, & Cicero cum alibi, tum III de oratore clare docet: *Cum eſſent plures orti fere a Socrate, quod ex illis variis & diverſis, & in omnem partem diffuſis diſputationibus alius aliud apprehenderat, proſeminatæ ſunt familiæ diſſentientes, & multum disjunctæ & diſpares, cum tamen omnes ſe philoſophi Socraticos & dici vellent, & eſſe arbitrarentur. Ac primo ab ipſo Platone Ariſtoteles & Xenocrates: quorum alter Peripateticorum, alter Academiæ nomen obtinuit: deinde ab Antiſthene, qui patientiam & duritiam in Socratico ſermone maxime adamarat, Cynici primum, deinde Stoici.* Vide quæ ibi ſequuntur. Non longe poſt: *Fuerunt etiam alia genera philoſophorum, fere qui ſe omnes Socraticos eſſe dicebant: Eretricorum, Herilliorum, Megaricorum, Pyrrhoneorum.* Vides igitur omnium antiquiorum Philoſophicorum familiarum auctores, & ſectatores voluiſſe Socraticos dici, & ſic dictos eſſe. Hinc *Socraticæ chartæ* Horatio ſunt libri philoſophici de arte poetica:

> *Rem tibi Socraticæ poterunt oſtendere chartæ.*

Et Propert. II. eleg. 34.

> *Quid tua Socraticis tibi nunc ſapientia libris.*
>
> *Proderit, aut rerum dicere poſſe vias?*

Et ipſe noſter Cic. in Tuſc. Socraticum libellum vocat philoſophicum, a quacunque ſecta ſit profectus: *Et ſi quem tuorum affectum mœrore videris, huic acipenſerem potius quam aliquem Socraticum libellum dabis.* Vnde alibi Ariſtippum, alibi Xenophontem Socraticum dicit. Qui ergo Socraticis hic opponuntur quaſi antiſophiſtæ Platonici, cum illi in Socraticorum albo primum facile locum tenerent? Idem Tullius in eodem libro III de orat. *Reliqui ſunt Peripatetici & Academici, quanquam Academicorum nomen eſt unum, ſententiæ duæ. Nam Speuſippus Platonis ſororis filius & Xenocrates, qui Platonem audierat, & qui Xenocratem Polemo, & Crantor, nihil ab Ariſtotele, qui una audierat Platonem, magnopere diſſenſit: copia fortaſſe & dicendi varietate pares non fuerunt. Arceſilas primum, qui Polemonem audierat ex variis Platonis libris, ſermonibuſque Socraticis hoc maxime arripuit, nihil eſſe certi, quod aut ſenſibus, aut animo percipi poſſet.* Socratici ſane, de quibus loquitur lib. II ad Att. ep. 3. ſunt Academici: *in qua* συνεχτικῶς εἰς ἑκάτερον. *Sed tamen ad extremum, ut illi ſolebant,* τὴν ἀρέσκουσαν. Hi qui alii ſunt quam nihil affirmantes Academici, ſed id ſtatuentes, quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

jure quodam modo vindicare. Quamobrem magnopere te hortor, mi Cicero, ut non ſolum orationes meas, ſed hos etiam de philoſophia libros, qui jam illos fere aequarunt, ſtudioſe legas. Vis enim dicendi major eſt

quod ſibi videbatur veri ſimile. Apud Horatium Socraticis quaſi opponuntur Stoici, & quidem ille Panætius, quo auctore his in libris utitur Tullius, lib. 1. carm. 29.

Cum tu coemtos undique nobiles
Libros Panæti, Socraticam & domum
Mutare loricis Iberis,
Pollicitus meliora, tendis?

Socratica domus ſignificat libros a Socraticæ familiæ hominibus ſcriptos, hoc eſt aut ab Academicis, aut Epicureis, aut aliis philoſophis Socraticis, a quibus ſejungit Stoicos. Cum tu, inquit, vendas Stoicorum & Socraticorum libros, & pro iis emas loricas Hiſpanicas. Mihi itaque certum eſt Platonicos eſſe Academicos, quos alias ſequitur, & in aliis libris Socraticos dicit, ut vidimus ante. Qui ergo dicere poteſt ſe utrumque eſſe voluiſſe Platonicum & Socraticum. perinde eſt, ac ſi ſcripſiſſet utrumque ſe velle eſſe Peripateticum, & Ariſtoteleum. Hæc cum ſint abſurda, mihi perſuaſi apud Ciceronem hoc loco pro *Socratici* legendum *Stoici*, quia in his de officiis libris Panætii Stoici veſtigiis inſiſtit. Per Socraticos Ciceronem Stoicos intellexiſſe, quæ Manutii eſt ſententia, quis animum inducere poteſt ut credat. Stoici volebant quidem dici & eſſe Socratici, ſed æque ut Platonici, ſeu Academici, Peripatetici, Cynici, Epicurei: ſed Stoicos per excellentiam dictos ab antiquis ſcriptoribus Socraticos nemo legit & audivit unquam. Quin e contrario Stoicos & Socraticos tanquam diverſas hæreſes ſejungit Horatius. Platonici præcipue dicebantur Socratici, & quia Plato & Xenophon diſputationes Socratis litteris conſignarant, & quia profecti a Platone Academici in utramque partem more Socratis diſputabant. Academicos vero maxime probaſſe Ciceronem, cum alii ejus libri fidem faciunt tum ipſe fatetur in prooemio libri ſecundi, cap. 2. ubi docet quomodo, cum Academicus ſit, poſſit diſputare de officiis. Tandem ſubjicit: *Tibi autem, mi Cicero, quanquam in antiquiſſima nobiliſſimaque philoſophia, Cratippo auctore verſaris, iis ſimillimo, qui iſta præclara pepererunt, tamen hæc noſtra*, (quæ ſcilicet ex Panætio Stoico promſimus) *finitima veſtris, ignota eſſe nolui.* Dicit igitur ſe utrumque eſſe voluiſſe Stoicum & Academicum, quorum doctrina de officiis non multum diſcrepet a Peripateticorum præceptis, quæ nunc Athenis apud Cratippum imbibat. Sic paullo inferius cap. ſequenti dicit Stoicorum & Academicorum & Peripateticorum propriam eſſe præceptionem de officiis. *Grævius.*

Qui jam ſe illis fere æquarunt] Veteres aliquot libri, *qui jam illis fere æquarunt.* Lang. *Qui jam illos fere æquarunt*] Cum in tribus libris manuſcr. partim ita ſcriptum reperiſſem, *qui ſe jam illis fere æquarunt:* partim ſic, *qui jam illis fere æquarunt ſe*, & aliquanto poſt tempore acceſſiſſet codex a Cujatio noſtro item manuſcr. mihi ad hoc negotium conficiendum commodato miſſus, in unoque duntaxat abeſſe provocabulum, *ſe*, animadvertiſſem: non putavi olim mihi a vulgata lectione diſcedendum, quin mihi hoc loco riſum movit, quorumdam ſemidoctorum arrogantiſſimum ſupercilium, qui ubi mihi aliquid in quovis codice manuſcr. repererunt a vulgata lectione diſcrepans, etiam abſurdiſſimum, ſtatim damnata lectione recepta, affirmant, atque adeo adjurant deos omnes, ita ut in illo neſcio quo codice ſcriptum eſt, eſſe legendum. quod fieri non debet. tractandi enim ſunt libri veteres cum judicio. Atque ut non temere vulgata & recepta lectio damnanda eſt, etiam ſi nonnulli codices veteres ab ea diſſentiant: ita

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

eſt in illis: ſed hoc quoque colendum eſt aequabile, & temperatum orationis genus. Et id quidem nemini video Graecorum adhuc contigiſſe, ut idem utroque in genere laboraret, ſequereturque & illud forenſe dicendi,

non eſt mordicus retinenda, neque pertinaciter defendenda, etiam ſi eam libri veteres adjuvent, cum ratio & veritas reclamant. Nunc autem libris veteribus retractatis, non ſolum iis, quos olim adhibueram, ſed etiam aliis multo pluribus & fortaſſe melioribus: in quibus fere omnibus provocabulum, *ſe*, non comparet, hanc in opinionem diſceſſi, omnino ſi quid ſit mutandum, legendum eſſe, vel, *qui jam illos fere æquarunt.* ſic enim Cæſar loquitur, lib. 5. *longarum navium curſum adæquarunt.* & ipſe Cicero in Timæo: *ut deorum vitam poſſint adæquare.* vel, *qui jam illis fere æquantur.* Lambin. *Qui ſe jam illis fere æquarunt.*] Hæc eſt vulgata lectio hujus loci, quam ab omnibus, qui hos libros emendarunt, retentam eſſe video. Langius tantum & Lambinus notant varietatem in pronomine, *ſe.* quod ab optimo libro noſtro abeſt, in eoque legitur, *Qui jam illos fere æquarunt.* itaque ſic omnino legendum cenſeo, hujus enim libri bonitas mihi jampridem in Tuſculanis diſputationibus, ac nonnullis orationibus quæ in eo exſtant, eſt perſpecta, in Miloniana id jam dudum oſtendimus. nunc adducam unum locum ex Catilinariis, is eſt oratione prima: ubi novum genus orationis libri fere omnes, etiam ii, quos Muretus emendavit, probant, *Quod mihi latere valeat in tempore.* Lambinus inſolentia orationis, puto, commotus edidit, *Quod mihi patere non ſoleat in tempore.* in noſtro eſt, *quod me latere valeat in tempore.* itaque ſine dubio legendum. Cum vulgata tamen lectione hujus loci facere videtur illud Cæſaris lib. 2. de bello civili: *Pari conditione e muro ac turribus bellandi data, virtute ſe noſtris adæquare non poſſe intelligunt.* Vetuſtam lectionem probat illud lib. 5. de bello gallico: *Longarum navium curſum adæquarunt.* Et illud Ciceronis in Timæo: *ut deorum vitam poſſint adæquare.* Verbum æquarunt, quod Eraſmus ad quantitatem refert. Manutius interpretatur, Parem fere laudem conſecuti ſunt. *Fr. Fabrit.* Vocabulum *ſe* non extat etiam in Palat. primo, putatque delendum Guilielmus, item Giſanius in Indice Lucretiano, ad verbum *locare*, ut capiatur *æquare* παθητικῶς, quemadmodum *augere*, *maturare*, alia trecenta. Gruter. Hoc παθητικὸν nihili eſt, & dudum exploſum. nec quod ex ſuo codice Fabritius in Catilinaria pro *mihi latere* reponat *me latere* hodie vel mediocriter docto probabit. Conſtat enim nunc veteres ſemper dixiſſe *latet hoc mihi*, ut *patet hoc mihi*; ſed *latet me* Græciſmum eſſe, λανθάνῃ με. Vulgata ſcriptura hujus loci poteſt, ut vides, defendi. Quoniam tamen ſunt multi codices, in quibus *ſe* deſideratur, nec nulli, in quibus ſcribitur *illos fere æquarunt*, facile his ſubſcribo. Male Manutius interpretatur parem fere laudem conſecuti ſunt, cum dicat, numero fere Philoſophicos æquare, quas edidit, orationes, ſeu tot fere Philoſophicos libros ſcripſiſſe, quot orationes. Plurimos enim illis temporibus publici juris fecit de philoſophicis rebus, uti liquet ex prooemiis illorum librorum, qui ſuperſunt, inprimis Topicorum. *Grævius.*

Utroque in genere laboraret] Sic legendum, *elaboraret*, inquam, non, ut vulgo, *laboraret.* quamvis reclament codices. nam, *e*, verbi *elaboraret*, abſorptum eſt a poſtrema vocali eadem vocis antecedentis; *genere. Lambin.* Facile ſane fieri potuit ut ultima littera vocis præcedentis eandem primam ſequentis abſorpſerit. Frequentius enim apud Ciceronem legitur *elaborare in aliquo*, quam *laborare.* Sed tamen quia omnes libri ſtant pro vulgata, nec alte-

di, & hoc quietum diſputandi genus: niſi forte Demetrius Phalereus in hoc numero haberi poteſt, diſputator ſubtilis, orator parum vehemens: dulcis tamen; ut Theophraſti diſcipulum poſſis agnoſcere. Nos autem quantum in utroque profecerimus, aliorum ſit judicium: utrumque certe ſecuti ſumus. Equidem & Platonem exiſtimo, ſi genus forenſe dicendi tractare voluiſſet, graviſſime, & copioſiſſime potuiſſe dicere: & Demoſthenem, ſi illa, quae a Platone didicerat, tenuiſſet, & pronuntiare voluiſſet, ornate, ſplendideque facere potuiſſe. Eodemque modo de Ariſtotele, & Iſocrate judico: quorum uterque ſuo ſtudio delectatus, contemſit alterum. Sed cum ſtatuiſſem aliquid 2
hoc

alterum genus loquendi ſit inſolens plane, nam in II de nat. Deorum legitur: *in enodandis nominibus, quod mirandum ſit, laboratis*, non auſim repudiare, quod libri omnes præ ſe ferunt. *Græv.*

Demetrius Phalereus] Omnium qui mollius & remiſſius dicendi genus ſectati ſunt, politiſſimum ſibi videri, dicit Anton. II de orat. Et Cic. III de legibus: *Poſt a Theophraſto Phalereus ille Demetrius, de quo feci ſupra mentionem, mirabiliter doctrinam ex umbraculis eruditorum, otioque non modo in ſolem atque pulverem, ſed in ipſum diſcrimen, aciemque produxit. Nam & mediocriter doctos, magnos in rep. viros, & doctiſſimos homines non nimis in republica verſatos, multos commemorare poſſumus: qui vero utraque re excelleret, ut & doctrinæ ſtudiis & regenda civitate princeps eſſet quis facile præter hunc invenire poteſt?* Muret.

Theophraſti] Cic. Bruto: *quis Ariſtotele nervoſior? Theophraſto dulcior?* Muret.

Si genus forenſe dicendi] Prius editi *ſi genus id forenſe*, ſed contra bigam Palatinorum, & Guilielmianos tres, in quibus iſta vocula non reperiebatur. *Gruter.* nec in Græviano conſpicitur.

Contemſit alterum] Ariſtoteles videlicet oratorium dicendi genus, Iſocrates philoſophicum contemſit: neque enim ad æmulationem quæ nulla inter eos fuit, iſtuc referendum eſt; ut male quidam hic annotarunt. *Lang.* Miror Langium ſic hoc interpretari, contemſit Ariſtoteles oratorium dicendi genus: Iſocrates philoſophicum. nam hæc interpretatio, linguam Latinam ignorantis eſt. Si enim Cicero eam, quam vult ille, ſententiam exprimere voluiſſet: ita locutus eſſet: quorum uterque ſuo ſtudio delectatus, contemſit alterius, ſeu contemſit alienum. nempe ſtudium. nunc ita loquitur, uterque contemſit alterum, id eſt Ariſtoteles contemſit Iſocratem, & Iſocrates Ariſtotelem, ſuo uterque ſtudio delectatus. Sic omnino locus hic intelligendus, quod pace Langii dixerim. non enim ut eum reprehenderem, (quamquam in hoc reprehenſione dignus eſt) ſed ut incautos admonerem, ne ejus auctoritate adducti, in fraudem atque in errorem impellerentur, hæc adſcripſi. *Lamb.* Hoc eſt argutari. Quippe ni Latine dicas contemſit alterum dicendi genus, Ariſtoteles forenſe & oratorium, Iſocrates Philoſophicum, ut bene Langius. Contemſit autem eſt noluit tractare. Sicut Iulus apud Flor. l. I. *Lavinium patris Æneæ contemſerat*, id eſt noluerat in illa urbe habitare. *Grav.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

hoc tempore ad te ſcribere, & multa poſthac, ab eo ordiri volui maxime, quod & aetati tuae eſſet aptiſſimum, & auctoritati meae. Nam cum multa ſint in philoſophia & gravia, & utilia, accurate copioſeque a philoſophis diſputata, latiſſime patere videntur ea, quae de officiis tradita ab illis & praecepta ſunt. Nulla enim vitae pars neque publicis, neque privatis, neque forenſibus, neque domeſticis in rebus, neque ſi tecum agas quid, neque ſi cum altero contrahas, vacare officio poteſt: in eoque colendo ſita eſt vitae honeſtas omnis, & in negligendo turpitudo. Atque haec quidem quaeſtio communis eſt omnium philoſophorum. quis eſt enim, qui nullis officii praeceptis tradendis philoſophum ſe audeat dicere? Sed ſunt nonnullae diſciplinae, quae propoſitis bonorum & malorum finibus officium omne pervertunt. nam qui ſummum bonum inſtituit, ut nihil habeat cum virtute conjunctum; idque ſuis commodis, non honeſtate metitur, hic ſi ſibi ipſe conſentiat, & non interdum naturae bonitate vincatur, neque amicitiam colere poſſit, nec juſtitiam, nec liberalitatem; fortis vero, dolorem ſummum malum

Ab eo ordiri] *Ordiri*, non, *exordiri*, eſt in duobus manuſcriptis noſtris, & impreſſo Victorii libro, (& Græv. MS.) Verbum autem *graviſſimum*, quod in ſequenti verſu Manutius retinuit, id & ſupervacaneum eſſe, Laurentius Valla lib. 6 cap. 8. ſcribit, & a libris antiquis abeſſe, Balduinus jampridem admonuit. ut mirer eſſe, qui id tolerari poſſe nunc dicere audeant. *Fr. Fabrit.*

Nonnullæ diſciplinæ] *Diſciplinæ* ſunt αἱρέσεις, ſectæ philoſophorum. Cic. 3 de finibus: *ceteræ philoſophorum diſciplinæ omnino, alia magis, alia minus, tamen omnes, quæ rem ullam virtutis expertem aut in bonis, aut in malis numerent.* Sic alibi ſæpius.

Propoſitis bonorum & malorum finibus] Ingenioſe quidem vir eruditus: *prapoſteris bonorum & malorum finibus*, ſed contra codicum omnium fidem. *propoſitis finibus*, eſt *finibus illis bonorum & malorum*, quos propoſuerunt ſibi aliisque ſuæ ſectæ hominibus, conſtitutis finibus bonorum & malorum.

Officium omne pervertunt.] Ita Pall. Malebat tamen Guilielmus *pervertant* inventum in ſuis quatuor. *Gruter.*

Idque ſuis commodis, non honeſtate metitur] Hoc eſt qui jus omne metiuntur utilitate, ex qua manaſſe ſocietatem, ejuſque jura quæ ſententia fuit Carneadis, ut Lactantius oſtendit V Inſtit. c. 16. aliique, de quibus vide H. Grotii Prolegom. ad librum de Iure Belli & Pacis.

Hic ſi ſibi ipſe conſentiat, & non interdum naturæ bonitate vincatur, fit ut nec amicitiam colere poſſit] Ita legendus hic lo-

lum judicans; aut temperans, voluptatem ſummum bonum ſtatuens, eſſe certe nullo modo poteſt. Quae quamquam ita ſunt in promptu, ut res diſputatione non egeat, tamen ſunt a nobis alio loco diſputata. Hae diſciplinae igitur ſi ſibi conſentaneae eſſe velint, de officio nihil queant dicere. neque ulla officii praecepta firma, ſtabilia, conjuncta naturae tradi poſſunt, niſi aut ab iis, qui ſolam, aut ab iis, qui maxime honeſtatem propter ſe dicant expetendam. Itaque propria eſt ea praeceptio Stoicorum, & Academicorum, & Peripateticorum: quoniam Ariſtonis, Pyrrhonis, Herilli, jam pridem exploſa ſententia eſt: qui tamen haberent jus ſuum diſputandi de officio, ſi rerum aliquem dilectum reliquiſſent, ut ad officii inventionem aditus eſſet. Sequemur igitur hoc quidem tempore, & hac in quaeſtione potiſſimum Stoicos, non ut interpretes: ſed ut ſolemus, e fontibus eorum, judicio, arbitrioque noſtro, quantum, quoque modo videbitur, hauriemus. Placet igitur, quoniam omnis diſputatio de officio futura eſt, ante definire, quid ſit officium: quod a Panaetio praetermiſſum eſſe miror. omnis enim quae a ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio, debet a de-

locus, cum in vulgatis deſint illa duo verba *fit ut*. F. Vrſin.

Alio loco] IV Tuſcul. Quæſt. & libris de finibus bonorum & malorum.

Conjuncta naturæ] Quæ conſentiant naturæ humanæ. Honeſtatis originem deducunt Stoici a natura, ſecundum quam vivere, bene vivere eſt. Neque quicquam fieri poteſt ſecundum naturam, quod fiat repugnante ratione, ut docet IV Tuſcul. & Seneca non uno loco.

Qui ſolam] Sine adjunctione rerum externarum. vid. Tuſcul. V. Hi vero ſunt Stoici, ut illi, qui honeſtatem, propter ſe, hoc eſt propter ſuam vim & naturam, dicunt expetendam ſunt Academici & Peripatetici.

Ariſtonis, Pyrrhonis, & Herylli] Ariſto Chius, & Heryllus Carthaginienſis fuerunt Zenonis Cyttiei auditores, qui, ut & Pyrrho, diſcrimen veri & falſi, boni & mali ſuſtulerunt, de quibus libro VII Diogenes Laertius agit. Manutium ratio fefellit, cum alios hic innui a Cicerone, quam illos, quos Laertius ibi deſcribit, exiſtimat. Vtriuſque dogmata, quæ Ciceronis aliis ex libris copioſe Manutius collegit ipſe ad hunc locum, illa ipſa ſunt, quæ iis tribuit Diogenes.

Si rerum aliquem dilectum reliquiſſent] Toties diximus, *dilectum*, dixiſſe veteres pro eo, quem vulgus, *delectum*, dicit, & ita ſcriptum eſſe in libris manuſcr. ut verear, ne lectorem obtundam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

a definitione proficiſci : ut intelligatur, quid ſit id,
3 de quo diſputetur. Omnis de officio duplex eſt quaeſtio. unum genus eſt, quod pertinet ad finem bonorum : alterum, quod poſitum eſt in praeceptis, quibus in omnis partes uſus vitae conformari poſſit. Superio-

ταυτολογῶν. ſed tamen etiam hoc loco teſtatum volui, ita habere eos omnes libros veteres, quibus uſi ſumus. *Lamb.*

Si rerum aliquem dilectum.] *Dilectum*, veteres dixiſſe pro eo, quem vulgus, *delectum*, dicit, cum aliis locis innumeris, tum hic quoque libri veteres probant. Vide Scholia Victorii in epiſt. 3. lib. 11. ad famil. *Fr. Fabrit.*

Omnis de officio duplex eſt quæſtio] Cur non ſtatim definit officium? Quia cum officiorum non unum genus ſit, una communis officii definitio tradi non poteſt. Prius igitur docendum fuit, de quo genere officiorum diſputaturus eſſet, quam officium definiretur. Certi autem officii, antequam in propoſitam diſputationem ingrediatur, definitionem tradet, ut paullo ante faciendum præcepit. Sed quia duplex eſt quæſtio, id eſt, ratio quærendi, ac diſputandi de officio, ideo prius admonet, utram in his libris ſequi ac tenere decreverit. Vnum igitur genus diſputationis eſt δογματικὸν, quod pertinet ad finem bonorum, id eſt, ut ait Seneca, ad conſtitutionem ſummi boni : ut cum docetur, nihil eſſe bonum, niſi quod eſt honeſtum : nihil malum, niſi quod vitioſum : omnia minima maxima divino conſilio ac providentia adminiſtrari : mundum hunc civitatem quandam eſſe Deorum hominumque communem : omnes homines ita inter ſe eſſe natura conjunctos, quaſi unius corporis membra : liberos a Deo creatos ac genitos eſſe animos noſtros, quare nefas eſſe eos a nobis rebus externis, ut opibus, honoribus, corpori in ſervitutem addici : Curanda nobis eſſe, quæ a nobis ſunt, quæ extra nos negligenda. In nobis eſſe opinionem, impetum, appetitionem, declinationem, uno verbo, quæcunque opera noſtra ſunt : Extra nos, poſſeſſiones, honores, imperia, corpus ipſum. Quæ in nobis ſint, ea natura libera eſſe, neque prohiberi poſſe, neque impediri : quæ extra nos, imbecilla, ſervilia, aliena. Hæc & ſimilia vocabant Stoici δόγματα, id eſt, ut Seneca interpretatur, ſcita, decreta, placita philoſophiæ. Tale autem diſputationum genus Cicero hoc loco ait ad finem bonorum, id eſt, ad veram ac perfectam ſummi boni cognitionem & intelligentiam pertinere. *Muret.*

Alterum quod poſitum eſt in præceptis] Hoc genus Græci, ut eſt apud Senecam παραινετικὸν vocant, in quo μερικῶς docetur, quid patriæ, quid parentibus, quid liberis, quid amicis præſtare debeamus : Ad hæc duo genera Poſidonius addebat χαρακτηρισμοὺς, quos etiam jocans Seneca, publicanorum verbo εἰκονισμοὺς vocari poſſe ait, id eſt, virtutum ac vitiorum & hominum, qui eis præditi ſunt, deſcriptiones. & tales ſunt ii, qui Theophraſti nomen præferunt, χαρακτῆρες. Hos quoque Seneca fatetur ex uſu eſſe. Quia enim facilius omnia notamus, & animadvertimus in aliis, quam in nobis, prodeſt ſpectare illas imagines, ex quibus aliquid in nos transferamus, aut demus operam ne tales ſimus, quales ii, quos aut contemnimus, aut aversamur. Hujus tertii generis, quod χαρακτηριστικὸν vocemus licet, Cicero hoc loco non meminit : ſed illa tantum duo ponit notiora, & celebriora. *Muret.* Dogmata Latini vocant *decreta*. Vide de doctrina hac duplici dogmatica & parænetica. Lipſ. manuduct. ad Stoicam philoſophiam lib. 11, cap. 12.

Quibus in omnis partes uſus vitæ conformari poſſit] *Conformari*, Lambinus recte : pro quo cæteræ editiones omnes, *confirmari*, habent. at vero præceptis, quæ ad inſtitutionem vitæ communis pertinere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

rioris generis hujuſmodi exempla ſunt: Omnia ne officia perfecta ſint: num quod officium aliud alio majus ſit: & quae ſunt generis ejuſdem. Quorum autem officiorum praecepta traduntur, ea, quamquam pertinent ad finem bonorum, tamen id minus apparet, quia magis ad inſtitutionem vitae communis ſpectare videntur: de quibus eſt nobis his libris explicandum. Atque etiam alia diviſio eſt officii. nam & medium quoddam offi-

nere Cicero ait, vita conformatur, non confirmatur. quod etiam Paulus Manutius animadvertit. *Fr. Fabrit.*

Omnia ne officia perfecta ſint: num quod officium aliud alio majus ſit] His verbis ſubvereor equidem ne inſit aliquid vitii. Nunquam enim legi diſputatum eſſe a Stoicis, *omnia ne officia perfecta ſint*: ac ne videatur quidem, ſi ſibi conſtare ac conſentire vellent, conſtantiæ autem in dogmatis ſuis laus eis præcipua tribui ſolet, ea de re diſputare potuiſſe. Certe enim ita ab ipſis traditur, officium aliud perfectum eſſe, quod κατόρθωμα, aliud inchoatum, & imperfectum, quod generis nomine καθῆκον vocant. Vt igitur ſi quis cum poneret, animal aliud eſſe rationis capax, aliud rationis expers, ſi quærere vellet, omniane animalia rationis capacia eſſent, merito irrideretur: ita Stoici cum hoc in ipſis doctrinæ ſuæ principiis ponant, officium aliud perfectum eſſe, aliud imperfectum, non videntur poſſe hanc quæſtionem tractare, *omnia ne officia perfecta ſint*. Suſpicor igitur, pro, *perfecta*, legendum, *paria*. Fuit enim hæc diſputatio in Stoicorum ſcholis decantata. *Num paria eſſent omnia officia, an unum alio majus.* Sed dicet aliquis, non hæc jam duo exempla fore, ſed unicum. Idem enim eſt quærere, *num omnia officia ſint paria, & num eorum aliud ſit alio majus.* Cui reſpondeo putare me id ipſum corrumpendo loco cauſam dediſſe, cùm vererentur homines nimis ſuperſtitioſi, ne Cicero bis idem dicere videretur. eſt enim hoc unicum problema, *Num paria ſint omnia officia, an aliud alio majus.* At Cicero non *exemplum*, ſed *exempla* dicit, ut plura propoſuiſſe videatur. Imo vero ait hoc problema, & quæ ſunt generis ejuſdem, eſſe exempla ejus generis, quod pertinet ad finem bonorum, quod δογματικὸν vocari diximus. Omnia igitur officia perfecta, id eſt, omnes actiones cum virtute conjunctas pares eſſe dicebant. Omnes enim virtutes æquales eſſe: ideoque æqualia etiam earum ἐπιγεννήματα, id eſt, actiones, quæ ex eis enaſcerentur. Laertius in Zenone. ἀρέσκει τε αὐτοῖς ἴσα ἡγεῖσθαι τὰ ἁμαρτήματα, καθά φησι Χρύσιππος ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν ἠθικῶν ζητημάτων, καὶ Περσαῖος, καὶ Ζήνων. εἰ γὰρ ἀληθὲς ἀληθοῦς μᾶλλον οὐκ ἔστιν οὐδὲ ψεῦδος ψεύδους, οὕτως οὐδὲ ἀπάτη ἀπάτης, οὐδὲ ἁμάρτημα ἁμαρτήματος. Cicero in Paradoxis, *quod ſemper unum, & idem eſt, quæ ex eo naſcuntur, æqualia ſint oportet. Quod ſi virtutes pares ſunt inter ſe, paria eſſe & vitia neceſſe eſt. Atqui pares eſſe virtutes: nec bono viro meliorem, nec temperante temperantiorem, nec forti fortiorem, nec ſapientie ſapientiorem poſſe fieri; facile poteſt perſpici. An virum bonum dices, qui depoſitum nullo teſte, cum lucrari impune poſſet, auri pondo decem reddiderit, ſi idem in decem millibus non idem fecerit? aut temperantem eum, qui ſe in aliqua libidine continuerit, in aliqua effuderit? Vna virtus eſt conſentiens cum ratione, & perpetua conſtantia. Nihil huc addi poteſt, quo magis virtus ſit: nihil demi, ut virtutis nomen relinquatur. Etenim ſi benefacta recte facta ſunt: & nihil recto rectius: certe ne bono quidem melius quidquam inveniri poteſt. Sequitur igitur, ut & omnia vitia ſint paria,*

officium dicitur, & perfectum. Perfectum officium rectum (opinor) vocemus, quod Graeci κατόρθωμα: hoc autem commune καθῆκον vocant. Atque ea ſic de-

paria, ſiquidem pravitates omnes recte vi-
tia dicuntur. Atqui quoniam pares virtu-
tes ſunt, recte etiam facta, quando a vir-
tutibus proficiſcuntur, paria eſſe debent.
itemque peccata, quoniam ex vitiis ma-
nant, ſint æqualia neceſſe eſt. Seneca
epiſt. 72. *Virtus non poteſt major, aut*
minor fieri. Unius ſtaturæ eſt. Et in ea-
dem. *Non intenditur virtus. Idem eſſe*
dicebat Socrates veritatem, & virtutem.
quomodo illa non creſcit, ſic nec virtus qui-
dem. Habeat numeros ſuos. plena eſt. Plut.
ϛωικ. ἐναντ. ait Cryſippum tradere, μή-
τε κακίαν κακίας, ἢ ἁμαρτίαν ἁμαρ-
τίας, ὑπερέχουσαν εἶναι, μήτε ἀρετὴν ἀ-
ρετῆς ἢ κατόρθωσιν κατορθώσεως. Et
alibi; neque magnum κατόρθωμα εἶναι
ἀνδρείως δῆγμα μυίας ἀνέχειν, atque
perferre ea, quæ pertulit Regulus. ἀπέ-
χεσθαι σωφρόνως συγκατακειμένης γραὸς,
& a formoſiſſima virgine. Audire ſine
perturbatione animi, tria non eſſe qua-
tuor, & eum, qui nuntiet, patriam ab
hoſtibus captam teneri. *Muret.* Cauſſæ,
cur ſibi vir politiſſimus ab omnium
librorum ſcriptura recedendum puta-
vit, juſtæ ſane nullæ ſunt. Nam res
eodem redit, ſive Cicero ſcripſerit,
num omnia officia ſint perfecta, ſive
num omnia officia ſint paria. Nam ſi
omnia ſunt officia perfecta, quod
ſentiebant Stoici, ſunt utique omnia
paria. In illa igitur doctrina, quæ
pertinebat ad dogmata, quærebatur
num omnia officia ſint perfecta, an
vero aliud alio majus, quod Peripate-
tici aliarumque familiarum Philoſophi
exiſtimabant. nec aliud Cicero voluit.
In illo argumento cum verſarentur,
quærebatur, *omnia ne officia ſint perfe-*
cta. Hoc argumentis adſtruebant Stoi-
ci, dein examinabantur aliorum phi-
loſophorum rationes, qui diverſa ſta-
tuebant, quærebant itaque cum illis
num quod officium aliud alio majus ſit. In
his non ſibi adverſabantur Stoici, ſed
hæc expendebant, ut ſuam ſententiam
munirent firmius. Nec abſurdus ſit,

qui ponat, num omnia animalia ſint
rationis capacia, an vero aliud animal
ſit rationis capax, aliud rationis expers.
Græv.

Perfectum officium, rectum, opinor,
vocamus quod Græci κατόρθωμα] Quod
conveniebat iis, qui credebantur Stoi-
cis ὑπὲρ φύσιν ζῆν, ſupernaturalem
quaſi quandam vitam vivere, tanquam
exceſſiſſent communem hanc vivendi
rationem, & proximi Diis eſſent, imo
Dii. Nam Stoici ſuum ſapientem Deum
eſſe perſuaſum habebant. Qui vero ad
hunc perfectæ ſapientiæ gradum erant
evecti dicebantur θεωρητικοὶ, quorum
animi ab omni fæce motuum humano-
rum purgati, & ab omni terrena labe
mundati, quam ſimillimi ſint redditi
menti illi divinæ cujus contemplationi
toti incumbunt, hinc & dicti ſunt θεω-
ρητικοί. Vide Simplicii procem. in Epi-
ctet. *Græv.*

Hoc autem commune, quod καθῆκον
vocant] Qui hoc ſequuntur, dicuntur
κατὰ φύσιν ζῆν, ſecundum naturam vi-
vere, & πρακτικοὶ, qui in agendo tan-
tum quod bonum eſt verſantur, vir-
tutibus moralibus ac politicis contenti.
Quæ virtutes civiles moraleſque homi-
nem quidem probum reddunt, ſed non
eum, ut θεωρία, inducunt in ſemitam
divinarum virtutum, quæ τὸ θεωρητικὸν
Deo aſſimilabant. Θεωρητικῷ non ſcri-
pta eſſe hæc præcepta, quippe qui iis
non indigeat, ſicut nec præceptis, quæ
in Enchiridion Epicteti contulit Ar-
rianus, oſtendit in commentario in
procemium illius enchiridii Simplicius:
Qui ait iſta præcepta ad πρακτικοὺς, ſeu
qui ſecundum naturam vitam inſti-
tuunt, pertinere. Vid. Simplic. & in il-
lum Salmaſium.

Quod καθῆκον vocant] Sic legendum
arbitror, libris omnibus invitis: in qui-
bus vox Græca, καθῆκον, non reperi-
tur. Eam enim puto eſſe a ſcriptore li-
brario prætermiſſam: quod ſæpe illi
fecerunt, præſertim in vocabulis Græ-
cis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

definiunt, ut rectum quod ſit, id perfectum officium eſſe definiant: medium autem officium id eſſe dicant, quod, cur factum ſit, ratio probabilis reddi poſſit. Triplex

cis. Omnino ſententia poſtulat, ut ita legatur. Perfectum officium, rectum, opinor, vocare poſſimus: hoc autem commune, officium, ſubintell. vocemus: quod illi καθῆκον vocant. Quod autem abſurdius, quam ita dicere, Græci commune, & medium officium, officium vocant? quaſi vero Græci Latinis nominibus utantur. At res ſpectatur, non verbum, dicet aliquis. Atqui hic agitur de nominibus, & verbis: qualia Latina Græcis reſpondere, & paria eſſe poſſint. Præterea cur ſupra rectum officium, dixit a Græcis catorthoma appellari, Græco nomine: commune officium, vero, officium dixit ab iis nominari vocabulo Latino? Vnde igitur nata eſt vox Latina, officium? ex gloſſa. Ita factum ut ſcriptores librarii, *officium*, pro *cathecon* ſcripſerint. *Lamb.* Plerique libri: *Hoc autem commune officium vocant.* Dicitque Cicero hoc medium, ut paullo ante vocarat. Maturantius affirmat ſe in quodam ſpectatæ fidei libro reperiſſe interpoſitum καθῆκον ut lectio talis eſſet, *hoc autem commune officium καθῆκον vocant.* Quod quis non videt, quanto expoſitionem planiorem reddat? Idque nos annotavimus cum in Veneto quoque exemplo Græcam vocem non reperiſſemus. Καθῆκον autem primum nominaſſe Zeno traditur. I. Camerar. Lambin. Pall. & Guilielm. ut & meus MS. nec non editio optima Caroli Langii: *hoc autem commune officium vocant.* Sed quia Maturantius in optimo codice invenit καθῆκον, nihil certius eſt expungendum *quod*, ut ante deleverunt codicum ope *ii*, quod in editis pleriſque reperitur, ſcribendumque: *hoc autem commune καθῆκον vocant*, Græci nimirum. *Grævius.*

Vt rectum quod ſit, id perfectum officium definiant] Alibi in hoc opere definit κατόρθωμα *quod perfectum atque abſolutum eſt, &, ut Stoici dicunt, omnes numeros habet.* Et in Oratore: *Illud cui nihil addi poſſit, quod ego ſummum & perfectiſſimum judico.* Quod nemo præſtare poteſt, niſi ſapiens Stoicus quem illi fingunt ἀκώλυτον, ἀνεκβίαστον, ἀπαρεμπόδιστον, ἐλεύθερον, εὔπορον, εὐδαίμονα, ut eſt apud Gellium. Quæ verba libro III de finibus Cicero magna ex parte interpretatus eſt: *Cum hoc ſit extremum, congruenter naturæ, convenienterque vivere, neceſſario ſequitur, omnes ſapientes ſemper feliciter, abſolute, fortunate vivere: nulla in re impediri, nulla prohiberi, nulla egere.* Sed hæ ideæ Platonicæ ſunt: ut & forma illa Oratoris, quem Cicero ut deſcribat, totum librum conſumſit. *H. Wolfius.* Vide Lipſ. lib. III. Manuduct. ad Philoſoph. Stoicam.

Medium autem officium id eſſe dicant, quod cur factum ſit, ratio probabilis reddi poſſit] Idem hoc eſt, quod Stoici apud Diogenem Laertium affirmant, καθήκοντα εἶναι, ὅσα λόγος αἱρεῖ ποιεῖν. *officia eſſe, quæ ratio facienda ſuaſerit.* Vide Suidam in καθῆκον. *Medium* autem officium hoc, quod præſtatur a bonis viris, vocatur, quia *medius* Latinis eſt mediocris. Sic *media bella.* Liv. V, 37. *Dilectum nihilo accuratiorem, quam ad media bella haberi ſolitus erat, extenuantes etiam famam belli, habebant.* Bella media ſunt bella mediocria. Sic *media plebs.* Ovid. XI Metam.

Media quoque commoda plebi
Noſtra patent.

Vell. Paterc. II, 29. *Innocentia eximius, ſanctitate præcipuus, eloquentia medius.* Græv.

Triplex igitur eſt, ut Panætio videtur, conſilii capiendi deliberatio] Reprehendit hoc loquendi genus Henricus Steph. II. Schediuſmat. cap. 25. & arguit pleonaſmi, ac ſi non multum diſcriminis intercederet inter conſilium capere & deliberare. Hæret quoque & dubitat Wolfius. Sed *conſilium capere* hic eſt exequi deliberatum, rem facere, de qua deliberabatur. Liv. XXV, 34. *Dux cautus & providens Scipio, victus neceſſitatibus te-*

me-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

plex igitur eſt, ut Panaetio videtur, conſilii capiendi deliberatio. nam, honeſtumne factu ſit, an turpe, dubitant, id quod in deliberationem cadit. in quo conſiderando ſaepe animi in contrarias ſententias diſtrahuntur. Tum autem aut anquirunt, aut conſultant ad vitae commoditatem jucunditatemque, ad facultates rerum atque copias, ad opes, ad potentiam, quibus & ſe poſſint juvare & ſuos, conducat id necne, de quo deliberant. quae deliberatio omnis in rationem utilitatis cadit. Tertium dubitandi genus eſt, cum pugnare videtur cum honeſto id quod videtur eſſe utile. Cum enim utilitas ad ſe rapere, honeſtas contra revocare ad ſe videtur, fit ut diſtrahatur deliberando animus, afferatque ancipitem curam cogitandi. Hac diviſione, (cum praeterire aliquid maximum vitium in dividendo ſit) duo praetermiſſa ſunt. Nec enim ſolum utrum honeſtum an turpe ſit, deliberari ſolet, ſed etiam, duobus propoſitis honeſtis, utrum honeſtius. Itemque duo-

merarium capit conſilium, ut nocte Indibili obviam iret. I. Fr. Gronovius.

Tum autem aut anquirunt] Quidam libri, *inquirunt*, alii *acquirunt*; ſed boni, *anquirunt*, cum hic tum mille aliis locis integrum & antiquum verbum ſervaverunt. ut Tuſc. v. *Studioſe ab his ſiderum magnitudinis intervalla anquirebantur.* Iterum, *Vera illa honeſtas, quam unam maxime natura anquirit.* 1. de legib. *Ne nimis diligenter anquiras in ea quæ iſto modo memoriæ ſint prodita.* de aruſp. reſp. *Atque in eum quid agat, quemadmodum vivat, anquiritur.* Varro lib. v, de lingua lat. citat M. Sergii M. F. Quæſtoris vetus commentarium anquiſitionis, qui capitis accuſavit T. Quinctium Trogum. Salluſt. in Iug. *Et quaſi dolens ejus caſum, anquirere cœpit, quem exitum tantis malis ſperarent.* Sic apud Livium, *capite anquirere; pecunia anquirere.* Et libro 1. *Ne ſemper armis opes anquirerentur.* Meminit Sex. Pompeius & Victorinus in ortographia. Eſt autem *anquirere* diligenter percunctari; quaſi am, id eſt circum quaque quærere. *Lang. Tum autem aut anquirunt.*] Hoc verbo Ciceronem multis locis uſum eſſe, admonui in Annotationibus in Tuſcul. 4. quod hic in optimis libris antiquis legi, ante Langium Balduinus annotavit. ex quibus non ſolum hic, ſed & alibi ſæpe Victorius in ſua editione hoc verbum repoſuit: ut & lib. 1. de Oratore: *Omnes enim ſive artis, ſunt loci, ſive ingenii cujuſdam, atque prudentiæ, qui modo inſunt in ea re, de qua ſcribimus anquirentibus nobis omnique acie ingenii contemplantibus oſtendunt ſe, & occurrunt.* Anquirere autem proprie eſt, circum quærere, ut Feſtus ſcribit: a quo, inquirere, diverſum eſt. qui igitur circumquaque omnia ſcrutans quærit, is *anquirere* latine & Ciceroniane dicitur. hoc idem verbum habes infra ſæpius, *Fr. Fabrit.*

Afferatque ancipitem curam cogitandi] Forte legendum: *afferatque ancipitem curam cogitatio.* Nam ſic fere mavult Ci-

duobus propoſitis utilibus, utrum utilius. Ita, quam ille triplicem putavit eſſe rationem, in quinque partes diſtribui debere reperitur. Primum igitur eſt de honeſto, ſed dupliciter: tum pari ratione de utili; poſt de comparatione eorum diſſerendum. Principio generi animan- 4
tium omni eſt a natura tributum, ut ſe, vitam, corpuſque tueatur, declinetque ea, quae nocitura videantur, omniaque, quaecumque ad vivendum ſint neceſſaria an-

Cicero, qui ſæpe jungit *animus & cogitatio*. I. Fr. Gronov.

Principio generi] Cum doctrina hæc ad finem bonorum pertineat, hoc eſt ad vitam beatam referatur, quicquid enim hic præcipitur, ea de cauſſa præcipitur, ut qui obtemperat, beatus fiat, conſtetque inter philoſophos beate vivere, eſſe naturæ convenienter vivere, ante omnia naturæ humanæ vis inquirenda, ut conſtet quid homini commune ſit cum ceteris animalibus, & quid proprium & ſuum habeat. Vim ſe tuendi, & genus propagandi communem habet cum brutis. Ratio vero & mens propria eſt hominis. Ex ea igitur petendum ſummum hominis bonum. *H. Wolf.*

Corpuſque tueatur] H. Wolfius, & qui eum bona fide deſcribit, Aldus Manutius hic *tueatur* exponunt, vim vi repellat, ideoque ajunt munita eſſe animalia ad ſe tuendum variis armis. Sed *tueri* longe latius patet, & ſignificat quovis modo ſalutem ſuam conſervare. Hinc quod vulgo conſervatio ſui vocatur. Cic. in Topicis dicitur *tuitio ſui*, ubi ait æquitatem naturalem duas habere partes, tuitionem ſui & jus ulciſcendi. Hinc tueri ſe eſt ſe ſuſtentare. Paullo poſt in hoc capite: *quos caros habeat, tuerique debeat.* Iuſtin. II, I. *ut non modo primæ generare homines, ſed ne advenas quidem recipere ac tueri poſſent.* Macrob. 2. Saturn. 2. *quo artificio ſe tueretur.* Sic *tutela* eſt ſuſtentatio. Valer. Max. VII, I: *unum aut alterum jugum boum facilis tutelæ*, eſt, quos facile poſſumus alere. Opponit enim impenſas voraces. *Græv.*

Declinetque ea, quæ nocitura videantur, omniaque quæcumque ad vivendum ſint neceſſaria inquirat, & paret] De hac ſcriptura non ambigerem, niſi aſpera illa & perquam ingrata, & a Tullii ſuavitate aliena repetitio ſyllabarum *quæ* & *que* in tam paucis verbis, & libri veteres, vellerent aurem, aliter hæc verba concepiſſe Ciceronem. Sic igitur ex illorum veſtigiis ea refingo: *declinet ea, quæ ei nocitura videantur, omnia quæcunque ad vivendum ſint neceſſaria anquirat, & paret.* Sententia eſt eadem, ſed iis qui teretes aures habent, & Tullianis numeris adſuetas, facile hanc lectionem probabo. Ceterum de hac naturali animalium ſe tuendi amore pulchre, præter multos alios, Seneca Ep. 121: *Primum ſibi conciliatur animal, debet enim aliquid eſſe, ad quod alia referuntur. Voluptatem peto cui? mihi. Ergo mei curam ago. Dolorem refugio? pro quo? pro me. Ergo mei curam ago. Si omnia propter curam mei facio, ante omnia eſt mei cura. Hæc animalibus ineſt cunctis: nec inſeritur, ſed innaſcitur. Producit fœtus natura, non abjicit: & quia tutela certiſſima ex proximo eſt, ſibi quiſque commiſſus eſt. Itaque ut in prioribus dixi, tenera quoque animalia e materno utero vel quoquo modo effuſa, quid infeſtum ipſis protinus norunt, & mortiſera devitant: umbram quoquo tranſvolantium reformidant obnoxia avibus rapto viventibus.* Vide ibi plura. *Græv.*

Omniaque quæ ſunt ad vivendum neceſſaria anquirat & paret] Sic optima editio Caroli Langii, ſic & in duobus codicibus invenit Guilielmus, teſte Grutero, eoque alludunt veteres libri alii Pala-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

anquirat, & paret, ut paſtum, ut latibula, ut alia generis ejuſdem. Commune autem animantium omnium eſt conjunctionis appetitus, procreandi cauſa, & cura quaedam eorum, quae procreata ſunt. Sed inter hominem, & beluam hoc maxime intereſt, quod haec tantum, quantum ſenſu movetur, ad id ſolum, quod adeſt, quodque praeſens eſt ſe accommodat, paullulum admodum ſentiens praeteritum, aut futurum. Homo autem, quod rationis eſt particeps, per quam conſequentia cernit, cauſas rerum videt, earumque progreſ-

Palatini, ut & meus & Pitheanus in quo legitur *adquirat*, ſive *acquirat* ut & editio Fr. Fabritii. vide quæ ſupra ad caput præcedens ſunt notata. *Græv.*

Conjunctionis appetitus] Hinc Lucret. lib. 1, ad Venerem,

Omnibus incutiens blandum per pectora amorem
Efficis ut cupide generatim ſecla propagent.

Nam natura eſt blanda conciliatrix, & quaſi ſui lena, ut loquitur 2 de nat. Deorum. Quomodo autem differat conjunctio animalium, & hominum matrimonium docet Salmaſ. de Vſuris. cap. 9.

Quod hæc tantum, quantum ſenſu movetur] Ariſtoteles lib. 1. Pol. καὶ ὁ κοινωνῶν λόγου τοσοῦτον, ὅσον αἰσθάνεται. Ful. Vrſin.

Ad id ſolum quod adeſt, quodque præſens eſt ſe accommodat: paululum admodum ſentiens præteritum aut futurum] De hoc etiam Seneca ep. 124: *Tempus tribus partibus conſtat, præterito, præſente & futuro. Animalibus tantum quod breviſſimum eſt in tranſcurſu datum, præſens, præteriti rara memoria eſt, nec unquam revocatur, niſi præſentium occurſu. Non poteſt ergo perfectæ naturæ bonum imperfecta eſſe natura. At naturam habet. Hoc habet, quod habent & ſata.* Sic hic locus legendus, & interpungendus ex veſtigiis antiquorum librorum. Vulgo ſine ſenſu verba ultima leguntur: *Aut ſi natura habet, hoc habet, quod habent & ſata.* Græv.

Homo autem, quod rationis eſt particeps] Hanc rationem, Epicharmus vocat θεῖον λόγον, quæ nimirum jus illud naturale conſtituit, quod proprium eſt hominum, ſicut ſimplicem illam ratiocinationem, qua homines utuntur circa victum, & res ad vitam neceſſarias comparandas, quæ ipſis cum beſtiis eſt communis, vocat λόγον, & λογισμόν. vide Salmaſ. de uſuris cap. 9. Iuven. Sat. 15. Ratio

ſeparat hæc nos
A grege mutorum, atque ideo venerabile ſoli
Sortiti ingenium, capiendiſque artibus apti,
Senſum a cœleſti demiſſum traximus arce,
Cujus egent prona & terram ſpectantia. Mundi
Principio indulſit communis conditor illis
Tantum animas, nobis animum quoque: mutuus ut nos
Adfectus petere auxilium, & præſtare juberet.

Cauſſas rerum videt, earumque progreſſus] *Prægreſſus* ſcriptum reperi in tribus antiquiſſ. codicibus: quo modo item Adr. Turnebus ſe in uno ſcriptum vidiſſe mihi aſſeveravit, ut de ſcripturæ veritate non ſit dubitandum, tum præſertim nomen, anteceſſiones, quod ſequitur, probet ita legendum eſſe. *Lambin. Earumque prægreſſus.*] Optimus quoque noſter in contextu, *progreſſus*, & ſupra, *prægreſſus*, ſcriptum habet. atque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

greſſus, & quaſi anteceſſiones non ignorat, ſimilitudines comparat, & rebus praeſentibus adjungit, atque annectit futuras: facile totius vitae curſum videt, ad eamque degendam praeparat res neceſſarias: eademque natura vi rationis hominem conciliat homini & ad orationis, & ad vitae ſocietatem: ingeneratque in primis praecipuum quendam amorem in eos, qui procreati ſunt: impellitque ut hominum coetus, & celebra-

que ita legendum eſſe, nomen, *anteceſſiones*, quod ſequitur, probat. *Fr. Fabrit.* Vide & Turneb. Adverſ. XXVI, 32. Sed nihil mutandum. *Progreſſus* hic dicit, quæ in præcedentibus appellat *conſequentia*, uti *anteceſſiones*, quas *cauſſas rerum* dixit, quæ ſolent rem antecedere. Nimirum aliis vocabulis, ut ſæpe ſolet, eandem rem explicat. Rerum progreſſus videt, eſt videt ut res proceſſura ſit, ſeu itura, ut loquitur XIV ad Att. ep. 15: *Incipit res melius ire quam putares.* Item Lælio: *Quod quidem, ut ire cœpit, haut ſcio, an aliquando futurum ſit.* In lib. IV ad fam. ep. 2: *Curſus rerum vocat: Neque ſolum ea perſpicis quæ geruntur, quæque jam geſta ſunt, ſed etiam qui curſus rerum, qui exitus futurus ſit.* Græv.

Similitudines comparat] Libri manuſcripti habent. *Sed ſimilitudines comparat.* totus locus ex II de Finibus fiet clarior. *Homines*, inquit, *etſi multis aliis, tamen hoc uno plurimum differunt, quod rationem habeant a natura datam, mentemque & acrem & vigentem, celerrimeque multa ſimul agitantem, &, ut ita dicam, ſagacem; quæ & cauſſas rerum & conſecutiones videat, & ſimilitudines transferat, & disjuncta conjungat, & cum præſentibus futura copulet, omnemque complectatur vitæ conſequentis ſtatum.* Lang.

Similitudines comparat] Totus hic locus ex Polybio ſumptus eſt, cujus verba ſunt ex lib. VI: τοῦ δὲ γένους τῶν ἀνθρώπων ταύτῃ διαφέροντος τῶν ἄλλων ζώων, ᾗ μόνοις αὐτοῖς μέτεστι νοῦ καὶ λογισμοῦ, φανερὸν ὡς οὐκ εἰκὸς παρατρέχειν αὐτοὺς τὴν προειρημένην διαφορὰν, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων, ἀλλ' ἐπισημαίνεσθαι τὸ γινόμενον, καὶ δυσαρεστεῖσθαι τοῖς παροῦσι, προορωμένους τὸ μέλλον. καὶ συλλογιζομένους, καὶ παραπλήσιον ἑκάστοις αὐτῶν συγκρίσεσθ. *F. Vrſin.*

Hominem conciliat homini] Eſt amicum reddit. Fuit proprium philoſophorum verbum in hac re. vide Senecæ ep. 121. qui de conciliatione ſui multis diſputat. Hoc eſt quod toties inculcat M. Antoninus ἐν τοῖς εἰς ἑαυτὸν homines eſſe φύσει φίλους, natura amicos. *Græv.*

Et ad orationis & ad vitæ ſocietatem] Ad ſermonem conferendum, & ſimul vivendum. Natura ſocietatem appetimus, hinc & inſtrumentum ſocietatis colendæ nacti ſumus orationem. vide Ariſtot. I Polit. I. Vnde M. Antoninus lib. X. ἔστι τὸ λογικὸν εὐθὺ καὶ πολιτικὸν quod ratione utitur, neceſſario & ſocietatem appetit. vide Senec. IV de benef. c. 18. *Idem.*

Ingeneratque in primis præcipuum quendam amorem in eos] Craſſus apud Cic. 2 de Orat. *Neque boni eſt, neque liberalis parentis, quem procrearit & eduxerit, eum non veſtire & ornare, præſertim cum locupletim ſe negare non poſſet.* vide etiam Catonem apud Cic. 3 de finibus.

Vt hominum cœtus & celebrari inter ſe, & a ſe obiri velit] Libri aliquot veteres ſine verbo, *celebrari*, ſic habent, *ut hominum cœtus & eſſe, & a ſe obiri* &c. nonnulli *ut hominum cœtus & celebrationes & eſſe, & a ſe obiri velit:* quos ſequor. *Lambin.* Hic locus eleganter reſtitutus eſt de duobus manuſcriptis exempl. per cœtus (quod vocabulum a coëundo venit, unde *cœtus Lunæ* vo-

brationes eſſe, & a ſe obiri velit: ob eaſque cauſas ſtudeat parare ea, quae ſuppeditent & ad cultum, & ad victum: nec ſibi ſoli, ſed conjugi, liberis, ceteriſque, quos caros habeat, tuerique debeat. Quae cura exſuſcitat etiam animos, & majores ad rem gerendam facit. In primiſque hominis eſt propria veri inquiſitio, atque inveſtigatio. Itaque cum ſumus neceſſariis negotiis, curiſque vacui, tum avemus aliquid videre, audire, addiſcere: cognitionemque rerum aut

catur a Chalcidio pro coïtu) quoſvis conventus ſignificat: celebrationes τὰς πανηγύρεις interpretatur, quibus ſpectacula, ludique ſolennes ad alliciendos & conciliandos vicinos populos exhibebantur: quo nomine valde eas commendat Iſocrates. Tuſcul. v. *Item nos quaſi in mercatus quandam celebritatem de urbe aliqua, in hanc vitam ex alia vita & natura profectos, alios gloriæ ſervire, alios pecuniæ.* ſignificat eam frequentationem, ut pro Sulla, *Quæ domus? quæ celebratio? quæ familiaris dignitas? quæ ſtudia amicorum?* C. Lang.

Ut hominum cœtus & celebrari inter ſe, & a ſe obiri velit.] Hæc eſt vera lectio, quæ in vulgatis editionibus, etiam Victorii & Manutii, in quibus legitur, *& ſibi obœdiri velit*, plane depravata eſt. nam Cicero vult hominem a ratione impelli ut velit cœtus, & concilia tum inter ipſos homines celebrari ac frequentari, tum ab unoquoque noſtrum non negligi, ſed obiri. Langius ex duobus antiquis edidit, *ut hominum cœtus & eſſe, & a ſe obiri velit.* Petrus Balduinus, & Guilielmus Morelius teſtantur ſe in vetuſtis libris ſcriptis inveniſſe, *ut hominum cœtus & celebrationes & eſſe, & a ſe obiri velit.* Ad hæc juſtitiæ fundamenta pertinet illud libro ſecundo de finib. *Eademque ratio facit hominem hominum appetentem, cumque his natura & ſermone & uſu congruentem.* ad finem quoque hujus libri, homines dicuntur natura congregati quod lib. 3. de fin. a Catone pluribus diſputatur. *Fr. Fabrit.* Edidit quidem ſic Langius ut Fabritius teſtatur, in priore editione, ſed vitio librariorum *celebrationes* omiſſum fuiſſe notæ ejus docent, in quibus explicat quid ſit *celebratio*, in poſteriore vero recte hanc mendam correxit. Hanc lectionem aſſerit quoque codex Erphordenſis & primus illam ex antiquis codicibus reponendam eſſe docuit Turnebus Adverſ. XXVI, 32.

Majoreſque ad rem gerendam facit] Neſcio quid hic faciat, ubi loquitur de tuitione ſui ſuorumque, res gerere? De fortitudine poſtea loquetur, cui hic nihil loci. Valde blanditur conjectura doctoris mei τοῦ πάνυ, Ioannis Friderici Gronovii, qui dubitabat an non legendum ſit: *majoreſque ad rem quærendam facit.* Cura nos noſtroſque tuendi exacuit, inquit Cicero, animos ad artes excolendas, quibus rem faciamus. Manil. lib. I:

Et labor ingenium miſeris dedit: & ſua quemque
Advigilare ſibi juſſit fortuna premendo.

Vide Virgil. I Georg. v. 120. prolixe. *Grævius.*

Inprimiſque hominis eſt propria veri inquiſitio] Hinc Ariſtoteles hominem dicit θηρευτὴν τῆς ἀληθείας. veri inveſtigatorem. *S. Rachel.*

Avemus aliquid videre, audire, addiſcere] In vulgatis eſt, *ac diſcere.* pro quo Victorius, Langius & Lambinus, *addiſcere*, ex antiquis repoſuerunt: id quod duo ex noſtris comprobant in quibus, *ad beate vivendum*, ut Victorius edidit, non, *ad bene beateque vivendum*, etiam legitur, quod Lambinus

aut occultarum, aut admirabilium ad beate vivendum neceſſariam ducimus. ex quo intelligitur, quod verum, ſimplex, ſincerumque ſit, id eſſe naturae hominis aptiſſimum. Huic veri videndi cupiditati adjuncta eſt appetitio quaedam principatus, ut nemini parere animus bene a natura informatus velit, niſi praecipienti, aut docenti, aut utilitatis cauſa, juſte, & legi-

nus quoque admonuit. Sic & Pithæi aliique codices. *Fr. Fabrit.* Ariſt. I. Metaph. I. πάντες ἄνθρωποι τοῦ εἰδέναι ὀρέγονται φύσει. σημεῖον δ' ἡ τῶν αἰσθήσεων ἀγάπησις. καὶ γὰρ χωρὶς τῆς χρείας, ἀγαπῶνται δι' ἑαυτὰν, καὶ μάλιστα τῶν ἄλλων ἡ διὰ τῶν ὀνομάτων. οὐ γὰρ μόνον ἵνα πράττωμεν, ἀλλὰ καὶ μηδὲν μέλλοντες πράττειν, τὸ ὁρᾶν αἱρούμεθα ἀντὶ πάντων, ὡς εἰπεῖν, τῶν ἄλλων· αἴτιον δ' ὅτι μάλιστα ποιεῖ γνωρίζειν τι ἡμᾶς αὕτη τῶν αἰσθήσεων, καὶ πολλὰν δηλοῖ διαφοράν. *Omnes homines natura ſcire deſiderant. Signum autem eſt ſenſuum amor : nam abſque uſu propter ſe ipſos amantur. Præ ceteris autem, qui per oculos fit : non enim ut agamus ſolum, verum etiam nil acturi, ipſum viſum aliis omnibus anteferimus. Cauſſa autem eſt quod per ſenſum hic maxime multa cognoſcimus, multarum enim rerum diſcrimina docet.* S. Rachel. Vide de hac naturali hominum diſcendi cupiditate plurimis diſputantem Ciceronem V de finibus 18.

Ad bene beateque vivendum] Codices manuſcr. habent, *ad beate vivendum* tantum, quos ſequor. *Lamb.*

Quod verum, ſimplex, ſincerumque ſit] Hinc veri ſermo dicitur eſſe ſimplex & infucatus : Euripides Phœniſſis:

Ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ
Κ' οὐ ποικίλων δεῖτ' ἄνδιχ' ἑρμηνευμάτων
Ἔχει γὰρ αὐτὰ καιρόν. ὁ δ' ἄδικος λόγος
Νοσῶν ἐν αὑτῷ φαρμάκων δεῖται σοφῶν, hoc eſt, interprete Grotio

Simplex & infucati veri oratio eſt,
Nil indiget res æqua ſermonum ambitu,
Manifeſta per ſe cauſſa ſed juris ſui
Vitio laborans, quærit a verbis opem.

Huic veri videndi cupiditati adjuncta eſt appetitio quadam principatus] Hoc quoque ait proprium eſſe homini, ut velit inter ſuos excellere, & ceteris imperare, ſi animus bene ſit a natura informatus, hoc eſt, formatus fictus, ſi non eum ita natura neglexit, ut nihil ſublime, nihil homine dignum cogitet unquam, ſed vitam ſilentio velut bellua tranſeat, abjectus ad victum tantum & ventris & gulæ oblectamenta. ſive non natus ſervus ſit, hoc eſt, ſervili ingenio, de hominibus iſtis ad ſervitutem natis vide Ariſtot. Polit. I, 5. & Galeni libellum quod animi ſequuntur temperamentum corporis. cap. ult. Tales fuerunt Phryge, Cappadoces. Animam alia reddi perfectiorem cum propter patriam, tum propter alia docet Tertull. de anima c. 20.

Niſi præcipienti, aut docenti, utilitatis cauſſa juſte & legitime imperanti] Hinc Ariſtot. I. Polit. 5. dicit ſapientem natura imperare deteriori, ac minus ſapienti. Exemplo ſit Eumenes. Victus ab Antigono confugiebat ad Argyraſpidas, qui illum recipere nolebant, poſt Alexandrum magnum omnes duces dedignantes. Tandem multis precibus fatigati illum receperunt non tanquam ducem, ſed tanquam commilitonem. *Receptus hac lege* inquit Iuſtin. XIV, 3. *paulatim imperium primum monendo ſingulos, mox quæ perperam facta erant, blande corrigendo uſurpat : nihil in caſtris ſine illo agi, nihil adminiſtrari ſine ſolertia illius poterat.*

Aut utilitatis cauſſa juſte & legitime imperanti] Nimirum, qui legitime magiſtratus eſt conſtitutus : ad diſcrimen tyran-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

legitime imperanti: ex quo animi magnitudo exſiſtit, humanarumque rerum contemtio. Nec vero illa parva vis naturae eſt, rationiſque quod unum hoc animal ſentit, quid ſit ordo, quid ſit quod deceat, in factis dictiſque qui modus. itaque eorum ipſorum, quae adſpectu ſentiuntur, nullum aliud animal pulchritudinem, venuſtatem, convenientiam partium ſentit. quam ſimilitudinem natura, ratioque ab oculis ad animum transferens, multo etiam magis pulchritudinem, conſtantiam, ordinem in conſiliis, factiſque con-

tyrannorum, qui vi & malis artibus, non ſuorum civium voluntate ac ſuffragiis, aut legibus patriæ poteſtatem eam ſunt conſecuti.

Humanarumque rerum contemtio] Falluntur qui legendum putant, *humanarumque rerum contentio.* a verbo contendo, referentes, ad contentionem, quæ oritur inter homines de rebus utilibus, ut de potentia, & imperio, & honore, & ceteris fortunæ bonis. quo nihil abſurdius excogitari poteſt, & miror hoc eis veniſſe in mentem. Nam primum pugnantia loqueretur Cicero, & diceret res inter ſe contrarias ex eadem re oriri, nempe virtutem & vitium. dicit enim ex appetitione principatus, laudabili ſcilicet & honeſta, oriri animi magnitudinem, quæ eſt virtus: & humanarum rerum contentionem, ut vult ille, quæ eſt vituperabilis & vitioſa. Deinde contentio humanarum rerum non puto æque Latine dici poſſe, ut, honorum contentio, quoniam hoc eſt uſitatum: illud non item. Induxit illum, quod exiſtimat, apud Ciceronem nolle alteri parere niſi præcipienti &c. eſſe vitioſum, cum M. Tullius ipſe oſtendat, eſſe laudabile his verbis, animus bene a natura informatus. Poſtremo demonſtrabo ſic eſſe legendum, ut edidi, & ut habent omnes aliæ editiones, niſi quod habent litteram, p, ante, m. quam ſcripturam vulgatam, ſcio eſſe pravam & perverſam. Sed oſtendamus id quod polliciti ſumus. De ſimili igitur humanarum rerum contemtione loquitur hic Cicero, atque infra non longe admodum: ibi: *reliquis autem tribus, neceſſitates propoſitæ ſunt ad eas res parandas, tuendaſque, quibus actio vitæ continetur, ut & ſocietas hominum conjunctioque ſervetur: & animi excellentia cum in augendis opibus utilitatibuſque & ſibi, & ſuis comparandis, tum multo magis in his deſpiciendis eluceat.* & infra eodem libro: *Intelligendum eſt autem, cum propoſita ſint genera quattuor, e quibus honeſtas, officiumque manaret, ſplendidiſſimum videri, quod animo magno, elatoque, humanaſque res deſpiciente factum ſit.* & infra ab eo loco non longe admodum: *In eo enim eſt illud, quod excellentes animos, & humana contemnentes facit.* & infra, a proximo loco non longe: *Capeſſentibus autem remp. nihilominus, quam philoſophis, haud ſcio an magis etiam, & magnificentia, & deſpicientia adhibenda eſt rerum humanarum.* Et libro tertio: *Etenim multo magis eſt ſecundum naturam celſitas animi, & magnitudo, itemque communitas, juſtitia, liberalitas, quam voluptas, quam vita, quam divitiæ: quæ quidem contemnere, & pro nihilo ducere, comparantem cum utilitate communi, magni animi eſt, & excelſi.* Lamb.

Quid ſit ordo, quid ſit quod deceat, in factis dictiſque qui modus] Langius edidit, *qui ſit ordo.* In optimo noſtro eſt, *quid ſit ordo.* Fr. Fabrit. Nihil aliud ſignificat, quam hoc quoque proprium eſſe hominis, quod ſolus inter omnia ani-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

conſervandum putat: cavetque ne quid indecore, effaeminateve faciat: tum in omnibus & opinionibus, & factis, ne quid libidinoſe aut faciat aut cogitet. quibus ex rebus conflatur, & efficitur id, quod quaerimus honeſtum: quod etiam ſi nobilitatum non ſit, tamen honeſtum ſit: quodque vere dicimus, etiam, ſi a nullo laudetur, natura eſſe laudabile. Formam quidem ipſam, Marce fili, & tanquam faciem honeſti vides: quae ſi oculis cerneretur, mirabiles amores, (ut ait Plato) excitaret ſapientiae. Sed omne quod honeſtum eſt, id quattuor partium oritur ex aliqua. aut enim

animalia novit, judicetque quid in omni actione ſermoneve ſit obſervandum quod deceat. Hic eſt ille modus de quo Horatius:

Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines
Quos ultra citraque nequit conſiſtere rectum.

Ne quid libidinoſe aut faciat, aut cogitet] Hinc Iuvenal. Sat. 13. v. 209:

Nam ſcelus intra ſe tacitum qui cogitat ullum
Facti crimen habet.

Vnde Democrates in ſententiis: Ἀγαθὸν οὐ τὸ μὴ ἀδικεῖν, ἀλλὰ τὸ μηδὲν ἐθέλειν. *Bonum eſt non ſolum ab injuria, ſed etiam a voluntate lædendi abſtinere.* Nam, ut idem ait: Δόκιμος ἀνὴρ καὶ ἀδόκιμος οὐκ ἐξ ὧν πράσσει μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξ ὧν βούλεται. *Vir probus aut improbus non ex operibus tantum, ſed etiam ex voluntate ſpectatur.* Quin & legibus Romanis non tantum facta, ſed & conſilia & voluntas puniebatur. vide Cujac. Obſervat. xv, 25.

Quod etſi nobilitatum non ſit] Etſi notum non ſit, & prædicetur a nemine. Inferius in lib. 2: *Phalaris, cujus eſt inter ceteros nobilitata crudelitas.* II Tuſc. *Clari & nobilitati labores.*

Amores, ut ait Plato, excitaret ſapientiæ] Pro *ſapientiæ* Faernus reponebat *ſui*: confirmabatque eam lectionem Platonis auctoritate, apud quem eſt, ἑαυτῆς, & loco ſimili ex lib. II De finibus, in quo ſcriptum eſt: *Quam illa ardentes amores excitaret ſui ſi videretur.* Platonis verba ex Phædro unde hæc Ciceronis tranſlata ſunt ſubjecimus: δεινοὺς γὰρ ἂν παρεῖχεν ἔρωτας, εἴ τι τοιοῦτον ἑαυτῆς ἐναργὲς εἴδωλον παρείχετο εἰς ὄψιν ἰόν. *F. Vrſin.*

Excitaret ſapientiæ.] Sunt qui hanc lectionem, quam conſenſus omnium librorum tuetur, damnent, rectiuſque legi judicent, *excitaret ſui*. Sed Plato de ſapientia in Phædro dixit, quod Cicero hic ad honeſtatem quæ a ſapientia tanquam fonte manat, accommodat. Platonis verba ſunt hæc: ὄψις ἡμῖν ὀξυτάτη τῶν διὰ τοῦ σώματος ἔρχεται αἰσθήσεων. ᾗ φρόνησις οὐχ ὁρᾶται. δεινοὺς γὰρ ἂν παρεῖχεν ἔρωτας, εἰ τοιοῦτον ἑαυτῆς ἐναργὲς εἴδωλον παρείχετο εἰς ὄψις ἰόν. quæ Cicero libro ſecundo de finibus ſic interpretatur: *Oculorum*, inquit Plato, *eſt in nobis ſenſus acerrimus: quibus ſapientiam non cernimus. quam illa ardentes amores excitaret ſui, ſi videretur.* Fr. Fabr.

Sed omne quod honeſtum eſt, id quattuor partium oritur ex aliqua] De diviſione virtutum variæ ſunt ſententiæ veterum Philoſophorum. Vt taceam quod Laertius de Ariſtone memorat, illum ſcilicet, neque, ut Zenonem, multas induxiſſe virtutes, neque ut Megaricos, unam, quæ nominibus multis vocetur, ſed dixiſſe ſolum, eam eſſe, quodammodo ad aliquid:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

enim in perſpicientia veri, ſollertiaque verſatur: aut in hominum ſocietate tuenda, tribuendoque ſuum cuique & rerum contractarum fide, aut in animi excelſi, atque invicti magnitudine, ac robore: aut in omnium, quae fiunt, quaeque dicuntur, ordine, & modo, in quo ineſt modeſtia, & temperantia. Quae quattuor quamquam inter ſe colligata, atque implicita ſunt, tamen ex ſingulis certa officiorum genera naſcuntur: velut ex ea parte, quae prima deſcripta eſt, in

itemque quod habet de Apollophane, aſſeruiſſe ſcilicet illum unicam virtutem, prudentiam: conſtat vulgatiſſimam eſſe, quam Epicurus quoque agnovit, virtutis diviſionem in quatuor ſpecies celebres, prudentiam, temperantiam, fortitudinem, & juſtitiam. Ipſe Ariſtoteles egit quidem in Ethicis, neque uno ſane loco tantum, de hiſce quatuor virtutibus, verum ſic præterea diſſeruit de manſuetudine, liberalitate, animi magnitudine &c. tanquam de ſpeciebus virtutis diſtinctis, ſed earum numerum non definiit. Ante Ariſtotelem autem Plato, tametſi viſus interdum fuerat hiſce ſpeciebus addere alias, nihilominus lib. 4. & 6. de rep. numerum virtutum in civitate neceſſariarum hiſce quatuor circumſcripſit, ſapientia, ſeu prudentia, fortitudine, temperantia, juſtitia, quod & Laertius libro 3. adſtruit. Deinceps quoque licet Stoici varii virtutem varie diviſerint, Poſidonius tamen inter ceteros, eadem quatuor genera ſtatuit, ut apud eundem eſt Laertium. Vnde Cicero videtur partim ex Platone, partim ex Stoicis, Epicuroque ipſo ſumſiſſe, quod de quatuor his virtutibus hoc loco tradidit. *P. Gaſſendus* de morali Philoſophia Epicuri.

Quæ quatuor quanquam inter ſe colligata atque implicata ſunt] Eſt hoc Stoicorum dogma, τὰς ἀρετὰς ἀντακολουθεῖν ἀλλήλαις, καὶ τὸν μίαν ἔχοντα πάσας ἔχειν, *virtutes eſſe inter ſe nexas, ut omnes habeat, qui unam habeat.* Et Chryſippus ſpeciatim apud Plutarchum, *eſſe virtutes connexas docet non ſolum, quod qui unam habet, omnes habet, verum etiam, quod qui ſecundum unam aliquid, idem agat ſecundum omnes, & neque vir perfectus ſit, qui non omnes virtutes habeat: neque actio perfecta, quæ non fiat ſecundum omnes.* vide Ciceron. II Tuſcul. & Senec. ep. 67. *P. Gaſſendus*, qui de morali Philoſophia Epicuri pluribus de hoc ſcito Stoico agit.

Quæ primo deſcripta eſt] Longe venuſtius Pithæanus codex: *quæ prima deſcripta eſt*, & ſic editio C. Langii, Fr. Fabrit. *Deſcripta* vero non eſt, ut vulgo accipiunt, definita, ſed collocata, & ordinata primo loco. Cic. de petit. conſul. *Etſi hominibus ſtudioſis noſtri gratioſiſque ſuum cuique munus deſcripſimus.* Horat. de arte poetica: *deſcriptas ſervare vices* hoc eſt impoſitam perſonam recte gerere. Sic *deſcriptio* in hujus libri cap. 7. *Similiſque eſt privatarum poſſeſſionum deſcriptio*, eſt aſſignatio. Sic *deſcripte* eſt ordine, & opponitur τῷ *confuſe* apud eundem Ciceronem I de invent. Rhet. *In præſentia tantummodo numeros & modos & partes argumentandi confuſe & permixte diſperſimus, poſt deſcripte & electe in genus quoddam cauſſæ digeremus* & *deſcriptus* eſt apte diſpoſitus, ordinatus in III de fin. *Quid enim in natura, qua nihil eſt aptius, nihil deſcriptius, aut in operibus manu factis tam compoſitum.* Acceperunt hoc loquendi genus Latini a Græcis, quibus καταγράφειν in eadem ponitur notione. *Grævius.*

In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

in qua ſapientiam & prudentiam ponimus, ineſt indagatio, atque inventio veri: ejuſque virtutis hoc munus eſt proprium. Vt enim quiſque maxime perſpicit, quid in re quaque veriſſimum ſit, quique acutiſſime, & celerrime poteſt & videre, & explicare rationem, is prudentiſſimus, & ſapientiſſimus rite haberi ſolet. quocirca huic, quaſi materia, quam tractet, & in qua verſetur, ſubjecta eſt veritas. Reliquis autem tribus virtutibus neceſſitates propoſitae ſunt ad eas res parandas, tuendaſque quibus actio vitae continetur: ut & ſocietas hominum, conjunctioque ſervetur: & animi excellentia magnitudoque cum in augendis opibus, utilitatibuſque, & ſibi, & ſuis comparandis, tum multo magis in his ipſis deſpiciendis eluceat. Ordo autem, & conſtantia, & moderatio, & ea quae ſunt his ſimilia, verſantur in eo genere, ad quod adhibenda eſt actio quaedam, non ſolum mentis agitatio. His enim rebus, quae tractantur in vita, modum quendam & ordinem adhibentes, ho-

In qua ſapientiam & prudentiam ponimus] Sapientia & prudentia hic eadem eſt virtus, ut ſæpe alias Ciceroni & Platoni, aliiſque. Ariſtoteles cum eas ſecernit, ſapientiam vocat ſcientiam rerum multarum & mirabilium: prudentiam vero virtutem, quæ rebus ad vitam utilibus incumbit, *Ex quo ſit*, inquit VI Eth. 7, *ut Anaxagoram, Thaletem, ceteroſque id genus viros, ſapientes quidem eſſe dicant, prudentes vero minime, quod ignorare illos ea, quæ ſibi ſunt utilia, obſervent: callere vero interim eximia quædam, admirandaque & difficilia, atque divina, ſed nihilominus inutilia, quæ ſunt bona humana non quærunt.* Agit hic Cicero non de ſublimi illa ſapientia, quæ in occultis rerum cauſſis perveſtigandis tota eſt, ſed de prudentia illa, quæ omnes vitæ actiones moderatur recte, & bona a malis, utilia a noxiis diſcernit quæ quid ſequi fugereve oporteat præſcribit, hominemque ad bene vivendum inſtituit. Hanc ſapientiam quoque dixit Afranius tritis illis:

Vſus me genuit, mater peperit Memoria:
Σοφίαν vocant me Graii, vos ſapientiam. Gaſſendus.

Vt enim quiſque maxime perſpicit quid in re quaque veriſſimum ſit, &c.] Talis fuit Themiſtocles, qui, ut C. Nepos in ejus vita ait, *celeriter quæ opus erant reperiebat: quod & de inſtantibus, ut ait Thucydides, veriſſime judicabat, & de futuris callidiſſime conjiciebat. Nec minus in rebus gerendis promtus, quam excogitandis erat.* Sic hunc locum trajectione verborum laborantem in editis bene Auguſtus Buchnerus conſtituit.

Reliquis autem tribus virtutibus neceſſitates propoſitæ ſunt ad eas res parandas, tuendaſque quibus actio vitæ continetur] Ceteræ tres virtutes, ut juſtitia, fortitudo, temperantia verſantur in rebus ne-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

6 honeſtatem & decus conſervabimus. Ex quattuor autem locis, in quos honeſti naturam, vimque diviſimus, primus ille, qui in veri cognitione conſiſtit, maxime naturam attingit humanam. Omnes enim trahimur & ducimur ad cognitionis, & ſcientiae cupiditatem: in qua excellere pulchrum putamus: labi autem, errare, neſcire, decipi, & malum, & turpe ducimus. In hoc genere & naturali, & honeſto, duo vitia vitanda ſunt: unum, ne incognita pro cognitis habeamus, hiſque temere aſſentiamus. quod vitium effugere qui volet, (omnis autem velle debent) adhibebit ad conſiderandas res & tempus, & diligentiam. Alterum eſt vitium, quod quidam nimis magnum ſtudium, multamque operam in res obſcuras, atque

neceſſariis conſervandis, parandis & ſine quibus vitam agere commode civilem non poſſumus. Hoc quomodo fiat, & officia ex his virtutibus manantia, quid ad vitam facile tegendam, & ſocietatem tuendam conferant, in ſequentibus oſtendet.

Omnes trahimur & ducimur ad cognitionis & ſcientiæ cupiditatem] Senec. de otio ſapientis cap. 32: *Hoc non erit probatum, ſi ſe unuſquiſque conſuluerit, quantam cupiditatem habeat ignota noſcendi, quam ad omnes fabulas excitetur? Navigant quidam & labores peregrinationis longiſſimæ una mercede perpetiuntur, cognoſcendique aliquid abditum remotumque. Hæc res ad ſpectaculum populos contrahit, hæc cogit præcluſa rimari, ſecretiora exquirere, antiquitates evolvere, mores barbararum audire gentium. Curioſum nobis natura ingenium dedit: & artis ſibi ac pulchritudinis ſuæ conſcia ſpectatores nos tantis rerum ſpectaculis genuit, perditura fructum ſui, ſi tam magna, tam ſubtiliter ducta, tam nitida, & non uno genere formoſa ſolitudini oſtenderet.* vide ibi plura.

Ne incognita pro cognitis habeamus, hiſque temere aſſentiamus] Balduinus annotat in vetuſtis libris legi, *aſſentiamus*, quod ego in tribus inveni, itaque Manutius, Cratander & Langius ediderunt. Sic cum alibi, tum in Conſolatione dixit: *Aſſentiamus eorum ſapientiæ, quorum ingeniis & inventis omnem vitam legibus & inſtitutis excultam conſtitutamque habemus*, ita manuſcriptus liber Lactantii cap. 15, lib. I. *Fr. Fabrit.* Hoc, quod hic Cicero præcipit, M. Antoninus Imperator a Iunio Ruſtico in tenera ætate ſe didiciſſe gaudet lib. I τῶν εἰς ἑαυτὸν, καὶ τὸ ἀκριβῶς ἀναγιγνώσκειν. καὶ μὴ ἀρκεῖσθαι περινοοῦντα ὁλοσχερῶς. μηδὲ τοῖς περιλαλοῦσι ταχέως συγκατατίθεσθαι. *Accurate legendum, neque conſiderationem confuſam & generalem ſatis putandam, neque celeriter aſſentiendum temere garrientibus.* Et hoc patrem ſuum præſtitiſſe memoriæ prodidit idem eodem libro: καὶ τὸ ζητητικὸν ἀκριβῶς ἐν τοῖς συμβουλίοις, καὶ ἐπίμονον, ἀλλ' οὐ τὸ προαπέστη τῆς ἐρεύνης ἀρκεσθεὶς ταῖς προχείροις φαντασίαις. *In conſiliis accurate quid conducere poſſet ac diu inquirebat, neque obviis quibuſque cogitationibus contentus finem conſultandi faciebat.* Grævius.

Multamque operam in res obſcuras & difficiles collocant] Hujus nomine diis gratias agit M. Antonin. lib. I. τῶν εἰς ἑαυτὸν, ὅπως ἐπιθύμησα φιλοσοφίας,

atque difficiles conferunt, eaſdemque non neceſſarias: quibus vitiis declinatis, quod in rebus honeſtis, & cognitione dignis operae curaeque ponetur, id jure laudabitur: ut in aſtrologia C. Sulpicium audivimus: in geometria Sex. Pompejum ipſi cognovimus: multos in dialectica, plures in jure civili. quae omnes artes in veri inveſtigatione verſantur: cujus ſtudio a rebus gerundis abduci contra officium eſt. virtutis enim laus omnis in actione conſiſtit: a qua tamen ſaepe fit intermiſſio: multique dantur ad ſtudia reditus: tum agitatio mentis, quae numquam acquieſcit, poteſt nos in ſtudiis cogitationis etiam ſine opera noſtra con-

φίας, μὴ ἐμπεσεῖν εἴς τινα σοφιστὴν, μηδὲ ἀποκαθίσαι ἐπὶ τοὺς συγγραφεῖς ἢ συλλογισμοὺς ἀναλύειν, ἢ περὶ τὰ μετεωρολογικὰ καταγίνεσθαι. *Quod cum animum ad Philoſophiam adjunxiſſem, non incidi in ſophiſtam aliquem, nec vulgaribus ſcriptoribus legendis tempus trivi, nec ſolvendis ſyllogiſmis, nec cœleſtibus curioſe perſcrutandis detentus ſum.* Grævius.

In veri veſtigatione] Veſtigationis nomen Langius hic recepit, & Lambinus retinuit: pro quo in aliis compoſitum, *inveſtigatione*, legitur. *Veſtigator* ait Varro, à *veſtigiis ferarum*, quas indagatur. *Fr. Fabrit.* Sane prima quoque editio: *veri veſtigatione.* ſed vereor ne primam ſyllabam, ultima præcedentis abſorpſerit. Nam *inveſtigatione* legitur etiam in Pithæano & meo MS. *Græv.*

Poteſt nos in ſtudiis cognitionis] Sic legendum eſt, vel libris omnibus reclamantibus: non ut vulgo, *cogitationis.* nam primum abſurdum eſt ita dicere, agitatio mentis poteſt nos continere in ſtudiis agitationis, ſeu, cogitationis. Deinde cum cogitatio verſetur vel in conſiliis capiendis de rebus ad bene, beateque vivendum pertinentibus, vel in ſtudiis cognitionis: ſtudia cogitationis à ſtudiis cognitionis differant neceſſe eſt. ſic enim & ſtatim loquitur, aut in ſtudiis ſcientiæ, cognitioniſque. *Lamb.* Lambini emendationi ſuffragantur variæ lectiones, quas Paulus Manutius ante annos xx divulgavit. Idem Manutius operam hic intelligi ait, cum legimus, ſcribimus, diſputamus, audimus. *Fr. Fabrit.* Multis contra hanc Lambini conjecturam diſputat Aldus Manutius. Sed ratio nullius eſt momenti, qua tueri lectionem vulgatam ſtudet. Tria enim eſſe diverſa contendit, virtutis actionem, cognitionis ſtudia, & mentis agitationem. Hanc non ad unam cognitionem referri ſed tum ad conſilia de bene vivendo, tum ad inquirendum verum. quæ quis negat? ſed hunc ſenſum quis ex his verbis exprimat: agitatio mentis poteſt nos in ſtudiis cogitationis continere? quod quid aliud eſt, ut recte Lambinus animadvertit, agitatio mentis ſeu cogitatio continet nos in ſtudiis cogitationis? Quid enim eſt agitatio mentis aliud quam cogitatio, ut ipſe explicat in ſequentibus verbis, cogitatio motuſque animi? Præterea quæ ſunt ſtudia cogitationis? quæ forte cogitando & meditando extundimus. Sed hæc eſt cognitio, quam parit cogitatio ſeu meditatio. Nihil huc pertinet locus elegans, quem ex VI ad fam. ep. I. affert: *De te autem ipſo*, Torquate, *eſt tuum, ſic agitare animo, ut non adhibeas in conſilium cogitationum tuarum deſperationem,*

continere. Omnis autem cogitatio, motuſque animi,
aut in conſiliis capiendis de rebus honeſtis, & perti-
nentibus ad bene, beateque vivendum aut in ſtudiis
ſcientiae, cognitioniſque verſatur. ac de primo qui-
7 dem officii fonte diximus. De tribus autem reliquis
latiſſime patet ea ratio, qua ſocietas hominum inter
ipſos,

aut timorem. hoc eſt, de te autem ſic te decet cogitare, ut non cogites de deſperatione, aut metu mortis, ſive de tuis rebus cum cogitas, non debes cogitare deſperata eſſe omnia, & extrema tibi metuenda. Vides igitur q꞉am longe ſit diverſus ab iſto, quem hic expendimus, loco, in quo legitur agitatione mentis ſtudia agitationis contineri. quod eſt abſurdiſſimum & nullius ſententiæ. Cenſeo igitur aut *cogitationis* eſſe interpretationem, quæ ex margine in contextum irrepſit, cum quis expoſuiſſet hac voce, quid eſſet agitatio mentis, dein cum idem ſentirent eſſe cogitatio & agitatio mentis τὸ cogitatio protruſa eſt ad vocem *ſtudiis*, inde nota eſt hæc inſulſa ſcriptura *ſtudia cogitationis*: aut Lambini conjectura eſt approbanda: quam ſane, ſi ei vetuſtior liber ſuffragaretur, reciperemus. In variis tamen lectionibus, quas Robertus Stephanus editioni minori hujus libelli, quæ 1546 Pariſiis prodiit, ſubnectit, legitur quidem *ſtudiis cognitionis etiam*, ſed in fronte libri ſignificat eas lectiones non ſolum ex libris manuſcriptis, ſed & ex ingenio hauſtas. Nihil itaque invitis libris auſus ſum novare. Quamvis perſuaſiſſimum mihi ſit Ciceronem ſcripſiſſe *cognitionis*, ſicque Ambroſium iis quibus utebatur, inveniſſe codicibus, qui hæc verba ut pleraque alia in ſuos de officiis libros tranſtulit. Sic enim in cap. 27 lib. 1. in quo de hoc ipſo argumento agit: *Omnibus igitur hominibus*, inquit, *ineſt ſecundum naturam humanam verum inveſtigare, quod ad ſtudium cognitionis & ſcientiæ trahit.* Mens Ciceronis hæc eſt. Res ſunt gerendæ. A quibus nimium rerum abſtruſarum ſtudium nos non debet avocare, præſertim, cum, ſi illo tenemur, ſæpe poſſimus a rerum actione ad illud reverti, horis nimirum ſubſicivis, aut cum *aliquæ venient feriæ. Quæ nos ſoluto pectore ad ſtudium vocent.* Præterea mentis agitatio, ſeu meditatio poteſt nos etiam ſine labore corporis, etſi Muſæo non ſimus affixi, nec legendo, ſcribendove demus operam, in balneis, in itinere, in lecto, exerçere in ſtudiis. Nam *continere* proprie de magiſtris dicitur, qui exercent adoleſcentes, ut I. Frid. Gronovius olim docuit. Cic. VII ad fam. 19: *Vt vero ipſi tibi loci propoſita quæſtione occurrant, exercitatione conſequere, in qua quidem nos te continebimus.* Petron. *Nondum juvenes declamationibus continebantur.* Gell. XIX, 1: *Quem ego Athenis cognovi non parva virum auctoritate, ſatiſque attente diſcipulos juvenes continentem.* Phædrus: *Exemplis continetur Æſopi genus.* Græv.

Ac de primo quidem officii fonte diximus] In manuſcripto eſt *ſatis diximus.* in impreſſis autem deeſt *ſatis*, quod tamen videtur non eſſe ſupervacaneum. *F. Vrſin.*

Latiſſime patet ea ratio qua ſocietas] Abſoluto loco de ſapientia & prudentia tranſit ad ſecundam partem honeſtatis, quæ pertinet ad tuendam & conſervandam hominum ſocietatem, cujus partes duas eſſe dicit, juſtitiam & liberalitatem. Iuſtitia nemini ſuum eripit, liberalitas etiam aliis de ſuo ſponte largitur. Iuſtitia nemini nocet. liberalitas ſponte aliis prodeſt. Bipertita igitur hæc diſputatio futura eſt. Primum enim de juſtitia dicetur, dein de liberalitate. In juſtitia ait virtutis ſplendorem eſſe maximum, convenienter ei quod apud Ariſtot. legitur

ἐν

ipſos, & vitae quaſi communitas continetur. cujus partes duae ſunt. Iuſtitia in qua virtutis ſplendor eſt maximus: ex qua boni viri nominantur: & huic conjuncta beneficientia, quam eamdem vel benignitatem, vel liberalitatem appellari licet. Sed juſtitiae primum munus eſt, ut ne cui quis noceat, niſi laceſſitus inju-

οὔθ' ἕσπερος οὔτ' ἑῷον οὕτως θαυμαστὸν ἐστὶ), & ex ea bonos viros nominari, πᾶς γὰρ ἀνὴρ ἀγαθὸς Κύρνε δίκαιος ἐών, ait Theognis. *Muretus.*

Vitæ quaſi communitas] Eſt ſocialis iſta vita, quæ hominibus præ ceteris animalibus eſt propria. male nonnulli hæc explicant. Cicer. III de fin. *Quemadmodum membris utimur priuſquam didicimus cujus ea utilitatis cauſſa habeamus, ſic inter nos natura ad civilem ſocietatem conjuncti & conſociati ſumus.* Ibid. *Præclare Chryſippus cetera nata eſſe hominum cauſſa & deorum, eos autem communitatis & ſocietatis ſuæ.* Paullo poſt: *Homines natos eſſe ad congregationem hominum & ad ſocietatem communitatemque generis humani.* Græv.

Conjuncta beneficientia] Antiqui libri *beneficientia*, quo modo *beneficientiſſimus* in Lælio ſcribitur. quod eſt ſecundum analogiam: diceretur enim *beneficiens*. Sic *deſpicientia* dixit infra, ut *proſpicientia* in Philipp. VII. ubi tamen ſcioli providentia repoſuerunt. *C. Lang.* Cum & Langius teſtetur ſuos codices habere, *beneficientia*, & noſtri itidem habeant, non putavi mihi crimen temeritatis eſſe pertimendum, ſi tot librorum conſenſum ſecutus eſſem. *Lambin.* In Pall. & Guilielm. quatuor, nec non in Græv. MSS. *beneficientia* quoque legitur. Probat quoque Giffanius in indice Lucretiano in deſipientia & Voſſius in II de Analog. 25.

Ne cui quis noceat] Hoc vere & præclare dictum eſt. Cum enim juſtitia bonum quiddam ſit, & boni ea vis ac natura ſit, ſemper prodeſſe, nunquam nocere, neceſſario efficitur, juſtum nemini nocere. Itaque Deus, qui ſumme juſtus eſt, aut ipſa potius ſumma juſtitia nunquam nocet, ſed ſemper etiam, cum ulciſcitur, prodeſt. *Muret.*

Niſi laceſſitus injuria] Huic primo præcepto juſtitiæ, nemini nocere, additur exceptio, ut qui injuria laceſſitus ſit, is juſte ei, a quo laceſſitus eſt, viciſſim nocere poſſe videatur. Ideo Lactantius hunc ipſum locum reprehendit lib. VI c. 18. Vir bonus quidem nunquam quidquam facere debet, ne laceſſitus quidem ut noceat alteri: poteſt tamen factam ſibi injuriam ſine vitio ulciſci. Omnes qui ſe ulciſci volunt, aut ſua cauſſa id faciunt, aut aliena. Sua tribus modis. Aut enim ut ſibi expleant animum reponendo dolore ei, a quo læſi ſunt: quaſi facilius laturi dolorem ſuum, ſi ei quoque, qui eum attulit, male eſſe viderint: aut ex ultione commodum ſibi & emolumentum aliquod quærunt: ut ſi tu mihi centum per injuriam abſtuleris, ego quoque totidem a te auferre cupiam aut etiam pœnæ nomine aliquanto amplius: aut ſibi cavere in poſterum & proſpicere volunt, metuentes, ne in contemptum adducantur, neve aut ab eo ipſo, qui læſit, aut ab aliis, quaſi per ludibrium alias injurias accipiant. Scitum enim eſt illud: *Veterem ferendo injuriam irritas novam.* Aliena autem cauſſa ulciſci ſe ſtudent duobus modis. Aut enim ipſius cauſſa qui læſit, ut ei quaſi medeantur, eumque modeſtiorem efficiant: aut etiam reip. cauſſa: ut ejus quem ulciſci volunt exemplo coerceantur alii, & ab injuria abſterreantur, ſitque, ut Iuriſconſulti loquuntur, pœna unius, metus multorum. Ita Deum peccata hominum ulciſci dixerat Chryſippus lib. I de juſtitia. ἵνα τῶν πονηρῶν κολαζομένων οἱ λοιποὶ παραδείγμασι του-

injuria: deinde ut communibus utatur pro communibus, privatis ut ſuis. Sunt autem privata nulla natura: ſed aut veteri occupatione, ut qui quondam in vacua

τούτοις χρώμενοι, ἤτοι ἐπιχειρῶσι τούτων τι ποιεῖν. *Muret.* Sed vide Grotium lib. II de Iure belli & Pacis cap. I. Nec tamen ex Stoicorum ſchola. Horum enim ſcitum eſt neminem lædi niſi a ſe ipſo. Non poteſt ergo ſapiens Stoicus laceſſi injuria, aut ulla alterius injuria impelli ad ei nocendum. Sed hæc ſcribi præcipique non ſapientibus, ſed viris bonis ſuperius dixit Tullius. Præterea hæc laceſſito injuria laceſſenti nocere fas eſſe, intelligenda ſunt, de ratione, qua non aliter poſſum arcere injuriam. Nam in civitate, ubi jure licet agere, legibus & judici res committenda eſt, qui inferentem injuriam puniat. Qui explendi animi cauſſa ſe ulciſcuntur, merito damnantur ab omnibus. vide Senec. III de ira 32. Iuvenal. Sat. XIII, 180. H. Grot. II de Iure Belli & Pacis c. 20. §. 5.

Vt communibus utatur pro communibus] Nunc de poſſeſſione & rerum dominio, quomodo in his officium ſit colendum. Communes res ſunt vel omnium hominum, vel reip. alicujus, vel ſocietatis. In his utendis officio boni viri fungetur, ſi communibus utatur pro communibus, nec ſibi ex iis privatim quicquam vindicet. vide ICtos de rerum diviſione, & acquirendo rerum dominio, & Hug. Grot. de Iure Belli & Pacis cap. 2, 3, 4. *Rachelius.* Sed vide quam varie communia dicantur quam eleganter explicet Senec. VII de benef. c. 12.

Privatis ut ſuis] Ne tamen iis abutatur. Intereſt enim reip. ne ſua res quis male utatur. §. fin. Inſt. de his qui ſui vel. al. juris. Dein etiam publicæ neceſſitatis vel utilitatis gratia, jure dominii eminentis, civitatem, vel qui civitatis vice fungitur, poſſe privatorum rebus uti, eaſque perdere & alienare, docuit Grotius III de Iure Belli & Pacis c. 10. §. 7. & Boeclerus peculiari diſſertat. ad Grotii lib. I. c. I. *Rachel.*

Sunt autem privata nulla natura] Vt in initio rerum, cum eſſent omnia communia & indiviſa omnibus, veluti unum cunctis patrimonium eſſet, ut Iuſtinus loquitur 43, I. ut quiſque hominum ad ſuos uſus arripere poſſet, quod vellet, & quæ conſumi poterant, conſumere. Horat. II Sat. 2:

Nam propria telluris horum natura neque illum
Nec me, nec quenquam ſtatuit, nos expulit ille,
Illum aut nequities, aut vafri inſcitia juris,
Poſtremum expellet certe vivacior heres.
Nunc ager Vmbreni ſub nomine, nuper Ofelli
Dictus erit nulli proprius, ſed cedet in uſum
Nunc mihi, nunc alii.

Senec. ep. 90: *Hæc* (philoſophia docuit) *& inter homines conſortium: quod aliquamdiu inviolatum manſit, antequam ſocietatem avaritia diſtraxit, & paupertatis cauſſa etiam his, quos fecit locupletiſſimos, fuit. Deſierunt enim omnia poſſidere, dum volunt propria. Sed primi mortalium, quique ex his geniti, naturam incorrupti ſequebantur. Conſortium* eſt indiviſa bonorum communitas. vide & Plin. proœm. Hiſt. Nat. 23. & H. Grot. de mari libero cap. V, & II de Iure Belli & Pacis cap. 2. Sententiam hanc nonnulli quidem impugnarunt, ſed nihil ea certius. Proprium ortum eſt ex pacto & conventu hominum. Cum omnia eſſent communia, & in medio poſita, ex eorum uſu vero lites orirentur, ut inter Lothi & Abrahami familiam, convenit inter eos uſus ſingulorum, non quia Deus uſquam hoc præceperat, ſed quia id e re ſocietatis humanæ videbatur eſſe.

Aut veteri occupatione] Vid. H. Grotium II. de Iure Belli & Pacis c. 2. §. 2.

Aut

cua venerunt: aut victoria, ut qui bello potiti ſunt: aut lege, pactione, conditione, ſorte, ex quo fit, ut ager Arpinas Arpinatum dicatur: Tuſculanus Tuſculanorum. Similiſque eſt privatarum poſſeſſionum deſcriptio. ex quo, quia ſuum cujuſque fit, eorum, quae natura fuerant communia, quod cuique obtigit, id quiſque teneat: ex quo ſi quis ſibi appetet; vio-

Aut victoria] Vnus liber habet: *aut bello, ut qui victoria potiti ſunt.* recte. nam in aliis libris perverſo ordine voces ſunt poſitæ. *Lambin.* Victoria ait fieri e communibus privata. nam quibus belli impetu potimur, ea vi & jure victoriæ poſſidemus. Eſt ergo hic *bello potiri*, in bello occupare, & nobis vindicare: neque neceſſe, ſententiæ explicandæ cauſſa locum integrum pervertere cum Lambino, invitis præſertim libris omnibus, quos ego aut alii viderint. *Gulielmius.* Quæ ex hoſtibus capimus, jure gentium ſtatim noſtra fiunt, adeo ut liberi homines in ſervitutem noſtram deducantur, ut inquit ICtus §. 17. Inſt. de Rerum Diviſione. Cyrus apud Xenophontem 5: παιδείας. Νόμος ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις ἀΐδιος ὅταν πολεμούντων πόλις ἁλῷ, τῶν ἑλόντων εἶναι τὰ χρήματα. *Perpetua inter homines lex eſt, ut hoſtium civitate capta, bona illorum fiant capientium.* vide Grot. III de Iure Belli & Pacis. c. 6. *Rachelius.*

Aut lege] Cum nimirum ager publicus, aut ab hoſte captus deſcribitur in cives ut lege Lycurgi diviſus eſt æqualiter ager Laconicæ, aut cum lege aut natura, aut gentium, aut etiam civili meum fit, ut hereditas quæ ab inteſtato venit. vide Grot. de Iure Belli & Pacis II, 7. Pertinet huc etiam, ut bene Rachelius notat, uſucapio, de qua Grot. II de Iure Belli & Pacis cap. 4.

Pactione, conditione] Indulgent ignaviæ grammaticorum, qui ad eorum munus pertinere negant, inquirere atque explicare, quid ſit, *Conditio:* quam interpres Terentii in Andriam ita definit, *Conditio eſt pactio certam legem in ſe continens.* Cicero in Topicis, *Si quæratur, a naturane ſit jus, an ab alia quaſi conditione & pactione hominum.* Quod autem vulgo hic legitur, *Aut victoria, ut qui bello potiti ſunt:* id aperte mendoſum, & à Lambino ex libri veteris auctoritate recte emendatum eſt. *Fr. Fabrit.*

Sorte] Hic modus acquirendi dominii eſt quaſi a fortuna: unde Iuſtinianus l. 3 Commun. de leg. ſortem dicit eſſe fortunam, judicem in rebus dubiis aut communibus dividendis. Tales fuerunt κληρουχίαι Athenienſium. Sic partiti ſunt Palæſtinam Iſraelitæ. Adde l. 5 ff. famil. erciſc. & l. ult. Commun. de legat. *Rachelius.*

Ex quo fit, ut ager Arpinas Arpinatum] Varro in *Age modo* apud Nonium: *Terra culturæ cauſſa attributa olim particulatim, ut Etruria Thuſcis, Samnium Sabellis.*

Ex quo ſi quis ſibi appetet] *Appetere* proprie eſt amplius petere, demum vehementer velle atque etiam vi invadere. ut appetere regnum, *homo appetens* pro avido, contra Rullum; *animus appetens*, de Oratore. Sic infra, *Ne cupide quid agerent, ne appeterent.* Livius lib. I. *Creſcebat interim urbs munitionibus alia atque alia appetendo loca.* quam verbi hujus proprietatem qui ignorarunt, locum corruperant. Hoc enim vult dicere ex eo quod alterius ſit, neminem appetere ſine injuria poſſe. Nam plus velle, vel plus quærere, quam poſſideas, cur ſit injuſtum, dum id fiat abſque dolo malo? ut puta occupatione vacui, juſto bello, aliove quo non illicito pacto? *Lang.* *Eo ſi quis ſibi plus appetet*] Secutus ſum libros vulgatos. nam etiam noſtri ſic ha-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

violabit jus humanae ſocietatis. Sed quoniam, (ut praeclare ſcriptum eſt a Platone) Non nobis ſolum nati ſumus, ortuſque noſtri partem patria vindicat, partem amici: atque, (ut placet Stoicis) quae in terris gignuntur, ad uſum hominum omnia creari, homines autem hominum cauſa eſſe generatos, ut ipſi inter ſe, aliis alii prodeſſe poſſent: in hoc naturam debemus ducem ſequi, & communes utilitates in medium afferre, mutatione officiorum, dando, accipiendo: tum artibus, tum opera, tum facultatibus devincire hominum inter homines ſocietatem. Fundamentum eſt

habent, ut ii, quibus eſt uſus Langius, *ex quo ſi quis ſibi appetet*, &c. *Lamb.* Cur recedamus a codicibus antiquis cauſſa nulla eſt. egregie Langius illorum ſcripturam tuetur.

Ortuſque noſtri partem patria vindicat, partem parentes, partem amici] Has duas dictiones, *Partem parentes*, in libro manuſcripto nullo reperi: ut fortaſſis ex Platone a ſtudioſo aliquo ad marginem adſcriptæ, poſtea irrepſerint in litteram. II de Finibus contractius extulit: *Atque ut ad Archytam ſcripſit Plato non ſibi ſoli ſe natum meminerit, ſed patriæ, ſed ſuis, ut perexigua pars ipſi relinquatur.* Lang. *Partem parentes*] Conſenſus omnium librorum veterum facit, ut aſſentiar iis, qui has duas voces ex Platonis epiſtola ad Archytam in Ciceronis libros invectas eſſe arbitrantur. Platonis verba ſunt: ἕκαστος ἡμῶν οὐχ αὑτῷ μόνον γέγονεν· ἀλλὰ τῆς γενέσεως ἡμῶν τὸ μέν τι ἡ πατρὶς μερίζεται, τὸ δέ τι οἱ γεννήσαντες, τὸ δὲ λοιποὶ φίλοι. *Fr. Fabrit.*

Atque ut placet Stoicis, quæ in terris gignuntur] Particula *ut* delenda eſt. quod hic in genere dicit Stoicis probari, id Chryſippo nominatim tribuit, ſub finem libri tertii de finibus: *præclare enim*, inquiens, *Chryſippus, cetera nata eſſe hominum cauſſa & deorum, eos autem communitatis & ſocietatis ſuæ, ut beſtiis uti ad utilitatem ſuam poſſint ſine injuria. Quoniamque ea natura eſſet hominis, ut cum genere humano quaſi civile jus intercederet: qui id conſervaret, eum juſtum, qui migraret, injuſtum fore.* Pet. Balduinus. Vide pulcherrimam de hac re diſputationem apud Cic. 2 de nat. deorum c. 62.

Ad uſum hominum omnia creari] Creari non eſt parari, aut κτᾶσθαι: ſed naſci, gigni, γίνεσθαι. ut Tuſcul. 1: *Principium exſtinctum nec ipſum ab alio renaſcetur, nec a ſe aliud creabit.* quod Plato dixit: ἀρχῆς ἀπολομένης οὔτε αὐτή ποτε ἐκ του, οὔτε ἄλλο ἐξ ἐκείνης γενήσεται. *Fr. Fabrit.*

Homines autem hominum cauſſa eſſe generatos] Hoc inculcant ubique Stoici. Hinc Marcus Antoninus εἰς ἑαυτὸν lib. VIII, οἱ ἄνθρωποι γεγόνασιν ἀλλήλων ἕνεκα. *homines nati ſunt alter alterius cauſa.* Seneca de ira lib. I. c. 5: *Homo in adjutorium mutuum generatus eſt.* & ſic multis aliis in locis. vide ep. 48. & 95.

Mutatione officiorum] Plerique libri veteres habent *mutuatione*: nonnulli tamen, *mutatione*, ut vulgati. *Lamb.* *Mutuatione officiorum*] Sic habere pleroſque libros manuſcriptos, locuples teſtis eſt Lambinus. ego tamen, ut nunc eſt, eos ſequor, in quibus, *mutatione*, legitur. omnino enim vocabulum hic requiro, quod ἀλλαγὴν ſignificet: cujuſmodi eſt mutationis verbum, quod in mutuis commerciis uſurpari notum eſt. Mutuatio vero, mu-

eſt autem juſtitiae fides: id eſt, dictorum, conventorumque conſtantia, & veritas. ex quo, quamquam hoc videbitur fortaſſe cuipiam durius, tamen audeamus imitari Stoicos, qui ſtudioſe exquirunt, unde verba ſint ducta: credamuſque quia fiat quod dictum eſt, appellatam fidem. Sed injuſtitiae genera duo ſunt: unum eorum, qui inferunt: alterum eorum, qui ab iis, quibus infertur, ſi poſſint, non propulſant injuriam. Nam qui injuſte impetum in quempiam facit, aut ira, aut aliqua perturbatione incitatus, is quaſi manus afferre videtur ſocio. qui autem non defendit, nec obſiſtit ſi poteſt injuriae, tam eſt in vitio,

mutui ſumptionem ſignificat, dationem non item. *Fr. Fabrit. Mutare officia* honeſte dicitur, non item *mutuari.* rectius ergo ut in omnibus meis eſt *mutatione*, quam *mutuatione* Lambini invento. *Guilielm.* Optime *mutatione.* Eſt tranſlatio a mutatione mercium, cum officia tanquam merces mutamus, aliis officia præſtando, ut viciſſim nobis præſtent. Ovid.

Latum mutandis mercibus æquor arat.

Hinc mutator eſt mercator. Auſon. ep. 25:

Et mercium quoque foro venalium
Mutator ad Græcam fidem.

Sic videtur locus affectus peſſime in editis ſanandus eſſe. Reſpexit illud Plauti Auſonius, *Græca mercari fide.* Græv.

Dictorum conventorumque conſtantia & veritas] Eſt, cum quæ dicuntur, promittuntur, & convenerunt, præſtantur & ſervantur, vere, ſincereque. Cum non aliud in lingua promtum, aliud clauſum in pectore habent, ſive ambitione, ſive avaritia, ſuorumque commodorum ſtudio incenſi.

Quia fiat quod dictum eſt, appellatam fidem.] Sic quidem Cicero, more Stoicorum, ut ſuo ſerviat inſtituto. Recte autem docuit Salmaſius de uſuris ex Græco πίστις, pro quo Acoles dixerint πίττις, Latinum eſſe *fides.* Sicuti ex antiquo ποῖνος, pro quo poſteriores dixerint ποινὴ, natum eſſe *fœnus.*

Qui autem non defendit] Horat. 1, Serm. 4:

Abſentem qui rodit amicum,
Qui non defendit, alio culpante &c.
Hic niger eſt, hunc tu Romane caveto.

Diod. Sic. lib. 1. Hiſt. apud Ægyptios legem latam narrat, ἐάν τις ἐν ὁδῷ κατὰ τὴν χώραν ἰδὼν φονευόμενον ἄνθρωπον, ἢ τὸ καθόλου βίαιόν τι πάσχοντα μὴ ῥύσαιτο δυνατὸν ὢν θανάτῳ περιπεσεῖν ὤφειλεν. *Si quis in via hominem interfici, aut quamlibet vim ſuſtinere videat, cum poſſet, non vindicaſſet, capitali ſupplicio obnoxius erat.* Addit poſtea, ſi quis per infirmitatem non potuiſſet opitulari oppreſſo, indicari tamen latrones, & actione perſequi lege teneri.

Tam eſt in vitio] *Eſſe in vitio*, pro vitioſum eſſe, non eſt inuſitatum, ut Eraſmus putavit. ſic enim infra quoque cap. 19. loquitur. & lib. 5. de finib. *Et ſi hoc quidem*, inquit, *eſt in vitio, diſſolutionem naturæ tam valde perhorreſcere.* Similiter Tuſcul. 4. dicit: *ut igitur metus, ſic reliquæ perturbationes ſunt in malo.* Fr. Fabrit. Hic Cicero reprehenditur & erroris arguitur, quod tradat eum, qui non defendat, ſi poſſit, inſontem, cui injuria fit, æque graviter peccare, ac ſi parentem, aut patriam deſerat, putaturque Stoico-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

tio, quam ſi parentes, aut amicos aut patriam deſerat. Atque illae quidem injuriae, quae nocendi cauſa de induſtria inferuntur, ſaepe a metu proficiſcuntur; cum is, qui nocere alteri cogitat, timet, ne, niſi id fecerit, ipſe aliquo afficiatur incommodo. Maximam autem partem ad injuriam faciendam aggrediuntur, ut adipiſcantur ea, quae concupiverunt: in quo vitio
8 latiſſime patet avaritia. Expetuntur autem divitiae cum ad uſus vitae neceſſarios, tum ad perfruendas voluptates

corum placito, peccata eſſe æqualia, in hunc errorem incidiſſe. Sed qui ſic ſentiunt, ipſi falluntur. Non enim Cicero dicit æque graviter peccare qui hominem non defendat, ac ſi parentem non defendat, ſed æque peccare in juſtitiam, qui injuriam a quocunque poteſt non propulſat, ac illum qui parentem aut patriam deſerat. Injuſtum eſſe utrumque, ſed uter ſit injuſtior, uter gravius peccet, hic Cicero non definit. In hac locutione *tam eſt in vitio* vocula *tam* non quantitatem, ſed qualitatem potius notat. Sicuti tam in vitio eſt, denarium furari, ac decies ſeſtertium, quamvis peccata differant, plurimum, ut multis diſputarunt Majoragius & Griffijous contra Cœlium Caleagrinum. Plato puniendum cenſet, qui vim alteri illatam non arcet IV de legibus, quod & Ægyptiorum legibus cavebatur. vid. Grot. II de Iure Belli & Pacis. c. XXV, §. 6, & 7.

Quam ſi parentes, aut amicos aut patriam deſerat] Sic MSS. Pith. Langii, Manutii, Græv. aliique, nec non meliores editiones. Gruteri vero, Lambini, aliæque, *quam ſi parentes, aut patriam, aut ſocios deſerat.*

Sæpe a metu proficiſcuntur] Vide Grotium II de Iure Belli & Pacis cap. I. §. 2, ubi copioſe hoc explicat, & oſtendit ſimul quando per juſtum metum nobis liceat occupare injuriam illaturum.

Niſi id fecerit ipſe aliquo afficiatur incommodo] Videtur hoc accepiſſe ab Ariſtotele ex lib. V. Pol. διὰ δὲ φόβον στασιάζουσιν οἵ τε ἠδικηκότες, δεδιότες μὴ δῶσι δίκην, καὶ οἱ μέλλοντες ἀδικεῖσθαι, βουλόμενοι φθάσαι πρὶν ἀδικηθῆναι. *F. Vrſin.*

Ad injuriam faciendam aggrediuntur] Dictio, *nonnulli*, a ſciolis adſcripta, in bonis libris non extat. Eſtque hic familiariſſimus Ciceroni aliiſque veteribus dicendi modus, cum de hominibus loquantur infinite in tertia plurali. ſed indocti fere adjecerunt nunc, *plerique*, nunc *homines*, nunc quid ſimile. Sic infra, *Aut inimicitias ſuſcipere nolunt.* Iterum: *Ex quo fit ut neque diſceptatione vinci ſe, nec ullo publico ac legitimo jure patiantur.* Rurſus, *Dominis tradere ſolent.* Et in Lælio, *Vt ne nimis cito diligere incipiant.* Lang.

In quo vitio latiſſime patet avaritia] Nam *avaritia fidem, probitatem ceteraſque artes bonas ſubvertit: pro his ſuperbiam, Deos negligere, omnia venalia habere docuit.* Salluſt. Avaritia enim juris fines tranſilit ſemper. Inde Horatius de avaro lib. 2 carm. 18:

Quid quod uſque proximos
Revellis agri terminos, & ultra
Limites clientium
Salis avarus?

Ad uſus vita neceſſarios] Vnde dictæ ſunt χρήματα. Horat.

Quo mihi fortunas, ſi non conceditur
uti?

Ad perfruendas voluptates] Ariſtoteles lib. I. Pol. ὅσοι δὲ καὶ τοῦ εὖ ζῆν ἐπιβάλλονται, τὸ πρὸς τὰς ἀπολαύσεις τὰς σωματικὰς ζητοῦσι. *F. Vrſin.* Gallus Aſinius apud Tacitum II ann. 33. *Diſtinctos ſenatus & equitum cenſus, non quia*

luptates. In quibus autem major eſt animus, in iis pecuniae cupiditas ſpectat ad opes, & ad gratificandi facultatem: ut nuper M. Craſſus negabat, ullam ſatis magnam pecuniam eſſe ei, qui in rep. princeps vellet eſſe, cujus fructibus exercitum alere non poſſet. Delectant etiam magnifici apparatus, vitaeque cultus cum elegantia, & copia: quibus rebus effectum eſt, ut infinita pecuniae cupiditas eſſet. Nec vero rei familiaris amplificatio nemini nocens vituperanda: ſed fugienda ſemper injuria eſt. Maxime autem adducuntur plerique, ut eos juſtitiae capiat oblivio, cum in imperiorum, honorum, gloriae cupiditatem inciderunt. Quod enim eſt apud Ennium,

Nulla ſancta ſocietas nec fides regni eſt:

id latius patet. nam, quidquid ejuſmodi eſt, in quo non poſſint plures excellere, in eo fit plerumque tanta contentio, ut difficilimum ſit; ſanctam ſervare ſocietatem. Declaravit id modo temeritas C. Caeſaris, qui omnia jura divina, atque humana pervertit, propter eum, quem ſibi ipſe opinionis errore finxerat, principatum. Eſt autem in hoc genere moleſtum, quod in maximis animis, ſplendidiſſimiſque ingeniis plerumque exſiſtunt honoris, imperii, potentiae, gloriae

quia diverſi natura, ſed ut locis, ordinibus dignationibus antiſtent, aliiſque, quæ ad requiem animi, aut ſalubritatem corporum parentur. niſi forte clariſſimo cuique plures curas, majora pericula ſubeunda, delinimentis curarum & periculorum cavendum eſſe.

Ad opes & ad gratificandi facultatem] Vt fiant potentes, & multorum voluntates alliciant, ſibique plurimis ſubveniendo illorum animos devinciant, ut fecit Milo, qui tres amplas profudit hereditates, quas impendit in populi ſtudio captando. ſic & Iulius Cæſar, vide Sueton. in Iul. c. 10, 13.

Rei familiaris amplificatio nemini nocens] Quæ ſint rationes rem familiarem amplificandi ſine alterius injuria vide apud Hug. Grot. II de Iure Belli & Pacis c. XI. & Salmaſium de Vſuris cap. XIV.

Nulla ſancta ſocietas nec fides regni eſt] Quidam codex: *Societas nulla ſancta regni eſt, nec fides.* ut ſit ſenarius Iambicus. *Pet. Balduinus.* Aliam & quidem maximam violandæ juſtitiæ cauſſam docet eſſe ambitionem & principatus cupiditatem.

Declaravit id modo temeritas C. Cæſaris] Sic eſt etiam in noſtris manuſc. omnibus, quo modo Lambin. Langius, ac reliqui fere omnes ediderunt. Hoc autem verbo ſignificatur temerarium factum C. Cæſaris, qui temere,

riae cupiditates. quo magis cavendum eſt, ne quid in eo genere peccetur. Sed in omni injuſtitia permultum intereſt, utrum perturbatione aliqua animi, quae plerumque brevis eſt, & ad tempus, an conſulto, & cogitata fiat injuria. Leviora enim ſunt, quae repentino aliquo motu accidunt, quam ea, quae meditata & praeparata inferuntur. Ac de inferenda quidem in-
9 juria ſatis dictum eſt. Praetermittendae autem defenſionis,

imprudenter, ac ſine conſilio ad principatum & dominatum ruit. In Manutianis pro, *temeritas*, legitur, *tempeſtas*: quod vocabulum ad reip. perturbationes transferri, notius eſt. quam ut ſit admonendum. *Fr. Fabrit.*

Vtrum perturbatione aliqua] Vid. Ariſtot. IV Nicom. c. 8. Cic. in Topicis: *Cadunt in ignorantiam atque imprudentiam perturbationes animi, quæ quanquam ſint voluntariæ, objurgatione enim atque admonitione dejiciuntur, tamen habent tantos motus, ut ea, quæ voluntaria ſunt, aut neceſſaria interdum, aut certe ignorata videantur.* Hinc etiam D. Hadrianus in reſcripto, quod Marcianus in XIV Inſtitut. tranſtulerat, nunc vero habetur in Pandectis in l. 1. §. 3 ad legem Corneliam de ſicariis & veneficis, quæ ſic legenda eſt, ut pulchre & erudite eam emendavit Cl. Iuris Anteceſſor in hac Academia Gerardus Noot: *Divus Hadrianus reſcripſit eum, qui hominem occidit, ſi non occidendi animo hoc admiſit, abſolvi poſſe. Et qui hominem non occidit, ſed vulneravit, ut occidat, pro homicida damnandum. Et ex re conſtituendum hoc. Sed ſi clavi percuſſit, aut cucuma, aut ferro in rixa, quamvis percuſſerit, tamen non occidendi animo, leniendam pœnam ejus, qui in rixa caſu magis, quam voluntate homicidium admiſit.* In rixa enim videtur perturbatione animi abreptus occidiſſe, non conſilio. *Conſilium* autem *uniuſcujuſque non factum puniendum eſt*, ut Paullus ait. Demoſth. orat. contra Midiam: ποία γὰρ πρόφασις; τίς ἀνθρωπίνη καὶ μετρία σκῆψις φαίνεται τῶν πεπραγμένων αὐτῷ; ὀργὴ νὴ Δία; καὶ γὰρ τοῦτο τυχὸν λέξει, ἀλλ' ἃ μὲν ἄν τις ἄφνω τὸν λογισμὸν φθάσαν ἐξαχθῇ * τι πράξαι, κἂν ὑβριστικῶς τοῦτο ποιήσῃ, δι' ὀργήν γ' ἔνι φῆσαι πεποιηκέναι. ἃ δ' ἂν ἐκ πολλοῦ συνεχῶς ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας παρὰ τοὺς νόμους πράττων τις φωρᾶται, οὐ μόνον δήπου τοῦ μὴ μετ' ὀργῆς ἀπέχει, ἀλλὰ καὶ βεβουλευμένος ὁ τοιοῦτος ὑβρίζων ἐστὶν ἤδη φανερός. *Quæ cauſa eſt? quæ humana ſaltem ac mediocris excuſatio facinoris illius proferetur? ira nimirum, nam hæc fortaſſe dicet. Verum ad quæ aliquis ſubito, non expectato conſilio mentis facienda impulſus fuerit, etiamſi contumelioſe fecerit, per iram tamen eſſe facta dicere poteſt. Quæ vero diu ante meditatur continenter per multos dies contra leges facere palam deprehenditur, non modo abeſt ab eo ut iratus fecerit, ſed nemini dubium eſſe debet, quin de induſtria, dataque opera talis homo contumeliam fecerit.* Vide plura in hanc ſententiam in illa oratione. *Græv.*

Conſulto & cogitato] Pervetuſtus codex Petri Balduini: *conſulto & cogitatu.* Sed meus, Pithæan. Palatini, & quatuor Guilielmi nec non edit. prima: *an conſulto & cogitata fiat injuria.* quod non erat immutandum. Cogitata injuria eſt, de qua inferenda diu cogitavimus. ut cogitatum ſcelus in Philipp. 2: *Attuleras domo meditatum & cogitatum ſcelus.* Suet. Tib. 19: *Trepidatione detecta tormentis expreſſa confeſſio eſt cogitati facinoris.* Et in Calig. 12: *Ipſum poſtea, & ſi non de perfecto, at certe de cogitato quondam parricidio profeſſum.* Antea putavi Ciceronem ſcripſiſſe *cogitate*, ut pro Ach. *accurate cogitateque ſcripſiſſet.* & Plaut. Pœn. v, 4.

Va

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ſionis, deſerendique officii plures ſolent eſſe cauſae. Nam aut inimicitias, aut laborem, aut ſumtus ſuſcipere nolunt: aut etiam negligentia, pigritia, inertia: aut ſuis ſtudiis quibuſdam, occupationibuſve ſic impediuntur, ut eos, quos tutari debeant, deſertos eſſe patiantur. Itaque videndum eſt ne non ſatis ſit id, quod apud Platonem eſt in philoſophos dictum: quod in veri inveſtigatione verſentur, quodque ea, quae plerique vehementer expetunt, de quibus inter ſe digla-

Vt pudice verba fecit, cogitate, commode! Sed nunc præfero veterum codicum ſcripturam. *Græv.*

Itaque videndum eſt ne non ſatis ſit id] Sic omnes quidem libri habent: ſed ego iis reclamantibus legendum putarim, *verendum eſt, ne*, &c. *Lambin.* *Itaque verendum eſt*] Sic eſſe legendum putat Lambinus reclamantibus omnibus libris, qui habent: *Itaque videndum eſt, ne non ſatis ſit*, &c. quibus verbis modeſta quædam reprehenſio ſententiæ Platonicæ cum addubitatione Academicis propria ſignificatur. Similiter Tuſcul. 2. inquit, *Atqui vide, ne, cum omnes recte animi affectiones virtutes appellentur, non ſit hoc proprium nomen omnium.* Fr. Fabr. Male Lambinus & Fabritius. *Videndum eſt* ſæpe vim eandem habet, quod verendum eſt, ut dudum monuit Giffanius. Cic. lib. XIV ad fam. ep. 14: *Reliquum eſt, quod ipſæ optime conſiderabitis, veſtri ſimiles fœminæ ſintne Romæ: Si enim non ſunt, videndum eſt, ut honeſte vos eſſe poſſitis.* Caius IC. in perſona filii familias l. 30 D. de pact. *Videndum eſt ne aliquando etiam pactus ſit, ne agat, valeat actio.*

In philoſophos dictum] *In philoſophos: in*, ad laudem ſpectat. ut I. de legib. *Quod item ad contrariam laudem in virtutem dici poteſt.* Et III de divination. *Dilexit municipem tuum Ruſtium, in quem etiam illud eſt ejus*, &c. Et in Bruto, *in legem Cæpionis.* Locus eſt apud Platonem in VI. de Rep. ſed optime explicatur in III. de Finibus a Catone, cur Dialectica & Phyſica virtutum appellatione veniant apud Stoicos. *Car. Lang.*

Quod in veri inveſtigatione verſentur] Epicuri dogma fuit ſapientem οὐ πολιτεύεσθαι, non accedere ad rempublicam. quam ſententiam exagitat Cic. Orat. pro Sext. ubi dicit Epicureos docere: *Sapientes omnia ſua cauſſa facere: rempublicam capeſſere hominem bene ſanum non oportere, nihil eſſe præſtabilius otioſa vita & plena & conferta voluptatum: eos autem qui dicerent dignitati eſſe ſerviendum, reip. conſulendum, officii rationem in omni vita, non commodi eſſe ducendam, ſubeunda pro patria pericula, vulnera excipienda, mortem oppetendam, vaticinari atque inſanire.* Stoici autem ſapientem ad remp. accedere poſſe & debere, niſi quid impedierit, credebant. Sed vide Senecam de otio ſapientis cap. 30, ubi multis tuetur hanc ſententiam, quam impugnat Cicero, cum docet ſapientem magis prodeſſe generi humano, cum illud erudit, & verum, quod in otio perveſtigavit, docet, quam ſi remp. adminiſtraret. *Quo animo ad otium ſapiens ſecedit? ut ſciat ſecum quoque ea acturum, per quæ poſteris proſit. Nos certe ſumus qui dicimus Zenonem & Chryſippum majora egiſſe, quam ſi duxiſſent exercitus, geſſiſſent honores, leges tuliſſent, quas non uni civitati, ſed toti generi humano tulerunt.* vide ibi plura. In cap. præcedente illos tamen laudat quoque philoſophos, qui utriuſque reip. magnæ, qua dii atque homines continentur, & minoris, in qua vivimus, curam gerunt. *Græv.*

digladiari ſolent, contemnant, & pro nihilo ducant, propterea juſtos eſſe. Nam alterum juſtitiae genus aſſequuntur inferenda ne cui noceant injuria: in alterum incidunt. Diſcendi enim ſtudio impediti, quos tueri debent, deſerunt. Itaque eos ad remp. ne acceſſuros quidem putant, niſi coactos, aequius autem erat id voluntate fieri. nam hoc ipſum ita juſtum eſt, quod

Pro nihilo ducant, propterea juſtos eſſe] Vetus codex *pro nihilo putent, propterea juſtos eſſe* ut in Lælio: *Itemque cetera, quæ quibuſdam admirabilia videntur permulti ſunt, qui pro nihilo putent.* Bald. *Pro nihilo ducant*] Balduinus admonet, in ſcripto codice legi: *pro nihilo putent.* Legitur ita hic in duobus noſtris, & infra in omnibus eſt: *Quod gloriam contemnant, & pro nihilo putent.* & Philip. 10: *An vero hoc pro nihilo putas?* & aliis locis permultis. *Fr. Fabrit.* Meus quoque codex hanc lectionem firmat. Pithæaneus autem & editiones vetuſtiores ut Petri Balduin. ſatis dilucide hujus lectionis veſtigia retinent. *Pro nihilo ducant, putant propterea juſtos eſſe.* Nimirum *ducant* eſt interpretatio τοῦ *putant*; poſt utrumque irrepſit vocabulum, dein alterum fuit denuo rejectum. Sed perinde eſt, utrum retineatur, nec quicquam hic notaſſem, niſi veteres libri, & editionum varietas aurem vellicaſſent. *Græv.*

Nam alterum juſtitiæ genus aſſequuntur inferenda, ne cui noceant, injuria] Hic libri vet. admodum variant; duo alioqui optimi: *nam alterum juſtitiæ genus aſſequuntur in inferunda injuria, ne cui noceant: in alterum incidunt.* Tres alii: *Nam cum alterum juſtitiæ genus aſſequuntur in inferunda, ne cui noceant, injuria, in alterum incidunt.* Sed exemplar Abbatiæ Parcenſis, *Nam cum alterum juſtitiæ genus aſſequuntur in non inferunda injuria, ne cui noceant, in alterum injuſtitiæ incidunt.* Incidimus in vitia, non in virtutes. Poſſet etiam legi *ferunda injuria*, id eſt toleranda, dum cedere violentiæ aut contentionibus malunt, quam pro iis rebus, quæ alii magni putent, digladiari; quod tamen ad fortitudinem potius quam ad juſtitiam ſpectaret, niſi adjiceret, ideo id eos facere, ne cui facerent injuriam; idque ex nonnullorum ſtulta perſuaſione, arbitrantium ſe aliis facere injuriam, ſi ſuum jure vel tueantur vel repetant. *C. Lang.* *Nam alterum juſtitiæ genus, &c.*] Hic locus, qui in libris vulgatis fœdum in modum corruptus eſt, ope librorum veterum præclare a nobis emendatus eſt. Eſt autem ejus ſententia hæc. nam philoſophi alterum quidem juſtitiæ genus aſſequuntur, ne cui noceant in inferenda alteri injuria: id eſt, eo quod nemini injuriam inferant, juſti ſunt: ſed alterum juſtitiæ genus non colunt, quod diſcendi ſtudio impediti, non tuentur eos; quos debent tueri. Langius negationem addidit, quam in nullis noſtris exemplaribus manuſcr. reperimus: neque ille, opinor, in ullis reperit. Omnino nulla negatio adſcribi debet: & ita, uti ego explicavi, locus eſt intelligendus, quamvis aliter ille. *Lambin.* Non eſt quod *in* cum Lambino inſeras. Nam hac ellipſi nihil apud Ciceronem frequentius. Nihil autem refert, ut recte Wolfius notat, ſive *inferenda*, ſive *non inferenda injuria* legas: Ne cui noceant inferendo injuriam: vel ne cui noceant non inferendo injuriam. Pro lectione, quam recepit Gruterus, ſtat quoque Pithæani codex.

Nam hoc ipſum ita juſtum eſt, quod recte fit, ſi eſt voluntarium] Iuſtus enim is dicitur εἰδὼν προαιρούμενον καὶ προαιρούμενος δι' αὐτὰ, βεβαίως καὶ ἀμετακινήτως ἔχων. *qui ſciens, conſilio capto, & conſilio ipſius juſtitiæ amore capto, & perpetuo conſtanterque agat.* Ariſtot. 11 Nic. 4. Τῆς ἀρετῆς γὰρ καὶ τοῦ ἤθους ἐν τῇ προαι-

quod recte fit, ſi eſt voluntarium. Sunt etiam, qui aut ſtudio rei familiaris tuendae, aut odio quodam hominum, ſuum ſe negotium agere dicant, ne facere cuiquam videantur injuriam: qui altero injuſtitiae genere vacant; in alterum incurrunt. deſerunt enim vitae ſocietatem, quia nihil conferunt in eam ſtudii, nihil operae, nihil facultatum. Quoniam igitur duobus generibus injuſtitiae propoſitis, adjunximus cauſas utriuſque generis, eaſque res ante conſtituimus, quibus juſtitia continetur: facile quod cujuſque temporis officium ſit, poterimus, niſi noſmetipſos valde amabimus, judicare. Eſt enim difficilis cura rerum alienarum. quamquam Terentianus ille Chremes humani nihil a ſe alienum putat. Sed tamen, quia magis ea percipimus, atque ſentimus, quae nobis ipſis aut proſpera, aut adverſa eveniunt, quam illa, quae ceteris: quae quaſi longo intervallo interjecto videmus: aliter de illis, ac de nobis, judicamus. Quocirca bene praecipiunt, qui vetant quidquam agere, quod du-

προαιρέσει τὸ κύριον. *Virtutis & præcipuum morum momentum vertitur in propoſito*, quo animo ſcilicet aliquis quid gerat ſuſcipiatque. *Rachel.*

Odio quodam hominum] Vt Timon μισάνθρωπος.

Deſerunt enim vitæ ſocietatem] Rerum enim & officiorum communicatione ſocietas & conjunctio ſervatur, Ariſtot. v. Nicom. 5. ſublata vero hac communicatione, ſocietas conſtare nequit. ibid. *Idem.*

Facile quod cujuſque temporis officium ſit, poterimus, niſi noſmetipſos valde amabimus, judicare] Facile quid nobis ſit habita temporum ratione faciendum, quid noſtri ſit officii in alienis negotiis pro diverſitate temporum facile videbimus, niſi nimis noſtræ quietis commodorumque ſtudioſi fuerimus, ut laborem moleſtiamque aut ſumtum alterius cauſſa ſuſcipere nolimus. Hæc eſt prudentia temporum, quam Græci Philoſophi prudentiam περιστατικὴν appellant.

Humani nihil a ſe alienum putat] Putat ad ſe ſuamque curam pertinere aliorum hominum curas, moleſtias, negotia. Sic hunc verſum intelligendum eſſe, non ſolum ex ipſo Comico patet, & hoc Ciceronis loco, ſed & ex alio Tullii, & ex Seneca. In primo de legibus inquit ille: *Quod ſi, quomodo eſt natura, ſic judicio homines, humani, ut ait poeta, nihil a ſe alienum putarent, coleretur jus æque ab omnibus.* Et Seneca ep. 95: *Iſte verſus in ore & in pectore ſit: Homo ſum, humani nihil a me alienum puto. Habeamus in commune quod nati ſumus. Societas noſtra lapidum fornicationi ſimilima eſt, quæ caſura, niſi invicem obſtarent, hoc ipſo ſuſtinetur.* quam inepta vulgo ſententia huic verſui affingatur, hinc licet videre.

Qui vetant quidquam agere, quod dubites] Hinc & Hebræi magiſtri dicunt *abſti-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

dubites, aequum ſit, an iniquum. Aequitas enim lucet ipſa per ſe: dubitatio cogitationem ſignificat injuriae. Sed incidunt ſaepe tempora, cum ea, quae maxime videntur digna eſſe juſto homine, eoque, quem virum bonum dicimus, commutantur, fiuntque contraria: ut reddere depoſitum, promiſſum facere,

quae-

abſtine te a re dubia. Plin. l. 18. *Illud cautiſſimi cujuſque praeceptum: quod dubita ne feceris.* Vide de hoc loco & dubiis caſibus pulchre diſputantem Hug. Grotium II de Iure Belli & Pacis cap. 23, §. 1, 2, & ſeqq. & ejuſdem libri cap. 24, §. 4.

Dubitatio cogitationem ſignificat injuriæ] Si quis enim facit, quod an æquum ſit dubitat, eum apparet ab inferenda injuria non abhorrere, cupiditatemque ſuam juſtitiæ anteferre. Recte Plutarchus in Timoleonte: δεῖ οὐ μόνον τὴν πρᾶξιν εἶναι καλὴν καὶ δικαίαν, ἀλλὰ καὶ τὴν δόξαν ἀφ' ἧς πράττεται μόνιμον καὶ ἀμετάπτωτον, ἵνα πράττωμεν δοκιμάσαντες. *Requiritur non modo ut quod agitur ſit honeſtum, juſtumque, ſed firma ac conſtans adſit perſuaſio, unde fiat actio, ut quod fit, fiat ideo quod animus ita faciendum judicaverit.*

Sed incidunt ſæpe tempora, cum ea quæ maxime videntur digna eſſe juſto homine, eoque, quem virum bonum dicimus, commutantur, fiuntque contraria] Tale tempus illud erat, quo Cato ipſe ſuadebat civibus eſſe pecuniam contra leges ambitus dandam, ne Lucceius cum Cæſare crearetur conſul. Vide Sueton. in Iul. cap. 19, & quæ ibi notat Caſaubonus. Tale fuit tempus cum Cicero judicaret in equeſtris ordinis vitiis connivendum eſſe, poſtulante id illorum temporum ratione, contra Catonis ſententiam, quæ id quidem quod juſtum erat, ſtatuerat, ſed quod propter temporum rationem noxium reip. erat. de quibus Cic. II ad Att. 1: *Catonem noſtrum non tu amas plus, quam ego. ſed tamen ille optimo animo utens, & ſumma fide, nocet interdum reipublicæ; dicit enim tanquam in Platonis πολιτείᾳ, non tanquam in Romuli fæce, ſententiam. Quid verius, quam in judicium venire, qui ob rem judicandam acceperit? cenſuit hoc Cato. aſſenſit Senatus. Equites curiæ bellum, non mihi. nam ego diſſenſi. quid impudentius publicanis renunciantibus? fuit tamen retinendi ordinis cauſſa faciunda jactura. reſtitit & pervicit Cato. itaque, nunc conſule in carcere incluſo, ſæpe item ſeditione commota, adſpiravit nemo eorum, quorum ego concurſu, itemque Conſules, qui poſt me fuerunt, remp. defendere ſolebant.* Pertinent hæc ad prudentiam temporum. *Gravius.*

Vt reddere depoſitum, promiſſum facere] In omnibus exemplar. etiam manuſcriptis hic locus erat corruptus; auſus vero ſum conjectura tres has voces expungere, *Etiamne furioſo?* quod eas credam ab aliquo ſtudioſo ad marginem adſcriptas per ſpeciem quæſtionis; deinde aſſutas a librariis. quanquam fuit, cum legerem, *Vt reddere depoſitum enſem furioſo, facere promiſſum.* quod ne nunc quidem diſplicet. Verbum, *migrare*, in omnibus vet. libris reperi. id ſignificat ſecedere, tranſgredi, modeſta ſignificatione, quod infra etiam *declinare* dixit, alibi *proficiſci.* Sic III de finibus, *Quoniamque ea natura eſſet hominis, ut cum genere humano quaſi civile jus intercederet; qui id conſervaret, eum juſtum; qui migraret, injuſtum fore.* utitur eadem ſignificatione I de Divination. & III de legib. & ante eum Plautus. *C. Lang.* *Vt non reddere depoſitum: etiam prom. non f.*] Sic nunc edendum eſſe exiſtimavi, ſententiam Ciceronis ex iis, quæ antecedunt, & quæ ſequuntur, odoratus: quæ talis eſt. Sed incidunt ſæpe tempora, cum ea, quæ juſta ſunt, & ju-

ſti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

quaeque pertinent ad veritatem, & ad fidem, ea migrare interdum, & non ſervare, ſit juſtum. Referri enim decet ad ea, quae propoſui in principio, fundamenta juſtitiae: primum, ut ne cui noceatur: deinde, ut communi utilitati ſerviatur. ea cum tempora commutantur, commutatur officium; & non ſemper eſt

ſti hominis, non ſunt facienda: ut reddere depoſitum: facere promiſſum, & ſimilia juſta, & juſti hominis ſunt, & viri boni. ſed hæc temporibus fiunt injuſta, & injuſti hominis, & ea migrare interdum, id eſt, ea tranſgredi, & negligere, ſeu violare, & non ſervare, ſit interdum ut ſint juſti hominis, & viri boni. duæ voces, quæ ſunt in contextu, *ne furioſo*, natæ ſunt ex gloſſa, ſeu annotatione, cum aliquis adſcripſiſſet ad hæc verba, *depoſitum non reddere*, &c. *ut furioſo*. Quæ poſtea conjecta ſunt in contextum, & pro cujuſque arbitratu commutata. Quod & Carolo Langio jam venerat in mentem. *Lambin.* Hujus loci varietas multos viros doctos exercuit, Simpliciſſimum eſt, ut, vocibus illis, etiamne furioſo? ejectis, (quas Langius temere in contextum receptas eſſe, non abſque cauſa ſuſpicatur) reliqua ex libris antiquis ita legantur: *ut reddere depoſitum, facere promiſſum, quæque pertinent ad veritatem, & ad fidem ea migrare interdum, & non ſervare, ſit juſtum.* Proponit enim Cicero duo facta ſpecialia, addita generali comprehenſione, qua ea complectitur, quæ cum digna ſint viro juſto, tempore ita commutantur, ut ea *migrare*, i. tranſgredi, & tranſilire, ac non facere, ſit juſtum. *Fr. Fabrit.* Probarunt hanc ſcripturam Giffanius, And. Schottus, Gruterus, aliique. Seneca IV de benef. 10: *depoſitum reddere per ſe res expetenda eſt: non tamen ſemper reddam, nec quolibet loco; nec quolibet tempore. aliquando nihil intereſt, utrum infitier an palam reddam. Intuebor utilitatem ejus, cui redditurus ſum, & nociturum illi depoſitum negabo.*

Promiſſum ſervare] Vide Hug. Grot. II de Iure Belli & Pacis cap. XI, ubi diſſerit de promiſſis.

Ea negare] Omnes antiqui libri pro *negare migrare* habent: quam rectam eſſe lectionem cenſeo, ut *migrare* hic agendi vim & ſignificationem habeat, poſitumque ſit pro tranſgredi, & tranſilire, quemadmodum etiam idem verbum uſurpavit in lib. 3 de finibus, cum inquit: *Quoniamque ea natura eſſet hominis, ut cum genere humano quaſi civile jus intercederet, qui id conſervaret, eum juſtum, qui migraret, injuſtum fore.* Sic autem legitur in pervulgatis etiam codicibus: quamvis nonnulli depravare eum quoque locum tentaverint, eandem pro illa vocem, quæ huc etiam irrepſerat, reſtituentes. Quare puto, cum alibi etiam inveniatur Cicero ſic locutus, hic omnino, ut eſt in priſcis exemplaribus, *migrare*, non *negare* legendum. *P. Victorius.* *Ea migrare interdum*] Sic legendum eſt, non ut vulgo, *ea negare* &c. quod jam ante Langius, veteres cod. ſecutus, occupavit, utitur eodem verbo, lib. 3. de legib. & de divin. ut idem notavit. valet autem hoc loco, & iis, quæ commemoravi, transgredi, παραβαίνειν, non ſervare. *Lamb.*

Ea cum tempore commutantur] Pithæi codex, edd. Car. Lang. & Lambini: *ea cum tempora commutantur.* Sic proculdubio Langius invenit in ſuis optimis codicibus. Cum nihil viderent, quo vox *ea* poſſit referri, *tempora* mutarunt in *tempore.* Sed tamen, ſi quis accuratius hunc locum expenderit, intelliget ne ſic quidem ſanæ ſententiæ quicquam exprimi poſſe. Quæ ſunt *ea*, quæ cum tempore mutantur? Non ſane fundamenta juſtitiæ, nemini nocere, communi utilitati ſervire,

eſt idem. poteſt enim accidere promiſſum aliquod, & conventum, ut id effici ſit inutile vel ei, cui promiſſum ſit, vel ei, qui promiſerit. Nam ſi, ut in fabulis eſt, Neptunus, quod Theſeo promiſerat, non feciſſet, Theſeus filio Hippolyto non eſſet orbatus. Ex tribus enim optatis, ut ſcribitur, hoc erat tertium, quod de Hippolyti interitu iratus optavit: quo impetrato, in maximos luctus incidit. Nec promiſſa igitur ſervanda ſunt ea, quae ſint iis, quibus promiſeris, inutilia: nec, ſi plus tibi noceant, quam illi proſint, cui

de quibus in proxime præcedentibus verbis egit, & ad ea referri præcepit, quæ migrare propter temporis rationem debemus. Hæc nunquam mutantur. Ad hæc tamen *ea* pertinet; ad priora, quæ præceſſerunt hanc periodum, pertinere non poſſunt. Nemo enim ſanus ſic loquitur. in animum igitur induxi plane ut credam τὸ *ea* ex proximis verſibus huc irrepſiſſe, idque delendum eſſe. Tum conſtabit veterum librorum, qui *tempora* præ ſe ferunt, ſcriptura. Scripſit itaque Tullius: *Cum tempora commutantur, commutatur officium*; Vide quam rotunda hæc ſint, & quam pulchra ſit ſententia, *ea* ſane non poteſt referri ad remotiora, nimirum ad officia reddendi depoſitum, promiſſum faciendi, (*illa* ſcripſiſſet Cicero, ſi *tempore* ſcripſiſſet) ſed ad proxima, nemini nocere, communi utilitati ſervire. Verum nihil tum ſtultius dici poſſet. Sed licet referri poſſet τὸ *ea* ad illa, quæ ſuperius ſunt poſita, abſurda tamen eſſet ſententia. Quid enim? Crediſne Ciceronem, aut ullum ſanæ mentis ſic locuturum? Ea, nimirum reddere depoſitum, promiſſis ſtare, cum commutantur tempore, commutatur officium? Qui enim illa commutantur tempore? Nunquam illa commutantur. Sed officium tantum commutatur, cum tempora mutantur. Puto liquere omnibus *ea* expungendum eſſe, præſertim libris antiquis manu quaſi ad veram ſcripturam reponendam ducentibus, ſi Tullium non inepte ſcripſiſſe velimus exiſtimare. Particulas iſtas, *ea*, *quæ* & ſimiles ſæpe contra veterum librorum fidem inculcatas eſſe a ſciolis docet Gronovius ad Liv. lib. 40, c. 55, & ad alia illius loca. *Græv.*

Vel ei, qui promiſerit] Scilicet, ut ipſe paullo poſt explicat, ſi ipſi plus nocet, quam ei prodeſt, cui promiſerat. vid. Grot. lib. II de Iure Belli & Pacis cap. XI.

Nam ſi, ut in fabulis eſt, Neptunus quod Theſeo promiſerat, non feciſſet] Videtur reſpexiſſe ad locum Platonis, qui eſt in III. De legibus: καὶ ὅταν γε ὁ πατὴρ ὢν γέρων, ἢ καὶ σφόδρα νεανίας, μηδὲν τῶν καλῶν καὶ τῶν δικαίων γινώσκων, εὔχηται μάλα προθύμως ἐν παθήμασιν ἀδελφοῖς ὢν τοῖς γενομένοις Θησεῖ πρὸς τὸν δυστυχῶς τελευτήσαντα Ἱππόλυτον. *F. Vrſin.*

Hippolyto] Fabula de Hippolyto ex Euripide nota eſt. *Fr. Fabrit.* vide Diod. Sic. lib. v. D. Ambroſius offic. lib. 3. cap. 12. ad hoc ſcitum confirmandum utitur exemplo Herodis, qui filiæ ſaltátrici præmium turpiter promiſit, crudeliter ſolvit. & Iephte, ex lib. II Iudicum.

Ex tribus enim optatis] Vid. Meurſii de Theſeo librum, cap. I.

Quæ ſint iis quibus promiſeris inutilia] In manuſcript. eſt, *ſi ſint iis* &c. *Fr. Vrſin.* Hæc vero debent pendere non a judicio pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

cui promiſeris. Contra officium eſt, majus non anteponi minori: ut, ſi conſtitueris te cuipiam advocatum in rem praeſentem eſſe venturum, atque interim graviter aegrotare filius coeperit, non ſit contra officium, non facere quod dixeris: magisque ille, cui promiſſum ſit, ab officio diſcedat, ſi ſe deſtitutum queratur. Iam illis promiſſis ſtandum non eſſe, quis non videt, quae coactus quis metu, quae deceptus dolo promiſerit? Quae quidem pleraque jure praetorio

promiſſoris, ſed cui promiſſum eſt, vid. Grot. lib. II de Iure Belli & Pacis c. XI.

Majus anteponere minori] Sic nunc edidi, & vocem, *damnum*, delevi, ut ſuppoſitam, & ex gloſſa natam: quod ego manibus & oculis deprehendi. nam multi ex noſtris codicibus eam non habent: multi, qui habent, habent alia manu ſcriptam, idque intra contextum verborum Ciceronis, ſupra vocem, *majus*. Præterea, *anteponere*, potius, quam, *anteponi*, excudendum curavi, emendatiores, & plures codices ſecutus. accedit ratio, quæ hoc poſtulat. ſequitur enim, *non ſit contra officium, non facere quod dixeris*. non dixit, *non fieri quod dixeris*, ſed, *non facere* &c. Quare hic quoque ſic legendum, *nec ſit contra officium, majus anteponere minori*. Sed fugit me admonere lectorem novitium, & minus eruditum, hæc, *majus anteponere minori*, ſic intelligendo, majus damnum, minori commodo anteponere. *Lambin.* Duo optimi libri habent, *contra officium majus eſt anteponere minori*. Lang. Legendum: *majus non anteponi minori*, ut Langii editio ſecunda, codex Palat. prim. & meus præ ſe ferunt, probante Guilielmio & Grutero, & merito. Exigit enim hanc lectionem ſententia. *damnum*, quod pro *non* legitur in pleriſque, nullius eſt ſenſus, mirum id a Grutero quoque tolleratum. *Græv.*

Si conſtitueris te cuipiam advocatum in rem præſentem venturum] Senec. de Benef. IV, 35. *In rem præſentem venturus fui, ſed æger filius, ſed puerpera uxor tenet.* Proprie dicitur cum judex ſeu arbiter in locum, de quo controverſia eſt, venit, ut ille apud Terentium in Heautontim. III, I:

Simus & Crito
Vicini noſtri hic ambigunt de finibus;
Me cepere arbitrum: ibo ac dicam, ut dixeram
Operam daturum me, hodie non poſſe his dare.

Hoc eſt me non poſſe in rem præſentem venire. Cic. pro Cæcin. *Placuit Cæcinnæ de amicorum ſententia conſtituere, quo die in rem præſentem venirent.* Liv. XLVIII: *Eodem anno inter populum Carthaginienſem, & Regem Maſiniſſam in re præſenti diſceptatores Romani de agro fuerunt.* De re ipſa vide Senecam IV de benef. c. 35.

Quæ coactus quis metu, quæ deceptus dolo promiſerit] Si promiſſum jurejurando fuerit firmatum, ſervandum id eſſe contendit Grotius III de Iure Belli & Pacis c. 19. §. 5, quia homo non homini tantum, ſed deo obſtringitur. Vide & lib. II, c. 13. §. 14.

Iure prætorio liberantur] Per prætores in integrum reſtituuntur. Ius prætorium & leges opponuntur. Leges enim proprie Romanis dicebantur, quæ ſuffragiis populi ferebantur. Ius prætorium eſt quod dicitur l. 2. ff. de Orig. Iur. & l. 7 de Iuſtit. & Iure *jus honoratum*, quia prætor, qui jus dicebat inter cives, *honorarius* dicebatur. Nihil autem erat jus prætorium, quam edicta prætorum. Quilibet prætor cum iniret magiſtratum, proponebat edictum, ex edictis deceſſorum ſuorum in id transferens, hinc vocatur etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

rio liberantur, nonnulla legibus. Exſiſtunt etiam ſaepe injuriae calumnia quadam, & nimis callida, ſed malitioſa juris interpretatione. Ex quo illud, ſummum jus, ſumma injuria, factum eſt jam tritum ſermone proverbium. Quo in genere etiam in rep. multa peccantur: ut ille, qui, cum triginta dierum eſſent cum hoſte pactae indutiae, noctu populabatur agros, quod dierum eſſent pactae, non noctium indutiae. Nec noſter quidem probandus, ſi verum eſt, Q. Fabium Labeonem, ſeu quem alium (nihil enim praeter auditum habeo) arbitrum Nolanis, & Neapolitanis de finibus a ſenatu datum, cum ad locum veniſſet, cum utriſque ſeparatim locutum, ne cupide quid agerent, ne appetenter; atque ut regredi, quam

jus tranſlatitium, quod juſtum & æquum putabat, nova etiam interponebat, veteribus repudiatis. Ceterum de promiſſis, quibus dolo deceptus ſe obſtrinxit. vide Grot. II de Iure Belli & Pacis cap. XI. §. 7. & cap. XVII. §. 17.

Nonnulla legibus] Quærunt viri docti, quæ ſint illæ leges de dolo, cum quæ in codicibus legum Romanarum leguntur, diu ſint poſt Ciceronem latæ. Sed Cicero ipſe docet lib. 3, quas hic leges ſignificet: *Iſte*, inquit, *dolus malus etiam legibus erat vindicatus, ut tutela* XII *tabulis, & circumſcriptio adoleſcentium lege Latoria, & ſine lege judiciis, in quibus ex fide bona agitur.* Et lib. 3 de nat. Deorum: *Inde judicium publicum rei privatæ lege Lætoria: inde everriculum malitiarum omnium judicium de dolo malo, quod C. Aquilius familiaris noſter protulit.* Græv.

Summum jus ſumma injuria] Colum. lib. I. *Nec eſt ſane nobis vindicandum quicquid licet. Nam ſummum jus antiqui putabant ſummam crucem.* Eſt autem ſummum jus τὸ ἀκριβοδίκαιον. De hoc Menander:

Καλὸν οἱ νόμοι σφόδρ' εἰσὶν, ὁ δ'
ὁρῶν αὐτοὺς λίαν
Ἀκριβῶς συκοφάντης γίνεται.

Leges res præclaræ ſunt: ſed qui eas accuratius quam par eſt intuetur calumniator eſt. H. Wolfius. Æquitas eſt legitimi juris correctio. vid. Ariſtot. V. Nicom. 10. De calumnia vero ſive malitioſa juris interpretatione vid. Grot. II de Iure Belli & Pacis c. XVI. *Rachel.*

Cum hoſte indutiæ pactæ] Vetus codex unus ex noſtris habet, *indutiæ factæ.* Lamb. *Indutiæ pactæ.*] *Factæ*, eſſe in lib. antiquis, Balduinus annotat. Habent ita quattuor noſtri: verum in uno litura apparet. Lambinus quoque ſic in uno veteri codice reperit. Vetus quoque lib. in Verr. 5. ſic legit, *Iam vero ex Hyblenſium pactionibus intelligitis, quæ factæ ſunt.* ubi in vulgatis eſt, *pactæ ſint.* Ibid. lege *Neapolitanis.* Quod autem Lambinus edidit, *de finibus agri*, & in quibuſdam legitur, *de finibus agrorum*, ſatis arguit, potius ſequendos eſſe libros veteres eos, in quibus, *de finibus*, tantum abſque genitivo legitur. *Fr. Fabrit.* De triginta dierum induciis Ephorus apud Strabonem Thracum commentum dicit adverſus Bœotos. vide Proverb. *Θρᾳκία παρεύρεσις. Lang.*

Ne cupide quid agerent, ne appetenter] Sic primus hunc locum emendavit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

quam progredi mallent. Id cum utrique feciſſent, aliquantum agri in medio relictum eſt. Itaque illorum fines, ſicut ipſi dixerant, terminavit: in medio relictum quod erat, populo R. adjudicavit. decipere hoc quidem eſt, non judicare, quocirca in omni re fugienda eſt talis ſollertia. Sunt autem quaedam officia 11
etiam adverſus eos ſervanda, a quibus injuriam acceperis. Eſt enim ulciſcendi, & puniendi modus. atque haud ſcio, an ſatis ſit, eum, qui laceſſierit, injuriae ſuae poenitere: ut & ipſe ne quid tale poſthac, & ceteri ſint ad injuriam tardiores. Atque in rep. maxime conſervanda ſunt jura belli. Nam cum ſint duo genera decertandi: unum per diſceptationem, alterum per vim: cumque illud proprium ſit hominis, hoc beluarum: confugiendum eſt ad poſterius, ſi uti non licet ſuperiore. Quare ſuſcipienda quidem bella ſunt ob eam cauſam, ut ſine injuria in pace vivatur. par-

vit Turnebus in adverſariis. Guilielmi MSS. approbantibus, ut & Pall. & Phithæano, niſi quod in hoc vitioſe ſcriptum ſit *appetentur.* vulgo inſulſe: *nec appeterent.*

Sicuti ipſi dixerant] Quid & ubi dixerant? illi ſane non dixerant, ibi ponendos eſſe terminos, quo Labeo poſt poſuit. lege cum Pithæano, *ſicut ipſi diſceſſerant.* nimirum quo utrique receſſerunt. *Græv.*

Eſt enim ulciſcendi & puniendi modus] De pœnis & pœnarum modis quæ in bello ſumuntur ab hoſtibus vid. Grot. II de Iure Belli & Pacis cap. 20. & lib. III. cap. II.

Vt ipſe ne quid tale poſthac] *Verbum, committas*, quod hic ante legebatur, in bonis libris deeſt: Recte. Sunt enim utiles in præceptis præciſæ orationes. Sic alibi, *Ne quid temere, ne quid crudeliter.* Eſt autem ex formula illa, qua delicta liberi deprecari ſolent ad parentes: pro Ligario, *Cauſſas Cæſar egi multas, & quidem tecum, dum te in foro tenuit ratio honorum tuorum; certe nunquam hoc modo, ignoſcite, judices, erravit; lapſus eſt; non putavit; ſi unquam poſthac: Ad parentem ſic agi ſolet: Ad judices, Non fecit; non cogitavit; falſi teſtes, fictum crimen:* Sic Terentius in Phormi. Act. I. Et Plautus extrema Caſina. *C. Lang.* Sic & Pithæan. Palat. plurimique alii & princeps editio. Terent. *Si unquam poſthac, occidito.* Hoc vero quod præcipit Cicero veteres Romanos feciſſe Saluſtius in Catilin. prodit, *neque victis præter injuriæ licentiam eripiebant.* Hinc Liv. lib. 30: *plus pene parcendo victis quam vincendo imperium auxiſſe.* Et vere Ariſtot. dicit VII de rep. 141. πόλεμον εἶναι εἰρήνης χάριν, ἀσχολίαν δὲ σχολῆς, *bellum pacis, & negotium ocii cauſſa inſtitutum.*

Conſervanda ſunt jura belli] Liv. 31, 30. *Eſſe quædam belli jura, quæ ut facere, ita pati ſit fas.*

Confugiendum eſt ad poſterius, ſi uti non licet ſuperiore] Vide Grot. II de Iure Belli & Pacis c. 23, §. 6, ubi agit de rationibus bellum avertendi, antequam arma capiantur.

Vt ſine injuria in pace vivatur] Bellum

parta autem victoria, conſervandi ii, qui non crudeles in bello, non immanes fuerunt: ut majores noſtri Tuſculanos, Aequos, Volſcos, Sabinos, Hernicos in civitatem etiam acceperunt: at Karthaginem, & Numantiam funditus ſuſtulerunt. nollem Corinthum: ſed credo aliquid ſecutos, opportunitatem loci maxime, ne poſſet aliquando ad bellum faciendum locus ipſe adhortari. Mea quidem ſententia, paci, quae nihil habitura ſit inſidiarum, ſemper eſt conſulendum. In quo ſi mihi eſſet obtemperatum; etſi non optimam, at aliquam rempub. quae nunc nulla eſt, haberemus. Et cum iis, quos vi deviceris, conſulendum eſt, tum ii, qui, armis poſitis, ad imperatorum fidem confugient, quamvis murum aries percuſſerit recipiendi ſunt.

lum enim pacis cauſſa ſuſcipitur. Ariſtot. VII Polit. 14. Sed ut pax ſit ſecura & ſine injuria. vid. Grot. cap. ult. de Iure Belli & Pacis. *Rachel.*

Parta autem victoria conſervandi ii] Vide Grot. III de Iure Belli & Pacis c. II.

In civitatem etiam acceperunt] Liv. lib. 41, 46: *Non modo ſimultates, ſed bella quoque finiuntur. Ex infeſtis hoſtibus plerumque ſocii fideles, interdum etiam cives fiunt. Albani diruta Alba Romam traducti ſunt: Latini, Sabini in civitatem accepti.* Tac. ann. V: *Conditor noſter Romulus tantum ſapientia valuit, ut pleroſque populos eodem die hoſtes, deinde cives habuerit.* vide Grot. III de Iure Belli & Pacis cap. XV.

Sed credo aliquid ſecutos] *Aliquid*, loco adverbii hic poſitum eſt. Vt pro Deiotaro, *Non enim jam metuo, ut illi tu ſuccenſeas; illud vero, ne illum tibi ſuccenſere aliquid ſuſpicere.* Terent. *Subtriſtis viſus eſſe aliquid.* Græcis eſt frequentius. *C. Lang.* Langius poſitum putat, *aliquid*, Græcorum more, τὶ, id eſt, κατά τι. quod mihi non videtur. itaque disjunctionis notam adſcribo, poſt *ſecutos*: ut ſit hæc ſententia: puto eos non crudelitate impulſos Corinthum evertiſſe, ſed aliquam rationem ſecutos, maxime loci opportunitatem, &c. Quod autem quidam ajunt ſe in nonnullis libris ſcriptum reperiſſe, *ob opportunitatem loci max.* eamque lectionem probant: ea vero inepta eſt, nec ferri poteſt. *ob*, autem natum ex prima ſyllaba vocis ſequentis. *Lamb. Sed credo aliquid ſecutos, opportunitatem loci max.*] Ita hæc ſcripta eſſe in veteribus libris, Balduinus jampridem admonuit, & ego nunc video. Langius quoque recte edidit, ſed male diſtinxit. Excuſat enim M. Tullius majores, qui ut Corinthum exſcinderent, non crudelitate ſint adducti, ſed aliam aliquam rationem ſecuti ſint, & maxime opportunitatem loci. *Fr. Fabrit.*

Et cum iis, quos vi deviceris, conſulendum eſt] Vid. H. Grot. III de Iure Belli & Pacis cap. XI.

Tum ii qui armis poſitis ad imperatorum fidem confugient quamvis murum aries percuſſerit] Dicit Cicero ex militari lege, qua, ubi mœnia quati ariete cœperunt, oppidani in deditionem fidemque non recipiebantur. id & e Cicerone & e commentariis Cæſaris cognoſcimus, in quorum libro II Bell. Gall. ſic ſcribitur: *Cæſar Advaticis denunciat ſe eorum civitatem conſervaturum,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ſunt. in quo tantopere apud noſtros juſtitia culta eſt, ut ii, qui civitates, aut nationes devictas bello in fidem recepiſſent, earum patroni eſſent, more majorum. Ac belli quidem aequitas ſanctiſſime fetiali populi Rom. jure perſcripta eſt. Ex quo intelligi poteſt, nullum bellum eſſe juſtum, niſi quod aut rebus repetitis geratur, aut denuntiatum ante ſit & indictum. Poppillius imperator tenebat provinciam: in cujus exercitu Catonis filius tiro militabat. Cum autem Poppillio videretur unam dimittere legionem, Catonis quoque filium, qui in eadem legione militabat, dimiſit. Sed cum amore pugnandi in exercitu remanſiſ-

rum, ſi priuſquam aries murum attigiſſet ſe dedidiſſent. Quod veteres obſervavere in ariete, id hodie nos bombarda tenemus: ut non ſine direptione fortunarum & captivitate in deditionem plerumque recipiantur, quorum mœnia tormentis quaſſata ſunt. *Turnebus.* Vide Grot. III de Iure Belli & Pacis cap. II. §. 14.

Fetiali jure] Romani veteres non niſi conſulto collegio fetialium ad id inſtituto, Imperatores Chriſtiani vix niſi auditis Epiſcopis bella ſuſcipiebant, ut ſi quod eſſet quod religionem poſſet injicere, ejus monerentur. H. Grot. II de Iure Belli & Pacis c. 23.

Rebus repetitis geratur] Rerum repetitarum nomine jus feciale comprehendebat non tantum vindicationem ex jure dominii, ſed & perſecutionem ejus, quod ex cauſſa civili aut criminis debetur, ut recte explicat Servius. Inde illud in formulis, *reddi*, *ſatisfieri*, *dedi*, ubi dedi intelligendum eſt, ni punire ſontem malint ipſi, qui conveniuntur. Hanc rerum repetitionem dictam eſſe clarigationem teſtis eſt Plinius. H. Grot. de Iure Belli & Pacis lib. III, cap. 3.

Aut denunciatum ante ſit] Vide de jure denunciationis Grot. III de Iure Belli & Pacis cap. 3. §. 5. 6. 7.

Pompilius imperator] Lego *Popilius* ut habet ſcriptus codex. m littera extrita. Hic fuit C. Popilius Lænas Cos. anno primo belli Macedonici ſecundi, quod hic Perſicum dicitur a Perſeo ſuo Perſe Macedonum rege, quem quinto ejus belli anno Paulus Æmilius ſuperavit, quo tempore quam ſtrenuum militem præſtiterit hic Catonis Cenſorii filius tradit Plutarchus in Paulli Æmilii vita. In Popilii autem exercitu tyro fuerat. In Lælio ſive de amicitia bellum Perſicum aliter dicitur, nempe pro eo quod cum Perſis geritur. *Pet. Balduinus.* Leg. *Popillius.* M. Popillius Lænas Liguriam cos. obtinuit, & bene ibi res geſſit. Livius. Id factum eſt biennio ante quam ad bellum Macedonicum Paullus Æmilius ivit. quo bello adoleſcens Cato militavit, ut hic Cicero & poſt eum Plutarchus refert. Duas igitur hiſtorias Cicero recenſet pæne ejuſdem tenoris. *C. Lang.* *M. Popillius imperator*] Sic edidit Langius, & ſcribit, hunc eſſe M. Popillium Lænatem, qui coſ. an. urbis DXXC. Liguriam obtinuit, ac rem proſpere illic geſſit, de quo Livius lib. 42. Balduinus quoque ex ſcripto codice legit, *Popillium:* ſed C. Popillium Lænatem intelligit, qui anno proximo poſt Marcum conſul fuit. Verum quia non ſolum in libris impreſſis, ſed & manuſcriptis permultis, *Pompilius* legitur: & Plutarchus in vita Catonis Cenſorii ſcribit, ejus filium cum Paullo Æmilio

ſiſſet, Cato ad Poppillium ſcripſit, ut, ſi eum pateretur in exercitu remanere, ſecundo eum obligaret militiae ſacramento: quia, priore amiſſo, jure cum hoſtibus pugnare non poterat. Adeo ſumma erat obſervatio in bello movendo. Marci quidem Catonis ſenis epiſtola eſt ad M. filium, in qua ſcripſit, ſe audiſſe, eum miſſum factum eſſe a conſule, cum in Macedonia Perſico bello miles eſſet. Monet igitur ut caveat, ne proelium ineat. negat enim jus eſſe, qui
12 miles non ſit, pugnare cum hoſte. Equidem illud etiam animadverto, quod qui proprio nomine perduellis eſſet, is hoſtis vocaretur, lenitate verbi triſtitiam rei mitigante. Hoſtis enim apud majores noſtros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus. indicant duodecim tabulae: aut ſtatus dies cum hoſte. Item-

milio militaſſe, Paullo Manutio pro, *Pompilius*, legendum videtur, *Paullus Æmilius*. Fr. Fabrit.

Adeo ſumma erat obſervatio in bello movendo] Vox, *movendo*, mihi ſuſpecta eſt: velimque ea deleta, legi, *Adeo ſumma erat obſervatio in bello. Marci quidem*, &c. *Lambin.* Sarisber. lib. VI Policr. cap. 7. adducit hunc locum, ſed a quo abeſt gloſſa hæc: *adeo ſumma erat obſervatio in bello movendo*, quæ in textum Ciceronis impudenter irrepſit. Bongarſius ad Iuſtin. XXXIII. I.

In qua ſcripſit] *Scribit*, edidit Langius, atque ita quidam manuſcripti libri habent. Catonis epiſtola ad filium citatur a Priſciano lib. 7. Tu vide Plutarchum in Quæſtionibus Romanis. *Fr. Fabrit.*

Perſico bello] *Perſæo*, Wolfius, mavult, quod ſignificetur bellum, non cum Perſis, ſed cum Perſeo rege Macedonum geſto. Verum hoc etiam bellum Romani Perſicum appellarunt, quod non ſolum hic omnes libri Ciceronis, ſed & Faſti Capitolini convincunt: in quibus poſt conſulatum C. Popillii Lænatis, & P. Ailii Liguris ſubſcriptum invenitur, *Bellum Perſicum.* Fr. Fabrit.

Negat enim jus eſſe, qui miles non ſit pugnare cum hoſte] Hoc Plutarchus pluribus explicat in problematibus, ex quo intelligimus nefas fuiſſe hoſtem feriri ab alio, quam qui ſacramento militari dixiſſet, qui ſecus feciſſet, eum cædis reum viſum fuiſſe. Vid. Grot. lib. II c. 25. §. 9. 10.

Qui proprio nomine perduellis eſſet] Varro VI de Latina Lingua: *Apud Ennium: Quin inde invictis ſumſerunt perduellibus, perduelles ſunt hoſtes, ut perficit, ſic perduellum, duellum, id poſtea bellum. Ab ea cauſſa facta Duellona, Bellona.* Plaut. Amphit. I. I. *Perduelles penetrant ſe in fugam.*

Is hoſtis vocaretur] Varro IV de Latina Lingua: *Multa verba aliud nunc oſtendunt, aliud ante ſignificabant, ut hoſtis: nam tum eo verbo dicebant peregrinum, qui ſuis legibus uteretur, nunc dicunt eum, quem tum dicebant perduellem.* Sic Herodotus in Vrania teſtatur Lacedæmonios appellaſſe Perſas peregrinos, ξείνους γὰρ ἐκάλεον τοὺς βαρβάρους. *Græv.*

Aut ſtatus dies cum hoſte] Feſtus: *Status dies vocatur, qui judicii cauſſa eſt conſtitutus cum hoſte, id eſt, peregrino. Ejus enim generis ab antiquis hoſtes appella-*

Itemque adverſus hoſtem aeterna auctoritas. Quid ad hanc manſuetudinem addi poteſt? eum qui cum bella geras, tam molli nomine appellari? Quamquam id nomen durius jam effecit vetuſtas. a peregrino enim jam receſſit, & proprie in eo, qui arma contra ferret, remanſit. Cum vero de imperio decertatur, belloque quaeritur gloria, cauſas omnino ſubeſſe tamen oportet eaſdem, quas dixi paullo ante juſtas cauſas eſſe bellorum. Sed ea bella, quibus imperii gloria propoſita eſt, minus acerbe gerenda ſunt. Vt

pellabantur, quod erant pari jure cum populo Romano: atque hoſtire ponebatur pro æquare. Plautus Curculione:

Si ſtatus condictus cum hoſte intercedit dies,
Tamen eſt eundum, quo imperant ingratiis.

Adverſus hoſtem æterna auctoritas] Adverſus peregrinum ſemper civi Romano ſalvum manet jus dominii, peregrinus nihil quod eſt civis Romani poteſt uſucapere. Auctoritas hic eſt jus dominii, ut in lege 12 tabb. *Vſus auctoritas fundi biennium eſto, ceterarum omnium rerum uſus auctoritas annum eſto.* Et in lege Atinia apud Gell. XVII, 8: *Quod ſurreptum erit ejus rei æterna auctoritas eſto.* hoc Paullus lib. 54 ad edictum ſcribens ſic explicat: *Quod dixit lex Atinia, ut res furtiva non uſucapiatur, niſi in poteſtatem ejus, cui ſubrepta eſt, revertatur, ſic accepta eſt, ut in domini poteſtatem debeat reverti.*

Qui arma contra ferret] Sic noſtri vet. cod. aliquot. alii, *qui ferret arma contra*, &c. & ita Langius. *Lambin.*

Qui ferret arma contra] Sic Langius hoc edidit: Sic & noſtri libri cum Victorianis habent: *Qui arma contra ferret.* Sic infra: *Qui arma contra ferant.* Fr. Fabrit.

Ea bella, quibus imperii gloria propoſita eſt, minus acerbe gerenda ſunt] Plato V de rep. ἕλληνας μὲν ἄρα βαρβάροις, καὶ βαρβάρους ἕλλησι πολεμεῖν μαχομένους τε φήσομεν, καὶ πολεμίους φύσει εἶναι, καὶ πόλεμον τὴν ἔχθραν ταύτην κλητέον. ἕλληνας δὲ ἕλλησιν, ὅταν τι τοιοῦτον δρῶσι, φύσει μὲν φίλους εἶναι, νοσεῖν δ᾽ ἐν τῷ τοιούτῳ τὴν ἑλλάδα καὶ στασιάζειν. καὶ στάσιν, τὴν τοιαύτην ἔχθραν κλητέον. *Quoties Græcia adverſus barbaros, vel contra Græcos barbari ipſi pugnabunt, bellum gerere aſſeremus, & hoſtes eſſe natura, & has inimicitias bellum vocabimus. Quando vero Græci adverſus Græcos inſurgent, dicemus eos natura quidem amicos eſſe, morbo autem laborare in hoc Græciam, & ſeditionibus agitari, & ſeditionem has inimicitias appellabimus.* vide ibi plura, quanta mala incumbant populo ſi in ſeditione adverſariorum agros populantur & domos incendant. Quod præcipit Cicero, præſtiterunt egregie Ptolemæus & Demetrius. Iuſtin. XV, 1: *In quo prælio major Ptolemæi moderationis gloria quam ipſius victoriæ fuit. Siquidem & amicos Demetrii non ſolum cum ſuis rebus, verum etiam additis inſuper muneribus dimiſit, & ipſius Demetrii privatam omne inſtrumentum ac familiam reddidit, adjecto honore verborum: Non ſe propter prædam, ſed propter dignitatem miſſe bellum.* Cap. ſequente: *Demetrius filium Ptolemæi Leontiſcum, & fratrem Menelaum, amicoſque ejus cum privati inſtrumenti miniſterio, pari provocatus ante munere, Ægyptum remittit, & ut appareret, eos non odio ſed dignitatis gloria accenſos, donis muneribuſque inter ipſa bella contendebant. Tanto honeſtius tunc bella gerebantur, quam nunc amicitiæ coluntur.* Græv. vid. Grot. III de Iure Belli & Pacis cap. 15.

Vt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Vt enim cum civi aliter contendimus, ſi eſt inimicus, aliter, ſi competitor: cum altero certamen honoris, & dignitatis eſt: cum altero capitis, & famae: ſic cum Celtiberis, cum Cimbris bellum, ut cum inimicis gerebatur, uter eſſet, non uter imperaret: cum Latinis, Sabinis, Samnitibus, Poenis, Pyrrho de imperio dimicabatur. Poeni faedifragi, crudelis Hannibal, reliqui juſtiores. Pyrrhi quidem de captivis reddendis illa praeclara:

Nec mi aurum poſco, nec mi pretium dederitis,
Nec cauponantes bellum, ſed belligerantes:
Ferro, non auro vitam cernamus utrique.
Voſne velit, an me regnare hera; quidve ferat fors,
Vir-

Vt enim cum civiliter aliter contendimus] Mendum hujus loci, de quo jampridem Anœmecius admonuit, in optimis quibuſque editionibus hærere diutius ferendum non eſt. Sic igitur repone, *Vt enim cum civi aliter contendimus, ſi eſt inimicus.* Peccarunt librarii ignoratione antiquitatis: quæ in concurſu vocalem alteram ſæpe omiſit. pro, *civi aliter*, *civiliter* ſcriptum fuit. Iam Ciceronem ablativo, *civi*, ſæpiſſime uſum eſſe, ex libris antiquis, & Grammaticis veteribus certum eſt. *Fr. Fabrit.* *Vt enim cum civi aliter contendimus, ſi eſt inimicus, aliter*, &c.] Sic prorſus legendum eſt: quod vidit Franciſcus Fabricius Marcoduranus. nam hoc, *civiliter*, corruptum eſt: & ex, *civi aliter*, factum, *civiliter.* ſententia autem, & veritas ita legendum eſſe pervincunt. *Lamb.*

Nec cauponantes bellum] Καπηλεύειν μάχην dixit Æſchylus in ea tragœdia quæ inſcribitur, ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, unde Cicero ſumpſiſſe videtur. *F. Vrſin.* Viri docti, qui putant Ennium eadem mente verbum cauponari hic accepiſſe, qua καπηλεύειν μάχειν Æſchylus accepit, errat vehementer. ὁ καπηλεύειν μάχην apud Æſchylum eſt nullam moram in pugna capienda facere, ſtatim prœlium ingredi. Pyrrhus apud Ennium præ ſe fert, ſe non quæſtus gratia & lucri belligerare cum Romanis, ſed regni tantum & gloriæ cupiditate. Idcirco ſe nolle ab illis pretium pro captivis accipere, quos gratis reddebat. Non enim *ſe cauponari bellum*, hoc eſt, lucrum ſectari in bello, ſed ſimpliciter bellum gerere. *Salmaſius.*

Vitam cernamus utrimque] *Vitam cernere* locutione quadam priſca dictum crediderim minimeque obvia. In Medea eodem genere orationis uſus fuerat,

Nam ter ſub armis malim vitam cernere,
Quam ſemel parere.

Quod Euripides in Medea dixit, ὡς τρὶς ἂν παρ' ἀσπίδα ςῆναι θέλοιμ' ἂν μᾶλλον, ἢ τέκειν ἅπαξ. hic cernere vitam, eſt dimicare pugnare. id enim *cernere* Latinis eſt quod Græcis κρίνεσθαι. Cernit autem vitam, qui eam conſtituit in dimicationem, & diſcrimen adducere, & qui de eo paratus eſt diſceptare, & de vita, ut Varro lib. 6 exponit, decernere. *Turnebus.* Sic & Virg. *Inter ſe coiiſſe viros & cernere ferro.* Salluſt. Catil. 59.

Quidve ferat fors] Exemplar ſcriptum habet, *quidve ferat fors*. P. Balduin. *Quidve ferat fors*] Sic habent libri MS. at-
que

Virtute experiamur. & hoc ſimul accipe dictum:
Quorum virtuti belli fortuna pepercit,
Eorundem me libertati parcere certum eſt:
Dono, ducite, doque, volentibu' cum magnis diis.

Regalis ſane & digna Aeacidarum genere ſententia.
Atque etiam ſi quid ſinguli, temporibus adducti, 13
hoſti promiſerint, eſt in eo ipſo fides conſervanda: ut
primo Punico bello Regulus captus a Poenis, cum
de captivis commutandis Romam miſſus eſſet, juraſ-
ſetque ſe rediturum, primum, ut venit, captivos
reddendos in ſenatu non cenſuit: deinde, cum reti-
neretur a propinquis, & ab amicis, ad ſupplicium
redire maluit, quam fidem hoſti datam fallere.

[*Se-*

que ita ſine dubio legendum, non ut in vulg. *ferat ſors.* quod non eſt ab aliis emendatum. Supra autem, ne quis erret, legendum, *vitam cernamus*, non, *vita.* Lamb. *Quidve ferat fors*] *Fors*, non, *ſors* habent libri manuſcripti, ut etiam Balduinus admonuit: atque ita ſine dubio legendum. Quam multa vero optimorum ſcriptorum loca hoc mendum occupaverit, Lambinus noſter in Commentariis in Horatium demonſtravit. *Fr. Fabrit.* Recte vidit ὁ πάνυ. I. Fr. Gronovius poſt hera virgulam diſtinctionis eſſe delendam, & *hera* ac *fors* jungenda. Nihil certius. Voſne velit regnare an me hera fors, ſive domina fortuna, quidve ferat illa, quem ſucceſſum ſit habitura res. Ceterum verſus Ennii in editione Gruteri ſunt turbati peſſime. Hic eſt illorum ordo:

Nec mi aurum poſco, nec mi pretium dederitis:
Nec cauponantes bellum, ſed belligerantes
Ferro non auro vitam cernamus utrique;
Voſne velit an me regnare hera quidve ferat fors
Virtute experiamur. & hoc ſimul accipe dictum:
Quorum virtuti belli fortuna pepercit
Eorundem me libertati parcere certum eſt.
Dono, ducite, doque volentibus cum magnis diis. Græv.

Dono; ducite] Paſſeratius diſtinguendum cenſet, poſt Dono, ut ſit verbum, dono, as. cui aſſentior. *Lamb.* *Dono ducere* ut dono promittere Plaut. Moſtellar. Guilielm. Sed rectius Paſſeratius, cui & Manutius adſtipulatur.

Doque volentibus cum magnis Diis] Sic omnino legendum; non, *volentibus id magnis diis.* Sic enim loquebantur veteres. Plautus, Milite glor. *agite, ite cum diis bene volentibus.* Lambin. Hæc quoque vetus eſt locutio. Sic enim & Cato cap. 141. locutus eſt: *Cum divis volentibus, quodque bene eveniat, mando tibi Mani, uti illace ſuovitaurilia fundum, agrum, terramque meam, quota ex parte ſive circumagi, ſive circumferenda cenſeas, uti cures luſtrare.* Turnebus. Quod alii repererunt *volentibus id magnis diis*, id vero perſpicue adulterinum eſt. Hoc enim modo ſemper Latini. Plaut. Perſ. III, 1:

Sequere hac, mea gnata, me cum diis volentibus. Guilielm.

Si quid ſinguli, temporibus adducti, hoſti promiſerint, eſt in eo ipſo fides conſervanda] Hæc inprimis illuſtrat H. Grot. III de Iure Belli & Pacis c. 23.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

[Secundo autem Punico bello, poſt Cannenſem pugnam, quos decem Hannibal Romam adſtrictos miſit jurejurando ſe redituros eſſe, niſi de redimendis iis, qui capti erant, impetraſſent: eos omnes cenſores, quo ad quiſque eorum vixit, qui pejeraſſent, in ærariis reliquerunt: nec minus illum, qui jurisjurandi fraude culpam invenerat. Cum enim Hannibalis permiſſu exiſſet de caſtris, rediit paullo poſt, quod ſe oblitum neſcio quid diceret. Deinde egreſſus e caſtris, jurejurando ſe ſolutum putabat: & erat verbis, re non erat. Semper autem in fide, quid ſenſeris, non quid dixeris, cogitandum. Maximum autem exemplum eſt juſtitiæ in hoſtem a majoribus noſtris conſtitutum. Cum a Pyrrho perfuga ſenatui eſt pollicitus, ſe venenum regi daturum, & eum necaturum: ſenatus, & C. Fabricius perfugam Pyrrho dedit. Ita ne hoſtis quidem, & potentis, & bellum ultro inferentis, interitum cum ſcelere approbavit.] Ac de bellicis quidem officiis ſatis dictum eſt. Meminerimus autem, etiam adverſus infimos juſtitiam eſſe ſervandam. Eſt autem infima conditio, & fortuna ſervorum: quibus, non male praeci-

Secundo autem bello Punico] Quæ hoc ſigno includuntur, in unico Parcenſi exemplari reperi. Germani certe ea ediderunt. An Ciceronis ſint, non contendo, referuntur infra fere eadem. *C. Lang.* *Secundo autem bello Punico*] Hæc omnia, quæ diſſimilibus litteris impreſſa ſunt, abſunt, a veteribus libris, & nonnullis vulgatis. *Lambin.* *Secundo autem bello*] Hæc Lambinus diſſimilibus litteris imprimi voluit, quod abſint a veteribus libris, & nonnullis vulgatis. Balduinus quoque & Anœmecius Auguſtanus ea in ſuis libris non habuerunt. Langius in unico reperit, ſicut & nos in optimo noſtro. *Fr. Fabrit.* Non habentur in editione prima Moguntina, nec in Victoriana, Manutiana, Roberti Stephani minore, quæ prodiit 1540. aliiſque vetuſtioribus omnibus, nec in MSS. Pall. Pithœano, Grævii.

Ac de bellicis quidem officiis ſatis dictum eſt] Albericus Gentilis lib. I de Iure Belli cap. I eo nomine reprehendere videtur Ciceronem, quod, cum pauca de hoc argumento dixiſſet, nihilominus ſcripſerit ſe ſatis de officiis bellicis dixiſſe. Verum mens Ciceronis non videtur eſſe, ac ſi profiteri voluerit, ſe hoc argumentum exhauſiſſe, ſed ſatis de eo dixiſſe pro inſtituti ratione. *Rachelius.*

Eſt autem infima conditio & fortuna ſervorum] Vix inter homines numerabantur. Iuven. Sat. VI,

O demens, ita ſervus homo eſt.

Flor. III, 20, vocat *ſecundum genus hominum* hoc eſt deterioris & vilioris notæ homines.

Ἥμισυ γάρ τε νόου ἀμπείρεται εὐρύοπα ζεὺς
Ἀνδρῶν οὓς ἂν δὴ κατὰ δούλιον ἦμαρ ἕλησι.

Tol-

cipiunt, qui ita jubent uti, ut mercenariis: operam exigendam; juſta praebenda. Cum autem duobus modis, id eſt, aut vi, aut fraude fiat injuria, fraus, quaſi vulpeculae, vis, leonis videtur: utrumque homine alieniſſimum: ſed fraus odio digna majore. Totius autem injuſtitiae nulla capitalior eſt, quam eorum, qui cum maxime fallunt, id agunt, ut viri boni eſſe videantur. De juſtitia ſatis dictum eſt. Deinceps (ut erat propoſitum) de beneficientia ac liberalitate dicatur, qua quidem nihil eſt naturae hominis accommodatius. ſed habet multas cautiones. Vi-

Tollitur huic hominum generi pars altera mentis
Ab Iove, ſervilem voluit quos ducere vitam,

ut vertit H. Grotius.

Operam exigendam, juſta præbenda] Huic loco ſuus nitor eſt redditus. Præbendi verbum ad annonam ſpectat, maxime dum capitatim ſua cuique portio tribuitur, ut in exercitu, in familia, ut in annonæ difficultate: ea portio *præbendorum* appellatione venit Livio & aliis. Diviſores ipſi appellantur *præbitores*. Quin *præbere* ab eodem uſu, ad cenas refertur. antiqua enim parſimonia ſua cuilibet convivæ portio præbebatur, eaque pro ratione inſtituti convivii vel prolixa vel tenuis. Horat. in Satyr. *Præter eum qui præbet.* C. Lang. *Operam exigendam, juſta præbenda*] In libris vulgatis mendoſe, & contra fidem veterum legitur, *Ad operam exigendam, & juſta præbenda.* Sic homines imperiti paſſim aliena multa ſuppleverunt, atque inculcarunt. itaque Victorius, Balduinus. Langius, & Lambinus recte hic particulas illas deleverunt. *Iuſta* vero ſunt, quæ more, merito, & quaſi jure quodam tribuuntur: ut ſunt quaterni modii frumenti in menſem, quod demenſum dicebatur. *Fr. Fabrit.* Ceterum Ciceroni conſentit Cato: *Familiæ ut bene ſit provideto, ne algeat, ne eſuriat.* Et Seneca III de benef. *Eſt aliquod quod dominus præſtare ſervo debeat, ut cibaria, veſtiarium.* Ariſtot. I Oecon. 5. δούλῳ μισθὸς τροφή. *Victus ſervo pro mercede eſt.* Vide Grot. II de Iure Belli & Pacis cap. 5. §. 27. & III lib. c. 14. §. 6. *Rachel.* Vide & Senec. ep. 47.

Vtrumque homine alieniſſimum] Eſt a Pal. & Guilielmianis. Editi enim: *utrumque alieniſſimum a homine.* Gruter.

Totius autem juſtitiæ nulla capitalior eſt, quam eorum, &c.] Hinc etiam Chriſtus tantopere Phariſæos, & quos ſacri ſcriptores hypocritas vocant, deteſtatur & Plato, Lucianus, Iuvenalis, alii que Philoſophos, *qui vultum, & triſtitiam, & diſſentientem a ceteris habitum peſſimis moribus prætendebant*, ut loquitur Fabius. Talem erga ſe fuiſſe Hortenſium queritur Cic. I ad Q. Fratr. *Me*, inquit, *ſua ſimulatione amoris, ſuaque aſſiduitate quotidiana ſceleratiſſime inſidioſiſſimeque tractavit.*

Qui tum cum maxime fallunt id agunt, ut viri boni eſſe videantur] Particulam *tum*, quam nec Pal. nec Pithæan. agnoſcit, expunxi, volentibus Muſis & Gratiis. *Græv.*

Qua quidem nihil eſt naturæ hominis accommodatius] Lactant. lib. VI Inſtitut. c. 11: *Verum eſt illud Ciceronis, quod ait, hominem naturæ obedientem homini nocere non poſſe. ergo ſi nocere homini contra naturam eſt, prodeſſe homini ſecundum naturam ſit, neceſſe eſt. Quod*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Videndum eſt enim primum ne obſit benignitas, & iis ipſis, quibus benigne videbitur fieri, & ceteris: deinde, ne major benignitas ſit, quam facultates: tum ut pro dignitate cuique tribuatur. Id enim eſt juſtitiae fundamentum, ad quam haec referenda ſunt omnia. Nam & qui gratificantur cuipiam, quod obſit illi, cui prodeſſe velle videantur, non benefici, neque liberales, ſed pernicioſi aſſentatores judicandi ſunt: & qui aliis nocent, ut in alios liberales ſint, in eadem ſunt injuſtitia, ut ſi in ſuam rem aliena convertant. Sunt autem multi, & quidem cupidi ſplendoris & gloriae, qui eripiunt aliis, quod aliis largiantur. Hique arbitrantur ſe beneficos in ſuos amicos viſum iri, ſi locupletent eos quacumque ratione.

Id

qui non facit hominis ſe appellatione diſpoliat, quia humanitatis officium eſt, neceſſitati hominis ac periculo ſubvenire.

Ne obſit benignitas & iis ipſis, quibus benigne videbitur fieri, & ceteris] Senec. II de benef. 14: *Sunt quædam nocitura impetrantibus: quæ non dare, ſed negare beneficium eſt.* Vide ibi plura.

Ne major benignitas ſit quam liberalitas] *Ambitio enim & jactantia, & quidvis potius quam liberalitas exiſtimanda eſt, cui ratio non conſtat.* Plin. Paneg. 38. Senec. II de benef. 15: *Nunquam in turpitudinem noſtram redditura tribuamus. Cum ſumma amicitia ſit amicum ſibi æquare, utrique ſimul conſulendum eſt. Dabo egenti, ſed ut ipſe non egeam. Succurram perituro, ſed ut ipſe non peream, niſi ſi futurus ero magni hominis, aut magnæ rei merces.* Vide ibi plura.

Tum ut pro dignitate cuique tribuatur] Seneca d. l. *Æſtimanda eſt ejus perſona, cui damus. quædam enim minora ſunt, quam ut exire a magnis viris debeant: quædam accipiente majora ſunt. Vtriuſque igitur perſonam confer.* vide quæ ibi ſequuntur. & cap. ſequ. *Nihil per ſe quenquam decet: refert, quid, cui, quando, quare, ubi & cetera, ſine quibus facti ratio non conſtabit.* &: *Habeatur perſonarum ac dignitatum proportio: & cum ſit ubique virtutis modus, æque peccat, quod excedit, quam quod deficit.*

Qui aliis nocent, ut in alios liberales ſint] Plin. Paneg. 27: *Nihil largiatur Princeps, dum nihil auferat; non alat, dum non occidat.* dein: *Nihil magis in tua tota liberalitate laudaverim, quam quod congiarium das de tuo, alimenta de tuo: neque a te liberi civium, ut ferarum catuli ſanguine & cædibus nutriuntur. Quodque gratiſſimum eſt accipientibus, ſciunt dari ſibi, quod nemini eſt ereptum, locupletatiſque tam multis, pauperiorem eſſe factum principem tantum.* Senec. de benef. *Non eſt magni animi, qui de alieno liberalis eſt, ſed ille, qui quod alteri donat, ſibi detrahit.*

Sunt autem multi, & quidem cupidi ſplendoris & gloriæ, qui eripiunt aliis, quod aliis largiantur] Talis fuit Caligula, de cujus perverſa liberalitate vid. Suet. Calig. 37, & inde ſecuta rapacitate, c. 38. Talis fuit Nero, vid. Suet. in ejus vita c. 31, & 32; & Domitianus. Suet. Dom. c. 9. & 12. ac innumeri alii.

In ſuos amicos viſum iri] In antiquiſſ. libro, *viſu iri*, ſcribitur. de qua locutione Pet. Victor. in Catonem. *C. Lang.* Habuerim vocem *amicos* pro ſpuria. *Gruter.*

Id

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Id autem tantum abeſt officio, ut nihil magis officio poſſit eſſe contrarium. Videndum eſt igitur, ut ea liberalitate utamur, quae proſit amicis, noceat nemini. Quare L. Sullae, & C. Caeſaris pecuniarum tranſlatio a juſtis dominis ad alienos non debet liberalis videri. Nihil eſt enim liberale, quod non idem juſtum. Altera erat locus cautionis, ne benignitas major eſſet, quam facultates: quod, qui benigniores volunt eſſe, quam res patitur, primum in eo peccant, quod injurioſi ſunt in proximos. quas enim copias his & ſuppeditari aequius eſt, & relinqui, eas transferunt ad alienos. Ineſt autem in tali liberalitate cupiditas plerumque rapiendi, & auferendi per injuriam, ut ad largiendum ſuppetant copiae. Videre etiam licet pleroſque non tam natura liberales, quam

Id autem tantum abeſt ab officio] Vet. *id autem tantum abeſt officio.* C. Lang. Libri veteres habent, *tantum abeſt officio:* quod probo. talia ſunt illa, *adigere arbitrum*, apud eundem: *propugnat nugis*, apud Horatium. &, *hæc animum advertere*, pro ad hæc, apud Lucretium lib. 1. *Lambin.* Sic & Guilielmiani, & Pal. Sec. & Græv.

C. Cæſaris] Senecæ locum Manutius in notis ad hæc verba, de prodigalite Cæſaris, qui una cœna conſumſerit *centies ſeſtertium*, male intelligit de Iulio Cæſare; cum de Caligula loquatur Seneca.

Quod injurioſi ſunt in proximos] MS. *proximis.* illud autem uſitatius quod retineo. neque tamen non & hoc modo locuti ſunt veteres. Ita de rep. lib. VI noſter: *Iuſtitiam colo & pietatem, quæ cum magna in parentibus & propinquis, tum in patria maxima eſt.* ut enim illic *pietas in propinquis*, ita hic *injuria in proximis*, quo afficiuntur proximi. *Gulielm.* Sic paullo ante Pithæani MS. *ut in aliis liberales ſint.* in editis eſt, *ut in alios liberales ſint.* Ceterum recte dixit injurioſos eſſe in proximos, hoc eſt liberos, cognatos, qui inconſulta prodigalitate ſua profundunt, quia his, ut Cicero dicit, *neceſſaria præſidia vitæ debentur maxime.* Hinc & Ambroſ. in 1 de offic. *Eſt enim illa probanda liberalitas, ut proximos ſeminis tui non deſpicias.*

Ineſt autem in tali] Annotat Manutius hoc ſubjunctum eſſe pro, *deinde:* quia dixerit, *Primum in eo peccant.* Primum ἀναντapόδοτον ſæpe eſſe ad Tuſcul. 5. annotavi, & locum ex Lucullo adſcripſi, in quo vulgo, *primum*, mutarunt in *plurimum.* Similiter libro 2 de finib. *Primum in noſtra poteſtate eſt quid meminerimus? Themiſtocles quidem* &c. & lib. 5: *Primum, quæ contra voluptatem dicta ſunt, eadem fere cadunt contra vacuitatem doloris.* quibus locis voci, *primum*, non ſubjicitur, *deinde*, vel ſimile adverbium ordinis. ſicut neque hic, neque paullo poſt, ubi eſt, *Primum illud eſt in officio*, &c. nec quod inferius legitur: *officium autem, quod ab eo ducitur, hanc primum habet viam.* & aliis locis multis. Itaque non puto mutandum eſſe illud Tuſcul. 5. *Qui primum per ſe ipſi plerumque conficiunt hominem: ſin forte longinquitate producti*, &c. nam ita quoque ſcribit ad Cœlium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

quam quadam gloria ductos, ut benefici videantur facere multa, quae proficiſci ab oſtentatione magis, quam a voluntate videantur. Talis autem ſimulatio, vanitati eſt conjunctior, quam aut liberalitati, aut honeſtati. Tertium eſt propoſitum, ut in beneficientia delectus eſſet dignitatis: in quo & mores ejus erunt ſpectandi, in quem beneficium conferetur, & animus erga nos, & communitas, ac ſocietas vitae, & ad noſtras utilitates officia ante collata: quae ut concurrant omnia, optabile eſt: ſin minus, plures cauſae majoreſque ponderis plus habebunt. Quoniam autem vivitur non cum perfectis hominibus, pleneque ſapientibus, ſed cum iis, in quibus praeclare agitur ſi ſunt

lium ep. 10. lib. 2. ad famil. *Quare, mi Rufe, vigila, primum ut mihi ſuccedatur: ſin id erit. ut ſcribis, &c, ut ego arbitror, ſpiſſius,* &c. *Fr. Fabrit.*

Quam quadam gloria ductos] *Vt ſunt ii, qui nihil honeſtum putant, niſi quod in vulgus glorioſum.* ſecundum Ciceronem IV Academ. *Sed majore animo honeſtatis fructus in conſcientia quam in fama reponatur*, monente Plinio l. 8. quod Ariſtonem facere idem prodit ep. 22 lib. 1: *Nihil ad oſtentationem, omnia ad conſcientiam refert, recteque facti non ex populi ſermone mercedem, ſed ex facto petit.* Vide Epictet. apud Arrian. diſputat. III, 24. quando vero quis dat ſine vanitate, id M. Anton. lib. IX vocat *καταληκτικῶς διδόναι*, cum quis in dando nihil reſpicit niſi benefaciendi voluntatem, cum quis dat ut daret, ut Seneca loquitur 1, de benef. c. 2. Eadem ſunt de liberalitate præcepta Chriſti apud Matthæum c. VI, 1, 2 & ſequ.

Ab oſtentatione magis quam a voluntate] Senec. 1 de benef. 6: *Non quid fiat, aut quid detur, refert, ſed qua mente. Quia beneficium non in eo quod fit, aut datur conſiſtit, ſed in ipſo dantis aut facientis animo.* Vide ibi plura.

Communitas ac ſocietas vitæ] Hoc ipſum eſt quod monet Apoſtolus, ut in omnes ſimus benefici, præcipue tamen religionis conſortes. Vid. Grot. de Iure Belli & Pacis lib. II. cap. XV §. 10.

Sed cum iis, quibus præclare agitur] Alii *quibuſcum*, alii *cum quibus*, ſed lib. vallis S. Lambert. habet quo modo edidi, & quidem eleganter. Notandum quoque in opt. libris, *planeque*, per primam vocalem ſcribi. *C. Lang.*

In quibus, præclare agitur, ſi inſunt ſimulacra, &c.] Sic habent noſtri codices veteres, & recte: ſententia autem eſt hæc, in quibus ſi inſunt ſimulacra virtutis, præclare agitur. *Lambin.*

Sed cum iis, in quibus præclare agitur.] Ordo & ſententia verborum perſpicua eſt, nempe hæc, Vivitur cum iis hominibus, in quibus ſi inſunt ſimulacra virtutis, præclare agitur. Cui ſimile eſt illud ad Plancium ep. 14. lib. 4. ad fam. *Agiturque præclare, ſi noſmetipſos regere poſſimus.* quibus in locis, *Præclare agitur*, abſolute dicitur: quod qui non attenderunt, ii contra libros antiquos legendum putant, *Cum quibus præclare agitur*: in qua ſententia video eſſe Eraſmum, Balduinum, Nannium, & alios. Langius unius libri auctoritate adductus, edidit. *Quibus præclare agitur*, idque eleganter dici affirmat: verum ubi aut cujuſmodi iſta elegantia ſit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ſunt ſimulacra virtutis: etiam hoc intelligendum puto, neminem omnino eſſe negligendum, in quo aliqua ſignificatio virtutis appareat: colendum autem eſſe ita quemque maxime, ut quiſque maxime his virtutibus lenioribus erit ornatus, modeſtia, temperantia, hac ipſa, de qua jam multa dicta ſunt, juſtitia. Nam fortis animus, & magnus in homine non perfecto, nec ſapiente, ferventior plerumque eſt: illae virtutes virum bonum videntur potius attingere. Atque haec in moribus. De benevolentia autem, quam quiſque habeat erga nos, primum illud eſt in officio, ut ei plurimum tribuamus, a quo plurimum diligimur: ſed benevolentiam non adoleſcentulorum more, ardore quodam amoris, ſed ſtabilitate potius, & conſtantia judicemus. Sin erunt merita, ut non ineunda, ſed referenda ſit gratia: major quaedam cura adhibenda eſt. Nullum enim officium referenda gratia magis neceſſarium eſt. Quod ſi ea, quae utenda acceperis, majore menſura, ſi modo poſſis, jubet reddere Heſiodus: quidnam beneficio provocati facere debemus? an imitari agros fertiles, qui multo plus

ſit. equidem non aſſequor. *Fr. Fabrit.*

Et jam hoc intelligendum puto] In Pithæan. *puto* non legitur. Vereor ut ſit a ſciolis intextum, ut plura hujus generis emblemata non bella, *dicunt*, *ajunt*, *puto*, quæ a viris doctis ſunt ex optimis ſcriptoribus ejecta. *Grævius.*

Nec ſapiente] Credo has duas dictiones, *nec ſapiente*, ex præcedentibus hic aſſutas. Nam Pariſienſis manuſcriptus non habet. *C. Lang.*

Atque hæc in moribus conſiderantur] Hæc poſtrema dictio non eſt in vetuſtis exemplaribus. quæ adjecta videtur, ut plerumque fit, ad explendam ſententiam. *P. Balduin.* Nec in Pithæon. nec in Guilielm. nec in Pall. nec in edd. antiquis melioribus hæc vox conſpicitur.

Vt ei plurimum tribuamus, a quo plurimum diligimur] Qui nos amat, a nobis viciſſim amatur, ſecundum illud vetus: *ſi vis amari ama.* Quem autem amamus, quia nos amat, ejus cauſſa maxime volumus, neceſſarioque ei plurimum ut tribuamus efficitur.

Nullum eſt officium referenda gratia magis neceſſarium] Ariſtoteles: εὐεργέτῃ ἀνταποδοτέον χάριν μᾶλλον ἢ ἑταίρῳ δοτέον. *Potius eſt gratiam referri ei, qui benefecit, quam amico conferre beneficium.* Et IX Eth. cap. 2. docet benefactori potius ſubveniendum, quam amico, ſi uterque pari neceſſitate teneatur, ſicut mutuum reddendum creditori potius, quam amico donandum.

An imitari agros fertiles, qui multo plus afferunt, quam acceperunt] Elegans affir-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

plus efferunt, quam acceperunt? Etenim ſi in eos, quos ſperamus nobis profuturos, non dubitamus officia conferre: quales in eos eſſe debemus, qui jam profuerunt? Nam cum duo genera liberalitatis ſint, unum dandi beneficii, alterum reddendi: demus, necne in noſtra poteſtate eſt: non reddere viro bono non licet, modo id facere poſſit ſine injuria. Acceptorum autem beneficiorum ſunt delectus habendi. Nec dubium, quin maximo cuique plurimum debeatur. In quo tamen in primis, quo quiſque animo, ſtudio, benevolentia fecerit, ponderandum eſt. Multi enim faciunt multa temeritate quadam, ſine judicio, vel morbo, in omnes, vel repentino quodam, quaſi ven-

affirmandi modus per interrogationem, & Ciceroni perfamiliaris; ſed multo magis Iureconſultis. quod interpretes, qui id non obſervarunt, ſæpe fefellit. *C. Lang.* *An imitari agros fertiles, &c.*] Sic legendum, & ita habent omnes libri veteres. *an*, autem hoc loco interrogando affirmat, id eſt, reſponſionem ajentem poſtulat. *Lamb.* In vulgatis eſt, *An non imitari.* verum negationem in libris antiquis nullam eſſe, ego cum Lambino, Langio, & Balduino teſtari poſſum. *An* autem, inquit Lambinus, hoc loco interrogando affirmat, id eſt, reſponſionem ajentem poſtulat. Placet etiam, *Qui multo plus efferunt*, ut Victorius & Langius ediderunt. Sic in Bruto: *Ager, qui multos annos quievit, uberiores efferre fruges ſolet.* Fr. Fabrit. Meus quoque codex optimus *efferunt*, probat. Pithæaneus *offerunt.* paullo ante hic codex in his verbis: *Quidnam beneficiis provocati facere debemus?* ultima verba *facere debemus* non agnoſcit. Ceterum in ſententiam hujus loci pulchre Seneca II de benef. 18: *Eligendus eſt, a quo beneficium accipiam. Et quidem diligentius quærendus beneficii quam pecuniæ creditor. Huic enim reddendum eſt quantum accepi: & ſi reddidi ſolutus ſum ac liber. at illi plus ſolvendum eſt, & nihilominus relata gratia cohæremus. debeo enim, cum reddidi, rurſus incipere.* Græv.

Non reddere viro bono non licet] Senec. III de benef. I: *Non referre beneficiis gratiam & eſt turpe & apud omnes habetur, Aebuti Liberalis. Ideo de ingratis etiam ingrati queruntur.* Vide ibi & ſequ. cap. plura.

Nec dubium quin maximo cuique plurimum debeatur] Valer. Max. V, 5: *Vt merito primum amoris vinculum ducitur plurima & maxima beneficia accepiſſe, ita proximum judicari debet ſimul accepiſſe.*

Quo quiſque animo, ſtudio, benevolentia] Senec. II de benef. 31: *Qui beneficium dat quod proponit? prodeſſe ei cui dat, & voluptati ſibi eſſe. Si quod voluit, effecit, pervenitque ad me animus ejus, ac mutuo gaudio affecit, tulit quod petiit.* Ibid. l. I c. 34: *Res* (beneficium dare & gratiam reddere) *inter animos geritur.* Sed vide in primis libr. I. c. 6.

Sine judicio] Senec. I de benef. 2: *Beneficia in vulgus effundenda non ſunt, & nullius rei, minime beneficiorum honeſta largitio eſt: quibus ſi detraxeris judicium, deſinunt eſſe beneficia, in aliud quodlibet incidunt nomen.* Vide & cap. 15. ejuſdem libri. nec non de vita beata cap. 24.

Vel morbo in omnes] Vulgati *vel modo*;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

vento, impetu animi incitati: quae beneficia aeque magna non ſunt habenda, atque ea, quae judicio, conſiderate, conſtanterque delata ſunt. Sed in collocando beneficio, & in referenda gratia, ſi cetera paria ſint, hoc maxime officii eſt, ut quiſque maxime opis indigeat, ita ei potiſſimum opitulari: quod contra fit a pleriſque. A quo enim plurimum ſperant, etiamſi ille his non eget, tamen ei potiſſimum inſerviunt.

Opti-

do: ſed alterum illud longe verius, eruitque Guilielmius e tribus MSS. idem Aldus Manutius Nepos affirmat, inventum ſibi in tribus MSS. retrahendum autem putabat ante Aldum fere natum Anemæcius fide codicis Auguſtani, neque aliter quoque Pal. Sec. Morbus autem eſt animi vitium inveteratum, ut evelli difficile ſit, quale in prodigis opum perditio. Cicero in Verrem: *Venio nunc ad illius, quemadmodum ipſe appellat, ſtudium, ut amici ejus, morbum & inſaniam, ut Siculi latrocinium.* Et Seneca centies *morbum* opponit judicio. videantur modo animadverſiones noſtræ in eum auctorem. *Gruterus.* Seneca I de benef. II: *Beneficium quod quibuſlibet datur nulli gratum eſt. Nemo ſe ſtabularii aut cauponis hoſpitem judicat.* Paullo poſt: *Numquid enim me dignum judicavit? minime morbo ſuo morem geſſit.* ubi æque profuſionem beneficiorum ut hic Tullius morbum vocat. Vide ad eum locum Gronovium.

Vt quiſque maxime opis indigeat ita ei opitulare] Lactant. Inſtitut. divin. VI, II: *Si virtus mercedem non exigit, ſi propter ſe, ut dicitis, expetenda eſt, ergo juſtitiam principem matremque virtutum ſuo pretio, non tuo commodo æſtima: eique potiſſimum tribue, a quo nihil ſperes. Quid perſonas eligis? quid membra inſpicis? Pro homine tibi habendus eſt, quiſquis precatur, ideo quia te hominem putat.* & paullo poſt: *largire cæcis, debilibus, claudis, deſtitutis, quibus niſi largiare moriendum eſt: inutiles ſunt hominibus, ſed utiles Deo, qui eos retinet in vita, qui ſpiritu donat, qui luce dignatur. fove quantum in te eſt, & animas hominum, ne extinguantur, humanitate ſuſtenta. Qui ſuccurrere perituro poteſt, ſi non ſuccurrit, occidit.* Vide & Senec. II de benef. 10. Ecquæ alia eſt præceptio Chriſti Luc. XIV, 12? præclare quoque Iulianus Imperator in epiſtolæ fragmento: Κοινωνητέον οὖν τῶν χρημάτων ἅπασιν ἀνθρώποις. ἀλλὰ τοῖς μὲν ἐπιεικέσιν ἐλευθεριώτερον. τοῖς δὲ ἀπόροις καὶ πένησιν, ὅσον ἐπαρκέσαι τῇ χρείᾳ. φαίην δ᾽ ἂν εἰ καὶ παράδοξον εἰπεῖν ὅτι καὶ τοῖς πολεμίοις ἐσθῆτος καὶ τροφῆς ὅσιον ἂν εἴη μεταδιδόναι. τῷ γὰρ ἀνθρωπίνῳ, καὶ οὐ τῷ τρόπῳ δίδομεν. διόπερ οἶμαι καὶ τοὺς ἐν δεσμωτηρίῳ καθειργμένους ἀξιωτέον τοιαύτης ἐπιμελείας. οὐδὲν γὰρ κωλύσει τὴν δίκην ἡ τοιαύτη φιλανθρωπία. χαλεπὸν γὰρ ἂν εἴη, πολλῶν ἀποκεκλεισμένων ἐπὶ κρίσει, καὶ τῶν μὲν ὀφλησόντων, τῶν δὲ ἀθῴων ἀποφανθησομένων, μὴ διὰ τοὺς ἀναιτίους οἶκτόν τινα νέμειν [ἐν] τοῖς πονηροῖς· ἀλλὰ τῶν πονηρῶν ἕνεκα καὶ περὶ τοὺς οὐδὲν ἠδικηκότας ἀνηλεῶς, καὶ ἀπανθρώπως διακεῖσθαι. *Quamobrem benigne mortalibus omnibus facere nos oportet; ſed in probos videlicet liberaliores eſſe debemus, egentibus autem & pauperibus eatenus tribuere, ut illorum neceſſitas ſublevetur. Dicam amplius, etſi præter communem opinionem id eſſe videatur, etiam hoſtibus ipſis veſtes, & alimenta largiri fas ſanctumque eſſe. Non enim moribus, ſed hominibus ipſis tribuimus. Quare vel iis ipſis, qui in carcere clauſi ſunt, cura hæc adhibebitur. Neque vero juſtitiæ partes ſuas humanitas iſta præripiet. Etenim nimis*

16 Optime autem ſocietas hominum conjunctioque ſervabitur, ſi, ut quiſque erit conjunctiſſimus, ita in eum benignitatis plurimum conferetur. Sed quae natura principia ſint communitatis, & ſocietatis humanae, repetendum altius videtur. eſt enim primum, quod cernitur in univerſi generis humani ſocietate. ejus autem vinculum eſt, ratio & oratio: quae docendo, diſcendo, communicando, diſceptando, judicando conciliat inter ſe homines, conjungitque natu-

nimis illud aſperum eſt, cum ad judicium plures in carceribus aſſerventur, ex quibus aliqui damnandi, aliqui abſolvendi ſunt, nolle propter innocentes malis ipſis miſericordiam tribuere potius, quam propter malos in eos, qui extra crimen ſunt, inhumanitatem ac crudelitatem ſuſcipere.

Si ut quiſque erit conjunctiſſimus, ita in eum benignitatis plurimum conferetur] Vide Grot. II de Iure Belli & Pacis cap. 7. §. 10. Pythagoræ carmina aurea:

Τούς τε γονεῖς τίμα, τοὺς τ᾽ ἄγχιστ᾽ ἐκγεγαῶτας.

Parentes cole & proximos neceſſarios.

Sed quæ natura principia ſunt] Nonnulli ex noſtris libris veter. habent. *Sed quæ natura*, &c. quo modo & Langius edidit: itemque olim edi juſſeram. paullo ante, ubi olim operarum culpa excuſum erat, *ita, cum*, &c. legendum, *ita in eum*, &c. *Lambin.* Natura, ſexto caſu legendum, ut non tantum Langii liber habet, ſed & Lambinus ex quibuſdam antiquis codicibus edi juſſerat. *Fr. Fabrit.*

In univerſi generis humani ſocietate] De hac ſocietate Cic. apud Lactant. lib. V Inſtitut. c. 8: *Sicut una eademque natura mundus omnibus partibus inter ſe congruentibus cohæret, ac nititur, ſic omnes homines inter ſe natura confuſi, pravitate diſſentiunt, nec ſe intelligunt eſſe conſanguineos, & ſubjectos omnes ſub unam eandemque tutelam. quod ſi teneretur, Deorum profecto vitam homines viverent.* Vide Ciceronem quoque de legibus lib. I, cap. 10. M. Antoninus lib. I. τῶν εἰς ἑαυτὸν, ἐγὼ τεθεωρηκὼς τὴν φύσιν τοῦ ἀγαθοῦ, ὅτι καλὸν, καὶ τοῦ κακοῦ, ὅτι αἰσχρὸν, καὶ τὴν αὐτοῦ τοῦ ἁμαρτάνοντος φύσιν, ὅτι μοι συγγενής· οὐχὶ αἵματος ἢ σπέρματος τοῦ αὐτοῦ, ἀλλὰ νοῦ, καὶ θείας ἀπομοίρας μέτοχος. οὔτε βλαβῆναι ὑπό τινος αὐτῶν δύναμαι. οὔτε ὀργίζεσθαι, τῷ συγγενεῖ δύναμαι, οὔτε ἀπέχθεσθαι αὐτῷ, γεγόναμεν γὰρ πρὸς συνεργίαν ὡς πόδες, ὡς χεῖρες, ὡς βλέφαρα, ὡς οἱ στοῖχοι τῶν ἄνω καὶ κάτω ὀδόντων. Τὸ οὖν ἀντιπράσσειν ἀλλήλοις, παρὰ φύσιν. ἀντιπρακτικὸν δὲ τὸ ἀγανακτεῖν καὶ ἀποστρέφεσθαι. Hæc ſic vertit Xylander: *Ego qui naturam boni perſpectam habeo, quod honeſtum ſit, & mali, quod turpe, ipſamque ejus qui peccat naturam, quod mihi cognatus ſit, (non quia ejuſdem carnis eſt & ſeminis, ſed mentis & divinæ particulæ particeps) a nullo eorum lædi poſſum. Neque enim me in turpitudinem aliquam quiſquam invitum conjiciet. Et porro quod mihi cognatum eſt, neque iraſci poſſum, neque infenſus eſſe: ut enim alter alterum juvaret in ſuo opere eo nati ſumus, ut manus, ut pedes, ut palpebræ, ut ſuperiorum inferiorumque dentium ordines. Quare contra naturam eſt, ut invicem nobis repugnemus: atqui ſuccenſere & adverſari ſe invicem, id quidem eſt repugnare.*

Ejus autem vinculum eſt ratio] Vide Cic. I de legibus cap. 7. Lactant. VI Inſtitut. 10: *Si ab uno Deo inſpirati omnes & animati ſumus quid aliud quam fratres ſumus, & quidem conjunctiores quod animis, quam qui corporibus.* Itaque Lucretius etiam:

De-

naturali quadam ſocietate. Neque ulla re longius abſumus a natura ferarum, in quibus ineſſe fortitudinem ſaepe dicimus, ut in equis, in leonibus: juſtitiam, aequitatem, bonitatem non dicimus. Sunt enim rationis & orationis expertes. Ac latiſſime quidem patens hominibus inter ipſos, omnibus inter omnes, ſocietas haec eſt: in qua omnium rerum, quas ad communem hominum uſum natura genuit, eſt ſervanda communitas: ut quae deſcripta ſunt legibus & jure civili, haec ita teneantur, ut ſit conſtitutum: e quibus ipſis cetera ſic obſerventur, ut in Graecorum proverbio eſt: Amicorum eſſe omnia communia. Omnia autem communia hominum videntur ea, quae ſunt generis ejus, quod ab Ennio poſitum in una re transferri in permultas poteſt:

Homo, qui erranti comiter monſtrat viam,
Quaſi lumen de ſuo lumine accendat, facit:

Nihi-

Denique cœleſti ſumus omnes ſemine oriundi
Omnibus ille idem pater eſt.

Ergo pro belluis immanibus habendi ſunt, qui hominibus nocent.

Iuſtitiam, æquitatem, bonitatem non dicimus] Iuris enim capax non eſt niſi natura præceptis utens generalibus, ut ex Heſiodo, aliiſque docet H. Grotius lib. 1 de Iure Belli & Pacis cap. 1. §. 11. Et Seldenus de jure naturæ & gentium lib. 1, cap. 4, & 5.

Sunt enim rationis & orationis expertes] Vide Cic. 1 de legibus cap. 7.

Vt ſit conſtitutum: e quibus ipſis cetera ſic obſerventur] Malim, *ut ſit conſtitutum legibus ipſis, cætera ſic obſerventur.* Guilielm.

Amicorum omnia eſſe communia] Ariſtoteles lib. 11. Pol. δι' ἀρετὴν δ' ἔσαι πρὸς τὸ χρῆσθαι κατὰ τὴν παροιμίαν, κοινὰ τὰ φίλων. paulo poſt, *transferri in multas poteſt*, melius in antiquo codice, *per multas.* F. Vrſin. Vide Cic. 1 de legibus. c. 12.

Transferri in multas] Sic meliores editiones. Lambini, Manutii, aliæque plurimæ *transferri per multas.* Sed optime primus meus: *transferri in permultas*, quod in ſuis quoque inveniſſe Langius videtur, qui hoc ipſum ſecutus eſt in editione ſua, ut & politus ille Franciſcus Fabritius. *Grav.*

Homo, qui erranti comiter] Ita Pall. nec non quatuor alii, Guilielm. (quibus accedunt duo Græviani) omiſſo *ut*, quod præponitur ab aliis. Guilielmius malit *domo qui erranti.* Gruter.

Quaſi lumen de ſuo lumine accendat facit] Ovid.

Quis vetet appoſito lumen de lumine ſumi?
Atque cavum vaſtas in mare ſervet aquas?

Apud eundem Lycios Latona ſic alloquitur:

Quid prohibetis aquas? uſus communis aquarum eſt. Rachel.

Diphilus in paraſito:

Ἀγνοεῖς ὅτι τῶν ἀρῶν
Ὅτι ἐστιν, εἴ τις μὴ φράσαι ὀρθῶς ὁδὸν

Μὴ

Nihilominus ipſi lucet, cum illi accenderit.

Vna ex re ſatis praecipit, ut, quidquid ſine detrimento poſſit commodari, id tribuatur vel ignoto. Ex quo ſunt illa communia, non prohibere aqua profluente, Pati ab igne ignem capere, ſi quis velit; Conſilium fidele deliberanti dare; quae ſunt iis utilia, qui accipiunt, danti non moleſta. Quare & his utendum eſt, & ſemper aliquid ad communem utilitatem afferendum. Sed quoniam copiae parvae ſingulorum ſunt, eorum autem, qui his egeant, infinita eſt multitudo, vulgaris liberalitas referenda eſt ad illum Ennii finem, Nihilominus ipſi lucet: ut facultas ſit, qua in noſtros ſimus liberales. Gradus au-
17 tem plures ſunt ſocietatis hominum. Vt enim ab infinita illa diſcedatur, propior eſt ejuſdem gentis, natio-

Μὴ πῦρ ἐναύσῃ ἢ διαφθερεῖ ὕδωρ. *Neſcis in diris hoc eſſe, ſi quis non recte monſtrarit viam, ignem non paſſus fuerit incendi, aut aquam corruperit.* Græviʋs.

Nihilominus ipſi luceat] Ennii verſus ita legendus, *nihilominus ut ipſi luceat.* F. Vrſin. Plerique libri habent, *nihilo minus ipſi luceat, cum illi accenderit:* demtis duobus, in quibus, *lucet*, ſcriptum eſt; quos ſum ſecutus. Ratio enim redditur hoc verſu comparationis. Nam nihilo minus, inquit, ipſi lucet. nihil igitur ipſi decedit. ſicut nec tunc, cum erranti etiam ignoto comiter viam monſtrat. Hic eſt enim finis Ennii, ut ſine ejus qui faciat incommodo fiat officium. *C. Lang.*

Nihilominus ipſi lucet] Sic Langius recte hunc verſum ex libris veteribus edidit: nam & ſenarii ratio ita poſtulat, & Ennii verba hoc modo paullo poſt iterantur. *Fr. Fabrit.*

Vna ex re ſatis præcipitur] Sic edd. Manut. Lambini, Gruteri & aliorum. Sed mei duo MSS. & editiones Sebaſtiani Gryphii 1590, Langii, & Fr. Fabritii: *una ex re ſatis præcipit.* Scilicet Ennius. aut legendum, ſi aliorum librorum & editorum lectio magis arridet, *ex una re ſatis percipitur:* ſed veterum librorum, quos vidi, ſcripturam præfero conjecturæ. *Græv.*

Non prohibere aqua profluente] Hoc quoque recte Langius & Lambinus, cum in vulgatis legatur, *Non prohibere aquam profluentem.* eſt autem, *non prohibere aqua profluente*, non arcere a flumine eum qui haurire velit, ut Balduinus & Nannius jampridem annotarunt. Theophilo aqua profluens eſt *ὕδωρ ἀέννάον. Fr. Fabrit.* Suffragatur Grævii primus, nec excerpta Pithæani refragantur. temere Guilielmius & Gruterus.

Quare & his utendum eſt] Bene Plutarchus VI Sympoſiacarum: *Neque alimenta nobis fas eſt perdere, ubi ipſi plus ſatis habemus, neque fontem, poſtquam inde quantum libet potaverimus, obturare aut occultare, neque ſigna navigationis aut itineris abolere, quæ nobis uſui fuerint.* Rachel.

Vt enim ab illa infinita diſcedatur] Infinita ſocietas (ſic enim ſcribitur in bonis lib.) illa eſt, qua genus humanum inter ſe devinctum eſt, quo modo reliquæ quæque ejuſdem generis inter ſe

tionis, linguae, qua maxime homines conjunguntur: interius etiam eſt, ejuſdem eſſe civitatis. Multa enim ſunt civitatibus inter ſe communia, forum, fana, porticus, viae, leges, jura, judicia, ſuffragia, conſuetudines praeterea, & familiaritates, multiſque cum multis res, rationeſque contractae. Arctior vero colligatio eſt ſocietatis propinquorum. ab illa enim immenſa ſocietate humani generis in exiguum, anguſtumque concluditur. nam cum ſit hoc natura commune animantium, ut habeant lubidinem procreandi, prima ſocietas in ipſo conjugio eſt: proxima in liberis: deinde una domus, communia omnia. Id autem eſt principium urbis, & quaſi ſeminarium reip. Sequuntur fratrum conjunctiones: poſt conſobrinorum, ſobrinorumque: qui cum una domo jam capi non poſſint, in alias domos, tamquam in colonias exeunt. Sequuntur conubia, & affinitates: ex quibus etiam plures propinqui. Quae propagatio, & ſobo-

ſe animantes. *C. Lang.* *Vt enim ab illa infinita diſcedatur.*] *Infinita*, ut & Victorius edidit, & Balduinus in libris vetuſtis legi affirmat, noſtra manuſcripta exempla omnia habent. eſt vero infinita ſocietas illa, qua omnes omnibus ratione & oratione conjunguntur. In Manutianis & aliis vulgatis legitur, *infinitate.* quam vocem etſi Eraſmus non admodum frequentem eſſe annotat: eo tamen Ciceronem ſæpius uſum eſſe, & ſignificare *ἀπειρίαν*, vel *τὸ ἄπειρον*, ſtudioſi ignorare non debent *Anaximander infinitatem naturæ dixit eſſe, è qua omnia gignerentur*, ait in Lucullo. Plutarch. *ἀναξίμανδρος δὲ ὁ μιλήσιός φησι τῶν ὄντων τὴν ἀρχὴν εἶναι τὸ ἄπειρον.* *Fr. Fabrit.*

Interius etiam eſt] In nonnullis libris legitur, *interior eſt.* Sic II de Oratore in vet. libro, *Item timor incutitur aut ex ipſorum periculis, aut ex communibus: interior eſt ille; ſed hic quoque ad eandem ſimilitudinem eſt perducendus. par atque una ratio eſt ſpei & lætitiæ; ſed haud ſciam, an acerrimus longe ſit omnium metus invidiæ.* C. Lang. De civium officiis vide Simplic. ad cap. 37 Enchirid. Epicteti. *Rachel.*

Multiſque cum multis res] Sic uterque Grævian. ſic Pithæan. Palat. aliique codices, nec non edd. Langii, Lambini, Fabrit. vulgati *multæque cum multis res.*

Prima ſocietas in ipſo conjugio eſt] Ariſtoteles lib. I. Pol. *ἀνάγκη δὴ πρῶτον συνδυάζεσθαι τοὺς ἄνευ ἀλλήλων μὴ δυναμένους εἶναι, οἷον θῆλυ μὲν καὶ ἄρρεν, τῆς γενέσεως ἕνεκεν.* *F. Vrſin.* Vide Ariſtot. VIII ad Nicom. c. 12. de ſocietate conjugum, liberorum, & conſanguineorum. *Rachel.*

In alias domos, tanquam in colonias exeunt] Similitudo ſumpta ex Platonis libro VI de legibus: *οἷον εἰς ἀποικίαν ἀφικνουμένους αὐτούς.* *F. Vrſin.*

Quæ propagatio & ſoboles] Libri noſtri veteres habent. *ſuboles*, & ita legen-

ſoboles, origo eſt rerum publicarum. Sanguinis autem conjunctio, & benevolentia devincit homines caritate. Magnum eſt enim eadem habere monumenta majorum, iiſdem uti ſacris, ſepulcra habere communia. Sed omnium ſocietatum nulla praeſtantior eſt, nulla firmior, quam cum viri boni, moribus ſimiles, ſunt familiaritate conjuncti. Illud enim honeſtum (quod ſaepe dicimus) etiam ſi in alio cernimus, tamen nos movet, atque illi, in quo id ineſſe videtur, amicos facit. Et quamquam omnis virtus nos ad ſe alliciat, faciatque ut eos diligamus, in quibus ipſa ineſſe videatur, tamen juſtitia, & liberalitas id maxime efficit. nihil autem eſt amabilius, nec copulatius, quam morum ſimilitudo bonorum. In quibus enim eadem ſtudia ſunt, eaedemque voluntates, in his fit, ut aeque quiſque altero delectetur, ac ſeipſo, efficiturque id, quod Pythagoras ultimum in ami-

gendum, & ſcribendum eſſe admonuimus in commentariis Horatianis. Lamb. *Quæ propagatio & ſuboles*] *Suboles*, non, *ſoboles*, in libris antiquioribus, & monumentis antiquitatis legitur, cui ſcripturæ, notatio nominis ſuffragatur, *à ſub* & *oleſco*, id eſt creſco, de qua Feſtus. Sic etiam in antiquiſſimo libro Mediceo in epiſtola Pollionis ad Ciceronem lib. 10 ſcribitur: *nam & robur & ſuboles militum interiit.* Fr. Fabrit.

Quam cum viri boni, moribus ſimiles, ſunt familiaritate conjuncti] Hinc Stoicorum dogma eſt, ſolum ſapientem amicum eſſe, inter alios homines nullam eſſe amicitiam. Senec. ep. 81: *Solus ſapiens ſcit amare, ſolus ſapiens amicus eſt.* Cic. de amicit. *Hoc primum ſentio, niſi in bonis amicitiam eſſe non poſſe.* Vide Lipſii manuduct. ad Stoicam Philoſoph. III, 16.

Iuſtitia & liberalitas id maxime efficit] Quia juſti & liberales non ſuum ſed alienum negotium agunt, & nemini nocent, ſed omnibus, quod poſſunt, commodant.

Nec copulatius] Legendum *copulantius*, ut eſt in libro manuſcripto. *F. Vrſin.* *Nec copulatius*] Conſentiunt in hac voce libri manuſcripti cum impreſſis. Paulus Manutius cum in ſuperioribus editionibus eandem retinuiſſet, atque in fine libri admonuiſſet, ſibi magis placere, *copulantius*: jam illa ejecta, hanc repoſuit. *Fr. Fabrit.*

Nihil autem eſt amabilius, ac copulatius, quam morum ſimilitudo] Quint. declam. *Iungit amicitias ſimilitudo morum: neſcio quomodo inter ſe animorum lumina vident, & agnoſcunt: nec quiſquam amare in altero poteſt, niſi quod tacitus probat.*

Quod Pythagoras ultimum in amicitia putavit] Hunc locum, ſicut reſtitui, ſic legendum eſſe, ex Nonio fit clarum. *Vltimus*, inquit, *id eſt*, *primus*, Virgil. *Tu ſanguinis ultimus auctor.* Cicer. de offic. I. *Efficiturque id quod Pythagoras ultimum in amicitia putavit, ut unus fiat ex pluribus.* Hactenus ille, certe *uls* dicebant veteres pro *ultra*. inde *ulterior*, & *ultimum*, quod longiſſime a nobis abeſt. Livius I. *Ibi Tar-*

amicitia putavit, ut unus fiat ex pluribus. Magna etiam illa communitas eſt, quae conficitur ex beneficiis ultro citro datis acceptis: quae & mutua, & grata dum ſunt, inter quos ea ſunt, firma devinciuntur ſocietate. Sed cum omnia ratione animoque luſtraris, omnium ſocietatum nulla eſt gravior, nulla carior, quam ea, quae cum rep. eſt unicuique noſtrum: cari ſunt parentes, cari liberi, propinqui, familiares: ſed omnis omnium caritates patria una complexa eſt: pro

Tarquinius maledicta ab ultima ſtirpe orſus. Et Nepos in Attico, *ſtirpem ultimam* pro vetuſtiſſima dixit. III de Finibus: *Eorum dico qui ſummum bonum, quod ultimum appellant, in animo ponerent.* Et lib. V. *ex quo intelligi debet, homini id eſſe in bonis ultimum, ſecundum naturam vivere.* Sic Græci τὸ τελετὸν dicunt, quod eſt extremum, quod ſummum, quod omnibus numeris abſolutum. *C. Lang.* *Id quod Pythagoras ultimum in amicitia putavit*] Sic hunc locum legit Nonius, in voce, *ultimus*, ut indicat Langius: qui erudite hunc locum explicat. nam libri veteres cum vulgatis congruunt: qui habent, *vult in amicitia, ut unus*, &c. *Lambin.* *Quod Pythagoras ultimum in amicitia putavit*] Ita hunc locum ex Nonii Marcelli auctoritate edidit Langius. nam Ciceronis libri etiam manuſcripti habent, *Id quod Pythagoras vult in amicitia, ut unus fiat ex pluribus.* Fr. Fabrit. Approbavit quoque Aldus Manutius.

Vt unus fiat ex pluribus] Plato in Sympoſio: ἐπιχειρῶν ποιῆσαι ἓν ἐκ δυοῖν. *F. Vrſin.* Vide quæ prolixe diſſerit in commentario ſuo ad convivium Platonis de amore Marſil. Ficinius.

Ex beneficiis ultro citro datis acceptis] Quidam lib. *datis acceptiſque*; alii *datis & acceptis.* ego ſuſpicor ſcripſiſſe Ciceronem, *ultro citro datis acceptis.* quo modo, *ſurſum deorſum*; *terra mari.* II. Catilinaria: *factis dictis*, Philipp. III. *dextra ſiniſtra*, Salluſt. *præſente abſente*, Terent. *Prima poſtrema.* Livius, *Ita velit nolit*; *juſta injuſta*: & mille hujuſmodi, quæ librarii fere corrumpunt. *C. Lang.* Ita liquido ſcriptus liber, ut divinarat Langius. Donatus ad hoc Terentii: *poſtulo ut mihi tua domus te abſente præſente pateat.* proverbiale eſt, *abſente præſente*: *ut ſurſum deorſum, ultro citro*, & cetera hujusmodi, *fanda infanda*, *juſta injuſta*, *velit nolit.* Guilielmius.

Omnium ſocietatum nulla eſt gravior] Quidam lib. *nulla eſt gravior, nulla carior.* quod placet. *C. Lang.* In vulgatis libris fere omnibus, *gratior*, legitur: pro quo in antiquioribus eſt, *gravior.* quod Balduinus quoque admonuit, & Langius ſibi placere annotavit. *Fr. Fabrit.* Sic & duo mei, quatuor Guilielm. & Palat. ſecundus. Cic. XIII ad fam. 29: *Accedebat non mediocre vinculum, cum ſtudiorum, quod ipſum eſt per ſe grave, tum eorum ſtudiorum.* Græv.

Omnis omnium caritates patria una complexa eſt] Plato in Critone: *Siccine ſapis te ut fugerit & matre, & patre, & reliquis progenitoribus omnibus digniorem eſſe patriam, venerabilioremque & ſanctiorem, & in ſuperiore ſorte cum apud Deos, tum apud homines mentis compotes, & colendam, & magis obſequendam, ac ſtudiis propitiandam patriam rigidiorem, quam parentem, & aut diſſuadendum, aut agendum quicquid juſſerit, ac patiendum patienter, ſi quid pati imperaverit. Et ſeu verberari, ſeu vinciri coegerit, ſive in bello ſauciari, & necari faciendum. Ius enim ita ſtatuit, nec tergiverſandum, nec fugiendum, nec de-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, ſi ei ſit profuturus? Quo eſt deteſtabilior iſtorum immanitas, qui lacerarunt omni ſcelere patriam, & in ea funditus delenda occupati & ſunt, & fuerunt. Sed ſi contentio quaedam, & comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum officii, principes ſint patria & parentes, quorum beneficiis maximis obligati ſumus: proximi, liberi totaque domus, quae ſpectat in nos ſolos, neque aliud ullum poteſt habere perfugium: deinceps bene convenientes propinqui, quibuſcum etiam communis plerumque fortuna eſt. Quamobrem neceſſaria praeſidia vitae debentur iis maxime, quos ante dixi: vita autem, victuſque communis, conſilia, ſermones, cohortationes, conſolationes, interdum etiam objurgationes in amicitiis vigent maxime: eſtque ea jucundiſſima amicitia, quam ſimilitudo mo-
18 rum conjugavit. Sed in his omnibus officiis tribuendis videndum erit, quid cuique maxime neceſſe ſit, & quid quiſque vel ſine nobis aut poſſit conſequi, aut

deſerendus ordo: ſed & in bello & in foro & ubique exequendum, quod injunxerit civitas atque patria: aut certe perſuaſionibus, quatenus licet, occurrendum. Sed vim afferre neque matri neque patri fas eſt, minime vero omnium patriæ.

Si contentio quadam & comparatio fiat] Redit ad id, quid officii cuilibet debeatur. Vide Grot. II de Iure Belli & Pacis, VII, §. 10. & inprimis Simplic. ad Enchirid. Epicteti c. 37.

Principes ſunt] Vterque codex meus & editiones optimæ: *principes ſint.* recte. *Grav.*

Parentes] Vide Simplic. ad d. l. Enchiridii. & Hieroclem in aurea carmina Pythagoræ in verſum quartum.

Quorum beneficiis maxime obligati ſumus] Prim. meus & Pithæan. *quorum beneficiis maximis ſumus obligati.* quod & in ſuis reperit Langius, & merito recepit. *Grav.*

Vita autem victuſque communis] Vide Ariſtot. IX Nicom. ult. *Rachel.*

Cohortationes] Hom. II. ἀγαθὴ δὲ παραίφασίς ἐστιν ἑταίρου. *bona admonitio eſt amici.*

Conſolationes] Vid. IX. Nicom. c. II. Idem.

Objurgationes] Vid. IX Nicom. 3. Idem. Plaut. Trinum. I. I.

Amicum concaſtigare ob meritam noxam
Immune eſt facinus, verum in ætate utile.
Et conducibile.

Objurgationes in amicis] *In amicis*, id eſt inter amicos, ἐν τοῖς φίλοις, Lambinus ex Manutianis retinuit: nam mentio perſonarum, non rerum, præcedit. noſtri tamen manuſcripti cum aliis habent, *in amicitiis.* Fr. Fabrit. Et ſane ſic Grævii quoque & Pithæi, aliique libri, quod merito docti receperunt.

Quid quiſque nobiſcum vel ſine nobis aut poſſit conſequi, aut non poſſit] Pithæi excerpta & meus ſecund. *quid quiſ-*

aut non poſſit. Ita non iidem erunt neceſſitudinum gradus, qui temporum; ſuntque officia, quae aliis magis, quam aliis debeantur: ut vicinum citius adjuveris in fructibus percipiendis, quam aut fratrem, aut familiarem. at, ſi lis in judicio ſit, propinquum potius & amicum, quam vicinum defenderis. Haec igitur & talia circumſpicienda ſunt in omni officio: & conſuetudo exercitatioque capienda, ut boni ratiocinatores officiorum eſſe poſſimus, & addendo deducendoque videre, quae reliqui ſumma fiat: ex quo, quantum cuique debeatur, intelligas. Sed

quiſque vel ſine nobis a. p. c. a. n. p. Meus prim. *quid quiſque* n̄ *ſine nobis a. p. c. a. n. p.* Priorem ſcripturam in ſuis quoque reperit Langius, & merito recepit. *nobiſcum* enim plane hic nihil ad rem facit. Nimirum honeſta innocentium paupertas levanda, ut fecit Tiberius apud Tac. 11 ann. 48. Sin prodigis, aut inertibus datur: *langueſcet induſtria, intendetur ſocordia, ſi nullus ex ſe metus aut ſpes, & ſecuri omnes aliena ſubſidia exſpectabant, ſibi ignavi, nobis graves.* ut idem Tiberius dicit 11 annal. 39. *Græv.*

Vicinum citius adjuveris in fructibus percipiendis] Vide pulchrum apologum apud Gell. 11 Noct. Attic. 29, in quo videbis vicinos vicinis operam commodaſſe in metendo.

Exercitatioque capienda] Docti quidam legi volunt, *exercitatioque adhibenda.* Lamb. Nihil temere mutandum, ſed venuſtius forte ſit: *facienda.* Guilielm.

Addendo deducendoque videre, quæ reliqui ſumma fiat] In omnibus libris, *ducendo* ſcriptum reperi. Sic ad Att. VI. & alibi accipit, pertinet hoc verbum ad rationes. *C. Lang.* *Addendo ducendoque*] Sic omnes quidem habent libri veteres: ſed malim legi, *deducendoque*, ſive *ſubducendoque.* Lambin. *Et addendo ducendoque*] Sic eſſe in omnibus libris veteribus, Langius & Lambinus annotarunt: quanquam hic compoſitum, *ſubducendo* malit. Victorius, Manutius & alii, *deducendo*, ediderunt. quod verbum non diſplicet. nam & *deducere* detrahere ſeu imminuare ſignificat, & *deductionem* Aſconius in Verr. imminutionem interpretatur. *Fr. Fabrit.* *Deducendo* eſt in Pal. prim. & MSS. fere omnibus, niſi quod in ſecundo *ducendoque*, in quam vocem inclinabat Guilielmius, ut & ante ipſum Langius. *Gruter.* *Addendo deducendoque* optimorum codd. & ipſius Tullii manus eſt. Scio lib. VI ad Att. legi *centeſimas ducere, & fœnus ducere quaternis centeſimis*, ſed iſta nihil ad præſentem cauſſam; nec probant *ducere* eſſe imminuere ſummam, & ei aliquid detrahere, ut hic *deducere* accipitur. Liv. lib. 6: *deducto eo de capite, quod uſuris pernumeratum eſſet.* Poeta vetus lib. 1 de divinat. *De his divitiis ſibi deducunt drachmam, reddunt cætera.* Lib. 2 de leg. *ut centum nummi deducerentur.* Sed aliter verba Ciceronis cavillatur homo doctiſſimus. (Ioannes Crojus Obſervat. in Novum Fœdus cap. 6.) Non video quomodo aliqua reliqui ſumma addendo fieri poſſit. Seſe accuſet eo nomine. Sed vitium ſit in re, quæ videri, an in perſona quæ videre debuit, videamus. Deducendo quidem (pergit) hoc poteſt fieri: deductis enim pluribus nummis ex reliquis nummis ex aliqua ſumma id quod reſtat, *reliqui ſumma*, vel *reliqua pars* dicitur: ex additione

Sed ut nec medici, nec imperatores, nec oratores, quamvis artis praecepta perceperint, quidquam magna laude dignum ſine uſu & exercitatione conſequi poſſunt: ſic officii conſervandi praecepta traduntur illa quidem, ut facimus ipſi: ſed rei magnitudo uſum quoque exercitationemque deſiderat. Atque ab iis rebus, quae ſunt in jure ſocietatis humanae, quemadmodum ducatur honeſtum, ex quo aptum eſt officium, ſatis fere diximus.

Intelligendum eſt autem, cum propoſita ſint genera qua-

vero multorum nummorum id quod colligitur, neque *reliqui ſumma*, neque *reliqui pars* dici poteſt, ſed ſumma dumtaxat dicitur. Primo peccat ſeparando, quæ ſeparari non debent. Non enim dicit Cicero ex additione, vel *addendo* videri, quæ *reliqui ſumma fiat*, ſed *addendo deducendoque*: hoc eſt, dum utraque pagina, & accepti & expenſi diſpungitur, & inter ſe confertur, atque æra æribus modo adduntur, modo deducuntur, apparere, pares ſint rationes, an reliquum ſit, & utrum illud reliquum ſit accepti, quod nondum expenſum ſit, an expenſi, quod nondum acceptum, & quantum illud ſit. Deinde ex additione multorum nummorum colligitur, quæ reliqui ſumma fiat. Finge me accepiſſe vel debere centum, reddidiſſe autem, aut ejuſdem, cui debebam, nomine ſolviſſe quinquaginta, rurſus alio die viginti quinque, numquid addendo illa xxv ad quinquaginta non intelligo, quæ ſit ſumma reliqui, nempe xxv? Parum igitur ſuæ verecundiæ conſuluit vir idem eruditus, cum ſummum oratorem, bonum non fuiſſe nummorum ratiocinatorem colligit, & audet hunc ſolœciſmum appellare. Scilicet qui tantam pecuniam publicam quæſtor, ædilis, conſul, & proconſul, tantam ſuam, tricies quinquies ſeſtertio coemta domo, verſavit, cum pueri noſſent aſſem in centum partes diducere, & tam diligenter rationes conficerent omnes patres familias, nummorum malus ratiocinator fuit? & neſcivit verbum eo pertinens ſine ſolœciſmo proferre? *I. Fr. Gronovius.*

Vt facimus ipſi] Ita ſcripſi Langium & meos MSS. ſecutus. antea erat *faciamus*. inepte. *facimus* in his libris ſcilicet, quibus officiorum præcepta tradimus. *Gulielm.* Adſtipulatur Grævii primus codex.

Ex quo aptum eſt officium] *Aptum* a verbo *apiſcor*: quo Lucretius, Manilius, & ICti uſi ſunt. ex quo *adipiſcor* eſt compoſitum & *indipiſcor*. Pacuvius Hermiona: *Quod ego in acie celebri objectans vitam bellando aptus ſum.* Cicero *aptus* capit pro eo quod vulgo dicimus, adaptatus, compoſitus, exornatus. Vt de Finibus II. *Aptum ex tribus illis.* & alibi perſæpe. *C. Lang.* *Aptum*, non, *ortum*, in noſtris quoque manuſcriptis legitur, excepto uno, in quo eſt, *actum*, unde, *ortum*, in vulgatos libros irrepſiſſe videri poſſit. Sed Victorius quoque, *aptum eſt*, edidit. &, *aptum eſt*, quo Cicero ſæpe utitur, ſignificat ἀνήρτηται, ſeu, ut Nonius exponit, connexum & colligatum eſt. Eandem vocem ex libro antiquo & Nonio reſtitui Tuſcul. 5. ubi in omnibus libris impreſſis mendoſe legitur, *Fulgentem gladium e lacunari ſeta equina appenſum demitti juſſit*: cum vera lectio ſit, *ſeta equina aptum*. Fr. Fabrit. Haut ſecus Aldi nepotis editio, firmatque Palat. ſec. & tres alii. Sic *apta pinnis* poeta vetus. *Aptus* ab *apiſcor*, quo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

quatuor, e quibus honeſtas officiumque manaret, ſplendidiſſimum videri, quod animo magno elatoque, humanaſque res deſpiciente factum ſit. Itaque in probris maxime in promtu eſt ſi quid tale dici poteſt:

Vos etenim juvenes animum geritis muliebrem;
Illa virago viri.

Et ſi quid ejuſmodi:

Salmaci da ſpolia ſine ſudore & ſanguine.

Contraque in laudibus, quae magno animo, & fortiter,

quo multi veterum uſi, in illis Liv. lib. IV, *& non præciditur ſpes plebeio quoque, ſi dignus ſit, apiſcendi ſummi honoris.* Ibidem: *ut patricios deſperatio primum irritata plebi apiſcendi honoris*, &c. *deterreret.* ita optimum fragmentum Colonienſe, in vulgatis utrobique *adipiſcendi.* male. *Guilielm.*

Honeſtas officiumque.] Nam alia ſunt officia non ab honeſtate, ſed utilitate, quæ media dicuntur.

Illa virago viri] Legendum, ut habent libri veteres, *Illa virago:* & ita etiam olim excudi juſſeram, rejecta vulgata lectione, *Illaque virgo viri:* ſi mihi ab operariis iſtis obtemperatum eſſet. proximo verſu autem legendum, ut nunc edidimus, *Salmaci, das ſpolia ſine ſudore & ſanguine*, non, ut vulgo, *ſine ſanguine, & ſudore.* eſt enim ſenarius. deinde, *das*, in ſecunda perſona, indicativi modi, non, *da.* Quod ſcio jam ante Faerno in mentem veniſſe. *Lambin.*

Salmacida ſpolia] *Salmaci da ſpolia* perſpicue ſcriptum eſt in manuſcriptis, & ita legendum affirmabat Faernus. de hoc fonte Strabo l. XIV. ita ſcribit: Καὶ ἡ Σαλμακὶς κρήνη διαβεβλημένη ἐκ οἶδ᾽ ὁπόθεν, ὡς μαλακίζουσα τοὺς πίνοντας ἀπ᾽ αὐτῆς. *F. Vrſin.* *Salmacida*] Duæ voces ſunt ut ex Feſto cognoſcitur: apud quem in nomine, *Salmacis*, verſus hic Ennianus adducitur. Falluntur igitur, qui, *Salmacida ſpolia*, proverbialiter dici putant, atque ita uſurpare non dubitant. in noſtris manuſcriptis etiam legitur, *Sine ſudore & ſanguine*, quomodo Victorius edidit & verſus poſtulat. *Fr. Fabrit.* Ad molles & effæminatos pertinet verſus ille in veteri epigrammate:

Vidit ſemivirum fons Salmacis Hermaphroditum.

Obtinuit enim apud veteres, eum fontem effæminatos & cinædos efficere: unde locus fabulæ de Hermaphrodito. Vnde etiam Ennius videtur dixiſſe *ſalmacida ſpolia.* Non enim disjunctim, ſed ſic legendum *ſalmacida ſpolia*, hoc eſt, victoria non virilis, ſed effæminata. At vetus Gloſſarium *ſalmacidum* interpretatur ἁλμυρόν. Ita apud Ennium ſalmacida ſpolia, non θύλακα ſed ἀθήρατα erant. Nam cum captura marina facilior eſt quam venatio: ideoque ἀναίμακτος, cum tamen venatio ferarum neque ἀναίμακτος, neque ἀκίνδυνος ſit. Ita igitur apud Ennium interpretandum erit. *Ioſ. Scaliger* Auſon. Lection. I, 28. idem firmat in notis ad Feſtum, ſubſcribit Guilielmius, quia quatuor libri cum Palatino præ ſe ferant *ſalmacida*, idque ſignificet ἁλμυρά. Addit a Salmaci eſſe *ſalmicidus* ut apud Tullium a Threce Threcidicus. Sed mirum qui Scaligerum potuerit fugiſſe librariorum error, legendum enim in gloſſario pro *ſalmacidus*, *ſalinacidus* ut recte vidit maximus virorum Salmaſius in Exercitat. Plinian. A *ſalmacis* autem non *ſalmacidus* ſed *ſalmacidicus*

ter, excellenterque geſta ſunt, ea neſcio quomodo quaſi pleniore ore laudamus. Hinc rhetorum campus de Marathone, Salamine, Plataeis, Thermopylis, Leuctris. hinc noſter Cocles, hinc Decii, hinc Cnaeus, &

ut a Chalcis Chalcidicus & ſimilia formantur. Nihil certius eſt ſcriptura veterum librorum, probante Faerno, Fulvio, & Fabritio, *Salmaci da ſpolia.* Alloquitur hominem mollem, & ignavum, quem ſalmacidem vocat, quod ſalmacide nympha ſit effæminatior. Virg. *O vere Phrygiæ, nec enim Phryges.* Græv.

Neſcio quomodo quaſi pleniore ore laudamus] Magnum enim videtur in publico civitatis metu, ac trepidatione irruenti ſeſe hoſtium agmini opponere, non tubarum ſonum, non lituorum clangorem, non equorum hinnitum, non armorum fulgorem, non avida ſanguinis tela, non crebris tinctos cædibus gladios, extimeſcere, ire imo obviam omnibus, & periculum ab aliis præſenti vitæ ſuæ periculo depellere, pro aris & focis, pro templis & mœnibus, pro ſalute ac libertate communi, ictus vulnera, mortem denique, ſi res ferat, non excipere tantum verum etiam ultro appetere. Hæc qui præſtiterunt in omni ætate, apud omnes populos clari, illuſtres, honorati fuerunt. Illis ovationes, ſupplicationes, triumphi, illis ſtatuæ, arcus, tropæa, illis monumenta publica, illis denique omnia ſingularia, & divinis honoribus proxima ornamenta decreta ſunt, qualia aut nunquam, aut perraro temperantiæ, liberalitati, juſtitiæ tributa legimus. *Muret.*

Leuctris, hinc noſter Cocles] Scio in quibuſdam antiquis legi *ſtratocle*, in aliis *ſterocle.* Ex Antonii Sabellici annotationibus hic reponitur *ſtratoque*, ut inter loca victoriis celebrata ſtratos numeretur: de qua Thucydides libro ſecundo. Ego ex veſtigiis exemplaris mei manuſcripti, in quo legitur *ſter ocles* legendum puto *hinc noſter Cocles.* Hunc autem Cicero inter Romanos bellica laude inſignes, ut tempore ita ordine primum recenſet, poſtquam Græcorum loca prœliis nobilitate memoravit. Sic in 1 paradoxo ante Decios poſuit, *Quæ*, inquiens, *Horatium Coclitem contra omnes hoſtium copias tenuit in ponte ſolum? Quæ vis patrem Decium, quæ filium devovit?* Antonius Codrus ſermone primo nihil auſus eſt pronunciare. *Pet. Balduinus.* Libri manuſcripti quotquot videre mihi contigit, ſic habent: *Leuctris Stercocles, hinc Decii* &c. nec ignoro Stratoclem contra Philippum ſtrenue pugnaſſe pro libertate Græciæ ad Chæroneam. qua de re Æſchines κτ̀ κτησιφοντ. Verum quia hic loca tantum nobilia in quibus Athenienſes victoria potiti ſint, celebrat, vero ſimile eſt, *Strato*, fuiſſe ſcriptum, ad quam urbem Athenienſes victores evaſerunt. Vide Thucid. lib. II. Scio quendam hic, *Citheris*, reponere: ea eſt Laconicæ inſula, in qua Nicias Spartanos multis cladibus afflixit, ut a Plutarcho eſt relatum, & Diogene Laertio in Chilone: ſed longius abeſt a veſtigiis veterum librorum. *C. Lang.* *Leuctris: hinc noſter Cocles: hinc Decii*] Sic reſtitui, atque omnino ſic legendum. Nam, *Stratocles*, quod eſt in vulg. non reperitur in libris manuſcriptis, ſed pro eo, *Stercocles:* & deinceps, *hinc Decii*, &c. ita ut facile appareat, hoc, *Stercocles*, eſſe peccatum librarii, qui cum ſcribere deberet, *noſter Cocles*, ſcripſerit, *Stercocles*, omiſſa prima ſyllaba, *no.* Hæc cum olim ſcripſiſſem, neque ſcirem cuiquam mortalium hoc idem veniſſe in mentem, (nam ſi ita eſſet, non diſſimulaſſem, aut tacuiſſem) admonitus ſum poſtea, Petrum Balduinum, quem ego adoleſcens, jam grandem natu Lutetiæ cognovi, hoc quoque animadvertiſſe. Quare hujus loci emenda-

tio

& Publius Scipiones, hinc M. Marcellus, innume-
rabileſque alii: maximeque ipſe populus Romanus
animi magnitudine excellit. Declaratur autem ſtu-
dium bellicae gloriae, quod ſtatuas quoque videmus
ornatu fere militari. Sed ea animi elatio, quae cerni- 19
tur in periculis, & laboribus, ſi juſtitia vacat, pu-
gnatque non pro ſalute communi, ſed pro ſuis com-
modis, in vitio eſt. non enim modo id virtutis non eſt,
ſed potius immanitatis, omnem humanitatem repel-
lentis. Itaque probe definitur a Stoicis fortitudo,
cum eam virtutem eſſe dicunt propugnantem pro
aequitate. Quocirca nemo, qui fortitudinis gloriam
conſecutus eſt, inſidiis, & malitia laudem eſt ade-
ptus. nihil enim honeſtum eſſe poteſt, quod juſtitia
vacat. Praeclarum igitur Platonis illud: Non ſolum,
inquit, ſcientia, quae eſt remota a juſtitia, callidi-
tas potius, quam ſapientia eſt appellanda: verum
etiam animus paratus ad periculum, ſi ſua cupidita-
te, non utilitate communi impellitur, audaciae po-
tius nomen habeat, quam fortitudinis. Itaque viros
fortes, magnanimos, eoſdem bonos, & ſimplices,
veritatis amicos, minimeque fallaces eſſe volumus:
quae

tio viro illi doctiſſ. accepta referatur, qui antevertit, non mihi. *Lambin.* *Leuctris, hinc noſter Cocles.* Sic edidit quoque P. Victorius. Parrhaſius dudum indicarat in libro de Quæſitis per epiſtolam, *Leuctris. hinc ſunt Cocles, hinc Decii.* quæ lectio non adſpernenda, *Gruter.*

Si juſtitia vacat, pugnatque non pro ſalute communi, ſed pro ſuis commodis in vitio eſt] Pulchre Philiſcus ad Alexandrum Magnum dixit apud Aelianum Var. Hiſt. XIV, cap. XI: δόξης φρόντιζε, ἀλλὰ μὴ ἔσο λοιμὸς, καὶ μὴ μεγάλη νόσος, ἀλλὰ εἰρήνη, καὶ ὑγίεια. λέγων τὸ μὲν βιαίως ἄρχειν καὶ πικρῶς, καὶ αἱρεῖν πόλεις, καὶ ἀπολλύειν δήμους, λοιμοῦ εἶναι. τὸ δὲ ὑγιείας προνοεῖσθαι καὶ σωτηρίας ἀρχομένων, εἰρήνης ταῦτα ἀγαθά. *Gloriæ ſtude, ſed non ut ſis peſtilentia, vel magnus morbus: ſed pax & ſanitas. innuens violente & acerbe imperare, urbes capere, populos exſcindere, peſtilentiæ eſſe, ſanitatis vero communis civium ſalutis rationem habere, ea vero pacis eſſe bona.* Vide Grot. II de Iure Belli & Pacis cap. 25.

Calliditas potius quam ſapientia eſt appellanda] Locus ſumptus ex Epitaphio Platonis: πᾶσά τε ἐπιστήμη χωριζομένη δικαιοσύνης, καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς, πανουργία, οὐ σοφία φαίνεται. *F. Vrſin.*

Eoſdem bonos & ſimplices] Legendum, ut habent libri manuſcripti, &, ut nunc edidi, *eoſdem bonos, & ſimpl.*

 non,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

quae ſunt ex media laude juſtitiae. Sed illud odioſum eſt, quod in hac elatione, & magnitudine animi, facillime pertinacia, & nimia cupiditas principatus innaſcitur. Vt enim apud Platonem eſt, omnem morem Lacedaemoniorum inflammatum eſſe cupiditate vincendi: ſic, ut quiſque animi magnitudine maxime excellit, ita maxime vult princeps omnium, vel potius ſolus eſſe. Difficile autem eſt, cum praeſtare omnibus concupieris, ſervare aequitatem, quae eſt juſtitiae maxime propria. Ex quo fit, ut neque diſceptatione vinci ſe, nec ullo publico ac legitimo jure

non, ut vulgo, *eoſdemque bonos, & ſimpl.* Lamb.

Omnem morem Lacedæmoniorum inflammatum eſſe cupiditate vincendi] Vetus codex habet, *omnem vim Lacedæmoniorum inflammatam*, &c. ſed repugnant Platonis verba ex Lachete, ſive περὶ ἀνδρείας, unde Tulliana tranſlata ſunt: λακεδαιμονίους, οἷς οὐδὲν ἄλλο μέλει ἐν τῷ βίῳ, ἢ τοῦτο ζητεῖν καὶ ἐπιτηδεύειν, ὅ, τι ἂν μαθόντες καὶ ἐπιτηδεύσαντες, πλεονεκτοῖεν τῶν ἄλλων περὶ τὸν πόλεμον. *F. Vrſin.* Vide & Ariſtot. I Polit. 14. *Rachel.* Videtur ſignificare Platonis in octavo de republica τὸ φιλόνεικον καὶ φιλότιμον κατὰ τὴν λακωνικὴν ἑστῶτα πολιτείαν. ideo enim amant contendere ut vincant: Vel περὶ ἀνδρείας, quod notat Fulvius. Non incipiant ipſa Tullii verba in dubium vocare: ſunt enim exquiſite pronunciata pro his: Lacedæmonios omni more & inſtituto & ratione ſua inflammatos eſſe hac cupiditate. Nec defuit ipſe præiviſſe ſibi Cicero in oratione pro Ligario cap. 54: *Externi iſti mores uſque ad ſanguinem incitare ſolent odium aut levitatem Græcorum aut immanium barbarorum*, hoc eſt, leves Græci, aut immanes barbari, more iſtiuſmodi ſuo, nobis externo & peregrino, ſolent incitare odium uſque ad ſanguinem, fervere odio uſque ad cædem. Aut, ſi mavis ſcriptorum quatuor Lambini codicum lectionem *incitari ſolent odio*; etiam ſimilius erit. Nam, ut illic habes, *omnem morem Lacedæmoniorum inflammatum* ἀντὶ τοῦ *Lacedæmonios omni more inflammatos*, ita hic *mores externos Græcorum & Barbarorum incitari* ἀντὶ τοῦ, *Græcos & Barbaros moribus iſtis populo Romano peregrinis incitari.* I. Frid. Gronovius.

Vt quiſque animi magnitudine maxime excellit] Admonet Balduinus, in veteribus libris per ſecundam conjugationem, *excellet*, legi. Ciceronem in ea conjugatione hoc verbum uſurpaſſe, Priſcianus lib. 10 teſtatur. quem locum in Annotation. in Tuſcul. 2. adduxi. *Fr. Fabrit.*

Servare æquitatem] Hoc eſt, æqualitatem. quæ maxime propria juſtitiæ, docet prolixe Ariſtot. v. Nicom. recte autem dixit difficile eſſe, cum præſtare omnibus concupieris, ſervare æquitatem. οὐδεὶς γὰρ ἂν ἄρχειν αἰτήσαιτο, μὴ φιλότιμος ὤν. καί τοι τὰ γ' ἀδικημάτων ἑκουσίων τὰ πλεῖστα συμβαίνει, σχεδὸν διὰ φιλοτιμίαν καὶ διὰ φιλοχρηματίαν τοῖς ἀνθρώποις. *Nullus enim imperium peteret, qui non cupidus honoris eſſet, cum maxima pars injuſtorum factorum, quæ ſponte faciunt homines, ferme proficiſcatur ab ambitione & avaritia.* Rachel.

Nec ullo publico ac legitimo jure] *Publicum jus* eſt hic non eſt quod pertinet ad civitatem, ſed ordinarium, quod com-

jure patiantur. exſiſtuntque in rep. plerumque largitores, & factioſi, ut opes quam maximas conſequantur, & ſint vi potius ſuperiores, quam juſtitia pares. Sed quo difficilius, hoc praeclarius. nullum eſt enim tempus, quod juſtitia vacare debeat. Fortes igitur, & magnanimi ſunt habendi, non qui faciunt, ſed qui propulſant injuriam. Vera autem & ſapiens animi magnitudo, honeſtum illud, quod maxime natura ſequitur, in factis poſitum, non in gloria judicat: principemque ſe eſſe mavult, quam videri. Etenim qui ex errore imperitae multitudinis pendet, hic in magnis viris non eſt habendus. Facillime autem ad res injuſtas impellitur, ut quiſque eſt altiſſimo animo, & gloriae cupiditate. qui locus eſt ſane lubricus,

commune civibus omnibus eſt. ut apud Sueton. Aug. 10: *ne publicum quidem & tranſlatitium jus ulla in re ſibi ſine pactione graviſſimæ mercedis impertiente, ad optimates ſe contulit. Legitimum jus* eſt legibus conſtitutum.

Quo difficilius, hoc præclarius] Quanto difficilius eſt ne quis animi ſui magnitudine & potentia abutatur ad injuſtitiam, tanto præclarius eſt, ſi quis haſce virtutes ſemper copulatas habeat. Senec. 1 de benef. 7: *Gentes facilius eſt barbaras impatienteſque regere, quam animum ſuum continere.* Rachel.

Honeſtum illud quod maxime natura ſequitur] Hoc eſt naturale honeſtum, τὸ φύσει καλὸν ἐ τὸ δόξῃ, quod plerumque τὸ σεμνὸν, id eſt, τὸ ἔξωθεν καλὸν appellari ſupra diximus. malim autem, ſi per codices liceat, legere: *quod maxime naturam ſequitur.* Wolfius. *Quod maxime natura ſequitur*] Sequitur natura honeſtum, quod illi amicum & conjunctum eſt, quodque natura ipſa per ſe expetit. Victorius edidit, *Quod maxime naturam ſequitur*, quam lectionem Wolfius antiquæ ſine cauſa præfert. *Fr. Fabric.*

In factis poſitum non in gloria judicat] Vide Ciceronis epiſtolam inſignem ad Plancum lib. x ad fam. 6.

Vt quiſque eſt altiſsimo animo & gloriæ cupiditate] Cum in omnibus ad unum libris manuſcr. ſcriptum reperiſſem, *altiſſimo animo, & gloriæ cupiditate:* quo modo & quidam eruditi viri ſe in ſuis reperiſſe teſtantur: atque hanc ſcripturam ferri non poſſe ſatis intelligerem: cogitabam unde ſcriptori librario, qui primus hunc locum depravaſſet, anſa peccandi oblata eſſet: venit mihi tandem in mentem, ſcriptum eſſe a Cicerone, *& gloriæ cupidiſſimo*, deinde ab iis ſcriptoribus librariis, qui Ciceronis ætati erant proximi, ſcriptum eſt, *cupidiſſ.* quo modo nos quoque hodie ſcribere ſolemus. hinc poſteriores librarii, imperiti ex illo *cupidiſſ.* fecerunt *cupiditas:* ex quo alii, quaſi aliquid intelligentes, *cupiditate.* Ita hæſit hoc mendum ad noſtram uſque ætatem in veteribus libris. Hæc eſt mea conjectura. Alii putant legendum, *& gloriæ maxime cupido.* non male illi quidem, ſed plus nimio licenter. verumtamen judicent eruditi. *Lambin.* *Et gloriæ cupido*] *Cupidus*, eſt in meliore libro antiquo, atque ita Balduinus quoque in vetuſtis quibuſdam ſe inveniſſe teſtatur. ego Ciceronem ſcriptum reliquiſſe puto, *cupidiſſ.* pro cupidiſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

cus, quod vix invenitur, qui, laboribus ſuſceptis, periculiſque aditis, non quaſi mercedem rerum geſtarum deſideret gloriam.

20 Omnino fortis animus, & magnus, duabus rebus maxime cernitur: quarum una in rerum externarum deſpicientia ponitur, cum perſuaſum ſit, nihil hominem, niſi quod honeſtum, decorumque ſit, aut admirari, aut optare, aut expetere oportere: nullique neque homini, neque perturbationi animi, nec fortunae ſuccumbere. Altera eſt res, ut, cum ita ſis affectus animo, ut ſupra dixi, res geras magnas illas quidem, & maxime utiles, ſed & vehementer arduas, plenaſque laborum, & periculorum cum vitae, tum multarum aliarum rerum, quae ad vitam pertinent. Harum rerum duarum ſplendor omnis, & am-

pidiſſimo. quod librarius non intelligens, *cupidus*, deſcripſit. *Fr. Fabrit.* Cum Anemæcius prodiderit extare in MS. Auguſtano *& gloria, & cupiditate*, quærendum an non ea lectio potior adhuc ſit priore, utpote quæ duabus quaſi alis inſtruat altiſſimum illum animum. Palat. ſec. præfert *altiſſimo ex gloriæ cupiditate.* Gruterus. Meus primus quoque, *gloria & cupiditate.* meus ſecundus *gloriæ cupiditate.* ſed Pithæi excerpta, *gloriæ cupiditate* ut cæteri, a quibus non eſt recedendum. Eſt ellipſis, ſubauditur, *maxima*, aut *ſumma* gloriæ cupiditate, aut hujuſmodi aliquid. Sic autem veteres nonnunquam locutos eſſe patet ex loco Senecæ quem doctori meo magno Ioann. Frid. Gronovio debeo, de conſtant. ſap. cap. 11: *Vt quiſque contemtiſſimus & ludibrio eſt, ita ſolutiſſimæ linguæ.* ut recte MSS. hoc eſt, maxime ludibrio eſt. vide quæ de ſimilibus loquendi generibus notavit idem vir ſummus ad Liv. lib. 1. 25. *Græv.*

In rerum externarum deſpicientia] Hæc Ariſtot. ad magnanimitatem refert IV Nicom. 3. & IX Nicom. 8. *Rachel.*

Admirari] Horatius idem dicit:

Nil admirari prope res eſt una Numici
Solaque quæ poſſit facere & ſervare beatum. Rachel.

Neque perturbationi animi] Hæc ex Stoicorum ſchola, qui ſapientem volunt eſſe ἀπαθῆ, hoc eſt nulli perturbationi, quas judicio ſuſtulit, obnoxium. vid. Lipſii manuduct. ad Stoicam philoſophiam diſſertat. 7.

Plenaſque laborum & periculorum tum vitæ, tum multarum aliarum rerum] Sic omnino legendum eſt, & ita habent libri veteres omnes. vox, *cauſa*, autem, quæ reperitur in libris vulgatis ante vocem, *vitæ*, ſuppoſita, & adulterina eſt: cum eam inculcaſſet ſciolus aliquis, qui non videret, unde regeretur generandi caſus, vitæ: neque intelligeret regi ab altero generandi caſu, periculorum: ut ſit *periculorum vitæ*, &c. nam viri fortis eſt adire pericula vitæ, earumque rerum, quæ ad vitam pertinent. *Lambin.* Sic & Langii & Guilielmi & Grævii uterque.

Harum rerum duarum ſplendor omnis, & amplitudo, addo etiam utilitatem] Tribuit

amplitudo, addo etiam utilitatem, in poſteriore eſt: cauſa autem, & ratio efficiens magnos viros eſt in priore. in eo enim eſt illud, quod excellentes animos, & humana contemnentes facit. Id autem ipſum cernitur in duobus, ſi & ſolum id, quod honeſtum ſit, bonum judices, & omni animi perturbatione liber ſis. nam & ea, quae eximia pleriſque & praeclara videntur, parva ducere: eaque ratione ſtabili, firmaque contemnere fortis animi, magnique ducendum eſt: & ea, quae videntur acerba, quae multa, & varia in hominum vita, fortunaque verſantur, ita ferre, ut nihil a ſtatu naturae diſcedas, nihil a dignitate

buit ſplendorem & amplitudinem & utilitatem, quæ ad rempublicam redit, rebus geſtis. Facta enim in oculos hominum incurrunt, & ſenſus: Animus autem etſi ſua integritate & altitudine beatus, non niſi ex actionibus perſpici poteſt ab aliis, ſuo teſtimonio potius, quam aliorum judicio fretus eſt. *Wolfius.* Per *utilitatem* non tantum intelligit res ad utilitatem reip. ſpectantes, ſed ſui & ſuorum. Inde ſuperius dixit cap. 4, Ratio, per quam conſequentia videt, impellit hominem ut *ſtudeat parare ea, quæ ſuppeditent ad cultum, & ad victum, nec ſibi ſoli, ſed conjugi, liberis, ceteriſque quos caros habeat, tuerique debeat. Quæ cura exſuſcitat etiam animos, & majores ad rem gerendam facit.* Grævius.

Cernitur in duobus] Priorem partem deſpicientiam rerum externarum dividit in rectum judicium de bonis & malis, & ἀπάθειαν.

Si ſolum id quod honeſtum eſt bonum judicet] Ariſtot. IV Nicom. 3. ὁ μεγαλόψυχος δικαίως καταφρονεῖ. δοξάζει γὰρ ἀληθῶς. οἱ δὲ πολλοὶ τυχόντως. *Magnanimus non injuria deſpicit. De rebus enim vere judicat. At vulgus temere judicat.* Rachel.

Quæ videntur acerba] Opinione enim hominum non recte ſentientium & imperitorum mala tantum ſunt, ut docet Cic. in Tuſcul. Senec. conſ. ad Marc. 19: *Opinio eſt quæ nos cruciat: & tanti quodque malum, quanti illud taxavimus.* Græv.

Vt nihil a ſtatu naturæ diſcedas] Status autem naturæ eſt, ut ſit ſemper ſine perturbatione ob res, quæ ſunt extra nos, æquabilitas, & tranquillitas animi, ut fato Deique voluntati in omnibus obtemperet. Seneca conſolat. ad Marc. c. 7: *Vt ſcias non eſſe hoc naturale luctibus frangi, primum magis feminas, quam viros, magis barbaros quam placidos eruditæque gentis homines, magis indoctos quam doctos eadem orbitas vulnerat. Atqui ea, quæ a natura vim acceperunt, eandem in omnibus ſervant. Apparet non eſſe naturale, quod varium eſt. Ignis omnes ætates, omnium urbium cives, tam viros quam feminas uret: ferrum in omni corpore exhibet ſecandi potentiam. quare? quia vires illi a natura datæ ſunt, quæ nihil in perſonam conſtituit. Paupertatem, luctum, ambitionem alius aliter ſentit, prout illum conſuetudo infecit: & imbecillum impatientemque reddit præſumta opinio de non timendis terribilis. Deinde quod naturale eſt, non decreſcit mora: dolorem dies conſumit.* Vide ibi plura.

Nihil a dignitate ſapientis] Ne quid facias quod non deceat ſapientem, cujus non eſt adverſis fortunæ caſibus moveri, aut ſecundis tolli.

tate ſapientis, robuſti animi eſt, magnaeque conſtantiae. Non eſt autem conſentaneum, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate: nec, qui invictum ſe a labore praeſtiterit, vinci a voluptate. Quamobrem & haec videnda; & pecuniae fugienda cupiditas: nihil enim eſt tam anguſti animi, tamque parvi, quam amare divitias: nihil honeſtius, magnificentiuſque, quam pecuniam contemnere, ſi non habeas: ſi habeas, ad beneficientiam liberalitatemque conferre. Cavenda eſt etiam gloriae cupiditas, ut

Nec qui invictum ſe a labore præſtiterit, vinci a voluptate] Multi tamen fuerunt viri fortiſſimi qui quoſvis labores pertulerunt, nulla non pericula ſubierunt, nullo mortis metu a rebus præclare gerendis ſunt deterriti, victi ſunt voluptatibus. Nonne Hercules ille invictus ſerviit Omphalæ? Quid Hannibal? Audi de illo Senecam ep. 51: *Vna Hannibalem hiberna ſolverunt: & indomitum illum nivibus atque alpibus virum enervaverunt fomenta Campaniæ. Armis vicit, vitiis victus eſt.* paullo poſt: *Debellandæ ſunt inprimis voluptates: quæ (ut vides) ſæva quoque ad ſe ingenia rapuerunt.*

Quippe nec ira Deum tantum, nec tela, nec hoſtes
Quantum ſola noces animis illapſa voluptas.

Et hæc videnda] Vet. libri, *quamobrem & hæc videnda*, &c. Videre enim conſiderare etiam eſt, item cavere. II de Finib. *Si te amicus tuus moriens rogaverit, ut hereditatem reddas ſuæ filiæ, neque uſquam id ſcripſerit, nec cuiquam dixerit, quid facies? Tu quidem reddes; ipſe Epicurus fortaſſe videret.* Id eſt deliberaret, dubitaret. *C. Lang.*

Et hæc vitanda] Etiam libri noſtri habent, *videnda*. quod notavit Langius. quæ ſcriptura, ut mihi non diſplicet, (ſic enim explicari poteſt, *videnda*, id eſt, cogitanda, conſideranda, animadvertenda, ſubintell. ſunt) ita recepta lectio non videtur damnanda. verumtamen multum apud me valet librorum veterum auctoritas. *Lambin.*

Quamobrem & hæc vitanda] Videnda, eſt in omnibus manuſcriptis, ut Langius & Lambinus hic, & ego ſupra admonui. habet autem hoc verbum ſignificationem cautionis, atque a Petro Victorio hic receptum eſt. *Fr. Fabrit.* Sic & meus uterque & Palat. ac tres Guilielm. ſic ſuperius cap. 14 hujus libri: *Videndum eſt ne obſit benignitas.* Terent. Phorm. I. 4: *Nam abſque eo eſſet recte ego mihi vidiſſem.* Græv.

Si habeas ad beneficentiam liberalitatemque referre] Sapiens *donabit cum ſummo conſilio, digniſſimos eligens: ut qui meminerit tam expenſorum quam acceptorum rationem eſſe reddendam.* & poſt: *Habebit ſinum facilem non perforatum: ex quo multa exeant, nihil excidat.* Senec. de vita beata c. 23, ubi vide plura. Divitiarum uſum Ariſtoteles ait eſſe. δόσιν καὶ λῆψιν, recte dare, & recte accipere. B. Chryſoſtomus in Matthæum auctor eſſe artem bene divitiis utendi τέχνην εἶναι πασῶν τῶν τεχνῶν ἀνωτέραν artem artium.

Cavenda eſt etiam gloriæ cupiditas] Plato I de rep. imperium ait eſſe procurationem rei alienæ. neminem autem eſſe, qui alienis negotiis immiſcere ſe ſtudeat niſi propter mercedem: mercedem autem in pecunia aut in honore conſiſtere. Cum vero vir bonus ac ſapiens, neque φιλάργυρος ſit, neque φιλότιμος, ſequi ut publicos honores ne cupiat quidem, niſi forte mali alicujus gravioris cauſſa, utpote ſi

ut ſupra dixi. Eripit enim libertatem, pro qua magnanimis viris omnis debet eſſe contentio. Nec vero imperia expetenda, ac potius aut non accipienda interdum, aut deponenda nonnumquam. Vacandum autem eſt omni animi perturbatione, tum cupiditate, & metu, tum etiam aegritudine, & voluptate animi, & iracundia; ut tranquillitas & ſecuritas adſit, quae affert cum conſtantiam, tum etiam dignitatem. Multi autem & ſunt, & fuerunt, qui eam, quam dico, tranquillitatem expetentes, a negotiis publicis ſe removerint, ad otiumque perfugerint. In his & nobiliſſimi philoſophi, longeque principes, & quidam

ſi alioqui videret in malorum hominum poteſtatem venturam rempublicam. *H. Grot.* vide Iuvenalem Sat. x. v. 103 & ſequentes.

Eripit enim libertatem] Si quis uni domino paret ſervus eſt, quid eum putamus, qui multitudini ſervire cogitur? qui dignos, nobiles, abjectos, notos, ignotos ſalutare, appellare, prenſare, eorum omnium vultus, nutus, geſtus obſervare neceſſe habet, eiſque ſæpenumero ſervilem in modum blandiri, atque adulari, quos, ſi eo morbo careret, ne congreſſu quidem ſatis dignos ſuo diceret?

Si fortunatum, ait Horatius, *ſpecies*
& gratia præſtat,
Mercemur ſervum qui dictet nomina, lævum
Qui fodiat latus, & cogat trans pondera dextram
Porrigere.

Quid tali homine miſerius? *Muret.*

Aut non accipienda] Vt Timoleon regnum Corinthi C. Nep. vit. Timol. 1. Q. Fabius & T. Manlius Torquatus Conſulatum Liv. x, 11. & xxvi, 22. Scipio Africanus regnum Hiſpaniæ Liv. xxvii, 21. *I. Fr. Gronov.*

Et voluptate animi.] Sunt qui poſtremum vocabulum redundare putent. falſo. cum enim de animi perturbationibus agatur, voluptas nulla corporis, ſed animi tantum intelligenda eſt. neque vero gaudium animi hic ſignificatur, cum ratione animus movetur placide & conſtanter: ſed lætitia geſtiens, quæ eſt ſine ratione animi elatio, Tuſc. 3. & apud Laertium in Zenone definitur, ἡδονή ἐστιν ἄλογος ἔπαρσις ἐφ' αἱρετῷ δοκοῦντι ὑπάρχειν. *Fr. Fabrit.*

Tranquillitatem expetentes a negotiis publicis ſe removerint] Sollicito enim atque anxio animo vivere neceſſe eſt, qui, cum multitudinis ingenia tam varia, tamque multiplicia ſint, ſat agit tamen & laborat, ut apud omnes gratioſus ſit, ut ſe omnibus probet ac venditet, & in leviſſimam etiam leviſſimorum hominum offenſionem incurrere mortis inſtar putat? Hunc ſordibus, illum cultu ne offendat veretur: huic ne nimis ſeverus, illi ne nimium diſſolutus videatur timet: hunc muneribus, illum fictis laudibus ineſcare ſtudet, omnium ſtultitiam ferre, omnium ineptias devorare cogitur nunquam apertus, nunquam ſimplex, nunquam ſuavis, ut aliquando omnibus imperare poſſit, omnibus interea ſervit. Quæ vero ſtultitia eſt incertam potentiam certa ſervitute mercari? *Muret.*

In his & nobiliſſimi philoſophi] Vt Socrates, Plato, Ariſtoteles, Epicurus cum ſuis ſectatoribus, qui negabant ſapientem ad remp. accedere. Vide

dam homines ſeveri, & graves, nec populi, nec principum mores ferre potuerunt: vixeruntque nonnulli in agris, delectati re ſua familiari. His idem propoſitum fuit, quod regibus, ut ne qua re egerent, ne cui parerent, libertate uterentur: cujus proprium
21 eſt, ſic vivere, ut velis. Quare, cum hoc commune ſit potentiae cupidorum cum iis, quos dixi, otioſis: alteri ſe adipiſci id poſſe arbitrantur, ſi opes magnas habeant: alteri, ſi contenti ſint & ſuo, & parvo. in quo neutrorum omnino contemnenda eſt ſententia: ſed & facilior, & tutior, & minus aliis gravis, aut moleſta vita eſt otioſorum: fructuoſior autem hominum generi, & ad claritatem, amplitudinemque aptior eorum, qui ſe ad remp. & ad res magnas gerendas accommodaverunt. Quapropter & iis forſitan concedendum ſit, remp. non capeſſentibus, qui excellenti ingenio doctrinae ſeſe dediderunt: & iis, qui aut valitudinis imbecillitate, aut aliqua graviore cauſa impedi-

de Gaſſendum ad Diog. Laert. de philoſophia morali Epicuri. p. 1207, & 1478.

Nec populi nec principum mores ferre potuerunt] Vt Plato apud Cic. 1 ad fam. 9: *jubet tantum contendere in rep. quantum probare tuis civibus poſſis: vim neque parenti, neque patriæ afferre oportere. atque hanc quidem ille cauſam ſibi ait non attingendæ reipublicæ fuiſſe, quod, cum offendiſſet populum Athenienſem prope jam deſipientem ſenectute: cumque eum nec perſuadendo, nec cogendo regi poſſe vidiſſet, tum perſuaderi poſſe diffideret, cogi fas eſſe non arbitraretur.* Sic & Piſo apud Romanos. Cic. Brut. 67: *Is laborem, quaſi curſum forenſem diutius non tulit, quod & corpore erat infirmo, & hominum ineptias ac ſtultitias, quæ devorandæ nobis ſunt, non ferebat, iracundiuſque reſpuebat, ſive moroſe, ut putabatur, ſive ingenuo liberoque faſtidio.* Vide Senec. de otio ſapientis. c. 30.

Ferre potuerunt] Liber Parcenſis, *ferre potentes*, pro ferre potuerunt: quod, neſcio quo modo, mollius videtur. Vt *potentes* ſit participium. *Car. Lang.*

Quod Regibus] Regibus enim & fatuis, ut ille dicit, omnia licent.

Cujus proprium eſt ſic vivere ut velis] Ariſt. lib. v. Pol. ἐλεύθερον γὰρ τὸ ἴσον, τὸ, ὅ, τι ἂν βούληταί τις ποιεῖν, ὥστε ζῆν, ἐν ταῖς τοιαύταις δημοκρατίαις ἕκαστος ὡς βούλεται. F. Vrſin. Cic. Parad. 5: *Libertas eſt poteſtas vivendi ut velis.*

Qui excellenti ingenio] Quomodo h[...] poſſint prodeſſe docet Senec. de tran[...]quillitate animi cap. 36. *Habet ubi ſ[...] etiam in privato lare explicet magnu[...] animus: nec ut leonum animaliumqu[...] impetus caveis coercetur, ſic hominum[...] quorum maxime in ſeducto actiones ſunt[...] Ita tamen delituerit, ut ubicunque otium[...] ſuum abſconderit, prodeſſe velit & ſin[...]gulis & univerſis, ingenio, voce, conſi[...]lio*

pediti, a repub. receſſerunt, cum ejus adminiſtrandae poteſtatem aliis, laudemque concederent. Quibus autem talis nulla ſit cauſa, ſi deſpicere ſe dicant ea, quae plaerique mirentur, imperia, & magiſtratus, iis non modo non laudi, verum etiam vitio dandum puto. Quorum judicium in eo, quod gloriam contemnant, & pro nihilo putent, difficile factu eſt non probare: ſed videntur labores, & moleſtias tum offenſionum, tum repulſarum, quaſi quandam ignominiam timere, & infamiam. Sunt enim, qui in rebus contrariis parum ſibi conſtent: voluptatem ſeveriſſime contemnant, in dolore ſint molliores: gloriam negligant, frangantur infamia: atque ea quidem non ſatis conſtanter. Sed iis, qui habent a natura adjumenta rerum gerendarum, abjecta omni cunctatione, adipiſcendi magiſtratus, & gerenda reſp. eſt. nec enim aliter aut regi civitas, aut declarari animi magnitudo poteſt. Capeſſentibus autem remp. nihilo minus, quam philoſophis, haud ſcio an magis etiam, & magnificentia, & deſpicientia adhibenda ſit rerum humanarum, quam ſaepe dico, & tranquillitas animi, atque ſecuritas: ſi quidem nec anxii futuri ſunt, & cum

io. *Nec enim is ſolus reipublicæ prodeſt, qui candidatos extrahit, & tuetur reos, & de pace belloque cenſet: ſed qui juventutem exhortatur, qui in tanta bonorum præceptorum inopia, virtute inſtruit animos, qui ad pecuniam luxuriamque curſu ruentes prenſat ac retrahit, & ſi nihil aliud, certe moratur, in privato publicum negotium agit.* Vide ibidem plura & Epictet. in Enchiridio cap. 31.

Quibus autem talis nulla eſt cauſa] MSS. & impreſſi antiquiores, *ſit cauſa.* forte *ſit cauſa.* Plaut. Mercat. *Fit cauſa viro: exigitur matrimonio.* Guilielm. Grævii uterque: *ſit cauſſa*, recte, ut in præcedentibus periodis. Hi vero dicuntur Ariſtoteli μικρόψυχοι. Ariſtot. IV Nicom. 3. & IV Nicom. 4. inquit: φιλότιμος *eſt, quem vituperamus, tanquam nimia honoris cupiditate inflammatum, honoremque unde non oportet aucupantem: & honoris contemtorem item, ut qui ne ex honeſtis quidem rebus adipiſcendi honoris conſilium cupiat.* Rachel.

Tum offenſionum, tum repulſarum] *Tum offenſionum & repulſarum*, ex Victoriana editione, & manuſcriptis noſtris placet. *Fr. Fabrit.* Edit. Lang. *cum offenſionum, tum repulſarum.*

Adipiſcendi magiſtratus] Ariſtot. IV Nicom. 3. vid. & Senec. de Tranquillit. anim. c. 3.

Quam ſæpe dico & tranquillitas] Quidam lib. *rerum humanarum, &, quam ſæpe dico, tranquillitas animi.* C. Langius.

Tam

cum gravitate conſtantiaque victuri. Quae eo faciliora ſunt philoſophis, quo minus multa patent in eorum vita, quae fortuna feriat, & quo minus multis rebus egent: & quia, ſi quid adverſi eveniat, tam graviter cadere non poſſunt. Quocirca non ſine cauſa majores motus animorum concitantur, majoraque efficienda remp. gerentibus, quam quietis. quo magis his & magnitudo animi eſt adhibenda, & vacuitas ab angoribus. Ad rem gerendam autem qui accedit, caveat, ne id modo conſideret, quam illa res honeſta ſit: ſed etiam ut habeat efficiendi facultatem. in quo ipſo conſiderandum eſt, ne aut temere deſperet propter ignaviam: aut nimis confidat propter cupiditatem. In omnibus autem negotiis, prius quam aggrediare, adhibenda eſt praeparatio diligens.

Sed

Tam graviter cadere non poſſunt] Multi enim:

Tolluntur in altum
Vt lapſu graviore ruant.

Contra:

Qui cadit in plano (vix hoc tamen accidit ipſum)
Sic cadit, ut tacta ſurgere poſſit humo.
At miſer Elpenor ſcalis delapſus ab altis
Occurrit Regi flebilis umbra ſuo.

Wolfius.

Majoraque efficienda remp. gerentibus] In tribus libris ſcriptis eſt, *Majoraque efficiendi*, quomodo Victorius & Langius ediderunt, & Balduinus in ſuo codice legi teſtatur. in quarto noſtro legitur, *Majorque cura efficiendi.* verum, *majoraque efficienda*, quod eſt in quibuſdam antiquis, & impreſſis Manutianis propter ea, quæ ſequuntur, placet. *Fr. Fabrit.*

Sed etiam ut habeat efficiendi facultatem] Nam *inſpicere debemus primum noſmetipſos, deinde quæ aggredimur negotia, deinde eos, quorum cauſſa, aut cum quibus agendum eſt. Ante omnia neceſſe eſt ſe ipſum æſtimare: quia fere plus nobis videmur poſſe, quam poſſumus.* Senec. de tranquillit. animi. cap. 4.

Adhibenda eſt præparatio diligens] Hoc enim niſi fiat turpiter ſe proſtituet. Epictet. Enchirid. 34: Ἑκάστου ἔργου σκόπει τὰ καθηγούμενα, καὶ τὰ ἀκόλουθα αὐτοῦ, καὶ οὕτως ἔρχου ἐπ' αὐτό. εἰ δὲ μή, τὴν μὲν πρώτην προθύμως (ἄρξεις, ἅτε μηδ΄.) ἥξεις μηδὲν τῶν ἑξῆς ἐντεθυμημένος. ὕστερον δὲ ἀναφανέντων τινῶν αἰσχρῶν αἰσχυνθήσῃ. *Cujuſcunque rei anteceſſionibus & conſecutionibus conſideratis, ſic eam aggredere. Alioqui primum alacriter eam ſuſcipies, eorum nullo, quæ conſequuntur expenſo, poſt autem turpitudine aliqua exorta, pudore ſuffunderis.* Sed vide longe pulcherrima in hanc ſententiam, & quæ hunc locum illuſtrant mirifice, in ſequentibus duobus ejuſdem libelli capitibus; quamvis perperam ſint ab his, quæ attulimus, verbis divulſa, cum iis enim connecti debent & in unum caput coaleſcere, ut erudite animadvertit inſignis ille doctiſſimi parentis doctiſſimus filius Mericus Caſaubonus, mihi

Sed cum plerique arbitrentur res bellicas majores 21
eſſe, quam urbanas: minuenda eſt haec opinio. multi enim bella ſaepe quaeſierunt propter gloriae cupiditatem: atque id in magnis animis, ingeniiſque plerumque contingit: eoque magis, ſi ſunt ad rem militarem apti, & cupidi bellorum gerendorum. Vere autem ſi volumus judicare, multae res exſtiterunt urbanae majores, clarioreſque, quam bellicae. Quamvis enim Themiſtocles jure laudetur, & ſit ejus nomen, quam Solonis, illuſtrius, citeturque Salamis clariſſimae teſtis victoriae, quae anteponatur conſilio Solonis, ei, quo primum conſtituit Areopagitas: non minus praeclarum hoc, quam illud, judicandum eſt. illud enim ſemel profuit, hoc ſemper proderit civitati: hoc conſilio leges Athenienſium, hoc majorum inſtituta ſervantur. Et Themiſtocles quidem nihil dixerit, in quo ipſe Areopagum adjuverit: at ille vere, ab ſe adjutum Themiſtoclem. Eſt enim bellum

hi, dum fata ſinebant, peramicus, in notis ad hunc locum. vide etiam ut Socrates apud Xenoph. III memorabil. lepide ludat Glaucum, qui latus juvenili temeritate, ſed imparatus rempublicam volebat capeſſere. Locus eſt prolixior, quam ut hic poſſit inſeri, ſed valde illuſtris, & ad hanc diſputationem accommodatus, quem ibi quæres. *Græv.*

Multi enim bella quæſiverunt] Vt Mummius Achaicus, M. Craſſus, Iulius Cæſar, multique alii.

Quo primum conſtituit Areopagitas] Petrus Victorius in Variis lectionibus lib. 6. cap. 5. hæc verba ſi accepit, quaſi Cicero velit, Solonem Areopagi conſilium primum inſtituiſſe. quod ſi eſſet, non ſolum ab Ariſtotele, verum etiam ab Euſebio, Apollodoro, Pauſania, & Demoſthene ipſo diſſentiret, verum non eſt ita: ſed cum Euſebius ſcribat, Cecropem primum, qui urbem Athenarum condidit, Areopagum inſtituiſſe, atque ab urbe condita uſque ad annum tertium Olympiadis XLVI. quo Solo Archon & legiſlator creatus novis legibus Rempublicam Athenienſium temperavit, anni fere CCCLV. numerentur: dubium non eſt, quin tam longo tempore hoc conſilium labefactatum, & Areopagitarum auctoritas imminuta fuerit, quam Solo reſtituit, & conſilium ipſum conſtituit. Sic in Bruto, *leges & judicia conſtituta dicit*, non quæ tum primum inſtituta fuerunt, ſed quæ bello civili ac tumultu labefactata & intermiſſa, eo tempore repetita & revocata *κατάστασιν* ἔλαβον. *Fr. Fabrit.* Vide & ſequentem Langii notam.

Nihil dixerit in quo ipſe Areopagum adjuverit: at ille vere, ab ſe adjutum Themiſtoclem] Sic omnes libri Vet. demto Parcenſi: in quo ita ſcriptum eſt, *Et Themiſtocles quidem nihil dixerit, in quo Areopagum adjuverit; at illo*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

lum geſtum conſilio ſenatus ejus, qui a Solone erat conſtitutus. Licet eadem de Pauſania, Lyſandroque dicere: quorum rebus geſtis quamquam imperium Lacedaemoniis dilatatum putatur, tamen ne minima qui-

illo verum eſt adjutum eſſe Themiſtoclem. obſervandum quoque in opt. libris *Areopagetas* ſcribi. Item nec id prætereundum Ariſtotelem ſcribere in II Politicorum, Solonem cum alia pleraque Athenienſium inſtituta abrogaſſet, Areopagi ſenatum, quod popularis eſſet, retinuiſſe. id quod hic etiam Cicero indicat, dum conſtitutum eum Senatum dicit a Solone. Eſt enim conſtituere, confirmare, robur addere. ut in Lucullo, *In eo tanta prudentia fuit, conſtituendis temperandiſque civitatibus, ut hodie ſtet Aſia Luculli inſtitutis ſervandis.* Sic III. VIRI R.P.C. Eadem fere ſignificatione condere accepit Trogus libro XIX. *Mago Carthaginienſium* inquit, *Imperator, cum primus omnium ordinata diſciplina militari imperium Pœnorum condidiſſet, vireſque civitatis non minus bellandi arte, quam virtute firmaſſet, deſungitur.* Fuit enim ante Solonem concilium Areopageticum, cum ab eo Cephalum Deionii filium, qui Minois Cretenſis temporibus vixit, damnatum ſcribat Apollodorus libr. III. Bibliothecæ. Vide & Pauſaniam. Quæ ideo prolixius recenſui, quod Pet. Victorium videam non conſideraſſe hujus verbi vim, dum credit Areopagetas primum a Solone inſtitutos Ciceronem hic dicere, quanquam in ea ſententia quoſdam olim fuiſſe Plutarchus referat in Solone. *C. Lang.* Partim ſic habent noſtri codices, *at ille vere a ſe dixerit adjutum Themiſtoclem*: partim ſic, *at ille vere ſe adjuviſſe Themiſtoclem*: partim ſic, *at ille vere ab ſe adjutum Themiſtoclem*: quo modo edidit Langius & recte. Mendoſe autem hic operarii iſti fecerunt *olim*, dixit adjutum Themiſtoclem, pro, *dixerit*: quod tamen ſi deleatur, neque quidquam de ſententia decedat, & multum venuſtatis accedat. *Lamb.* *At ille vere a ſe dixit adjutum Themiſtoclem*] Dele verbum *dixit*: eſt enim, *dixerit*, ſubaudiendum, ut Lambinus ſcribi voluit. hanc autem lectionem, quam Balduinus, Victorius, & Langius ex libris antiquis ediderunt, nos in tribus libris manuſcriptis reperimus: in Manutianis legitur, *At ille adjuvit Themiſtoclem.* Fr. Fabrit. Liber manuſcriptus habet, *At ille adjuvit Themiſtoclem.* F. Vrſin. Sic & meus primus, & edd. prim. Mogunt. & Roman. nec non Palat. prim. niſi quod *vere* inſerat ſecundus autem *at ille vero ſe adjutum.* tres Guilielm. *at ille verum eſt eſſe adjutum.* ut ſatis appareat hæc eſſe interpolata, & veram hujus loci ſcripturam eſſe, quam probarunt Langius, Lambinus, Fabritius. Ellipſis τῦ *dixerit* cauſſa eſt hujus perturbationis. *Græv.*

Quanquam imperium Lacedæmoniis dilatatum putatur] Dictio, *dilatatum*, in tribus alioqui opt. libris non legitur, facitque ea certe anheloſam orationem: nec tamen video ut omitti poſſit. niſi quis exiſtimet, *putatur*, dictum pro *æſtimatur*, & tanquam admirationi eſt, aut acceptum refertur. ut verbum, *cenſere*, de quo Budæus in Pandectas. *C. Lang.* *Quamquam imperium Lacedæm. partum eſt*] Locus eſt non ſincerus. nam libri veteres emendatiores non habent participium, *dilatatum*, ante verbum, putatur: in nonnullis ſcriptum eſt, ut in vulgatis, *dilatatum* putatur. omnino hoc participium, ſuſpectum eſt. dixiſſet enim potius Cicero, *propagatum*, ſeu, *amplificatum.* Præterea Pauſaniæ & Lyſandri rebus geſtis, ſi verum quærimus, imperium Lacedæmoniis partum eſt. Pauſaniæ, cum primum apud Platæas Mardonium ſatrapam regium, qui præerat neſcio quot barbarorum myriadibus, ſuperavit:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

quidem ex parte Lycurgi legibus, & diſciplinae conferendi ſunt. Quinetiam ob has ipſas cauſas & parentiores habuerunt exercitus, & fortiores. Mihi quidem

vit: deinde cum pari felicitate apud Helleſpontum barbarorum præſidia dejecit, & Græciam liberavit. his enim ſecundis prœliis factum eſt, ut Lacedæmonii ſoli digni haberentur, qui Græciæ imperarent. quod & Demoſthenes teſtatur orat. *κατὰ νεαίρας*, his verbis. Ἐπεὶ δὲ Παυσανίας ὁ Λακεδαιμονίων βασιλεὺς ὑβρίζειν ἐνεχείρει ἡμᾶς, καὶ οὐκ ἠγάπα, ὅτι τῆς ἡγεμονίας μόνοι ἠξιώθησαν οἱ Λακεδαιμόνιοι, &c. id eſt, *poſteaquam autem Pauſanias rex Lacedæmoniorum nos contumelioſe tractare cœpit, neque ſatis habuit, Lacedæmonios ſolos imperio dignos eſſe habitos*, &c. Lyſandri, cum apud Ægos flumen Athenienſium claſſem ducentarum navium, decem, aut novem navibus exceptis, delevit, & Athenienſes in ſuam poteſtatem redegit, atque ita bellum Peloponneſiacum, quod annos viginti ſex productum eſt, confecit. Hæc adſcripſi, quod quidam ſcripſit, verius eſſe, quod ad hiſtoriam attinet, amplificatum eſſe Lacedæmoniis imperium Pauſaniæ & Lyſandri rebus geſtis, quam partum. *Lambin.* *Imperium Lacedæmoniis partum putatur*] In aliis libris omnibus pro, *partum*, legitur *dilatatum:* quod verbum a tribus optimis libris abeſſe, Langius annotat. itaque Lambinus, ex librisne vetuſtis, an ex ingenio? *partum*, edidit. Lacedæmoniis autem bello Peloponneſiaco confecto, imperium, quod ante penes Athenienſes fuerat, partum non male dicitur. *Fr. Fabrit.* *Dilatatum* non invenitur quoque in duobus Guilielmi. *Putare* æſtimare eſt. In Verrem v. *Si denariis* CCCC *cupidinem illum putaſſet.* Ita hic imperii Spartani magnitudo æſtimatur rebus geſtis Lyſandri & Pauſaniæ. Famil.epiſt.xv. *Natio hominis me impulit ut ei recte putarem.* Terent. Adelph. *Num id ſibi laudi putat, ſi filium corruperit?* Salluſt. Catolin. de Cethego: *Maximum bonum celeritate putabat.* ita MSS. Guilielmi, habetque faventes Palatinos noſtros. *Gruter.* legendum videtur ex MSS. veſtigiis *imperium Lacedæmoniis delatum*, hoc eſt comparatum. Philipp. II, 34: *C. Cæſari Dictatori perpetuo M. Antonium Conſulem populi juſſu regnum detuliſſe, Cæſarem uti noluiſſe.* Orat. pro lege Manil. 17: *Ad unum omnia deferri non oportere.* Gronov. *Dilatatum* in meo primo & Pithæan. quoque non reperitur, ſed in ſecundo habetur, quod retinebimus cum editionibus melioribus. Facile quidem credo aliam hic vocem extitiſſe, quæ intercidit, ſed tamen ſententia hanc aut ſimilem deſiderat. Nam quæ Gruterus affert tuendæ codicum illorum lectioni, *quorum rebus geſtis quanquam imperium Lacedæmoniis putatur*, indigna ſunt Grutero, nec exempla, quæ affert, quicquam faciunt ad eam ſtabilendam. Primum eſt *ſi denariis* CCCC *Cupidinem illum putaſſet* ſcilicet æſtimandum. Alterum vero, fuit *Natio hominis me impulit ut ei recte putarem* ſubauditur, aut ἀπὸ κοινοῦ repetitur, quod ex præcedentibus verbis liquet, me commendare poſſe meum oratorem, quem nimirum Sabino illi perferendum commiſerat. In Salluſtii loco quis non videt vitio ſcriptorum in nonnullis libris, quod omnes meliores præ ſe ferunt, omiſſum eſſe *in celeritate putant.* Sed *laudi putare* tritiſſimum dicendi genus qui accommodari poteſt ad hunc locum. Pudet his immorari. τὸ *partum*, ex ingenio inculcavit Lambinus, nullius veteris libri auctoritate fulcitur. Pithæani excerpta pro *Lacedæmoniis* non male *Lacedæmonis* ſcribunt. *Græv.*

Parentiores habuerunt exercitus] *Paratiores*, eſt in vulgatis, pro quo Victorius, Ancemecius, Langius & Lambinus ex libris antiquis, *parentiores*, repoſuerunt. eam quoque vocem duo ex manuſcriptis noſtris integram retinuerunt. nec video cur ea nonnullis

dem neque pueris nobis, M. Scaurus C. Mario, neque, cum verſaremur in rep. Qu. Catulus Cn. Pompeio cedere videbatur. Parvi enim ſunt foris arma, niſi eſt conſilium domi. Nec plus Africanus, ſingularis & vir & imperator, in exſcindenda Numantia reip. profuit, quam eodem tempore P. Naſica privatus, cum Ti. Gracchum interemit: quamquam haec quidem res non ſolum ex domeſtica eſt ratione, attingit etiam bellicam, quoniam vi manuque confecta eſt: ſed tamen id ipſum geſtum eſt conſilio urbano, ſine exercitu. Illud autem optimum eſt, in quod invadi ſolere ab improbis, & invidis audio:

Cedant arma togae, concedat laurea laudi.

Vt enim alios omittam, nobis remp. gubernantibus, non-

inſolentior videatur. quid enim obſtat, quo minus ut ab *obediens obedientior*, ſic a *parens parentior* dicatur? *Fr. Fabrit.* Adſtipulantur Pall. tres Guilielm. & Græv. uterque.

In quo me invadi ſolere] Victorius & Langius ediderunt, *In quo invadi ſolere.* Balduinus admonet in ſcripto codice legi, *In quod invadi ſolere.* quæ lectio cum ante hac ſemper placuit tum nunc maxime placet, quod eam in tribus libris manuſcript. invenio. *Fr. Fabrit.*

Concedat laurea linguæ] Sic eſt ſcriptum in codicibus antiquis emendatioribus, & ita admonuimus eſſe legendum, in oratione in Piſonem: mirorque nihil eſſe hac de re a Langio notatum. P. Victorius quidem lib. v. Variar. lect. cap. 24. multis verbis, ut ſolet, oſtendit, ſic, ut edidimus, legendum eſſe. Tantum autem hujus loci depravandi in ſciolis fuit ſtudium, ut non ſolum, *laudi*, pro *linguæ*, ſubſtituerint, ſed etiam, *paci.* ſic enim ſcriptum reperi in uno cod. manuſcr. *concedat laurea paci.* Lambin. Pro *linguæ* in vetuſtiſſimo apud me libro ſcriptum eſt *laudi.* de qua ſcriptura quid nobis videatur, in Philippicis dicemus. *F. Vrſin.* *Linguæ* non, laudi, eſſe legendum, non ſolum plurium librorum fides arguit, ſed & Plutarchus oſtendit, qui Ciceronem dixiſſe ait: ὡς τὰ ὅπλα εἴκει τῇ τηβέννῳ, καὶ τῇ γλώττῃ τὴν θριαμβικὴν ὑπεῖκειν δάφνην. *Fr. Fabrit.* *Linguam* dixit pro eloquentia. Ita enim legerunt Salluſtius, ſive Porcius Latro, vel quiſquis auctor invectivæ in Ciceronem, Quinctilian. lib. 11. 1. & Plutarchus in Cicerone. Non tamen repugnem ſi quis *laudi* potius cum F. Vrſino, & Fr. Polleto legere malit, quam *linguæ* cum Victorio & Lambino: tum quia elegantior eſt ἀντίθεσις, ut forenſia transferantur cum caſtrenſibus, & amborum præmia inter ſeſe: (nam armorum præmium laurea eſt, togæ ſive forenſium actionum laus & gloria) tum quia optimi & laudatiſſimi codices *laudi* habent: tum quia Cicero ſtuduiſſe videtur ſyllabarum anantaclaſi, unde illud ejuſdem:

O fortunatam natam me conſule Romam!

Tum quia Tullius ipſe comprobare vide-

nonne togae arma ceſſere? neque enim in repub. periculum fuit gravius unquam, nec majus otium. Ita conſiliis, diligentiaque noſtra celeriter de manibus audaciſſimorum civium delapſa arma ipſa ceciderunt. Quae res igitur geſta umquam in bello tanta? qui triumphus conferendus? Licet enim, Marce fili, apud te gloriari, ad quem & hereditas hujus gloriae, & factorum imitatio pertinet. Mihi quidem certe vir abundans bellicis laudibus Cn. Pompejus, multis audientibus, hoc tribuit, ut diceret, fruſtra ſe triumphum tertium deportaturum fuiſſe, niſi meo in remp. beneficio, ubi triumpharet, eſſet habiturus. Sunt ergo

videtur cum in orat. in Piſonem ubi hujus verſus hemiſtichium primum eſt interpretatus, ſubjicit: *Nam cum tu timidus ac tremens tuis ipſe furaciſſimis manibus detractam e cruentis faſcibus lauream ad portam Eſquilinam abjeciſti, indicaſti, non modo ampliſſimæ, ſed etiam minimæ laudi lauream conceſſiſſe.* Gerard. Ioann. Voſſius. *Laudi* (quod & in utroque Grævii eſt) hic eſt honorificum judicium ſenatus, SCtum egregium. Sententia eſt, plus eſſe meruiſſe honorificum judicium ſenatus, quam triumphum. Et hoc meruit poſt Catilinariam conjurationem. *Gronovius.*

Nec majus otium] *Majus otium*, in omnibus antiquis libris reperio, & notavit etiam Pet. Victorius in variis. Periculoſiſſimæ enim conſpirationes, dum in utramque aurem dormitatur; maxime vero, id quod hic evenit, populo velut reſpirante a longis bellis civilibus, armiſque quodam modo projectis: id quod in Ilii excidio Homerus expreſſit. otium enim non tam ceſſationem ſignificat, quam ſecuritatem quandam. Terent. in And. & alibi ſæpe. *C. Lang.* *Nec majus otium*] Sic omnino legendum, non, ut vulgo, *odium.* quod Langius ante nos admonuit. idque ex auctoritate codicum manuſcript. quibuſcum noſtri conſentiunt. Sed quod ille, *otium*, hic interpretatur ſecuritatem civium Rom. qualis erat Troianorum qua nocte oppreſſi ſunt. næ ille vehementer errat. nam ſignificat hic Cicero ſe remp. maximis periculis liberaſſe, & conjuratorum manibus eripuiſſe conſilio & vigilantia, ſine ulla dimicatione, ſine exercitu, ſumma cum pace & otio, ut declarat Catilinar. 3. his verbis: *Quod ſi Catilina urbe ad hanc diem remanſiſſet: quamquam, quoad fuit, omnibus ejus conſiliis occurri, atque obſtiti: tamen, ut leviſſime dicam, dimicandum nobis cum illo fuiſſet: neque nos umquam, dum ille in urbe hoſtis fuiſſet, tantis periculis, tanta pace, tanto otio, tanto ſilentio remp. liberaſſemus. tanta pace & tanto otio*, &c. id eſt, cum tanta pace, & tanto otio, & tanto ſilentio. Supra proxime quidam libri habent, *opimum*, ubi ceteri, *optimum.* Lambin. *Odium*, hic in libris vulgatis mendoſe legitur, de quo Victorius cap. 13. lib. 7. Variarum lection. Otium autem quietem & tranquillitatem eam ſignificat, quæ oppreſſa conjuratione Catilinaria in rep. fuit. Hoc vocabulum vulgo ex Philip. XIII. ſuſtulerunt, ubi Faernus ex libro Vaticano reſtituit, *Sin otium incolumibus his eſſe nullum poteſt*, &c. *Fr. Fabrit.*

Delapſa arma ipſa ceciderunt] *Ipſa* delendum. *delapſa ceciderunt*, ut Virg. VI Æn. 310. *Lapſa cadunt folia.* Petron.

ergo domeſticae fortitudines non inferiores militari-
bus: in quibus plus etiam, quam in his, operae,
23 ſtudiique ponendum eſt. Omnino illud honeſtum,
quod ex animo excelſo, magnificoque quaerimus,
animi efficitur, non corporis viribus. Exercendum
tamen corpus, & ita afficiendum eſt, ut obedire con-
ſilio, rationique poſſit in exſequendis negotiis, &
in labore tolerando. Honeſtum autem id, quod ex-
quirimus, totum eſt poſitum in animi cura & cogita-
tione: in quo non minorem utilitatem afferunt, qui
togati reip. praeſunt, quam qui bellum gerunt. Ita-
que eorum conſilio ſaepe aut non ſuſcepta, aut con-
fecta bella ſunt, nonnumquam etiam illata: ut M.
Catonis bellum tertium Punicum: in quo etiam mor-
tui valuit auctoritas. Quare expetenda quidem magis
eſt decernendi ratio, quam decertandi fortitudo: ſed
cavendum, ne id bellandi magis fuga, quam utili-
tatis

tron. *ſera ſua ſponte delapſa cecidit.* Gronovius.

Et ita afficiendum eſt] Græce ἔτω διατιθέναι χρὴ τὸ σῶμα. Quem Græciſmum qui non animadverterunt, legendum putarunt, ſed perperam, *ita aſſuefaciendum.* H. Wolf. *Afficiendum*, eſt in omnibus libris, etiam vulgatis, ſolis Victorianis exceptis, in quibus, *efficiendum*, legitur, quod Camerarius non improbat. Sed enim, Corpus ita afficiendum eſt, idem hic valet, quod Græci dicunt, ἔτω διατιθέναι χρὴ τὸ σῶμα, ut recte Wolfius admonet. *Fr. Fabrit.* Quomodo corpus exercuerint Græci docet Plato VI de legibus.

Vt obedire conſilio] Qua ſubjectione rationi pareat corpus, paucis docet Ariſt. I Pol. 3. ἡ ψυχὴ τῦ σώματος ἄρχει δεσποτικὴν ἀρχήν. *Anima corpori imperat imperio herili.* Rachel. Nec mirum. Nam *noſtra omnis vis in animo & corpore ſita eſt. Animi imperio, corporis ſervitio magis utimur.* ut Salluſt. in Catilinar. *quia animus incorruptus, aeternus, rector humani generis, agit atque habet cuncta, neque ipſe habetur.* ut idem ait in Iugurth. vide Senec. ep. 114.

Quam decertandi fortitudo] Prius legebatur, *decertandi fortitudo.* ſed poſterior dictio a Grammatiſta aliquo adſcripta erat. *Car. Lang. Quam decertandi*] Nos vocem, *fortitudo*, poſt verbum, *decertandi*, ſuſtulimus, quamvis eam reperimus in duob. libris antiquis. nam perſpicue apparet, ab aliquo, qui putaret quippiam deeſſe, eſſe adjectam. quod & Langio videtur. *Lambin. Quam decertandi*] In vulgatis libris, conſentientibus nonnullis manuſcript. legitur, quam *decertandi fortitudo.* verum poſtremam vocem Langius & Lambinus ſuſtulerunt, quod perſpicuum ſit, eam ab aliquo adjectam eſſe. *Fr. Fabrit. Fortitudo* Langius delevit invitis omnibus libris, quem ſequitur Lambinus & Fabritius. Sed Pall. Guilielmi Pithæan. uterque meus, omnes Manutii, *fortitudo* retinet. nec videmus cauſ-
ſas

ſtatis ratione faciamus. Bellum autem ita ſuſcipiatur, ut nihil aliud niſi pax quaeſita videatur. Fortis vero & conſtantis eſt, non perturbari in rebus aſperis, nec tumultuantem de gradu dejici, ut dicitur; ſed praeſenti animo uti & conſilio, nec a ratione diſcedere: quamquam hoc animi, illud etiam ingenii magni eſt, praecipere cogitatione futura, & aliquanto ante conſtituere, quid accidere poſſit in utramque partem: &, quid agendum ſit, cum quid evenerit: nec

ſas juſtas iſtam vocem rejiciendi, ut oſtendit Aldus. *Græv.*

Bellum autem ita ſuſcipiatur, ut nihil aliud niſi pax quæſita videatur] Vide Grotium II de Iure Belli & Pacis capite 24. & libro III, capite ultimo.

Fortis vero animi & conſtantis eſt] Delenda vox, *animi*, & ſubintelligendum, *viri*, argumento eſt id, quod ſequitur non longe, ſed *præſenti animo uti*, ſeu *niti* &c. quod & ille indicat. *Lambin.* Quanquam omnes excuſi & MSS. codices habeant *fortis vero animi & conſtantis eſt*, tamen oratio ipſa convincit, vocem *animi* hoc loco ab inepto quodam explanatore aſſutam, & a librariis tandem in contextum relatam. Quis enim non fateatur abſurdiſſimam eſſe hanc orationem: *Fortis vero animi & conſtantis eſt præſenti animo uti?* Et quis non ergo ſaniorem & magis congruam hanc judicet: *Fortis vero & conſtantis (viri) eſt, præſenti animo uti?* Sic igitur omnino legendum: *Fortis vero & conſtantis eſt.* Suffrid. Petri. Hæc & forti viro tribuit Ariſtot. IV, Nicom. 3: ὁ μεγαλόψυχος περὶ πᾶσαν εὐτυχίαν καὶ ἀτυχίαν μετρίως ἕξει ὅπως ἂν γίνηται. καὶ οὔτ' εὐτυχῶν περιχαρὴς ἔσται, οὔτε ἀτυχῶν περίλυπος. *Vis magnanimus in omni ſecunda & adverſa fortuna, quicquid acciderit, in eo ſe moderatum præbebit: neque in rebus ſecundis lætitia efferetur, neque in adverſis mœrore ſuperabitur.* Rachel.

Præſenti animo uti & conſilio] Sic legitur in omnibus pene exemplaribus. Ioan. Rivius legit, *ſed præſentis animi niti conſilio.* Lang. *Sed præſenti animo uti, & conſilio*] Quidam legi volunt, *præſenti animo niti.* quod probo. nos in libris antiquis tamen reperimus, *uti.* Lamb. *Sed præſenti animo uti & conſilio*] Sic legi in omnibus fere exemplaribus Balduinus obſervavit. In uno manuſcripto eſt. *Sed præſentis animi uti conſilio*, quo modo Manutius edidit. *Niti*, certe placet. *Fr. Fabrit.* Firmant hanc lectionem, quam Balduinus fere in omnibus libris repetit, excerpta Pithæan. quatuor Guilielm. Palatin. uterque Grævian. & nihil ea certius.

Præcipere cogitatione futura] In vulgatis multis, *percipere*, mendoſe legitur. eſt enim præcipere προλαμβάνειν, antecapere: pro quo, *percipere*, *præripere*, & *præoccupare* imperiti cum in aliis ſcriptoribus multis, tum his Ciceronis locis, quæ in præſenti occurrunt, contra auctoritatem librorum veterum ſcripſerunt. Infra hoc libr. *Præcipere hoſtium conſilia*, nunc recte legitur, ubi in vulgatis eſt *præripere*: ſicut & epiſt. 16. lib. 5. ad famil. vulgo legunt, *Id nos præripere conſilio prudentiaque debemus*: cum, *præcipere*, ſit in Medicæo codice & aliis antiquis. præterea initio Philippicæ x. Faernus ex antiquiſſimo lib. Vaticano bene emendavit, *Quas enim ipſe mihi partis ſumpſeram, eas præcepit oratio tua.* ubi prius, *præoccupavit*, legebatur. ad hæc epiſt. 21. lib. 9. ad Att. ubi vulgo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

nec committere, ut aliquando dicendum ſit, non putaram. Haec ſunt opera magni animi & excelſi, & prudentia conſilioque fidentis. Temere autem in acie verſari, & manu cum hoſte confligere, immane quiddam & beluarum ſimile eſt. ſed cum tempus neceſſitaſque poſtulat, decertandum manu eſt, &
24 mors ſervituti turpitudinique anteponenda. De evertendis autem, diripiendiſque urbibus, valde conſiderandum eſt, ne quid temere, ne quid crudeliter. idque eſt viri magnanimi, rebus agitatis, punire ſontes, multitudinem conſervare, in omni fortuna recta atque

legitur, *Sed quid præripio?* Lambinus ex libris Memmianis, *præcipio*, edidit. *Fr. Fabrit.*

Non putaram] Demoſthenes Philip. I. Καὶ μὴν ἐκεῖνό γε αἰσχρὸν, ὕστερόν ποτ᾽ εἰπεῖν, συμβάντος τινὸς, τίς γὰρ ἂν ᾠήθη ταῦτα γενέσθαι, &c. Ad hæc verba Demoſthenis quin reſpexerit Cicero, mihi quidem dubium non eſt. *F. Vrſin.* Hinc Socrates monet προνοεῖν χρὴ, καὶ οὐ μετανοεῖν τὸν ἄνδρα τὸν σοφόν. *Viri ſapientis eſſe ante, non poſt factum ſapere.* H. Wolf.

Magni animi & excelſi] Nonius Marcellus legit *& excellentis.* Fr. Balduin.

Temere autem verſari in acie] Id quod fit, ſi vel nulla juſta cauſſa bellum ſuſcipitur, vel non ſatis gravi & neceſſaria. Vid. Grot. II de Iure Belli & Pacis cap. 24. *Rachel.*

Immane quiddam & belluarum ſimile] Seneca Natural. Quæſt. v. 28: *Hoc vero quid aliud quis dixerit quam inſaniam? circumferre pericula, & ruere in ignota, iratum ſine injuria occurrentia devaſtantem, ac ferarum more occidere, quem non oderis.*

Sed cum tempus eſt] Verbum, *eſt*, abeſt a noſtris manuſcriptis, & impreſſis multis, idque placet. *Fr. Fabrit.*

Mors ſervituti turpitudinique anteponenda] Hoc animo fuit Cato, qui mori, quam uni parere maluit. Sed aliud dictare rationem, quæ doceat, vitam eſſe fundamentum omnium bonorum temporalium, & æternorum occaſionem, ideoque pluris eſſe quam libertatem docet pulchre Grotius II de Iure Belli & Pacis c. 24.

De evertendis autem diripiendiſque urbibus] Quod ſit in his rebus officium & ducis, & jus belli docet Grot. II de Iure Belli & Pacis cap. 5.

Ne quid temere, ne quid crudeliter] Sic Palat. ſic tres Guilielm. Sic Græv. ejecta primum voce *illud*, deinde *fiat*, de quo poſtremo, temere libris invecto dudum queſtus fuit Ianus Parrhaſius in Quæſitis per epiſtolam.

Rebus agitatis punire ſontes] Libri vet. *Idque eſt viri, magnis rebus agitatis* &c. ſed mendoſe: neque interpretes locum intellexerunt. Vult enim Cicero, virum magnum non temere ad puniendum ruere, ſed expenſa demum & animo diligenter volutata cauſſa. nam hoc eſt agitare: a quo cogitare, quaſi coagitare, ut a coago, cogo. Saluſt. in Iugur. *Quæ cum præcepta parentis mei agitarem.* Et paullo poſt: *Nam callidus id modo feſtinabat, Bocchi pacem imminuere, ne mox agitando, aliud quam bellum mallet.* Sic Cicer. cap. 2. de Finibus, & alibi. *C. Lang.* Hoc eſt quod præcipit in oratione pro Cluentio c. 46, nimirum ita agendum eſſe *ut pœna ad paucos, metus ad omnes perveniat.* Vide de his accurate

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

atque honeſta retinere. Vt enim ſunt, quemadmodum ſupra dixi, qui urbanis rebus bellicas anteponant: ſic reperies multos, quibus periculoſa & calida conſilia quietis cogitationibus & ſplendidiora, & majora videantur. Numquam omnino periculi fuga committendum eſt, ut imbelles timidique videamur. ſed fugiendum etiam illud, ne offeramus nos periculis ſine cauſa: quo nihil poteſt eſſe ſtultius. Quapropter in adeundis periculis conſuetudo imitanda medicorum eſt, qui leviter aegrotantes leniter curant: gravioribus autem morbis periculoſas curationes, & ancipites adhibere coguntur. Quare in tranquillo tempeſtatem adverſam optare dementis eſt: ſubvenire autem tempeſtati quavis ratione ſapientis: eoque magis, ſi plus adipiſcare re explicata boni, quam addubitata mali. Periculoſae autem rerum

rate diſputantem Grotium II de Iure Belli & Pacis cap. 21, & III, cap. II.

Periculoſa & calida conſilia] *Calida conſilia*, extemporanea & temeraria, qualia mulierum & ſunt & appellantur. ita capit Terent. in Eunucho. ita *calidum mendacium*. Plaut. *calidam liberalitatem* Nepos in Attico dixit. Et *calidum & impatientem* ducem Annibalem vocat Eutropius. ita enim malo, quam *callidum* eo loco legere: quanquam fuit in eo cum hoc fervore animi, mirabilis prudentia & vere Punica calliditas conjuncta. eodem modo Græci *τὸ θερμὸν* accipiunt. Notandum hic quoque in omnibus exemplaribus ſic haberi, *Calida conſilia & quietis & cogitationis ſplendidiora & meliora videri.* C. Lang. *Calida conſilia*] Sic eſſe legendum, jampridem in Annotationibus in Terent. admonui. nam & in libris vetuſtis ita legitur, & Nonius Marcellus hujus loci teſtimonio docet, *calidum* ſignificare ferox & inconſultum. *Fr. Fabrit.*

Quo nihil poteſt eſſe ſtultius] Quales ſunt ii, apud Tacitum Hiſt. 2. c. 86. qui *non tam præmiis periculorum, quam ipſis periculis læti pro certis & olim partis nova, ambigua, ancipitia malunt.*

Qui leviter ægrotantes leniter curant] Sic Palat. Guilielm. Græv. & edd. Vict. Lang. aliique. Vulgo *leviter ægrotantes leviter curant.* inepte.

Si plus adipiſcare re explicata boni, quam addubitata mali] Credidi aliquando, *adducta* pro *addubitata* legi poſſe. q. d. re explicata, hoc eſt confecta quovis modo, quam adducta id eſt contracta & revocata in deliberationem, ut in utroque verbo eadem ſervetur Metaphora. quo modo & Livius utitur libr. XXIII. *Relaxata poſtero die per minorem trepidationem retinuerunt optimates:* id eſt dilata & in alteram conſultationem rejecta. Sed cum libri veteres nihil varient, nec ipſe immutare aliquid ſum auſus, maxime cum in primo de Divinat. ſic accipiat verbum, *addubitare.* Sane ut periculoſum eſt aureo hamo piſcari, ita palam damnoſum argenteo vomere

rerum actiones partim iis ſunt, qui eas ſuſcipiunt, partim reip. Itemque alii de vita, alii de gloria, & benivolentia civium in diſcrimen vocantur. Promtiores igitur debemus eſſe ad noſtra pericula, quam ad communia, dimicareque paratius de honore, & gloria, quam de ceteris commodis. Inventi autem multi ſunt, qui non modo pecuniam, ſed vitam etiam profundere pro patria parati eſſent: iidem gloriae jacturam ne minimam quidem facere vellent, ne rep. quidem poſtulante: ut Callicratidas, qui cum Lacedaemoniorum dux fuiſſet Peloponneſiaco bello, multaque feciſſet egregie, vertit ad extremum omnia, cum conſilio non paruit eorum, qui claſſem ab Arginuſſis removendam, nec cum Athenienſibus dimicandum putabant. Quibus ille reſpondit, Lacedaemonios, claſſe illa amiſſa, aliam parare poſſe: ſe fugere ſine ſuo dedecore non poſſe. Atque haec quidem Lacedaemoniis plaga mediocris: illa peſtifera, qua, cum Cleombrotus, invidiam timens, temere cum Epaminonda conflixiſſet. Lacedaemoniorum opes corruerunt. Quanto Qu. Maximus melius? de quo Ennius:

Vnus

re arare, ut Thucid. loquitur. hic eſt enim certum detrimentum. Sæpenumero longe inferius eſt, id quod bello quærimus, quam ipſa belli impenſa: mitto, quod Mars communis. Sapientis igitur eſt, ortam jam tempeſtatem, quavis ratione ſedare, vel conſilio repentino, ſi res exigit; vel maturo, ſi ſecus. dum tamen plus boni ſequatur ea ſedata, quam manente ſequeretur mali. *C. Lang.* *Quam addubitata*] Hoc verbum quibuſdam ſine cauſa eſt ſuſpectum. nam & librorum omnium auctoritate comprobatur, & *res addubitata rei explicatæ* bene opponitur. Sic quoque loquitur lib. I. de divinatione: *Tibi Ap. Claudius augur conſuli nuntiavit, addubitato ſalutis augurio, bellum domeſticum triſte ac turbulentum fore.* ubi *Addubitatum* augurium vocat, ὃ μὴ καθαρὸν ἐγενέτο, ut Dio lib. 37. de eodem loquitur. *Fr. Fabrit.* *Addubitata* eſt propter ſpem incerti exitus omiſſa. quod hic Cicero docet, præſtitit Alexander Magnus, cujus valetudo cum eſſet conclamata, & ſolus medicus Philippus, quem cavendum tanquam ſuſpectæ fidei, & corruptum a Dario, monuerat eodem tempore Parmenio, remedium ei offerret, *tutius eſt ratus dubiæ ſe fidei medico credere, quam indubitato morbo perire.* auctore Iuſtino XI, 9. De re ipſa pulchre multa præcipit Grotius II de Iure Belli & Pacis cap. 24, §. 5.

Ab Arginuſſis] Vide de hoc prœlio Diod. Sic. lib. XV.

Vnus

Vnus homo nobis cunctando reſtituit rem.
Non ponebat enim rumores ante ſalutem.
Ergo poſtque, magiſque viri nunc gloria claret.

Quod genus peccandi vitandum eſt etiam in rebus urbanis. Sunt enim qui quod ſentiunt, etſi optimum ſit, tamen invidiae metu non audent dicere. Omnino qui reipub. praefuturi ſunt, duo Platonis praecepta teneant: Vnum, ut utilitatem civium ſic tueantur, ut quaecunque agunt, ad eam referant, obliti commodorum ſuorum: alterum, ut totum corpus reip. curent: ne, dum partem aliquam tuentur, reliquas deſerant. Vt enim tutela, ſic procuratio reip. ad utilitatem eorum, qui commiſſi ſunt, non ad eorum, qui-

Vnus homo nobis] Omnes libri manuſcripti, quos ego viderim, habent *Vnus qui nobis &c.* F. Vrſin.

Non ponebat enim] Omnes vet. libri, *Non enim ponebat.* excepto Pariſienſ. qui, *Non hic ponebat.* C. Lang.

Vt, quicquid agunt, ad eam referant] Langius edidit, *Quæcunque agunt:* atque ita in tribus manuſcriptis noſtris legitur. *Fr. Fabrit.* Saluberrimum hoc Platonis eſt præceptum. Nam *imperium eſt cura ſalutis alienæ.* Senec. ep. 91. Hinc Imperator Hadrianus ſæpe dixit: *ita ſe rempublicam geſturum, ut ſciret rem populi eſſe non ſuam.*

Obliti commodorum ſuorum] Nam *privatæ res ſemper offecere, officientque publicis conſiliis.* Liv. 2, 30. Ideo Ariſtoteles VII Pol. 10: cenſet non adhibendum in conſilium, in quo deliberatur quomodo bellum ſit gerendum, qui agrum hoſtili ſolo proximum habet, tanquam qui privatæ rei & utilitatis cauſſa non poſſit ſuadere, quod ſit e republica.

Vt totum corpus reip. curent] *Nam fruſtra proceres princeps, plebe neglecta, ut defectum corpore caput, nutaturumque inſtabili pondere,* tuetur, ut pulchre Plinius Paneg. 27. Debet enim qui reip. præ eſt, *admittere in animum tantæ reip. curam, & totius populi fata ſuſcipere, & oblitum quodammodo ſui gentibus vivere; & in tam arduo humanarum rerum ſtare faſtigio, ex quo veluti terras omnes & maria deſpiciat, viciſſimque oculis & mente colluſtret, ubi ſit certa ſerenitas, ubi dubia tempeſtas, qui juſtitiam veſtram judices æmulentur, qui virtutis veſtræ gloriam duces ſervent; accipere innumerabiles undique nuncios, totidem mandata dimittere, de tot urbibus, & nationibus, & provinciis cogitare, noctes omnes dieſque perpeti ſollicitudine pro omnium ſalute tranſigere.* Mamertin. in Panegyrico. Hinc ſolenni principum ſacramento addiderat Trajanus: *ſi bene rempublicam & ex utilitate omnium rexero.* teſte Plinio. vide & quæ Tiberius promittat apud Sueton. Tib. cap. 29.

Vt enim tutela] Conſtituitur enim tutor in rem pupilli, & ut ejus ſerviat rationibus. Hinc in ſuam rem auctor fieri tutor prohibetur, *l. 1. pr. ff. de auct. & conſ. tut.* Neque lucrum facere ex tutela quiſquam debet, *l. 58. pr. ff. de adm. & peric. tut.* Neque in hoc adminiſtrantur tutelæ, ut mergantur pupilli, *l. 3. pr. ff. contr. tut. act.* Quæ aliæque ſimiles juris regulæ etiam religioſius in reip. adminiſtratione ſunt obſervandæ. *Rachel.*

Non ad eorum, quibus commiſſa eſt]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

quibus commiſſa eſt, gerenda eſt. Qui autem parti civium conſulunt, partem negligunt, rem pernicioſiſſimam in civitatem inducunt, ſeditionem atque diſcordiam: ex quo evenit, ut alii populares, alii ſtudioſi optimi cujuſque videantur, pauci univerſorum. Hinc apud Athenienſes magnae diſcordiae: in noſtra rep. non ſolum ſeditiones, ſed peſtifera etiam bella civilia: quae gravis, & fortis civis, & in repub. dignus principatu fugiet, atque oderit: tradetque ſe totum reipub. neque opes, aut potentiam conſectabitur, totamque eam ſic tuebitur, ut omnibus conſulat. Nec vero criminibus falſis in odium aut invidiam quemquam vocabit: omninoque ita juſtitiae, honeſtatique adhaereſcet, ut, dum ea conſervet, quamvis graviter offendat, mortemque oppetat potius, quam deſerat illa, quae dixi. Miſerrima eſt omnino ambitio, honorumque contentio: de qua praeclare apud eundem eſt Platonem: Similiter facere eos, qui inter ſe contenderent, uter potius remp. admi-

Libri veteres fere omnes ſic habent, ut edidi, non, *quibus commiſſi*, ut vulgo legitur. *Lambin.*

Tradetque ſe totum reipublicæ] Non partim ſerviet ſibi, partim reipublicæ, ſed totus reipublicæ ſerviet, aut ſaltem nunquam ſibi cum detrimento reipublicæ.

Quamvis graviter offendat] Sic Langius quoque & Victorius legunt. quod Maturantius exponit, ut quicunque ſit ille, quem offendit, non vereatur ejus inimicitias ſubire. in noſtris manuſcriptis legitur, *Quamvis graviter offendat, mortem oppetat*, id eſt, etiam ſi in gravem offenſionem incurrat, magnamque jacturam faciat. *Fr. Fabrit.*

Miſerrima eſt omnino ambitio] Miſerrimam eſſe ambitionem ex eo intelligi poteſt, quod, quæ duæ res in vita plurimum habent ſuavitatis, & ſapientiſſimo cuique in prima commendatione ſemper fuerunt, iis utriſque ambitio ſpoliat ſuos, libertate, & tranquillitate animi. Vid. de utroque ſuperius ad cap. 20. *Muret.*

Similiter facere eos, qui inter ſe contendant] Plato VI de Rep. comparatione quadam utentem Socratem facit, qua doceat, cur veri philoſophi, cum ad regendas civitates omnium aptiſſimi ſint, aut ſoli potius apti, vulgo tamen ad id munus obeundum uni ex omnibus minime apti videantur. Ait autem id ex eo evenire, quod in civitatibus, ut quiſque quo jure, quaque injuria deturbare alios ab honoribus & imperiis, eaque ipſe arripere atque occupare maxime poteſt, ita maxime navus & induſtrius, & ad res gerendas idoneus haberi ſolet; cum veri philoſophi, qui ab omni ambitione ſunt remotiſſimi, quia nihil unquam tale conantur, ſed in ſtudiis cognitionis & ſcientiæ acquieſcunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

adminiſtraret, ut ſi nautae certarent, quis êorum potiſſimum gubernaret. Idemque praecepit, ut eos adverſarios exiſtimemus, qui arma contra ferant: non eos, qui ſuo judicio tueri rempub. velint: qualis fuit inter P. Africanum, & Qu. Metellum ſine acerbitate diſſenſio. Nec vero audiendi, qui graviter iraſcendum inimicis putabunt, idque magnanimi & fortis viri eſſe cenſebunt. Nihil enim laudabilius, nihil magno & praeclaro viro dignius placabilitate, atque

ſcunt, ignavi & deſides, & ab adminiſtratione reipublicæ alieni exiſtimentur. Idem autem eventurum ait homini gubernandæ navis perito, & intelligenti, ſi ea verſetur in navi, in qua vectores ita inſaniant, ut inter ſe contendant, quis potiſſimum gubernare debeat, & ut quiſque depellere alios a gubernaculis, eaque ipſe occupare potuerit, ita eum plurimi faciant, eique navis gubernandæ curam optime committi putent. *Muretus.* *Similiter facere eos*] Sic Tuſcul. 4. *Similiter facit, ut ſi poſſe putet eum, qui ſe e Leucade præcipitaverit, ſuſtinere ſe, cum velit*, & lib. 2 de finibus. *Similiter ut ſi dicat, non reprehendendos parricidas.* quod ideo annoto, ne quis cum Eraſmo hoc genus loquendi novum & inuſitatum eſſe arbitretur. *Fr. Fabrit.*

Qui ſuo judicio tueri rempub. velint] Longe aliud eſt judicio & ſententia, aliud voluntate atque animo diſſidere. Nam etiam in ſententiarum diſſimilitudine ac diſcrepantia, animorum tamen conjunctio ſervari poteſt: neque unquam boni viri quenquam quod a ſe diſſentiret, propterea in inimici loco habendum exiſtimarunt. Evertendam Carthaginem Cato, conſervandam Scipio Naſica cenſebat. Num igitur eos inimico inter ſe fuiſſe animo credimus? Stultorum & imperitorum iſta conſuetudo eſt: qui, quoniam, ut ait Comicus, nil quod ipſi faciunt, nihil recte fieri putant, idcirco a ſe niſi leviſſimis quidem in rebus diſſentientes ferunt. *Idem.*

Qualis fuit inter P. Africanum & Qu. Metellum] Africanum minorem dicit, & Q. Metellum Macedonicum, ſummos viros, de quorum diſſenſione ita in Lælio: *Ab amicitia Q. Pompeji meo nomine ſe removerat, ut ſcitis, Scipio: propter diſſenſionem autem, quæ erat in republica alienatus eſt a collega noſtro Metello. Vtrumque egit graviter auctoritate & offenſione non acerba.* Vide & Valer. IV, I. & Plin. VII, 44. *Idem.*

Neque vero audiendi qui graviter iraſcendum inimicis putant] Multi in ea ſunt ſententia, & fuerunt, ut putarent fortitudinis & magni atque elati animi comitem eſſe iracundiam, quod ſentire videtur & Plato 2 Polit. ubi ait vix poſſe quenquam ἀνδρεῖον εἶναι, quin idem ſit θυμοειδὴς, χαλεπὸς, ἄγριος. Sed hoc dictum Platonis reprehendit Ariſtot. VIII Polit. οὔτε γὰρ, inquit, ἐν τοῖς ἄλλοις ζώοις, οὔτ' ἐπὶ τῶν ἐθνῶν ὁρῶ μὲν τὴν ἀνδρείαν ἀκολουθοῦσαν τοῖς ἀγριωτάτοις, ἀλλὰ μᾶλλον τοῖς ἡμερωτέροις καὶ λεοντώδεσιν ἤθεσιν. Ipſemet tamen lib. I Rhetor. cupiditatem ulciſcendi, quæ eadem eſt & ira, viris fortibus ait attributam. Sed Cicero, quod verius eſt, negat viri fortis & magnanimi eſſe graviter inimico iraſci: contraque nihil eſſe hujuſmodi virorum tam proprium, quam placabilitatem & clementiam. Quod Ariſtoteles probat lib. IV Ethicor. ubi magnanimum negat eſſe μνησίκακον. *Idem.*

Nihil magno & præclaro viro dignius placabilitate & clementia] Vide Grot. II de Iure Belli & Pacis c. 20. §. 3.

Exer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

atque clementia. In liberis vero populis, & in juris aequabilitate exercenda etiam eſt facilitas, & altitudo animi, quae dicitur: ne, ſi iraſcamur aut intempeſtive accedentibus, aut impudenter rogantibus, in moroſitatem inutilem & odioſam incidamus. Et tamen

Exercenda etiam eſt facilitas] Qui liberos populos regunt, jurique dicendo præſunt, perpetuo cogitare debent, ſe in illo honoris, ac dignitatis gradu conſtitutos eſſe, ut omnium querelas patienter audiant, ut omnium jura cognoſcant, ut lites dijudicent, ac componant, ut ſuum cuique tribuant. Itaque faciles omnibus aditus ad eos eſſe debent: neque ulla eſſe occupatio tanta, quæ eos impediat ab iis qui querelas ſuas ad eos perferre volunt audiendis. Qua de re ita Cic. in oratione pro Murena. *Sapiens prætor offenſionem vitat æquabilitate decernendi, benevolentiam adjungit lenitate audiendi.* Et in epiſt. ad Q. Fratrem. *Adjungenda etiam eſt facilitas in audiendo, lenitas in decernendo, in ſatisfaciendo ac diſputando diligentia.* Et alibi in eadem epiſtola admonet eum, ut ſe facilem in rebus cognoſcendis, in hominibus audiendis admittendiſque præbeat. Scitum eſt quod de Philippo, Alexandri magni patre, traditur, a quo cum peteret anicula quædam, ut cauſſam quandam ſuam cognoſceret: negaſſetque ille ſibi vacare: *Ne vacet igitur*, inquit illa, *regnare, ſi non vacat audire.* Et ſi autem qui ad eos adeunt, tempus ad eam rem oportunum captare debent, ſi quis tamen aut ruſticitate, aut cogente neceſſitate, aut caſu aliquo, parum in tempore ad eos venerit, non eſt iracunde ac ſuperbe rejiciendus, ac repellendus: ſed aut audiendus ſic quoque, ſi fieri poteſt: aut certe placide ac leniter commonefaciendus, ut tempus aliud commodius capiat: eſſe alios quoque, quibus conſulendum ſit: & æquum eſſe ipſis quoque rectoribus aliquam diei partem ad curanda corpora, & ad animi quietem, relaxationemque concedi. Eademque comitas adhibenda eſt adverſus eos quoque, qui quædam interdum parum prudenter rogant: ut non aſpere cum eis agamus, neque eos acerbe, ac contumelioſe repellamus: ſed efficiamus, ut ipſi intelligant, planeque videant inverecundam eſſe petitionem ſuam, neque ſibi nos, ſalva ratione officii, obſequi poſſe. Valde amicus erat Themiſtocli poeta Simonides. Cum igitur in magiſtratu eſſet Themiſtocles, & Simonides fretus ea, quæ ſibi cum illo erat, familiaritate, injuſtum quiddam ab eo peteret: *Neque tu*, inquit Themiſtocles, *bonus poeta fueris, neque ego bonus prætor, ſi utervis noſtrum quidquam adverſus leges fecerit.* Hoc Græce aliquanto dicitur ſuavius; quod ejus gentis lingua, & leges, quibus civitas temperatur, & quædam poetarum cantilenæ, eodem nomine vocantur. Sed ille neque objurgavit Simonidem, neque iracunde eum a ſe repulit: ſed eo eſt genere orationis uſus, ut cum ei, quod petebat negaret, æquum tamen eum a ſe placatumque dimitteret. Quæ exempla qui ſequentur, & dignitatem retinebunt, & vitabunt eam, quam Cicero *inutilem & odioſam* eſſe ait, *moroſitatem.* Muret.

Altitudo animi] Altitudo animi non eſt hoc loco excelſitas, vel elatio. ſed *βαθύτης*, ut cum *altitudinem* puteorum dicimus, qua præditum hominem *κρυψίνουν* Græci vocant, qui non ſtatim detegit omnes animi motus, neque eos in promptu habet, ſed abdit ac tegit cum opus eſt: qualem eſſe Pompejum ipſe alicubi dicit in epiſtolis ad Atticum: & qualem Tiberium Auguſtum fuiſſe hiſtoriæ loquuntur. *Idem.*

Aut impudenter rogantibus] Langius cum vulgatis quibuſdam editionibus legit, *imprudenter.* Victorius, Manutius

men ita probanda eſt manſuetudo, atque clementia, ut adhibeatur reip. cauſa ſeveritas, ſine qua adminiſtrari civitas non poteſt. Omnis autem & animadverſio & caſtigatio contumelia vacare debet: neque ad ejus, qui punitur aliquem, aut verbis caſtigat, ſed ad reipub. utilitatem referri. Cavendum eſt etiam, ne major poena, quam culpa ſit: &

tius & Lambinus, *impudenter*, ediderunt, atque ita eſt in manuſcriptis. *Fr. Fabrit.*

Ita probanda eſt manſuetudo atque clementia, ut adhibeatur reip. ſeveritas] Vt moroſitas odium, ita nimia facilitas contemtum parit. utraque igitur vitanda iis, qui cum imperio ſunt: & adhibenda moderata ſeveritas, quæ ſi abſit, omnis magiſtratus auctoritas obſoleſcit, quæ certiſſima peſtis eſt civitatum. Quoniam enim magiſtratus legum cuſtodes ſunt, aut ipſi potius vivæ ac ſpirantes leges, cum magiſtratus contemnuntur, perinde eſt ac ſi leges contemnerentur. Videndum igitur ut & ab odio ſeveritatem comitas vindicet, & a contemtu ſeveritas comitatem. *Muretus.* Talis fuit Atticus, de quo C. Nep. in ejus vita c. 15: *Ejus comitas non ſine ſeveritate erat, neque gravitas ſine facilitate: ut difficile eſſet intellectu, utrum eum amici magis vererentur, an amarent.* Et Agricola de quo Tacitus in ejus vita cap. 9: *Triſtitiam, & arrogantiam & ſeveritatem exuerat: nec illi, quod eſt rariſſimum, aut facilitas auctoritatem, aut ſeveritas amorem deminuit.* Difficile admodum eſſe hoc virtutum temperamentum Tullius oſtendit 3 de legibus, ubi id prædicat in Attico: *Quid elegantia tua dignius? cujus vita & oratio conſecuta mihi videtur difficillimam illam ſocietatem gravitatis & humanitatis.* Vide & Chryſippum apud Gell. XIV, 4.

Omnis autem animadverſio & caſtigatio contumelia vacare debet] Qui in caſtigando contumelioſus eſt, oſtendit ſe libidine potius & iracundia, quam juſtitiæ ſtudio duci. Vide Gellium lib. VI, 14. *Muretus.* Nam, ut Claudianus ait, *qui fruitur pœna ferus eſt, legumque videtur vindictam præſtare ſibi.* Rachel.

Neque ad ejus, qui punit aliquem] Ex Nonio, *punitur*, repoſui: quo modo etiam habent libri manu exarati. Tuſcul. I. *Cum multi inimicos etiam mortuos pœniuntur.* Et Philip. VIII. *Clariſſimorum hominum crudeliſſimam pœniretur necem.* Sic *vetari*, *quæri*; pro *vetare*, *quærere* dixit Cicero de legibus. *Car. Lang.* *Qui punitur aliquem*] *Punitur aliquem*, pro punit, Ciceronem hic dixiſſe, non ſolum Nonius, ſed & Servius in XI. Æneidos obſervavit. Sic Ciceronem Tuſc. I. *pœniuntur*, pro puniunt, in Miloniana, *pœnitus es*, pro puniviſti, dixiſſe in Annot. in Tuſcul. admonuimus. Philippica quoque octava ex libris antiquis jam recte legitur, *Vt clariſſimorum hominum crudeliſſimam puniretur necem.* Fr. Fabrit.

Ad reip. utilitatem referri] Vide Grot. II de Iure Belli & Pacis cap. 20. §. 4, 9, & 36. Ideo talis vindictæ ratio παράδειγμα a Græcis nominatur, cum punitio propter exemplum eſt neceſſaria, ut ceteri a ſimilibus peccatis, quæ prohiberi publicitus intereſt, metu cognitæ pœnæ deterreantur. Idcirco veteres quoque noſtri *exempla* pro maximis graviſſimiſque pœnis dicebant. *Muret.*

Ne major pœna, quam culpa ſit] Contra enim, legum interpretatione, ut ajunt Iurisconſulti, molliendæ ſunt pœnæ potius, quam exaſperandæ. *Muret.* Vide Grot. II de Iure Belli & Pacis c. 20. §. 28 & ſeq. & Ariſtot. X Nicom. ult.

Ne

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

& ne iiſdem de cauſis alii plectantur, alii ne appellentur quidem. Prohibenda autem maxime eſt ira in puniendo. numquam enim, iratus qui accedet ad poenam, mediocritatem illam tenebit, quae eſt inter nimium & parum; quae placet Peripateticis: & recte placet, modo

Ne iiſdem de cauſſis alii plectantur, alii ne appellentur quidem] Leges enim omnibus æquæ eſſe debent, neque quidquam indignius, quam eadem flagitia in aliis diſſimulari, in aliis vindicari. *Muretus.* Hoc eſt quod poeta reprehendit cum ait, *dat veniam corvis, vexat cenſura columbas.*

Prohibenda autem maxime eſt in puniendo] Cupiditas modum non novit. & quæcunque cupide facimus, immodici in eis, atque immoderati ſumus, eſt autem *ira*, ut in ſecundo de anima traditur, *cupiditas ultionis* Quare quicunque ad repoſcendam pœnam iratus accedit, modum tenere non poteſt. Eſt igitur magni & ſapientis viri, aut omnino non iraſci, aut, quod fortaſſe majus eſt, iram vincere ac cohibere, neque quidquam ulciſcendi cauſſa facere, donec ille iræ tumor reſederit, impetus conſtiterit, ardor refrixerit. Ἅπανθ' ὅς ὀργιζόμενος ἄνθρωπος ποιεῖ, ταῦθ' ὕστερον λάβοις ἂν ἡμαρτημένα, ait Menander. Itaque laudatur Plato, qui ſervo cuidam ſuo iratus, *Tu vero*, inquit, *gratias diis agito, quod ego iratus ſim, pœnas enim a te exigerem, niſi iratus eſſem.* & Xenocrati, qui tum præſens aderat, *quæſo*, inquit, *tu hunc verberato, me enim; cum iratus ſim, id facere non decet.* Eadem fere narrantur de Archita Tarentino, qui, ut eſt apud Ciceronem 4. Tuſcul. cum villico factus eſſet iratior, *Quomodo te*, inquit, *accepiſſem, niſi iratus eſſem.* Sed & de Platone ipſo ejuſdem generis alia. Quod ſervo iratus, ſublata manu, quaſi eum percuſſurus, diu eodem in ſtatu conſtiterit, cumque rogaretur, cur id faceret: *A me ipſo*, inquit, *exigo iracundiæ meæ pœnas.* & quod adoleſcens quidam, qui diu apud eum vixerat, cum domum rediiſſet, vidiſſetque aliquando iratum matri patrem: *apud Platonem*, inquit, *nihil unquam tale vidi.* Dandam autem iræ moram dum relangueſcat, neque præcipitandum, quod illa ſuaſerit, eleganter docuit Athenodorus Stoicus, qui Octaviani Auguſti temporibus fuit. Cum enim Auguſtum facile ac celeriter iraſci videret, monuit eum, ut quoties iraſceretur, antequam quidquam imperaret, recitaret Græcarum litterarum nomina: illo quamvis exiguo temporis intervallo judicans fore, ut iræ impetus, vel frangeretur vel certe remitteretur. Sextus Aurelius Victor in Theodoſio. Sapientiſſime itaque decrevit ſenatus temporibus Tiberii, ne de iis, qui capitis damnati eſſent, ſupplicium ante decimum diem ſumeretur. Cujus ſenatus conſulti meminit Tacitus lib. 3. Dio lib. 47. Suetonius in Tiberio. Seneca in lib. de Tranquillitate vitæ. Sidonius Apollinarius lib. II, epiſt. 7. Quod temporis ſpatium optimus Imperator Theodoſius ad triginta dies prorogavit: cum ob ingentem quandam ſtragem ipſius juſſu Theſſalonicæ factam a ſanctiſſimo & fortiſſimo Epiſcopo Ambroſio Eccleſiæ foribus excluſus, neque niſi poſt actam, ex veteri Eccleſiaſtica conſuetudine, publicam pœnitentiam, ad ſacrorum myſteriorum communionem admiſſus eſſet. Hiſtoria eſt apud Theodoretum lib. V, cap. 17. & Sozomenum lib. VII, cap. 24. & exſtat ipſa Theodoſii conſtitutio. l. *ſi vindicari* C. de pœnis. *Muret.*

Inter nimium & parum] Hinc diſcamus, quomodo Latine exprimi poſſit, quod Ariſtoteles ait τὸ πλέον καὶ τὸ ἔλαττον. *Idem.*

Et recte placet] Mediocria enim & moderata omnia, ut corpori, ſic etiam animo proſunt, immoderata utrumque

modo ne laudarent iracundiam, & dicerent utiliter a natura datam. Illa vero omnibus in rebus repudianda eſt: optandumque ut ii, qui praeſunt reip. legum ſimiles ſint, quae ad puniendum non iracundia, ſed aequitate ducuntur.

Atque etiam in rebus proſperis, & ad voluntatem 26
noſtram fluentibus, ſuperbiam, faſtidium, arrogantiam-

que corrumpunt. & ideo tantopere laudatum eſt a veteribus τὸ μηδὲν ἄγαν, & illud Heſiodeum μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον. a quo non abludit illud Horatianum:

Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines,
Quos ultra citraque nequit conſiſtere rectum.

Videndus Ariſtoteles lib. II Ethic. *Idem.*

Modo ne laudarent iracundiam] Reprehendit Peripateticos, quod iracundiam laudent, & a natura utiliter datam dicant. in quo conſiderandum primum quid ſit *iracundia* & quomodo ab ira differat. dein verum ne ſit iracundiam a Peripateticis laudari, & tandem quid inter Peripateticos & Stoicos hac in re non conveniat, & num merito Peripatetici a Stoicis reprehendantur. Seneca igitur lib. I de ira cap. 4. ait inter *iram* & *iracundiam* idem intereſſe, quod inter *ebrium* & *ebrioſum*, inter *timentem* & *timidum*. Iratus poteſt eſſe non iracundus. Iracundus poteſt aliquando iratus non eſſe. Ira igitur eſt ὀργὴ, iracundia ὀργιλότης. Hæc etiam Claudius Cæſar diſtinxit edicto, de quo Suet. *Iræ atque iracundiæ conſcius ſibi, utrumque excuſavit edicto, diſtinxitque, pollicitus alteram quidem brevem, & innoxiam, alteram non injuſtam fore.* Iracundiam tamen Latini interdum pro *ira* dicunt. Plautus Aſinar. *Non hercle te prævideram. quæſo ne vitio vertas. Ita iracundia obſtitit oculis.* & Terent. *Vix ſum compos animi, ita ardeo iracundia.* Peripateticos iracundiam laudaſſe nuſquam reperimus. Sane Ariſtot. II Eth. prolixus eſt in iracundia ὀργιλότητι reprehenda ut vitioſa. Hoc tamen eis Cicero ſæpe objicit, ut hic & IV Tuſcul. c. 19. ſed hæc ex aliorum Peripateticorum commentariis Cicero, ut videtur, hauſerat. Et tamen vituperant Peripatetici ἀοργησίαν, & Ariſtoteles ipſe ait τὸν θυμὸν τῇ ἀνδρείᾳ συνεργεῖν. Neque aliter Plato, qui & II Polit. ait omnem ἀνδρεῖον εἶναι θυμοειδῆ & V de legibus θυμοειδῆ μὲν χρὴ, inquit, πάντα ἄνδρα εἶναι, & Græci proverbio ajunt, qui iraſci neſciat, eum mente etiam carere. Stoici autem iram damnant. Sed tamen de vocibus tantum videntur litigare Peripatetici & Stoici. Nam ſi ira ſemper eſt πάθος ἄλογον: ſin poteſt ratione dirigi, & eſt interdum ὁρμή τις ἐγείρουσα τὴν ψυχὴν πρὸς τὴν ἀνδρείαν, merito commendari poteſt, neque eradicanda, ſed moderanda eſt. Itaque Horatius cum dixit, *ira furor brevis eſt*, addit, *qui non moderabitur iræ*, &c. non dicit, qui non extinguit, ſed qui non moderabitur iræ. *Idem.*

Legum ſimiles ſint] Hinc hauſit Seneca qui lib. I, de ira cap. 16: *Procedam in tribunal, non furens, nec infeſtus, ſed vultu legis*, quæ ſcilicet non excandeſcit, ſed omnibus eſt æqualis. Immerito hunc locum vexant nonnulli. Calliſtratus lib. I de cognitionibus in Pandecte de officio Præſidis: *In cognoſcendo neque excandeſcere adverſus eos, quos malos putat, neque precibus calamitoſorum inlacrymari oportet. id enim non eſt conſtantis & recti judicis, cujus animi motum vultus detegit.*

Superbiam, faſtidium, arrogantiam magnopere fugiamus] Hinc Horatii præceptum lib. 2, car. 3:

Æquam memento rebus in arduis

Ser-

tiamque magno opere fugiamus. nam ut adverſas res, ſic ſecundas immoderate ferre, levitatis eſt: praeclaraque eſt aequabilitas in omni vita, & idem ſemper vultus, eademque frons, ut de Socrate, item de C. Laelio accepimus. Philippum quidem Macedonum regem, rebus geſtis, & gloria ſuperatum a filio: facilitate & humanitate video ſuperiorem fuiſſe. Itaque alter ſemper magnus, alter ſaepe turpiſſimus fuit: ut recte praecipere videantur, qui monent, ut quanto ſuperiores ſumus, tanto nos geramus ſummiſſius.

Servare mentem, non ſecus in bonis
Ab inſolenti temperatam
Lætitia, moriture Delli.

Et eodem lib. carm. 10:

Rebus anguſtis animoſus atque
Fortis appare. ſapienter idem
Contrahes vento nimium ſecundo
Turgida vela.

Nam, ut idem alibi ait,

Quem res plus nimio delectavere ſecundæ
Adverſæ quatient.

Difficilius feruntur ſecundæ, quam adverſæ res. Gobryas apud Xenophontem lib. 8 Pædias: Δοκεῖ δέ μοι ὦ Κῦρε χαλεπώτερον εἶναι εὑρεῖν ἄνδρα τἀγαθὰ καλῶς φέροντα, ἢ τὰ κακά. τὰ μὲν γὰρ ὕβριν τοῖς πολλοῖς, τὰ δὲ σωφροσύνην τοῖς πᾶσιν ἐμποιεῖ. Cato in oratione pro Rhodienſibus apud Gellium: *Adverſæ res ſe domant & docent quid opus ſit facto. Secundæ res lætitia tranſverſum tradere ſolent a recte conſulendo, atque intelligendo.* Pindarus ait Tantalum non potuiſſe καταπέψαι τὸν μέγαν ὄλβον. Et Publius Syrus mimus: *Fortuna nimium quos fovet ſtultos facit.* Hinc Ariſtot. lib. IV Eth. ἀνδρὸς γὰρ ἀρετῆς οὐ ῥᾴδιον φέρειν ἐμμελῶς εὐτυχήματα. Vide & Ariſt. VII Polit. 15. Plutarchus de diſcrimine adulatoris & amici ὀλίγοι γάρ εἰσιν οἷς μετὰ τοῦ εὐτυχεῖν παραγίνεται τὸ φρονεῖν. Homerus τίκτει τοι κόρος ὕβριν ὅταν κακῷ ὄλβος ἕποιτο. Muretus. *Nunquam ſolido ſtetit ſuperba felicitas: & ingentium imperiorum magna faſtigia oblivione fragilitatis humanæ collapſa ſunt*, inquit Senec. Suaſor. 2. *Rachel.*

Magnopere fugiamus] Langius edidit, *magno opere*, atque ita in optimo exemplari noſtro hic legitur, ſicut & ſupra. *In quo tanto opere apud noſtros juſtitia culta eſt.* Sic quoque in Mediceo libro Epiſtol. ad famil. & aliis antiquis, *magno opere, maximo opere, tanto opere, quanto opere, ſummo opere*, multis locis invenitur. *Fr. Fabrit.*

Eademque frons ut de Socrate] Hæc de Socrate Xantippe prædicat III Tuſcul. 15. vide & Senec. ep. 104. Laert. in ejus vita. *Muret.*

Facilitate & humanitate video ſuperiorem fuiſſe] Iuſt. IX, 8: *Iram pater* (Philippus) *diſſimulare, plerumque etiam vincere: hic ubi exarſiſſet, nec dilatio ultionis, nec modus erat.* mox: *regnare ille cum amicis volebat, hic in amicos regna exercebat.*

Alter ſemper turpis] Maxime propter arrogantiam, quod Clytum patrem ei æquantem occiderit, & Calliſthenem, quod eum adorare nollet, truncatis omnibus membris, abſciſſis auribus, naſo, labris, incluſum cavea circumferret. vide Iuſtin. XII, 6. & XV, 3.

Quanto ſuperiores ſumus, tanto nos geramus ſubmiſſius] Nam ut Symmachus ait lib. IX, ep. 86: *Ille vero incrementis ſuis major eſt, quem ſublimitatis*

part

miſſius. Panaetius quidem Africanum auditorem, & familiarem ſuum ſolitum ait dicere, ut equos propter crebras contentiones proeliorum ferocitate exſultantes domitoribus tradere ſoleant, ut his facilioribus poſſint uti: ſic homines ſecundis rebus effrenatos, ſibique praefidentes, tamquam in gyrum rationis & doctrinae duci oportere, ut perſpicerent rerum humanarum imbecillitatem, varietatemque fortunae. Atque etiam in ſecundiſſimis rebus maxime eſt utendum conſilio amicorum, hiſque major etiam, quam ante, tribuenda auctoritas. iiſdemque temporibus cavendum eſt, ne aſſentatoribus patefaciamus aures, nec adulari nos ſinamus: in quo falli facile eſt. Ta-

parti honoris inclinat. Rachel. Verum enim eſt, quod pulchre Phædrus III, 16:

Humanitati qui ſe non accommodat,
Plerumque pœnas oppetit ſuperbiæ.

Itaque: *Quo plura poſſis, plura patienter feras*, ſecundum Senecam Troad.

Etiam in ſecundiſſimis rebus maxime eſt utendum conſilio amicorum] Minus enim nobis in iis cavemus, & res ſecundæ animos vaniſſimis opinionibus inflant. *Cum omnia*, inquit Seneca, *quæ exceſſere modum noceant, periculoſiſſima felicitatis intemperantia eſt. Movet cerebrum, in vanas mentem imagines vocat, multum inter falſum verum mediæ caliginis fundit.* Hæc caligo amicorum certorum conſilio eſt diſcutienda. Sed hi amici certi in rebus ſecundis, æque ac in adverſis, valde rari ſunt. *Monſtrabo tibi*, inquit Sen. VI de benef. cap. 30. *cujus rei inopia laborent magna faſtigia, quid omnia poſſidentibus deſit: ſcilicet ille qui verum dicat, & hominem inter mentientes ſtupentem, ipſaque conſuetudine pro rectis blanda audiendi, ad ignorantiam veri perductum vindicet a conſenſu concentuque falſorum.* Vide plura ibi. *Sed miſer eſt imperator apud quem vera reticentur*, ut Capitolin. in Gordian. 25.

Ne aſſentationibus patefaciamus aures] Nam, ut recte Diphilus apud Athen. lib. VI,

Ὁ κόλαξ στρατηγὸν καὶ δυνάστας καὶ φίλους
Καὶ τὰς πόλεις ἀνατρέπει,
Λόγῳ κακούργῳ μικρὸν ἡδύνας χρόνον.

Aſſentator imperatorem, dynaſtas, & amicos
Ac denique civitates evertit:
Sermone damnoſo brevi tempore oblectans.

Characterem aſſentatoris vide apud Theophraſtum. vide & Plutarchi librum de diſcrimine adulatoris & amici.

Nec adulari nos ſinamus] Vel *adulari* patiendi hic ſignificationem habet, vel legendum, *adulari nobis ſinamus.* mendoſe porro operæ hic fecerunt olim, *non*, pro *nos.* Lambin. *Ne aſſentatoribus*] In uno manuſcripto, & Nonii libris eſt, *Ne aſſentationibus.* Eadem varietas eſt in Lælio, ubi in ſcriptis quibuſdam libris invenio: *ſemper auget aſſentator id, quod is* &c. Verba quæ ſequuntur apud Nonium ita referuntur, *Neve adulari nos ſinamus.* quare nihil in hoc genere contra librorum veterum auctoritatem eſt immutandum. *Fr. Fabrit.* Lucret. lib. V:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Tales enim nos eſſe putamus, ut jure laudemur. ex quo naſcuntur innumerabilia peccata, cum homines inflati opinionibus turpiter irridentur, & in maximis verſantur erroribus. Sed haec quidem hactenus. Illud autem ſic eſt judicandum, maximas geri res, & maximi animi ab iis, qui reſp. regant, quod earum adminiſtratio latiſſime pateat, ad plurimoſque pertineat. Eſſe autem magni animi, & fuiſſe multos etiam in vita otioſa, qui aut inveſtigarent, aut conarentur magna quaedam, ſeſeque ſuarum rerum finibus continerent: aut interjecti inter philoſophos, & eos, qui remp. adminiſtrarent, delectarentur re ſua familiari, non eam quidem omni ratione exaggerantes, neque excludentes ab ejus uſu ſuos: potiuſque & amicis impartientes, & reip. ſi quando uſus eſſet. quae primum bene parata ſit, nullo neque turpi quaeſtu, neque odioſo: tum quam plurimis, modo dignis, ſe utilem praebeat: deinde augeatur ratio-

Longe alio pacto gannitu vocis adulant.

Accius Prometh.

Sublime advolans
Pennata cauda noſtrum adulat ſanguinem.

Tales enim nos eſſe putamus, ut jure laudemur] Vide Senec. præfat. lib. IV Natur. Quæſt. & Athen. VI Dipnoſoph.

Aut conarentur magna] Etſi illa non aſſequerentur. *Nam in magnis voluiſſe ſat eſt.*

Se ſeque ſuarum rerum finibus continerent] Qui contenti eſſent ſua fortuna & ſorte, dignitates, & honores non captarent.

Potiuſque & amicis impartientes] His & præcedentibus verbis deſcripſit quaſi Pomponium Atticum, vide vitam ejus apud C. Nepotem. Qui privatus in magna dignatione fuit apud omnes, & pecuniam impertiebat liberaliter, ſi quando uſus eſſet amicis, cetera diligens pater familias, cum in quærenda, tum in tuenda re familiari.

Nullo neque turpi quæſtu, nec odioſo] Ariſtoteles I Polit. duplicem conſtituit quæſtum, naturalem, & non naturalem, ſeu qui naturæ adverſetur. Quærendi rationem naturalem vocat οἰκονομικὴν, quæ e fructibus terræ & animalibus ad victum neceſſaria ſibi comparat, alteram nominat μεταβλητικὴν & καπηλικὴν quæ in mutandis mercibus verſatur, aut mercedibus ex manuum opificio captandis conſiſtit, quam non ſecundam naturam eſſe, eoque vituperandam, & rejiciendam, ut minime nimirum neceſſariam. Sed hanc ſententiam Ariſtotelis multis refellit docte Salmaſius de uſuris cap. XI, XII, & ſequentibus. Gentilium Philoſophi uſuram ἐπονείδιστον & μισητὸν χρηματισμὸν, *inviſum & inhoneſtum quæſtum* vocant, nimirum quæ eſt contra leges, quæ modo caret, & finem

ione, diligentia, parſimonia: nec libidini potius
uxuriaeque, quam liberalitati & beneficientiae pa-
eat. Haec praeſcripta ſervantem licet magnifice,
graviter, animoſeque vivere, atque etiam ſimplici-
er, fideliter, vitaeque hominum amice. Sequitur, 27
ıt de una reliqua parte honeſtatis dicendum ſit: in qua
erecundia, & quaſi quidam ornatus vitae temperan-
ia, & modeſtia, omniſque ſedatio perturbationum
ani-

nem non alium ſibi proponit, niſi icrum ſine fine.

Parſimonia] Οὐ γὰρ μόνον πρὸς τὰ πάρχοντα προστιθέντες πλουσιώτεροι ινονται, ἀλλὰ καὶ ἀφαιροῦντες τῶν δαπανη- άτων, inquit Ariſtot. 1 Rhet. 4. *Non lum enim ad ea quæ adſunt adjungendo tiores fiunt, ſed etiam detrahendo de mtibus. Magnum enim*, ut ait no- er in Parad. *vectigal eſt parſimonia. achel.*

Beneficentiæ pateat] Noſtri manuſcri- ti cum Victorianis pro, *pateat*, ha- ent *pareat*: quod Marſus quoque gnoſcit, & interpretatur, ſerviat. *Fr. abrit. Pareat* eſt quoque in MSS. Gui- elm. & Grævii & Pithæi. ſed vulga- am probant quæ ſequuntur: *nec ita ſeranda benignitas, ut pateat omnibus.* uilielm.

Vitæ hominum amice] Vt nullius ominis inimicitiam ſuſcipias, ſed mnium benevolentiam tibi conci- es. Nam ambitio & honorum cupi- itas multas amicitias dirimit, ut ſtendit Cicero in Lælio. qui ibidem it: *Veræ amicitiæ difficillime reperiun- ır in iis, qui in honoribus reque publi- a verſantur.* Sic &, quod præcedit, *mpliciter & fideliter vivere*, eſt ſine ico, & ſimulatione amicitiam cole- e. Etenim *ambitio multos mortales fal- os fieri ſubegit, aliud clauſum in pecto- e, aliud in lingua promtum habere, micitias inimicitiaſque non ex re, ſed io commodo æſtimare, magiſque vultum uam ingenium bonum habere*, ut ait alluſt. Catilin. *Animoſe* autem *vive- e*, eſt ſine inſidiarum metu.

In qua verecundia, & quaſi quidam ornatus vitæ] Quidam lib. *In qua verecundia quaſi quidam ornatus vitæ.* Eſt enim me hercule, verecundia in vita humana tanquam flos quidam. Sed rectius ad temperantiam refertur ſervata recepta lectione. ſequitur enim Platonem, cujus ſunt hæc verba. lib. 4 de rep. Κοσμός τοι τίς ἡ Σωφροσύνη ἐστὶ καὶ ἡδονῶν τινῶν καὶ ἐπιθυμιῶν ἐγκράτεια, ὥς φασι. id eſt, *temperantia eſt ornatus quidam, & voluptatum quarundam & cupidatum continentia, ut ajunt.* C. Lang.

Et quaſi quidam ornatus vitæ temperantia] Temperantia hic eſt omnis virtus, aut id, quod decorum in omni virtute eſt, quod cum ipſa vox indicat, cum temperantia mediocritatem notat, & omnis virtus mediocritas eſt, tum vox Græca σωφροσύνη, quæ ſic dicitur quaſi σωοφροσύνη conſervatrix ſeu nutrix prudentiæ, unde & apud Homerum, adnotante Stobæo, dicitur quaſi σῶα φρόνησις, *prudentia ſalva* ſerm. 5, apud Platonem in Orat. σωτηρία φρονήσεως, incolumitas, ſalusve prudentiæ apud Ariſtotelem σώζουσα τὴν φρόνησιν *ſervans prudentiam*, & hac de cauſa temperans, tum σώφρων, quaſi ſapientiam, aut bonam mentem incolumem tuens vocatur, tum χαλίφρονι imprudenti ſive ſtulto opponitur. Indicat hoc quoque multiplex commendatio, qua & Pythagoræ dicta eſt ῥώμη ψυχῆς, *robur animæ*, Socrati κρηπὶς ἀρετῆς *fundamentum virtutis*, Platoni κόσμος ἀγαθῶν πάντων, *omnium bonorum ornamentum*; Iamblicho, qui hæc ipſa refert, ἀσφάλεια τῶν καλλίστων ἕξεων,

animi, & rerum modus cernitur. Hoc loco continetur id, quod dici Latine decorum poteſt: Graece enim πρέπον dicitur. Hujus vis ea eſt, ut ab honeſto non queat ſeparari. Nam & quod decet, honeſtum eſt: & quod honeſtum eſt, decet. Qualis autem differentia ſit honeſti & decori, facilius intelligi, quam explanari poteſt. quidquid eſt enim, quod deceat, id tum apparet, cum antegreſſa eſt honeſtas. Itaque non ſolum in hac parte honeſtatis, de qua hoc loco diſſerendum eſt, ſed etiam in tribus ſuperioribus, quid deceat, apparet. nam & ratione uti atque oratione prudenter, & agere quod agas conſiderate: omni-

pulcherrimorum habituum munimen. Cicero vocat etiam *moderationem*, & *modeſtiam.* Gaſſendus. Temperans Ciceroni eſt, non modo qui ſobrie caſteque vivit, ſed etiam qui nihil non compoſite decenterque aut dicit, aut facit, nihil quod cum bonorum ſapientumque omnium approbatione non excipiatur, cujus ſpecies ſunt verecundia & honeſtas, quæ latius patent, & manſuetudo, clementia, modeſtia. Non quidem loquitur ex Ariſtotelis, ſed ex Stoicorum aliorumque Philoſophorum veterum ſententia Cicero, ut idem oſtendit Gaſſendus de Philoſophia morali Epicuri.

Et rerum modus] De quo & loquitur Horatius:

Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines
Quos ultra citraque nequit conſiſtere rectum.

Hoc eſt illud μηδὲν ἄγαν tantopere celebratum poetis & philoſophis, quod Terentius vertit *ne quid nimis.*

Quod dici Latine decorum poteſt: Græce enim πρέπον dicitur] Quam difficile ſit hoc ſemper obſervare, docet Cic. de orat. *Vt in vita, ſic in oratione nihil eſt difficilius, quam quod deceat videre. πρέπον appellant Græci, nos dicamus ſane decorum. Hujus ignoratione non modo in vita, ſed ſæpiſſime & in poematis, & in oratione peccatur.* Hoc qui obſervant in oratione dicuntur *apte ſcribere*, unde Horat. de Homero, *qui nil molitur inepte*, qui ſemper apte ſcribit; & in vita, ita vivere ut omnia fiant apte; nihil quod dedeceat, & reprehendi a quoquam bonæ mentis poſſit. qui vero id negligit in alterutro *ineptus.* Horat. *ſive vivat ineptus.* & de ſtylo Suet. in Claud. *Compoſuit & de vita ſua octo volumina, magis inepte, quam ineleganter.* Veteres gloſſæ: *μωρὸς ineptus.*

Cum antegreſſa eſt honeſtas] Culpa legentium fit, non ſcribentium, ut hoc tempore multis multa nova & inuſitata videantur, quæ Ciceronis ætate uſitata & trita fuerunt. in iis eſt, *Antegredi*, verbum, quod id temporis pro eo, quod Græci προηγεῖσθαι dicunt, crebris uſurparunt ſermonibus. Sic quod Stoici in conſtitutione fati ſumſerunt, πάντα γίνεσθαι καθ' προηγουμένας αἰτίας, Cicero vertit, *Omnia quæ fiunt, cauſis fiunt antegreſſis.* Fr. Fabrit.

Oratione prudenter] Contra hanc virtutem peccant ἀδολέσχοι, garruli, & λάλοι, linguaces, quorum characteres vide apud Theophraſtum in aureolo libello, ἠθικοῖς χαρακτῆρσι: ſed tamen longe latius hæc virtus patet quamvis enim aliquis nec garrulus ſit nec loquax, poteſt tamen imprudenter oratione uti. Is igitur prudenter

ora

omnique in re quid ſit veri, videre, & tueri decet:
contraque falli, errare, labi, decipi tam dedecet,
quam delirare & mente eſſe captum. & juſta omnia,
decora ſunt: injuſta contra, ut turpia, ſic indecora.
Similis eſt ratio fortitudinis. quod enim viriliter ani-
moque magno fit, id dignum viro, & decorum vi-
detur: quod contra, id ut turpe, ſic indecorum.
Quare pertinet quidem ad omnem honeſtatem hoc,
quod dico, decorum: & ita pertinet, ut non re-
condita quadam ratione cernatur, ſed ſit in promptu.
Eſt enim quiddam, idque intelligitur in omni virtu-
te, quod deceat: quod cogitatione magis a virtute
poteſt, quam re ſeparari. Vt venuſtas, & pulcritu-
do corporis ſecerni non poteſt a valitudine: ſic hoc,
de quo loquimur, decorum, totum illud quidem
eſt cum virtute confuſum, ſed mente & cogitatio-
ne diſtinguitur. Eſt autem ejus deſcriptio duplex. nam
& generale quoddam decorum intelligimus, quod
in omni honeſtate verſatur: & aliud huic ſubjectum,
quod pertinet ad ſingulas partes honeſtatis. Atque
illud ſuperius ſic fere definiri ſolet: Decorum id eſ-
ſe, quod conſentaneum ſit hominis excellentiae, in
eo, in quo natura ejus a reliquis animantibus diffe-
rat. Quae autem pars ſubjecta generi eſt, eam ſic
definiunt, ut id decorum eſſe velint, quod ita na-
turae conſentaneum ſit, ut in eo moderatio, & tem-
perantia appareat cum ſpecie quadam liberali. Haec 28
ita intelligi exiſtimare poſſumus ex eo decoro, quod
Poetae ſequuntur, de quo alio loco plura dici ſolent.
Sed tum ſervare illud poetas dicimus, quod deceat,
cum

oratione utitur, qui in omni tempore & loco ea loquitur, quæ temporum & loci ratio poſtulat.

Cum ſpecie quadam liberali] Cum quadam elegantia, qualis eſt hominum liberaliter educatorum, & liberalibus artibus imbutorum, qui in omni ſenſu, oratione geſtuve nihil inſulſi, nihil abſurdi, & inconditi præ ſe ferunt.

cum id, quod quaque perſona dignum eſt, & fit, & dicitur. ut, ſi Aeacus, aut Minos diceret,

Oderint dum metuant: —— aut,

Natis ſepulcro ipſe eſt parens:

indecorum videretur: quod eos fuiſſe juſtos accepimus. at Atreo dicente, plauſus excitantur. eſt enim digna perſona oratio. Sed poetae quid quemque deceat ex perſona judicabunt. nobis autem perſonam impoſuit ipſa natura, magna cum excellentia praeſtantiaque animantium reliquarum. Quocirca poetae in

Cum id quod quaque perſona dignum eſt, & fit, & dicitur] De hoc decoro multa egregie Horatius in epiſtola de arte poetica:

Si dicentis erant fortunis abſona dicta,
Romani tollent equites peditesque cachinnum.
Intererit multum Davuſne loquatur an herus;
Maturuſne ſenex, an adhuc florente juventa
Fervidus, an matrona potens ac ſedula nutrix
Mercatorne vagus, cultorne virentis agelli;
Colchus, an Aſſyrius, Thebis nutritus, an Argis.

Vide quæ ibi ſequuntur plura. & I. Cæſ. Scaligerum lib. III de Re poetica.

Natis ſepulchrum ipſe eſt parens] Veteres libri partim ita, partim, *ſepulcro*, habent. Eſt autem dimeter jambicus ex tragœdia, unde plures verſus exſtant Tuſc. 4. *Fr. Fabrit. Sepulcro*, eſt in edd. vett. in Pith. & MSS. omnibus, quos Guilielmius & Gruterus viderunt. Applaudo Ioanni Frid. Gronovio conjicienti tyrannum apud poetam dixiſſe: *Natis ſepulcro ipſe ſit parens*, ut in præcedente verſu, *oderint dum metuant*. hoc enim vere tyrannicum. Illud vero Thyeſteas epulas commemorans, *parens eſt natis ſepulcro*, quilibet dicere poteſt. Quid enim in illis tyrannicum?

Nobis autem perſonam] Illa perſona & partes tanto majori ſtudio & decore in hoc mundi theatro nobis ſunt agendæ, quanto excellentiores dotes præ aliis animantibus accepimus. Epictet. Enchirid. 23: Μέμνησο ὅτι ὑποκριτὴς εἶ δράματος, οἵου ἂν θέλῃ διδάσκαλος. *Actorem eſſe fabulæ talis, qualis magiſtro probata fuerit, te memento.* In quæ verba poſt alia hæc Simplicius ex verſione Wolfii: *Impoſitam perſonam belle repræſentare deſignati hiſtrionis eſt. Quare ſæpe ſervus, aut mendicus, aut furioſus probatur in fabula: dives autem, aut Imperator, aut Rex improbatur, cum illi datam perſonam, belle exprimunt, hi vero ſuam male, prout utrique in eo elaborarunt. Sic etiam fit in vita. Quot enim regibus, divitibus, robuſtis, ſervus, pauper, & claudus Epictetus tam a chorago & magiſtro Deo, quam ab hujus vitæ ſpectatoribus eſt prælatus, qui perſonam ſibi impoſitam bene ex magiſtri ſententia egit, & quod in ipſo fuit, probe adminiſtravit? in quo bonum & malum hominis ſitum eſt, & id quod a cordatis hominibus vel laudetur vel vituperetur.* Rachel. Sed vide omnia ſequentia verba in Enchiridii loco laudato, & Arriani diſſert. IV, 7.

Animantium reliquarum] Sic Langius & Lambinus ediderunt, cum in aliis libris ſit, *reliquorum*. quæ generis varietas in hoc nomine inſolens non eſt: atque Ciceronem utroque genere id uſurpare in vulgus notum eſt. itaque exemplis, quæ ſunt in promptu, ſuperſedeo. paullo poſt lege, *datæ ſint*. Fr. Fabrit.

Cum-

in magna varietate perſonarum, etiam vitioſis quid conveniat, & quid deceat, videbunt: nobis autem cum a natura conſtantiae, moderationis, temperantiae, verecundiae partes datae ſint: cumque eadem natura doceat non negligere, quemadmodum nos adverſus homines geramus: efficitur, ut & illud, quod ad omnem honeſtatem pertinet, decorum, quam late fuſum ſit, appareat: & hoc, quod ſpectatur in unoquoque genere virtutis. Vt enim pulcritudo corporis apta compoſitione membrorum movet oculos, & delectat hoc ipſo, quod inter ſe omnes partes cum quodam lepore conſentiunt: ſic hoc decorum, quod elucet in vita, movet approbationem eorum, quibus cum vivitur, ordine, & conſtantia, & moderatione dictorum omnium, atque factorum. Adhibenda eſt igitur quaedam reverentia adverſus homines, & optimi cujuſque, & reliquorum. nam negligere quid de ſe quiſque ſentiat, non ſolum arrogan-

Cumque eadem natura doceat non negligere, quemadmodum nos adverſus homines geramus] Quod qui negligunt, dicuntur ἀπονενοημένοι ἀναίσχυντοι, & βδελυροὶ, impudentes, perditi, & profligati pudoris, diſſoluti, qualem fuiſſe in ætate juvenili Agathoclem ſcribit Iuſtinus, *qui nec in fortunis quod amitteret, nec in verecundia quod inquinaret habere videbatur.* De utriſque vide characteres Theophraſti de ἀπονοίᾳ, ἀναισχυντίᾳ, & βδελυρίᾳ. ſunt enim cognata vitia.

Illud quod ad omnem honeſtatem pertinet decorum, quam late fuſum ſit] Alexander Aphrodiſienſis honeſtum circuli centro comparat, quod cum re ipſa ſit unum, pro varietate tamen linearum, in diverſas partes atque regiones ex eo productarum, ſit quodammodo varium & multiplex, & nunc hujus, nunc illius lineæ terminus appellatur. Eadem prorſus ratione honeſtum, cum natura ſua ſit unum, pro varietate tamen motuum animi, & actionum, quas prudenter moderatur, varium quaſi redditur & multiplex. *Rachel.*

Hoc decorum quod elucet in vita] Ideo quos libros alii de officiis inſcripſerant, Nicolaus Damaſcenus de eodem argumento conditos de *interiore pulchritudine* inſignïvit, teſte Simplicio ad Enchir. Epict. 37.

Adhibenda eſt igitur reverentia quædam adverſus homines & optimi cujuſque] Duas voces, *adverſus homines*, ut ſupervacaneas, & a ſemidocto aliquo in contextum illatas, delendas arbitror. ordo enim eſt hic, *reverentia optimi cujuſque viri & reliquorum eſt adhibenda.* niſi ita dicamus, *reverentia optimi cujuſque & reliquorum, adhibenda eſt adverſus homines.* quod duriuſculum eſt. *Lambin.* Sed omnes veteres libri ſtant pro vulgata.

Negligere quid de ſe quiſque ſentiat, non ſolum arrogantis eſt, ſed etiam omnino diſſoluti] Stoici famam & exiſtimationem habebant inter ἀδιάφορα, ſed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

gantis eſt, ſed etiam omnino diſſoluti. Eſt autem quod differat, in hominum ratione habenda, inter juſtitiam & verecundiam. Iuſtitiae partes ſunt non violare homines: Verecundiae, non offendere: in quo

quæ tamen propter utilitatem non eſſet negligenda. Δόξαν καὶ ἀδοξίαν. M. Antonin. lib. II. bonam & malam famam refert inter res medias, & quæ nec malæ ſint, nec bonæ. vide & Laert. in Zenone. Sed tamen non conveniebant Stoicorum ſententiæ, ut oſtendit Cicero III de finibus, c. 17: *Chryſippus quidem & Diogenes, detracta utilitate, ne digitum quidem ejus* (δι' ἀδοξίας, vertit *bonam famam*) *cauſſa porrigendum eſſe dicebant.* dein: *qui autem poſt eos fuerunt cum Carneadem ſuſtinere non poſſent, hanc quam dixi bonam famam, ipſam propter ſe propoſitam, & ſumendam eſſe dixerunt, eſſeque hominis ingenui, & liberaliter educati, velle bene audire a parentibus a propinquis, a bonis etiam viris, idque propter rem ipſam, non propter uſum: dicuntque ut liberis conſultum velimus, etiamſi poſtumi futuri ſint, propter ipſos: ſic futuræ poſt mortem famæ tamen eſſe propter rem, etiam detracto uſu, conſulendum.* Antiqui eccleſiæ doctores, non tam propter nos, quam propter alios famæ bonæ ſerviendum eſſe docent. Radulphus Ardentius homil. in III Dominicam Adventus: *Oſtendit Apoſtolus exemplo ſui, ſana conſcientia judicium hominum eſſe parvi pendendum. Quare? Quia judicium hominum fallitur & fallit. Fallitur, quia ſæpe bonum judicat eſſe malum, & malum bonum. Fallit, quia cum indignus a populo laudatur, ſæpe ob hoc interius gloriatur. Et ad hoc inducitur ut plus aliis de ſe credat, quam ſibi cum ſcriptum ſit. Plus alii de te, quam tu tibi credere noli. Ait ergo Apoſtolus mihi autem pro minimo eſt, ut a vobis judicer, aut ab humano die* (I Cor. 4.) *Non tamen ait* pro nihilo. *Quia quamvis fama & judicium plebis de nobis ſit vili pendendum nobis pro nobis: tamen propter profectum proximorum non eſt omnino negligendum. Sicut enim munda conſcientia neceſſaria eſt ante Deum, ita munda fama ante proximum. Vel parum enim vel nihil valet bona prædicatio, ſine bono exemplo. Nam cujus vita deſpicitur, reſtat ut ejus prædicatio contemnatur.* dein: *Hinc etiam dicitur, crudelis eſt qui famam negligit.* Nec aliter ſentit Auguſtinus orat. 52 ad fratr. in eremo: *Conſcientia nobis neceſſaria eſt, fama proximo: qui conſcientia fidens famam negligit crudelis eſt.* Optimum eſt præceptum Metrodori: ἐν πόλει μήτε ὡς λέων μήτε ὡς κώνωψ. τὸ μὲν ἐκπατεῖται, τὸ δὲ καιροφυλακεῖται. *In civitate verſare ut neque leo ſis, neque culex: ſiquidem hic exteritur, illi autem inſidiæ ſtruuntur.*

Omnino diſſoluti] Diſſolutus eſt turpiter negligens cum in rebus tum ſermone. In orat. pro Quint. *Diſſolutus, profuſus, perditus nepos.* ibid. *diſſolutus in re familiari ac negligens.* In IV Verrina: *In communi omnium gentium religione, inque his ſacris negligentes ac diſſoluti ſi cupiamus eſſe, qui poſſumus.* Oraculum vero eſt illud Taciti IV annal. 39: *Cum contemtu famæ contemni quoque virtutem.*

Eſt autem quod differat, in hominum ratione habenda] Sic reſtitui ex auctoritate codicum antiquorum: atque ita ſine dubio legendum. Videtur autem idem fere valere hoc: *in hominum ratione habenda*, atque illud, *adhibenda hominum reverentia:* niſi quod habere hominum rationem, latius patet, quam, adhibere reverentiam. *Lambin.* *In hominum ratione habenda*] Langius vulgatam lectionem, *In omni ratione habenda*, retinuit. pro qua Lambinus hanc ex veterum codicum auctoritate repoſuit. eadem eſt in editione Victoriana & duob. manuſcriptis noſtris. Sumit autem Cicero differentiam ex ratione ſocietatis humanæ: in qua tuenda aliud juſtitiæ, aliud verecundiæ munus eſſe oſtendit. *Fr. Fabr.*

Verecundiæ non offendere] Ariſtoteles IV Nicom. ult. Verecundiam contendit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

quo maxime perſpicitur vis decori. His igitur expoſitis, quale ſit id, quod decere dicimus, intellectum puto. Officium autem, quod ab eo ducitur, hanc primum habet viam, quae deducit ad convenientiam, conſervationemque naturae: quam ſi ſequemur ducem, numquam aberrabimus: ſequemurque & id, quod acutum, & perſpicax natura eſt: & id,

dit non eſſe virtutem, quod nihil aliud ſit quam metus quidam infamiæ, hujuſmodi tamen perturbatio eo confert, ut ea ſeu voluptas, ſeu elatio animi declinetur, ex qua ſit alioquin gravior diuturniorque perturbatio oritura, ægritudo nempe, quæ propter infamiam dedecuſve contrahi ſolet. Nam quamvis laudatiſſimum ſit intemperantiam fugere, & temperantiam proſequi decori ſoleas amore, laude tamen quoque non caret idem agere propter verecundiam, metumve infamiæ, quæ alioquin impenderat; quod ut tenebras odiſſe non poteſt, niſi qui lucem amaverit; ita averſari infamiam, dedecuſque non valeat, niſi cui proba fama, ac decus ſit cordi. Vnde efficitur, ut tametſi videatur Ariſtoteles, quo dictum eſt loco, verecundiam improbare, cenſeri tamen poſſit facere id ſolum, quatenus verecundia idem reputatur cum eo pudore, ex quo naſcitur ruboris ſuffuſio, quam ut in adoleſcentibus probat, quos ætatis fervor excuſet, ſic improbat in ſenibus, qui nihil debeant committere, unde ſuppudere eos poſſit. Alioquin certe idemmet in Magnis Moralibus, lib. 1, cap. 30 & in Eudemiis, 11, c. 3 verecundiam inter virtutes connumerat, ipſam quoque definiens mediocritatem inter extrema, quæ illi aſſignat αἰσχυντίαν, καὶ κατάπληξιν *impudentiam* atque *ſtuporem:* quaſi ſcilicet verecundia ſit αἰδὼς pudor aliquis, non qui incutiatur ob turpitudinem admiſſam, verum qui præcurrat ut cantio, ne turpitudo admittatur. *Gaſſendus.* Plato: Θεὸν δείσας περὶ τῷ γένει ἀνθρώπων μὴ ἀπόλοιτο πᾶν, δωρᾶται ἀνθρώποις αἰδῶ ἀνθρώποις αἰδῶ τε καὶ δίκην ἵν᾽ εἶεν πόλεων κόσμοι τε καὶ δέσμοι φιλίας συναγωγοί. *Deus metuens ne plane interiret genus humanum dedit hominibus Iuſtitiam ac Pudorem, ornamenta civitatum, & ad amicitiam colligandam vincula.* Plutarchus ſimili modo δίκην vocat ἔνοικον αἰδοῦς, *juſtitiam pudoris cohabitatricem.* Poeta Latinus:

Nondum juſtitiam facinus mortale fugarat,
Vltima de ſuperis illa reliquit humum.
Proque metu populum ſine vi pudor ipſe regebat.

Grotius 111 de Iure Belli & Pacis 10, ubi vide plura.

Hanc primum habet viam] *Vim*, edidit Victorius: quod Camerarius ſe non rejicere teſtatum reliquit. *Fr. Fabrit.*

Convenientiam] Vt conveniat naturæ humanæ, hoc eſt rationi. Stoici vocant ὁμολογίαν, ut ipſe docet 3 de fin. *Vt ſtatueret in eo collocatum ſummum illud hominis per ſe laudandum & expetendum bonum, quod cum poſitum ſit in eo quod ὁμολογίαν Stoici, nos appellemus convenientiam, ſi placet.* Sed in 11 de divin. ſic vertit συμπάθειαν. *Conjectores ſomniorum ſignificationes faciunt ex quadam convenientia & conjunctione naturæ, quam vocant συμπάθειαν.*

Id quod acutum & perſpicax natura eſt] Quod nobis oſtendit prudentia. Nam ſecundum Satyricum

Nullum Numen abeſt, ſi ſit prudentia.

id, quod ad hominum conſociationem accommodatum: & id, quod vehemens atque forte. Sed maxima vis decori in hac ineſt parte, de qua diſputamus. neque enim ſolum corporis, qui ad naturam apti ſunt, ſed multo etiam magis animi motus probandi, qui item ad naturam accommodati ſunt. Duplex eſt enim vis animorum, atque naturae: una pars in appetitu poſita eſt, quae eſt ὁρμὴ Graece, quae hominem huc, & illuc rapit: altera in ratione, quae docet, & explanat, quid faciendum fugiendumve ſit. ita fit, ut
29 ratio praeſit, appetitus obtemperet. Omnis autem actio vacare debet temeritate, & negligentia: nec vero agere quidquam, cujus non poſſit cauſam probabilem reddere. Haec eſt enim fere deſcriptio officii. Efficiendum autem eſt, ut appetitus rationi obediant, eamque neque praecurrant, nec propter pigritiam, aut ignaviam deſerant: ſintque tranquilli, atque omni perturbatione animi careant. Ex quo elucebit omnis conſtantia, omniſque moderatio. nam qui appetitus longius evagantur, & tanquam exſultantes ſive cupiendo, ſive fugiendo, non ſatis a ratione retinentur, hi ſine dubio finem, & modum tran-

Id quod ad hominum conſociationem accommodatum] In quo verſatur juſtitia.

Et id quod vehemens ac forte] Quod eſt fortitudinis, in adeundis periculis, ſuſcipiendis laboribus, & offenſionibus ſubeundis.

Duplex eſt enim vis animorum, atque naturæ] Videtur legendum, *atque natura*. Lambin. Lambinus legendum eſſe putat, *atque natura*. Eſt autem hæc bipertita diviſio animi *εἰς τὸ λογιστικὸν καὶ τὸ ἀλογιστόντε, & ἐπιθυμητικὸν* expoſita apud Platonem lib. 4 de rep. Paulo poſt noſtri libri manuſcripti cum vulgatis legunt: *Nec vero agere quicquam*. Fr. Fabrit.

Quid faciendum fugiendumve ſit] Sic recte Palat. prim. & meus optimus vetus codex. male vulgo *fugiendumque*. Græv.

Vt ratio præſit] Idcirco in capite collocata eſt, tanquam in arce a Platone. vide Tuſculanam primam.

Eamque neque præcurrant] Quod hic in libris quibuſdam, in quibus ſunt Victoriani, additur, *propter temeritatem*, id e gloſſemate irrepſiſſe, manuſcripti codices omnes clamant. *Fr. Fabrit.*

Sive fugiendo] In metu nimio, cum propter metum non audeo dicere facereve, quod me decet, & officium requirit, aut etiam cum propter pigritiam aut ignaviam officium deſero, ut paullo ante loquebatur.

Licet

tranſeunt. relinquunt enim, & abjiciunt obedientiam, nec rationi parent, cui ſunt ſubjecti lege naturae: a quibus non modo animi perturbantur, ſed etiam corpora. Licet ora ipſa cernere iratorum, aut eorum, qui aut libidine aliqua, aut metu commoti ſunt, aut voluptate nimia geſtiunt: quorum omnium vultus, voces, motus, ſtatuſque mutantur. Ex quibus illud intelligitur (ut ad officii formam revertamur) appetitus omnis contrahendos ſedandoſque, excitandamque animadverſionem, & diligentiam, ut ne quid temere, ac fortuitu, inconſiderate, negligenterque agamus. neque enim ita generati a natura ſumus, ut ad ludum, & jocum facti eſſe videamur: ſed

Licet ora ipſa cernere iratorum] Seneca 1 de ira cap. 1: *Flagrant & micant oculi, multus ore toto rubor, exæſtuante ab imis præcordiis ſanguine; labia quatiuntur, dentes comprimuntur horrent ac ſubriguntur capilli, ſpiritus coactus ac ſtridens, articulorum ſe ipſos torquentium ſonus, gemitus mugituſque, & parum explanatis vocibus ſermo præruptus, & comploſæ ſæpius manus, & pulſata humus pedibus, & totum concitum corpus, magnaſque minas agens, fœda viſa & horrenda facies depravantium ſe, atque intumeſcentium.*

Fortuitu] Sic tres codices antiqui, nec non Plantinus ex Manutio & Rob. Stephano, & Seb. Gryphio. Vtitur autem hac voce Cicero multis in locis, ut in Ant. *Quod verbum tibi non excidit, ut ſæpe fit, fortuitu, ſed ſcriptum.* Item de divinat: *Quorum omnium cauſſas ſi a Chryſippo quæram, nunquam illa dicet facta fortuitu.* Item ad Heren. *Caſu & fortuitu navis in portum incolumis delata eſt.* Suffrid. Petri.

Neque enim ita generati a natura ſumus, ut ad ludum jocumque facti eſſe videamur] Ariſtoteles hoc oſtendit optime Ethic. 6: Καὶ γὰρ ἄτοπον τὸ τέλος, εἶναι παιδιὰν καὶ πραγματεύεσθαι, καὶ κακοπαθεῖν τὸν βίον ἅπαντα τοῦ παίζειν χάριν. ἅπαντα γὰρ ὡς εἰπεῖν ἑτέρου χάριν αἱρούμεθα, πλὴν τῆς εὐδαιμονίας. τέλος γὰρ αὕτη. σπουδάζειν γὰρ καὶ πονεῖν παιδιᾶς χάριν, ἠλίθιον φαίνεται καὶ λίαν παιδικόν. παίζειν δ' ὅπως σπουδάζῃ κατ' Ἀνάχαρσιν ὀρθῶς ἔχειν δοκεῖ. ἀναπαύσει γὰρ ἔοικεν ἡ παιδία. ἀδυχατοῦντες συνεχῶς πινεῖν, ἀναπαύσεως δέονται. γίνεται γὰρ ἕνεκα τῆς ἐνεργείας. δοκεῖ δ' εὐδαίμων βίος κατ' ἀρετὴν εἶναι. οὗτος σπουδαῖος, ἀλλ' οὐκ ἐν παιδιᾷ. βελτίω τε λέγομεν τὰ σπουδαῖα τῶν γελοίων καὶ μετὰ παιδιᾶς. *Abſurdum eſt finem eſſe ludum, & negotia gerere, & mala pati tota vita ludendi gratia. Omnia enim, ut ita dicam, alterius gratia eligimus præter felicitatem. Finis enim ipſa eſt. Contendere vero & labores ſuſcipere ludendi cauſſa ſtultum videtur & valde puerile. At ludere ut labores ex Anacharſidis ſententia recte ſe habere videtur. Quieti ſimilis eſt ludus. qui vero nequeunt ſemper laborare, quietis egent. non igitur finis eſt requies. fit enim agendi cauſſa. Videtur vero felix vita ſecundum virtutem eſſe. Sed hæc verſatur in ſtudiis gravioribus, non in ludendo. Meliora vero dicimus ea eſſe, quæ ſeria ſunt, quam ridicula & ludus.* M. Antoninus v Τῶν εἰς ἑαυτόν. Ὄρθρου ὅταν δυσόκνως

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ſed ad ſeveritatem potius, & ad quaedam ſtudia graviora, atque majora. Ludo autem, & joco uti illo quidem licet: ſed ſicut ſomno & quietibus ceteris, tum cum gravibus ſeriiſque rebus ſatisfecerimus. Ipſum-

σύκνως ἐξεγείρῃ, πρόχειρον ἔστω, ὅτι ἐπὶ ἀνθρώπου ἔργον ἐγείρομαι. ἔτι οὖν δυσκολαίνω, εἰ πορεύομαι ἐπὶ τὸ ποιεῖν, ὧν ἕνεκα γέγονα, καὶ ὧν χάριν προῆγμαι εἰς τὸν κόσμον; ἢ ἐπὶ τοῦτο κατεσκεύασμαι, ἵνα κατακείμενος τοῖς στρωματίοις ἑαυτὸν θάλπω; ἀλλὰ τοῦτο ἥδιον. πρὸς τὸ ἥδεσθαι οὖν γέγονας; ὅλως δὲ οὐ πρὸς ποιεῖν, ἢ πρὸς ἐνέργειαν; οὐ βλέπεις τὰ φυτάρια, τὰ στρουθάρια, τοὺς μύρμηκας, τὰς ἀράχνας, τὰς μελίσσας, τὸ καθ' αὑτὰς συγκοσμούσας κόσμον; σὺ οὖν θέλεις τὰ ἀνθρωπικὰ ποιεῖν; οὐ τρέχεις ἐπὶ τὸ κατὰ τὴν φύσιν; *Mane cum gravatim ſurgis, in promtu tibi ſit cogitare, te ad humanum opus faciendum ſurgere. Num vero* (dices) *gravate accedo ad agenda ea, quorum cauſſa natus ſum? ac propter quæ in hunc mundum veni? num ad hoc factus ſum, ut decumbens in lecto me ipſum calefaciam? Atqui hoc oblectat magis. Numquid ergo ad oblectandum te natus es? non ad agendum ac faciendum aliquid? an non vides plantulas, puſſerculos, formicas, aruncas, apes ſingula hæc ſuo intenta officio quam tenuerunt in mundo ſtationem officiumque ſervare? tu vero ea quæ ſunt hominis obire recuſas, neque ad id properas quod tuæ naturæ convenit?*

Ad quædam ſtudia graviora] Ariſtoteles lib. VIII Pol. εἰ γὰρ ἄμφω μὲν δεῖ, μᾶλλον δὲ αἱρετὸν τὸ σχολάζειν. οὐ γὰρ δὴ παίζοντας, τέλος γὰρ ἀναγκαῖον εἶναι τοῦ βίου τὴν παιδιὰν ἡμῖν. *Et ſi utrumque expetendum eſt, otium tamen præferri debet, ſed non id quod in ludo conſumitur: tunc enim ludus nobis neceſſario finis eſſet vitæ.* F. Vrſin. Vide quæ ibi præcedunt & ſequuntur. Et cap. 3, lib. 8.

Ludo autem & joco uti illo quidem licet] Senec. ep. 3: *Inter ſe iſta miſcenda ſunt, & quieſcenti agendum, & agenti quieſcendum eſt. Cum rerum natura delibera. illa dicet tibi ſe & diem feciſſe & noctem.* Democritus apud Stobæum ait: βίος ἀνεόρταστος μακρὰ ὁδὸς ἀπανδόκευτος. *Vita ſine feriis eſt via longa abſque diverſoriis.*

Quietibus ceteris] In libro Parcenſi, *quietis ceteris*, ſcriptum reperi: quietes ſiquidem plurali numero Poeticum quiddam ſonat. Varro III de re Ruſt. *Nam ibi vidi greges magnos anſerum, gruum, pavonum, nec non glirium, piſcium, aprorum, & cetera venationis. ad quietem autem præter ſomnum ſpectant, deambulatio mollis, geſtatio, lavatio, ludi, joci, alia id genus.* Varro II de re Ruſt. *In luto*, inquit, *ſuum requies eſt, ut lavatio hominum.* Sed cum in libro abbatiæ D. Laurentii omnium pulcerrime deſcripto, neque *quietis* neque *quietibus* reperiſſem, nihil dubitavi quin ita ſit ab auctore ſcriptum. *C. Lang.* *Quietibus ceteris*] Langius delet vocem, *quietibus*, quia in optimo codice non compareat. nos in aliquot noſtris reperimus, idcirco retinuimus: neque tamen Langii factum damnamus. *Lambin.* Recte fecit Lambinus noſter, quod vocem *quietibus*, unius librarii incuria prætermiſſam, atque iccirco a Langio deletam, retinuit. nam præterquam quod ea non ſolum in omnib. fere libris manu deſcriptis, ſed & in optimis editionibus Victorianis, Manutianis, & aliis legitur, cur inuſitata videri debeat, non intelligo. Notum eſt illud Salluſtii de Catilina: *Namque animus impurus, diis hominibuſque infeſtus, neque vigiliis, neque quietibus ceteris ſedari poterat.* Fr. Fabrit. Extat etiam in Pall. & omnibus quos conſuluit Suffridus Petri & Guilielm.

Ge-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Ipſumque genus jocandi non profuſum, nec immodeſtum, ſed ingenuum & facetum eſſe debet. Vt enim pueris non omnem ludendi licentiam damus, ſed eam, quae ab honeſtis actionibus non ſit aliena: ſic in ipſo joco aliquod probi ingenii lumen eluceat. Duplex omnino eſt jocandi genus: unum illiberale, petulans, flagitioſum, obſcoenum: alterum, elegans, urbanum, ingenioſum, facetum. quo genere non modo Plautus noſter, & Atticorum antiqua comoedia, ſed etiam philoſophorum Socraticorum libri re-

Genus jocandi non profuſum] Dio in Chriis apud Stobæum: Τῷ γελοίῳ καθάπερ ἁλὶ πεφεισμένως δεῖ χρῆσθαι. *Iocis tanquam ſale parce utendum.* Dionyſius Sophiſta, ludos jocoſque melli comparavit apud Philoſtratum lib. I Sophiſt. quod guſtemus primo digito, non cava manu hauriamus. Χρὴ τοῦ μέλιτος ἄκρῳ δακτύλῳ, ἀλλὰ μὴ κοίλῃ χειρὶ γεύεσθαι. *Decet mel ſummo digito non plena manu guſtare.*

Ab honeſtis actionibus] Sic habent duo e manuſcriptis noſtris, cæteri cum aliis impreſſis conſentientes legunt, *Ab honeſtatis actionibus*. Fr. Fabrit.

Duplex omnino eſt jocandi genus] Vide Ariſtot. VIII ad Nicom. lib. 4. & III Rhetor. c. 13 & 14. Cic. 2 de orat. 58, & ſequentibus. Quintilian. Inſtitut. orator. lib. VI, cap. 3. ſed inprimis Franciſci Vavaſſoris, viri doctiſſimi, & quo elegantiorem vix noſtra vidit ætas, non ita pridem bonis omnibus dolentibus extincti, politiſſimum & eruditiſſimum librum de ludicra dictione, ubi de εὐτραπελίᾳ pluribus agit.

Vt non modo Plautus noſter] Plauti ſales & facetias omnis laudavit & admirata eſt antiquitas. Tritos plerique ac notatos verſus habebant, ac ex eorum naturali quodam & inſito lepore, quæ veræ & germanæ Plauti fabulæ eſſent, nullo negotio dignoſcebant. Nec eo ſolum, quo vixit, tempore cum nihil forſan occurreret melius, habuit poeta hic laudis fautores ac præcones ſuæ, ſed etiam annis poſtea conſecutis multis, cum ridiculi tractatio, quod opus comœdiæ præcipuum eſt, perfici potuerit, & numeris omnibus abſolvi. Atque hæc talis & tanta de jocis Plautinis opinio ad Auguſti uſque imperatoris ætatem manſit. quo primum ſæculo neque jocos iſtos, neque jocorum laudatores ferre potuit ſeverior & faſtidioſior judex Horatius, ac fortaſſe melior: quippe quos nimiæ patientiæ ac propemodum ſtultitiæ condemnet. Tametſi hujus ego judicium non unius hominis, ſed totius ſæculi illius eruditiſſimi judicium putaverim. Neque enim ſcripſit Horatius aliter, ac videretur Auguſto: neque Auguſtus cupidus ipſe dictorum & cujuſvis generis ejus intelligens in alia, atque probi & politi ejuſdem ævi ſcriptores eſſent, ſententia fuit. *Fr. Vavaſſor.* Vide & magni Dan. Heinſii diſſertationem de illo loco Horatii.

Et Atticorum antiqua comœdia] Adverſatur Ciceroni Ariſtoteles, lib. IV Eth. ad Nicom. 8. qui monet facilem eſſe diſtinctionem ingenui & ſcurilis joci ex veteribus & novis Comœdiis, perinde ac ſi dicat, tantundem ſibi veteres Comicos permittere, quantum ſcurræ ſolent, quibus nihil unquam nefas ſit nec in rebus, nec in verbis, quoſque nihili dummodo aliis riſum excutiant, neque pudeat, neque tædeat. Ariſtoteli adverſatur Cicero;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

referti ſunt : multaque multorum facete dicta : ut ea, quae a ſene Catone collecta ſunt, quae vocant ἀποφθέγματα. Facilis igitur eſt diſtinctio ingenui & illiberalis joci. alter eſt, ſi tempore fit, ac remiſſo animo, ho-

cero; Hic enim ab antiqua comœdia illiberalitatem, petulantiam, turpitudinem flagitioſam removet, quibus ille eam ſua ſententia damnat. Quanquam non cum Ariſtotele duntaxat Cicero, ſed ſecum ipſe pugnat, qui continuo poſt dicat, facile diſtingui ingenuum & illiberalem jocum: alterum eſſe ſi tempore fit, ac remiſſo animo, homine libero dignum: alterum ne homine quidem, ſi rerum turpitudini adhibeatur verborum obſcenitas. Quis autem non videt genus jocandi profuſum & immodeſtum ineſſe in Plauto: comœdiam veterem nec ingenuitatem, nec ruborem, nec moderationem ullam præſtitiſſe, vel offenſione hominum, vel rerum turpitudine, & verborum obſcenitate vitanda? *Fr. Vavaſſor.* Tamen pro Ariſtophane, veteris comœdiæ auctore præcipuo facit Plato, ei enim Thomas magiſter tribuit hoc epigramma, quo canit, ſorores Gratias, tres præſides venuſtatis Deas, quæſiviſſe templum ſibi, in quo divinis honoribus conſecratæ perpetuo colerentur: ac demum pro templo animam Ariſtophanis poetæ feliciter & commode eſſe nactas:

> Αἱ χάριτες τέμενός τι λαβεῖν, ὅπερ οὐχὶ πεσεῖται
> Ζητοῦσαι, ψυχὴν εὗρον Ἀριστοφάνους.
>
> *Nunquam caſurum cupidæ ſibi ſumere templum*
> *Invenere animam Gratiæ Ariſtophanis.*

Idem.

Vt ſi remiſſo animo] Ita hæc leguntur in libris antiquis, & recte: nam in animi remiſſione jocandi tempus eſt. Quod ſequitur, *homine dignus*, *alter ne libero quidem*, ut a Victorio, Langio, & Lambino eſt editum, ita in noſtris quoque manuſcriptis legitur, nec aliter citatur a Nonio in verbo *Obſcœnum*. Hominis autem appellatione tota vis ac proprietas hominis, & quicquid humanum eſt, comprehenditur: Liber dicitur, qui modo ſervus non eſt. Sic infra: *nihil eſt agricultura melius nihil uberius, nihil dulcius, nihil homine, nihil libero dignius.* Fr. Fabrit. Rectius MSS. & edd. vetuſtiores: *ac remiſſo animo.* Dein hanc lectionem, quam ex veteribus repoſuerunt codicibus Victorius, Langius, Fr. Fabritius: *homine dignus, alter ne libero quidem*, ſtabilit quoque Græv. uterque codex, Pithæani excerpta, Pall. cod. duo Guilielmi, edd. primæ. Contra tantum librorum conſenſum non auſim vulgatam reponere. Mihi tamen habetur certiſſima. Iocus, inquit Cic. qui tempore fit, & remiſſo animo, eſt jocus ingenuus, & libero ac liberaliter educato dignus, qui vero fit alieno tempore, & obſcœnus eſt, illiberalis quidem dicitur, quaſi indignus libero homine, ſed ne homine quidem dignus eſt, quia contra honeſtum eſt, quod omnes homines docet ratio. *ſervi quamvis per fortunam in omnia obnoxii, tamen quaſi ſecundum genus hominum ſunt*, ut illa Flori huc accommodem. ſunt certe homines ſervi, æque ratione præditi ac ingenui. Illiberales quidem joci dicuntur, quod talibus ſervi, & ſervili ingenio homines utantur, ſed tamen nec ipſos ſervos obſcœnitas decet aliena ab ingenio humano. Locus ex hoc libro quem Fabritius affert ad lectionem MSS. roborandam, magis facit ad illam infirmandam. Cicero enim dicit, ibi nihil eſſe agricultura dignius homine, ſcilicet omni, ne libero quidem, ne dum ſervo. Nam illis temporibus agricultura videbatur nonnullis Romanis in luxu & otio urbano educatis indigna libero homine; hoc Cicero damnat,

nomine dignus: alter ne libero quidem, ſi rerum turpitudini adhibetur verborum obſcoenitas. Ludendi etiam eſt quidam modus retinendus, ut ne nimis omnia profundamus, elatique voluptate in aliquam tur-

damnat. Creſcit hic oratio pulchre, ſed contrarium eſt in hac περικοπῇ, quæ nunc nobis eſt in manibus. In epiſtolis ad Atticum ſæpe legimus, *ſi homo eſſet*, *ſi homines ſint* ſed hoc eſt qui communem ſenſum habent, & nihil ad hunc Dionyſum. *Grævius.*

Si rerum turpitudini adhibeatur verborum obſcœnitas] Αἰσχρολογίαν & vetat Plato, & damnat Ariſtoteles, idque luculento & inſigni vi Politicis loco VII, c. 17: Ὅλως μὲν οὖν αἰσχρολογίαν ἐκ τῆς πόλεως, ὥσπερ ἄλλό τι δεῖ τὸν νομοθέτην ἐξορίζειν. ἐκ τοῦ γὰρ εὐχερῶς λέγειν ὁτιοῦν τῶν αἰσχρῶν, γίνεται καὶ τὸ ποιεῖν σύνεγγυς. *Ac turpitudinem quidem ſermonis, ſi quid aliud, e civitate omnino exterminet oportet legiſlator. Ex eo enim, quod turpe quidvis profertur facile, proxime conſequitur id ut fiat.* Idem in libro Rhetoricorum, ubi agit de verecundia, ſecundo, ſignificat eſſe, quod homines pudeat non factorum modo, ſed dictorum quoque turpium. οὐ μόνον ποιοῦντες τὰ αἰσχρὰ, ἀλλὰ καὶ λέγοντες. Et in tertio libro c. 2, tranſlationes prohibet ab obſcœnis rebus peti, neque enim ut vult Bryſon Philoſophus, neminem turpia loqui. οὐ γὰρ ὡς ἔφη φρίσων, οὐδένα αἰσχρολογεῖν. Fr. Favaſſor in libro de epigrammate, ubi vide plura.

Vt ne nimis omnia profundamus] In omnibus exemplaribus in quæ ego incidi, ita legitur: *Vt ne nimis omnia profundamus.* quando autem hic non de pecuniæ profuſione agitur (alio enim loco de prodigis tractat) ne de ludis quidem illis, in quibus victori pecuniæ præmium aliquod obveniant: cujuſmodi nemo unquam laudavit. nam & ipſe Cicero improbum quæſtum appellat eum qui ex ludo talario redit. ex *profundamur*, exiſtimo factum *profundamus*, librariis vim verbi non capientibus: deinde ab aliis, *omnia*, adjectum. niſi malis pro *omnia*, ſcribere, *animo*. *Profuſum jocum* paullo ante in vitium dixerat: ſic *profuſam hilaritatem* Tuſcul. IV. Et pro Cælio: *Voluptates, quæ cum incluſæ diutius & prima ætate compreſſæ & conſtrictæ fuerunt, ſubito ſe non nunquam profundunt atque ejiciunt univerſæ.* C. Lang. *Vt ne nimis ludum profundamus*] Secutus eſſem lectionem vulgatam, quæ in pleriſque libris antiquis reperitur: niſi plane mendoſa eſſet, *ut ne nimis omnia profundamus*, quemadmodum & Langio videtur, qui legendum putat, *ne nimis profundamur*, deleta voce, *omnia*. Cum igitur hic locus ſine dubio mihi videretur mendoſus, Ciceronemque hoc ſentire arbitrarer, joco & ludo eſſe moderato utendum: non dubitavi, quin ita locutus ſit, *ut ne nimis jocum ſeu ludum profundamus.* eſt enim genus loquendi & elegans, & Ciceroni uſitatum. juſſeram tamen edi, *ut ne nimis joca profundamus*, ſi mihi operæ obtemperare voluiſſent: quod hæc lectio propius accedat ad ſcripturam antiquam, *omnia profundamus*: facilior enim fuit prolapſio a voce, *joca*, ad vocem, *omnia*, præſertim ſi ita ſcripta eſſet, *omnia*. Quidam lectionem vulgatam tuentur, paullum tamen immutantes, & ex, *nimis*, *mimis*, facientes: quod fateor me in uno antiquo codice reperiſſe: eamque ſic explicant: *ne omnia noſtra largiamur mimis*, riſum ſcilicet nobis turpi imitatione moventibus putavi etiam aliquando legendum, *ne nimis nos profundamus.* conſideret & judicet lector eruditus. *Lambin.* *Ne nimis ludum profundamus*] Sic fecerunt operæ in prima editione Lambini, cum ille tamen edi juſſiſſet, *Ne nimis joca profundamus.* quæ lectio & ſententiam commodam habet & a vulgata cum qua vetus fere conſentit, non multum diſcre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

turpitudinem delabamur. Suppeditant autem & campus noſter, & ſtudia venandi, honeſta exempla ludendi.
30 Sed pertinet ad omnem officii quaeſtionem, ſemper in promptu habere, quantum natura hominis pecudibus, reliquiſque belluis antecedat. Illae nihil ſentiunt, niſi voluptatem, ad eamque feruntur omni impetu. hominis autem mens diſcendo alitur, & cogitando, ſemper aliquid aut anquirit, aut agit, videndique, & audiendi delectatione ducitur. Quinetiam

diſcrepat. Langius vetuſtorum librorum, auctoritate neglecta edidit, *ut ne nimis profundamur.* putat enim, *profundamus*, ſcriptum eſſe a librariis pro, *profundamur*, ac deinde ab aliis adjectum eſſe *omnia.* Ego ante annos XVI. cum hos libros publice interpretarer, hanc profuſionem referebam ad illam, de qua Cicero in Cœliana, *Voluptates*, inquit, *cum prima ætate compreſſæ & conſtrictæ fuerunt, ſubito ſe nonnunquam profundunt, atque ejiciunt univerſæ.* Fr. Fabrit. Pro vulgata ſtant Palatini, Guilielmiani, & Græviani. Sed Pithæi excerpta: *ut ne, cum nimis omnia profundamus elatione voluptate in aliquam turpitudinem dilabamur.* ut forte Cicero ſcripſerit, *ut, ne, cum nimis omnia profundamus, elatiores voluptate in aliquam turpitudinem dilabamur.* elatiores ſcilicet quam decet. *Græv.*

Campus noſter] Inde meditationes ſeu exercitationes campeſtres. Sueton. Aug. 83.

Studia venandi] Quibus dediti inprimis erant Romani, unde *Romanis ſollemne viris opus* vocat Horatius lib. I. ep. 18.

Lenibus imperiis, quotieſque educet in agris
Ætolis onerata plagis jumenta, caneſque
Surge & inhumanæ ſtudium depone Camœnæ,
Canes ut pariter palmenta laboribus emta,
Romanis ſollemne viris opus, utile famæ,
Vitæque & membris, præſertim cum valeas &
Vel curſu ſuperare canem, vel viribus aprum
Poſſis: adde, virilia quod ſpecioſius arma
Non eſt qui tractet.

Et Plinius in Panegyrico: c. 81. *Olim hæc experientia juventutis, hæc voluptas erat: his artibus futuri duces imbuebantur, certare cum fugacibus feris curſu, cum audacibus robore, cum callidis aſtu: nec mediocre pacis decus habebatur ſubmota campis irruptio ferarum, & obſidione quadam liberatus agreſtium labor.*

Reliquiſque beſtiis antecellat] Noſtri libri habent partim, *reliquiſque beluis antecellat.* partim, *antecedat.* & paullo ante libri veteres ordine verborum inverſo: *homine dignus: alter ne libero quidem:* ubi vulgati: *libero dignus*, alter, *ne homine quidem.* Lambin. *Reliquiſque beſtiis antecellat*] Noſtri libri cum iis faciunt, in quibus legitur, *reliquiſque belluis antecedat:* quo modo Lambinus in nonnullis ſuorum legi annotat, verbi diverſitatem Manutius quoque obſervavit. *Fr. Fabrit.*

Hominis autem mens diſcendo alitur] Sententia ſumpta, ut videtur, ex oratione Iſocratis ad Demonicum: τὰ μὲν γὰρ σώματα, inquit, τοῖς συμμέτροις πόνοις, ἡ δὲ ψυχὴ τοῖς σπουδαίοις λόγοις αὔξεσθαι πέφυκε. *F. Vrſin.* Cic. V. Tuſc. *Mens noſtra exquirendis excogitandiſque rebus alitur, cum oblectatione ſolertiæ, qui eſt unus ſuaviſſimus paſtus animorum.*

Occul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

etiam ſi quis eſt paullo ad voluptates propenſior, modo ne ſit ex pecudum genere, (ſunt enim quidam homines non re, ſed nomine) ſed ſi quis eſt paullo erectior, quamvis voluptate capiatur, occultat, & diſſimulat appetitum voluptatis, propter verecundiam. ex quo intelligitur, corporis voluptatem non ſatis eſſe dignam hominis praeſtantia, eamque contemni, & rejici oportere. ſin ſit quiſpiam, qui aliquid tribuat voluptati, diligenter ei tenendum eſſe ejus fruendae modum. Itaque victus cultuſque corporis ad valitudinem referantur, & ad vires, non ad

Occultat & diſſimulat appetitum voluptatis] Muſonius cum locutus eſſet de venere illicita, eamque dixiſſet probrum & turpitudinem ſectantibus iam afferre, addit: ὅθεν οὐδὲ πράττειν φανερῶς οὐδὲν ἀνέχεται τῶν τοιούτων οὐδεὶς, κἂν ἐπ' ὀλίγον ἐρυθριᾷν οἷός τε ᾖ, ἀποκρυπτόμενοι δὲ καὶ λάθρα, οἵ γε μὴ τελέως ἀπερρωγότες ταῦτα τολμῶσιν. καίτοι τό γε πειρᾶσθαι λανθάνειν ὧν οἷς πράττει τις, ὁμολογοῦντας ἁμαρτάνειν ἐστίν. *Vnde nec agere palam quicquam hujuſmodi rerum ſuſtinet, ſi vel paululum erubeſcere quis queat, ſed occultantes & clam, qui non omnino ſunt perditi & diſſoluti hæc perpetrant. Atqui vel conari ut lateat quæ quis agat, eſt fatentis ſe peccare.*

Non ſatis eſſe dignam hominis præſtantia] Ὅθεν ἀνδραποδώδεις καὶ θηριώδεις φαίνονται. Inde *ſerviles eas & belluinas eſſe liquet*, inquit Ariſtot. III Nicom. 10. & paullo poſt. *Omnium ſenſuum maxime communis eſt is ſenſus, in quo poſita eſt intemperantia, meritoque ut turpis & flagitioſa maledicti loco objiciendo videatur, propterea, quia inest in nobis non qua homines, ſed qua animalia ſumus. His porro talibus delectari, eaque vehementius amare, belluarum eſt.* Rachel. Senec. ep. 92: *Voluptas bonum pecoris eſt.*

Diligenter ei tenendum eſſe ejus fruendæ modum] Hunc docet illa divina temperantia, quæ non modo ſervat homines; ſed conſecrat, Vere enim Iamblichus in epiſtola de temperantia: Ἡ δὲ μέτροις ὡρισμένοις κατέχουσα τὰς ἡδονὰς εὐταξία σώζει μὲν οἴκους, σώζει δὲ πόλεις κατὰ τὴν Κράτητος γνώμην. ἔτι δὲ πλησιάζει πως ἤδη πρὸς τὸ τῶν θεῶν εἶδος. τοιγαροῦν Περσεὺς ἐπ' αὐτὸ τὸ ἀκρότατον ἐλαύνων τῆς σωφροσύνης ἀγαθὸν, ἡγεμόνης τῆς Ἀθηνᾶς ἀπέκοψε τὴν γοργόνα, τὴν εἰς ὕλην οἶμαι καθέλκουσαν καὶ ἀπολιθοῦσαν τοὺς ἀνθρώπους ἀνοήτων παθημάτων πλησμονῇ. *Bona illa moderatio, qua voluptates intra certos limites coercentur, familias ſimul & civitates, ſecundum Cratetis ſententiam conſervat: imo ad Deorum naturam propius accedit. Quamobrem Perſeus ad ſummam temperantiæ laudem adſpirans, duce Minerva, Gorgonis caput, cupiditatem nimirum quæ deorſum ad materiam trahit, & ſaxeos efficit homines, ſtolidis affectibus repletos, amputavit.*

Victus cultuſque corporis ad valetudinem referantur, & vires] Muſonius apud Stobæum cum de temperantiæ difficultate diſſeruiſſet, & quam multum ſtudii & exercitationis requiratur, ut ea quæ circa victum eſt luxuria; quam dividit in γαστριμαργίαν & ὀψοφαγίαν, comprimatur, tandem præcipit, qua ratione poſſimus hoc vitium effugere: Καθαρεύοι δ' ἂν τις καὶ ἀναμάρτητος εἴη, ἀσκῶν δὲ ἐθίζων αὐτὸν αἱρεῖσθαι σῖτον, οὐχ ἵνα

ἥδηται, ἀλλ' ἵνα τρέφηται, οὐδ' ἵνα λεαίνηται τὴν κατάποσιν, ἀλλ' ἵνα ῥωννύηται τὸ σῶμα. Καὶ γὰρ γέγονεν ἡ μὲν κατάποσις, δίοδος εἶναι τροφῆς, οὐχ ἡδονῆς ὄργανον. ἡ δὲ γαστὴρ τοῦ αὐτοῦ χάριν, οὗπερ ἕνεκα καὶ φυτῷ παντὶ ῥίζα γέγονε. καθάπερ μὲν ἐκεῖ τρέφει τὸ φυτὸν ἡ ῥίζα ἀπὸ τῆς ἐκτὸς τὴν τροφὴν λαμβάνουσα. οὕτω τρέφει τὸ ζῶον ἡ γαστὴρ ἀπὸ τῶν εἰσφερομένων σίτων καὶ ποτῶν. ὥσπερ τε αὖ τούτοι διαμονῆς ἕνεκα συμβαίνει τρέφεσθαι, δὲ οὐχ ἡδονῆς· παραπλησίως καὶ ἡμῖν ζωῆς φάρμακον ἡ τροφὴ τῷ ἀνθρώπῳ ἐστι. *Ita ſe quis intactum a gula vitiis præſtiterit, ſi multo exercitio conſueſcat alimentis uti ad alendi, non delectandi corporis finem. Non ut lenem ac lubricam reddat gulam, ſed corpus ut roboret. Gula enim facta eſt, ut ciborum meatus eſſet, non voluptatis inſtrumentum. Venter in animali eadem gratia, qua radix in omnibus plantis conditus eſt. Nam ut plantam radix alit, forinſecus nutrimentum attrahens: ſic venter animal nutrit, cibo & potu in ipſum immiſſis. Sicut etiam plantæ aluntur ut convaleſcant, non ſecus hominibus vitæ tuendæ remedium datus eſt victus.* Addit deinde Socratis eſſe exemplum imitandum, qui dixerit, multo maximam partem hominum vivere ut edant, ſe edere ut vivat. Subnectit aliud præterea argumentum, quo Deum oſtendit non voluptatis & deliciarum cauſſa ſed incolumitatis ſervandæ cauſſa conceſſiſſe hominibus cibum. Nimirum quia cibus ſuo maxime fungatur munere in concoctione & digeſtione, cum ſucco naturali, quaſi tempeſtivis imbribus irrigat ſingula corporis membra, dum vero nullo ſuavitatis lenocinio nos affici, ſed nutriri tantum a cibis, & vires noſtras refici, quamvis longe plus temporis requiratur ad digerendum cibum, quam edendum. Deum ſi delectationis gratia nobis indulſiſſet cibum, longiorem iſtius voluptatis fructum quoque nobis fuiſſe indulturum, non breviſſimum tantum inter degluttiendum. Perquam enim brevem eſſe voluptatem gulæ & ventris, & quæ mox curas, ægritudines & moleſtias pariat. Pulchre enim Democritus: Ὅσοι ἀπὸ γαστρὸς τὰς ἡδονὰς ποιέονται, προσβεβληκότες τὸν καιρὸν, ἐπὶ βρώσεσιν, ἢ πόσεσιν, ἢ ἀφροδισίοις, ἐν τοιούτοις πᾶσιν αἱ μὲν ἡδοναὶ, βραχεῖαί τε καὶ δι' ὀλίγου γίνονται, ὁκόσον ἂν χρόνον ἐσθίωσιν, ἢ πίνωσιν. αἱ δὲ λῦπαι πολλαί. τοῦτο μὲν γὰρ τὸ ἐπιθυμεῖν. ἀεὶ τῶν αὐτῶν παρέστι, καὶ ὁκόταν γένηται, ὁκοίων ἐπιθυμέουσι, διαταχέος τε ἡ ἡδονὴ παροίχεται, καὶ οὐδὲν ἐν αὐτοῖσι χρηστόν ἐστιν, ἀλλ' ἡ τέρψις βραχεῖα, καὶ αὖθις τῶν αὐτῶν δεῖ. *Qui ventris voluptates ſequuntur, edendo potando, veneris illecebris tempus fallentes breve omnino delectationis tempus habent, interim duntaxat, dum edunt ac bibunt. Curæ vero & triſtitiæ multa ſequuntur. Semper enim earundem rerum deſiderio torquentur: & cum quæ appetunt, nacti fuerint, voluptas confeſtim tranſit, cum nihil in ſe boni, quam momentaneam titillationem habeat: itaque mox rurſus iiſdem indigent.* Muſonius in laudato loco tandem finit hanc de fugienda γαστριμαργία diſputationem: ἵνα δὲ συνελὼν εἴπω περὶ τροφῆς τὸ πᾶν, φημὶ δεῖν, σκοπὸν μὲν αὐτῆς ποιεῖσθαι ὑγείαν τε καὶ ἰσχὺν, ὡς τούτων μόνον ἕνεκα βρωτέον, ἃ δὴ δεῖται πολυτελείας οὐδὲ μιᾶς. *Sed ut cuncta quæ diætam attinent, paucis complectar, ſcopus ejus ſit ſanitas ac vires: horum enim ſolum cauſſa cibus aſſumendus. quem ſumtuoſum eſſe nulla eſt neceſſitas.* Hinc alibi lepide ridet homines qui vulgares cibos aſpernantur, & delicatos tantum appetunt, eoſque comparat mulieribus pica laborantibus: εἰσὶν ἔνιοι παραπλήσιοι ταῖς κιττώσαις γυναιξί. καὶ γὰρ οὗτοι καθάπερ ἐκεῖναι τὰ συνηθέστατα τῶν βρωμάτων δυσχεραίνουσι, καὶ τοὺς στομάχους διεφθαρμένους ἔχουσιν. ὅθεν ὥσπερ ὁ ἀχρεῖος σίδηρος συνεχῶς δεῖται στομώσεως. οὕτω καὶ οἱ ἐκείνων στόμαχοι ἐν τῷ ἐσθίειν συνεχὲς στομοῦσθαι θέλουσιν, ἢ ὑπὸ ἀκράτου, ἢ ὑπὸ ὄξους, ἢ ὑπὸ βρώματός τινος στρυφνοῦ. ἀλλ' οὐχὶ ὁ Λάκων τοιοῦτος, ὡς ἰδὼν τινα παρακειμένου αὐτῷ ὀρνιθείου τῶν πλειόνων καὶ πολυτελῶν, ὑπὸ τρυφῆς ἀναινόμενον φαγεῖν αὐτὸ, καὶ φάσκοντα μὴ δύνασθαι. ἀλλ' ἐγὼ, ἔφη, καὶ γυπὸς δύναμαι καὶ τράγου. *Sunt quidam delicatuli picam expertis mulieribus non diſſimiles: nam & ipſi, velut illæ, familiariſſimos cibos faſtidiunt, ore*

d voluptatem. atque etiam ſi conſiderare volumus, uae ſit in natura excellentia & dignitas; intelligenus quam ſit turpe, diffluere luxuria, & delicate c molliter vivere: quamque honeſtum, parce, coninenter, ſevere, ſobrie. Intelligendum eſt etiam, uabus quaſi nos a natura indutos eſſe perſonis: quaum una eſt communis, ex eo, quod omnes partiipes ſumus rationis, praeſtantiaeque ejus, qua anecellimus beſtiis, a qua omne honeſtum, decorumue trahitur, & ex qua ratio inveniendi officii exuiritur: altera autem, quae proprie ſingulis eſt tributa. Vt enim in corporibus magnae diſſimilitudines

entriculi corrupto. Itaque ut ferrum inule acie nova ſemper eget: ſimiliter & lorum ſtomachi inter edendum, acui unquam non poſtulant, ſive mero, ſive reto, ſive acerbo aliquo condimento. Quantum ab iſtis differebat Lacon ille, ui cum conſpexiſſet quandam precioſam bi aviculam appoſitam præ faſtidio reuere: At mihi, dixit, etiam vultur & ircus ſapiunt.

Cultuſque corporis] De veſtitu pulhra quoque præcepta tradidit idem Muſonius. ex quibus pauca maxime uc facientia delibo, præcipue cum ibri iſti paucorum, ut nunc eſt, maibus verſentur: ἠξίου δὲ καὶ σκέπην τὴν σώφρονα τῷ σώματι ζητεῖν οὐ τὴν πολυτελῆ καὶ περιττήν. εὐθὺς γὰρ ἐσθῆτι καὶ ὑποδέσει τὸν αὐτὸν τρόπον ἔφη εἶναι χρηστέον, ὅνπερ πανοπλίᾳ, φυλακῆς ἕνεκεν τοῦ σώματος, ἀλλ' οὐκ ἐπιδείξεως. ὥσπερ οὖν ὅπλα κάλλιστα τὰ ἰσχυρότατα καὶ σώζειν μάλιστα δυνάμενα τὸν χρώμενον, οὐ τὰ περίβλεπτα καὶ λαμπρά. οὕτως ἀμπεχόνη καὶ ὑπόδεσις ἡ χρησιμωτάτη, τῷ σώματι κρατίστη, καὶ οὐχ ἡ δυναμένη τὰς τῶν ἀνοήτων ὄψεις ἐπιστρέφειν. δεῖ γὰρ τῆς σκέπης αὐτῆς κρεῖττον ἀποφαίνειν τὸ σκεπόμενον καὶ ἰσχυρότερον. οἱ μὲν οὖν λειότητά τε καὶ ἁπαλότητα σαρκὸς διὰ τῶν σκεπασμάτων μηχανώμενοι, χεῖρον τῷ σώματι ποιοῦσιν. εἴγε τὸ τεθρομμένον σῶμα καὶ μαλακὸν πολὺ κάκιον, τοῦ σκληροῦ τε, καὶ διαπεπονημένου ἐστίν. οἱ δὲ ῥωννύντες καὶ κρατιοῦντες τῇ σκέπῃ, οὗτοι τὰ σκεπόμενα μόνοι ὠφελοῦσιν. *Volebat etiam virum temperantem veſtitum corpori quærere non ſumtuoſum, nec exquiſitum. Veſte nempe & calceamentis eodem modo utendum eſſe aiebat, quo armis, nempe defendendi corporis, non oſtentationis cauſſa. Sicut igitur ea ſunt optima arma, quæ tueri indutum eis maxime valent, & non inſignia & ſplendida: ita amictus quoque & calceorum uſus, qui corpori commodiſſimus optimus eſt, non vero is, qui ſtolidorum oculos in ſe poſſit convertere. Decet enim tegumento ipſo præſtantius & fortius efficere id quod tegitur, & non imbecillius ſimul ac deterius. Qui igitur levitatem & mollitiem carnis per veſtitum ſtudent conſequi, corpora ſua corrumpunt: ſiquidem diſſolutum fluxumque corpus & molle, multo inertius ignaviuſque duro & laboribus exercito eſt. At quæ corroborant & firmiora reddunt veſtes, hæc ſunt quæ ſolæ ea quæ tegunt adjuvant.*

Quam ſit turpe diffluere luxu] Pithæi excerpta: *quam ſit turpe molliri, diffluere luxuria.*

Ratio inveniendi officii] Pro *inveniendi* lib. D. Laurentii habet, *muniendi.* C. Lang.

Vt enim in corporibus magnæ diſſimilitudines] Sumpſit hoc ab Ariſtotele ex lib. 1. Pol. εἰ δ' ἐπὶ τοῦ σώματος τοῦτ'

nes ſunt (alios enim videmus velocitate ad curſum, alios viribus ad luctandum valere : itemque in formis aliis dignitatem ineſſe , aliis venuſtatem) ſic in animis exſiſtunt etiam majores varietates. Erat in L. Craſſo, & in L. Philippo multus lepos : [major etiam magiſque de induſtria in C. Caeſare , L. F. At iiſdem temporibus in M. Scauro, & in M. Druſo adoleſcente , ſingularis ſeveritas : in C. Laelio multa hilaritas : in ejus familiari Scipione ambitio major, vita triſtior. De Graecis autem, dulcem & facetum , feſtivique ſermonis , atque in omni oratione ſimulatorem , quem εἴρωνα Graeci nominaverunt,

ἀληθὲς, πολὺ δικαιότερον ἐπὶ τῆς ψυχῆς τοῦτο διαιρεῖσθαι. *F. Vrſin.*

Alios enim videmus velocitate ad curſum] Sicut apud Homerum πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς. Belle Propertius lib. III, el. 8:

Sunt quibus Eleæ concurrit palma quadrigæ,
Sunt quibus in celeres gloria nata pedes.
Hic ſatus ad pacem, hic caſtrenſibus utilis armis,
Naturæ ſequitur ſemina quiſque ſuæ.

Sic in animis exiſtunt etiam majores varietates] Hinc Perſius Sat. V:

Mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor uſus.
Velle ſuum cuique eſt, nec voto vivitur uno.

Vide ibi Caſauboni notas.

In L. Craſſo] Ideo lib. 2 de orat. *Non fere quiſquam reperietur præter hunc* (Craſſum) *in utroque genere leporis excellens : & illo quod in perpetuitate ſermonis, & hoc quod in celeritate atque dicto eſt.*

In L. Philippo] Hic fuit L. Martius Philippus Q. F., qui conſul fuit anno V. C. 663. de quo in Bruto Cicero : *Erat in eo ſumma libertas, multæ facetiæ, ſatis creber in reperiendis, ſolutus in explicandis ſententiis.*

In C. Cæſare] Is fuit L. Cæſar Strabo, quo & filio negat quemquam in Bruto Cicero ſale & lepore conditiorem fuiſſe. Hinc in II de orat. ipſum induxit de facetiis diſputantem.

In M. Scauro] Quanta fuerit in illo gravitas cum multis aliis locis Cicero teſtatur, tum in primis in Bruto : *In oratione Scauri ſapientis hominis & recti gravitas ſumma, & naturalis quaedam inerat auctoritas, ut teſtimonium dicere putares, cum pro reo diceret.*

M. Druſo] Is fuit M. Druſus C. filius, qui in tribunatu C. Gracchum collegam iterum Trib. fregit, *vir & oratione gravis & auctoritate*, ut de illo Tullius teſtatur in Bruto.

In C. Lælio multa hilaritas] Cic. pro Muræna : *Quis C. Lælio comior? quis jucundior eodem ex ſtudio iſto? quis illo gravior? quis ſapientior?* Hinc etiam propter iſtam hilaritatem ut & ſermonis elegantiam putabantur fabellæ Terentii ab illo ſcribi, ut idem auctor eſt in VII ad Att. 3.

Ambitio major vita triſtior] *Ambitio* hic eſt σεμνότης in habitu & cultu. *Vita triſtior* eſt vita ſeverior. Cic. in Verr. *judex triſtis & ſeverus. Dii non triſtes* apud Ovid. ſunt dii hilariores.

Atque in omni ratione diſſimulatorem] Malim legi, *in omni oratione.* quo modo ſcriptum reperi in duob. cod. manuſcr. *Lambin. Atque in omni ratio* ...

diſſ

unt, Socratem accepimus: contra Pythagoram
: Periclem, ſummam auctoritatem conſecutos, ſine
lla hilaritate. Callidum Hannibalem ex Poenorum;
x noſtris ducibus Q. Maximum accepimus: facile
elare, tacere, diſſimulare, inſidiari, praecipere
oſtium conſilia. In quo genere Graeci Themiſto-
lem, & Pheraeum Iaſonem ceteris anteponunt. in
rimiſque verſutum & callidum factum Solonis, qui,
uo & tutior vita ejus eſſet, & plus aliquanto reip.
rodeſſet, furere ſe ſimulavit. Sunt his alii multum
iſpares, ſimplices & aperti: qui nihil ex occul-
o, nihil ex inſidiis agendum putant, veritatis culto-
es, fraudis inimici: itemque alii, qui quidvis per-
etiantur, cuivis deſerviant, dum, quod velint, con-
ſe-

ſimul.] Lambinus mavult, *in omni* *atione.* legitur ita in editione Victo-ana, & noſtris manuſcriptis. So-ates autem de ſe ipſe detrahens in ſputatione, plus tribuebat iis, quos lebat refellere ita cum aliud diceret que ſentiret, libenter uti ſolitus eſt diſſimulantia, quam Græci εἰρω-ίαν vocant, in Lucullo. Alcibiades Convivio Platonis de Socrate, in-it, εἰρωνευόμενος ἢ καὶ παίζων ἐντα τὸν βίον πρὸς τοὺς ἀνθρώπους δια-λεῖ. id eſt, *Diſſimulando & ludendo* *nnem cum hominibus ætatem exigit.* Fr. abrit. *Oratione* eſt quoque in primo rævii.

Præripere hoſtium conſilia] Ita placet legatur, non, ut Lambinus muta-t, *præcipere*: primum, quia ſic eſt veteribus libris: deinde, quia ſen-ntia ſumpta eſt ex Sophoclis Aia-:

Ἀεὶ μὲν ὦ παῖ Λαρτίου δέδορκά σε
Πεῖράν τιν' ἐχθρῶν ἁρπάσαι θηρώ-
μενον. *F. Vrſin.*

æripere hoſtium conſilia] Sic recte unc hic legi, admonui ſupra. idem erbum ad Q. Curtium ex antiquiſſi-is libris manuſcriptis pluribus locis ſtitui, ubi, *præripere*, ejus locum ccupaverat. *Fr. Fabrit.* Recte Langii & Fabrit. editio *præcipere*, quamvis codex meus uterque, nec non excerpt. Pith. & editio princeps præ ſe ferant *præripere hoſtium conſilia.* Male. Superius: *præcipere cogitatione futura.* & ſic ſæpe ſcriptores optimi. *Græv.*

Pheræum Iaſonem] Vide de ejus prudentia & potentia Xenophontem VI ἑλληνικ. & Diod. Sic. XV.

Furere ſe ſimulavit] Vides verum eſſe illud tritum:

Stultitiam ſimulare loco ſapientia ſumma eſt.

Exemplo ſit præter Solonem, in ſacris David, apud Romanos Brutus

Qui quidvis perpetiantur, cuivis deſerviant] Hanc vocat ſervilem patientiam Tacitus XIV annal. 261 de Tigrane: *uſque ad ſervilem patientiam demiſſus.* Qualis fuit Caligulæ, de quo Sueton. in ejus vita cap. 10: *Omnibus inſidiis tentatus elicientium cogentiumque ſe ad querelas, nullam unquam occaſionem dedit, perinde oblitterato ſuorum caſu, ac ſi nihil cuiquam accidiſſet: quæ vero ipſe pateretur incredibili diſſimulatione tranſmittens. Tantique in avum, & qui juxta erant, obſequii, ut non immerito ſit dictum, nec ſervum meliorem ullum, nec deteriorem dominum fuiſſe,* Talis fuit Lucius Vitellius, cujus mi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ſequantur: ut Sullae M. Craſſum videbamus. quo in genere verſutiſſimum, & patientiſſimum Lacedaemonium Lyſandrum accepimus. contraque Callicratidam, qui praefectus claſſi proximus poſt Lyſandrum fuit. Itemque in ſermonibus alium quemque, quamvis praepotens ſit, efficere, ut unus de multis eſſe videatur. quod in Catulo, & in patre, & in filio, idemque in Q. Mutio Mancia vidimus. Audivi ex majoribus natu hoc idem fuiſſe in P. Scipione Naſica: contraque patrem ejus, illum, qui T. Gracchi conatus perditos vindicavit, nullam comi-

rum in adulando ingenium deſcribit Sueton. Vitell. c. 2.

Vt Sullam & M. Craſſum] Sullam alios coluiſſe, & ſervili obſequio dignitates meruiſſe nuſquam, dictum ſcriptumve. In ætate tenera cum ſcurris & mimis potavit, & genio indulſit frequenter, ſed de adulatione potentium dignitateque florentium nihil. Craſſus autem Sullam ſectatus eſt, & coluit enixe, ejuſque gratia potiſſimum ad illas divitias & poſtea honores eſt evectus. vide Plutarchum in ejus vita. Sine dubio locus eſt contaminatus, quem ſic purgabis ex meo primo codice, in quo clare ſcribitur: *Vt Sullæ M. Craſſum videbamus.* Grævius.

Lyſandrum] Vid. C. Nep. in ejus vita.

Callicratidam] De hoc etiam egit cap. 24 hujus libri.

Itemque in ſermonibus alium quemque, quamvis præpotens ſit, efficere] Omnes vet. lib. *Alium quemque, quamvis.* Paullo poſt, pro *Mancia*, quod habent libri ſcripti, Interpretes *Numantinus* legunt, & ſuo more nugas nugantur. *Ælii Manciæ* meminit Valer. libro v. *C. Lang.* *Alium aliquem quamvis præpotens ſit*] In vulgatis editionibus legitur, *Alium quidem videmus, quamvis præpotens ſit.* pro quo Victorius edidit, *Alium quenque quamvis præpotens ſit.* atque ita eſſe in omnibus libris veteribus cum Langius de ſuis teſtatur, tum ipſe de meis vere affirmare poſſum. Meliores quoque libri noſtri, *Q. Mucium Manciam* nominant, quem vulgo *Mancium* &, *Numantinum*, cognominant. *Fr. Fabrit.* Hæc verba mendoſa ſunt & multa labe inquinata. hinc tam varie ſcribuntur in editionibus & membranis. Editio princeps Moguntina: *Itemque in ſermonibus alium quemque accepimus, quamvis p. ſ. e.* Alii *alium aliquem*, alii *alium quidem*. *Accepimus* ex priore periodo hic fuit inculcatum, pro quo alii ſubſtituerunt *videmus*, contra librorum fidem. Sed ut *videmus* & *accepimus* perperam fuit ab editoribus hic inſertum, ſic & in manu exaratos libros mihi τὸ *quemque* videtur neſcio a qua mala manu irrepſiſſe, ut in alios *quidem*. Quæ ſi deleveris, rectius ſe omnia habebunt. ſic ergo ſcribendum cenſeo: *Itemque in ſermonibus alium, quamvis præpotens ſit, efficere, ut unus de multis eſſe videatur.* Sed nondum priora verba mihi videntur Tullianum illum candorem & elegantiam redolere. Sententia non eſt obſcura, ſed verba ſunt ſcabroſa. Nimirum hoc vult. Eſſe in quibuſdam ſermonis comitatem ut, quamvis ſint in magna dignitate conſtituti, tamen cum ſermones ſerunt cum infimæ quoque ſortis hominibus, videantur & ipſi ejuſdem loci & ordinis homines eſſe, nul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

nitatem habuiſſe ſermonis: ne Xenocratem quidem,
everiſſimum philoſophorum, ob eamque rem ipſam
nagnum clarumque fuiſſe. Innumerabiles aliae diſ-
imilitudines ſunt naturae, morumque, minime ta-
nen vituperandorum. Admodum autem tenenda 31
unt ſua cuique, non vitioſa, ſed tamen propria,
quo facilius decorum illud, quod quaerimus, reti-
neatur. ſic enim eſt faciendum, ut contra univerſam
naturam nihil contendamus: ea tamen conſervata,
propriam naturam ſequamur: ut, etiam ſi ſint alia
graviora, atque meliora, tamen nos ſtudia noſtra na-
urae regula metiamur. neque enim attinet repugna-
e naturae, nec quidquam ſequi, quod aſſequi non
queas.

nullum ut præ ſe ferant in oratione aſtum. Cic. 2 de finibus: *Tenuis L. Virinius unuſque de multis.* Sic Græcis ἷς τῶν πολλῶν. *Grav.*

Ne Xenocratem quidem] Hanc lectionem optimorum librorum auctoritas, & ſententia comprobat. Hoc enim dicit, Ne ſeveriſſimum quidem philoſophorum Xenocratem comitatem ſermonis habuiſſe, & in gravitate maxima præſtitiſſe dignitate, ut Camerarius ſcribit. *Fr. Fabrit.* Vid. Diog. Laert. in ejus vita.

Minime tamen vituperandorum] Si ſcilicet illæ naturales inclinationes recte regantur, nec per pravam adſuefactionem aliquid labis contraxerint. Vnde mox addit, ſua cuique tenenda eſſe, non vitioſa, ſed tantum propria. Add. Ariſt. 6. Nicom. 13. *Rachel.*

Admodum autem tenenda ſunt ſua cuique] Libri veteres habent, *tenenda ſunt ſua cuique*: quos ſecuti ſumus: vulgati autem, *tuenda ſunt*, &c. *Lambin.* *Admodum, autem tenenda*] *Tuenda*, eſt in Manutianis, & aliis vulgatis: *tenenda*, in vetuſtis, quos Victorius, Langius & Lambinus ſequuntur. Sic lib. 2: *Neque locupletibus ad ſua vel tenenda, vel recuperanda abſit invidia.* ubi ſimiliter ut hic, *tuenda*, quidam ſubſtituerunt. *Fr. Fabrit.* *Admodum*] De ejuſmodi naturalibus inclinationibus locutus eſt, quæ uſum ſuum potiſſimum in ὁμιλίᾳ & familiari conſuetudine habent. Monet igitur, ut quiſque ſuæ Naturæ ductum ſequatur, nec ſit κενόζηλος, hoc eſt, inepte ac ſtolide aliorum mores, geſtus, aut orationem adfectet, ac ita quidpiam invita Minerva moliatur, uti mox ait. *Rachel.*

Tamen nos ſtudia noſtra naturæ regula metiamur] Sunt qui legant: *Studia noſtræ naturæ regula metiamur.* Balduinus admonet in ſcripto codice eſſe, *Studia noſtri regula metiamur.* noſtri cum impreſſis conſentiunt, ut & Nonius in voce, *Grave.* Iidem manuſcripti noſtri ſtatim habent: *Quod aſſequi non queas*, itaque Victorius edidit. Latini certe verbum, *Nequeo*, ita probarunt, ut, *Non queo*, minime repudiaverint. de quo lib. tertio etiam aliquid admonebimus. *Fr. Fabrit.*

Neque enim attinet naturæ repugnare] M. *atque.* unde mihi ſuſpicio incidit ſcripſiſſe M. Tullium: *Ad quod enim attinet, repugnare naturæ, & nequicquam ſequi, quod aſſequi nequeas.* Gruter. Pithæi excerpta, & mei ſtant pro vulgata. Sic fere ſemper Cicero in orat. pro Quint. *Neque quemquam attinebat id recuſare.* in notis in epiſtolas ad Atti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

queas. Ex quo magis emergit, quale ſit decorum illud, ideo, quia nihil decet invita (ut ajunt) Minerva, id eſt, adverſante, & repugnante natura. Omnino ſi quidquam eſt decorum, nihil eſt profecto magis, quam aequabilitas univerſae vitae, tum ſingularum actionum: quam conſervare non poſſis, ſi aliorum naturam imitans omittas tuam. Vt enim ſermone eo debemus uti, qui notus eſt nobis, ne (ut quidam) Graeca verba inculcantes jure optimo irrideamur: ſic in actiones, omnemque vitam nullam diſcrepantiam conferre debemus. Atque haec differentia naturarum tantam habet vim, ut nonnunquam mortem ſibi ipſe conſciſcere alius debeat, alius in eadem cauſa non debeat. Num enim alia in cauſa M. Cato fuit, alia

cum plura collegimus hujus notionis exempla. *Græv.*

Æquabilitas univerſæ vitæ] Sic recte Palatini codd. quibus mei accedunt, & edd. primæ. vulgo *æqualitas*. Superius dixit de Socrate & Lælio: *Præclara eſt æquabilitas in omni vita, & idem ſemper vultus, eademque frons.* Idem: *Motus certus & æquabilis.* Hanc æquabilitatem vitæ mirifice prædicat in Veſtricio Spurinna Plin. III epiſt. I: *Me ut certus ſyderum curſus, ita vita hominum diſpoſita delectat.* dein: *Hanc regulam Spurinna conſtantiſſime ſervavit, quin etiam parva hæc (non parva ſi quotidie fiant) ordine quodam & velut orbe circumagit.* Sic enim legendus hic locus. Vulgo inepte & contra mentem auctoris editur: *parva ſi non quotidie fiant.* Nihil tam alienum a ſententia Plinii. Non enim dicit illa parva eſſe, ſi non fiant quotidie, ſed illa quia tam conſtanter & æquabiliter fiebant quotidie, non parva, ſed magna ducenda, propter illum ordinem. *Græv.*

Si aliorum naturam imiteris] In noſtris manuſcriptis legitur, *Si aliorum naturam imitans omittas tuam.* quo modo Victorius, & Langius ediderunt. *Fr. Fabrit.* Sic & Pithæi excerpta & uterque Grævii.

Ne ut Græca verba inculcantes jure optimo irrideamur] Hoc ipſum Iuvenalis exagitat in Romanis matronis Satyr. 6;

Omnia Græce,
Cum ſit turpe magis noſtris neſcire Latine,
Hoc ſermone pavent, hoc iram, gaudia, curas
Hoc cuncta effundunt animi ſecreta. Quid ultra?
Concumbunt Græce.

Non enim alia in cauſa] Iidem cum interrogatione legunt, *Num etiam alia in cauſa.* atque ita eſſe in vetuſtis exemplaribus Balduinus affirmat. duo ex noſtris, *Num*: cæteri, *Non*, habent. *Fr. Fabrit.* *Num* excerpta Pithæi & editio Gryphii: ſed *non* uterque meus liber præ ſe fert. *Alia in cauſſa* eſt alio loco, alia conditione. ut ſtatim ante: *Atque hæc differentia naturarum tantam habet vim, ut nonnunquam mortem ſibi ipſe conſciſcere alius debeat, alius in eadem cauſa non debeat.* Et lib. III, c. 28: *Itaque tum, cum vigilando necabatur, erat in meliore cauſſa, quam ſi domi ſenex captivus, perjurus conſularis remanſiſſet.* Græv.

M. Cato fuit] Hoc ex Stoicorum placitis, vide Arrian. diſputat. Epict. l. I, c. 2;

ia cereri, qui ſe in Africa Caeſari tradiderunt? At-ui ceteris forſitan vitio datum eſſet, ſi ſe interemiſ-ent, propterea quod eorum vita lenior, & mores uerant faciliores: Catoni autem cum incredibilem ribuiſſet natura gravitatem, eamque ipſe perpetua onſtantia roboraviſſet, ſemperque in propoſito, ſu-ceptoque conſilio permanſiſſet, moriundum potius, uam tyranni vultus adſpiciendus fuit. Quam multa aſſus eſt Vlyxes in illo errore diuturno, cum & mu-eribus (ſi Circe, & Calypſo, mulieres appellandae unt) inſerviret, & in omni ſermone omnibus affabi-em & jucundum ſe eſſe vellet? domi vero etiam con-umelias ſervorum, ancillarumque pertulit, ut ad d aliquando, quod cupiebat, perveniret. At Ajax, uo animo traditur, millies oppetere mortem, quam lla perpeti maluiſſet. quae contemplantes expendere pportebit, quid quiſque habeat ſui: eaque modera-i, nec velle experiri, quam ſe aliena deceant. id enim

:. 2, quæ merito Peripatetici aliique ere Philoſophi omnes repudiarunt, hauſit Cicero. Hinc & in eos, qui ſi-bi ipſi mortem conſciverant, a ple-riſque legum latoribus pœna conſti-tuta eſt, ne ſepelirentur. Saniorem ſententiam ipſe probat Cicero in ſomnio Scipionis: *Niſi Deus is, cujus hoc templum eſt omne quod conſpicis, iſtis te corporis cuſtodiis liberaverit, in cælum aditus tibi patere non poteſt.* quamvis in 1 Tuſculana Catonis αὐτοχειρίαν alia tueri ſtudeat ratione: *Cato ſic abiit e vita, ut cauſſam moriendi ſe nactum eſſe gauderet. Vetat enim dominans ille in nobis Deus injuſſu hinc nos ſuo demigrare. Cum vero cauſam juſtam Deus ipſe dederit, ut tunc Socrati, nunc Catoni, ſæpe multis: næ ille medius fidius vir ſapiens lætus ex his tenebris in lucem illam exceſſerit: nec tamen illa vincula carceris ruperit: leges enim vetant: ſed tanquam a magiſtratu aut aliqua poteſtate legitima, ſic a Deo evocatus atque emiſſus exierit.* vide Grot. 11 de Iure Belli & Pacis cap. 19. & Carolum Fabrottum in exercitat. v.

Paſſus eſt Vlyſſes] Vterque meus codex, & illi quos Guilielmus vidit *Vlyxes*. Sic & in antiquiſſimis aliorum ſcriptorum codicibus reperiri auctor eſt Giffanius ad Lucretium. *Grævius.*

Omnibus affabilem & jucundum ſe eſſe vellet] Revocavi lectionem Victorio publicatam, inventamque in Palatino primo & T. Cæteris abeſt illud *& jucundum*. Gruter.

Quam ſe aliena deceant] Quidam legi volunt, *dedeceant*. ego nihil muto. *Lamb.* *Nec velle experiri*] Apposite docet Epictetus: ἐὰν ὑπὲρ δύναμιν ἀναλάβῃς τι πρόσωπον, καὶ ἐν τούτῳ ἠσχημόνησας, καὶ ὃ ἠδύνασο ἐκπληρῶσαι, παρέλιπες. *Si quam Perſonam, quæ vires tuas ſuperat, indueris; tum eam indecore geres, tum eam, quam ſuſtinere poſſes, negliges.* Enchir. cap. 59. Cui

enim maxime quemque decet, quod eſt cujuſque maxime ſuum. Suum igitur quiſque noſcat ingenium, acremque ſe & bonorum & vitiorum ſuorum judicem praebeat: ne ſcenici plus quam nos videantur habere prudentiae. illi enim non optimas, ſed ſibi accommodatiſſimas fabulas eligunt. qui voce freti ſunt, Epigonos, Medumque: qui geſtu, Menalippam, Clytaemneſtram: ſemper Rupilius, quem ego memini, Antiopam: non ſaepe Aeſopus Ajacem. Ergo hiſtrio hoc videbit in ſcena, non videbit vir ſapiens in

add. etiam ſeqq. cap. 60. His optime conveniunt, quæ hic a Cicerone diſſeruntur, ex eadem Schola profecta. *Rachel.*

Quod eſt cujuſque maxime ſuum. Suum igitur quiſque] Quidam libri, *quod eſt cujuſque maxime. Suum igitur* &c. alii, quo modo edidi, *quod eſt cujuſque maxime ſuum. Suum igitur.* Nam *ſuum* pro proprio vel pueris receptum eſt. hinc ille Terentii locus elegantiſſimus in Eunucho explicatur: *Viden' os ſuum & cibus quid facit alienus?* quanquam Bembus, *oſſum* legerit, alii *otium*, utrumque ἀπροσδιόνυσον. *Car. Lang.* Mei quoque codices, & excerpta Pithæi, *quod eſt cujuſque maxime. Suum igitur quiſque.* Nullus dubito, veram eſſe ſcripturam eorum codicum, quam ſecutus eſt accuratiſſimus Langius. per quam venuſta eſt repetitio τῦ *ſuum*, quam cum non caperent librarii, aut ſcioli, ſemel *ſuum* deleverunt. quos nollem Gruterus ſecutus eſſet. *Grævius.*

Acremque ſe & bonorum, & vitiorum] Acrem judicem pro ſevero uſurpat, auctore Nonio: in cujus libris ita legitur: *Acremque ſe & bonorum & malorum ſuorum judicem præbet.* Fr. Fabrit.

Epigonos Medumque] Vetuſta lectio, quam probo, *Medumque* habet: ita enim appellata eſt Pacuvii tragœdia. Nonnulli, qui hoc ignoraſſent, hac exploſa & deleta voce *Medeam* repoſuerunt, cum ſcirent maxime Medeæ caſus, immanitatemque ejus adverſus filios in theatris agitatam eſſe: nec cogitaſſent fieri poſſe etiam ut aliqua tragœdia Medi, ejus filii nomine ſcripta fuerit. Non. Marcellus in dictione *dico* adducit Pacuvium in Medo, Ioannes autem Pierius & probus & eruditus vir, ac ſupra omnes in litteras accuratus, in ſuis in III Æneidos caſtigationibus adducit Fl. Soſipatri Grammatici locum, ubi mentionem facit hujus tragœdiæ his verbis: *Pacuvius in Medo cum oſtenderet a Medo Medeæ filio matrem quæri*, ait, *Te ſol invoco, ut mihi poteſtatem duis inquirendi mei parentis.* Quare teſtimonio & auctoritate priſcorum codicum, ita cenſeo eſſe legendum. *P. Victor.* Vetuſtiora exemplaria habent *Medumque*, de quo Pacuvius Tragœdiam ſcripſit, quæ ſubinde citatur a Non. Marcello, ut in dictione *Abjugo.* P. Balduin. *Epigonos, Medumque*] Libri veteres habent, *Medumque*: quos ſequor. vulgati vero, *Medeamque.* Lambin. *Epigonos Medumque*] Ita legi in vetuſtis libris, non *Medeamque*, Victorius & Balduinus jamdiu in Annotationibus teſtatum reliquerunt. *Medus* autem Pacuvii non ſolum a Nonio ſed & a Chariſio lib. 1. & a Priſciano. lib. 10. & 13. adducitur, quem qui ignorarunt, *Medeam* ſuppoſuerunt. In eo, quod ſequitur: *Quod non videbit ſapiens: quod*, abeſt a manuſcriptis & editis a Langio exemplaribus. *Fr. Fabrit.* Abeſt quoque *quod* a Pithæan. & meo primo, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

n vita? Ad quas igitur res aptiſſimi erimus, in iis potiſſimum elaborabimus. ſin aliquando neceſſitas nos ad ea detruſerit, quae noſtri ingenii non erunt, omnis adhibenda erit cura, meditatio, diligentia, ut ea, ſi non decore, at quam minimum indecore facere poſſimus. Nec tam eſt enitendum, ut bona, quae nobis data non ſint, ſequamur, quam ut vitia fugiamus.

Ac duabus iis perſonis, quas ſupra dixi, tertia ad- 32
jungitur, quam caſus aliquis, vel tempus imponit: quar-

& commode ſine ſententiæ detrimento, volentibus libris antiquis, abeſſe poteſt. In meo præterea & excerpt. Pith. *vir* additur. *Non videbit vir ſapiens in vita.* quod probo. *Grav.*

Ad quas igitur res aptiſſimi erimus, in iis potiſſimum elaboremus] Quid enim natura adverſante geras? minus, quam ſi adverſo alveo nates; quod qui temere tentet, nec viribus, nec arte, nec uſu fretus operam primo ille ludit, & poſtmodo laſſus, brachiis cruribuſque demiſſis, abreptus vortice, demergitur. Hic ille puſillus eſt, qui ridetur in Græco verſu Minervæ procus.

Καί περ ἐὼν ὀλίγος μνᾶται εὐπήχυν
Ἀθήναν.

Quamvis parvus deperit pulchram
Minervam,

Vid. Plutarch. de puerorum educatione. Epictet. enchirid. cap. 59. Ἂν ὑπὲρ δύναμιν ἀναλάβῃς τι πρόσωπον, καὶ ἐν τούτῳ ἠσχημόνησας· καὶ ὃ ἐδύνασο ἐκπληρῶσαι παρέλιπες. *Si quam perſonam, quæ vires tuas ſuperat, indueris, tum eam quam ſuſtinere poſſes negliges.* Præcipit hoc cum alibi frequenter tum apud Arrian. lib. 3 c. 15: Ἄνθρωπε σκέψαι τὴν σαυτοῦ φύσιν, τί δύναται βαστάσαι. εἰ παλαιστὴς, ἴδε σου τοὺς ὤμους, τοὺς μηρούς, τὴν ὀσφύν. ἄλλος γὰρ πρὸς ἄλλό τι πέφυκε. *Homo naturam tuam conſidera, quid ferre poſſit. Si luctator eſſe vis, vide humeros tuos, femora, lumbos. Alius enim ad aliud natus eſt.* Quod qui non faciunt, ſera pœnitentia deplorabunt poſtea ſpes improbas cum Othone: τί γάρ μοι καὶ μακροῖς αὐλοῖς. *Quid enim mihi cum longis tibiis?*

Quam ut vitia fugiamus]

Nam vitiis nemo ſine naſcitur, optimus
ille eſt
Qui minimis urgetur. ut vere Horat.

Vitioſitas autem naturæ corrigitur doctrina & uſu ſeu adſuefactione. Plutarch. de puerorum educatione: φύσεως μὲν γὰρ ἀρετὴν διαφθείρει ῥαθυμία, φαυλότητα δὲ ἐπανορθεῖ διδαχή. καὶ τὰ μὲν ῥάδια τοὺς ἀμελοῦντας φεύγει, τὰ δὲ χαλεπὰ ταῖς ἐμμελείαις ἁλίσκεται. *Socordia naturæ bonitatem depravat, doctrina ejuſdem vitioſitatem emendat: etiam quæ facilia ſunt homines deſides non aſſequuntur, difficilia ſtudio & cura comprehenduntur.* Vnde Horat.

Nemo adeo ferus eſt, ut non miteſcere
poſſit,
Si modo culturæ patientem accommodet
aurem.

Quam caſus aliquis, vel tempus imponit] Epictet. Enchiridio cap. 23: Μέμνησο, ὅτι ὑποκριτὴς εἶ δράματος, οἵου ἂν θέλῃ ὁ διδάσκαλος. ἂν βραχὺ βραχέος. ἂν μακρὸν μακροῦ. ἂν πτωχὸν ὑποκρίνεσθαί σε θέλῃ, ἵνα καὶ τοῦτον, εὐφυῶς ὑποκρίνῃ. ἂν χωλὸν, ἂν ἄρχοντα, ἂν ἰδιώτην. σὸν γὰρ τοῦτ᾽ ἐστὶ τὸ δοθὲν ὑποκρίνεσθαι πρόσωπον καλῶς. ἐκλέξασθαι δ᾽ αὐτὸ, ἄλλου. *Actorem eſſe fabulæ talis, qualis magiſtro probata fuerit, te memento: ſi brevis, brevis, ſi longa longa. Si mendicum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

quarta etiam, quam nobiſmetipſis judicio noſtro accommodamus. nam regna, imperia, nobilitates, honores, divitiae, opes, eaque, quae ſunt his contraria, in caſu ſita, temporibus gubernantur. Ipſi autem gerere quam perſonam velimus, a noſtra voluntate proficiſcitur. itaque ſe alii ad philoſophiam, alii ad jus civile, alii ad eloquentiam applicant: ipſarumque virtutum in alia alius mavult excellere. Quorum vero patres, aut majores aliqua gloria praeſtiterunt, ii ſtudent plerumque eodem in genere laudis excellere: ut Q. Mucius, P. filius, in jure civili; Pauli filius Africanus in re militari. Quidam autem ad eas laudes, quas a patribus acceperunt, addunt aliquam ſuam: ut hic idem Africanus eloquentia cumulavit bellicam gloriam. quod idem fecit Timotheus, Cononis F. qui, cum belli laude non inferior fuiſſet, quam pater: ad eam laudem doctrinae & ingenii gloriam adjecit. Fit autem interdum, ut nonnulli, omiſſa imitatione majorum, ſuum quoddam inſtitutum conſequantur: maximeque in eo plerumque elaborant ii, qui magna ſibi proponunt, obſcuris orti majoribus. Haec igitur omnia, cum quae-

cum agere te voluerit, fac eam quoque perſonam decore geras. Ita ſi claudum, ſi principem, ſi plebejum. Hoc enim tuum eſt impoſitam perſonam bene agere, eam autem eligere, alterius. vid. ibi Simplicium.

Nobilitates] Sunt diverſi nobilitatum gradus. Alia eſt nobilitas patricia, alia plebeia: atque illa rurſus alia majorum gentium alia minorum: hæc alia novorum ac nullius imaginis hominum, alia nobilibus natorum. Tacit. XII annal. *At Claudius quanquam nobilitatibus externis mitis.* Senec. conſol. ad Polyb. 36: *Quamvis in aliis rebus dignitatum ac nobilitatum magna diſcrimina ſint, virtus in medio poſita eſt.* *Gronov.* Tacit. Agric. 4, procuratio-nem Cæſarum vocat nobilitatem equeſtrem: *Vtrumque avum procuratorem Cæſarum habuit: quæ equeſtris nobilitas eſt.* Hoc eſt hæc dignitas equeſtris ordinis viros nobilitat. Eſt igitur alia nobilitas patriciorum, & plebeiorum, qui ad magiſtratus curules pervenerint. *Græv.*

Agere quam perſonam] *Gerere*, eſt in omnibus, atque ita repone. *Fr. Fabrit.*

Student plerumque] *Ii ſtudent plerunque* eſt in tribus ſcriptis, ac bonis impreſſis. cujus loco in Manutianis legitur, *Eorum plerique in hoc genere laudis ſtudent excellere.* Fr. Fabrit.

Obſcuris orti parentibus] *Parentibus*, eſt in Manutianis: pro quo cæteri vulgati,

naerimus, quid deceat, complecti animo, & cotatione debemus. In primis autem conſtituendum t, quos nos, & quales eſſe velimus, & in quo geere vitae: quae deliberatio eſt omnium difficillima. neunte enim adoleſcentia, cum eſt maxima imbellitas conſilii, tum id ſibi quiſque genus aetatis deendae conſtituit, quod maxime adamavit. itaque nte implicatur aliquo certo genere, curſuque viendi, quam potuit, quod optimum eſſet, judicare. Nam quod Herculem Prodicium dicunt (ut eſt apud Xenophontem) cum primum pubeſceret (quod temus a natura ad deligendum, quam quiſque viam viendi ſit ingreſſurus, datum eſt) exiſſe in ſolitudiem, atque ibi ſedentem, diu ſecum, multumque ubitaſſe, cum duas cerneret vias, unam Voluptais, alteram Virtutis, utram ingredi melius eſſet; hoc Herculi Iovis ſatu edito potuit fortaſſe contingere: nobis non item, qui imitamur, quos cuique iſum eſt, atque ad eorum ſtudia inſtitutaque impellimur. Plerique autem parentium praeceptis imbu-

ati, & manuſcripti omnes habent, *majoribus.* atque ita eſt apud Nonium in *Obſcurum.* Fr. Fabrit.

Nam quod Herculem Prodicus dicit] Libri aliquot veteres habent: *Nam quod Herculem Prodicium dicunt*, &c. *Lambin.* *Nam quod Herculem Prodicus dicit*] Victorius, Balduinus & Langius ex libris vetuſtis legunt, *Nam quod Herculem Prodicium dicunt*, atque ita libros aliquot veteres habere, Lambinus annotat. idem ego & de meis omnibus affirmo, niſi quod in duobus, *prodigum*, pro *Prodicium*, mendoſe legitur. Quemadmodum autem hoc loco, *Herculem Prodicium*, ita in epiſtola ad Lucceium, *Herculem Xenophontium*, dicit. nam Xenophon in ſecundum librum Commentariorum retulit, quod Prodicus in libro de Hercule expoſuerat. *Fr. Fabrit.*

Herculi Iovis ſatu edito] Tres MSS. libri & item Petri Victorii: *hoc Herculi Iovis ſato potuit fort. cont.* quod poſſet retineri, vel certe ex eo fieri *Iove ſato.* Non diſplicet tamen communis lectio. Voluit enim ex veteri aliquo Tragico addere orationi, non ſine ſarcaſmo. *C. Lang.* Vox *edito* non eſt in primis edd. quarum Moguntina & Romana ſecunda habent *ſato*, prima vero *ſatu.* Victorius teſtatur quoque lib. XVII, c. 12: *Iovis ſatu* tantum reſtare in veterrimo ſuo. *Gruter.* Pith. excerpta: *Iove ſato.* uti legendum cenſuit Victorius in Variis Lectionibus. ſed Grævii primus tuetur vulgatum.

Plerumque autem parentium præceptis] Citatur hic locus a Nonio in verbo, Imbuere, atque ibi legitur, *Plerique autem parentum præceptis imbuti, ad eorum conſuetudinem moreſque deducimur.* verſ. 17. idem Nonius legit, *Ea maxime*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

buti, ad eorum conſuetudinem, moremque deducimur. alii multitudinis judicio feruntur, quaeque majori parti pulcherrima videntur, ea maxime exoptant. nonnulli tamen ſive felicitate quadam, ſive bonitate naturae, ſive parentium diſciplina, rectam vitae ſecuti ſunt viam. Illud autem maxime rarum
33 genus eſt eorum, qui aut excellentis ingenii magnitudine, aut praeclara eruditione, atque doctrina, aut utraque re ornati, ſpatium etiam deliberandi habuerunt, quem potiſſimum vitae curſum ſequi vellent: in qua deliberatione ad ſuam cujuſque naturam conſilium eſt omne revocandum. Nam cum in omnibus, quae aguntur ex eo modo, quo quiſque natus eſt, (ut ſupra dictum eſt) quid deceat, exquirimus; tum in tota vita conſtituenda multo eſt ei rei cura major

xime optant, id eſt, eligunt, αἱροῦνται, pro quo, *exoptant*, Ciceronis libri habent. *Fr. Fabrit.* Certior & verior eſt lectio quam in ſuis libris reperit Nonius, quam illa, quæ in noſtris reperitur: *plerique autem parentium præceptis*, quod quilibet Latine ſciens, & hujus loci ſententiam perpendens videbit. Hinc eam merito ſequor. Guilielmius ex MSS. repoſuit *parentium*, non male. Sic enim ſæpe veteres libri. *Græv.*

Ad eorum conſuetudinem moremque deducimur] Sicut nunc ſe habet cum religione & ſacris. Plerique ſectam ſequuntur eam, ad quam præceptis parentum imbuti & informati ſunt a primis annis. Pro *morem*. Pith. excerpta *moreſque*. quod non improbandum.

Quæque majori parti pulcherrima videntur, ea maxime exoptant] Nunquam hoc facient, qui ſapiunt. Nam vere Plutarchus: Τὸ τοῖς πολλοῖς ἀρέσκειν, τοῖς σοφοῖς ἐστιν ἀπαρέσκειν. μαρτυρεῖ δὲ μου τῷ λόγῳ καὶ Εὐριπίδης λέγων

Ἐγὼ δ' ἄκομψος εἰς ὄχλον δοῦναι λόγον,
Εἰς ἥλικας δὲ κ'ὀλίγους σοφώτερος.
οἱ δ' ἐν σοφοῖς
Φαῦλοι, παρ' ὄχλῳ μουσικώτεροι λέγειν.

Vulgo placere, ſapientibus eſt diſplicere. Cui ſententiæ teſtimonium dat Euripides, ita inquiens:

In vulgus ipſum ineptus ſum eloqui:
Sed ad paucos & æquales ſapientior.
——— *Verum ſapientibus*
Qui non placet, vulgo is habetur peritior.

Addit deinceps plerumque ſe vidiſſe eos qui dicant faciantque multitudini grata & jucunda, intemperantes eſſe ac voluptatibus deditos. exemplo ſit Iulius Cæſar.

Excellente ingenii magnitudine] Optime Pall. prim. *excellentis ingenii magnitudine*, cui accedit proxime meus primus: *excellenti ingenii magnitudine*. Pro Archia: *excellenti animo & virtute vir*. Græv.

Ex eo quo quiſque modo natus eſt] Libri aliquot veteres habent, *ex eo modo, quem quiſque nactus eſt*. Lambin. Vid. Var. lect.

Multo eſt rei cura major adhibenda] Inepte ſic ſcribitur in recentioribus editionibus: addendum enim fuer

c

or adhibenda, ut conſtare in vitae perpetuitate poſ-
imus nobiſmetipſis, nec in ullo officio claudicare.
Ad hanc autem rationem quoniam maximam vim na-
ura habet, fortuna proximam, utriuſque omnino
atio habenda eſt in deligendo genere vitae: ſed na-
urae magis. multo enim & firmior eſt, & conſtan-
ior, ut fortuna nonnumquam, tanquam ipſa morta-
s cum immortali natura pugnare videatur. Qui
gitur ad naturae ſuae non vitioſae genus conſilium
ivendi omne contulerit, is conſtantiam teneat. id
nim maxime decet: niſi forte ſe intellexerit erraſſe
n deligendo genere vitae. Quod ſi acciderit (poteſt
utem accidere) facienda morum inſtitutorumque mu-
atio eſt. eam mutationem ſi tempora adjuvabunt,
acilius commodiuſque faciemus. ſin minus, ſenſim
rit pedetentimque facienda: ut amicitias, quae mi-
ius delectent, & minus probentur, magis decere
enſent ſapientes ſenſim diſſuere, quam repente prae-
cide-

ii rei cura ſit adhibenda. Itaque Ma-
utius legit: *hujus rei cura.* Fr. Fabrit.
us rei cura. Car. Lang. plane delevit
ei, ediditque: *multo eſt cura major.*
n Palat. primo *multo eſt ei major cura.*
ed plene meus primus: *multo eſt ei rei*
ura major. Nimirum in Palat. *ei* pro-
ter affines litteras abſorpſerat *rei*, in
liis viciſſim *rei* imbiberat *ei.* Græ-
ius.

Vt fortuna nonnunquam, tanquam
pſa mortalis, cum immortali natura pu-
nare videatur] Editio princeps: *ut*
ortuna nonnunquam ipſa mortalis cum
mmortali natura pugnare videatur. τὸ
anquam non etiam extat in meo ſe-
undo. ſed primus vulgatam tuetur.
n utroque tamen hæc interpretatio
mpoſita eſt voci *mortalis*, leviter mu-
abilis, & *immortali* difficile mobili.
Locus hic multa labe eſt inquinatus,
uæ vix ſine melioris notæ libris pote-
it elui. Mihi fere perſuaſi Ciceronem
cripſiſſe: *ut fortuna non nunquam cum*
natura, tanquam mortalis cum immor-
tali pugnare videatur. Nam *naturam ex-*
pellas furca tamen uſque recurret. Itaque
cum fortuna luctatur cum natura, pu-
gna eſt gigantis cum Deo. *Græv.*

Eam mutationem ſi tempora adjuva-
bunt] Si quædam opportunitas ratio-
que temporum nos ad aliud vitæ ge-
nus vocaverit, ut ipſum Ciceronem,
qui oppreſſa rep. a Cæſare, relicto fo-
ro, & curia totum ſe dabat Philoſo-
phiæ, & his, quas tum edidit, diſpu-
tationibus elucubrandis, ut fere in
procemiis ſingulis teſtatur.

Amicitias ſenſim diſſuere] Eleganter
& acute, *diſſuere*: ſed tamen veteres
omnes libri *diluere*, habent; quod eſt
extenuare. ſic colores, ſic vina diluun-
tur. Sic *unguenta lacrymis diluere* dixit
Ovid. *auctoritatem diluere* Seneca. Sed
maxime ad hunc locum, quod Gel-
lius priſcorum vocabulorum mirus ſe-
ctator libro XII, cap. I: *Vinculum* in-
quit, *illud coagulumque animi atque a-*
moris,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

cidere. Commutato autem genere vitae, omni ratione curandum eſt, ut id bono conſilio feciſſe videamur. Sed quoniam paullo ante dictum eſt, imitandos eſſe majores, primum illud exceptum ſit, ne vitia ſint imitanda: deinde, ſi natura non feret, ut quaedam imitari poſſint, ut ſuperioris Africani filius, qui hunc Paullo natum adoptavit, propter infirmitatem valitudinis non tam potuit patris ſimilis eſſe, quam ille fuerat ſui. Si igitur non poterit ſive cauſas defenſitare, ſive populum concionibus tenere, ſive bella gerere: illa tamen praeſtare debebit, quae erunt in ipſius poteſtate, juſtitiam, fidem, liberalitatem, modeſtiam, temperantiam, quo minus ab eo id, quod deſit, requiratur. Optima autem hereditas a patribus traditur liberis, omnique patrimonio praeſtan-

moris, quo parentes, cum filiis natura conſociat, interſcindunt, aut certe quidem diluunt deteruntque. ubi deterunt eadem Metaphora dixit, nempe a pictoribus colores terentibus. ut Horatius, *Culpa deterere ingenii*, id eſt imminuere. *Car. Lang.* *Senſim diſſuere*] Etiam libri Memmiani, & Danielis, & Cujatiani habent, *diluere*, de quo verbo docte quidem Langius: ſed tamen paullum ab eo diſſentio. non enim puto tralationem eſſe a colorib. ſed potius a reb. vinctis & colligatis. *diluere* enim hic puto idem fere valere, quod διαλύειν, id eſt, diſſolvere, quemadmodum *reluere* valet, id quod obligatum ſeu pignori oppoſitum eſt, repignerare & reſolvere. Cæcil. *Vt aurum & veſtem, quod matris fuit, reluat, quod viva ipſa oppoſuit pignori.* Quin apud Agellium, *diluunt*, idem ſignificat, quod diſſolvunt. ſic ille lib. 12, cap. 1: *Vinculum illud, coagulumque animi atque amoris, quo parentes cum filiis natura conſociat, interſcindunt, aut certe quidem diluunt, deteruntque.* Vnus alius habet, *deluere*: quod fortaſſe rectius eſt, & ita videri poteſt in Lælio legendum, *Tales igitur amicitiæ ſunt remiſſione uſus deluendæ*, ubi tamen editum eſt, *eluendæ* Lambin. *Senſim diſſuere*] Verbum *diſſuere*, ex dialogo de amicitia in hun[c] locum veniſſe, merito quis ſuſpicetur Sic enim ibi Lælius: *Tales igitur ami[-] citiæ ſunt remiſſione uſus eluendæ, & (ut Catonem dicere audivi) diſſuendæ ma[-] gis, quam diſcindendæ ſunt.* noſtri ver[o] libri manuſcript. omnes cum iis, qui[-] bus Langius & Lambinus ſunt uſi habent, *ſenſim diluere*, non, *diſſuere* Fr. Fabrit. In meo optimo & veterri[-] mo libro hoc verbum erat in context[u] omiſſum, ſed eadem manu mino[ri-] bus tamen litteris clare appoſitum [e-] rat *diſſuere*: ſecundus meus, lon[ge] recentior, ut plerique alii *dilue[re]*. Cum autem & in Palatino primo *d[iſ-] ſuere* legatur, non dubitandum di[u] tius de veritate hujus ſcripturæ. *Gr[æ-] vius.*

Ne vitia ſint imitanda] Ita Platon[is] gibbum, Ariſtotelis balbutiem, A[le-] xandri M. aquilinum naſum ſtoli[di] diſcipuli aulicique ſunt imitati. *[Bu-] chel.*

Gl[…]

tantior, gloria virtutis, rerumque geſtarum: cui ledecori eſſe, nefas & impium judicandum eſt. Et quoniam officia non eadem diſparibus aetati- 34
bus tribuuntur, aliaque ſunt juvenum, alia ſe- niorum, aliquid etiam de hac diſtinctione dicen- dum eſt. Eſt igitur adoleſcentis majores natu vereri,

Gloria virtutis, rerumque geſtarum] ræclare Seneca IV de benef. cap. 30 ocet, quid proſit parentum virtus li- eris: *In petendis honoribus quoſdam urpiſſimos nobilitas induſtriis*, *ſed novis rætulit. Non ſine ratione ſacra eſt ma- narum virtutum memoria: & eſſe plu- es bonos juvat, ſi gratia bonorum non um ipſis cadat. Ciceronem filium quæ es Conſulem fecit, niſi pater? Cinnam uper quæ res ad Conſulatum recepit ex oſtium caſtris? quæ Sextum Pompeium, lioſque Pompeios, niſi unius viri magni- udo? tanta quondam, ut ſatis alte omnes uos etiam ruina ejus attolleret. Quid uper Fabium Perſicum, cujus oſculum tiam impuri vitabant, ſacerdotem non n uno collegio fecit, niſi Verrucoſi, & Allobrogici, & illi trecenti, qui hoſtium ncurſioni pro rep. unam domum obje- rant? Hoc debemus virtutibus, ut non ræſentes ſolum illas, ſed etiam ablatas conſpectu colamus.* & paullo poſt: *Qui egregiis majoribus ortus eſt, qualis- unque eſt ſub umbra ſuorum lateat. Vt oca ſordida repercuſſu ſolis illuſtrantur, ta inertes majorum ſuorum luce reſplen- leant:* ſic Vitellium patris claritas eve- it ad dignitates, & tandem princi- atum. *Conſulatum*, inquit Tac. III Hiſt. *ſacerdotia nomen locumque inter rimores nulla ſua induſtria, ſed cuncta atris claritudine adeptus. Principatum i detulere, qui ipſum non noverunt.* taque natalium dignitas Pindaro χρυ- σέα κρηπὶς aureum fundamentum to- ius felicitatis humanæ dicitur.

Nefas & vitium judicandum] Quam male *vitium* cum *nefas* jungatur vi- dent omnes, qui aut præceptis Rhe- torum ſunt imbuti, aut recte loquen- tium uſum & conſuetudinem in con- ſilium adhibent. Vitium enim eſt in- fra nefas. Itaque clariſſimus Gruterus bene notavit, ſe vix ſe continere po- tuiſſe, quin deleto illo *vitium* intule- rit *impium*, quia id repererit in primo Palatino. Cum vero *impium* quoque in meo primo conſpiciatur, nullus dubitavi id reponere. *Græv.*

Eſt igitur adoleſcentis majores natu vereri] Hanc quam debent juniores reverentiam majoribus ſummopere commendat Plato IX de legibus: ὧδε χρὴ περὶ τῶν τοιούτων πάντα ἄνδρα καὶ παῖδα καὶ γυναῖκα ἀεὶ διανοεῖσθαι, τὸ πρεσβύτερον ὡς οὐ σμικρῷ τοῦ νεωτέρου ἐστὶ πρεσβευόμενον, ἔν τε θεοῖσι καὶ ἐν ἀνθρώποις τοῖς μέλλουσι σώζεσθαι καὶ εὐδαιμονεῖν. αἰκίαν οὖν περὶ πρεσβύτερον ἐν πόλει γιγνομένην ὑπὸ νεωτέρου ἰδεῖν αἰσχρὸν καὶ θεομισές. ἔοικε δὲ νέῳ παντὶ ὑπὸ γέροντος πληγέντι, ῥαθύμως ὀργὴν ὑποφέρειν, αὐτῷ τιθεμένῳ τιμὴν ταύτην εἰς γῆρας. ὧδε οὖν ἔστω. πᾶς ἡμῖν αἰδείσθω τὸν ἑαυτοῦ πρεσβύτερον, ἔργῳ τε καὶ ἔπει. τὸν δὲ προέχοντα εἴκοσιν ἡλικίας ἔτεσιν, ἄρρενα ἢ θῆλυν νομίζων ὡς πατέρα ἢ μητέρα διευλαβείσθω. καὶ πάσης τῆς δυνατῆς ἡλικίας αὐτὸν φιτῦσαι καὶ τεκεῖν ἀπέχοιτο ἀεί, θεῶν γενεθλίων χάριν. *Oportet omnes homines mulieres ſimul ac viros, adoleſcentes ac ſenes, ita de his ſemper exiſtimare. Seniorem non parvo intervallo junioribus præponendum eſſe, & apud Deos, & apud homines, qui feliciter victuri ſunt: Cædi ergo ſe- nem a juniore nefas & diis inviſum ha- betur. Decet autem juvenem verberatum a ſeniore, id ob ſenectutis reverentiam pa- tienter ferre. Hæc itaque lex eſto: Qui- libet ſeniorem & re & verbo colat. At ſi viginti annis major eſt, quaſi patrem, ſi vir fuerit, aut matrem, ſi mulier, re- vereatur. Atque adeo omnibus ſemper* abſti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

reri, exque his deligere optimos, & probatiſſimos, quorum conſilio atque auctoritate nitatur. Ineuntis enim aetatis inſcientia ſenum conſtituenda & regenda pru-

abſtineat, qui in ea ætate ſint qua procreare parereque ipſum potuerint, natales Deos veritus. Quod Plato ſuaſit, id in ſua rep. dudum ante ſanxerat Lycurgus, qui, maximum honorem non divitum & potentium, ſed pro gradu ætatis ſenum eſſe voluit, ut Iuſtinus ait lib. III. vid. Plut. de inſtitutis Laconicis. Idem quoque Romanorum veterum fuiſſe inſtitutum docet Gellius II, 15: *Apud antiquiſſimos Romanorum neque generi neque pecuniæ præſtantior honos tribui quam ætati ſolitus: majoreſque natu a minoribus colebantur ad Deum prope & parentum vicem. atque in omni loco, inque omni ſpecie honoris, priores potioreſque habiti.* Hinc etiam *ſenes* & *ſeniores* Latinis dicuntur viri tanto honore digni propter virtutem, aut doctrinam, aut ingenium, qui tribuitur ſenibus, hoc eſt qui parentum loco ſunt colendi. Sic *ſenex Æſopus* apud Phædrum, *ſenex Lucilius* apud Horatium, qui tamen anno quadrageſimo ſexto deceſſit, *ſenior Gargettius* apud Statium Epicurus. De quo loquendi genere vide quæ notavit vir eruditiſſimus, & quondam juventutis noſtræ fautor eximius Gaſpar Gevartius in Papinianis Lectionibus, cujus tota domus & poſteritas æſtate ſuperiore fungorum eſu una die periit Antwerpiæ, funeſto & poſteris memorando exemplo.

Exque his deligere optimos & probatiſſimos, quorum conſilio atque auctoritate nitatur] Hoc vero præceptum inprimis eſt neceſſarium, ut adoleſcens & in ſtudiis, & in inſtituenda vita proponat ſibi aliquem, quem effingat, quemque exprimat ſummo ſtudio. Ideo Virgilius de Pallante ait:

Sub te tolerare magiſtro
Militiam, & grave Martis opus, tua cernere facta
Adſueſcat, primis & te miretur ab annis.

Eadem apud Homerum de Achille. *Ph. Melanchthon.* Solebant ſane Romani adoleſcentes ſtatim a die tyrocinii commendari viro inſigni, quem imitarentur. Tacitus, ſive quicunque auctor eſt dialogi de corruptæ eloquentiæ cauſſis: *Apud majores noſtros juvenis ille, qui foro & eloquentiæ parabatur, imbutus jam domeſtica diſciplina, refertus honeſtis ſtudiis, deducebatur a patre vel propinquis, ad eum oratorem, qui principem locum in civitat*
tenebat. hunc ſectari, hunc proſequi
hujus omnibus dictionibus intereſſe, ſiv
in judiciis, ſive in concionibus aſſueſce
bat, ita ut altercationes quoque excipe
re, & jurgiis intereſſe, utque ſic dixe
rim, pugnare in prœlio diſceret. vide ib
de magna hujus moris utilitate plur
Quantum proſit conſuetudo virorur
eximiorum oſtendit quoque Senec
epiſt. 94: *Nulla res magis honeſta in*
duit, dubioſque & in pravum incl
nabiles revocat ad rectum, quam b
norum virorum converſatio. Paullati
enim deſcendit in pectora: & vim pr
ceptorum obtinet frequenter audiri, a
ſpici frequenter. Occurſus me hercule ip
ſapientium juvat: & eſt aliquid quod
magno viro vel tacente proficias. Qua
tum Cælio profuerit uſus & conſu
tudo quotidiana Ciceronis, vide
pud Ciceronem in orat. pro Cæl
cap. 4: & Scipioni Africano junic
Polybii quotidiana monita, apud P
lyb. in excerpt. Peireſcianis ex lib
31. Sed inprimis videndus Gal
pulcherrimus libellus de dignoſc
dis & ſanandis propriis animi cuj
que affectibus, in quo multis doc
quomodo utendum ſit adoleſcenti
li viro ſpectatæ virtutis: & Sen
ep. XI.

Ineuntis enim ætatis inſcientia] Et h
loco & centum aliis tam Cicero
quam Cæſaris *inſcitia* pro *inſcientia*
gebatur. Inſcitia eſt ruditas & in
g

rudentia eſt. Maxime autem haec aetas a libidinibus rcenda eſt, exercendaque in labore, patientiaque & nimi & corporis, ut eorum & in bellicis, & civilibus

ntia. ut 1 de legibus, *Ecce autem ſucceſſere huic bello Clodius, Aſellio, nihil Cælium; ſed potius ad antiquorum nguorem & inſcitiam.* ſic & in Bruto cipit. Inſcientia vero ignorantia & peritia eſt. Philip. 11. *Implicata inentia, impudentia eſt.* quo loco conrſu vocalium fugato, librarii *inſcitia* ipſerunt contra vetuſtorum exemarium fidem. *C. Lang. Ineuntis enim atis inſcientia*] Sic reſtituit Langius ſuis, atque ita in uno ex noſtris letur. Infra quoque *Inſcientia tempo-*, eſt in melioribus libris. præterea ultis locis libri veteres, *Inſcientiæ* omen habent, ubi vulgo *Inſcitia* letur ut Philip. 2. *Verum implicata inentia, impudentia eſt.* ita Ferrarius Faernus ex libris vet. & in Bruto, d & in noſtris *inſcientia* eſt, & cæt. initio lib. 1 de Inven. *Ita propter rorem atque inſcientiam cæca ac temeria dominatrix animi cupiditas ad ſe plendam viribus corporis abutebatur.* & iis locis permultis. Similiter apud æſarem lib. 3 de bello Gallico in cocibus manuſcriptis legitur: *Propter i inopiam, atque ejus uſus inſcientiam.* bi impreſſi omnes, *inſcitiam*, haent. Ibid. paullo poſt, *Factum eſt oprtunitate loci, hoſtium inſcientia ac detigatione* &c. Neque tamen ego cenam nomen *Inſcitiæ* ubique menoſum eſſe, nec pro ignorantia uſurpa-, cum Feſtus *inſcitiam* ſtultitiam inrpretetur. Horatius Satyra 3, lib. 2: *Quem mala ſtultitia & quemcunque initia veri Cæcum agit.* Apud Nonium iam in verbo *Conſtituere* hic locus c adducitur, *ineuntis enim ætatis inſcia ſenum conſtituenda, exercendaque udentia eſt.* Fr. Fabrit.

Maxime autem hæc ætas a libidinibus rcenda eſt, exercendaque in labore] Quod Lycurgum feciſſe in rep. Lacedæmoniorum, addita hac ratione, commemorat Xenophon in libello de epublia Laconica: Καταμαθὼν τοῖς τηλικούτοις μέγιστον μὲν φρόνημα ἐμφυόμενον, μάλιστα δὲ ὕβριν ἐπιπολάζουσαν, ἰσχυροτάτας δὲ ἐπιθυμίας τῶν ἡδονῶν παρισταμένας, τηνικαῦτα πλείστους μὲν πόνους αὐτοῖς ἐπέβαλε, πλείστην δὲ ἀσχολίαν ἐμηχανήσατο. Ἐπιθεὶς δὲ καὶ εἴ τις ταῦτα φύγοι μηδενὸς ἔτι τῶν καλῶν τυγχάνειν, ἐποίησε μὴ μόνον τοὺς ἐκ δημοσίου, ἀλλὰ καὶ τοὺς κηδομένους ἑκάστων ἐπιμελεῖσθαι, ὡς μὴ ἀποδειλιάσαντες ἀδόκιμοι παντάπασιν ἐν τῇ πόλει γένοιντο. *Lycurgus cum animadvertiſſet eos, qui hac ætate ſunt & maxime proclives ad injuriam, & vehementiſſimis voluptatum cupiditatibus urgeri, idcirco plurimis eos laboribus exercuit, utque ſemper occupati eſſent excogitavit. Et cum etiam addidiſſet, ſi quis hæc refugeret, ei nihil rerum honeſtarum aſſequi licere, effecit ut non ſolum publice conſtituti, ſed etiam ſingulorum curatores operam darent, ne propter ignaviam contemti prorſus in civitate eſſent:* Hac in ætate tenera laborum tolerantiam præſtitiſſe Spartiatis, ut non facile iis meliore valetudine præditos nec corporibus expeditioribus invenirentur inferius idem tradit. Plato quoque in VII de rep. huic ætati multos graveſque labores imponendos eſſe præcipit. Et Euripides in Creſſis apud Stobæum:

Οὐκ ἂν δύναιο μὴ καμὼν εὐδαιμονεῖν
Αἰσχρόν τε μοχθεῖν μὴ θέλειν νεανίαν.

Haud poteris felix abſque laboribus eſſe,
Iuvenem autem laborare nolle turpe eſt.

Nam laboris ſoboles eſt gloria, ut Æſchylus:

Τὸ πονεῖν τί δ' ἐκ θεῶν
Ὀφείλεται τέκνωμα τοῦ πόνου κλέος.

Laborantes manet
Soboles laboris gloria ex dono Deum,

ut vertit H. Grotius.

Patientiaque & animi] Vt diſcant i-

bus officiis vigeat induſtria. atque etiam cum relaxaro animos, & dare ſe jucunditati volent, caveant intemperantiam, meminerint verecundiae : quod erit facilius, ſi in ejuſmodi quidem rebus majores natu intereſſe velint. Senibus autem labores corporis minuen-

ram coercere, comprimere vindictæ libidinem, ſuccenſere vitiis, non hominibus, mores aliorum facile ferre. de quo multa extant egregia præcepta apud M. Antoninum, & alios, ſed inprimis illud Epicteti in Enchiridio cap. 17: Ἄρξαι τοιγαροῦν ἀπὸ τῶν μικρῶν. ἐκχεῖται τὸ ἔλαιον; κλέπτεται τὸ οἰνάριον; ἐπίλεγε, ὅτι τοσούτου πωλεῖται ἀπάθεια· προῖκα δὲ οὐδὲν περιγίνεται. *A parvis igitur incipe. Oleum effunditur? villum ſurripitur? Cogita, tanti vanit tranquillitas, tanti conſtantia : gratis autem nihil acquiritur.* M. Antoninus prædicat ſe a Sexto didiciſſe τὸ ἀνεκτικὸν τῶν ἰδιωτῶν, καὶ τῶν ἀθεωρήτως οἰομένων, καὶ τὸ πρὸς πάντας εὐάρμοστον. (Sic enim recte locum mendoſum hunc ſanavit Gatakerus) *imperitorum eorumque qui citra conſiderationem ducuntur opinione mera tolerantiam, & mores omnibus accommodatos.*

Caveant intemperantiam] Illam præcipue hic intelligit intemperantiam, de qua Ariſtoteles: Ἀκολασίας δέ ἐστι, τὸ αἱρεῖσθαι τὰς ἀπολαύσεις τῶν ἡδονῶν, τῶν βλαβερῶν καὶ αἰσχρῶν, καὶ ὑπολαμβάνειν εὐδαιμονεῖν μάλιστα τοὺς ἐν ταῖς τοιαύταις ἡδοναῖς ζῶντας, καὶ φιλόγελων εἶναι, καὶ φιλόσκωπτον, καὶ φιλευτράπελον, καὶ ῥᾳδιουργὸν ἐν τοῖς λόγοις καὶ τοῖς ἔργοις. *Intemperantia vero eſt indulgere voluptatibus pernicioſis & turpibus : & exiſtimare eos vel ſolos bene ac feliciter agere, qui his fruuntur voluptatibus : & eſſe amantem riſus, & dicteriis mordacibus gaudere, & ſtudioſum facetiarum, & in verbis & in factis levem.* Addit dein quæ mala ſequantur intemperantiam: Ἀκολουθεῖ δὲ τῇ ἀκολασίᾳ ἀταξία, ἀναίδεια, ἀκοσμία, τρυφὴ, ῥᾳθυμία, ἀμέλεια, ὀλιγωρία, ἔκλυσις. *Conſequitur autem intemperantiam, laſcivia, impudentia, indecens habitus, mollities, ſocordia, negligentia, incuria, diſſolutio.*

Meminerint verecundiæ] *Non omni ætati ſed primæ modo verecundia convenit. Qui enim hac ætate ſunt, pudente & verecundos putamus eſſe oportere, eo quod eorum vita aſſiduis perturbationi bus agitetur, & multa peccet, a quibu pudore revocantur. Adoleſcentes itaqu laudamus eos, qui ſunt pudentes,* in quit Ariſtot. IV Nicom. ult. *Ra chel.*

Majores natu intereſſe] Hoc ex inſti tuto Lycurgi obſervabatur in Lacedæ moniorum republica, & faciendu præſcribit Plato II de legibus. Na Seneca ep. 25 bene dicit : *Omnia n bis mala ſolitudo perſuadet.* Et ep. II *Magna pars peccatorum tollitur, ſi pe catoru teſtis adſiſtat.* Ceterum hic l cus in antiquis libris varie legitur. I nonnullis eſt: *Si ejuſmodi quidem rebus majores natu nolint intereſſe.* un conjicit Lambinus : *non nolint intere* Pith. & Græv. prim. *Si in ejuſm quidem rebus majores natu intereſſe v lent.* & ſic fere Palat. prim. *quos* quor. Græv. Veteres quatuor libri h bent: *hi in ejuſmodi quidem rebus,* ego Parcenſem ſecutus ſum : *ſi in ej modi rebus.* C. Lang.

Senibus autem labores corporis minu di] Hinc Diogenes dixit: Senex es, ja laborum deſine. Qui enim in ſtad currit ad metam curſum oportet mittere, non intendere. Hinc omni civilium munerum honeſtam excu tionem habet ſenectus. Seneca de b vit. vitæ cap. ultimo : *Lex a quinq geſimo anno militem non cogit, a ſe geſimo ſenatorem non citat.* Inde c querirur Horatius ſe jam ſenem a M cænate revocari ad munus & labo priſtinos, lib. I, ep. I:

Pri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

aendi, exercitationes animi etiam augendae videnir. danda vero opera, ut & amicos, & juventutem, maxime rempub. conſilio, & prudentia quam plumum adjuvent. Nihil autem magis cavendum eſt nectuti, quam ne languori ſe deſidiaeque dedat. uxuria vero cum omni aetati turpis, tum ſenectuti ediſſima eſt. ſin autem libidinum etiam intempentia acceſſerit, duplex malum eſt, quod & ipſa nectus concipit dedecus, & facit adoleſcentium npudentiorem intemperantiam. Ac ne illud quidem ienum eſt, de magiſtratuum, de privatorum, de ci-

Prima dicte mihi ſumma dicenda Camœna
Spectatum ſatis, & donatum jam rude quæris
Mecænas iterum antiquo includere ludo.
Non eadem eſt ætas, non mens. Vejanius armis
Herculis ad poſtem fixis latet abditus agro
Ne populum extrema toties exoret arena.
Eſt mihi purgatam crebro qui perſonet aurem:
Solve ſeneſcentem mature ſanus equum, ne
Peccet ad extremum ridendus, & ilia ducat.

adem eſt querela Fabii maximi cum ı ſenectute conſulem vellent creare pud Liv. x, 13. Vide Ciceronem in Catone pluribus de his ſenectutis offiiis diſputantem.

Exercitationes animi etiam augendæ] Nam *arma ſenectutis ſunt artes exercitationeſque virtutis.* ut idem ait Cicero n Catone.

Conſilio & prudentia quam plurimum djuvent] Vt apud Homerum Netor,

Βουλῇ καὶ μύθοισι, τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ γερόντων.

Conſilio & oratione, hoc enim munus eſt ſenum.

Hinc ſemper ſenibus commiſſa eſt cura reipublicæ in bene conſtitutis civitatibus. unde ſenatus. ratio in promtu eſt,

ſeris venit uſus ab annis.

Contra remp. ſæpe juniorum imprudentia perdidit, aut in maximum diſcrimen adduxit. Ennius:

Cur tam cito florentem remp. veſtram amiſiſtis?
Prodibat oratores novi, ſtulti adoleſcentes.

Hinc & νεανικὸς juvenilis, Græcis eſt calidus, temerarius, qualia ſunt juvenum conſilia.

Quod & ipſa ſenectus concipit dedecus] Nam ſecundum Ovidium:

Turpe ſenex miles, turpe ſenilis amor.

Facit adoleſcentium impudentiorem intemperantiam] Divine Plato v de legibus: Ὁ ἔμφρων νομοθέτης τοῖς πρεσβυτέροις ἂν μᾶλλον παρακελεύοιτο αἰσχύνεσθαι τοὺς νέους. καὶ πάντων μάλιστα εὐλαβεῖσθαι μή ποτέ τις αὐτὸν ἴδῃ τῶν νέων ἢ καὶ ἐπακούσῃ δρῶντα ἢ λέγοντά τι τῶν αἰσχρῶν. ὡς ὅπου ἀναισχυντοῦσι γέροντες, ἀνάγκη καὶ νέους ἐνταῦθα εἶναι ἀναιδεστάτους. *Sapiens legiſlator ſenioribus præcipiet maxime, ut juniores revereantur, ac ſummopere caveant ne quis juvenum eos aut videat, aut audiat agentes turpe aliquid, vel loquentes: Nam ubi ſenes minus pudici ſunt, neceſſe eſt juvenes impudentiſſimos eſſe.* Etenim:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

civium, de peregrinorum officiis dicere. Eſt igitur proprium munus magiſtratus, intelligere, ſe gerere perſonam civitatis, debereque ejus dignitatem, & decus ſuſtinere, ſervare leges, jura deſcribere, ea fidei ſuae commiſſa meminiſſe. Privatum autem oportet aequo, & pari cum civibus jure vivere, neque ſubmiſſum & abjectum, neque ſe efferentem: tum in rep. ea velle, quae tranquilla & honeſta ſint. talem enim & ſentire bonum civem, & dicere ſolemus. Peregrini autem, & incolae officium eſt, nihil praeter ſuum negotium agere, nihil de alieno anquirere mini

Si damnoſa ſenem juvat alea, ludit & heres
Bullatus, parvoque eadem movet arma fritillo.
Nec melius de ſe cuiquam ſperare propinquo
Concedet juvenis: qui radere tubera terræ
Boletum condire; & eodem jure natantes.
Mergere ficedulas didicit nebulone parente.

Vide totam illam Satyram.

Eſt igitur primum] *Proprium* repone ex auctoritate omnium librorum. *Fr. Fabrit.*

Gerere perſonam civitatis] Quicquid agat geratve, id videri totum populum egiſſe, proque eo aut laudem aut dedecus ferre.

Iura deſcribere] Non eſt leges ferre, ſeu condere, ſed jus ſuum cuique tribuere, jus dicere. Cic. v in Verrem cap. 11: *Eadem lectica uſque in cubiculum deferebatur. eo veniebant Siculorum magiſtratus, veniebant equites Romani, quod ex multis juratis audiſtis, controverſiæ ſecreto deferebantur: paullo poſt palam decreta auferebantur. deinde ubi paulisper in cubiculo pretio, non æquitate jura deſcripſerat, Veneri jam & Libero reliquum tempus deberi putabat.* Et pro Quint. *Quis tandem nobis iſta jura tam æqua deſcribit? quis hoc ſtatuit, quod æquum ſit in Quintium, id iniquum eſſe in Nævium?* Deſcribere enim eſt ord nare, diſtribuere. Cic. de lege agr ria: *duodecim deſcribit in ſingulos hom nes jugera.* lib. XII ad fam. ep. 1. *T bulæ finguntur, immunitates dantur, cuniæ maximæ deſcribuntur.*

Pari cum civibus jure vivere] Παντ χοῦ γὰρ διὰ τὸ ἄνισον ἡ στάσις. ἔστι διττὸν τὸ ἴσον. τὸ μὲν γὰρ ἀριθμ τὸ δὲ κατ᾽ ἀξίαν ἐστί. *Vbique prop inæqualitatem exoritur ſeditio. Eſt au duplex æquale: hoc quidem numero, autem dignitate eſt.* inquit Ariſto Pol. 1. Add. 3. Pol. 12. *Rachel.* Qu ii non faciunt, qui ſupra leges ſu ut Vrgulania apud Tacit. 11, 33: *V ta in jus Vrgulania, quam ſupra l amicitia Auguſtæ extulerat.*

Neque ſubmiſſum] Quales e omnes oppreſſa a Cæſaribus liber Tacitus 1 ann. 7: *Romæ ruere in ſ tutem Conſules, Patres, Eques. qu quis illuſtrior, tanto magis falſi ac nantes, vultuque compoſito, ne læt ceſſu Principis, neu triſtiores primo lacrymas gaudio, queſtus adulation ſcebant.* vide & cap. ſequens cap. 11 & ~~12~~ ejuſdem libri.

Nihil de ~~alio~~ anquirere] Sic leg edidit quoque Langius, itaque le ſcripto codice Balduinus ſcribit noſtris quoque manuſcriptis e *alio*: ſed, *de alieno*, quod V rius recepit, magis placet. *Fr. tius.*

inimeque in aliena eſſe rep. curioſum. Ita fere of- cia reperientur, cum quaeretur, quid deceat, & uid aptum ſit perſonis, temporibus, aetatibus. Ni- il eſt autem, quod tam deceat, quam in omni re erenda, conſilioque capiendo ſervare conſtantiam. ed quoniam decorum illud in omnibus factis, & di- tis, in corporis denique motu & ſtatu cernitur, id- ue poſitum eſt in tribus rebus, formoſitate, ordine, rnatu ad actionem apto, difficilibus ad eloquendum, ſed

Minimeque in aliena rep. eſſe curio- ım] Vide Plutarchum de curioſitate, ı quo docet quæ curioſitas ſit bona & lutaris, quæ noxia & deteſtanda. In ɔ etiam præter alia tradit: recte Lo- orum magiſtratus, mulcta homi- em affeciſſe, qui ex peregrinatione dveniens quæreret, ecquid novi? uod ſi hæc pœna conſtituta in cives eregre venientes, quod peregrinorum t officium in aliena rep. facile poſ- ımus intelligere. Nimirum non eſt eregrini, ut alienis ſe negotiis inge- at, quæ nihil ad ſe pertinent, nec ita erſcrutetur leges & mores alienæ rei- ublicæ ut illius arcana, quæ nolunt ervestigari, rimetur, præceptum eſt eteris Comici:

> Ξένος ὢν ἀπράγμων ἴσθι, καὶ πρά-
> ξεις καλῶς.
>
> *Peregrinus cum tuas res ages, bene ages.*

Nam

> Ξένῳ μάλιστα συμφέρει τὸ σωφρο-
> νεῖν.
>
> *Peregrinum maxime decet modeſtum eſſe.*

Ἀπράγμων eſt non curioſus, oppo- nitur πολυπράγμονι curioſo.

Formoſitate, ordine, ornatu ad actio- nem apto] Nimirum eſt elegantia quæ ſpectatur in geſtu, habitu ac ſermo- nibus familiaribus, quam Græci κο- σμιότητα dixerunt, atque ita definivit eam Andronicus philoſophus libello περὶ παθῶν, quem primus edidit H. Hœſchelius, & ejuſdem, ut credi- tur, Paraphraſi Ethices Ariſtotelæ poſtea ſubjecit D. Heinſius. Κοσμιό- της, ἐπιστήμη περὶ τὸ πρέπον ἐν κι- νήσει καὶ σχήματι σώματος ἢ εὐταξία περὶ σχῆμα καὶ κίνημα τοῦ σώματος. *Κοσμιότης eſt ſcientia decori in motu & habitu corporis, ſive eſt ordo in habitu & motu corporis.* Plato in ὅ- ροις, κοσμιότης εὐταξία περὶ κίνησιν σώματος. Ei opponitur ἀγροικία, ruſticitas, ut docte hæc notavit ad Theophraſti characteres Caſaubonus, & δυσχέρεια, & ἀηδία, fœditas & inſuavitas, de quibus vide Theophra- ſtum in laudato libello. Formoſitas Ciceroni eſt dignitas corporis. Nam *corporis poteſt eſſe aliqua tanta deformi- tas, ut nulla arte vincatur*, ut Quin- til. tradit Inſtitut. XI, 3 qualis eſt Therſites apud Homerum Iliad. β. Ordinem, Græci εὐταξίαν dixerunt, cui oppoſuerunt ἀταξίαν, ſicut ornatui ἀ- κοσμίαν, ut videre licet ex Ariſtotelis loco, quem ad caput præcedens attu- limus.

Difficilius ad eloquendum] Iſta non bene cohærent cum præcedentibus. Pet. Victorius edidit: *difficilius ad elo- quendum eſt:* ſed ſic quoque aſpera & hiulca eſt oratio, nec pro illa facilita- te & ſuavitate Tulliana ſe habet. Eam vero duritiem tollit meus primus & optimus codex. *difficilibus ad eloquen- dum rebus* in eo extat, quod & Grute- rus reperit in Palat. primo, & editio- ne Romana anni CCCCLXXI, ut plane probem Gruteri ſententiam legendum eſſe *difficilibus ad eloquendum*, & reſpi- ci *rebus*, quod præceſſerat, perperam-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ſed ſatis erit intelligi. In his autem tribus continetur cura etiam illa, ut probemur iis, quibus cum, & apud quos vivamus: his quoque de rebus pauca dicantur. Principio, corporis noſtri magnam natura ipſa videtur habuiſſe rationem, quae formam noſtram, reliquamque figuram, in qua eſſet ſpecies honeſta, poſuit in promtu. quae partes autem corporis ad naturae neceſſitatem datae, adſpectum eſſent deformem habiturae ac turpem, eas contexit, atque abdidit. Hanc naturae tam diligentem fabricam imi-

que repetitum eſſe a librariis. Cauſſam vero cur difficile ſit explicatu decorum, in omnibus actionibus obſervandum, docet Ariſtot. II Eth. 2: Τὰ ἐν ταῖς πράξεσι καὶ τὰ συμφέροντα οὐδὲν ἑστηκὸς ἔχει, ὥσπερ οὐδὲ τὰ ὑγιεινά. τοιούτου δ' ὄντος τοῦ καθόλου λόγου, ἔτι μᾶλλον ὁ περὶ τῶν καθ' ἕκαστα λόγος, οὐκ ἔχει τἀκριβές. οὔτε γὰρ ὑπὸ τέχνην, οὔθ' ὑπὸ παραγγελίαν οὐδεμίαν πίπτει. δεῖ δ' αὐτοὺς ἀεὶ τοὺς πράττοντας, τὰ πρὸς καιρὸν σκοπεῖν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῆς ἰατρικῆς ἔχει καὶ τῆς κυβερνητικῆς. *Quæ in actionibus conſiſtunt, & utilia ſunt, nullam habent ſtabilitatem, quemadmodum ne ſalubria quidem. Cum autem univerſalis ratio ejuſmodi ſit, multo minus ratio quæ de ſingulis eſt, exacta eſt. Neque enim ſub artem, neque ſub præceptionem ullam cadit. Oportet enim ſemper eos ipſos, qui agunt, intueri ea quæ tempus requirit, ut in Medicina res ſe habet, & arte gubernandi.* vide ibi Paraphraſin Andronici. *Græv.*

Sed ſatis erit intelligi] Sic habent plerique libri veteres cum vulgatis conſentientes. nonnulli, *ſed ſatis facile poterit intelligi*: quam ſcripturam quamvis olim probarim, tamen nunc minus probo. eamque magis probarem, deleta voce, *ſatis*, ſed *facile poterit intelligi.* Omnino vulgatam, & receptam lectionem modis omnib. retinendam cenſeo: *ſed ſatis erit intelligi*: præſertim cum in aliquot libris manuſcriptis reperiatur. *Lambin.* *Sed ſatis facile poterit intelligi*] Sic Lambinus ex nonnullis libris vet. edidit: mavult tamen, ut deleta voce, *ſatis*, legatur. *Sed facile poterit intelligi.* in noſtris omnibus, eſt vulgata lectio, *Sed ſatis erit intelligi*: quam non eſſe rejiciendam, Lambinus bene vidit. nam & Ambroſius lib. I. Officiorum cap. 19 ita ſcribit: *Vnde Tullius etiam ordinem putat in illo decoro ſervari oportere, idque poſitum dicit in formoſitate, ordine, ornatu ad actionem apto, quæ difficile ait loquendo explicari poſſe, & ideo ſatis eſſe intelligi.* Quemadmodum autem hic dicitur, *difficilius ad eloquendum*, ſic in oratore legitur, *Quo eſt ad inveniendum difficilior in oratione numerus, quam in verſibus.* Fr. Fabrit.

Vt probemur ab iis] Præpoſitio *a* pleriſque libris abeſt, idque malo. *Fr. Fabrit.*

Cum quibus & apud quos vivamus] Magis placet *vivimus*, ut eſt in manuſcripto. *F. Vrſin.*

Corporis noſtri magnam natura ipſa videtur habuiſſe rationem] Vide Lactant. de opificio Dei cap. 9. & Galenum de uſu partium. *Rachel.* Sed inprimis Ciceronem ipſum II de natura Deorum c. 54.

Aſpectum eſſent deformem habituræ ac turpem] Sic Manutius edidit: cujus loco Victorius, Langius ac noſtri omnes habent, *Adſpectum eſſent deformem habituræ, ac formam.* Fr. Fabrit. Meus tamen opt. codex: *aſpectum eſſent deformem habituræ ac turpem.* Vereor ne *ac formam* natum ſit oſcitatio-

ne

imitata eſt hominum verecundia. Quae enim natura occultavit, eadem omnes, qui ſana mente ſunt, removent ab oculis, ipſique neceſſitati dant operam ut quam occultiſſime pareant: quarumque partium corporis

e ſcribarum ex *deformem*. Longe Tulino nitori magis accommodata eſt criptura, quam probavit Manutius ut ſaltem illa, quam Victorius repoit: *ac turpem formam*. Græv.

Quæ enim natura occultavit, eadem mnes, qui ſana mente ſunt, removent oculis] Platon. apud Diogenem aertium ait, νόμου ἀγράφου καὶ κατὰ ἔθη νομίμου, legis non ſcriptæ, & quæ ab ſu proficiſcitur exemplum eſt τὸ μὴ μενον πορεύεσθαι εἰς τὴν ἀγορὰν, *non forum deſcendere nudum*. Quod qui cit ubi veſtium uſus eſt receptus, iſtimationem ſuam, quam omnes eri debent, minuit, & ſe tanquam ominem leviſſimum, & tam perictæ frontis, ut omnem pudorem ecoxerit, proſtituit, ac omnium conmtui exponit. Nam ſecundum Eupidem ἀνὴρ αἰσχρὸν αἰδεῖσθαι οὐ φί. *Vir turpis neminem revereri ſolet.* & pud Herodotum recte judicatur & ditur ἅμα χιτῶνι ἐκδυομένῳ συνεκδύεαι καὶ τὴν αἰδῶ γυνή. *Mulier exuta tuni, & verecundiam pariter exuit.* Homini autem inſitum eſt contemtum a amoliri, non minus quam damnum t noxam, quibus corpus læditur: aque metus contemtionis nos avoat ab iis committendis, quæ pudoem nobis incutiunt. Pudor enim a atura homini datus eſt tanquam cuos conſervandæ dignitatis & exiſtiationis ſuæ. Metus infamiæ reprinit homines, ne procaciter petulaner & turpiter agant. Nam ſecundum taſimum, ἵνα γὰρ δέος, ἔνθα καὶ αἰδώς, *ubi timor ibi pudor.* Et Agaho:

Ἀδικεῖν νομίζων, ὄψιν αἰδοῦμαι φίλων.

Cum peccare me puto faciem vereor amicorum.

t contra impudentia eſt, ut recte deinitur a Theophraſto in characteribus καταφρόνησις δόξης, contemtus exiſtimationis. Hic infamiæ metus eſt illud ſtudium conſervandæ dignitatis, quod maxime verſatur in cuſtodia decori, id vero præcipue proficiſcitur a pudore. Eſt autem nihil aliud quam quod conſentaneum eſt hominis excellentiæ, quæ in eo vertitur, quo ejus natura differt a reliquis animantibus. Partes vero, quas pudendas vocamus non ſunt natura ſua pudendæ. Nam Adamus & Eva in Paradiſo ſine pudore & peccato nudi fuerunt. Qui corpora humana ſecant, ſive docent anatomem palam omnium oculis exponunt membra genitalia ſine pudore & ullo probro: Sic cum medicatrici manui illa ſunt committenda, ſine dedecore nudantur: aut etiam cum ea aut temporis neceſſitas, ut cum graves turbæ in eccleſia Conſtantinopolitana in pervigilio paſchali excitarentur, ut mulieres quæ veſtes exuerant, ut ſalutaribus aquis, pro ſeculi illius more, tingerentur, nudæ fugientes ſaluti ſuæ conſulerent, ut narrat Chryſoſtomus in epiſtolis, & Palladius in ejus vita nuper a doctiſſimo & amiciſſimo Emerico Bigotio edita; aut egeſtas tegere non ſinit. Sic & cum infantes faſciis involvuntur nuda illa membra ſine rubore & ſine reprehenſione ullius ab omnibus adſpiciuntur. Sed & totæ gentes in America, & aliis orbis plagis nudæ incedunt, nulla parte corporis velata. Sic in quibuſdam partibus regni Abyſſinorum plebeiæ fœminæ totæ nudæ ſunt. Quibus tamen viſis mares non magis moveri ſolent, quam ſi manus aut pedes nudos conſpicerent, teſte Alverezio deſcript. Æthiop. c. 32. Apud has gentes nota turpitudinis communi totius populi ſenſu ablata eſt nuditati, & impudentiæ crimen illa non ſubit, nec peccati labe adſpergitur, quia ea membra patent

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

poris uſus ſunt neceſſarii, eas neque partes, neque earum uſus ſuis nominibus appellant: quodque facere turpe non eſt, modo occulte; id dicere obſcoenum eſt. itaque nec aperta actio rerum illarum petulantia vacat, nec orationis obſcoenitas. Nec vero audiendi ſunt Cynici, aut ſi qui fuerunt Stoici paene Cynici, qui reprehendunt, & irrident, quod ea, quae re turpia

tent abſque protervia & petulantia: non magis quam apud nos ſine crimine & probro matronæ detecta facie in publico verſantur, quod tamen apud alias gentes matronis vitio vertitur. Sed tamen apud populos ubi nuditas proſcripta eſt, non ſine peccato & impudentiæ crimine, niſi id minuat neceſſitatis aut utilitatis, ut in anatome, ratio, genitalia membra detegerentur, ſive quia libidinem aliorum incendant, & irritent, ſive quia dignitatem & exiſtimationem, cujus quiſque debet eſſe ſtudioſiſſimus, extinguant. Vide quæ de his copioſe & ſubtiliter diſputat vir dignitatis ſenatoriæ ampliſſimus, & per quam acuto ingenio & acri judicio præditus Lambertus Velthuſius, multorum annorum uſu mihi conjunctiſſimus in diſſertatione de principiis juſti & decori, nec non in diatribe de pudore & dignitate naturali hominis. Aliam rationem cur hæc membra tegantur adfert Vir celeberrimus & mihi amiciſſimus, Samuel Pufendorſius Regis Sueciæ Hiſtoriographus lib. VI cap. I de jure naturæ & gentium, quem vide.

Quodque facere turpe non eſt modo occulte] Quia tum non violatur reverentia & honos, quem homini debeo, ut meam ipſe tuear exiſtimationem & dignitatem. Sic multa ſunt turpia, quæ mutatis attributis, & quæ rem circumſtant, turpitudinis infamiam exuunt. Petrus adventante Domino properat ſe amiculo cingere, cum inter piſcandum nudus cum ſodalibus verſari non eribuiſſet Ioann. XXI, 7. quia dignitas Chriſti, cui honorem debebat, requirebat, ut ipſi cum maxima reverentiæ ſignificatione præſto eſſet, qua caret nuditas ex opinione gentium veſtitarum. Sic obſoleta in veſte domi verſari non erubeſcimus, quibus tamen ad nuptias aut in forum ac curiam prodire indecorum habetur. Hæc eidem debentur Velthuſio, qui id pluribus probat argumentis & exemplis, multa quæ non ſint turpia per ſe, propter violationem decoris & pudoris, & ex circumſtantiis, ut vulgo loquuntur, fieri turpia.

Id dicere obſcœnum] Vide Epicteti enchirid. 55. *Rachel.*

Itaque nec aperta actio rerum illarum petulantia vacat, nec oratio obſcœnitate] Sic Gruterus & recentiores editiones. Sed rectius meus primus, Pithæi excerpta editique olim: *itaque nec aperta actio rerum illarum petulantia, nec orationis obſcœnitas* ſcilicet petulantia vacat. Nihil certius, ſententia omnino id flagitante. *Grævius.*

Aut ſi qui fuerunt Stoici pæne Cynici] Fuerunt enim Stoici, qui τὸν κυνισμὸν, id eſt Cynicorum rationem atque vitam probaverunt. de quibus Cicer extremo lib. tertio de finibus, & Laertius lib. 7. Eſt quoque apud Arrianun caput περὶ κυνισμοῦ. lib. III, cap. 22 *Fr. Fabrit.* Hinc Stoicorum dogmat tunica tantum a Cynicis diſtare Iuven Satyr. III, ait, hoc eſt ſolo habitu Stoicis differre, cum dogmata fere ha beant eadem. Nam κοινωνία τὶς τ τε, στωϊσμῷ καὶ τῷ κυνισμῷ ἐστιν ὅθεν καὶ τὸν κυνισμὸν εἰρήκασι σύντ μον ἐπ' ἀρετὴν ὁδὸν, ſunt verba Dic genis Laertii lib. VII.

Qui reprehendunt & irrident, qu ea, quæ turpia re non ſint, verbis fl gitioſa dicamus] Meus primus coden n

ia non ſint, nominibus ac verbis flagitioſa ducamus: la autem, quae turpia ſint, nominibus appellemus uis. Latrocinari, fraudare, adulterare re turpe eſt: ed dicitur non obſcoene: liberis dare operam re honeſtum eſt, nomine obſcoenum: pluraque in eam ſententiam ab eiſdem contra verecundiam diſputanur: Nos autem naturam ſequamur, & omne, quod abhorret oculorum auriumque approbatione, ugiamus. Status, inceſſus, ſeſſio, accubitio, vulus, oculi, manuum motus, teneant illud decorum. Qui-

nec non Pal. prim. *quæ re turpia non ſint, nominibus ac verbis flagitioſa ducamus.* Firmant tres Guilielm. Et hæc eſt Ciceronis manus. Irrident, inquit, Cynici, eos qui quæ re non ſunt turpia, ducant verbis ac nominibus flagitioſa eſſe. Græv. vide Stoicorum rationes apud Cic. lib. IX ad famil. ep. 22 ad Poetum, in qua illas exponit diſerte.

Adulterare re turpe eſt] Sic legitur in noſtris manuſcriptis, excepto uno, in quo eſt, *adulterari.* verum, *adulterare,* eſſe in vetuſtis, Balduinus quoque admonet, itaque Langius & Lambinus ediderunt. Sic lib. I de legib. *Ius eſſet latrocinari, jus adulterare, jus teſtamenta falſa ſupponere.* Fr. Fabrit. Sic & Græv. primus, & excerpta Pithæi.

Pluraque in eam ſententiam ab eiſdem contra verecundiam diſputantur] Sed his argumentis ſatis commode reſpondet Gaſſendus Animad. in Phil. mor. Epict. in hanc ſententiam: *Tametſi natura nihil fecerit, cujus quaſi obſcœni pudere nos debeat, ac ideo poſſit quadantenus ſervari ritus apud eas gentes, quæ aut in partibus corporis, aut in uſu, ac vocibus, quibus nominantur, obſcœnitatem nullam agnoſcunt; apud illas tamen, quæ aliquam agnoſcunt eſſe, eam omnino cavendam, ac nulla ratione pudorem, quo cavetur, eliminandum. Quippe ſeu natura, ſeu lex, ſeu conſuetudo decorum faciat, ipſa eſt natura, quæ tueri id jubet, quatenus ſervatur ob commune bonum, ex cujus incolumitate pendet ſingularis incolumitas, quæ eſt unicuique ſecundum naturam.* Atque hoc Cicero vult, quando regerit: *Nos autem naturam ſequamur.* Rachel.

Nos autem naturam ſequamur] Quæ nobis inſevit pudorem, & corpus ita finxit & formavit, ut honeſtatis ſummam videatur habuiſſe rationem.

Et ab omni, quod abhorret ab oculorum auriumque approbatione fugiamus] Neſcio quam Latine dicatur *ab omni fugiamus.* Hinc Fr. Fabrit. edit. ex conjectura Lambini *ab omni refugiamus.* ſed invitis libris vetuſtioribus. In meo ſecundo, qui eſt recentior, legitur *refugiamus.* Rectius & emendatius meus primus: *& omne, quod abhorret oculorum auriumque approbatione, fugiamus.* τὸ *ab* non agnoſcit etiam Palat. prim. *Græv.*

Seſſio, accubitio] In aliis eſt, *accubatio.* Lambinus Langii ſcripturam meliorem judicans, hujus nominis tertiæ ſyllabæ vocalem tertiam tribuit. Dicimus enim *Accubitum*, non *Accubatum:* eademque ratione, *Accubitionem*, non *Accubationem* dicendum eſſe veritas pervincit. Accedit auctoritas veteris Grammatici Nonii Marcelli, qui Ciceronem de ſenectute, *Accubitionem* dixiſſe, teſtatur. *Fr. Fabrit. Accubitio* quoque præfert primus Grævii.

Teneant illud decorum] Ne ita incedamus aut ſedeamus reliquiſque ſimilibus in rebus, quæ hic commemoran-

Quibus in rebus duo maxime ſunt fugienda: nequid effaeminatum, aut molle, & nequid durum, aut ruſticum ſit. Nec vero hiſtrionibus oratoribuſque concedendum eſt, ut iis haec apta ſint, nobis diſſoluta. Scenicorum quidem mos tantam habet veteri diſciplina verecundiam, ut in ſcenam ſine ſubligaculo prodeat nemo. verentur enim, ne, ſi quo caſu evenerit, ut corporis partes quaedam aperiantur, adſpiciantur non decore. Noſtro quidem more cum parentibus puberes filii, cum ſoceris generi non lavantur. Retinenda eſt igitur hujus generis verecun-
36 dia, praeſertim natura ipſa magiſtra & duce. Cum autem pulchritudinis duo genera ſint, quorum in altero venuſtas ſit, in altero dignitas; venuſtatem, muliebrem duce-

rantur, ita nos geramus ut aliis tædio ſimus, illorumque oculos offendamus ut Tiberius, de quo Sueton. in ejus vita cap. 68: *Incedebat cervice rigida & obſtipa: adducto fere vultu, plerumque tacitus: nullo aut rariſſimo cum proximis ſermone eoque tardiſſimo: nec ſine molli quadam digitorum geſticulatione. Quæ omnia ingrata atque arrogantiæ plena, & animadvertit Auguſtus in eo, & excuſare tentavit ſæpe apud ſenatum, naturæ vitia eſſe, non animi.* Et de Claudio cap. 30: *Remiſſe quid vel ſerio agentem multa dehoneſtabant. Riſus indecens: ira turpior ſpumante rictu, humentibus naribus: præterea linguæ titubantia, caputque cum ſemper tum in quantocunque actu vel maxime tremulum.*

Ne quid effœminatum & molle] Vt Sardanapalus *vir muliere corruptior, qui purpuram colo nebat, & muliebri habitu, & mollitia corporis & oculorum laſcivia omnes fœminas anteibat*, ut Iuſtinus auctor eſt I, 3.

Ne quid durum aut ruſticum ſit] Vide Theophr. characteres περὶ ἀγροικίας.

Oratoribuſque concedendum] Quantum ſtudii poſuerint veteres ut in omni actu nil quod dedeceat, faciant, vide apud Quintil. lib. I, cap. II. & lib. II, cap. 13. ubi legendum: *ideoque nec ad unum motum formatæ manus, & in vultu mille ſpecies.* inepte in editis eſt, *nec ad unum modum.* vide inprimis lib. XI, cap. 3. *Græv.*

Vt in ſcenam] *Scæna* cum æ ſcribi debere Priſcianus teſtis eſt. & ita in ſaxis veteribus inſculptum vidi. vide Varronem de lingua Latina. Græci per κ ſcribunt. *C. Lang.* *Vt in ſcænam*] *Scænam* eſt in antiquis, & impreſſis Victorii libris. Manutius & Langius, *in ſcæna*, legunt, Nonii libri in *Subligaculum* cum antiquis faciunt. *Fr. Fabrit.*

Venuſtatem muliebrem ducere debemus]
Ariſtot. IV Nicom. 3: τὸ κάλλος ἐ
μεγάλῳ σώματι. οἱ μικροὶ δ᾽ ἀστεῖ
καὶ σύμμετροι, καλοὶ δ᾽ οὔ. *In ma*
gno corpore pulchritudo eſt. Brevis enin
ſtaturæ homines venuſti quidem ſunt, e
concinni, pulchri non ſunt. Rachel. A
juſtam enim, & quæ cum majeſtat
quadam conjuncta ſit, pulchritud
nem & apta proceritas corporis requ
ritur: quæ ubi deeſt, *venuſtus* qu
dem quis dici, *pulcher* proprie dici no
poteſt. Suet. Aug. 89: *Forma per omn*
ætatis gradus venuſtiſſima fuit, non d
cit *pulcherrima*, ſed *venuſtiſſima.* br

ducere debemus; dignitatem virilem. Ergo & a forma removeatur omnis viro non dignus ornatus: & huic ſimile vitium in geſtu, motuque caveatur. Nam & palaeſtrici motus, ſaepe ſunt odioſiores; & hiſtrionum nonnulli geſtus inepti non vacant offenſione: & in utroque genere, quae ſunt recta & ſimplicia laudan-

is enim ſtatura Auguſtus fuit, ut ibidem tradit. Contra idem in Nerone cap. 55: *Vultu pulchro magis, quam venuſto.* dicit *pulchro*, cui non minus auctoritatis quam gratiæ ineſſet, ut ibi loquitur *A. Buchnerus.*

Dignitatem virilem] Agrætius hoc etiam ex Cicerone pro Cælio obſervat, quod ſit pulchritudo in fœmina, hoc eſſe in viro *dignitatem formæ.* vide Caſaub. ad Sueton. Claud. c. 30.

A forma removeatur omnis viro non dignus ornatus] Vnde Ovid.

Sint procul a nobis juvenes, ut fœmina comti,
Fine coli modico forma virilis amat.

Et Fabius: *Mollis ornatus & expolitio cutis virum non ornat, ſed ejus mentem indicat.* Rachel. Hinc Diogenes apud Laertium adoleſcenti muliebriter compto quippiam roganti ante non ſe reſponſurum dicebat, quam exploratum haberet, vir ne eſſet an mulier. plura in hanc ſententiam Cynici illius dicta lepida invenies in ejus vita.

Palæſtrici motus] In palæſtris docebantur, & brachia, & totum corpus movere decore ad leges, numeroſque. Hinc Horat. lib. 1 de Mercurio:

Qui feros cultus hominum recentum
Voce formaſti catus & decore
More palæſtræ.

Tu primus docuiſti homines eleganti more ac ratione luctari, cum antea luctæ eſſent inconditæ & inſulſæ. hinc *palæſtra* pro ipſa ratione quadam eleganti. Cic. de perfecto oratore: *Vt athletas, nec multo ſecus gladiatores videmus nihil nec vitando facere, nec petendo vehementer, in quo non motus hic habeat palæſtram quandam.* Sic in 1 de legibus: *Fannii autem ætati conjunctus Antipater paullo inflavit vehementius, habuitque vires agreſtes ille quidem atque horridas, ſine nitore & palæſtra.* qui ſint autem palæſtrici motus eleganter docet Quintil. l. 11 Inſtitut. *Ne illos quidem reprehendendos putem, qui paulum etiam palæſtricis vacaverint.* nimirum ut paullo poſt dicit, *ut recta ſint brachia, ne indoctæ ruſticæve manus, ne ſtatus indecorus, ne qua in proferendis pedibus inſcitia, ne caput oculique ab alia corporis inclinatione diſſideant.* vide ibi plura. quod olim palæſtra, hoc nunc docet orcheſtra. *Græv.*

Hiſtrionum nonnulli geſtus inepti] Solebant Comœdis Romæ dare operam geſtuum, pronuntiationiſque cauſſa. Quintilian. 1 Inſtitut. cap. 11: *Dandum aliquid Comœdo quoque, dum eatenus, qua pronunciandi ſcientiam futurus orator deſiderat.* Sed non longe poſt ſalubriter præcipit, ut hic Cicero: *Ne geſtus quidem omnis ac motus a Comœdis petendus eſt. Quanquam enim utrumque eorum ad quendam modum præſtare debet orator, plurimum tamen aberit a ſcenico, nec vultu, nec manu, nec excurſionibus nimius.* Alioquin quid ex Comœdo & hiſtrione diſcere poſſit ſtudioſus eloquentiæ in eodem docet capite: *Debet docere Comœdus quomodo narrandum, qua ſit auctoritate ſuadendum: qua concitatione conſurgat ira, qui flexus deceat miſerationem.* ſed legenda quæ ſequuntur. *Græv.*

Geſtus inepti non vacant offenſione] Nullam varietatem hic in ullis libris invenio, niſi quod Anœmecius ex ſuo legit, *Nonnulli geſtus inepti non vacant offenſione.* Fr. Fabrit. Sic & Palatinus & meus primus, merito Gruterus recepit. *Græv.*

For-

dantur. Formae autem dignitas coloris bonitate tuenda eſt: color exercitationibus corporis. Adhibenda eſt praeterea munditia non odioſa, neque exquiſita nimis; tantum quae fugiat agreſtem, & inhumanam negligentiam. eadem ratio eſt habenda veſtitus: in

Formæ autem dignitas coloris bonitate tuenda eſt] Senec. de conſtant. ſapient. c. 13: *Scit ſapiens omnes hos, qui togati purpuratique incedunt, valentes coloratoſque, male ſanos eſſe.* Clemens Alexandrin. Pædagog. III, 11: Ἄνθος τῆς ὑγιείας ἐλευθέριον, τὸ κάλλος. ἡ μὲν γὰρ ἔνδον τοῦ σώματος ἐργάζεται. τὸ δὲ, εἰς τὸ ἐκτὸς τοῦ σώματος ἐξανθῆσαν, φανερὰν ἐνδείκνυται τὴν εὐχροίαν. *Sanitas liberalis flos eſt pulchritudo. Sanitas enim intus operatur, extertus autem efflореſcens pulchritudo manifeſte bonum colorem præ ſe fert.* Hinc non putabant ad valetudinem firmam ſufficere carere morbo, niſi coloris bonitas acceſſiſſet. Inde Cicero I ad famil. ep. 9: *Qui me homines quod ſalvum eſſe voluerunt, eſt mihi gratiſſimum: ſed vellem non ſolum ſalutis meæ, quemadmodum medici, ſed ut aliptæ etiam virium & coloris rationem habuiſſent.* Hinc *colorati* dicebantur, qui proſpera utebantur valetudine. Improbatur autem in viris color albus, laudi vero ducebatur fuſcus, & quaſi aduſtus ſole. Ovid. I artis amatoriæ:

Munditiæ placeant, fuſcentur corpora campo.

Sic contra ea pallor mollitie & otio fractis ac marcentibus objiciebatur. Seneca de vita beata: *Virtus pulverulenta, colorata: voluptas enervis, pallida.* & de brevitate vitæ: *quam multi continuis voluptatibus pallent.* Horat. *pinguem vitiis albumque.* Sæpe apud Iuvenalem color iſte iis exprobratur, qui luxu epularum & aliarum voluptatum ſibi morbos arceſſunt, & acerba fata. Ad colorem illum fuſcum ducendum cum aliis exercitiis utebantur, tam etiam *inſolatione*, & aut uncti aliptarum opera, in ſole ambulabant, quod dicebant *uncto uti ſole*, aut ſine unguentis, quod Ciceroni in ep. 6 lib. XII ad Atticum eſt *aſſo ſole uti.* Sed de his dudum viri docti pluribus egerunt. *Græv.*

Color exercitationibus corporis] Præcipue in campo Martio & ruri venatu, ut ſuperius oſtendit Tullius. Clem. Alexandrin. Pædagog. III, 11: Αἱ κάλλισται καὶ ὑγιεινόταται ἀγωγαὶ, διαπονοῦσαι τὰ σώματα τὸ κάλλος τὸ γνήσιον καὶ παράμονον ἐργάζονται. *Pulcherrimæ & ſaluberrimæ vivendi rationes, corpora exercentes germanam & firmam efficiunt pulchritudinem.* dein cauſſam reddit, ἀκινήτῳ τῷ σώματι τ βεβρωθὲν σιτίον οὐ προσφύεται, ἀλλ ἐκπίπτει. ὥσπερ ἀπὸ ψυχροῦ κλιβάνου ἄρτος, ἢ ὅλος, ἢ μόνον ὑπολειπό μένος τὸν πυθμένα. *Corpori immobili ci bus minime adhæreſcit, ſed excidit: quemadmodum a frigido clibano panis vel to tus, vel ſolum fundum relinquens.* vid ibi plura & cauſſas apud Ariſtot i problemat. ſectione ultima, probl ma 3, 4, 5.

Adhibenda eſt praterea munditia n odioſa] Clemens Alexandr. Pædago III, 11: Ἡ καθαριότης ἕξις ἐστὶν, πο ἐραστικὴ διαίτης καθαρᾶς τε ἀμ γοῦς αἰσχροῖς. *Munditia eſt habitus p ram vitæ rationem præparans, & mini mixtam turpibus.*

Tantum quod fugiat agreſtem & i humanam negligentiam] Qualis fu illius quem Horatius deriſit:

Acutis
Naribus horum hominum videri poſſ
eo quod
Ruſticus intonſo toga defluit, & m
laxus
In pede calceus hæret.

Eadem ratio eſt habenda veſtitus] M xima ſemper fuit hominibus liber nec ineptis cura, ut, quoties in b

In quo, ſicut in plerìſque rebus, mediocritas optima eſt.

…icum eſſet prodeundum, decenti …ent habitu, quod Græci vocant …χημονεῖν, Plautus *euſcheme adſtare* in …inummo & Milite. In hoc qui eſ… nt negligentiores ruſtici habebantur, … apud Theophraſtum in charactere …ſticitatis adſcribitur inter ceteras …otas ruſtico, *μείζω τοῦ ποδὸς τὰ ὑποδήματα φέρειν. Calceos geſtare pede gran…ores.* Horatius:

Ruſticius tonſo toga defluit.

…fluere enim dicitur veſtis cum ne…igentius habetur: dicitur & *trahi* in …iſtellaria Plauti, & apud Græ…s *σύρεσθαι*. Athenæus de hoc *κοσμιότητος* ſtudio antiquorum lo…iens libro primo, *ἔμελεν*, inquit, …τοῖς καὶ τοῦ κοσμίως ἀναμβαίνειν τὴν …θῆτα. καὶ τῶν μὴ ποιούντας τοῦτο ἔσκω…ον. *Volebat etiam illos veſtiri decore. … qui hoc non faciebant reprehendebat.* …ato vero in Theæteto inter homines …on ingenui nec liberaliter educati …otas hanc quoque ponit, quod ne…iat *ἀναβάλλεσθαι ἐπιδέξια ἐλευθέρως, …ſtem dextre decenterque librorum mo… componere.* Iſ. Caſaubonus. quæ …erit oratorum cura in componenda …ga, ut decenter ſederet, vide Quin…. lib. XI, cap. 3. Clementis Alexan…ini egregia præcepta ſunt de veſtitu …edagog. III. 11, inter quæ & hæc. …ς γὰρ στρατιώτου καὶ ναύτου καὶ ἄρχον…ος, οὕτως δὲ καὶ σώφρονός ἐστιν οἰκεία …λή, ἡ ἀπερίεργος καὶ εὐσχήμων, καὶ …αθάριος. *Quemadmodum militis & …utæ, & magiſtratus, ita etiam viri …mperantis eſt propria veſtis, quæ eſt mi…ime elaborata, & eſt decora, ac mun….* Et paullo inferius: ἔστων δὲ αἱ ἐσθῆ…ες ἁρμάζουσαι ἡλικίᾳ, προσώπῳ, τό…οις, φύσει, ἐπιτηδεύμασιν. *Conveniat …utem veſtis ætati, perſonæ, locis, inge…io, ſtudiis.* Sic ille locus mihi legen…us videtur. In editis male *τύπος*. …icit autem *τόποις*, quia veſte alia u…ebantur Romæ, alia in Græcia, alia …n Africa, alia in Parthia: Romæ a…a domi, alia in convivio, alia in fo…o & curia. Sed præcipue legendus …thenæus lib. I. Dipnoſophiſton, qui multis oſtendit teſtimoniis, quam irriſi fuerint & aculeatis dictis confoſſi, qui veſtitu utebantur ruſtice & indecore. Inter alia ait Hermippum prodidiſſe Anaximenis veſtitum ut illiberalem fuiſſe reprehenſum a Theocrito Chio: Et Calliſtratum Ariſtophaneum in opere ſuo maledictis inceſſiſſe Ariſtarchum, quod eruditioni, qua præditus erat, veſtis non congrueret, tanquam id quoque pertineat ad doctrinam. vid. ibi plura.

In quo, ſicut in plerìſque rebus mediocritas optima eſt] *Socrates certe veſtibus iiſdem & hyeme & æſtate uſus perhibetur. Iis vero qui Socrati collati delicate vivunt, ſatis erit adverſus caloris & frigoris intemperiem, lino e terra nato, & uſitatorum nobis animalium lana & velleribus uti. At vero flumina Occidentis perſcrutari, & quæ in iis ſunt animalia excoriare, & ſerum Orientalium egere opera, & fila vermicum pretioſiſſimis & firmiſſimis apud nos rebus auro atque argento redimere, magni fuerit & luxus & inconſiderantiæ.* Verba ſunt Simplicii ad Epictet. cap. 45. Sordidum veſtitum in Lacedæmoniis reprehendit Ariſt. 4. Nicom. 3. §. 85. *Superbi ex veſtitu, ex habitu, geſtuque corporis, & conſimilibus aliis ornatum ſibi quærunt, ſuaſque res ſecundas omnibus notas & manifeſtas eſſe volunt, & de ſeipſis prædicant, quaſi ex his honorem conſecuturi.* Sed hoſce *χαύνους* paulo ante appellat *ἠλιθίους* ſtolidos. *Rachel.* Qualis fuit cultus Auguſti, de quo Sueton. in ejus vita 73: *Veſte non temere alia quam domeſtica uſus eſt, ab uxore & ſorore, & filia nepotibuſque confecta, togis neque reſtrictis, neque fuſis: clavo nec lato, nec anguſto.* Nam veſtis juſto brevior eſt hominum ſordidorum, notante Theophraſto in character. περὶ μικρολογίας, laxa nimis, ac juſto longior & ad talos demiſſa diſſolutorum eſt & mollium. Seneca pater lib. II: *Omnia a te vitia: quod unguento coma madet, tuum eſt: quod laxior uſque in pedes tunica demittitur, tuum eſt.* Cic. de Oppianico: *Facite ut non ſolum mores ejus,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

eſt. Cavendum eſt autem ne aut tarditatibus utamur in greſſu mollioribus, ut pomparum ferculis ſimiles eſſe videamur: aut in feſtinationibus ſuſcipiamus nimias cele-

jus, & arrogantiam, ſed etiam vultum atque amictum, atque illam uſque ad talos demiſſam purpuram recordemini. Phædrus lib. IV, de Menandro:

Vnguento delibutus, veſtitu adfluens
Veniebat greſſu delicato & languido,

ſcilicet ad Demetrium, qui propterea cum illum ignoraret, & viderit tam laxo pallio velatum, quærebat:

Qui nam cinædus ille in conſpectu meo
Audet venire?

Sic viri graves & a luxu alieni geſtabant veſtes breviores. Horatius ad Mæcenatem epiſt. I. lib. I.

Quid? ſi quis vultu torvo ferus, & pede nudo
Exiguæque togæ ſimulet textore Catonem,
Virtutem repræſentet, moreſque Catonis?

Sic & qui modeſtiam affectabant, quamvis lati clavi eſſent, tamen purpura non magna utebantur: & contra ambitioſi & molles purpuram admodum dilatabant, ut ex Spartiani Severo, & Luciani Demonacte obſervavit doctiſſimus & elegantiſſimi ingenii vir, Albertus Rubenius lib. I de Lato clavo, ſive re veſtiaria cap. II. Marcus Antoninus, qui vulgo Philoſophus dicitur, diis ſane gratias egit lib. I τῶν περὶ ἑαυτοῦ, quod patrem habuerit, qui fidem ei feciſſet, poſſe in aula ita degi, *μήτε δορυφορήσεων χρήζειν, μηδὲ ἐσθήτων σημειωτῶν. ut nec ſatellitio, nec veſtitu inſigniore* ſeu *notabili utatur.*

Ne tarditatibus utamur in greſſu mollioribus] Vide Ariſtot. IV Nicom. 3. *Rachel.* Hic greſſus mollior reprehenditur in Menandro, æque ac veſtitus laxus & longus, in loco paullo ante laudato:

Veniebat greſſu delicato & languido.

Clemens Alexandrin. Pædagog. III, II: Αἱ γυναικεῖοι κινήσεις καὶ θρύψεις καὶ χλιδαὶ κωλυτέαι παντελῶς. τὸ γὰρ ἁβροδίαιτον τῆς περὶ τὸν περίπατον κινήσεως, καὶ τὸ σαυλὰ βαίνειν, ὥς φησιν Ἀνακρέων, κομιδῇ ἑταιρικά. *Muliebres motus, luxus, & delitiæ ſunt omnino vitandæ. Mollis enim in incedendo motus, effœminatique ac enervati inceſſus, ut ait Anacreon, ſunt valde meretricia.*

Vt pomparum ferculis ſimiles videamur] In quibus ſacra & ſimulacra lentiſſimo inceſſu circumferebantur. Horat. lib. I Sat. 3:

Sæpe velut qui
Currebat fugiens hoſtem, perſæpe velut qui
Iunonis ferret ſacra. Eraſmus.

Pomparum ferculis] Ridiculi ſunt, qu[i] hunc caſum a nominativo *Ferculus* ca[...] dere, non ſolum putarunt, verum etiam in Obſervationes Ciceronis re[...] tulerunt. Erant enim fercula inſtru[...] menta lignea, quibus ſigna ante trium[...] phantem vehi per pompam ſolebant[...] ut Aſconius in Verr. 3. ſcribit. und[e] Fercula quidam interpretantur veh[i]cula, quæ vox vulgatos libros Cic[e]ronis in Piſonem pro illa occupavi[t] ubi Faernus ex antiquiſſimo libro V[a]ticano emendavit: *Nummus inter[...] mihi, Cæſar, neglectis ferculis triumph[a]libus domi manet, & manebit.* Suet[o]nius in Iulio, *Pontico triumpho in[ter] pompæ fercula trium verborum prætu[lit] titulum, Veni, Vidi, Vici.* Fr. Fabr[...] Tardiſſime autem pompæ tam triu[m]phalis quam cicenſis fercula circu[m]ferebantur. Hinc Sueton. de Veſpaſ[ia]no in ejus vita c. 17: *Triumphi die [fa]tigatus tarditate & tædio pompæ.*

Aut in feſtinationibus ſuſcipiamus [ni]mias celeritates] Hoc enim habeba[...] ſervile. Plaut. Pœn. 3, I:

Liberos homines per urbem modico [ma]gis pàr eſt gradu
Ire: ſervile eſſe duco feſtinatim c[ur]rere.

Alex. Sever. apud Lamprid. *Ingen[...]*

cu[...]

ꝛeleritates: quae cum fiunt, anhelitus movetur, vul- ꝛus mutantur, ora torquentur: ex quibus magna ꝛgnificatio fit, non adeſſe conſtantiam. Sed multo ꝛtiam magis elaborandum eſt, ne animi motus a na- ꝛura recedant: quod aſſequemur, ſi cavebimus, ne ı perturbationes atque exanimationes incidamus, ꝛ ſi attentos animos ad decoris conſervationem te- ꝛebimus. Motus autem animorum duplices ſunt, al- ꝛeri cogitationis, alteri appetitus. Cogitatio in vero ꝛxquirendo maxime verſatur: appetitus impellit ad agen-

ꝛrrere niſi in ſacro certamine non debere.

Ἐν γὰρ νομίζω τοῦτο τῶν ἀνελευθέρων
Εἶναι τὸ βαδίζειν ἀρρύθμως ἐν ταῖς ὁδοῖς.
Ἐξὸν καλῶς.

l præcipue puto ſervorum eſſe, incedere decore in publico, cum liceat bene. Alexis.

Quæ cum fiunt, anhelitus movetur] ꝛc meus primus, & Palat. primus: ꝛolent autem uti hoc numero veteres. ꝛc *anhelitum ducere* legas ſemper *non ꝛhelitus ducere.* nec tamen quicquam ꝛoviſſem, niſi vetuſtiſſimorum libro- ꝛm auctoritas interceſſiſſet. Ceterum ꝛem de inceſſu obſervandum præſcri- ꝛit, quod hic Cicero, ſed alias ob ꝛuſſas Baſilius ep. I. Τὸ *βάδισμα* μηδὲ νωθρὸν, ὡς ἔκλυσιν τῆς ψυχῆς κα- τηγορεῖν. μηδ᾽ αὖ σφοδρὸν καὶ σεσο- βημένον ὡς ἐμπλήκτους αὐτῆς τὰς ὁρ- μὰς ὑποφαίνειν. Nec aliter Clemens ꝛlexandrinus Pædagog. III, II: Ἀπο- κορακιστέον ἡμῖν καὶ τοῦ περιπάτου τὸ γυναικῶδες· τὸ δὲ σεμνὸν καὶ τὸ σχολαῖον ꝛκλεκτέον, οὐ τὸ βάδισμα τὸ μελλητι- κόν. οὐδὲ ἐν ταῖς ὁδοῖς σαλεύειν, καὶ ꝛυπτιάζοντα παραβλέπειν εἰς τοὺς ἀ- παντῶντας, εἰ ἀποβλέπουσιν εἰς αὐτὸν, ꝛαθάπερ ἐπὶ σκηνῆς ἐμπομπεύοντα, ꝛαὶ δακτυλοδεικτούμενον. *Ab inceſſu no- ꝛs procul eſt amoliendus greſſus furioſus, ꝛd honeſtus & lentus nobis eligendus, ꝛon autem nimis tardus. Sed neque in via ꝛuctuare decet, nec ſupina cervice obvios ꝛſpicere, an ſe adſpiciant, tanquam tradu- ꝛentem pompam in ſcena, & qui digitis ꝛonſtretur.* Grævius.

Ne in perturbationes atque examina- tiones incidamus] Ne quid nimis nos perterrefaciat, & mentem nobis excu- tiat. Nam *terror eſt metus mentem con- cutiens*, (ſic enim legendum: τὸ *men- tem* excidit in editis, uti ſatis videre licet ex ſequente *pavoris* definitione) *ex quo fit, ut pudorem rubor, terrorem pallor & tremor, & dentium crepitus conſequatur*, ut Cicero IV Tuſcul. 8 oſtendit, qui addit *pavorem* eſſe mo- tum mentem loco moventem, ex quo illud Ennii:

Tum pavor ſapientiam omnem mihi ex animo expectorat.

Exanimationem autem eſſe metum ſub- ſequentem, & quaſi comitem pavoris. *Grævius.*

Ad decoris conſervationem] Editio- nes recentiores *decori.* ſed *decoris* non ſolum viſitur in olim excuſis, verum & Palatin. & quatuor aliis M. F. D. C. & non longe poſt noſter: *Modus au- tem eſt optimus decus ipſum tenere, de quo ante diximus.* ſignificat nimirum hunc locum. *Guilielm.* Applaudunt ſcripturæ a Guilielmio ex MSS. prom- tæ & probatæ Grævii primus & Pithæi excerpta.

Appetitus impellit ad agendum] Hoc ita explicat Ariſtot. I. Magn. mor. c. 12: ἀρχὴ δ᾽ ἐστὶ πράξεως καὶ σπου- δαίας καὶ φαύλης προαίρεσις, καὶ βού- λησις, καὶ τὸ κατὰ λόγον πᾶν. *Princi- pium actionis cum bona tum mala eſt pro- æreſis, voluntas, & quidquid cum ratio- ne movetur.* cap. ſeq. 13 his: ἔστι μὲν

agendum. curandum eſt igitur, ut cogitatione ad res quam optimas utamur: appetitum rationi obe-
37 dientem praebeamus. Et quoniam magna vis oratio- nis eſt, eaque duplex: altera contentionis, altera ſermonis: contentio diſceptationibus tribuatur judi- ciorum, concionum, ſenatus: ſermo in circulis disputationibus, congreſſionibus familiarium verſe- tur: perſequatur etiam convivia. contentionis prae- cepta rhetorum ſunt; nulla ſermonis: quamquam hauc

οὖν καθ' ὃ πράττομεν ὄρεξις. ὀρέξεως δὲ ἐστι εἴδη τρία, ἐπιθυμία, θυμὸς, βούλησις. *Eſt igitur ſecundum quod agimus appetitus: appetitus vero ſpecies tres ſunt, cupiditas, ira, voluntas.* Rachel.

Vt cogitatione ad res quam optimas utamur] Θείου νοῦ διαλογίζεσθαι καλὸν, *animi eſt divini ſemper aliquid boni co*gitare inquit Democrates. Cogitare quidem cuiquam de quo libet licet: ſed vir bonus abſtinet non tantum a perpetrando, ſed etiam a cogitando malo, quod a matre ſe didiciſſe gratus prædicat M. Antoninus in libro primo.

Nam ſcelus intra ſe tacitum qui cogitat ullum
Facti crimen habet.

Vt Iuvenalis Sat. 13. Rationem, cur ſemper cogitandum de rebus optimis, reddit Demophilus in ſententiis: Ἐὰν ἀεὶ μνημονεύῃς, ὅ τι ὅπου δ' ἂν ἡ ψυχή σου καὶ τὸ σῶμα ἔργον ἀποτελεῖ, θεὸς ἐφέστηκεν ἔφορος, ἐν πάσαις σου ταῖς εὐχαῖς, καὶ πράξεσιν, αἰδεσθήσῃ μὲν τοῦ θεωροῦ τὸ ἄληστον, ἕξεις δὲ τὸν θεὸν σύνοικον. *Si ſemper memineris, quocunque domum loco anima aut corpus tuum aliquid perpetret, Deum inſpectorem adeſſe, in cunctis quidem orationibus actionibuſque tuis vereberis inſpectoris præſentiam, cui nihil latet: Deum vero intimum pectoris hoſpitem habebis.* Et Democrates: ἢν πιστεύῃ τις θεοὺς ἐπισκοπεύειν πάντα, οὔτε λάθρῃ οὔτε φανερῶς ἁμαρτήσεται. *Qui Deum cuncta inſpicere crediderit, neque clanculum, neque aperte peccabit.* In quam ſententiam vide multa Epicteti apud Arrianum diſſert. II, 14. Hinc etiam diſcri- men præcipuum viri vere boni, & mali, quod ille non tantum nih mali in ſe committat, ſed ne vel quidem, aut cogitet de malo. Demo- crates: Δόκιμος ἀνὴρ καὶ ἀδόκιμος οὐκ ἐξ ὧν πράσσει μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξ ὧ βούλεται. *Vir probus aut improbus non e operibus tantum, ſed etiam ex volunta ſpectatur.* Nam ut idem ait: ἀγαθὸν τὸ μὴ ἀδικεῖν, ἀλλὰ τὸ μηδὲ ἐθέλει *Bonum eſt non ſolum ab injuria, ſed etia a voluntate lædendi.* Et contra idem ἐχθρὸν οὐχ ὁ ἀδικῶν ἀλλὰ καὶ ὁ β λόμενος. *Inimicus eſt non ſolum qui inj riam infert, ſed etiam qui de inferen cogitat.* Nihil igitur mali in con lium eſt adhibendum, ſed nos rev reri nos ipſos decet. Ἑαυτὸν πρῶτ αἰσχύνεσθαι χρεὼν τὸν αἰσχρὰ ἔρδοντ *primum ſe ipſum vereri debebat, quiſq turpia perpetrat.* ſecundum illius ipſi Democratis ſententiam. Et Theoph ſtus apud Stobæum: Αἰδοῦ σεαυτὸν ἄλλον οὐκ αἰσχυνθήσῃ. *Reverere te ipſ & non erubeſces coram aliis.* Cogitat nes enim ſunt fontes actionum. H etiam nuda voluntas ſæpe a judice nitur in majoribus criminibus. leg Cod. Theod. ad l. Iul. de ambitu re proditum eſt *leges ſcelus punire ſceleris voluntatem.* Et Seneca VII clam. *ſcelera, quamvis citra exit ſubſederint*, puniri ait. quod & Serv prodidit, jure Romano non tant effectum puniri, ſed & volun tem.

Nulla ſermonis] Vide tamen Ariſ telis IV Nicom. 6. *Rachel.*

aud ſcio an poſſint haec quoque eſſe. ſed diſcentium udiis inveniuntur magiſtri, huic autem qui ſtudeant int nulli: rhetorum turba referta omnia: quamquam uae verborum ſententiarumque praecepta ſunt, eaiem ad ſermonem pertinebunt. Sed cum orationis idicem vocem habeamus, in voce autem duo ſeuamur, ut clara ſit, ut ſuavis: utrumque omnino natura petendum eſt: verum alterum exercitatio igebit, alterum imitatio preſſe loquentium & leiter. Nihil aliud fuit in Catulis, ut eos exquiſito judi-

In voce duo ſequamur, ut clara ſit & uvis] Quinctil. Inſtitut. Orator. XI p. 3, de voce diffuſius diſputat. *In ea oce) prima obſervatio eſt, qualem haas: ſecunda, quomodo utaris. Natura cis ſpectatur quantitate, & qualitate. uantitas ſimplicior eſt. In ſumma enim andis aut exigua eſt: ſed inter has exemitates mediæ ſunt ſpecies, & ab ima ſummam, ac retro, multi ſunt grais. Qualitas magis varia eſt, nam eſt candida, & fuſca, & plena, & exi-, & lenis & aſpera, & contracta & ſa, & dura & flexibilis, & clara & tuſa.* vide ibi plura.

Exercitatio augebit] Quinctilian. XI, *Augentur ſicut omnium, ita vocis ioque bona cura, & negligentia miuuntur.* de varia autem cura, quam lhibebant olim in voce aut tuenda, it corrigenda, aut augenda, cibis, emediis, exercitiis corporis vide ſeuentia. Magnam ſane curam veteres abebant vocis, & in ea exercenda iultum ſtudii ponebant. Propter uam cauſſam dabant operam phoaſcis, ſeu magiſtris vocis, de quibus iulta viri docti annotarunt.

Preſſe loquentium] Ita clare, ut omnes idiantur litteræ, ſed tanta lenitate, t nullius aures offendant. Quint. lib. I, 8: *Non ſatis eſt dicere preſſè tantum, ut ſubtiliter, aut aſpere: non magis uam phonaſco acutis tantum aut meis, aut gravibus ſonis, aut horum etiam articulis excellere.* In III de orat. *Me,* nquit Cicero ad Catulum, *tuus ſonus & ſuavitas illa delectat,* (nonnullis interpoſitis pergit) *hanc dico ſuavitatem, quæ exit ex ore: quæ quidem, ut apud Græcos, Atticorum, ſic in Latino ſermone, hujus eſt urbis maxime propria. Athenis diu doctrina Athenienſium interiit,* &c. *tamen eruditiſſimos homines Aſiaticos quivis Athenienſis indoctus, non verbis, ſed ſono vocis, nec tam bene, quam ſuaviter loquendo facile ſuperabit. Noſtri minus ſtudent litteris, quam Latini. tamen ex iſtis, quos noſtis, urbanis, in quibus minimum eſt litterarum, nemo eſt quin litteratiſſimum togatorum omnium, Q. Valerium Soranum, lenitate vocis, atque ipſo oris preſſu ac ſono facile vincat.* His qui preſſe loquuntur opponuntnr ii, qui aut opprimunt litteras, aut putide nimis ruſticeque exprimunt, ut ſtatim dicet Cicero.

Nihil aliud fuit in Catulis] A me impetrare non potui, ut libros aliquot manuſcriptos non ſequerer, in quibus ſcriptum eſt, *Nihil fuit in Catulis,* &c. quo modo & Langius edidit: Quamquam lectio vulgata, cujus eadem ſententia, non eſt fortaſſe rejicienda. Ne ea quidem damnanda eſt, quam in trib. aliis codicib. manuſcr. reperi, *Quod fuit in Catulis, ut* &c. quia ſenſui Ciceronis non adverſatur. Videtur enim hoc ſentire M. Tullius, in Catulis fuiſſe vocem ſuavem & dulcem, eoſque preſſe loqui ſolitos eſſe, & leniter, adeo ut eos exquiſite litteratos eſſe putarent, qui audiret. Nam quanquam eſſent litterati, tamen mul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

judicio putares uti litterarum; quamquam erant litterati: ſed & alii. hi autem optime uti lingua Latina putabantur. Sonus erat dulcis, litterae neque expreſſae, neque oppreſſae, ne aut obſcurum eſſet, aut putidum. Sine contentione vox nec languens, nec canora. Vberior oratio L. Craſſi, nec minus face-

ti alii cum litterati eſſent, hac laude ſuaviter loquendi carebant. Sed, ut redeam ad eam ſcripturam, quam ſecutus ſum, videtur, ſi quis eam probabit, aliquid in ea immutandum, atque ita legendum: *Nihil fuit aliud in Catulis, cur eos exquiſito* &c. Ac quod ad vocem, *aliud*, eam ego reperi in duob. cod. antiquis, ut de ea non ſit admodum dubitandum: de particula, *cur*, quamvis nulli codices adjuvent, tamen conſuetudo Latini ſermonis, ut ita legatur, poſtulat. Sic igitur velim legi, *Nihil fuit aliud in Catulis, cur eos exquiſ.* &c. Nihil fuit aliud autem, præter ſuavitatem, & lenitatem vocis, ſcilicet. *Lambin.* Parrhaſius in Quæſitis per epiſtolam, putat hic vocem excidiſſe, & Ciceronem ſcripſiſſe: *nihil aliud fuit in Catulis, ut eos exquiſito judicio putares uti, beneficio litterarum.* Sed neque vocabulum illud reperitur in Pall. nec in Græcian. nec in edit. Moguntina, ac duabus Romanis. Nec eſt ut hanc vocem nobis obtrudi ingratiis Tullii, patiamur. Sententiam autem Lambinus non eſt aſſecutus, quæ eſt. In Catulis, patre & filio, mirabantur omnes ſuavitatem & preſſum illum oris ſonum. Nam cum verba facerent, licet eſſent litterati, nihil tamen promebant ex interioribus litteris, nec audiebas illorum diſputationibus adſpergi multa erudita, ſed orationes eorum commendabat in primis ſuavitas vocis. vid. Cic. III de orat. c. II.

Litteræ neque expreſſæ, neque oppreſſæ] Quid ſit *exprimere*, & *opprimere litteras* optime docet Quintil. Inſtitut. l. II: *Inprimis vitia, ſi qua ſunt oris, emendet: ut expreſſa ſint verba, ut ſuis quæque litteræ ſonis enuncientur. Quarundam enim vel exilitate, vel pinguedine nimia laboramus: quaſdam velut acriores parum efflamus, & aliis non diſſimilibus, ſed quaſi hebetioribus permutamus.* ſequuntur ibi plura in hanc ſententiam.

Aut putidum] Quid ſit *putidum* in pronuntiatione docet Nonius Marcellus: *putidum non ſolum ab ore fœtido & gravi, quod naribus præbetur, ſed & quod auribus triſte, & inſuave, auſterum, & rancidum, id putidum dici poſſe auctoritas vetuſtatis admiſit.* Repetiit hoc præceptum Cic. III de orat. II: *Nolo exprimi litteras putidius, nolo obſcurari negligentius: nolo verba exiliter exanimata, nolo inflata, & quaſi anhelata gravius.* quod hic *putidum* dicit, in ſequente capite vocat *aſpere*, *vaſte*, *ruſtice*, *hiulce loqui*, quibus opponit, *preſſe*, *æquabiliter*, *leniter.* Illudque putidum & aſperum improbat in Cotta, cujus pronunciationem *latam* vocat, ut qui tota litteram tollat, & E *pleniſſimum* dicat, ideoque videri non oratores antiquos, ſed meſſores imitari propter ruſticam illam ſcilicet illarum litterarum expreſſionem apud Quintilian. lib. I, cap. II ali[...] exempla invenies.

Sine contentione vox nec languens, nec canora] Nec torpens, nec tinnula. Commendat illam mediocritatem tenendam, quam difficiliter teneri dicit Iſidor. Peluſ. lib. 3: ὀξὺ μὲν [...] βαρὺ κομιδῇ φθέγξασθαι ῥᾴδιον, τοῦ μέσου τυχεῖν, μουσικῆς ἐστιν ἕξεως. *ac[...] te quidem & graviſſime loqui eſt facile, mediocritatem autem tenere, Muſici habitus eſſe videtur.* Hanc mediocritatem vocis ſic deſcribit Caſſiodor. lib. d[...] anima: *Vox ipſa mediocris, nec debil[...] vicina ſilentio, nec robuſta clamore dil[...]*

tan[...]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ceta: ſed beneloquendi de Catulis opinio non minor. Sale vero & facetiis Caeſar, Catuli patris frater, vicit omnes: ut in ipſo illo forenſi genere dicendi contentiones aliorum ſermone vinceret. in omnibus igitur his elaborandum eſt, ſi in omni, quid deceat, exquirimus. Sit igitur hic ſermo, in quo Socratici maxi-

ato. Bene autem Cicero dixit, *ſine ontentione* vocem non debere eſſe canoram: Nam in oratore illa probatur. n Bruto enim dicit: *Canorum oratorem oncurſus hominum forique ſtrepitus deſi-erat.* In Hortenſio talem vocem laudavit idem: *Vox canora & ſuavis, mo-us & geſtus etiam plus artis habebat.* Hinc Muſicen utilem oratori eſſe ostendit Quintilian. l. 10. Sed tamen tudendum ſummopere ne oratio fiat leforme canticum, neve frangatur in ffœminatam & ſcenicam pronunciaionem. Quintil. XI, 3: cum de vitiis pronuntiationis variis egiſſet, addit: *Quodcunque ex his vitium magis tulerim, quam quo nunc maxime laboratur in cauſis omnibuſque ſcholis, cantandi: quod nutilius ſit an fœdius neſcio. Quid enim minus oratori convenit, quam modulatio ſcenica, & nonnunquam ebriorum aut comeſſantium licentiæ ſimilis.* Sed hæc uberius ibi perſequitur. Laborabant hoc vitio ſophiſtæ in Græcia inprimis, uti videre licet ex Philoſtrato de vitis ſophiſtis in Varo, aliiſque.

Cæſar, Catuli patris frater] Anœmecius hunc locum ſine ratione immutavit. Nam conſtat Catulos patrem & filium fuiſſe celebres. *Catuli patris* igitur legendum eſt. Cæſarem autem Cajum, Lucii filium Catuli patris fratrem fuiſſe, ſuperius quodam loco didicimus, fitque iſta ipſa ſanguinis neceſſitudo manifeſtior ex lib. 2 de oratore: *poſtero igitur die quam illa erant acta, hora fere ſecunda, cum etiam tum in lecto Craſſus eſſet, & apud eum Sulpitius ſederet, Antonius autem inambularet cum Cotta in porticu, repente eo Q. Catulus ſenex cum C. Iulio fratre venit. quod ubi audivit, commotus Craſſus ſurrexit.* C. autem Iulius eſt, quem alio loco, atque rurſus in Bruto Cæſarem appellat. *Betuleius.* *Cæſar, Catuli patris frater*] Sic legendum ac diſtinguendum eſſe, prudenter Betuleius rejecta Anœmecii mutatione, vidit. Fratres vero apud Romanos dicti fuerunt non modo qui iiſdem parentibus, ſed & qui fratribus, & qui fratre ac ſorore nati erant, ut de Metellis & Clodio in Ciceronis hiſtoria demonſtravi. *Fr. Fabrit.*

Sit igitur hic ſermo lenis] Intentior vox eſt ruſticitatis argumentum. Sic enim Theophraſt. in charact. ἀγροικίας, inter ruſtici hominis notas numerat μεγάλῃ τῇ φωνῇ λαλεῖν. *altiore voce loqui.* D. Auguſtin. egregie lib. de duab. an. cap. 13: *In emittenda voce, nonne quod præco bene facit, etiamſi clarius ac melius id faciat ſenator, inſanus eſt?* Xenophon Socraticus in convivio dicit illos qui a diis afflantur, digniſſimos eſſe omnium adſpectu, qui vero a diis non agitentur, πρὸς τὸ γοργότερόν τε ὁρᾶσθαι, καὶ φοβερώτερον φθέγγεσθαι, καὶ σφοδροτέρους εἶναι φέρεσθαι, *truculentiores eſſe viſu, & in loquendo vehementiores, in agendo concitatiores,* caſto vero & amore & divino afflatu perculſos oculos habere amabiliores, & τὴν φωνὴν πρᾳοτέραν ποιεῖσθαι, *vocem leniorem mittere.* Clemens Alexandrinus Pædagog. lib. II, cap. 7. Ἄμφω οἱ διαλεγόμενοι, τὸ φθέγμα τὸ σφῶν ἢ συμμετρίᾳ παραμετρούντων· τό, τε γὰρ γεγωνὸς τῆς προφορᾶς, μανιωδέστατον· τό, τε ἀνήκουστον πρὸς τοὺς πέλας φθέγγεσθαι, ἀναισθήτου· οὐ γὰρ ἀκούσονται. καὶ τὸ μὲν ἀγροικείας· τὸ δὲ αὐθαδείας τεκμήριον. *Vterque qui diſſerit vocem ſuam metiatur juſta proportione & moderatione. Elatus enim clamor elata pronunciationis eſt res* in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

maxime excellunt, lenis, minimeque pertinax: inſit in eo lepos. Nec vero, tanquam in poſſeſſionem ſuam venerit, excludat alios: ſed cum reliquis in re-

inſaniſſima: cum proximis autem ita loqui ut non audiaris, ejus eſt, qui nullo ſenſu eſt præditus. neque enim audient: & eſt hoc quidem puſilli & abjecti animi judicium, illud vero arrogantiæ.

Minimeque pertinax] Εἰσὶ δὲ ἰσχυρογνώμονες οἱ ἰδιογνώμονες καὶ οἱ ἀμαθεῖς, καὶ ἄγροικοι. οἱ μὲν ἰδιογνώμονες διὰ ἡδονὴν καὶ λύπην. χαίρουσι γὰρ νικῶντες, ἐὰν μὴ μεταπείθωνται καὶ λυποῦνται, ἂν ἄκυρα τὰ αὐτῶν ᾖ ὥσπερ ψηφίσματα. 7. Nicom. 9. *Obfirmati in ſententia ſunt ii, qui ſuas quaſdam ſententias animo tenent, indocti item, & agreſtes homines. Atque ii quidem, qui ſuas ſententias animo tenent, propter voluntatem ac dolorem ſunt pertinaces. Lætantur enim ſe vincere, cum de ſententia ſua non deducuntur: & graviter moleſteque ferunt, cum ſua veluti decreta reſcindi ipſis videntur atque infirmari.* Rachel. Clem. Alexandrin. 11, 7: Ἀπέστω δὲ καὶ ἡ φιλονεικία, κενῆς νίκης ἕνεκεν. λόγων ἐπεὶ τέλος ἡμῖν ἡ ἀταραξία. καὶ τοῦτ' ἄρα ἐστὶ τὸ, εἰρήνη σοι. *Abſit etiam vehemens contentio pro inani verborum victoria: nobis enim finis eſt ſermonum, ſine tumultu & perturbatione agere. & hoc ſibi vult illud: Pax tibi.*

Inſit in eo lepos] Sed τῷ γελοίῳ καθάπερ ἁλὶ πεφεισμένως δεῖ χρῆσθαι. *joco ſalis inſtar parce utendum*, monet Demophilus aliique.

Nec vero tanquam in poſſeſſionem ſuam venerit, excludat alios] Epictet. enchirid. cap. 41. σιωπὴ τὸ πολὺ ἔστω, ἢ λαλείσθω τὰ ἀναγκαῖα, καὶ δι' ὀλίγων. *Majori quidem ex parte ſilentium præſtetur, aut neceſſaria dicantur eaque paucis.* Rachel. Hoc vitio, qui ſemper loqui in omnibus congreſſibus, nec alios audire volunt, iiſque vices loquendi dare, Græcis λάλοι dicuntur, *loquaces* & veteribus Latinis *linguaces*, *lingulacæ*, *linguoſi*, *locutuleji*, ut notat Caſaubonus ad Theophraſti characteres περὶ λαλίας, quod omnino videndum. Vitium dicitur λαλία, Cato vocat γλωσσαλγίαν, loquendi morbum, quam αἰχίστην νόσον Euripides appellavit merito. Verba ejus ſunt:

Ἀκόλαστον ἔσχε γλῶσσαν, αἰχίστην
νόσον.
*Effrenem habuit linguam, turpiſſimum
morbum.*

Nam οἱ ἀδόλεσχοι, ὥσπερ αἱ χελιδόνες τῷ συνεχεῖ τῆς λαλίας τὴν ἡδονὴν τῆς ὁμιλίας ἀποβάλλουσιν, ut eſt in Diophili ſimilitudinibus: *Homines garruli hirundinum inſtar continua loquacitate converſationis voluptatem perdunt.* Quod & firmat Euripides apud Stobæum:

Ἀνὴρ γὰρ ὅστις ἥδεται λέγων ἀεὶ,
Λέληθεν αὐτὸν τοῖς ξυνοῦσιν ὢν βαρύς.
*Quiſquis multiloquio delectatur
Is non intelligit præſentibus ſe eſſe moleſtum.*

Etenim, ſi Sophocli fides,

Τὰ γὰρ περισσὰ πανταχοῦ λυπηρ' ἔπη.
Verba nimia moleſta ſunt ubique.

Eſt autem πλεονεξία τὸ πάντα λέγειν, μηδὲν δὲ ἀκούειν ἐθέλειν. *Arrogantia quædam omnia dicere, nihil audire velle*, vere dixit Democrates. Clemens Alexandrin. Pædagog. 11, 7: οὔτε μακρολογητέον. οὔτε πολυλογητέον. οὔτε ἀδολεσχητέον. *Nec prolixo unquam eſt ſermone utendum, nec multum loquendum, nec nugandum.* paullo poſt: ταύτῃ γὰρ αὖ τὸν Θερσίτην πληγαῖς ᾐκίσατο ὁ σώφρον Ὀδυσσεὺς,

Ὅτι μοῦνος ἀμετροεπὴς ἐκολῴα.
Ὅς ῥ' ἔπεα φρεσὶν ᾗσιν ἄκοσμά τε πολλά τ' ᾔδει
Μὰψ, ἀτὰρ οὐ κατὰ κόσμον.

Ea de cauſſa Therſiten plagis caſtigavit prudens Vlyſſes:

Quia ſolus immoderate multa effutiens tumultuabatur.
Qui mente ſua multa incompoſita noverat,
Fruſtra, ſed non ut decebat.

Vi-

ebus, tum in ſermone communi, viciſſitudinem non iquam putet. ac videat in primis, quibus de rebus oquatur: ſi ſeriis, ſeveritatem adhibeat, ſi jocoſis, eporem. in primiſque provideat, ne ſermo vitium liquod indicet ineſſe moribus: quod maxime tum olet evenire, cum ſtudioſe de abſentibus detrahen-i cauſa, aut per ridiculum, aut ſevere, maledice ontumelioſeque dicitur. Habentur autem plerum-que

Viciſſitudinem non iniquam putet] lanc lectionem, quam Balduinus, noemecius, Langius & Lambinus ublicarunt, duo ex manuſcriptis no-ris integram conſervarunt: cujus lo-o in vulgatis legitur, *Viciſſitudine non-unquam utendum putet.* Fr. Fabrit.

Ne ſermo vitium aliquod indicet ineſſe oribus] Nihil enim certius illo So-onis dicto apud Laertium: ὁ λόγος εἴδωλον τῶν ἔργων. *oratio eſt ſimulacrum perum*, aut Democriti in Græco in-erprete rhetoricorum Ariſtotelis: λόγος ἔργου σκιή. *ſermo eſt operis umbra*, ut iſte Senarius allatus a Stobæo:

Ἤθους χαρακτήρ ἐστιν ἀνθρώπου λό-
γος.
Morum character eſt hominum ſer-
mo.

Quem Simonidis eſſe doctiſſimus & olitiſſimus Ægidius Menagius no-avit ex Pſello de dæmonibus ad Dio-genem Laertium. οὐκ ἐκ μόνων τῶν ἔργων, ἀλλὰ καὶ ἐκ λόγων ἄνθρωπος κρίνεται, ut Clemens Alexandrin. Pæda-gog. II, 7, monet, *non ex ſolis factis, ſed ex verbis homo judicatur.*

De abſentibus detrahendi cauſſa] Μάλιστα δὲ μὴ περὶ ἀνθρώπων ψέγοντες ἢ ἐπαινοῦντες, ἢ συγκρίνοντες. *Imprimis autem ne homines vituperemus vel laude-mus, vel comparemus caveatur*; inquit Epictet. enchirid. cap. 41. Pertinet huc tritum illud, de abſentibus & mortuis nil niſi bene loquendum eſſe. Add. Ariſt. 4. Nic. 3. *Rachel.* P. Syrus mi-mus:

Lingua eſt maliloquax mentis indicium
malæ.

Veriſſime dixit Horat. Sal. IV, lib. I:

Abſentem qui rodit amicum,
Qui non defendit alio culpante, ſolu-
tos
Qui captat riſus hominum, famamque
dicacis,
Fingere qui non viſa poteſt, commiſſa
tacere
Qui nequit, hic niger eſt, hunc tu Ro-
mane caveto.

Non tantum ipſi de abſentibus male loqui vetamur, ſed nec iis, qui id fa-ciunt, applaudere Clem. Alexandrin. Pædagog. II, 7: εἰ δὲ καὶ εἶεν τινες φιλοσκώμμονες, σιωπητέον ἡμῖν, καὶ παραπεμπτέον τοὺς λόγους, ὥσπερ τὰς κύλικας τὰς πεπληρωμένας. ἐπισφαλὴς γὰρ ἡ τοιαύτη παιδία. Στόμα δὲ προπετοῦς ἐγγίζει συντριβῇ. *Quid ſi ſint etiam nonnulli, qui alios lubenter irrideant, nobis quidem tacendum eſt, & verba ſuperflua tanquam plena pocula ſunt a nobis tranſmittenda. Lubricus e-nim & periculoſus eſt ejuſmodi luſus. Os autem temerarii appropinquat contritioni.* Vere dixit lubricum & periculoſum eſſe luſum riſus captandi cauſſa de a-liis detrahere. Nam

Plerumque ſtulti riſum dum captant le-
vem,
Gravi diſtringunt alios contumelia
Et ſibi nocivum concitant periculum.

ut elegantiſſimus Phædrus pulchre ca-nit. Sane λυποῦντα τὸν πλησίον οὐ ῥάδιον αὐτὸν ἄλυπον εἶναι, Demophili eſt dictum, *aliis moleſtum haut facile ipſum moleſtia carere.* Aureum eſt mo-nitum P. Syri mimi:

Amicum lædere ne joco quidem li-
cet.

Habentur autem plerumque ſermones] De quibus rebus ſermo ſit inſtituen-dus docet. Epictetus uno verbo dice-

que ſermones aut de domeſticis negotiis, aut de rep. aut de artium ſtudiis, atque doctrina. Danda igitur opera eſt, ut etiam ſi aberrare ad alia coeperit, ad haec revocetur oratio: ſed, utcumque aderunt res. neque enim omnes iiſdem de rebus, nec omni tempore, nec ſimiliter delectamur. Animadvertendum eſt etiam, quatenus ſermo delectationem habeat, & ut incipiendi ratio fuerit, ita ſit deſinendi modus.

Sed

bat περὶ τῶν ἀναγκαίων, ſive ad virtutem adhortando, ſive docendo, ſive conſulendo, ſive conſolando, ſive de veritate naturaque rerum inquirendo & diſputando, ſive Dei excellentiam & providentiam celebrando, & auxilium ad degendam vitam naturæ congruentem votis expoſcendo, uti hæc interpretatur Simplicius. *Rachel.*

Si aberrare ad alia cœperit] Add. Epictet. c. 42. *Idem.*

Sed utcunque aderunt] *Vtcunque aderunt*, in omnibus libris reperio ſcriptum: id eſt cuicuimodi homines. adverbium loco nominis. Terent. *ſic homo eſt; ita homo eſt.* locus hic turpiter erat maculatus. *C. Lang.* *Sed utcunque aderunt*] Libri noſtri veteres non habent, *res*, quod eſt in vulgatis: neque habuit in ſuis Langius, ut nos admonet. Itaque delevimus. Verum, pro, *utcumque*, malim legi, *ut quique.* & pro, *delectamur*, *delectantur.* Lambin. *Sed utcunque aderunt*] Vulgo additur, *res.* quod in libris vetuſtis non legi, cum Langio & Lambino vere teſtari poſſum. Langius quoque hoc non de rebus ſed de hominibus intelligit, atque *utcunque*, interpretatur, cui cuimodi homines. Idem legit ſtatim: *Neque enim eiſdem de rebus*, in quo etſi conſentientes noſtros manuſcriptos habet, præpoſitio tamen non placet. *Fr. Fabrit.* Τὸ *res* nec in tribus, quos excuſſit Guilielmius, nec in Pall. nec in Pithæi, nec in meo optimo codice extat. Cum tamen extet in editionibus primis, non eſt delendum, ſententia poſtulante. Vltima ſyllaba præcedentis vocis videtur hanc voculam abſorpſiſſe. Verba quæ ſequuntur quaſi in parentheſi ſunt poſita. Sententia hæc eſt, qualeſcunque res erunt, de quibus loquimur, (non enim ſemper de iiſdem rebus loqui placet) opera eſt danda, ne modum excedamus, & iis, quibus cum loquimur faſtidium & moleſtiam moveamus. Videndum quouſque oratio noſtra placeat audientibus. Quemadmodum conſiderandum eſt, antequam incipiamus loqui, ne aures aliorum offendamus, ſic & in finiendo ſermone nobis erit curæ, ne nimii ſimus, & nimia prolixitate de eodem argumento ſimus aliis odio: Inprimis videndum, quibus cum ſermones ſerimus. Nam velle apud nautas de re ruſtica loqui, aut apud milites de navibus, & inſtrumento nautico, ineptum eſſet. Itaque ad eorum ingenium eſt accommodandus ſermo, cum quibus cæditur. Nam, ut bell[...] Demophilus, Μουσικοῦ μὲν ἔργον π[...] πᾶν ὄργανον ἁρμόσασθαι, πεπαιδευμέ[...]νου δὲ ἀνδρὸς τὸ πάσῃ ψυχῇ συμφωνῆσαι. *Muſici opus eſt quodcunque inſtrumentum concinne adaptare: viri autem ſapientis cuivis animo ſe adtemperare.*

Ita ſit deſinendi modus] Quod qu[...] non faciunt, quam moleſti ſint, & odio enecent, quibus cum ſunt, oſtendit Horat. lib. 1. Sat. 9. Inde in illa monet:

Loquaces,
Si ſapiat, vitet, ſimulatque adoleverit ætas.

Et Theophraſtus περὶ ἀδολεσχίας in character. Παρεχσείσαντα χρὴ τοὺς τοιούτους τῶν ἀνθρώπων φεύγειν, καὶ διαρ[...] μένο[...]

Sed quomodo in omni vita rectiſſime praecipitur, ut 38
perturbationes fugiamus, id eſt, motus animi nimios, rationi non obtemperantes: ſic ejuſmodi motibus ſermo debet vacare, ne aut ira exſiſtat, aut cupiditas aliqua, aut pigritia, aut ignavia, aut tale aliquid appareat. maximeque curandum eſt, ut eos, quibus cum ſermonem conferemus, & vereri, & dili-

ῶμον ἀπαλλάττεσθαι, ὅστις ἀπύρετος βούλεται εἶναι. ἔργον γὰρ συναρκεῖσθαι τοῖς μήτε σχολὴν, μήτε σπουδὴν διαγινώσκουσιν. *Id genus homines demiſſis manibus grandique gradu fugiat oportet, quiſquis febre carere volet. Difficile enim eſt cum iis durare, qui neque otii, neque negotii tempora diſtinguere norunt.* De loquace fœmina, quæ garrulitate necat aſſidentes. vide Iuvenal. Satyr. VI, v. 432.

Sed quo modo in omni vita] Mutarunt hic vulgo contra veterum codicum fidem, *quomodo*, in, *quoniam*, eo quod, quomodo in προτάσει collationis inſolentior videretur. aliis tamen locis multis hæc vox ſic uſurpata manſit. Similiter Verrina VI. inquit: *Tibi hæc opera ſumenda eſt, ut Capitolium quomodo magnificentius reſtitutum, ſic copioſius ornatum ſit, quam fuit.* Fr. Fabrit. In meo primo legitur: *Sed quemadmodum in omni vita.* quod non repudiandum. *Grav.*

Ne ira exiſtat] Excandeſcere in ſermone probroſum eſt, & virum ſapientem maxime dedecet. Inde inter vitia recenſet, quibus homines ſapientiæ præceptis non imbuti, quamvis gerunt magiſtratus & honores, & ſibi videantur ſapere, numerat Perſius Sat. III:

Nunc face ſuppoſita, ferveſcit ſanguis, & ira
Scintillant oculi: diciſque faciſque quod ipſe
Non ſani eſſe hominis, non ſanus juret Oreſtes.

Sane nec inique nos reprehendentibus, aut injuriam inferentibus iraſcendum eſſe ſapientes ſciſcunt. M. Antonin. VI, περὶ ἑαυτοῦ· ἐάν τις σοι προβάλῃ, πῶς γράφεται τὸ Ἀντωνίου ὄνομα, μήτι κατεντεινόμενος προοίσῃ ἕκαστον τῶν στοιχείων; τί οὖν; ἐὰν ὀργίζωνται, μήτι ἀντοργιῇ; μήτι οὐκ ἐξαριθμήσῃ πρᾴως, προϊὼν ἕκαστον τῶν γραμμάτων; οὕτως οὖν καὶ ἐνθάδε μέμνησο, ὅτι πᾶν καθῆκον ἐξ ἀριθμῶν τινων συμπληροῦται. τούτους δεῖ τηροῦντα, καὶ μὴ θορυβούμενον μηδὲ τοῖς δυσχεραίνουσιν ἀντιδυσχεραίνοντα περαίνειν ὁδῷ τὸ προκείμενον. *Si quis a te quærat, quomodo ſit nomen Antonii ſcribendum, numquid cum vocis contentione proferres ſingulatim omnes litteras? Quid ergo ſi qui iraſcuntur, num viciſſim tu quoque ſtomachaberis? non potius ſingulas litteras placide enumerare perges? proinde & iſtic pari modo memineris officium omne quaſi numeris quibuſdam conſtare: quos imperturbatos ſervare, neque indignantibus aliis indignari, ſed recta via quod tibi propoſuiſti, perficere te oportet.* Et in lib. VII: Ὅρα μήποτε τοιοῦτον πάθῃς πρὸς τοὺς ἀπανθρώπους, οἷον οἱ ἀπάνθρωποι πρὸς τοὺς ἀνθρώπους. *Vide ne ita afficiaris contra inhumanos, ut inhumani contra homines.* Sic enim recte hunc locum Mericus Caſaubonus reſtituendum cenſuit. vide Epictet. apud Arrian. lib. IV, cap. 5.

Quibuscum ſermonem conferimus] *Sermonem conferimus*, habet Lambinus cum Manutio. In Victoriano, Langiano, & noſtris manuſcriptis eſt, *conferemus*. Fr. Fabrit. Sic & in optimo Grævii.

Vereri & diligere] Vide Clem. Alexandr. Pædagog. II, 7. Hoc autem ut obſervetur, vitanda eſt nimia familiaritas, quæ parit contemtum. Martial.

Nulli te facias nimis ſodalem,

diligere videamur. Objurgationes etiam nonnumquam incidunt neceſſariae, in quibus utendum eſt fortaſſe & vocis contentione majore, & verborum gravitate acriore. id agendum etiam, ut ne ea facere videamur irati: ſed, ut ad urendum, & ſecandum; ſic

Gaudebis minus, & minus dolebis. Ideo & qui gravitatem & dignitatem ſuam ſalvam & illibatam volebant tueri, vitabant convivia & cœtus hominum, qui hilaritatis cauſſa conveniebant, ut Pericles apud Plutarch. in ejus vita, qui ubi narravit eum, cum ad rem publicam acceſſiſſet, convivia omnemque comitatem ac conſuetudinem abrupiſſe, ſubjicit: Δειναὶ γὰρ αἱ φιλοφροσύναι παντὸς ὄγκου περιγίνεσθαι, καὶ δυσφύλακτον ἐν συνηθείᾳ τὸν πρὸς δόξαν σεμνόν. *Familiares illi conventus detrahunt gravitatem omnem, & exiſtimatio ac dignitas haut facile in familiaritate tali retinetur.*

Objurgationes etiam nonnunquam incidunt neceſſariæ] Quando ſint neceſſariæ docet Seneca I de ira, cap. 5. *Quid ergo? non aliquando caſtigatio neceſſaria eſt? Quid ni? ſed hæc ſincera, cum ratione. non enim nocet, ſed medetur ſpecie nocendi. Quemadmodum quædam haſtilia detorta, ut corrigamus, adurimus, & adactis cuneis, non ut frangamus, ſed ut explicemus, elidimus: ſic ingenia vitio prava, dolore corporis animique corrigimus. Nempe medicus primo in levibus vitiis tentat non multum ex quotidiana conſuetudine inflectere, & cibis, potionibus, exercitationibus ordinem ponere, & valetudinem tantum mutata vitæ diſpoſitione firmare: proximum eſt ut modus proficiat. ſi modus & ordo non proficit, ſubducit aliqua & circumcidit. ſi ne adhuc quidem reſpondet, interdicit cibis & abſtinentia corpus exonerat. ſi fruſtra molliora ceſſerunt, ferit venam, membriſque, ſi adhærentia nocent, & morbum diffundunt, manus adfert:* (hoc eſt quod Cicero ſtatim dicit, *urit, ſecat,*) *nec ulla dura videtur curatio, cujus ſalutaris effectus eſt.*

Vt ea facere videamur irati] Cum prius legeretur, *Vt ne ea facere videamur irati:* de vetuſtis duobus libris particulam, *ne*, expunxi. Nam ſimulata ira maxime animos adoleſcentium percellit; magiſque ſi ab viro aliquo gravi procedat. Sic Menedemus Aſclepiadis amici filium luxurioſum & diſſolutum excludens a ſchola, nec alloquens, ſobrium reddidit quod refert Plutarch. Si ita hunc lo cum non interpretemur, poſtea iden repetitum ſit his verbis, *Sed tamen ir procul abſit*, id eſt ne vere iraſcamur Quod ſubditur, *Magna autem parte* libenter legerim, *Magnam autem par tem*; ut ſupra, *Maximam partem ag grediuntur.* Et Cæſar lib. IV de bell Gallico: *Magnam partem lacte atq pecore vivunt.* C. Lang. *Vt ea facere v deamur irati*] In editione Victorii multis aliis legitur, *Vt ne ea facere v deamur:* Manutiani habent *ut ea f cere non videamur*, in duobus noſtr eſt, *ut ea facere ne videamur.* quæ v rietas arguit, negationem ſubdititia eſſe additam ab iis, qui arbitrati ſur niſi ea adeſſet, fore ut verba illa, *S tamen ira procul abſit*, cum his n concinerent. Verum, quia illic de v ra, hic de ſimulata ira agitur, La gius negationem ex auctoritate du rum librorum vetuſtorum recte ſuſt lit. In propoſitionem ſimilitudini quæ ſequitur, vulgo additur, *Me veniunt*, quorum utrunque ex gloſ mate irrepſiſſe, libri veteres argu In corpore vero ſi quid ejuſmodi e quod reliquo corpori noceat, id ſecarique patimur, ut membrum quod potius, quam totum corpus tereat, Philippica VIII. *Fr. Fab* Meæ veterrimæ & præſtantiſſi membranæ non delent τὸ *ne*. Nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

c & ad hoc genus caſtigandi raro invitique venie-
us. nec umquam, niſi neceſſario, ſi nulla reperie-
ır alia medicina. ſed tamen ira procul abſit, cum
ıa nihil recte fieri, nihil conſiderate poteſt. Magna
ıtem parte clementi caſtigatione licet uti, gravi-
te tamen adjuncta, ut & ſeveritas adhibeatur, &
ontumelia repellatur. atque etiam illud ipſum, quod
erbitatis habet objurgatio, ſignificandum eſt,
ſius cauſa, qui objurgetur, ſuſceptum eſſe. Re-
um eſt autem etiam in illis contentionibus, quae
cum

delendum eſt. Cicero enim Stoi-
rum ſententiæ & doctrinæ ſubſcri-
, qui contra Peripateticos ſine ira
ſtigandos eſſe improbos, docent.
neca l. de ira cap. 14: *Non poteſt, in-
it Theophraſtus, fieri ut bonus vir non
ſcatur malis. Iſto modo, quo melior
ıſque, hoc iracundior erit? Vide ne
ntra placidior, ſolutuſque affectibus,
cui nemo odio ſit. Peccantes vero quid
bet cur oderit, cum error illos in hujuſ-
odi delicta compellat? non eſt autem
udentis, errantes odiſſe: alioquin ipſe
bi odio erit. Cogitet quam multa contra
num morem faciat, quam multa ex
s, quæ egit, veniam deſiderent. Iam
ſcetur etiam ſibi. Neque enim æquus
dex aliam de ſua, aliam de aliena cauſ-
ſententiam fert.* & paullo poſt: *Cor-
gendus eſt itaque qui peccat, & admo-
itione, & vi, & molliter, & aſpere:
eliorque tam ſibi quam aliis faciendus,
on ſine caſtigatione, ſed ſine ira. Quis
nim cui medetur, iraſcitur?* vide & duo
equentia capita, ubi multis hoc do-
ma dilucidat. Nulla igitur ſimulata
ra hic locum habet. eadem eſt ira,
le qua hic loquitur, & in verbis quæ
nox ſequuntur: *ſed tamen ira procul
bſit.* quod obſervavit Plato, cum di-
it, *verberarem te niſi iratus eſſem*, &
um ſervum, cui iratus erat, verbera-
e nollet, ſed Spenſippo cædendum
laret. Quid crebrius M. Antoninus,
& ceteri Stoici ingerunt, quam pec-
antibus non eſſe iraſcendum, quia
omnes peccant inviti, & ob ignoran-
tiam. lib. XI, ubi docet quid cogitandum ſit de iis, qui adverſus nos deliquerant: Τρίτον, ὅτι εἰ μὲν ὀρθῶς ταῦτα ποιοῦσιν, οὐ μὴ δυσχεραίνειν. εἰ δ᾽ οὐκ ὀρθῶς, δηλονότι ἄκοντες καὶ ἀγνοοῦντες. πᾶσα γὰρ ψυχὴ ἄκουσα στέρεται, ὥσπερ τοῦ ἀληθοῦς, οὕτως καὶ τοῦ κατ᾽ ἀξίαν ἑκάστῳ προσφέρεσθαι. *Tertium eſt: ſi recte faciunt hæc, non eſt indigne ferendum: ſin ſecus, utique non ſponte, ſed ignoratione peccat. Omnis enim anima invita privatur ut veritate, ſic etiam ſcientia quomodo erga quemque pro ejus ſe gerat dignitate.* vide eundem in lib. I. ſect. 15 editionis Merici Caſauboni. & Epictetum apud Arrianum diſſertat. l. 18. *Græv.*

Si nulla alia inveniatur medicina] Objurgatio quædam pœna eſt, hæc vero vel κόλασιν eſt, vel τιμωρία. Si κόλασις fuerit, medicinam judex ipſe facit delinquenti, ſin τιμωρία, reipublicæ, liberando hanc a putrido membro, aut illud ea ſeveritate tractat, quo emendetur, & convaleſcat, quomodo os luxatum reſtitui adſolet. *Rachel.* vide Senecam in locis paullo ante laudatis, inprimis cap. 15, & 16 lib. I. de ira.

Magna autem parte] In noſtris omnibus, & iis, quos Langius habuit, legitur, *Magna autem parte?* quomodo Victorius quoque edidit: Langius tamen mavult, *Magnam autem partem*, quod Lambinus recepit. Sic idem in Lucullo legit, *Quomodo, ſi magnam partem, ut quidam ſolent dice-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

cum inimiciſſimis fiunt, etiam ſi nobis indigna audiamus, tamen gravitatem retinere, iracundiam repellere. quae enim cum aliqua perturbatione fiunt, nec conſtanter fieri poſſunt, nec iis, qui adſunt, probari. Deforme etiam eſt de ſe ipſo praedicare, falſa praeſertim, & cum irriſione audientium, imi-
39 tari militem glorioſum. Et quoniam omnia perſequimur, volumus quidem certe, dicendum eſt etiam, qualem hominis honorati & principis domum placeat eſſe, cujus finis eſt uſus, ad quem accommodanda eſt

dicere, ad verum ipſum aut quam proxime accedant, confidere ſibi poterunt? ubi editiones Victorianæ, Manutianæ, & ceteræ omnes habent: *Si magna parte.* Manutius hic legit, *Magna autem ex parte.* quod æque uſitatum eſſe nemo ignorat. *Fr. Fabrit.* Vulgatum tuetur quoque Grævii primus. nil itaque contra fidem omnium codicum eſt immutandum aut cum Lambino, aut cum Manutio. Ellipſis eſt hic particulæ *ex* quam alibi addit Tullius.

Etiamſi nobis indigna audiamus] *Si magnanimus fueris*, inquit Seneca, *nunquam judicabis tibi contumeliam fieri. De inimico dices non nocuit mihi: ſed animum nocendi habuit, & cum illum in poteſtate tua videris, vindictam putaris vindicare potuiſſe.* Idem alio loco: *Ille magnus nobilis eſt, qui more magnæ feræ, latratus minorum canum ſecurus exaudit.* Nemo enim læditur niſi a ſe ipſo, quod non ſolum Stoici docuerunt, ſed & Chriſtiani. Extat de hoc argumento inſignis Chryſoſtomi homilia.

Deforme etiam eſt de ſe ipſo prædicare] Quam deforme ſit Plutarchus inprimis paucis verbis declarat, cauſſis quoque deformitatis adjectis: Αὐτῷ ὁ παρ' ἄλλων ἔπαινος ἥδιστον ἀκουσμάτων ἐστὶν (ὥσπερ ὁ Ξενοφῶν εἴρηκεν) ἑτέροις δὲ ὁ περὶ αὑτοῦ λυπηρότατον. πρῶτον μὲν γὰρ ἀναισχύντους ἡγούμεθα τοὺς ἑαυτοὺς ἐπαινοῦντας, αἰδεῖσθαι προσῆκον αὐτοῖς κἂν ὑπ' ἄλλων ἐπαινῶνται. Δεύτερον δὲ ἀδίκους, ἃ λαμβάνειν ἔδει παρ' ἑτέρων, αὐτοῖς διδόντας. τρίτον ἢ σιωπῶντες ἄχθεσθαι καὶ φθονεῖν δοκοῦμεν, ἢ τοῦτο δεδοικότες ἀναγκαζόμεθα συνεφάπτεσθαι παρὰ γνώμην τῶν ἐπαίνων, καὶ συνεπιμαρτυρεῖν, πρᾶγμα κολακείᾳ μᾶλλον ἀνελευθέρῳ προσῆκον ἢ τιμῇ, τὸ ἐπαινεῖν παρόντας, ὑπομένοντες. *Vnicuique laus ab aliis profecta eſt, ut Xenophon ait, ſuaviſſima auditu: aliis tamen ea moleſtiſſima, quam ſibi quis ipſe tribuit. Primum enim impudentes eos arbitramur, qui ſ ipſos laudant, quia decebat eos pudor etiamſi ab aliis laudaretur. Secundo in juſtos, ſibi ſumentes ſcilicet, quod con ferri ab aliis debuit. Tertio aut ſilente videbimur moleſte ferre, & invidere aut hoc dum vitemus, cogemur præt animi noſtri ſententiam ipſi quoque n ad laudandum conferre, & ipſos in fa ciem laudare, quod magis illiberali adu lationi convenit, quam honoris teſtim nio.* Quando tamen de noſtris rebu cum laude ſine invidia & reprehe ſione poſſimus loqui docet egregi Plutarchi liber de laude ſui, unde ha ſunt promta: Finit eum hoc venuſ dicto: τοῖς ἰδίοις ἐπαίνοις ἀλλότριο ἕπεται ψόγος ἀεὶ, καὶ γίνεται τέλος δοξία τῆς κενοδοξίας. *Laudem propria aliena ſemper ſequitur reprehenſio, inanis gloriæ finis eſt ignominia.* Q ſuas laudes ipſi ebuccinant, dicunt Græcis ἀλάζονες. vide Theophra characteres περὶ ἀλαζονείας.

Cujus finis eſt uſus, ad quem accommodanda eſt ædificandi deſcriptio] Bre

ſt aedificandi deſcriptio: & tamen adhibenda digni-ᵢtis, commoditatiſque diligentia. Cn. Octavio, qui rimus ex illa familia conſul factus eſt, honori fuiſſe ccepimus, quod praeclaram aedificaſſet in Palatio, &

r de his Epictet. cap. 46. *Quæ corpori rviunt eatenus adhibeantur, quatenus imo ſunt uſui: veluti cibi, potus, a-ictus, ædes, ſervitium. Quidquid au-m ad oſtentationem aut delicias attinet ⁊udiato.* Sunt enim hæc omnia vitæ ımanæ inſtrumenta, uti ait Ariſtot. o Polit. Inſtrumenta vero ſunt pro-er uſum: quo fine jam illum uſum terminaverit Epictetus, accepimus. uia vero non una eſt eademque con-tio omnium hominum, ergo forſan ro principi generoſo ac magnifico lendidior & magnificentior conve-it domus. Conſentit Ariſtoteles 4. icom. 2. & c.3. §. 74. Audiendus c iterum eſt Simplicius cum non ſit ı omnium manibus ad Epictet. c. 46. *ateti domum idoneam præbuit dolium, uamvis pulchram Hipparchiam uxorem abenti. Nobis autem ſit ſane domus, ſed d uſum accommodata, tam magnitudi-e, quam ornatu, quæ & virorum & ulierum diſtincta habeat conclavia; uamvis & hæc fortaſſis ſupervacanea ierint. Ea quidem eſſe magnitudine, ut iginta lectulos capiat, ut parietibus & avimento marmoreo ac teſſellato & pi-turato ſit, aut ſingulis menſibus diver-oria diſtincta habeat, nihil eſt neceſſe. Neque enim vel uſus iſta poſtulat. Et mi-rum eſt, hujuſmodi adſuetum, cœteras abitationes omnes improbare. Neque jam ico, qui his impenſe delectetur, eum fe-icitatem etiam in hiſce collocare, ſuimet-oſius prorſus oblitum. Qui ſi his excide-it, (quod quidem multis de cauſis accide-e poteſt) plorare neceſſe erit & lamenta-ı, ſeque infelicem tum judicare. Enim-vero tum infeliciores eramus, cum hiſce elicius circumfluerεmus.* Hæc ille. *Ra-hel.* De ædibus in uſum tantum ex-ſtruendis inſignia ſunt quæ apud Sto-bæum lib. I prodidit Muſonius: Ἐπεὶ σκέπης ἕνεκα καὶ τοὺς οἴκους ποιούμεθα, φημὶ καὶ ταύτας δεῖν ποιεῖσθαι πρὸς τὸ τῆς χρείας ἀναγκαῖον, ὡς ἀπερύκειν μὲν κρύος, ἀπερύκειν δὲ θάλπος τὸ σφοδρὸν, ἔτι δὲ ἡλίου καὶ ἀνέμου ἐπικούρημα τοῖς δεομένοις. Καθόλου δὲ ὅπερ ἂν παρέχοι σπήλαιον αὐτοφυὲς, ἔχον μετρίαν ὑπόδυσιν ἀνθρώπῳ. τοῦτο χρὴ παρέχειν ἡμῖν τὴν οἰκίαν, τοσοῦτον εἴπερ ἄρα περιττεύουσα, ὅσον καὶ ἀπόθεσιν τροφῆς ἀνθρωπίνης ἐπιτηδείαν ἔχειν. *Quoniam tegendi nos cauſſa & ædes fabricamus, ea neceſſitatis cauſſa ſunt extruenda, quo propulſent frigoris & æſtus ſævitiem, & contra ſolem ac ventos paratum ſint præſidium indigentibus. Denique quem uſum præbeat ſpecus, quem natura ſic finxit, qui habet mediocre receptaculum homini, eundem nobis domus debet præſtare tanto, ſi omnino velis, operoſior, ut recondere commode liceat, quæ victum ad hominum pertinent.* Deinde ſubjicit nihili eſſe columnas pretioſas, aurea culmina, marmoreum ſolum. Pecunias, quæ impenduntur in ligna & lapides rectius conferri in homines. Præclarius eſſe multos beneficiis afficere, quam ſplendide habitare: multos amicos habere, quam amplam domum, & quæ alia hujus generis ſunt perpulchra, ibi legenda. Semper tamen plurimum contuliſſe virorum ad honoratorum dignitatem augendam ſplendidam & pulchre ædificatam domum, dudum viri docti ex Cicerone, Plinio aliiſque ſcriptoribus oſtenderunt.

Cn. Octavio] De Perſe Rege Macedoniæ triumphavit poſt Præturam, ſed navali triumpho. Conſul fuit anno v. c. DXXCIIX, de hoc etiam Cicero Philippic. IX: *Cn. Octavii clari & magni viri, qui primus in eam familiam, quæ poſtea viris fortiſſimis floruit, attulit Conſulatum, ſtatuam videmus in Roſtris: nemo enim novitati invidebat, nemo virtutem non honorabat.*

Præclare ædificaſſet in Palatino] Sic Gui-

& plenam dignitatis domum: quae cum vulgo viſeretur, ſuffragata domino, novo homini, ad conſulatum putabatur. hanc Scaurus demolitus acceſſionem adjunxit aedibus. Itaque ille in ſuam domum conſulatum primus attulit: hic ſummi, & clariſſimi viri filius, in domum multiplicatam, non repulſam ſolum retulit, ſed ignominiam, etiam calamitatem. Ornanda eſt enim dignitas domo, non ex domo tota quaeren-

Guilielmius ex MS. Danielis, ſuffragante Romana editione principe. ſubaudiri enim putat *monte*. ita ſæpe legi *in Aventino*, *in Eſquilino*. Sed cum & meus veterrimus codex, aliique fere omnes non recedant a vulgatis, cur unius codicis, uniuſque editionis vetuſtioris auctoritas nos moveat, ut receptam ſcripturam repudiemus. Sueton. Octav. 72: *Habitavit primo juxta Romanum forum ſupra ſcalas annularias in domo, quæ Calvi oratoris fuerit: poſtea in Palatio.* Varro IV de Lat. ling. *Quartæ regionis Palatium.* Illa vero pars urbis erat celeberrima. Inde candidati domos in palatio conducebant, ut notavit Plutarch. in Cæſare. *Grævius.*

Suffragata domino, novo homini] Victorius & Langius ediderunt, *Suffragata novo homini*, omiſſa voce, *domino*: quæ in duobus manuſcriptis noſtris non comparet. *Fr. Fabrit.* Non hic aſſentior Victorio, Langio, & Fabritio. nec mei codices id patiuntur, ut & Palatini, & Guilielmi, & Pithæi excerpta. Eleganter *domino* ſuo dicitur ſuffragata eſſe domus, quamvis fuerit homo novus. *Idem.*

Hic ſummi & clariſſimi viri filius] M. Æmilii Scauri, principis ſenatus & triumphalis viri, cujus gravitas & abſtinentia mirifice prædicatur ab omnibus.

Non repulſam ſolum tulit, ſed ignominiam, etiam calamitatem] Talis locutio eſt in Verrem de ſignis. *Mamertina civitas improba antea non erat, etiam erat inimica improborum*: & I de legib. *O rem dignam in qua non modo docti, etiam agreſtes erubeſcant.* C. Lang. Perperam hunc locum immutarunt recentiores editores, Gruterus & alii, pro *etiam* ſubſtituentes *&*, reclamantibus libris omnibus, meis quoque. Multos ſane perdidit ædium, quas ſtruxerunt, nimius ſplendor & luxus. Apud Tacitum XV annal. cap. 69, Veſtino imminentes foro ædes, tanquam arx, velut prætextus acceleran dæ cædis ejus narratur. Apud eundem Tacitum III Hiſt. 70: Sabinus Cornelium Martialem ad Vitellium miſi *cum mandatis & queſtu, quod pacta tur barentur. Simulationem prorſus & ima ginem deponendi imperii fuiſſe, ad deci piendos tot illuſtres viros. Cur enim e ro ſtris fratris domum imminentem foro, & irritandis hominum oculis, quam Aven tinum & penates uxoris petiſſet.* Perdidi hoc etiam Lucam Pittum ſeculo ſu periore, cum ad Romanam portan Florentiæ editiore in loco ad effigien munitæ arcis ingentem domum ex ſtruxiſſet, ut Coſmum magnificen tiæ gloria ſuperaret, qui ſuas æde trans Arnum amnem plano urbis lo co ex veteris architecturæ precepti elegantiſſimas ædificarat, prodente Io vio I de vita Leonis X. Imitatus hi eſt Coſmus, ut in aliis multis pruden tiam Auguſti, qui ſemper amoliend invidiæ nimiæ cauſſa habitabat in mo dicis ædibus, neque laxitate nequ cultu conſpicuis, ut auctor eſt Sueto in ejus vita cap. 72. Contra ea no ante multos annos in Galliis quid a fligendo Nicolao Fulqueto, aut ſa tem maturandæ ejus calamitati cau ſam præbuit, quam irritata nimi ſub

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

renda: nec domo dominus, ſed domino domus honeſtanda eſt. & ut in ceteris habenda ratio non ſua ſolum, ſed etiam aliorum: ſic in domo clari hominis, in quam & hoſpites multi recipiendi, & admittenda hominum cujuſque modi multitudo, adhibenda eſt cura laxitatis. aliter ampla domus dedecori domino ſaepe fit, ſi eſt in ea ſolitudo. & maxime, ſi aliquando alio domino ſolita eſt frequentari. odioſum eſt enim cum a praetereuntibus dicitur:

O domus antiqua, heu quam diſpari dominare domino!

quod quidem his temporibus in multis licet dicere.

Ca-

ibſtructionum inſania & immodico ıxu epularum invidia?

Nec domo dominus, ſed domino domus oneſtanda eſt] Hoc eſt, quod Seneca ixit: *Habita non amœne, ſed saluriter: nec dominum eſſe velis notum a omo, ſed domum a domino.*

Et admittenda hominum cujuſque generis multitudo] *Cujuſque generis*, legiır etiam in manuſcriptis noſtris, excepto Santenſi, in quo eſt, *cujuſcunue modi*, & ſupra ſcriptum, *cujusbet generis.* Ego Ciceronem, *cujuſue modi*, ſcriptum reliquiſſe arbitror. ic enim conſtanter apud Nonium uobus locis in *Laxitas*, & *Laxum*, bi hæc verba adducuntur, legitur. titur eodem Cicero lib. 2 de finib. *uod ita viverent, ut perſequerentur ıjuſque modi voluptates.* & Cæſar lib. de bello Gallico, *Singulari militum ſtrorum virtuti conſilia cujuſque modi allorum occurrebant.* In eo quod ſeıitur, *Aliter ampla domus*, notat Eſmus, *aliter*, uſurpari pro *alioqui.* quod novum non eſt. Sic enim in ælio. *Aliter*, inquit, *amicitiæ ſtales permanere non poſſunt.* Fr. Fabrit. *ıjuſque modi* extat quoque in Palatı & Grævii primo, recteque id tuetur abritius.

O domus antiqua, heu quam diſpari minare domino] Quidam libri pro *heu*, habent, *&c*; meliores neutrum; omnes, *quam diſpari dominare domino.* And. Alciatus legit,

O domus Anci quam diſpari domino dominare.

ut liqueſcente littera *ſ* in dictione, diſpari, hexameter verſus ſit de urbe Roma prolatus: ſed videtur de privata aliqua domo in ſcena carmen pronuntiatum. Quod ſequitur, *Quod quidem his temporibus in multis licet dicere*; hæ voces, *in multis*, in emendatiſſimo illo D. Laurentii codice non ſunt; &, niſi fallor, recte. *Car. Lang.* *O domus antiqua: heu, quam diſp. dominare domino?*] Sic habent fere omnes libri veteres, quos ſequimur: quo modo & ante nos ſecutus eſt Langius. Sed non celabo lectorem me reperiſſe in duobus pro, *dominare, nominare.* quod fortaſſe non eſt continuo rejiciendum. poteſt enim ſic explicari: O domus antiqua, quæ olim habuiſti dominum honoratum, & clarum virum, & quæ dicebaris domus illius, aut illius viri, ſcilicet Pompejani: eheu, quam diſparis & diſſimilis domini domus diceris? Conſideret lector. *Lambin.* *O domus antiqua*] Ita eſt in veteribus libris. Faernus tamen affirmabat ſe in vetuſtiſſimo codice, quem ipſe vidiſſet, ſcriptum inveniſſe, *O domus Anti, quam diſpari &c.* eamque lectionem

Cavendum autem eſt, praeſertim ſi ipſe aedifices, ne extra modum ſumtu & magnificentia prodeas: quo in genere multum mali etiam in exemplo eſt. ſtudioſe enim plerique, praeſertim in hanc partem, facta principium imitantur: ut L. Luculli ſummi viri virtutem quis? at quam multi villarum magnificentiam imitati ſunt? quarum quidem certe eſt adhibendus modus, ad mediocritatemque revocandus: eadem-

nem metri etiam ratione ita confirmabat, ut Heroicum hexametrum, & non aliter legendum eſſe contenderet. prolatum autem id carmen fuiſſe de Antio quodam, ſive Reſtione, ſive alio, cujus domus temporibus illis nota fuiſſet: quamvis alii *t* littera in *c* mutata, de Anco rege id dictum malunt. *F. Vrſin.* *O domus antiqua*] De hoc verſu Eraſmi ſententiam in Chiliadibus expoſitam habes, a qua Alciatus non multum diſcrepans legit, *O domus Anci, quam diſpari domino dominaris:* ut littera. *ſ* in diſpari, liqueſcente verſus ſit hexameter, ejuſque judicium Paulus Manutius in poſterioribus editionibus eſt ſecutus. *Fr. Fabrit.* Lege: *O domus antiqua, & quam diſpari dominare domino.* Cicero prætereuntium voces imitatur, domum antiquam appellantium: proinde quaſi jam domus non ſit, amiſſo ſuperiore domino, quo vivente nobiliſſima erat. Aliorum etiam hominum ſermo eſt ad domum. Longe alium habes dominum hodie, quam olim, & a diſpari dominaris, id eſt, diſſimili pares. *Turneb.* Sic & MS. primus Grævii & excerpta Pithæi legunt, *&* non *heu.* Sed hoc merito cum Langio aliiſque præferimus.

Cavendum autem eſt præſertim ſi ipſe ædifices, ne extra modum ſumtu & magnificentia prodeas] Hoc inprimis obſervaſſe Antoninum Severum patrem ſuum notat M. Antoninus lib. I περὶ ἑαυτοῦ· καὶ τὸ ἔμφρον καὶ μεμετρημένον ἐν τε θεωριῶν ἐπιτελέσει, καὶ ἔργων κατασκευαῖς, καὶ διανομαῖς, καὶ τοῖς τοιούτοις, ἀνθρώπου πρὸς αὐτὸ ἢ τὸ δέον πραχθῆναι δεδορκώς, οὐ πρὸς τ[ὴν] ἐπὶ τοῖς πραχθεῖσι εὐδοξίαν. *Pruden[s] porro erat moderatuſque cum in ſpectaculis exhibendis, tum in extructionibus congiariiſque, & aliis hujuſmodi negotiis, quippe qui homo erat, qui quod faciendum erat reſpiceret, non autem qu[ae] ad ipſum gloria e factis redundatura eſſet.* Sic locum hunc recte Salmaſiu[s] ὁ πάνυ reſtituit. Hunc modum ſer[] vaſſe quoque Auguſtum Sueton. in e[]jus vita oſtendit c. 72.

Multum mali etiam in exemplo eſt] Nam *non tam peccato nocent, qua[m] exemplo*, ut ait Quintilianus. Semp[er] enim principes imitatur populus. Pla[]to IV de legibus: Μηδεὶς ἡμᾶς πειθέ[]τω ὦ φίλοι ἄλλῃ θᾶττον καὶ ῥᾷον μετα[]βάλλειν ἄν ποτε πόλιν τοὺς νόμους, [] τῇ τῶν δυναστευόντων ἡγεμονίᾳ μηδὲ νῦ[ν] γε ἄλλῃ γίνεσθαι, μήδ᾽ αὖθις πότε γ[ε]νήσεσθαι. *Nemo nobis perſuadeat, o am[i]ci, ulla ratione citius aut facilius civ[i]tatem moreſque immutari, quam prin[]cipum exemplo praeunte: neque alit[er] nunc eſſe, nec in poſterum unquam futu[]rum.* Nam *vita principis cenſura eſt*, [] ſcite Plin. Paneg. cap. 45: Idem I[] ep. 22: *Vt cupiditatibus principum [] vitiis infici ſolet tota civitas, ſic eme[n]dari & corrigi continentia.* Exemplu[m] inſigne legis apud Tacitum III an[] 55: *Præcipuus adſtricti moris auctor Veſp[a]ſianus, fuit, antiquo ipſe cultu victuq[ue] Obſequium inde in principem, & am[] landi amor validiora, quam pœna ex [le]gibus.* Nam *flexiles quamcumque in pa[r]tem ducimur a principe, atque, ut [ita] dicam, ſequaces ſumus*, auctore Plin[io] in laudato Panegyrico.

demque mediocritas ad uſum, cultumque vi- tae referenda eſt. Sed haec hactenus. In omni autem actione ſuſcipienda, tria ſunt tenenda: primum, ut appetitus rationi pareat: quo nihil eſt ad officia conſervanda accommodatius: deinde, ut animadvertatur, quanta illa res ſit, quam efficere velimus: ut neve major, neve minor cura, & opera ſuſcipiatur, quam cauſa poſtulet. tertium eſt, ut caveamus, ut ea, quae pertinent ad liberalem ſpeciem & dignitatem moderata ſint. Modus autem eſt optimus decus ipſum tenere, de quo ante diximus, nec progreſſi longius. Horum tamen trium praeſtantiſſimum eſt, appetitum obtemperare rationi.

Deinceps de ordine rerum, & temporum opportunitate dicendum eſt. Hac autem ſcientia continetur

Ad communem uſum cultumque vitæ referenda eſt] Hæc eſt lectio Manutiana, a qua diſcrepant noſtri manuſcripti codices, qui cum Victorio legunt, *Ad omnem uſum cultumque vitæ transferenda eſt.* Langius ſimplicius, *Ad uſum cultumque vitæ transferenda eſt.* Fr. Fabrit. Grævii primus & Pith. excerpta: *ad omnem uſum cultumque vitæ referenda.* quos ſequimur, niſi quod *omnem* cum Victorio deleamus.

Tertium eſt, ut caveamus, ut ea, quæ pertinent ad liberalem ſpeciem & dignitatem moderanda ſint] Credo Lambinum hic auctoritate librorum antiquorum fretum lectionem vulgatam immutaſſe, quæ eſt, *ut caveamus, ut ea, quæ pertinent ad liberalem ſpeciem & dignitatem, moderata ſint.* probant eam non ſolum Balduiniana, ſed & noſtra exemplaria ſcripta omnia, niſi quod in quibuſdam non *moderata*, ſed, *moderanda*, legitur, atque ita Victorius edidit. *Fr. Fabrit.* Par illud verborum *ut caveamus* ſuſpicor a librariorum adjecta manu. ſi non, inclinat animus ad lectionem primi Palatini, *ut ea quæ pertinent ad liberalitatem ſpecie & dignitate moderata ſint*, quomodo cum & legatur in membranis D. Vlrici Auguſtanis, nihil certius eſt, quam ſic deinceps publicandum eſſe. *Gruter.* Meus primus accedit Palatino & Auguſtano, nec fruſtra hanc ſcripturam præ ſe ferunt libri veterrimi. *Liberalitatem* hic Cicero vocat ſumtum & magnificentiam qua utimur in iis quæ pertinent ad cultum vitæ. *Species* autem & *dignitas* eſt externa pompa, ſplendor, ornatus qui in cultu & alio paratu in oculos hominum incurrit. Cic. I ad fam. 9: *Hic meæ vitæ curſus offendit eos fortaſſe, qui ſplendorem & ſpeciem hujus vitæ intuentur, ſollicitudinem autem & laborem perſpicere non poſſunt.* Idem in Piſonem: *At fuit pompa, fuit ſpecies, fuit inceſſus.* Horat.

Viribus, ingenio, ſpecie, virtute, loco, re
Extremi primorum.

Idem:

Si fortunatum ſpecies & gratia præſtat.

Tac. IV ann. 6: *Sua conſulibus, ſua prætoribus ſpecies* hoc eſt dignitas, ſplendor. Idem III ann. 60: *Magna ejus diei ſpecies fuit.* Hinc *ſpecioſus* eſt per ex-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

tur ea, quam Graeci εὐταξίαν nominant, non haec, quam interpretamur modeſtiam: quo in verbo modus ineſt: ſed illa eſt εὐταξία, in qua intelligitur ordinis conſervatio. Itaque, ut eandem nos modeſtiam appellemus, ſic definitur a Stoicis, ut modeſtia ſit ſcientia earum rerum, quae agentur, aut dicentur, loco ſuo collocandarum. itaque videtur eadem vis ordi-

ternam pompam & ſplendorem ſe oſtentans. Tac. III ann. 55: *Vt quiſque opibus, domo, paratu ſpecioſus, per nomen & clientelas illuſtrior habebatur.* Hinc intelligimus cur clariſſimæ perſonæ & quæ ornamentis ſenatoriis utuntur, dicantur *ſpecioſæ* in l. 100 de verborum ſignificatione. Nimirum clariſſimæ perſonæ ſunt ſenatoriæ, & quibus, licet non ſint ſenatores, permiſſum fuit uti ſenatoriis ornamentis, quæ dictæ ſunt *ſpecioſæ* ab illa ſpecie tunicæ laticlaviæ, quæ hominum oculos, cum in publico verſarentur, feriit. Lectionem tamen vulgatam in Tullio non auſus ſum expungere, nam *liberalem ſpeciem & dignitatem* quod tot alii codices præ ſe ferunt, eadem ſententia exponas, cultum & paratum externum libero homine dignum. ſed *moderata* revocavi omnino ex MSS. & editis antiquioribus. Egregium autem exemplum, qui in ſpecie & cultu modum non exceſſit, eſt in Auguſto vid. Sueton. in ejus vita cap. 72. *Græv.*

Non hanc, quam interpretamur] Viſitatius videtur, *Non hæc, quam interpretamur.* quo modo duo ex manuſcriptis noſtris habent. ſed ne hæc quidem mutata ſtructura orationis, quam Victorius, Langius, Lambinus & libri vetuſtiores probant, inuſitata eſt, & Nonii teſtimonio in *Modeſtia* confirmatur. Paulus Manutius majore commutatione facta legit, *Hæc ſcientia continet eam, quam Græci εὐταξίαν nominant, non hanc quam interpretamur, &c.* Fr. Fabrit. Firmat *hanc* meus quoque primus. Vereor tamen ne vitium ſit inveteratum. Nam in meo vetuſto ſcriptum fuit primo *continentur*, poſtea τὸ *n* deletum fuit. Sed

in aliis codicibus vetuſtioribus hæ
menda cum non tolleretur, gravio
mutatio ſecuta eſt, nimirum: *hæc au*
tem ſcientia continet eam, quod in
multis libris legitur, inde neceſſari
ſcribendum etiam fuit *hanc*. quo
poſtea, cum priora ex melioribus li
bris reſtituerentur, fuit prætermiſſun
& neglectum. Mihi indubium eſt le
gendum eſſe *hæc*, ratione loquendi i
poſtulante, & nonnullis MSS. appro
bantibus. *Græv.*

Εὐταξία] Εὐταξία aut ſignifica
diſciplinam quandam & verecundiar
manendi in ſuo ordine & loco, ſic u
nec aſpiremus altius quam decet, n
evagemur latius: deinde quandam
legantiam, prudentiamque omnia o
dine & tempeſtive faciendi, quod i
Muciano laudat Tacitus II Hiſt. 5
Mucianum e contrario magnificentia
opes & cuncta privatum modum ſupe
greſſa extollebant. aptior ſermone, diſp
ſitu, proviſuque, civilium rerum per
tus. Diſpoſitus Tacito hic eſt εὐταξί
Gronov. Plinio eſt *vita diſpoſita.* I
ep. I: *Me ut certus ſyderum curſus, i*
vita hominum diſpoſita delectat, ſen
præſertim. Nam juvenes adhuc confu
quædam & quaſi conturbata non in
cent: ſenibus placida omnia & ordina
conveniunt.

Modeſtia ſit ſcientia earum reru
quæ agentur, aut dicentur loco ſuo col
candarum] Duplicem Cicero facit m
deſtiam, ut annotavit Iſ. Caſaubon
ad Theophraſti Characteres, de h
loco diſputans, alteram in qua mod
ſpectatur, ea eſt μετριότης: altera
in qua ordinis eſt conſervatio, ea
Stoicorum εὐταξία. neque dubiu
eſt Ciceronem duabus dictionib
fui

ordinis & collocationis fore. Nam & ordinem ſic definiunt, compoſitionem rerum aptis & accommodatis locis. locum autem actionis opportunitatem temporis eſſe dicunt. tempus autem actionis opportunum, Graece εὐκαιρία, Latine appellatur occaſio. ſic fit, ut modeſtia haec, quam ita interpretamur, ut dixi, ſcientia ſit opportunitatis idoneorum ad agendum temporum. Sed poteſt eadem eſſe prudentiae definitio, de qua principio diximus. hoc autem loco de moderatione, & temperantia, & earum ſimilibus

uiſſe uſurum, ſi potuiſſet, hoc eſt, i tuliſſet Latini ſermonis paupertas. Non tamen ſoli Stoici ſic definierunt εὐταξίαν, ſed Andronicus Rhodius Peripateticus, qui ubi de σωφροσύνῃ git, ſubjicit: εὐταξία ἐμπειρία κατατάξεως μὲν πράξεως. non potuit rotundius vis Græcorum verborum exprimi, ut hic fecit Cicero, cum dixit *ſcientiam eſſe earum rerum quæ aguntur ut dicuntur ſuo loco collocandarum.* Adjicit Andronicus & aliam definitionem, ἡ περὶ τὰς πράξεις ἔχουσα τὸ βέβαιον. alludit horſum Tullius: *Talis eſt igitur*, ait, *ordo actionum adhibendus, ut quemadmodum in oratione conſtanti, ſic in vita omnia ſint apta inter ſe & convenientia.*

Locum autem actionis oportunitatem temporis eſſe dicunt] Hinc *in loco* ſæpe eſt tempeſtive. Terent. Adelph. II, 2:

Pecuniam in loco negligere maximum
interdum eſt lucrum.

Ibid. V, 4.

Video ſapere, intelligere, in loco vereri, inter ſe amare.

Pro quo alibi dicit *in tempore.*

In tempore venire rerum eſt omnium
primum.

Et ſæpe *tempori* & *tempore* Comicis, ſic & *loco* eſt oportune, tempeſtive. Cornif. IV ad Herenn. *Hac inclamatione ſi loco utemur, & raro, & cum rei magnitudo poſtulare videtur, ad quam volemus indignationem animum auditoris adducemus.*

Εὐκαιρία] A Platone ſic definitur. εὐκαιρία χρόνου ἐπίταξις, ἐν ᾧ χρὴ παθεῖν ἢ ποιῆσαι. Cui definitioni ſimillima eſt τοῦ καιροῦ apud eundem. Καιρὸν, inquit, ἐν ᾧ ἕκαστον ἐπιτήδειον παθεῖν ἢ ποιῆσαι. Huic virtuti oppoſita eſt ἀκαιρία, quam Cicero *inſcitiam temporum* elegantiſſime vertit. In ſchida manu exarata reperi hanc ἀκαιρίας definitionem: Ἀκαιρία ἐστι λεῖψις, καιροῦ κατ᾽ ἐπιτυχίαν προθυμίας τοῦ ζητουμένου. Iſaac. Caſaubonus. vide de ἀκαιρίᾳ Theophraſti characteres.

Sed poteſt eſſe eadem prudentiæ definitio] Quia rationem oſtendit, qua quidque faciendum ſit. Itaque prudentiæ nomine virtutes omnes Socrates intelligit. Et Plato in legibus prudentiam oculum, juſtitiam pulchritudinem, temperantiam, ſanitatem, fortitudinem, manum animi virtute inſtructi eleganter nuncupat. Sed tamen propterea nullæ ſunt Stoicæ nugæ, cum Stoici ſingulares prudentiæ partes in decoro obſervando conſtituerunt εὐταξίαν, & εὐκαιρίαν, nec illi ſolum, ſed & ipſi Peripatetici, ut vidimus ex Andronico Rhodio, & ante hos Plato.

De Moderatione] Moderatio eſt hoc loco quam paullo ante *modeſtiam* dixit. Sic & ἀτάκτως Cicero exponit *immoderate.*

Et aliis ſimilibus virtutibus] Magis placet *harum ſimilibus*, ut eſt in codice apud me vetuſtiſſimo. *F. Vrſin.* *Et aliis ſimilibus*] Hæc quoque lectio Manutiana

bus virtutibus quaerimus. Itaque, quae erant prudentiae propria, ſuo loco dicta ſunt. quae autem harum virtutum, de quibus jamdiu loquimur, quae pertinent ad verecundiam, & ad eorum approbationem, quibus cum vivimus, nunc dicenda ſunt. Talis eſt igitur ordo actionum adhibendus, ut, quemadmodum in oratione conſtanti, ſic in vita omnia ſint apta inter ſe, & convenientia. Turpe eſt enim, valdeque vitioſum, in re ſevera convivii dicta, aut delicatum aliquem inferre ſermonem. Bene Pericles, cum haberet collegam in praetura Sophoclem poetam, hique de communi officio conveniſſent, & caſu formoſus puer praeteriret, dixiſſetque Sophocles, O puerum pulchrum, Pericle! At enim praetorem, Sophocle, decet non ſolum manus, ſed etiam oculos abſtinentes habere. Atque hoc idem Sophocles ſi in athletarum probatione dixiſſet, juſta reprehenſione caruiſſet. tanta vis eſt & loci, & temporis. Vt ſi

quis,

tiana eſt: pro qua ex manuſcriptis, & pleriſque impreſſis malo, *Et harum ſimilibus virtutibus*. Fr. Fabrit.

De quibus jamdiu loquimur] Sic eſt in vetuſtis libris omnibus. quare tametſi eſſe videam, qui *jamdudum* malint: tamen quia continuatio temporis, & actionis manentis huic loco bene convenit, ab antiquis libris non eſſe recedendum, cenſeo. *Fr. Fabritius.*

In re ſevera convivii dicta] Sic hunc locum ex Palatino primo & meo veterrimo reſtitui. Pridem hanc lectionem in Palatino repertam laudavit Gruterus. Vulgati *convivio dignum.* quod friget præ illo, ut facile intelligent, qui animum advertent in his exercitatum. *Græv.*

Cum haberet collegam in prætura Sophoclem] Periclis in prætura collega Sophocles fuit bello Samio, ut Strabo lib. 14 ſcribit. Hoc autem bellum Periclis ductu & auſpiciis geſtum ab Athenienſibus fuit anno quarto O- lympiadis XXCIV. de quo Diodorus lib. 12 & Plutarchus in Pericle. *Fr. Fabrit.*

O puerum pulchrum] Contrarium notatur a Theophraſto in character ἀκαιρίας. ἄκαιρος κεκλημένος εἰς γά- μους τοῦ γυναικείου γένους κατηγορεῖ *Importunus ad nuptias vocatus in mu- lierum genus invehitur.*

Tanta vis eſt loci & temporis] Hinc præclare Sophocles in Electra:

καιρὸν ἀνδράσι
Μέγιστον ἔργου παντός ἐστ' ἐπιστάτης.

Vertit Hugo Grotius:

tempus eſt, quod maximu
In hominum agendis rebus imperiu
obtinet.

Et Anaxarchus apud Diogenem: X
ὃ καιροῦ μέτρα εἰδ. σοφίης γὰρ αὐτ ὅρος. *Oportet temporis articulos noſſe, ſapientiæ eſt vertex.* Inde Stoici aju ſapientem ne digitum quidem exe re, niſi ſuo loco & tempore, cu

ra

uis, cum cauſam ſit acturus, in itinere, aut in am- ulatione ſecum ipſe meditetur, aut ſi quid aliud at- entius cogitet, non reprehendatur: at hoc idem ſi convivio faciat, inhumanus videatur, inſcitia emporis. Sed ea, quae multum ab humanitate diſcre- ant, ut, ſi quis in foro cantet, aut ſi qua eſt alia agna perverſitas, facile apparent, nec magnopere dmonitionem, & praecepta deſiderant. quae au- em parva videntur eſſe delicta, neque a multis in- elligi poſſunt, ab iis eſt diligentius declinandum: t in fidibus, aut in tibiis, quamvis paullum diſcre- ent, tamen id a ſciente animadverti ſolet: ſic vi- endum eſt in vita, ne forte quid diſcrepet; vel ulto etiam magis, quo major & melior actio- um, quam ſonorum concentus eſt. Itaque ut in 41
dibus muſicorum aures vel minima ſentiunt: ſic nos,

tio jubeat, hoc eſt in omnibus etiam inutiſſimis rebus ſervare decorum, tionem ſequi, habita temporis & ci ratione. Sic Diogenes Cynicus, perius vero oſtenſum, quanta ſit finitas hujus ſectæ & Stoicæ, apud iog. Laert. dicit ſapientem edere pla- ntam, & omnia quæ alii, nimi- m loco. Contra vulgus peccare iam in rebus parvis. Perſius Sat. v ex oicorum doctrina:

Ne tibi conceſſit ratio, digitum exere, peccas.

Aut inambulatione ſecum ipſe medi- tur] Quod cum facrent philoſophi re ſemper & non ſuo loco, irride- antur ab aliis. Perſius Sat. 3:

——— *non ego curo*
Eſſe quod Arceſilas, ærumnoſique Solones,
Obſtipo capite, & figentes lumine terram
Murmura cum ſecum, & rabioſa ſilentia rodunt,
Atque exporrecto trutinantur verba labello,
Ægroti veteris meditantes ſomnia, gigni
De nihilo nihilum, in nihilum nil poſſe reverti.

Sed ea, quæ multum ab humanitate diſcrepant, ut ſi quis in foro cantet] In meo primo tota hæc περικοπὴ ſic ſcribitur: *Sed ea, quæ multum ab humanitate diſcrepat, ut ſi qui in foro cantet, aut ſi qua eſt alia magna perverſitas, facile app.ret, nec magnopere admonitionem & præcepta deſiderat.* non damnem. *Ea* ſcilicet inſcitia temporis. *Græv.*

Si quis in foro cantet] Simile in ἀκαίρῳ notat Theophraſtus: ὀρχούμενος ἅψασθαι ἑτέρου μηδέπω μεθύοντος. *Saltaturus ſocium manu prehendit, qui nondum ſit vino madidus.* quia nemo ſaltat ſobrius. Hinc ſaltatio Ciceroni dicitur extrema convivii tempeſtivi comes.

Sic videndum in vita ne quid forte diſcrepet] Hoc eſt, quod Seneca dicit in ep. 31: *ut* (ſit) *æqualitas ac tenor vitæ per omnia conſonans ſibi.*

Primo ne medium, medio ne diſcrepet imum.

Quod Horatius de carmine dictitat. M. Antonin. lib. 1. eodem modo dicit

nos, ſi acres ac diligentes eſſe volumus, animadverſoreſque vitiorum, magna ſaepe intelligemus ex parvis. Ex oculorum obtutu, ex ſuperciliorum aut remiſſione, aut contractione, ex moeſtitia, ex hilari-

cit patrem ſemper vixiſſe συμφώνως ἑαυτοῖς. *conſentanee ſibi invicem.*

Si acres ac diligentes judices eſſe volumus, animadverſoreſque vitiorum] *Iudices* non habetur in meo primo, excerptis Pithæi, editione principe Moguntina & Romana, nec in Palatino ſecundo, & tribus Guilielmi. duo tamen ex his ut & Palat. prim. ac Roman. ed. delent etiam copulam in *animadverſores*, quod ſecuti ſunt in ſuis editionibus Carolus Langius, & Fr. Fabritius. peſſime. Vterque error, qui quoſdam codices infecit, ex eodem fonte manavit. non putarunt *acres* & *diligentes* ſine ſubſtantivo poni, hinc alii intruſerunt *judices*, alii expunxerunt copulam. Sed *diligens* ſexcenties ſic reperitur apud Tullium. IV Verrin. *Qui in re adventitia & hereditaria tam diligens & attentus eſſet.* putidum eſſet plura congerere in re trita. Omnino ſcriptorum librorum & primarum editionum lectio eſt retinenda. *Græv.*

Magna ſæpe intelligimus] Ex rebus minimis indecorum quiddam præ ſe ferentibus, ſæpe licet de maximis conjicere vitiis. Cæterum cum in his facillime judicium noſtrum falli poſſit, temere nihil de aliorum moribus in ſiniſtram partem pronuntiandum eſt. Ciceronis illa confirmat D. Ambroſii & Nazianzeni teſtimonium, dicentium, ſe ex motu, inceſſu, & ineptis corporis geſtibus mature deprehendiſſe perverſum Iuliani Apoſtatæ ingenium. Notum & illud eſt de Pompejo Magno:

Faſciola qui crura ligat, digito caput uno
Scalpit: quid credas hunc ſibi velle? Virum. Rachel.

Ex oculorum obtutu] Sic Harpalus cum vidiſſet Demoſthenem, deprehendit ſtatim ἐκ διαχύσεως καὶ βολαῖς ὀμμάτων ex obtutu & conjectu oculorum ejus cupiditatem. Sic damnantur ὀμμάτων περιβλέψεις oculi vagi tam a Philoſophis, quam a patribus. ut & oculi laſcivi, quales fuerunt Sardanapali, quos Horatius *putres* vocat, alii *fractos*, ſicut & Græci κεκλασμένους, quos Ariſtot. in Phyſiognom. tribuit aut effœminatis aut cynædis, aut timidis & abjectis. Contra modeſtus oculus hominis probi, & vegetus heroici & alti animi, ut Iulii Cæſaris. Oculus eſt præcipuus animi index. Clem. Alexandr. Pædagog. III, II. ex Matthæo: Λύχνος τοῦ σώματός ἐστιν ὀφθαλμὸς φησὶν ἡ γραφὴ, δι' οὗ καταφαίνεται τὰ ἔνδον, φωτὶ τῷ φαινομένῳ καταυγαζόμενα. *Lucerna corporis eſt oculus, inquit ſcriptura, per quem videntur interna, hac luce illuſtrata.* ut eleganter in hanc rem Plin. l. XI. c. 37: *Neque ulla ex parte majora animi indicia cunctis animalibus, ſed homini maxime, id eſt, moderationis, clementiæ, miſericordiæ, odii, amoris, triſtitiæ, lætitiæ.* & poſt: *Profecto in oculis animus inhabitat. Ardent, intenduntur, humectant, connivent. Hinc illæ miſericordiæ lacrymæ. Hos cum oſculamur, animum ipſum videmur attingere.*

Ex ſuperciliorum aut remiſſione aut contractione] Eſt enim *in ſuperciliis pars animi. negamus, annuimus. Hæc maxime indicant faſtum. Superbia alibi conceptaculum, ſed hic ſedem habet. In corde naſcitur, huc ſubit, hic pendet.* Plin. lib. XI. 37. Quintilian. lib. XI, capite 3: *Ira contractis, triſtitia deductis, hilaritas remiſſis oſtenditur.* ſc. ſuperciliis. Inprimis altum ſupercilium tribuitur arrogantibus hominibus. Contra Socrates Hermogeni apud Xenophontem in Sympoſ. tribuit ὀφρύας σπουδαίας, ἀτρεμὲς ὄμμα, μετρίους λόγους, πραεῖαν φωνὴν, ἱλαρὸν δὲ ἦθος.

ſeve-

ritate, ex riſu, ex locutione, ex reticentia, ex contentione vocis, ex ſubmiſſione, ex ceteris ſimilibus, facile judicabimus, quid eorum apte fiat, quid ab officio naturaque diſcrepet. Quo in genere non eſt incommodum, quale quodque eorum ſit, ex aliis judicare: ut, ſi quid dedeceat alios, vitemus

era ſupercilia, oculum minime vobilem, orationem moderatam, vom ſuavem, hilaritatem morum.

Ex riſu] Etenim:

Eſt qui perverſo diſtorqueat ore cachinno.

Ovidius 3 de arte canit. Riſum immodicum ſemper improbarunt ſapien. Plato III de legibus: Ἀλλὰ μὴν φιλογέλωτας δεῖ εἶ). σχεδὸν γὰρ ν τὶς ἐφίῃ ἰσχυρῷ γέλωτι, ἰσχυρὰν μεταβολὴν ζητεῖ τὸ τοιοῦτον. *Sed que in riſum nimium profuſos nos eſſe rtet. Nam effuſum riſum vehemens tatio ſequitur.* Reprehendit deinde s qui viros magnæ dignationis & os deos riſu exultantes, inducant. lib. V de legibus: Γελώτων τε εἴργεσθαι χρὴ τῶν ἐξαισίων καὶ δακρύων. παραγγέλλειν δὲ παντὶ πάντ' ἄνδρα, καὶ ὅλην περιχάρειαν πᾶσαν ἀποκρυπτόμενον περιωδυνίαν, εὐσχημονεῖν πειρᾶσθαι. *ofecto a riſu nimio & lacrymis abſtidum, omnibuſque eſt ab omnibus præiendum, ut lætitia triſtitiaque nimia npreſſa honeſto in habitu ſe contineant.* omnino quid incidit, quod riſum bis movet:

Sint modici rictus, ſint parvæ utrimque lacunæ,
Et ſummos dentes ima labella tegant.

præcepti artis amatoriæ magiſter.

Quo in genere non eſt incommodum ale quodque eorum ſit ex aliis judicare] l hoc alienorum morum ſpeculum nto diligentius noſtros mores explore ac emendare debemus, quanto eciores in re noſtra judices ſumus opter φιλαυτίαν, adfectuumque nelam. σχεδὸν οἱ πλεῖστοι φαῦλοι κριταὶ εὶ τῶν οἰκείων, *Plerique mali ſuarum rum judices ſunt*, inquit Ariſtot. 3. ol. 6.

Nimirum idem omnes fallimur: neque eſt quiſquam
Quem non in aliqua re videre Suffenum
Poſſis: ſuus cuique attributus eſt error:
Sed non videmus manticæ quod in tergo eſt:

uti venuſte ait Catullus epiſt. 22. *Rachel.*

Vt ſi quid dedeceat alios] Potior pars librorum MSS. habet *ut ſi quid non deceat in illis. Sic non dignus; non idoneus* ſæpe, *indignus, inidoneus.* raro in MSS. libris Ciceronis invenitur. *Car. Lang.* *Vt ſi quid dedeceat alios*] Sic recte etiam in Baſilienſi editione Cratandri legitur, pro quo alii partim, *dedeceat in illos*, partim, *dedeceat in alios*, quidam, *dedeceat in illis*, nonnulli etiam, *dedeceat in aliis* habent. *Fr. Fabrit. Si quid dedeceat alios* primus meus quoque comprobat, niſi quod corrupte in illo *deceat* pro *dedeceat* ſit exaratum. Hanc autem rationem, quam hic Cicero præſcribit, Demea teſtatur ſe tenuiſſe in filio inſtituendo in Adelphis Act. III Scen. 4, apud Terentium:

Nihil prætermitto, conſuefacio, denique
Inſpicere tanquam in ſpeculum in vitas omnium
Iubeo, atque ex aliis ſumere exemplum ſibi.
Hoc facito. hoc fugito. hoc laudi eſt. hoc vitio vertitur.

Idem feciſſe patrem Horatii, & quantum ſibi hoc profuerit in ætate adulta, venuſte prodidit Horat. lib. I. Sat. 4.

inſuevit pater optimus hæc me,
Vt fugerem, exemplis vitiorum quæque notando.

Vide reliqua. Prolixior enim locus eſt.

mus & ipſi. fit enim neſcio quo modo ut magis in aliis cernamus, quam in nobiſmetipſis, ſi quid delinquitur. itaque facillime corriguntur in diſcendo, quorum vitia imitantur, emendandi cauſa, magiſtri. Nec vero alienum eſt, ad ea eligenda, quae dubitationem afferunt, adhibere doctos homines, vel etiam uſu peritos, &, quid his de quoque officii gene-

Notum etiam eſt Lacedæmonios in convivia ſua Helotas ebrios induxiſſe, ut liberos ſuos deterrererent ab ebrietate, cum viderent, quam deformis ea & turpis eſſet. Quod & ipſum ſuaſit Anacharſis interrogatus quomodo quis poſſit averti ab ebrietate, reſpondit, ſi ebriorum motus indecoros ſibi proponeret.

Fit enim neſcio quomodo ut magis in aliis cernamus, quam in nobiſmet ipſis, ſi quid delinquitur] Nimirum *aliena vitia in oculis habemus, a tergo noſtra ſunt,* ut ait Seneca. & paſſim de hoc conqueruntur tam ſacri quam alii ſcriptores. Cauſſa eſt partim nimius noſtri amor; Galenus de dignoſcendis & corrigendis affectibus cum notum apologum Æſopi de duobus manticis collo ſuſpenſis enarraſſet, ſubnectit, veriſſimum illum eſſe & cauſſam reddere Platonem qui dicat: τυφλῶττον φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον. εἴπερ οὖν ἕκαστος ἡμῶν ἑαυτὸν ἁπάντων μάλιστα φιλεῖ, τυφλώττειν ἀναγκαῖόν ἐστιν αὐτὸν ἐφ' ἑαυτοῦ. *Id quod amat cæcutit in eo quod amat. Siquidem igitur unuſquiſque noſtrum ſe ipſum amat omnium maxime, neceſſe eſt quemque in ſe ipſo cæcutire.* Altera cauſſa eſt impia libido aliena perſcrutandi, propalandi, & exaggerandi. Nam plerique mortales non tam aliorum laudibus quam probris & vitiis delectantur. Hinc vides Satyras cupide diripi & legi, encomia faſtidioſe: Cauſſam præterea aliam affert B. Baſilius: τῷ ὄντι χαλεπώτατόν ἐστιν ἑαυτὸν ἐπιγνῶναι. οὐ γὰρ μόνον ὁ ὀφθαλμὸς τὰ ἔξω βλέπων ἐφ' ἑαυτὸν οὐ κέχρηται τῷ ὁρᾶν. ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἡμῶν, ὁ νοῦς ὀξέως τὸ ἀλλότριον ἁμάρτημα βλέπων βραδύς ἐστι πρὸς τὴν τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων ἐπίγνωσιν. *Revera difficillimum eſt ſe ipſum noſſe. Non ſolum enim oculus externa videns ſe ipſum non poteſt videre; verum & ipſa noſtra mens acuta eſt in aliorum peccatis videndis, tarda vero ad ſuorum peccatorum cognitionem.* Hinc conqueritur Satyricus:

Vt nemo in ſeſe tentat deſcendere, nemo!

Adhibere doctos homines, vel etiam uſu peritos] Multiplex poteſt occurrere in rebus agendis aut fugiendis dubitatio: ne igitur temere ceu bonum aliquid perſequaris, aut tanquam malum fugias conſule peritiores. Rectius Ariſtoteles dicit: Virum bonum (idem enim & prudens eſt) pro norma vitæ recte inſtituendæ eſſe habendum. ἔοικε μέτρον ἑκάστῳ ἡ ἀρετὴ, καὶ ὁ σπουδαῖος εἶναι, inquit, 9 Nicom. 4. *Conſentaneum eſt, virtutem & virum bonum unicuique rei eſſe menſuram.* Et 10 Nicom. 5. *Quod ſi hoc recte dicitur, ut certe videtur, ſique virtus eſt rei cujuſque menſura, itemque vir bonus, qua bonus; ſane & voluptates æſtimandæ ſunt, quæ huic videntur, illaque item vere jucunda, quibus hic delectatur: illa autem quæ huic moleſta ſunt, ſi cui alteri ſuavia videantur, non eſt mirum; Multæ enim ſunt hominum peſtes & corruptelæ. Vere tamen talia jucunda non ſunt, ſed his ſolummodo, atque ſic affectis.* Rachel. Qualis debeat eſſe cujus conſilio utamur in officiis de quibus dubitamus, perquirendi docet egregie Galenus libro de dignoſcendis & corrigendis affectibus.

enere placeat, exquirere. Major enim pars eo fere eferri ſolet, quo a natura ipſa deducitur. in quibus dendum eſt, non modo quid quiſque loquatur, d etiam quid quiſque ſentiat, atque etiam qua de uſa quid quiſque ſentiat. Vt enim pictores, & ii, ui ſigna fabricantur, & vero etiam poetae, ſuum iſque opus a vulgo conſiderari vult: ut, ſi quid prehenſum ſit a pluribus, id corrigatur: hique & cum, & cum aliis, quid in eo peccatum ſit, exqui-

Major enim pars eo deferri ſolet, quo natura ipſa deducitur] Etſi multæ it hominum peſtes & corruptelæ, pro bono & jucundo habeant, quæ inime talia ſunt, major tamen, init Cicero, hominum pars conſenſu o (ὁμολογουμένως inquit Ariſtot. . Nicom. 5.) eo delabitur quo ſa natura humana ſeu recta Ratio os ducit. ὃ πᾶσι δοκεῖ, τοῦτο εἶναί αμέν. ὁ δ' ἀναιρῶν ταύτην τὴν πίν οὐ πάνυ πιστότερα ἐρεῖ. *Quod omnis videtur, ita eſſe ſtatuitur. Nec qui mmunem illam perſuaſionem tollit, probabiliora allaturus eſt.* inquit idem 10. icom. 2. Quantum vero tali connſui ac judicio tribuendum ſit ocet Euſtatius ad lib. 1. Nicom. 7. his verbis: χρῆται δὲ κἀν τούω τῇ κοινῇ ὁμολογίᾳ ὡς αὐτοπίστῳ. θα γὰρ κοινῶς ὁμολόγηται, τίνος εία ἐκεῖ ἀποδείξεως, hoc eſt, *Vtir vero in hoc communi conſenſu, utpoe ex ſe fide digno, nulloque extrinſecus d confirmationem indigente. Nam ubi uid communi conſenſu probatur, quid n eo opus demonſtratione eſt?* Rachel. Omnibus ſane hominibus natura initus eſt virtutis amor. Quamvis vero lurimi auferantur cupiditatum & ariarum libidinum æſtu, ut vitioſiſimi evadant, nec pareant rationi, boi tamen viri volunt videri & haberi lerique omnes. Vnde recte conficiur, majorem partem hominum de irtute & officio bene judicare. Nam ui ſunt ἀπονενοημένοι, ab omnibus nnumerantur beſtiis, non hominibus.

Qua de cauſa quiſque ſentiat] Poſtremas duas voces Langius ut ſine cauſa iteratas, non male delevit. Statim libri veteres partim, *fabricant*, alii *fabricantur*, habent: verum poſterius hoc a Cicerone ſcriptum eſſe. Nonii teſtimonio cognoſcitur. *Fr. Fabrit.* Hæc ultima verba cum Langio aut ſunt delenda, aut ex Pithæi excerptis, inſerendum eſt *quid*. In eis enim ſic ſcribitur: *qua de cauſa quid quiſque ſentiat.* Saluberrimum vero eſt hoc præceptum Ciceronis. Nam prout enim quiſque affectus eſt, ita varie de rebus judicat. *Arquatis, & veternoſis etiam quæ lutea non ſunt, lutea videntur*, inquit Seneca. *Græv.*

Et vero etiam poetæ] *Et vero*, affirmantis eſt, ut de claris orator. *Et vero maximus ille Scipio vehemens fuit.* Et de divinat. *Dicitur iſtuc quidem a Cotta, & vero ſapius.* Inepte interpretes, *veri poetæ*, legunt. *Quid peccati* eadem figura dictum eſt qua, *quid explorati, quid acti.* ad Atticum VIII. *Quid ad eam rem eſt parati? Car. Lang. Et vero etiam poetæ*] Sic recte nunc Manutius, Langius & Lambinus ediderunt. pro quo vulgo mendoſe, *Et veri etiam poetæ*, legitur. *Et vero*, aſſeverantis eſt, ut Tuſc. 3. *Et vero ita exiſtimo.* ſic enim eſſe in manuſcriptis illic annotavi. Sic quoque Philip. 2. Ferrarius & Faernus recte ediderunt, *Et vero adhibes joci cauſa magiſtrum, ſuffragio tuo & compotorum tuorum, rhetorem.* Plura exempla emendati libri Ciceronis lectori ſuppeditabunt. *Fr. Fabrit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

quirunt: ſic aliorum judicio permulta nobis & facienda, & non facienda, & mutanda, & corrigenda ſunt. Quae vero more aguntur, inſtitutiſque civilibus, de iis nihil eſt praecipiendum. Illa enim ipſa praecepta ſunt: nec quemquam hoc errore duci oportet, ut, ſi quid Socrates, aut Ariſtippus contra morem, conſuetudinemque civilem fecerint, locutive ſint, idem ſibi arbitretur licere. Magnis illi, & divinis bonis hanc licentiam aſſequebantur. Cynicorum vero ratio tota eſt ejicienda. eſt enim inimica verecundiae, ſine qua nihil rectum eſſe poteſt, nihil honeſtum. Eos autem, quorum vita perſpecta in rebus honeſtis, atque magnis eſt, bene de repub. ſentientes, ac bene meritos, aut merentes, ſicut aliquo honore aut imperio affe-

Quæ vero more aguntur inſtitutiſque civilibus, de iis nihil eſt præcipiendum] Vid. C. Nepotem in procœm. ubi oſtendit non eadem omnibus honeſta eſſe, ac turpia, ſed omnia majorum inſtitutis judicari. Sed inprimis conſulendus de hoc argumento eſt Sextus Empiricus Pyrrhon. Hypotheſ. l. III, c. 24.

Illa enim ipſa præcepta ſunt] Hinc aurea carmina Pythagoræ in ipſo initio monent:

Ἀθανάτους μὲν πρῶτα θεούς, νόμῳ ὡς διάκειται
Τίμα.
Immortales deos primum ut lege ſancitum eſt cole.

& ſtatim:

Τούς τε καταχθονίους σέβε δαίμονας ἔννομα ῥέζων.
Venerare etiam deos terreſtres, ſecundum leges eis operans.

Hoc eſt ſecundum inſtituta patria. Aliter quidem Hierocles, ſed ut ſuo ſerviret inſtituto, & diſciplinæ.

Eos autem quorum vita perſpecta in rebus honeſtis] Hæc ſunt officia κατὰ σχέσιν, quæ proficiſcuntur ex relatione, ut vulgo loquuntur in ſcholis, perſonarum, quas ſuſtinent homines, de quibus Epictetus cap. 28: Τὰ καθήκοντα ὡς ἐπίπαν ταῖς σχέσεσι παραμετρεῖται. πατήρ ἐστιν; ὑπαγορεύεται ἐπιμελεῖσθαι, παραχωρεῖν ἁπάντων, ἀνέχεσθαι λοιδοροῦντος, παίοντος. *Officia ut plurimum pro relationibus & qualitatibus perſonarum definiuntur. Pater eſt? tacite monetur filius, ut curam ejus habeat, cedat ei in omnibus, toleret convitiantem, ferientem.* ſed inſpice totum caput. Facem accendet huic loco & pluribus aliis in iſtis libris. Adde Simplicii in illud commentarium, & Epicteti diſſertationem apud Arrianum lib. II, cap. 14. & lib. III, cap. 2. Eos autem viros, quorum vita perſpecta in rebus honeſtis atque magnis eſt, Hierocles in aurea carmina Pythagoræ contendit eſſe κατοχθονίους δαίμονας terreſtres dæmones, quos coli jubeat illorum carminum auctor.

Bene meritos, aut merentes, aliquo honore aut imperio affectos] Eſt a MSS. noſtris, niſi quod Palatinus primus præterea *ſicut aliquo* &c. ut forte reſtituendum ſit auctori illud vocabulum, velitque non ſecus honorandos eſſe Philoſophos, alioſque privatos bene merentes de republica, atque eos qui conſtituti ſunt in honore vel imperio. Vul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ꝛfectos obſervare & colere debemus: tribuere
ꝛiam multum ſenectuti: cedere iis, qui magiſtra-
ꝛm habebunt: habere dilectum civis, & peregri-
: in ipſoque peregrino, privatimne an publice
enerit: ad ſummam, ne agam de ſingulis, com-
unem totius generis hominum conciliationem, &
onſociationem colere, tueri, ſervare debemus. Iam 42
e artificiis, & quaeſtibus, qui liberales habendi,
ui ſordidi ſint, haec fere accepimus. Primum im-
robantur ii quaeſtus, qui in odia hominum incur-
unt: ut portitorum, ut foeneratorum. Illiberales
au-

ulgata ſententia eſt inepta & intri-ta. Nam non loqui hic Tullium de onſtitutis in aliquo magiſtratu, evin-unt illa ſequentia, *cedere iis qui ma-ſtratum habebunt*. Et quid eſt inhu-manius, quam cenſere, minime ob-rvandos eſſe colendoſque, quorum ta perſpecta eſt in rebus magnis at-ue honeſtis, deque rep. bene ſentien-s, imo merentes, ſi privati vixe-nt, ſi non fuerint in aliquo honore ut imperio? *Gruterus*. In Grævii pri-no *ſicut* quoque habetur.

Communem generis humani ſocietatem] æc ex illa σχέσει, qua homines ſu-mus. M. Anton. lib. III: Μέμνησαι ὅτι συγγενὲς πᾶν τὸ λογικόν. καὶ ὅτι κή-δεσθαι μὲν πάντων ἀνθρώπων κατὰ τὴν τοῦ νθρώπου φύσιν ἐστί. *Memento omnes atione præditos eſſe cognatos, & omnium ominum curam gerere convenire huma-æ naturæ*. Sed de his ſuperius pluribus gimus.

Servare debemus] Verbum *debemus*, periturin nonnullis libris manuſcri-tis, in pleriſque non. Omnino poteſt ine ſententiæ jactura deleri: ut repe-atur ἀπὸ κοινοῦ. *Lambin*. *Servare debe-mus*] Verbum *debemus*, Langius de-evit: poteſt enim ἀπὸ κοινοῦ repeti, t etiam Lambinus annotavit. *Fr. Fa-rit*.

Portitorum] Portitores ſunt, qui por-oriis exigendis præficiebantur. alii e-ant a publicanis. Hi enim publicum aliquod redimebant ut viceſimæ hereditatum, & viceſimæ libertatum, quique cetera hujuſmodi vectigalia conducebant, & pro eo quod convenit reip. reddebant. Hi dicebantur *publicum agere*, Græcis δημοσιῶναι, quorum quæſtus non erat odioſus. Hinc honeſtioris ordinis viri, apud Romanos, nimirum equeſtris, publicum conducebant. Illi aliorum opera utebantur in exigendis veſtigalibus & portoriis, qui *portitores* dicebantur. Iſti ut rem ſuam facerent, plus ſæpe quam licitum lege ipſis erat, exigebant. Hi erant cum aliis gentibus, tum Iudæis maxime exoſi. Hinc Comicus hoc verſu de Oropiis:

Πάντες τελῶναι, πάντές εἰσιν ἅρπαγες.

Omnis ibi raptor, omnis ibi portitor. Salmaſius.

Fœneratores] Fœneratores ſunt qui pecuniam ſub uſuris aliis elocant. Apud Horatium *dives agris, dives poſitis in fœnore nummis*, eſt qui multos fundos poſſidet, & multum pecuniæ aliis credidit ſub uſuris. *Credere pecuniam* & *fœnerari* idem eſt. Hoc *fœnus* in hac notione acceptum, nam & alia ſignificat, aliud nil eſt quam uſura. Hinc *fœnus unciarium* omnium leviſſimum, & contra *uſuræ centeſimæ*, *ducenteſimæ*, ut graviter errent etiam viri doctiſſimi, qui fœnus per ſe notare putant illicitum quæſtum pecuniæ. Sic & *fœne-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

autem & ſordidi quaeſtus mercenariorum omnium, quorum operae, non quorum artes emuntur. eſt enim illis ipſa merces auctoramentum ſervitutis. Sordidi etiam putandi, qui mercantur a mercatoribus, quod ſtatim vendant. nihil enim proficiunt, niſi admodum mentiantur. nec vero quidquam eſt turpius vanitate, opi-

fœneratores erant viri honeſtiſſimi, qui aliis pecuniam credebant in ſuum commodum ſub pacto quæſtus adventicii. Sic in libro IV ad fam. epiſt. 6. dicit Cicero ſe fœneratores exemiſſe obſidione, hoc eſt maximis periculis liberaſſe, detecta conjuratione Catilinaria. Nam homines pecunioſos præcipue Catilinarii invaſiſſent. & ſic ſæpe Cicero. hos dicit viros bonos. Talis fœnerator fuit Atticus, Cato, Cicero, & omnes qui erant in re lauta. Cur ergo hic fœneratores exoſos fuiſſe dicit. Nimirum, ut vere obſervavit magnus Salmaſius, res fœnebris non damnatur, ſed ars. Res ipſa ſi modeſto modo exerceatur, & legibus ſe obtemperantem præbeat, cum tali temperamento, ut idem vir incomparabilis dicit, maximæ eſt utilitatis. Si vero ars fiat, quæ nihil aliud niſi quæſtum ſuum reſpiciat, eumque immodicum, nec ſe legibus coercendam permittat, tum exitialis & pernicioſa evadet. & hi ſunt illi fœneratores, quos in odium hominum incurrere, & quos Cato homines, ex quibus quæſtum facit, occidere dicit.

Quæſtus mercenariorum omnium, quorum operæ, non quorum artes emuntur] *Mercennarius* in libris antiquis duobus *nn* ſemper ſcribitur. Sunt autem mercennarii μισθωτοὶ οἳ δὴ πωλοῦντες τὴν τῆς ἰσχύος χρείαν, τὴν τιμὴν ταύτην μισθὸν καλοῦντες κέκληνται μισθωτοὶ, ut eſt apud Platon. libr. 2. de repub. In his igitur merces eſt auctoramentum ſervitutis, quia mercede conducti tanquam ad ſerviendum obligantur. Vide Adr. Turneb. l. 2. Adv. c. 20. *Fr. Fabrit.* Quos Plato vocat μισθωτοὺς, & Ariſtoteles in Politicis ἀτέχνους, καὶ σώματι μόνῳ χρωμένους, quorum opera non ars mercede conducitur, ut bajuli, ceterique, qui corporis operam locant, non etiam opifices, qui ſuas artes venales habent & quorum opus emitur.

Sordidi etiam putantur, qui mercantur a mercatoribus] Hi ſunt quos Græci καπήλους dicunt & ἀγοραίους, μεταπράτας, & ἀγοραίους μεταβόλους Latini *cociones* proprie, antiquis *arillatores.* qui ab agricolis, & mercatoribus mercantur, quod ſtatim carius vendant. dicebantur & *propolæ*, ut apud Lucilium:

Vt cum primitiis ficus propola recentes
Protulit, & pretio ingenti dat primitus paucos.

De his Ariſtot. III Polit. 5. prodit apud Thebanos lege cautum fuiſſe, ne admitterentur ad magiſtratus, ni decem annos abſtinuiſſent a foro, hoc eſt a mercatura καπηλικῇ ſive ſordidiore, aut ſellulariis artibus. Nam ἀγορὰ Ariſtoteli eſt negotiatio tam artificum, quam hujuſmodi mercatorum, qui in foro verſantur ad ſua vendenda, ut præclare docet Salmaſius de uſuris cap. 12.

Quod ſtatim vendant carius] *Carius* in uno tantum ſcripto libro ſupra adſcriptum legitur: a cæteris vero omnibus etiam impreſſis abeſt. Verba, quæ ſequuntur, ea Nonius adducit in *Varum.* Fr. Fabrit.

Nec vero quicquam eſt turpius vanitate] Expreſſit Homericam ſententiam, κακὸν δ' ἀνεμώλια βάζειν. *F. Vrſin.* *Nec vero*] Καθ' αὐτὸ τὸ μὲν ψεῦδος φαῦλον καὶ ψεκτόν. 4. Nicom. 7. ſed hoc ipſum jam ſupra tetigimus. *Rachel.*

Opi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

dificeſque omnes in ſordida arte verſantur. nec enim idquam ingenuum poteſt habere officina. minimee artes hae probandae, quae miniſtrae ſunt voluptaum, cetarii, lanii, coqui, fartores, piſcatores, ut ait Tentius. adde huc, ſi placet, unguentarios, ſaltatores, to-

Opificeſque omnes in ſordida arte vertur] Hi ſunt qui Græcis dicuntur ναυσοι, χειρώνακτες, χειροτέχναι, ἀγοραῖοι, quoniam artes ſuas vees habent. Illis tribuit Ariſtoteles Politicis μισθαρνίαν, æque ut opeis. Τρίτον, inquit Ariſtot. μισθαρ. ταύτης δ' ἡ μὲν τῶν βαναύσων, γνῶν, ἡ δὲ τῶν ἀτέχνων καὶ σώματι νῳ χρωμένων. Illi omnes ſunt μίργοι qui ſive opere, ſive opera, hoc artibus ſellulariis quæſtum faciunt. rro Palat. prim. & Græv. primus ſcribunt: *nec vero quicquam eſt turs vanitate opificum, qui omnes in ſorla arte verſantur.*

Saltatores] Sunt hiſtriones, ut apud eton. Calig. 54: *Diverſiſſimas artes rcuit. Thrax, & auriga idem cantor, que ſaltator.* & ſtatim: *canendi ac tandi voluptate ita efferebatur, ut ne blicis quidem ſpectaculis abſtineret, o minus & tragœdo pronuntianti coneret, & geſtum hiſtrionis vel corrins palam effingeret.* Ex quo loco cla apparet, uti & ex aliis illius ſcripto, *cantare* eſſe comœdorum, & traædorum, qui canendo fabulam exprinunt, *ſaltare* hiſtrionum, qui canebant idem carmina, ſed cantui ac nueris accedebat aptus & concinnus rporis motus, hoc vocabant, ſalre carmina. Ovid. II de Triſt.

Et mea ſunt populo ſaltata poemata
ſæpe.

ed tamen præcipue pantomimorum at *ſaltare*, qui nonniſi ſaltando bulam exhibent. Non hic id mouiſſem, præſertim cum dudum a aximo Salmaſio ſit obſervatum d hiſtoriam Auguſtam *ſaltatores* eſſe antomimos, niſi hoc loco abuterenr nonnulli viri docti ad efficiendum, mnem ſaltationem apud Romanos fuiſſe inhoneſtam, & libero homine indignam, perquam inſcite. Nam Romæ tantum abeſt, ut ſaltatio fuerit habita indecora, ut omnibus ſacris & pompis fuerit adhibita, in iiſque ſaltarint principes civitatis. Dionyſ. Halicarnaſſ. antiq. lib. 3, cum narraſſet Tullum duplicaſſe numerum Saliorum, οὗτοι δ' εἰσὶ πατέρων εὐγενῶν, ἐνοπλίους ὀρχήσεις κινέμενοι πρὸς αὐλὸν ἐν τοῖς καθήκουσι χρόνοις. *Hi ſunt genere nobiles, ſtatiſque temporibus armati ad tibiæ modulos ſaltant, patrios quoſdam hymnos concinentes.* Vide & librum ſecundum, ubi eoſdem ſalios eorumque ſaltationes accuratiſſime deſcribit, eaſque a Curetibus profectas eſſe prodit. Idem in libro VII, ubi exponit pompam Circenſem, oſtendit in ea ſemper fuiſſe triplicem chorum, virorum, impuberum, puerorum, qui pyrricham ſaltarint. Hanc ſaltationem, qua in cæremoniis pompiſque Romani utebantur, paullo poſt perſpicue diſtinguit a ludicra, & ſcurrili, hoc eſt hiſtrionum ſaltatione. Hinc eſt quod Appius Claudius gloriæ habuit, inter collegas optime ſaltare. Sic & matronæ ſanctiſſimæ ſolebant in feriis ſolemnibus ſaltare. Horat. de arte poetica:

Vt feſtis matrona moveri juſſa diebus,
Intererit Satyris paulum pudibunda protervis.

Vbi notat Acro, eſſe quædam ſacra, quibus ſaltent matronæ, ſicut in ſacris Matris Deum. Nec tantum in ſacris ſaltabant, ſed etiam cum feriarum tempore ludis jociſque & remiſſioni animi indulgerent. Seneca de tranquillitate animi cap. 15: *Non in eadem intentione æqualiter retinenda mens*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

totumque ludum talarium. Quibus autem artibus aut

mens eſt, ſed ad jocos revocanda. Cum pueris Socrates ludere non erubeſcebat: & Cato vino laxabat animum, curis publicis fatigatum: & Scipio triumphale illud & militare corpus movit ad numeros, non molliter ſe infringens, ut nunc mos eſt, etiam inceſſu ipſo ultra muliebrem mollitiem fluentibus; ſed ut illi antiqui viri ſolebant, inter luſum ac feſta tempora, virilem in modum tripudiare, non facturi detrimentum, etiamſi ab hoſtibus ſuis ſpectarentur. Quid ergo eſt quod Cicero Gabinio conſulari viro, inimico ſuo ſaltandi peritiam objecit? Quid eſt quod Salluſtius in bello Catilinario Semproniæ exprobrat, quod docta fuerit *pſallere & ſaltare elegantius, quam neceſſe eſt probæ.* hoc eſt caſtæ, ut ſexcenties apud Latinos ſcriptores. Quid eſt quod C. Nepos in Epeminondæ vita prodiderit, *muſicen noſtris moribus abeſſe a principis perſona, ſaltare etiam in vitiis poni.* Nimirum improbantur hæ ſaltationes laſciviores, ſcurriles, & hiſtrionicæ, qui & improbato Seneca in dicto loco; *motus illi Ionii* reprehenduntur de quibus queritur Horat. ubi agit de corruptis ſeculi ſui moribus:

Motus doceri gaudet Ionios
Matura virgo:

& de quibus ipſe Scipio Africanus Æmilianus, qui corpus ad numeros movebat, querebatur apud Macrob. Saturnal. II, 10: virgines & pueros in ludum ire ſaltatorium, inter cynædos cum crotalis ſaltare, & in tali ludo ſe cum ſtupore vidiſſe pueros virgineſque plures quingentis ſaltaſſe, *quam ſaltationem impudicus ſervulus honeſte ſaltare non potuiſſet.* deſcribit tales ſaltationes indecentes ſua nondum ætate exoletas Amm. Marcell. lib. 14. fœminas ait, *uſque ad tædium pedibus pavimenta terentes, jactari volubilibus gyris, dum exprimunt innumera ſimulacra, quæ finxere fabulæ theatrales.* Et hoc eſt *elegantius ſaltare quam neceſſe eſt probæ*, ut ait Salluſt. Non ſaltare dedecori erat, alioqui & pſallere fuiſſet probroſum, ſed elegantius, hoc eſt mollius, & doctius, quam decet caſtam. Sane cantandi ſtudium æque fuiſſe apud Romanos improbatum, ac ſaltandi, non ſolum C. Nepos in Epaminonda in verbis paullo ante allatis: *muſicen noſtris moribus abeſſe a principis perſona*, ſed & Scipio in illa oratione apud Macrob. in qua improbat ſaltationes illas laſciviores: *diſcunt cantare, quæ majores noſtri ingenuis probro ducier voluerunt.* diſcunt cantare nimirum elegantius quam ingenuos, & probos decet, diſcunt cantus illos theatrales & ſcenicos, æque ut ſaltationes hiſtrionales, quæ improbabantur. Alioquin & cantare loco, & ſaltare commode ſuo tempore non vitio vertebatur, ſed laudi. Sane perinde eſt ſive vocem moveas, ſive corporis alia membra, ſi non indecenter, non inſcite, non laſcive, non intempeſtive id facias. vide & Quintilianum lib. I. Inſtitut. cap. 9, qui & ipſe oſtendit ſaltationem veteribus Romanis dedecori non fuiſſe. Quin veteres Chriſtiani ſolebant in Eccleſiis & ſepulchris martyrum, in rebus lætis ſaltare. Theodoret. Hiſtor. Eccleſ. III, 28. narrat Antiochiæ, cum nuntiata eſſet mors Iuliani, omnes conviviis ac feſtivitatibus cœpiſſe vacare, nec in eccleſii ſolum ac martyriis cunctos tripudiaſ ſe, ſed in theatris ipſis victoriam cru cis prædicaſſe. ſed improbarunt hoc po ſtea merito Patres eccleſiaſtici. San in concilio Toletano III, can. 23. in terdicuntur *ballematia* in ſanctorun natalitiis, hoc eſt ſaltationes. Vid. & Synodum Romanam ſub Eugenio I anno 826. Sed de his accuratius diſpu tare eſt alterius loci.

Totumque ludum talarium] Non quo talis aut alea ludere fuerit vetitum, & illicitum apud Romanos ut quidan exiſtimant: Nam alea luſerunt etian viri honeſtiſſimi, ut Auguſtus apu Suetonium in ejus vita cap. 71, & triſtis ille Cato, ut auctor eſt Plutar chus in ejus vita. Hinc ipſe dicit apu Ciceronem in libro de ſenectute: N

ut prudentia major ineſt, aut non mediocris utili-
s quaeritur, ut medicina, ut architectura, ut do-
rina rerum honeſtarum, hae ſunt iis, quorum or-
ni conveniunt, honeſtae. Mercatura autem, ſi te-
nis eſt, ſordida putanda eſt. ſin magna, & copioſa,
ulta undique apportans, multiſque ſine vanitate
im-

ſenibus ex luſionibus multis talos re- *quant & teſſeras.* Sed tamen ludus arius hic damnatur, & aleatores n ſolum in jure Romano, fuerunt ames, ſed & in omnibus rebuspu- cis bene conſtitutis. Verum ſicut n infames ſunt *fœneratores*, qui u- as legitimas paciſcuntur, nec *ſal-* *ores* infames, qui ſive ſacrorum, e animi cauſſa non indecore ſal- t, ſic non ſunt infames qui oble- ndi, non lucri cauſa aleam ludunt, od Auguſtus apud Suetonium c. 72, cat *ſimpliciter* & *γεροντικῶς ludere.*

Sin magna & copioſa] Intelligit, os Græci non ſimpliciter *ἐμπόρους*, *μεγαλεμπόρους*, Latini *magnarios* *otiatores*, ut Apuleius, qui per aver- nem emunt, ac vendunt, non per rtes. Nec ſic quidem magnopere dandos eſſe, qui magnariam hanc rcaturam exercent, docet hic Ci- o, niſi quæſtu abdicato, & cata- i facta artis quæſtuariæ, ſeſe in a- s conferant. Nimirum eo hæc re- unt, ut cum Platone & Ariſtotele tiat, agriculturam digniorem eſſe mine libero, & liberaliter educato, am aliam artem quamlibet unde minibus vita toleratur. Quod & e fateor. Idemque judicium Gallo- m noſtrorum, qui bono genere gnatis parum convenire mercatu- n exiſtimant, ut nobilitate excede- ſit, eam colere, aut quamcunque s ſpeciem attingere. Et ſane nihil n dedecet generoſum animum, am fallere, decipere, ſimulare, ac entiri. Quod adeo familiare eſt ercatoribus, ut congenitum videa- r, & ſine his ſacra eorum conſtare videantur. Nobiliores noſtri in a- is vivunt, & mercimonia ſis dedi- gnantur, ut quo jure utimur, ſimul aliquis mercator & nobilis eſſe non queat. Quid enim illo hominum genere vanius, quid infidelius, aut mendaciloquium magis? Nec amicis, nec parentibus parcunt, dum rem faciant. Perjuria, fraudes, fallaciæ, offuciæ tela ſunt & machinæ, quibus opes amplificant ſuas, ut de minimis repente, imo de nihilo ad ſummum provolent. Merito ergo & qui claris eſſent natalibus, & dignitate aliqua conſpicui, imo & qui in re paulo lautiore, negotiari prohibentur lege Honorii ac Theodoſii, quam in codicem ſuum retulit Iuſtinianus tit. de commerciis & mercatoribus. *Nobiliores*, inquit, *natalibus, & honorum luce conſpicuores, & patrimonio ditiores, pernicioſum urbibus mercimonium exercere prohibemus, ut inter plebeios & negotiatores facilius ſit emendi vendendique commercium.* Sic enim verba legis emendavimus ex ſcriptis codicibus, qui habent *conſpicuo ore*, pro *conſpicuos.* Omnia enim hic enunciata in comparandi gradu. At *conſpicuior* περιβλέπτερος, ut *egregior*, & *idoneior* apud Iuriſconſultos. Vt nobiles autem hic & magiſtratu fungentes vel divites prohibentur mercaturis inſiſtere, ita e contrario mercatoribus ad ullam militiam adſpirare interdictum voluit Iuſtinianus, leg. un. codicis *negotiatores ne militent.* Salmaſius. Quod de Gallis nobilibus, dixit ὁ πάνυ, idem de Germanis dictum putato, qui mercatura nobilitatem inquinari & amitti credunt. Aliter ſe res habet in Italia, ubi nobiliſſimi homines, & ipſi Principes mercaturam exercere non putant humile, & ſuam dedecere perſonam, aut generis ſplendorem contaminare.

Ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

impertiens: non eſt admodum vituperanda. atque etiam, ſi ſatiata quaeſtu, vel contenta potius, ut ſaepe ex alto in portum, ex ipſo portu ſe in agros, poſſeſſioneſque contulerit, videtur jure optimo poſſe laudari. Omnium autem rerum, ex quibus aliquid acquiritur, nihil eſt agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil homine, nihil libero dignius. de qua, quoniam in Catone majore ſatis multa diximus, illinc aſſumes quae ad hunc
43 locum pertinebunt. Sed ab iis partibus, quae ſunt honeſtatis, quemadmodum officia ducerentur, ſatis expoſitum videtur. Eorum autem ipſorum, quae honeſta ſunt, poteſt incidere ſaepe contentio & comparatio; de duobus honeſtis utrum honeſtius: qui

Ex quibus aliquid acquiritur] Sic habent codices Memmiani, & ceteri, melius, quam vulgati, *exquiritur*. *anquiritur* autem, ut editum a Langio eſt, multo minus placet. *Lambin*. *Ex quibus aliquid acquiritur*] *Anquiritur*, Langius: quod Lambinus merito repudiat. In Manutianis eſt, *exquiritur*, idque in uno ſcripto codice reperio: ſed in melioribus eſt, *acquiritur*, ut Lambinus etiam annotavit: atque ita quoque adducitur a Nonio, ubi *ἀντίπτωσιν* genitivi pro ablativo explicat. *Fr. Fabrit.*

Nihil homine, nihil libero dignius] In tribus opt. libris ſcriptum reperi, *Nihil homine, nihil libero dignius*. hominem enim fere appellat eum qui ſapientiæ præceptis ſit imbutus; liberum, modo qui ſervus non ſit. ad Attic. IV. *Sed ſi vis homo eſſe, recipe te ad nos.* Terent. quem Cicero ubique exprimit, in Adelph. *Et tu illum tuum, ſi homo eſſes, ſineres nunc facere.* Magis ad noſtrum propoſitum quod ſupra de jocis; *Alter ſi tempore ſit, ut ſi remiſſo animo, homine dignus, alter ne libero quidem*; & in Lælio, *Quæ non modo amico, ſed ne libero quidem digna ſunt.* C. Lang. Ariſtoteles in Politicis & Plato v de legibus idem ſentiunt, & ſolum legitimum ac naturalem quæſtum exiſtimant eſſe, qui ex terra captatur ad vitam modo ſuſtentandam, quantum ſatis cuique eſt, ut inde victum paret: ſed hanc eorum ſententiam refuta[t] Salmaſius de uſuris capite XVII, qui videndus eſt. Late de laudibus agriculturæ diſputat Xenophon in œconomico, unde hæc hauſit Tullius.

Illinc aſſumes] In optimo libro eſt *illim*, pro *illinc*, more vetuſto: quem vulgo repudiatum, in antiquis libr[is] Ciceronis multis locis conſervatu[m] videmus, ut epiſt. 12. lib. 9. ad Atti[c.] *Illim equidem Cn. profectum puto.* V[l.] Victorius hujus adverbii in Caſtig[a]tionibus meminit. Sic quoque, *iſti[c]* pro iſtinc Mediceus, liber ep. ad fam[.] ſæpe habet. *Fr. Fabrit.* Guilielmus [e]dem ſecutus Maurit. *illa* reponeba[t,] ſicque Palat. primus. ſed Grævii p[ri]mus retinet *illic*, quod non eſt lo[co] movendum.

De duobus honeſtis utrum honeſtiu[s]] Si ſcilicet incidant præſtanda in ide[m] tempus, cum utroque defungi non [li]ceat. tum deliberatur utrum alteri præferendum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ui locus a Panaetio eſt praetermiſſus. Nam cum mnis honeſtas manet a partibus quattuor, quarum na ſit cognitionis, altera communitatis, tertia iagnanimitatis, quarta moderationis: hae in diliendo officio ſaepe inter ſe comparentur neceſſe eſt. lacet igitur aptiora eſſe naturae ea officia, quae x communitate, quam ea, quae ex cognitione duuntur: idque hoc argumento confirmari poteſt, uod, ſi contigerit ea vita ſapienti, ut in omnium reum affluentibus copiis, quamvis omnia, quae cognione digna ſunt, ſummo otio ſecum ipſe conſideret, contempletur, tamen, ſi ſolitudo tanta ſit, ut homi-

Qui locus a Panætio eſt prætermiſſus] on mirum. Stoicis enim placebat ccata eſſe paria, ut notum eſt, & llum eſſe medium inter virtutem & ium.

Officia, quæ ex communitate, quam quæ ex cognitione ducantur] Hoc eſt officia, quæ faciunt ad ſocietatem manam tuendam, quam quæ vertur in inquirendo vero. Et hoc nieſt certius. Superius in capite ſexid ſatis oſtenderat *veri inveſtigandi dio a rebus gerundis abduci contra officim eſt*. Nodus in ſcirpo non eſt hic ærendus.

Omnia, quæ cognitione digna ſint] In ris vulgatis legitur, *Quamvis omnia, e cognitione.* verum particulam *amvis*, addiderunt, qui ſine ea *tan* locum non habere putarunt. ſo. quis enim adeo rudis in ratione quendi, ut ignoret *tamen* crebris ſeronibus uſurpari, ubi *etſi*, *quanquam*, *etſi*, *quamvis*, aut ſimiles particunon præcedunt? Cicero pro Quino, *In altera ſpes eſſet ad talem ta virum judicem veniendi.* pro Sulla, *bis priſtinæ fortunæ reliquiis miſeris & ictis tamen haberet quoſdam.* ad Lenum, *Stultum eſt enim tenere cum pelo curſum, quem ceperis, potius, m eo commutato, quo velis tamen venire.* in Verr. v. *Ita cætera de oratione mea tollam, ut in cauſa tamen relinquam.* Cæſar lib. I. de bello Civili, *Cum eſſe omnium judicio inferiores viderentur, cominus tamdiu ſtetiſſet.* Salluſtius Iugurthino, *Vt in adverſo loco, victor tamen virtute fuiſſet.* quæ loca, ut alia multa, vulgus imperitum male accepit. Græcos quoque ſuum ὅμως ita uſurpare, obſervavi, ut Thucydides initio lib. I. τὴν ἐπωνυμίαν τῆς χώρας ἐπηλύτην ὄντα ὅμως σχεῖν, id eſt, *cognomentum regionis advenam tamen obtinuiſſe.* Loquitur de Pelope, qui etſi advena erat, tamen Peloponneſo, quæ prius Apia dicebatur, nomen a ſe indidit. *Fr. Fabrit.* Si codicum antiquorum præſidio fultus hanc voculam Fabritius deleviſſet, non improbarem. ſed quia nullorum codicum facit mentionem, eaque extet in meo primo, Pithæano, in Moguntina principe, Langiana aliiſque, cur eam reſpuamus? *Græv.*

*Tamen ſi ſolitudo tanta ſit, ut hominem videre non poſſit, excedat e vi*a*] Et hoc nihil verius. quia ſumus animalia nata ad ſocietatem, cujus cupiditate & voluptate tenemur omnes licet ad editiſſimum templi ſapientiæ culmen ſimus eniſi. Et hoc ipſum Ariſtoteles quoque dicit in capite 7 lib. x ad Nicom. ubi maxime felicitatem ſapientis contemplationi rerum præ-

hominem videre non poſſit, excedat e vita. Princepſque omnium virtutum illa ſapientia, quam σοφίαν Graeci vocant: prudentiam enim, quam Graeci φρόνησιν, aliam quandam intelligimus, quae eſt rerum expetendarum, fugiendarumque ſcientia; illa autem ſapientia, quam principem dixi, rerum eſt divinarum atque humanarum ſcientia: in qua contine-

ſtantiſſimarum intenti, extollit: ὁ δὲ σοφὸν, καὶ καθ' αὑτὸν ὢν, δύναται θεωρεῖν. καὶ ὅσῳ ἂν σοφὸν ᾖ μᾶλλον. βέλτιον δ' ἴσως συνεργοὺς ἔχων. ἀλλ' ὅμως αὐταρκέστατος. *At ſapiens etiam ſecum ipſe exiſtens poteſt contemplari, & quanto ſapientior eſt magis poteſt. melius autem fortaſſe ſi habeat ſocios: ſed tamen ſe ipſo maxime eſt contentus.* Certe melius, ſi habet ſocios. Nam quamvis ex meditatione ipſa & conſideratione rerum divinarum maximam capiat voluptatem, majorem tamen capiet ſi habuerit ſocium, quo cum ea communicet quæ meditando invenit. Quæ addit poſtea de divina ſecundum mentem vita præclara quidem ſunt, ſed humanæ ſortis rationem excedunt, non magis quæ ἀεροβατοῦντες Stoici de ſuo ſapiente ἀπαθεῖ, & qui peccare non poteſt; imo qui ſupra Deum evectus eſt jactant. Sapiens enim, etſi quæ humana mente perveſtigari poſſint, omnia ſit perſcrutatus, ſi tamen omnem ætatem in ſolitudine ſit exacturus, præciſa omnis ſocietatis ſpe, etſi affluat rerum omnium copia, tædio ſolitudinis tamen conficietur, aut ſaltem vitam ducet acerbam, nec ſcientia illa voluptate eum afficiet, quam percepit Ariſtoteles ex meditatione, ſed in magna hominum frequentia. Porro pro *excedet e vita*, magnus doctor meus Ioannes Fredericus Gronovius legendum conjiciebat: *excidet e vita*, hoc eſt, ex conſortio & ſocietate hominum excidet, ut vivus pro mortuo debeat haberi. hoc eſt quod Seneca dicit Conſolat. ad Marc. *eximis te e numero vivorum.* *Vita* pro hominibus. Phædrus proœm. lib. I: *quod riſum movet. Et quod prudenti vitam conſilio monet.* ſic paullo poſt c. 43 noſter: *propter neceſſitatem vitæ*, h. e. hominum. Sic & Græcis βίος pro mortalibus, & humano genere frequenter, ut Caſaubonus ad Athenæum docuit. *Grævius.*

Princepſque omnium virtutum eſt illa] Verbum *eſt* vet. libri non habent, refertur enim ad ea, quæ mox ſequuntur, *illa autem ſapientia:* modo loquendi non infrequenti apud Ciceronem, ut ſupra hoc libro cum de *modeſtia*, quam εὐταξίαν interpretatur, agit. *Car. Lang.* Adſtipulatur huic ſcripturæ Grævii primus.

Prudentia autem, quam Græci φρόνησιν dicunt] In Palat. primo, in Moguntina principe, & in Romana ſecunda, non extare hanc vocem *dicunt*, Gruterus auctor eſt. His accedit primu[s] meus. ἀπὸ κοινοῦ igitur repetendum e[ſt] ex priore verſu *vocant*. Græv.

Rerum eſt divinarum atque humanarum ſcientia] Per res divinas intellig[it] naturales, & illarum cauſſas, uti no[n] ſolum patet ex ſequentibus, ubi do[]cet exemplis cur ea quæ pertinent a[d] ſocietatem hominum, præferenda ſi[nt] iis, quæ pertinent ad communitatem quæ eſt inter homines & deos; n[o]minat enim cognitionem rerum na[]turæ, dinumerationem ſtellarum [] menſuram magnitudinis mundi. [] ſic veteres loquebantur. Seneca pr[]fat. Quæſt. natural. *Hoc habet argume[n]tum divinitatis ſuæ animus, quod illu[m] divina delectant.* Quæ ſint illa divi[] & in libris illis quæſtionum natur[a]lium oſtendit, & in toto illo proœmi[o] nimirum naturæ contemplatio.

h

tinetur deorum & hominum communitas & ſocietas inter ipſos. ea ſi maxima eſt, ut eſt certe; neceſſe eſt, quod a communitate ducatur officium, id eſſe maximum. Etenim cognitio contemplatioque naturae manca quodam modo atque inchoata ſit, ſi nul-

hoc loquendi genus plane philoſophorum gentilium plerorumque omnium ſententiæ recte convenit, qui ſtatuebant aut mundum eſſe Deum, aut Dei partem. Seneca II Nat. Quæſt. cap. 45: *Vis Deum mundum vocare? non falleris. ipſe enim eſt totum quod vides, totus operibus ſuis inditus, & ſe ſuſtentans vi ſua.* Manilius ex opinione veterum philoſophorum univerſum facit Deum, quatuor elementa, quatuor ejus membra lib. I:

Aut neque Terra patrem novit, nec Flamma, nec Aer,
Aut Humor, faciuntque Deum per quatuor artus,
Et mundi ſtruxere globum, prohibentque requiri
Vltra ſe quicquam.

Sed Solem & Lunam, cœteraſque ſtellas deos eſſe credebant & colendos, ut nemo paullo humanior ignorat. Igitur ad hæc contemplanda natos eſſe homines cenſebant iidem Stoici. Epictetus apud Arrian. diſſert. I, 6: Τὸν ἄνθρωπον θεατὴν εἰσήγαγεν αὐτοῦ τε, καὶ τῶν ἔργων τῶν αὐτοῦ· καὶ οὐ μόνον θεατὴν, ἀλλὰ καὶ ἐξηγητὴν αὐτῶν. *Hominem in vitam introduxit Deus ut ſpectatorem cum ſui, tum operum ſuorum: nec ſpectatorem duntaxat eorum, ſed & explicatorem.* paullo poſt: ὁρᾶτε οὖν μὴ ἀθέατοι τούτων ἀποθάνητε. *Proinde videte ne ſpectaculi hujus expertes moriamini.* & ſtatim: οὐκ αἰσθήσεσθε τοίνυν, οὔτε τίνες ἐστὲ, οὔτ' ἐπὶ τί γεγόνατε, οὔτ' ἔτι τοῦτό ἐστιν, ἐφ' ὃ τὴν θέαν παρειλήφατε; *Non tandem intelligetis, neque qui ſitis, neque cur nati ſitis, neque etiam quid illud ſit, cujus ſpectandi vobis copia data eſt.* M. Antonin. lib. VIII: εὐφροσύνη ἀνθρώπου ποιεῖν τὰ ἴδια ἀνθρώπου. ἴδιον δὲ ἀνθρώπου εὔνοια πρὸς τὸ ὁμόφυλον &c. ἐπιθεώρησις τῆς τῶν ὅλων φύσεως, καὶ τῶν κατ' αὐτὴν γινομένων. *Homini volupe eſt, quæ hominis propria ſunt facere. proprium autem eſt hominis, contribuli ſuo benevolum eſſe, &c. univerſi naturam, eaque quæ ſecundum hanc fiunt contemplari.* Harum autem rerum ſcientiam ſapientiam vocat Cicero, in qua contineatur deorum & hominum communitas, ſicut vocabulum ſapientiæ varie uſurpatur cum a Cicerone, tum ab aliis Philoſophis; humanarum autem rerum ſcientiam, quæ complectitur doctrinam ſocietatis humanæ tuendæ. Sic hic Ciceronis locus intelligendus, male vexatus a doctis viris.

Quod a communitate ducatur officium, id eſſe maximum] Maximum officium eſt, quod ducitur a ſapientia, quæ maxima eſt & princeps omnium. Sola contemplatio rerum naturalium non eſt perfecta ſine rerum actione. Homo enim ad duas res natus eſt, ad contemplandum & agendum. Officium maximum implet, ſi utrumque agit. Præſtat tamen actio, quam contemplatio, cum illa pro communi hominum ſocietate & utilitate ſuſcipitur, quia vitæ humanæ plus prodeſt, quam rerum abſconditarum ſcientia. Tales ſapientes fuerunt ante Socratem Philoſophi omnes, ſed quia inutilis cenſebatur eſſe vitæ humanæ illorum doctrina, ideo Socrates primus e cœlo dicitur deduxiſſe philoſophiam, qui de bonis & malis diſputavit, & quæ ſupra nos, nihil ad nos pertinere dixit.

Manca quodam modo & inchoata] Hoc eſt imperfecta, non ſolum propter hanc, quam adfert rationem, *ſi nulla actio rerum conſequatur*, ſi nihil agat in vita, nec proſit hominibus, ſed & quia illarum obſcuritas eſt magna, & cogni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

nulla actio rerum conſequatur. ea autem actio in ho-
minum commodis tuendis maxime cernitur. perti-
net igitur ad ſocietatem generis humani. ergo haec
cognitioni anteponenda eſt, atque id optimus quiſ-
que re ipſa oſtendit, & judicat. Quis enim eſt tam
cupidus in perſpicienda cognoſcendaque rerum na-
tura, ut, ſi ei tractanti contemplantique res cogni-
tione digniſſimas ſubito ſit oblatum periculum
diſcrimenque patriae, cui ſubvenire opitularique
poſſit, non illa omnia relinquat atque abjiciat, etiam
ſi dinumerare ſe ſtellas, aut metiri mundi magnitu-
dinem poſſe arbitretur? atque hoc idem in parentis,
in amici re, aut periculo fecerit. quibus rebus in-
telligitur, ſtudiis officiiſque ſcientiae praeponenda
eſſe officia juſtitiae, quae pertinent ad hominum ca-
44 ritatem, qua nihil homini eſſe debet antiquius. Atque
illi, quorum ſtudia, vitaque omnis in rerum cogni-
tione verſata eſt, tamen ab augendis hominum uti-
litatibus & commodis non receſſerunt. nam & eru-
diverunt multos, quo meliores cives, utilioreſque
rebus ſuis publicis eſſent: ut Thebanum Epaminon-
dam Lyſis Pythagoreus, Syracuſium Dionem Plato,
mul-

tio tenuis, quæ tamen ſapientes magna perfundit voluptate. Ariſtot. de partibus animal. lib. I. cap. ult. *Etſi res mortales iſtas inferaſque, quod eæ propiores nobis & magis familiares ſint, plenius noſſe poſſimus: tamen res illas ſuperas, ſi vel leviter attingere datur, ob ejus notitiæ excellentiam, ipſa levi magis paſcimur & oblectamur, quam ſi iſta univerſa norimus. Non aliter quam amatoribus ſuavius eſt, amicæ ſuæ vel partem oculo delibare, quam aliarum tota membra corpuſque inſpicere.* Sic eleganter hunc locum vertit I. Lipſius. Aliter tamen ſentiebat Socrates, ut vidimus.

Officiiſque ſcientiæ] An Cicero vapulabit, quod ſapientiam dixerit ſcientiam? Quid? Rerum naturæ cognitio an non eſt ſcientia? Atqui de hac ſapientia loqui Ciceronem jam oſtendi, & res ipſa loquitur. ſed nolo his inhærere. Si hunc locum perpendiſſent accuratius & intellexiſſent non nulli, non tot verba in reprehendendo Cicerone perdidiſſent.

Ad hominum caritatem] Sic reſcripſi ex meo & Palatino primo. Vulgati: *ad hominum utilitatem.* Græv.

Tamen ab augendis hominum utilitatibus & commodis non receſſerunt] Vide Æliani Var. Hiſt. III, 17, & quæ ibi notavit doctiſſimus Kuhnius.

Lyſis Pythagoreus] In unico libro, *Lyſis*, recte ſcriptum fuit. Lyſias enim Rhetor nihil ad hunc locum. Lyſis Tarentinus Pythagoræ auditor, Thebas confugit; & Epaminondæ ibi præceptor

nultique multos: noſque ipſi, quidquid ad remp. ttulimus, ſi modo aliquid attulimus, a doctoribus, tque doctrina inſtructi ad eam & ornati acceſſimus. Neque ſolum vivi, atque praeſentes ſtudioſos diſcen-i erudiunt, atque docent: ſed hoc idem etiam poſt nortem monumentis litterarum aſſequuntur: nec nim locus ullus praetermiſſus eſt ab iis, qui ad le-es, qui ad mores, qui ad diſciplinam reip. pertine-et, ut otium ſuum ad noſtrum negotium contuliſſe ideantur. ita illi ipſi doctrinae ſtudiis & ſapientiae editi, ad hominum utilitatem ſuam intelligentiam rudentiamque potiſſimum conferunt. Ob eamque auſam eloqui copioſe, modo prudenter, melius eſt, uam vel acutiſſime ſine eloquentia cogitare: quod ogitatio in ſe ipſa vertitur, eloquentia complecti-ur eos, quibuſcum communitate juncti ſumus. At-

eptor factus eſt. Diogenes, Pauſan. Plutarch. de Muſica. Nepos quo-ue Cornelius in Epaminonda: *Car-ina* inquit, *cantare tibiis ab Olympio-ro, ſaltare a Calliphrone: at Philoſo-iæ præceptorem habuit Lyſin Tarenti-um. cui quidem ſic fuit deditus, ut a-leſcens triſtem & ſeverum ſenem, omni-us æqualibus ſuis in familiaritate ante-oſuerit.* C. Lang. Mendoſe diu non odo hic apud Ciceronem, & lib. 3 e Oratore, ſed & in vita Epami-ondæ apud Æmilium Probum do-tor & magiſter Epaminondæ Lyſias uit appellatus. nam & Pauſanias in œoticis lib. 9 de Thebano Epami-onda ita ſcribit: ἤδη μειράκιον ἐφοί-τησεν ὡς λύσιν, ἄνδρα γένος μὲν τα-ραντῖνον, ἐπιστάμενον δὲ τοὺς πυθαγόρου τοῦ σαμίου λόγους, id eſt, *ipſe jam a-oleſcens ad Lyſin ſe contulit: qui, cum omo Tarentinus eſſet, Pythagoræ Samii iſciplina imbutus erat.* & Laertii ver-a in Pythagora lib. 8. hæc ſunt: τὸ φερόμενον ὡς πυθαγόρου, λύσιδός ἐστι τοῦ ταραντίνου πυθαγορικοῦ, φυγόντος εἰς θήβας, καὶ ἐπαμινώνδα καθηγησα-μένου, id eſt, *Liber, qui circumfertur Pythagoræ nomine, Lyſidis eſt Tarentini Pythagorici, qui Thebas profugit, & E-paminondam erudivit.* Quo autem mo-do Lyſis in ſeditione incolumis ex Italia in Bœotiam pervenerit, ac The-bis apud Polymnin & Epaminondam in honore habitus, ſenex mortuus ibi & ſepultus fuerit multis verbis expo-nit Plutarchus de Socratis dæmonio, de eodem Ælianus Variæ hiſt. lib. 3. c. 17. *Fr. Fabrit.*

A doctoribus atque doctrina inſtructi ad eam & ornati acceſſimus] Hinc in Oratore ait: *Ego autem & me ſæpe no-va videri dicere intelligo, cum per vetera dicam, ſed inaudita pleriſque, & fateor me oratorem, ſi modo ſum, aut quicun-que ſum. non ex Rhetorum officinis, ſed ex Academiæ ſpatiis extitiſſe.* Nec cum reip. præeſſet Cicero ſtudia doctrinæ unquam reliquit. In primo de natura Deorum id oſtendit: *Cum minime vi-debamur, tunc maxime philoſophaba-mur, quod & orationes declarant re-fertæ philoſophorum ſententiis, & do-ctiſſimorum hominum familiaritates, qui-bus ſemper domus noſtra floruit, & prin-cipes illi, Diodorus, Philo, Antio-chus,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Atque ut apium examina non fingendorum favorum cauſa congregantur, ſed, cum congregabilia natura ſint, fingunt favos: ſic homines, ac multo etiam magis, natura congregati adhibent agendi cogitandique ſollertiam. Itaque niſi ea virtus, quae conſtat ex hominibus tuendis, id eſt, ex ſocietate generis humani, attingat cognitionem rerum, ſolivaga cognitio, & jejuna videatur. itemque magnitudo animi, remota communitate, conjunctioneque huma-

chus, Poſidonius, a quibus inſtituti ſumus.

Atque ut apium examina] Genitivus apum, hic & de Divinatione, & de haruſpicum reſponſis, eſt vulgo receptus, cum, *apium*, libri veteres probent, nec alius ab uſitato nominativo apis ex Grammaticorum regulis eſſe poſſit. Varro etiam ad *ſanitatem apium cauſa*, dicit libro tertio de re ruſtica, cap. 16. *Fr. Fabrit.* Secutus ſum Palat. prim. duos Guilielm. excerpta Pithæi, editionem primam Romanam, & multos codices, quos Aldus Manutius excuſſit, cujus notas hanc ſcripturam tuentes conſule. *Grævius.*

Natura congregati] Hæc eſt Ariſtotelis doctrina, quam oppoſuit Platonicæ. Apud illum enim Socrates II de rep. dicit neceſſitatem condidiſſe *civitates.* Ariſtoteles autem I Polit. ait civitatem natura conſtare, quia homo ſit animal πολιτικόν, ſociale, hoc eſt natura factus ad ſocietatem colendam, etſi neceſſitas non urgeret. Itaque vere dixit Ariſtoteles hominem magis animal ſociale natura eſſe, quam congregabile apis, cum tamen apis impulſu naturæ, non utilitatis ratione ſit congregabilis. Et hominem qui ab omni ſocietate abhorreat, aut beſtiam eſſe (cujus in ſacris litteris exemplum eſt Nebucadnezar, qui exciderat vita) aut Deum. Nota ſunt loca Philoſophi, & ab aliis quoque allata. Hic tamen ad retundendam novorum quorundam hominum ſententiam, qui hominem natura ſociale eſſe animal negant, ſed ſocietatem colere tantum commodi ſui cauſſa. Nemo infitiatur, commoda quoque & neceſſitatem ſequi in communitate jungenda homines, ſed hoc verum eſt, licet nulla homines utilitatum ſpes lactaret aut inſtigaret ad ſocietatem ineundam cum aliis, ſocietatem tamen appetituros illos eſſe natura, propter perpetuæ ſolitudinis hominibus non ferendæ moleſtias.

Adhibent agendi, cogitandique ſollertiam] Libri nonnulli veteres habent, *agendi, congregandique*, quidam, *augendi, congregandique*, &c. quarum ſcripturarum neutra placet. *Lambin.*

Agendi cogitandique] Sic edidit Manutius, quem Lambinus hic ſequitur. Noſtri manuſcripti cum Victorii, Langii, Cratandri, Marſi, aliiſque libris multis habent, *Agendi, congregandique ſolertiam.* quo ſignificatur homines ad congregationem ita præ cæteris animantibus eſſe natos, ut ipſi quoque ſint ſolertes in agendo, & hominum conſociatione atque communitate tuenda. *Fr. Fabrit.* Non locum hic habent *congregandi ſollertia.* Homines ait Cicero natura congregari, congregatos vero ad ſocietatem tuendam agere multa, & cogitare præclare tum de iis quæ pertinent ad ſapientiæ ſtudia, tum de moribus, civili diſciplina, & artibus vitæ utilibus. vide Manutium.

Feri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

umana, feritas ſit quaedam & immanitas. Ita fit, : vincat cognitionis ſtudium conſociatio hominum que communitas. Nec verum eſt, quod dicitur a uibuſdam, propter neceſſitatem vitae, quod ea, uae natura deſideraret, conſequi ſine aliis, atque ficere non poſſemus, idcirco initam eſſe cum hoinibus communitatem, & ſocietatem: quod ſi omnia obis, quae ad victum cultumque pertinent, quaſi rgula divina, ut ajunt, ſuppeditarent, tum optio quiſque ingenio, negotiis omnibus omiſſis, tom ſe in cognitione & ſcientia collocaret. Non eſt a. nam & ſolitudinem fugeret, & ſocium ſtudii quae-

Feritas ſit quædam & immanitas] rtitudinem ſine juſtitia eſſe ferinam manitatem paſſim in ſuo de Iure lli & Pacis opere oſtendit Grotius; le inprimis Prolegomena. *Rachel.*

Nec verum eſt quod dicitur a quibuſm propter neceſſitatem vitæ] Nec hic llicandus eſt Cicero, cujus ſentenm paullo ante expoſuimus. Neceſas vitæ non utique cauſſa eſt conſotionis humanæ, quamvis illa quoe multum ad ſocietatem aut ineunm, aut tuendam, conferat: ſed tura humana ſolitudinem averſans. obis Chriſtianis liquet ex ſacris litis, & Dei ipſius ore, Adamo in o horto copiis affluente rerum nnium, ad vitam commode ſuavique degendam, & in optimarum rum contemplatione perpetuo vernti, ſolitudinem gravem fuiſſe turam, & ingratam: ideo Deum ndidiſſe ſociam. Nam hanc natum ſocietatis cupidam ei inſeverat eus.

Idcirco iſtam eſſe cum hominibus ſocietem] Niſi membranæ meæ vetuſtiſmæ, ſuffragante Palatino primo, & uguſtano codice veterrimo, quem nſuluit Anemœcius, ut & editiones imæ ſuaderent legendum eſſe *initam ſe cum hominibus ſocietatem*, vulgaε, quæ ſatis elegans eſt & venuſta, llam non indixiſſem. *Græv.*

Quaſi virgula divina, ut ajunt, ſuppeditarent] Sic & ſupra dixit, *ſuppeditare*, pro ad pedes, & in promtu eſſe. Rutil. Lupus Rhetor: *Ariſtoteles*, inquit, *dicitur dixiſſe, ejus eſſe vitam beatiſſimam, cujus & fortunæ ſapientia, & ſapientiæ fortuna ſuppeditaret.* Sic Livius, & alii. *Car. Lang.* *Quaſi virgula divina, ut ajunt, ſuppeditarent*] *Suppeditarent*, pro ſuppeterent uſurpatur, ut ſupra. *Ob eaſque cauſas ſtudeat parare ea, quæ ſuppeditent ad cultum, & ad victum.* Sic quoque Lucretius lib. 6:

Sic igitur toti cælo, terræque putandum eſt
Ex infinito ſatis omnia ſuppeditare.

Idem lib. 3:

At neque cur faciant ipſæ, quareve laborent,
Dicere ſuppeditat. id eſt, ſuppetit, vel ſuppeditatur.

Fr. Fabrit.

Totum ſe in cognitione & ſcientia collocaret] Mallet Parrhaſius in Quæſitis per epiſtolam: *in cognitione ſcientiæ.* ſed adverſantibus omnibus libris, & ipſis Muſis. Eſt enim ἓν διὰ δυοῖν *cognitio & ſcientia*, pro *cognitio ſcientiæ.* ut apud Iuſtinum lib. 2, cap. *lanæ & veſtes*, pro laneæ veſtes. Cic. 1 ad fam. 7: *ex provincia & imperio* pro ex provinciæ imperio. ſed paſſim apud veteres exempla hujus figuræ obvia ſunt. *Græv.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

quaereret: tum docere, tum diſcere vellet, tum audire, tum dicere. Ergo omne officium, quod ad conjunctionem hominum, & ad ſocietatem tuendam valet, anteponendum eſt illi officio, quod cognitione
45 & ſcientia continetur. Illud forſitan quaerendum ſit, num haec communitas, quae maxime eſt apta naturae, ſit etiam moderationi, modeſtiaeque ſemper anteponenda. Non placet. ſunt enim quaedam ita foeda, partim ita flagitioſa, ut ea ne conſervandae quidem patriae cauſa ſapiens facturus ſit. ea Poſidonius collegit permulta, ſed ita taetra quaedam, ita obſcoena, ut dictu quoque videantur turpia. Haec igitur non ſuſcipiet reip. cauſa, ne reſp. quidem pro ſe ſuſcipi volet. Sed hoc commodius ſe res habet, quod non poteſt accidere tempus, ut interſit reip. quid-

Sunt enim quædam partim ita fœda] *Partim*, non ſemper geminatur: ut de legib. II. *Quorum ſcelere religiones tum proſtratæ, afflictæque ſunt, partim ex illis diſtracti ac diſſipati jacent*; qui vero ex iis &c. Salluſt. in oratione C. Cottæ, *Quorum alia toleravi, partim repuli deorum auxiliis & virtute mea.* Car. Lang. *Sunt enim partim quædam*] *Quædam partim*, habent omnes libri, quos ego vidi. Langius, *partim*, ſemel tantum ſcripſit. quod apud Ciceronem novum non eſſe, in Lælium annotavi. *Fr. Fabrit.* In meo optimo codice *partim* ſemel tantum ſcriptum eſt, ut in iis, quos viderunt Langius, & Manutius. ſed tamen non ſuo loco fuit poſitum. Sic enim ille: *ſunt enim quædam partim ita fœda, ita flagitioſa.* ſed rectius Langiani. *Græv.*

Vt ea ne conſervandæ patriæ cauſa ſapiens facturus ſit] Hac de re ita pronuntiat Ariſtoteles 3. Nicom. I. *Sunt nonnulla ejuſmodi, ut fortaſſe nulla vi, aut neceſſitate coacti ea agere debeamus, utque potius mors nobis ſit oppetenda graviſſimique cruciatus perferendi.* Rachel.

Hæc igitur non ſuſcipiet quiſquam] *Quiſquam* non habetur in meo primo, nec in Palatino, nec in tribus Guilielm. nec in editione Langii, in Victorii vero *quis.* ſed has voculas inculcarunt, qui non attendunt ſæpiſſime Ciceronem eas omittere. *Grævius.*

Ne reſpublica quidem ſuſcipi volet] Sic rectius longe meus primus, & duo Guilielm. nec non Langii & Fabrit. editio, quas male neglexerunt ſequentes. *Græv.*

Sed & hæc commodius ſe res habet] Turpis menda omnes obſidet editiones, quam ſine mei primi codicis ope, cui tamen accedit Palatinus primus, nunquam deprehendiſſem. In illo ſcribitur: *Sed hoc commodius ſe res habet.* quod quin omnes probaturi ſint, qui Latina intelligunt, nullus dubito. Nam vulgata ſunt ineptiſſima. Tanto melius, inquit, ſe res habet, ut non egeat diſputatione, num officia juſtitiæ ſint temperantiæ officiis præferenda, quia nunquam poterit accidere ut reip. cauſſa quicquam flagitioſum ſuſcipiat ſapiens. *Græv.*

Quod non poteſt accidere tempus] Vocem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

uidquam illorum facere ſapientem. Quare hoc qui-
em effectum ſit, in officiis deligendis id genus offi-
orum excellere, quod teneatur hominum ſocietate.
enim cognitionem prudentiamque ſequitur conſi-
erata actio. ita fit, ut agere conſiderate pluris ſit,
uam cogitare prudenter. Atque haec quidem hacte-
us. patefactus eſt enim locus ipſe, ut non ſit difficile
exquirendo officio, quod cuique ſit praeponen-
um, videre. In ipſa autem communitate ſunt gradus
ficiorum, ex quibus, quid cuique praeſtet, intel-
gi poſſit: ut prima diis immortalibus; ſecunda pa-
ae; tertia parentibus, deinceps gradatim reli-
is debeantur. Quibus ex rebus breviter diſputatis
telligi poteſt, non ſolum id homines ſolere dubita-
, honeſtumne an turpe ſit: ſed etiam, duobus
opoſitis honeſtis, utrum honeſtius. Hic locus a
naetio eſt, ut ſupra dixi, praetermiſſus. Sed jam
reliqua pergamus.

n, *tempus*, delendam putarim.
mb. *Quod non poteſt accidere tempus*]
x, *tempus*, redundare videtur. ita-
e Lambinus eam delendam eſſe pu-
Fr. Fabrit. *Tempus* tamen reti-
it omnes libri. nec eſt repudian-
n.

Vt agere conſiderate pluris ſit, quam cogitare prudenter] Sed utrumque ſi jungatur perfectum hominem reddit. Cic. orat. pro Seſtio: *Bene ſentire de rep. prudentiæ eſt, facere fortitudinis: facere vero & ſentire perfectæ cumulatæque virtutis.*

M. TVLLII CICERONIS
DE OFFICIIS
AD MARCVM FILIVM
LIBER SECVNDVS.

1 QVemadmodum officia ducerentur ab honeſtate, Marce fili, atque ab omni genere virtutis, ſatis explicatum arbitror libro ſuperiore. Sequitur, ut haec officiorum genera perſequar, quae pertinent ad vitae cultum, & ad earum rerum, quibus utuntur homines, facultatem, ad opes, ad copias. in quo tum quaeri dixi, quid utile, quid inutile : tum ex utilibus quid utilius, aut quid maxime utile. de quibus dicere aggrediar,

ſi

TVm ex utilibus quid utilius, aut quid maxime utile] Hic prius ita legebatur, *In quo tum quæri dixi quid utile, quid inutile, tum ex utilibus*, &c. Sed horum verborum pars poſterior, in veteri libro nullo extat; nec in recens editis eodem modo legitur. Itaque ſemper mihi perſuaſi a lectore ad marginem adſcripta ex locis duobus libri ſuperioris, deinde recepta a librariis, nam de electione agetur libro tertio. Imo vero etiam vehementer metuo, ne tota hæc ſententia: *In quo tum quæri dixi* &c. eodem modo irrepſerit. Nam ſi eam continues cum his dictionibus: *ſatis explicatum arbitror libro ſuperiore. In quo quæri dixi* &c. Supervacanea mihi videatur illa repetitio hoc quidem loco, cum, ut dixi, libro tertio de electione acturus ſit, igitur vel ejicienda tota, vel *in quo*, id eſt, *in qua re, in qua deliberatione* exponat neceſſe eſt, non *in quo libro*. vide extremum hunc librum. Ego ex duobus locis libri præcedentis hic ad marginem adſcriptam ab ſtudioſo quopiam, deinde aſſumtam librariis conjicio. Nam de electione a getur libro tertio. *C. Lang.* *In quo tum quæri dixi, quid utile, quid inutile, tum ex duobus utilibus, quid* &c.] Fateor me nullis in codicib. antiquis ho membrum reperiſſe, *tum ex duob. uti lib. aut ex plurib. quid max. util* quemadmodum & Langius, & al teſtantur ſe non reperiſſe in ſuis. Se ego hic vulgatos ſecutus ſum, hac c cauſa maxime, quod aut hoc ipſu membrum quod non reperitur in m nuſcr. addendum eſt: aut ſi hoc d lendum eſt, illud ſuperius quoq quod habent & manuſcripti & vulg ti, *in quo tum quæri* &c. delendum e quod & Langius ſuſpicatur. quoru alterutrum cum faciendum mihi e viderem: malui in eam partem pecc re, quæ cautior eſt, & exiſtimare h membrum, quod in libris manuſ non reperitur, a ſcriptore librario, c

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

pauca prius de inſtituto, ac de judicio meo dixero. amquam enim libri noſtri complures non modo legendi, ſed etiam ad ſcribendi ſtudium excita-runt, tamen interdum vereor, ne quibuſdam bo- viris philoſophiae nomen ſit inviſum, mirentur- in ea tantum me operae & temporis ponere. o autem quamdiu reſp. per eos gerebatur, quibus pſa commiſerat, omnis meas curas cogitationeſ- in eam conferebam: cum autem dominatu unius nia tenerentur, neque eſſet uſquam conſilio, aut toritati locus, ſocios denique tuendae reip. ſum- s viros, amiſiſſem, nec me angoribus dedidi, quibus em confectus, niſi iis reſtitiſſem, nec rurſum indignis homi-

exemplum ceteri ſecuti ſint, eſſe ſſum. quod non erat eis inuſita- . *Lambin. Tum ex duobus utilibus utilius, aut quid maxime utile*] c verba, quæ Langius in veteri li- nullo exſtare ſcribit, atque iccir- tanquam aliena delevit, a noſtris oque manuſcriptis abſunt. Cicero- n quidem certe ſuperlativum, *uti- mus*, non vitare, plura loca, qui- c eo uſus eſt, demonſtrant. *Fr. Fa-* . Nec Guilielmius hæc verba repe- in tribus MSS. Reperi tamen ego in meo libro optimo, reperit illa uterus in Palatino primo, reperit hoeus in ſuo non peſſimæ notæ li- , ut excerpta fidem faciunt. Ita- ea exſcindere cum Langio non tinui, quamvis non negem ea ſine rimento ullo abeſſe poſſe, imo re- us abeſſe. *Græv.*

Complures ad ſcribendi ſtudium excita- runt] Vt Hortenſium, & Brutum, i libellum de virtute ad Ciceronem ipſit, & in Philoſophicis multo am in orationibus eſt præſtantior, fecitque ponderi rerum, ut auctor Quintilian. x Inſtitut. Orat. c. 1.

Ne quibuſdam bonis viris philoſophiæ men ſit inviſum] Romani enim phi- ſophiæ ſtudia, tanquam otioſorum ræculorum oblectamenta, aut con-temnebant, aut leviter modo tange-bant, ac ex illa tantum hauriebant, quantum ad eloquentiam, quam præ-cipue colebant, facere iis videbatur. Hinc Virgil. de Romanis VI Æn.

Orabunt cauſſas melius, cœlique meatus
Deſcribent radio, & ſurgentia ſydera dicent.
Tu regere imperio populos Romane memento.
Hæ tibi erunt artes, pacique imponere morem,
Parcere ſubjectis, & debellare ſuperbos.

Et Tacitus in vita Agricolæ cap. 4: *Solitum ipſum narrare; ſe in prima juventa ſtudium Philoſophiæ acrius ultra quam conceſſum Romano ac Senatori hauſiſſe, ni prudentia matris incenſum ac flagrantem animum coercuiſſet.* Hinc Ciceronem invidi & malevoli propter Philoſophiæ ſtudium Græculum vocabant. vide Plutarch. in ejus vita.

Per eos regebatur] *Gerebatur* eſt in noſtris libris ſcriptis, & impreſſis aliis, conſentiente Nonio in *Committere*. Lapſus fuit facilis in tranſpoſitione primarum ſyllabarum. itaque etiam infra quidam libri, *gerendam*, alii *regendam*, habent. *Fr. Fabrit.*

Nec rurſum indignis homine docto volupta-

homine docto voluptatibus. Atque utinam reſp. ſtetiſſet quo coeperat ſtatu, nec in homines non tam commutandarum, quam evertendarum rerum cupidos incidiſſet. primum enim, ut ſtante rep. facere ſolebamus, in agendo plus, quam in ſcribendo operae poneremus: deinde ipſis ſcriptis non ea, quae nunc, ſed actiones noſtras mandaremus, ut ſaepe fecimus. Cum autem reſp. in qua omnis mea cura, cogitatio, opera poni ſolebat, nulla eſſet omnino, illae ſcilicet litterae conticuerunt, forenſes, & ſenatoriae. nihil agere autem cum animus non poſſet, in his ſtudiis ab initio verſatus aetatis, exiſtimavi honeſtiſſime moleſtias poſſe deponi, ſi me ad philoſophiam retuliſſem. cui cum multum adoleſcens diſcendi cauſa temporis tribuiſſem, poſtea quam honoribus inſervire coepi, meque totum reip. tradidi, tantum

erat

luptatibus] Perſtringit hic tacite Lucullum & Hortenſium, qui abjectis optimarum artium ſtudiis, ſe ſuis piſcinis oblectabant, quos propterea *piſcinarios* vocat 1 ad Att. 19 & 20. & ſæpe alibi in illis libris.

Vtinam reſp. ſtetiſſet, quo cœperat ſtatu] Poſt dictaturam a Sulla depoſitam.

Actiones noſtras mandaremus] Non tantum orationes in foro & ſenatu habitas, quas ſtatim vocat *litteras forenſes & ſenatorias*, ſed & commentarios de ſuo conſulatu, de quibus vide quæ notavimus ad ep. 9 lib. 1 ad famil.

Honeſtiſſime deponi poſſe] Vulgo legitur, *Moleſtias poſſe deponi*; contra omnes veteres codices, in quibus dictio, *moleſtias*, non habetur. Nam verbum, *deponi*, ſpectat ad hæc præcedentia, *Tantum operæ & temporis.* C. Lang. *Exiſtimavi honeſtiſſime poni poſſe*] Tres e manuſcriptis noſtris cum Victorianis & Langianis legunt, *Exiſtimavi honeſtiſſime poſſe deponi*, & annotat Langius Verbum *deponi*, ſpectare ad hæc præcedentia, *Tantum operæ & temporis.* Vnus manuſcriptu[m] vulgatam lectionem retinet, quæ eſt, *Exiſtimavi honeſtiſſime moleſtias depon[i] poſſe.* quam ego plane ut repudien[d] adduci non poſſum. Video enim ea[m] eſſe apud Nonium in verbo Deponer[e]. Fr. Fabrit. *Honeſtiſſime poſſe deponi* no[n] poteſt tolerari niſi addatur, quid d[e]poſuerit. Nam quod Langius dic[it] ἀπὸ κοινοῦ hic repetendum *operam* [&] *tempus*, non poteſt laudari. Latini [e]nim non dicunt *operam* & *tempus* dep[o]nere in aliqua re, ſed *ponere.* *Depo[ni]* vero eſt in omnibus libris. Ioh. Fr[e]dericus Gronovius exiſtimabat Cic[e]ronem ſcripſiſſe: *in ſtudiis ab initio ve[r]ſatus ætatis, eas exiſtimavi honeſtiſſi[me] poſſe deponi. eas* ſcilicet litteras fore[n]ſes & ſenatorias. Sed cum meus pr[i]mus cum Palatino primo, & pri[n]ceps editio Moguntina conſentia[n]t pro vulgata *moleſtias*, quæ vox exci[dit] ex quibuſdam libris, non religi[o]ni duxi illam reponere, præſerti[m] cum & Nonius eam agnoſcat. G[ræ]vius.

Qu

t philoſophiae loci, quantum ſuperfuerat amico-
n, & reipub. temporibus. Id autem omne con-
ebatur in legendo: ſcribendi otium non erat. Ma- 2
nis igitur in malis hoc tamen boni aſſecuti videmur,
ea litteris mandaremus, quae nec ſatis erant nota
tris, & erant cognitione digniſſima. Quid eſt e-
, per deos, optabilius ſapientia? quid praeſtantius?
quid

uantum ſuperfuerat amicorum & b. temporis] Sic habent noſtri li- veteres: vulgati autem mendoſe, *oribus*. At Langius neque, *tempo-* neque, *temporibus*, edidit. *Lamb.*

ntum ſuperfuerat amicorum & reip. oris] Sic libros ſuos habere, Lam- s teſtatur: habent eodem modo ri, & ii, quos Victorius edidit, ulgatis, *temporibus*, legitur. Lan- neque *temporis*, neque, *tempori-* legit. Cicero ait, ſe tum, cum m ſe reipub. tradiderat, tantum poris in philoſophiæ ſtudiis po- e, quantum ſibi ab amicorum & negotiis datum fuerit. *Fr. Fabrit.*

. *temporis*] Ita tres Guilielmi. Pal. nec aliter editiones antiquatæ. n recentiores *temporibus*. in Palat. no eſt *tempori*. Gruterus. Nec ali- Aldus Manutius in notis, quas in- . Mirum eſt in non obſcuro loco am hæſiſſe tot viris eruditis. Illo- di librorum, quos ſecuti ſunt Vi- ius, Lambinus, Fabritius, Ma- us, ſcriptura legibus Latinæ lin- adverſatur. Scribendum enim fuiſ- *quantum ſuperfuerat amicis & reip. oris*. In Palat. primo & meo opti- eſt *tempori*, quod æque ferri po- ác *temporibus*. Sed cum *temporibus* quam inſolentius, & a palato tri- i alienius, videatur immutatum a ſciolo in *tempori*, inde natum ſequentibus ſæculis, quibus guſtus nis deliciarum priſtinæ Latinæ lin- exoleverat, *temporis*. Sed *tempo-* s non eſt movendum. Non hoc fectum eſt ab interpolatorum au- ia. Ipſa Ciceronis manus eſt, qui e *tempus* & *tempora* vocat ſtatum, conditionem, fortunam, ſive homi- num, ſive reipublicæ. In 1 ad fam. ep. 9: *Scripſi tres libros de temporibus meis.* hoc eſt, de fortuna mea, de conſulatu & exilio. Idem in ep. 6 e- juſdem libri: *Facile me conſolatur re- cordatio meorum temporum, quorum ima- ginem video in rebus tuis.* recordatio illius mei ſtatus, cum amici mihi in- viderent, inimici me perſequerentur, quod in epiſtola ſequente his verbis explicat: *Vehementer quoſdam homines, & eos maxime, qui te & maxime debue- runt, & plurimum juvare potuerunt, invidiſſe dignitati tuæ: ſimillimamque in re diſſimili tui temporis nunc, & no- ſtri fuiſſe rationem.* adde quæ ſequun- tur. In orat. pro leg. Manlia: *Omne meum tempus amicorum temporibus tranſ- mittendum putavi.* h. e. impendendum amicorum afflictæ fortunæ, iis defen- dendis & periculo liberandis. In orat. pro Cælio: *Illa vero, judices, in illo homine mirabilia fuerunt, comprehende- re multos amicitia, tueri obſequio, cum omnibus communicare quod habeat, ſer- vire temporibus ſuorum omnium pecu- nia, gratia, labore corporis, ſcelere etiam ſi opus eſſet, & audacia.* Nec aliter Græci. Iſocrates ad Demon. οὕτω δ' ἂν ἄριστα χρήσῃ τοῖς φίλοις, ἂν μὴ περιμένῃς τὰς παρ' ἐκείνων δεήσεις, ἀλλ' αὐτεπάγγελτος ἐν τοῖς καιροῖς αὐτοῖς βοηθεῖς. *Sic te amicum verum eſſe oſtendes, ſi non expectaveris, donec te rogent, ſed ſponte tua illorum tempo- ribus adfueris.* Græv.

Quid præſtantius?] Non. Marcelli- nus in verbo *præſtare* hunc locum adducens legit: *Quid enim eſt per deos immortales optabilius ſapientia? quid*

quid homini melius? quid homine dignius? Hanc igitur qui expetunt, philoſophi nominantur: nec quidquam aliud eſt philoſophia, ſi interpretari velis, quam ſtudium ſapientiae. Sapientia autem eſt, (ut a veteribus philoſophis definitum eſt) rerum divinarum & humanarum, cauſarumque, quibus hae res continentur, ſcientia: cujus ſtudium qui vituperat, haud ſane intelligo quidnam ſit, quod laudandum putet. Nam ſive oblectatio quaeritur animi requieſque curarum, quae conferri cum eorum ſtudiis poteſt, qui ſemper aliquid anquirunt, quod ſpectet & valeat ad bene beateque vivendum? ſive ratio conſtantiae virtutiſque ducitur, aut haec ars eſt, aut nulla omnino per quam eas aſſequamur. nullam dicere maximarum rerum artem eſſe, cum minimarum ſine arte nulla ſit, hominum eſt parum conſiderate loquentium, atque in maximis rebus errantium. Si autem eſt aliqua diſciplina virtutis, ubi ea quaeretur, cum ab hoc diſcendi genere diſceſſeris? Sed haec, cum ad philoſophiam cohortamur, accuratius diſputari ſolent: quod alio quodam libro fecimus. Hoc autem tempore tantum nobis declarandum fuit, cur orbat
reip. muneribus ad hoc nos ſtudium potiſſimum con
tuliſſemus. Occurritur autem nobis, & quidem a do
ctis, & eruditis, quaerentibus, ſatiſne conſtanter fa
cere videamur, qui, cum percipi nihil poſſe dica
mus, tamen & aliis de rebus diſſerere ſoleamus, &
hoc ipſo tempore praecepta officii perſequamur. Qu
bi

quid præſtabilius? Petrus Balduinus.

Quid homini melius, quid homine dignius] Meus pervetuſtus: *Quid homini melius? quid dignius?* ut *homine* ἀπὸ κοινοῦ ſit revocandum. *Græv.*

Qui ſemper aliquid anquirunt] Ignoratio verbi antiqui fecit, ut in libris multis, *acquirunt*, in aliis, *inquirunt*, legatur. eaque varietas eſt etiam ap
Lactantium lib. 3. cap. 13. ubi hic l
cus adducitur, & in manuſcripto e
codice itidem ut hic legitur, *Sive*
tio conſtantiæ virtutiſque ducitur. Fr. I
brit. *Anquirunt* approbat quoque op
mus codex Grævii.

Cum ab hoc dicendi genere diſceſſe
Diſcendi, eſt in omnibus libris,

s vellem ſatis cognita eſſet noſtra ſententia. non
m ſumus ii, quorum vagetur animus errore, nec
eat umquam, quid ſequatur. quae enim eſſet iſta
ns, vel quae vita potius, non modo diſputandi,
vivendi ratione ſublata? Nos autem, ut ceteri,
certa, alia incerta eſſe dicunt, ſic ab his diſſen-
ntes, alia probabilia, contra alia non probabilia
dicimus. Quid eſt igitur, quod me impediat,
, quae mihi probabilia videantur, ſequi: quae
ntra, improbare: atque affirmandi arrogantiam vi-
tem, fugere temeritatem, quae a ſapientia diſſi-
plurimum? Contra autem omnia diſputatur a
tris, quod hoc ipſum probabile elucere non poſ-
, niſi ex utraque parte cauſarum eſſet facta con-
tio. Sed haec explanata ſunt in Academicis noſtris
s, ut arbitror, diligenter. Tibi autem, mi Ci-
o, quamquam in antiquiſſima, nobiliſſimaque phi-
ophia, Cratippo auctore, verſaris, iis ſimillimo,
iſta praeclara pepererunt, tamen haec noſtra, fi-
ima veſtris, ignota eſſe nolui. Sed jam ad inſtituta
gamus. Quinque igitur rationibus propoſitis offi- 3
perſequendi, quarum duae ad decus, honeſta-
nque pertinent, duae ad commoda vitae, copias,
opes,

ita emenda. hoc autem genus
ndi eſt ipſum ſtudium ſapientiæ.
Fabrit.

ntra alia improbabilia] Legitur in
uſdam, *non probabilia*: quorum
mque ex gloſſemate eſſe libri ve-
demonſtrant: in quibus, *contra*
eſſe dicimus, legitur, ut Langius
que edidit. *Fr. Fabrit. Alia non pro-*
ia eſt in primo Grævii.

uæ mihi probabilia videntur ſequi]
cum alibi, tum in doctrina mo-
locum inprimis habet. Nam qui
lla ἀκριβὲς Mathematicum, hoc
demonſtrationes, ut vulgo lo-
ntur, deſiderat, is, ut ipſe Ariſto-
non uno loco docet, non eſt ex Philoſophorum τῶν χαριέστερον numero, & neſcit qui ſint fines artium, & diſciplinarum, nec quid ἡ ὑποκειμένη ὕλη patiatur. Sed hæc fere eſt omnium ſcholarum & in iis docentium ratio, cujuſcunque ſint ſectæ, ut quæcunque tradunt, iis ſint habeanturque Euclidea. Hæc quidem temeritas ſæpe deriſa eſt a ſapientibus, & lepide inprimis exagitata non unò in loco a Luciano.

Niſi ex utraque parte] Vetus ille liber Laurentianus, vocem *parte* non habet, facitque anheloſam orationem. Videor in Terentio ſimilem locutionem obſervaſſe. Cur vero non? ut *hactenus, eatenus, quatenus, tuta ire, recta progredi.* C. Lang.

Ho-

opes, facultates, quinta ad eligendi judicium, ſi quando ea, quae dixi, pugnare inter ſe viderentur, honeſtatis pars confecta eſt, quam quidem tibi cupio eſſe notiſſimam. Hoc autem, de quo nunc agimus, id ipſum eſt, quod utile appellatur. in quo lapſa conſuetudo deflexit de via, ſenſimque eo deducta eſt, ut honeſtatem ab utilitate ſecernens, & conſtitueret honeſtum eſſe aliquid, quod utile non eſſet, & utile, quod non honeſtum, qua nulla pernicies major hominum vitae potuit afferri. Summa quidem auctoritate philoſophi ſevere ſane atque honeſte, haec tria genera confuſa cogitatione diſtinguunt. quidquid enim juſtum ſit, id etiam utile eſſe cenſent: itemque quod honeſtum, idem juſtum. ex quo efficitur, ut, quidquid honeſtum ſit, idem ſit utile.

Quod

Honeſtatis pars confecta eſt] In Victorianis, Manutianis, & vulgatis pleriſque legitur, *perfecta eſt*, pro quo Balduinus, Langius & Lambinus, *confecta eſt*, ex libris antiquis recte repoſuerunt. nam ita quoque Nonius legit, docens *Conficere* valere explicare. *Fr. Fabrit.*

In quo verbo lapſa conſuetudo deflexit de via] Nihil certius lectione, quæ in meo primo habetur: *in quo lapſa conſuetudo deflexit de via.* hoc eſt, in qua re, in quo loco, aut capite de utilitate. *Verbo* quod nec Palatinus primus, nec Auguſtanæ membranæ Anemœci agnoſcunt, hic locum non habet, nec explicatio Manutii. Non enim hic queritur Cicero quod verborum vis ſit immutata, ſed quod homines utilitatem ab honeſtate ſecreverint, & honeſtum aliquod crediderint eſſe, quod non ſit utile. *Græv.*

Conſtitueret honeſtum eſſe aliquid, quod utile non eſſet, & utile, quod non honeſtum] Sic & Socrates apud Cic. 3 de legibus, *execrari ſolitus eſt eum, qui primus utilitatem a natura ſejunxiſſet, id enim querebatur eſſe caput exitiorum omnium.* Quæ & Cleanthis ſententia eſt apud Clementem Alexandrinum II Strom. Vt Panætius cum honeſtate, ita Socrates ac Cleanthes cum natura conjunctam voluit utilitatem, quæ vera germanaque ſit, non quæ fucata ac ſpuria, quam ut Panætius cum honeſtate, ita cum natura pugnare cenſuit Socrates. Neque enim natura quod fictum, ſed quod verum eſt appetit, ut cibum non pictum, ſed verum, prorſus ut vera utilitas æque cum natura, cumque honeſtate cohæreat, & fucata æque utrique repugnet. Itaque uterque jure quærebatur invaſiſſe in vitam opinionem illam, quæ ab honeſtate ac natura utilitatem ſeparans, fucatam ſolam ſtabilit, adeo ut, cum homines omnes utilitatem ament, fucata potius quam germana quæratur. *Gaſſendus.* Quæ utique negari non poſſunt, & tam firmis argumentis a Cicerone in hoc & ſequenti libro firmantur, ut nullis ſcholaſticis tricis, & jejunis diſputationibus poſſint convelli, quibus rejiciendis immorari nec eſt e re noſtra, nec e dignitate Ciceronis.

uod qui parum perſpiciunt, hi ſaepe verſutos ho-nes, & callidos admirantes, malitiam ſapientiam dicant; quorum error eripiendus eſt, opinioque nnis ad eam ſpem traducenda, ut honeſtis conſiliis, ltiſque factis, non fraude & malitia ſe intelligant , quae velint, conſequi poſſe. Quae ergo ad vi-n hominum tuendam pertinent, partim ſunt ina-ma, ut aurum, argentum, ut ea, quae gignuntur erra, ut alia ejuſdem generis: partim animalia, ae habent ſuos impetus, & rerum appetitus. Eo-n autem alia rationis expertia ſunt, alia ratione entia. Expertes rationis equi, boves, reliquae cudes, apes, quarum opere efficitur aliquid ad ho-mi-

i ſæpe verſutos homines, & callidos irantes malitiam ſapientiam judi-] Nec id mirum. Etenim tam in uto quam in prudente requiritur ertia. Ariſt. VI Ethic. c. 7. quid in-rudentem & verſutum interſit e-ie docet, cum oſtendiſſet ſoller-n eſſe facultatem, quæ poſſit pro-re, quæ ad ſcopum propoſitum nt, & valeat efficere, ut eum con-amur. addit, ἂν μὲν ἦν ὁ σκοπὸς λὸς, ἐπαινετή ἐστιν. ἂν ᾖ φαῦλος, ργία. διὸ καὶ τοὺς φρονίμους δει-, ἢ πανούργους φαμὲν εἶν. *Si ſcopus lem ſit honeſtus, laudanda eſt ſoller- ſi vero malus, eſt verſutia. Ideo & lentes & verſutos ſollertes eſſe dici-*. Sollertia vero non eſt ipſa pru-tia, ut vulgus judicat, quod plu-is ibi oſtendit.

pinioque omnis ad eam ſpem tradu-la] Quidam libri *ſpem* pro *ſpem̄*. ſed i non placet. *Car. Lang.* *Ad eam n traducenda*] In multis libris eſt, *iem*, quam Marſus formam, Ma-ntius decorum, pulchritudinem, eſtatem interpretatur. Sed tamen *n*, ex veteribus codicibus magis cet. monet enim Cicero, homines am ſententiam perducendos eſſe, non aliter ſperent ſe ea, quæ cu-nt, aſſecuturos, quam ſi honeſti, ac juſti ſint. Videmus autem in his vo-cibus librarios propter abbreviatio-nem, *Spes Species*, ſæpius lapſos eſſe. Ita in Verr. V. libri veteres recte habent. *Campus Leontinus, cujus antea ſpecies hæc erat*, &c. cum in vulgatis multis, *ſpes*, mendoſe legatur. *Fr. Fabrit.*

Partim ſunt inanima] In bonis exem-plaribus neque horum nec aliorum Ciceronis operum uſquam legitur, *animatus* aut *inanimatus*; ſed pro *ani-mato*, *animal*; pro *inanimato*, *inani-mum.* C. Lang. *Partim ſunt inanima*] Sic eſſe legendum primum libri vete-res, deinde Nonius Marcellus, qui hunc locum profert, poſtremo uſus Latini ſermonis, pervincunt: non ut vulgo, *inanimata*. Lambin. *Inanima* ſunt ἄψυχα, *animalia* ἔμψυχα, quæ etiam, *animantia* à Cicerone dicuntur. pro quibus barbari homines *Anima-tum*, & *Inanimatum* in Tullii libros contra veterum fidem invexerunt, qua de re dixi in Annotationib. in Tuſcul. *Fr. Fabrit.*

Quarum opera efficitur aliquid ad homi-num uſum] Sic edendum curavi, lib. omnib. invitis, ſola ratione & veri-tate fretus. Nam ſi, *opere*, legere-mus, proinde habendum eſſet, atque ſi ita diceret, quarum effectu ſeu effe-cto efficitur aliquid. Nam, *opus*, eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

minum uſum atque vitam. Ratione autem utentium duo genera ponuntur, unum deorum, alterum hominum. deos placatos pietas efficiet & ſanctitas: proxime autem, & ſecundum deos, homines hominibus maxime utiles eſſe poſſunt. Earumque rerum, quae noceant & obſint, eadem diviſio eſt. Sed quia deos nocere non putant, his exceptis, homines hominibus obeſſe plurimum arbitrantur. ea enim ipſa, quae inanima diximus, pleraque ſunt hominum operis effecta, quae nec haberemus, niſi manus, & ars ac-

res effecta: *opera* autem, labor, qui ponitur in opere faciendo. Atque ita non ita multo poſt loquitur, *pleraque ſunt hominum effecta operis.* & inferius, *ſine opera hominum ulla eſſe potuiſſet.* Lambin. *Opera*, non, *opere*, legendum eſſe, Lambinus prudenter animadvertit. eſt enim *opus* res effecta, *opera* labor, qui ponitur in opere faciendo. neque tamen iſta emendatio auctoritate librorum caret. nam & Victorius ex ſuis ita legit, & duo e manuſcriptis noſtris *opera*, perſpicue habent non ſolum hic, verum etiam pag. ſequentibus ſæpius. *Fr. Fabrit.* Optimus meus probat *opere* non *opera*, quæ non tam animalibus quam hominibus tribuitur. nec ſcio unde Lambinus hanc hauſerit diſtinctionem. Nam qui opus facit, rem effectam facit? Nihili hæc ſunt, nec recedendum eſt ab optimorum librorum fide. *Opere* eſt labore. *Grævius.*

Deos placatos pietas efficiet & ſanctitas] Seneca ep. 95: *Vis deos propitiare? bonus eſto. Satis illos coluit, quiſquis imitatus eſt.* Denophilus: Δῶρα καὶ θυσίαι Θεὸν οὐ τιμῶσιν, ἀναθήματα Θεὸν οὐ κοσμοῖ. ἀλλὰ τὸ ἔνθεον φρόνημα διαρκῶς συνάπτεται Θεῷ. χωρεῖν γὰρ ἀνάγκη τὸ ὅμοιον πρὸς τὸ ὅμοιον. *Munera & victimæ nihil honoris Deo conferunt, neque ſuſpenſa templis donaria Deum ornant: ſed mens pia ſolide nos Deo conjungit. Nam ſimile ſimili adjungi neceſſe eſt.* Pietas autem, ut Cicero ipſe definit II de nat. deorum, eſt *juſtitia erga Deum*, nimirum cultus divinus: *ſanctitas* vero non eſt ſcientia colendorum Deorum, ut multi hic exponunt, ſed vita integra, ſceleriſque pura.

Quia Deos nocere homines non putant] Seneca hoc explicat epiſt. 95: *Qu[æ] cauſſa eſt diis bene faciendi? natura. Er[]rat, ſi quis putat illos nocere velle: non poſſunt. nec accipere injuriam norunt, neque facere. Lædere enim lædique con[]junctum eſt.* & paullo poſt: *Hi nec dan[t] malum, nec habent: ceterum caſtigan[t] quoſdam & coercent, & irrogant pœnas & aliquando ſpecie boni puniunt.* Dum non nocet Deus, quando caſtigat. *Tu[m] maxime eſt optimus*, inquit Tertull. adverſus Marcionem lib. II, cap. 21 *cum tibi non bonus. ſicut ſol tibi, etia[m] quando non putas, optimus & utilis, [] cum acrior & infeſtior, rationi tamen ſi[] par eſt.*

Homines hominibus obeſſe plurimu[m] arbitrantur] In aliis libris ante hæc ve[r]ba additur, *his exceptis*, quod La[m]bius, quia ludimagiſtri cujuſpiam l[u]cernam olere videatur, ſuſtulit. Ide[m] duas poſtremas voces, *vel prodeſſ[e]* prætermiſit, quod eæ a veteribus [li]bris multis abſint & otioſæ ſint, Balduinus quoque annotavit. Servi[us] in XII Æneidos ſic adducit: *Sed q[uia] nocere deos non putant. his exceptis. [Ho]mines hominib. obeſſe plurimum arbitra[n]tur.* Fr. Fabrit. *His exceptis*] Voces i[llæ] *his exceptis*, ludimagiſtri cujuſpia[m] lucernam olent. ideo eas eraſi. *La[mb.]*

In

...ceſſiſſent: nec his ſine hominum adminiſtratione ...eremur. neque enim valitudinis curatio, neque na... gatio, neque agricultura, neque frugum fru...umque reliquorum perceptio & conſervatio, ſi... hominum opera ulla eſſe potuiſſet. Iam vero & ...rum rerum, quibus abundaremus, exportatio, & ...rum, quibus egeremus, invectio, certe nulla eſ..., niſi his muneribus homines fungerentur. eadem...e ratione nec lapides e terra exciderentur ad uſum ...ſtrum neceſſarii: Nec ferrum, aes, aurum, ar...ntum effoderetur penitus abditum, ſine hominum ...ore, & manu. Tecta vero, quibus & frigorum 4
...pelleretur & calorum moleſtiae ſedarentur, unde ... initio generi humano dari potuiſſent, aut poſtea ...bveniri, ſi aut vi tempeſtatis, aut terrae motu, ... vetuſtate cecidiſſent, niſi communis vita ab ...minibus harum rerum auxilia petere didiciſſet? At ...ductus aquarum, derivationes fluminum, agrorum irri-

...tis libris, accedente auctoritate Ser... non ſunt eradendæ. Extant ſane ...Grævii primo, aliiſque omnibus. ... *vel prodeſſe* non invenitur in ...s.

...*Aut poſtea ſubvenire*] *Subveniri* in ...o exemplari ſcriptum reperi. Sed ... hoc quidem placet. Agit enim de ...ficiis ipſis ruinoſis ſuffulciendis & ...aurandis. *C. Lang.* *Aut poſtea ſub...ire*] In verbo, *ſubvenire*, aliquid ...ris ſubeſſe puto. nonnulli veteres ...i habent, *ſubveniri*, nihil præterea ...etatis reperi. videtur aliud verbum ...derari, nempe vel, *reſarciri*, vel ...*i*, vel tale quoddam. *Lambin.* *Sub...iri* eſt quoque in meo primo. Gui...mus putat reſcribendum eſſe *ſub...iri*, aut *ſubmoliri*, ut *immoliri* a... Livium, *quæ in loca publica inæ...ara, immolitave privati habebant.* ...*ſubveniri*, quod meliores omnes li... præ ſe ferunt, eſt ſubſtitui in eorum, ...e aut corrupta & labefactata ſunt, aut prorſus corruerunt locum. *Græv.*

Adde ductus aquarum] Guilielmus in uno vetere libro invenit: *aut deductus aquarum*, unde conjecit *at deductus aquarum*, quia hic non de aquæ ductibus, ſed de aquis exundantibus deducendis ex locis, quæ colantur ab hominibus, agatur. Quæ cum veriſſima ſint, aquæ ductus enim tum demum invenit hominum ſollertia, cum frequentia incolarum & luxu laborarent magnæ urbes; cumque & in meo primo, & in Pithæano ſic ſcribatur, *at deductus*, ſine mora id recepi. pro *deductus* alibi uſus eſt *deductio*. Topinc. *Rivorum a fonte deductio*. Idem I de divin. *ex quo illa admirabilis a majoribus Albanæ aquæ facta deductio eſt.* Et ſic ibidem *deducere in Albana, aqua deducta ad utilitatem agri ſuburbani.* cum autem *ductus aquæ* dicatur, cur non dixerint *deductus aquæ*, quamvis hanc vocem, ut multas alias, lexici ignorent? *Græv.*

irrigationes, moles oppoſitas fluctibus, portus manu factos, quae unde ſine hominum opera habere poſſemus? ex quibus, multiſque aliis perſpicuum eſt, qui fructus, quaeque utilitates ex rebus iis, quae ſunt inanimae, percipiantur, eas nos nullo modo ſine hominum manu atque opera capere potuiſſe. Qui denique ex beſtiis fructus, aut quae commoditas, niſi homines adjuvarent, percipi poſſet? nam & qui principes inveniendi fuerunt, quem ex quaque belua uſum habere poſſemus, homines certe fuerunt: nec hoc tempore ſine hominum opera aut paſcere eas, aut domare, aut tueri, aut tempeſtivos fructus ex his capere poſſemus: ab eiſdemque & eae, quae nocent, interficiuntur: & quae uſui poſſunt eſſe capiuntur. Quid enumerem artium multitudinem, ſine quibus vita omnino nulla eſſe potuiſſet? quis enim aegris ſubveniret: quae eſſet oblectatio valentium

Portus manu factos] Sunt enim & portus naturales. Manu facti dicuntur *cothones*. Servius ad Virgil. 1 Æn.

Hic portus alii effodiunt.

id eſt, cothona faciunt. Cothona ſunt portus in mari non naturales, ſed arte & manu facti. dici autem & *cothonum*, & *cotho* ibidem oſtendit. Hirtius de bello Africano cap. 62: *Vigilia ſecunda Adrumeto ex cothone egreſſus, primo mane Leptin univerſa claſſe vectus.* & ſequ. cap. *Adrumetum in cothonem ſe univerſæ contulerunt.* ubique male ſcribitur tanquam nomen proprium. Sic & portus Carthaginenſis *cothon* dicebatur per excellentiam, eratque tertia Carthaginis pars. *Græv.*

Quæ unde ſine hominum opera] Sic & editio Victorii, neque aliter antiquitus cuſi, niſi quod ii *opere*. Vulgatiores, *quæ non ſine*. Guilielmius reſtituendum putabat *quæſo unde*. quod repererat in editione veteri, ut e MS. deſumtum videretur. *Gruter.*

Quid enumerem artium multitudinem] Egregie Manilius lib. 1:

Cum longa dies acuit mortalia corda
Et labor ingenium miſeris dedit, & ſu[...]
quemque
Advigilare ſibi juſſit fortuna premen[...]
do:
Seducta in varias certarunt pectora cu[...]
ras,
Et quodcunque ſagax tentando repp[...]
rit uſus
In commune bonum commentum læt[...]
dederunt.
Tunc & lingua ſuas accepit barbara l[...]
ges,
Et fera diverſis exercita frugibus arva,
Et vagus in cæcum penetravit navi[...]
pontum,
Fecit & ignotis itiner commercia terr[...]

Et de eadem re Gratius in Cyneget[...] initio:

Hinc (a ratione) *omne auxilium vit[...]*
rectuſque reluxit
Ordo: & contiguas didicere ex arti[...]
artes
Proferere.

vide & Grot. 11 de Iure Belli & Pa[...] c. 2. §. 2, & ibi ejus notas.

Quis enim ægris ſubveniret] Q[...] *enim* eſt in antiquis, ut Balduinus qu[...]

c

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

um, qui victus, aut cultus, niſi tam multae no- is artes miniſtrarent? quibus rebus exculta homi- um vita tantum diſtat a victu & cultu beſtiarum. rbes vero ſine hominum coetu non potuiſſent nec dificari, nec frequentari: ex quo leges, moreſ- ue conſtituti, tum juris aequa deſcriptio, certaque vendi diſciplina. quas res & manſuetudo animorum onſecuta, & verecundia eſt: effectumque ut eſſet ta munitior; atque ut dando, & accipiendo, mu- ndiſque facultatibus, & commodis nulla re ege- mus. Longiores hoc loco ſumus, quam neceſſe t. Quis eſt enim, cui non perſpicua ſint illa, uae pluribus verbis a Panaetio commemorantur, eminem neque ducem belli, nec principem domi, ma-

e admonuit. in multis etiam libris, *niſtrarent*, legitur, non, *miniſtra- tur*. Fr. Fabrit.

Quibus rebus exculta hominum vita tum diſtitit a victu] Sic edendum ravi, libris omnibus invitis. Nam, *itit*, præteritum eſt verbi, *diſto*: od verbum hic locum habet. *Diſta-* enim, eſt longe abeſſe, & disjun- m eſſe. deſtitit autem, oritur a ver- , deſiſto: quod valet, deſino. *Lamb.* *ntum diſtitit a victu*] *Diſtitit*, recte itur in manuſcripto Santenſi, a ver- *Diſto* quod huic loco proprium, cum, *deſtitit*, a *Deſiſto*, ſit alie- m. quod Anemœcius quoque vi- , atque, *diſtat*, ex ſui libri aucto- ate emendavit. *Fr. Fabrit.* Recte mbinus & Fabritius, Santenſi præ- ſim libro conjecturam hanc mu- nte, & extra dubitationis aleam nente. Meus vero primus, æque Auguſtanus Anemœcii, *tantum di- t a victu.* quod tanquam mollius & ceronis munditiei convenientius quor. *Græv.*

Per quas bene beateque vivitur] Hæc ba ut in Manutianis editionibus le- ntur, ita Lambinus ea reliquit: in ſtris tamen manuſcriptis, & iis, quos Balduinus habuit, non leguntur. itaque Victorius & Langius ea merito deleverunt: quæ Camerarius quoque ex interpretatione irrepſiſſe exiſti- mat. *Fr. Fabrit.* Nec in Grævii, nec in Pal. MSS. habentur.

Mutandiſque facultatibus & commo- dis] In vulgatis libris eſt, *permutandis*, in vetuſtis, & apud Nonium in ver- bo *commodare*, *mutandis*: de quo ver- bo diximus ad librum primum. No- nius præterea pro *commodis*, legit, *com- modandis*, & pro mutuandis uſurpari ſcribit, unde conjectura ad ſuſpican- dum ducor, a Cicerone fortaſſe ſcri- ptum eſſe, *Mutandiſque facultatibus & commodandis*, ut hæc quoque inter ſe conferantur, ſicut, *dando & accipien- do*. Fr. Fabrit.

Neque ducem belli, nec principem do- mi] Sic eſt emendatum in uno ex ma- nuſc. noſtris: cæteri cum Victorianis, Langianis & aliis, *bello*, habent. Ma- nutius, *in bello*, edidit, *Belli & domi*. Cicero aliis quoque locis conjungit, ut infra ad finem hujus libri. *Præterea quibuſcunque rebus vel belli vel domi potuerunt, remp. augeant.* & in Bruto, *Omiſſis illis divinis conſiliis, quibus ſæpe conſtituta eſt imperatorum ſapientia ſa-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

magnas res & ſalutares ſine hominum ſtudiis gerere potuiſſe? Commemoratur ab eo Themiſtocles, Pericles, Cyrus, Ageſilaus, Alexander, quos negat ſine adjumentis hominum tantas res efficere potuiſſe. Vtitur in re non dubia teſtibus non neceſſariis. Atque ut magnas utilitates adipiſcimur conſpiratione hominum, atque conſenſu; ſic nulla tam deteſtabilis peſtis eſt, quae non homini ab homine naſcatur. Eſt Dicaearchi liber de interitu hominum, Peripatetici magni, & copioſi: qui, collectis ceteris cauſis, eluvionis, peſtilentiae, vaſtitatis, beluarum etiam repentinae multitudinis, quarum impetu docet quaedam hominum genera eſſe conſumta: deinde comparat, quanto plures deleti ſint homines hominum im-

petu

lus civitatis aut belli aut domi. Fr. Fabrit. Approbat *belli* meus primus, cum Palatino primo. Exempla congerere putidum eſt. *Græv.*

Magnas res & ſalutares ſine hominum ſtudiis gerere potuiſſet] Plato ad Dionem epiſtola: Μὴ λανθανέτω σοι, διὰ τῦ ἀρέσκειν τοῖς ἀνθρώποις, καὶ τὸ πράττειν ἐστίν. ἡ δ᾽ αὐθάδεια ἐρημίᾳ ξυνοικος. *Memento neceſſariam eſſe ad res gerendas hominum benevolentiam: auſteritas vero ſolitudinem amicorum parit.*

Sic nulla tam deteſtabilis peſtis eſt, quæ non homini ab homine naſcatur] Plin. procem. 7. hiſt. Nat. *Leonum feritas inter ſe non dimicat. Serpentum morſus non petit ſerpentes. Ne maris quidem belluæ ac piſces, niſi in diverſa genera ſæviunt: & hercle homini plurima ex homine ſunt mala.* Rachel. Senec. ep. 103: *Rari ſunt caſus, etiamſi graves, naufragium facere, vehiculo everti: ab homine homini quotidianum periculum. Adverſus hoc te expedi, hoc intentis oculis intuere. Nullum enim malum frequentius, nullum pertinacius, nullum blandius. Tempeſtas minatur antequam ſurgat: crepant ædificia antequam corruant: prænuntiat fumus incendium: ſubita eſt ex homine pernicies, &*
eo diligentius tegitur, quo propius acc
dit. Erras ſi iſtorum tibi qui occurru
vultibus credis, hominum effigies haben
animos ferarum. vide plura, ut & r
tionem, qua vitare poſſimus hæc pe
cula, nimirum ſi commodis omniu
lætemur, moveamur incommodis,
meminerimus, quæ præſtare debe
mus, quæ cavere. Hæc ſi non e
ciunt, ut ne nobis noceatur, ſalte
efficere, ne nos fallant.

Quarum impetu docet quædam ho
num genera conſumta] Sic ranæ,
mures perdiderunt Antariatas, ac
lum vertere coegerunt. Iuſtinus lib.
Caſſander ab Apollonia rediens incidi
Autariatas (ſic enim legendum, r
Abderitus ut jam alii quoque mon
runt) *qui propter ranarum murium*
multitudinem, relicto patriæ ſolo,
quærebant. Hi ſunt illi populi qui
ca Pœoniam & Dardaniam habi
tes a ranis miſerum in modum co
ſunt relictis penatibus novas ſ
quærere, ut ex Heraclide Lemb.
didit Athenæus lib. 8. Sic & M.
ro auctor, *ab ranis civitaten*
Gallia pulſam. teſte Plin. VIII,
Chalcidenſes, & Megarenſes fuga
mures. teſtante Æliano, & Her
de in Politiis. In Latio Amyclas a

etu, id eſt, bellis, aut ſeditionibus, quam omni liqua calamitate. Cum igitur hic locus nil habeat ubitationis, quin homines plurimum hominibus & roſint & obſint: primum hoc ſtatuo eſſe virtutis, onciliare animos hominum, & ad uſus ſuos adjunge-. Itaque, quae in rebus inanimis, quaeque in uſu tractatione beluarum fiunt utiliter ad hominum tam, artibus ea tribuuntur operoſis: hominum au-m ſtudia ad amplificationem noſtrarum rerum rompta ac parata, virorum praeſtantium ſapientia, & rtute excitantur. Etenim virtus omnis tribus in re-us fere vertitur: quarum una eſt in perſpiciendo, uid in quaque re verum ſincerumque ſit, quid onſentaneum cuique, quid conſequens, ex quo uidque gignatur, quae cujuſque rei cauſa ſit: alte-um cohibere motus animi turbatos, quos Graeci πάθη nominant: appetitioneſque, quas illi ὁρμάς, obe-ientes efficere rationi: tertium iis, quibus cum con-

entibus deletas tradunt Varro & Pli-us. In Æthiopia regionem cultiſſi-am & frequentiſſimam vaſtavit & ſolitudinem redegit ſcorpionum & alangiorum ſubito ſupervenientium gens copia. Ælian. VII, cap. 40. Iyuſios in Aſia, & Atarnitas infra ergamum repente coorta culicum vis xpulit ex patria, Pauſan. in Achaicis: haucios apum, Ælian. XVII, 37: haſelitas veſparum. Idem XI, 28. quæ ebentur Samueli Bocchardo, qui hæc alia collegit huc pertinentia lib. IV om. 2 Hierozoici cap. 13.

Proprium hoc ſtatuo eſſe virtutis] Lon-e melius & rectius meus & Palati-us primus: *primum hoc ſtatuo eſſe vir-tis*, hoc eſt, virum fortem, & ſtu-io res magnas gerendi inflammatum æteras omnes curas huic poſthabe-e debere, hominum animos & be-evolentiam ſibi ut conciliet. *Græv.*

Quæque in uſu & tractatione belua-rum] In Palatino ſecundo, duobus Guilielmi, duodecim Manutii, edi-tione Victorii & Langii non legitur *uſu &*. Sed in Palatino nec non meo primo hæc verba habentur, pro *quæ-que* autem in meo ſcribitur *quæ*. Ita-que religioni mihi fuit ea cum Victo-rio & Langio delere. *quæ in uſu & tractatione beluarum fiunt utiliter ad ho-minum vitam*, ſunt quæ ex beluis, qui-bus utimur & quas alimus & tuemur, commoda & utilitates percipimus. quod præcedente capite dixit, *beluas aut paſcere, aut domare, aut tueri, aut tempeſtivos fructus ex his capere*. In eod. cap. *quem ex quaque belua uſum habere poſſemus*. Græv.

Ex quo quæque gignantur] Meus pri-mus, ut & ejuſdem loci Palatinus: *ex quo quidque gignatur*, & ſic ſcripſiſſe Tullium verba ſequentia ſunt argu-mento: *quæ cujuſque rei cauſſa ſit*. Græ-vius.

Motus animi turbatos] Græv. prim. *motus animi perturbatos*.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

congregamur, uti moderate & ſcienter, quorum ſtudiis ea, quae natura deſiderat, expleta cumulataque habeamus: per eos denique, ſi quid importetur nobis incommodi, propulſemus ulciſcamurque eos, qui nocere nobis conati ſunt, tantaque poena afficiamus, quantam aequitas humanitaſque patitur.
6 Quibus autem rationibus hanc facultatem aſſequi poſſimus, ut hominum ſtudia complectamur, eaque teneamus, dicemus, neque ita multo poſt: ſed pauca ante dicenda ſint. Magnam vim eſſe in fortuna in utramque partem, vel ſecundas ad res, vel adverſas, quis ignorat? nam & cum proſpero flatu ejus utimur, ad

Per eos denique ſi quid importetur] Meus & Pal. prim. *per eoſdemque ſi quid importetur*. Eadem varietas eſt in capite præcedente: *ab eiſdemque & ea quæ nocent*. Et eſt idem in MSS. ductus litterarum. ſed vulgatam non ſperno. *denique* enim cum apud Ciceronem, tum apud alios eſt frequenter, id, quod aliter dicitur, ut uno verbo dicam, Gallis *enfin*. In cap. præced. *qui denique ex beſtiis fructus, aut quæ commoditas, niſi homines adjuvaret, percipi poſſet?* Flor. l. 16. *denique bis floribus vernat*. Exempla locis in aliis attulimus plura. *Grav.*

Tantaque pœna afficiamus, quantam æquitas humanitaſque patitur] Nam modum etiam in puniendo poſſumus excedere. Ariſtides Leuctrice prima: Ἔστι γὰρ ἔστι καὶ ἀμυνομένους ἀμέτρως ἀδικεῖν. κἂν τις οἷς τὰς τιμωρίας ἀναπληροῖ, πρός τ' ἀδικήματα τούτοις ὑπερβῇ δεύτερος, ἄρχει πάλιν. *Poſſunt ſane, poſſunt etiam qui ſe vindicant injuſti eſſe ſi modum excedunt. Nam & qui in puniendo progreditur, ad id quod iniquum eſt, ſecundus eſt injuriæ auctor.* vide Grot. II de Iure Belli & Pacis cap. 20, §. 2, & 28, & III lib. cap. XI, §. 1. Hinc quo magis barbaræ gentes tanto immanioribus & aſperioribus æquo pœnis utuntur. contra de Romanis Livius l. 28: *nulli gentium mitiores placuiſſe pœnas*. loquitur de Mettio Fufetio quadrigis diſtracto, quam pœ nam tanquam graviorem & acerbio rem juſto & æquo deteſtatur: *Aver tere omnes a tanta fœditate ſpectacu oculos. Primum ultimumque illud ſuppli cium apud Romanos exempli parum m moris legum humanarum fuit. in ali gloriari licet, nulli gentium mitiores pl cuiſſe pœnas.*

Magnam vim eſſe in fortuna in utran que partem, vel ſecundas ad res, vel a verſas] Fortunam gentiles ſaniores vo carunt divinam providentiam cunc gubernantem. Ea enim fortunæ adſc bunt, quorum cauſſas ignorant h mines, & quæ quaſi divinitus cont giſſe videntur. A Deo vero cuncta pr ficiſci, veterrimi quique viderunt. H mer. Od. δ.

Ζεὺς ἀγαθόν τε κακόν τε διδοῖ.

A Iove omne bonum malumque.

quod Sophocles ſic expreſſit in Aja Iorario:

Ξὺν τῷ θεῷ πᾶς καὶ γελᾷ κὠδύ
ται.

Quivis dolet vel ridet, ut viſum Deo.

M. Anton. lib. 1. τὰ τῶν θεῶν προνο μεστά. τὰ τῆς τύχης οὐκ ἄνευ φύσεως συγκλώσεως, καὶ ἐπιπλοκῆς τῶν νοίᾳ διοικουμένων. *Deorum opera pro dentiæ plena ſunt. Quæ fortunæ adſ buntur, non abſque natura ope pro niunt, nec ſine fatali illo contextu co plexuque rerum, quæ a providentia*

mi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

l exitus pervehimur optatos: & cum reflavit, afgimur. Haec igitur ipſa fortuna ceteros caſus raores habet, primum ab inanimis procellas, tempeates, naufragia, ruinas, incendia: deinde, a beis ictus, morſus, impetus. Haec ergo, ut dixi, riora. At vero interitus exercituum, ut proxime ium, ſaepe multorum, clades imperatorum, ut uper ſummi, ac ſingularis viri: invidiae praeterea ultitudinis, atque ob eas, bene meritorum ſaepe vium expulſiones, calamitates, fugae: rurſuſque cundae res, honores, imperia, victoriae, quamuam fortuita ſunt, tamen ſine hominum opibus, & udiis neutram in partem effici poſſunt. Hoc igitur gnito dicendum eſt, quonam modo hominum ſtua ad utilitates noſtras allicere, atque excitare poſſimus.

niſtrantur. Merito igitur magna vis ſignatur fortunæ, hoc eſt divinæ penſationi.

Ῥεῖα μὲν γὰρ βριάει, ῥεῖα δὲ βριάοντα χαλέπτει.
Ῥεῖα δ' ἀρίζηλον μινύθει, καὶ ἄδηλον ἀέξει
Ῥεῖα δέ τ' ἰθύνει σκολιὸν, καὶ ἀγήνορα κάρφει
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης.

Facile enim extollit, facile etiam elatum deprimit:
Facile præclarum minuit, & obſcurum ornat,
Facileque corrigit pravum, & ſuperbum attenuat
Iupiter altitonans.

uanta vero vis ſit fortunæ docet inmis Plutarchus in duobus libellis virtute & fortuna Romanorum & exandri Magni.

Ad exitus provehimur optatos] Libri teres habent, *pervehimur* quos nunc quor. *Lambin.* *Ad exitus provehimur tatos*] Annotat Lambinus, libros teres habere, *pervehimur*, quomo- Victorius & Langius ediderunt, ſtri libri manuſcripti cum Manuinis, *provehimur*, probant *Reflare* autem eſt ἀντιπνεῖν: quo verbo accuratiſſimus ſcriptor Dionyſius Halicarnaſſeus lib. 3. Originum ſic utitur, ἑτέρα πάλιν ἀντιπνεύσασα τοῖς τῶν Ῥωμαίων κατωρθώμασι τύχη τούτων μὲν ἐταπείνωσε τὰς ἐλπίδας, τὰ δὲ τῶν πολεμίων φρονήματα ἐπῆρε. *Fr. Fabritius.*

Tamen ſine hominum operis & ſtudiis] Etiam hoc loco ſic legendum cenſeo: niſi quis forte malit legi, *ſine hominum opibus*: quo modo ſcriptum reperi in uno codice manuſcripto, & in aliquot exemplis vulgatis. *Lambin.* *Sine hominum operis & ſtudiis*] Sic legendum cenſet Lambinus, *operis*, inquam, non *operibus*, ut eſt in libris vulgatis, & manuſcr. non modo noſtris, verum etiam Langianis. *opibus* tamen quod Victorius edidit, & Lambinus in uno codice ſcripto reperit, magis placet. Sic apud Cæſarem lib. 1. de bello civili in libro antiquo legitur, *Se vero ut opibus anteire ſtuduerit, ſic juſtitia & æquitate velle ſuperare.* ubi impreſſi habent, *Se vero ut operibus ante ſtuduerit.* Fr. Fabrit. Græv. primus æque ut Victorii ed. *ſine hominum opibus & ſtudiis.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ſimus. quae ſi longior fuerit oratio, cum magnitudine utilitatis comparetur. ita fortaſſis etiam brevior videbitur. Quaecumque igitur homines homini tribuunt ad eum augendum, atque honeſtandum, aut benivolentiae gratia faciunt, cum aliqua de cauſa quempiam diligunt: aut honoris, ſi cujus virtutem ſuſpiciunt, quemque dignum fortuna quam ampliſſima putant: aut cui fidem habent, & bene rebus ſuis conſulere arbitrantur: aut cujus opes metuunt: aut contra a quibus aliquid exſpectant, ut cum reges populareſve homines largitiones aliquas proponunt: aut poſtremo pretio ac mercede ducuntur: quae ſordidiſſima eſt illa quidem ratio, & inquinatiſſima, & iis, qui ea tenentur, & illis, qui ad eam confugere conantur. Male enim ſe res habet, cum, quod virtute effici debet, id tentatur pecunia. Sed quo-

Quemque dignum fortuna quam ampliſſima putant] Sic recte meus primus, Palat. & tres Guilielm. nec non Victor. & Lang. & Rom. edd. Vulgati male: *& ſi quem dignum.* hæc enim prioribus annectenda ſunt. Tales autem, de quibus Cicero hic loquitur, initio rerum fuerunt, quos ad regiæ majeſtatis faſtigium non ambitio popularis, ſed ſpectata apud bonos moderatio provexerat, ut Iuſtinus ait lib. I. *Grav.*

Aut cujus opes metuunt] Hoc eſt potentiam, & his ei ſe dedunt & ſubjiciunt ut Romanis ſe dediderunt olim Campani, Faliſci, Samnites apud Livium. vide Grotium libro I de Iure Belli & Pacis cap. 3, §. 8. & lib. II. cap. 5. §. 31.

A quibus aliquid expectant] Vt Ægyptii, qui tempore famis quo uterentur expectantes a Rege, ſe ſuoſque poſteros in perpetuam ſervitutem ei addicebant. vide Grot. lib. I. cap. 3. §. 8.

Largitiones aliquas proponunt] Vt in rep. Romana Gracchi, Iulius Cæſar aliique, propoſitis legibus agrariis, frumentariis, aliiſque hujus generis. de quibus Flor. lib. III, cap. 13 & ſequentibus ac Sueton. in Iulii vita.

Quæ ſordidiſſima eſt illa quidem ratio] *Sordidiſſima eſt illa quidem*, libri veteres. eſt autem elegans, & notum genus dicendi, quod locis quibuſdam trajectione eſt deformatum, ut Philip. VII. ubi vulgo legitur, *Cum C. Cæſari meritos quidem illi honores & debitos, ſed tamen immortales & ſingulares decreviſtis.* Ferrarius mavult, *Merito quidem illos honores:* Faernus ex antiquo illo Vaticano libro reſtituit, *Meritos illi quidem honores.* Fr. Fabrit.

Male enim ſe res habet, cum quod virtute effici debet, id tentatur pecunia] Magiſtratum enim qui emit, quæſtu habet. & longe præſtat eos reip. præ eſſe, quos virtus & ſcientia remp gubernandi ad dignitates extollit. Ariſtot. II Pol. 9. Φαῦλον τὸ τὰς μεγ-ίστας ὠνητὰς εἶναι τῶν ἀρχῶν, τήν τε βα-σιλείαν καὶ τὴν στρατηγίαν. ἔντιμον γὰρ ὁ νόμος οὗτος ποιεῖ τὸν πλοῦτον μᾶλ-λον τῆς ἀρετῆς, καὶ τὴν πόλιν ὅλην φιλο-χρ

uoniam nonnumquam hoc ſubſidium neceſſarium eſt,
uemadmodum ſit utendum eo dicemus, ſi prius iis
e rebus, quae virtuti propiores ſunt, dixerimus.
tque etiam ſubjiciunt ſe homines imperio alterius,
potestati de cauſis pluribus. ducuntur enim aut
enevolentia, aut beneficiorum magnitudine, aut
ignitatis praeſtantia, aut ſpe, ſibi id utile futurum,
ut metu, ne vi parere cogantur, aut ſpe largitio-
is, promiſſiſque capti: aut poſtremo, ut ſaepe in
oſtra repub. videmus, mercede conducti. Omnium 7
utem rerum nec aptius eſt quidquam ad opes tuen-
as, quam diligi, nec alienius, quam timeri. Prae-
lare enim Ennius: Quem metuunt, oderunt: quem
uiſque odit, periſſe expetit. Multorum autem odiis
ullas opes poſſe obſiſtere ſi antea fuit ignotum, nu-
per

ρήματον. *Vitioſum certe ſummos ma-ſtratus eſſe venales, regnum, & belli ...aturam. Nam hac lex facit, ut divitiæ ...ajore ſint in pretio, quam virtus, to-...que civitas ut avaritiæ ſit dedita.* & ...oſt: ἐθίζεσθη ἢ εὔλογον κερδαίνειν τοὺς ...νεωδῦες, ὅταν δαπανήσαντες ἄρχω-...ν. *Rationi conſentaneum eſt, eos qui ...agiſtratum emerunt velle ex illo quæ-...um facere, quoniam ſumtus in illo com-...trando impenderunt.* Sic enim locus ille ...ertendus.

Aut beneficiorum magnitudine] *Bene-...cio impellebantur ad conſtituendos reges: ...uod eſt officium proborum virorum*, in-...uit Ariſtot. III Polit. 11. *Rachel.* vid. ... v Polit. 10. & Lactant. I Inſtitut. ...ivin. c. 15.

Aut ſpe ſibi id utile futurum] Novo ...omini addit verbum. Quis enim au-...t ita loqui, venio huc ſpe, te me-...um iturum ad cœnam? Mollius ta-...men eſt cum additur *ducitur ſpe, ductus ...pe.* Nam *ſpes eſt* pro ſpero ſatis uſita-...um. *Eraſmus. Spe ſibi id utile futurum*] ...Novum hoc Eraſmo videtur: cum ...amen alibi quoque ita loquatur. ut ...ib. I de finib. *Semper ait aliquid tum ...vi ſua atque natura, quod tranquillet animos, tum ſpe nihil earum rerum de-futurum, quas natura depravata deſide-rat.* Fr. Fabrit.

Spe largitionis promiſſionibuſque capti] Sic edidit Langius, & melius qui-dem, quam ut eſt in vulgatis, *Spe largitionis promiſſioniſque capti.* Fr. Fa-brit. Sic & Pal. prim. tres Guilielm. aliique. Sed optime meus primus: *ſpe largitionis promiſſiſque capti.* Græ-vius.

Nec aptius eſt quicquam ad opes tuen-das, quam diligi] Vnde Claudian. IV conſul. Honor.

*Non ſic excubiæ, nec circumſtantia
tela
Vt tutatur amor.*

Et Seneca de clementia, cap. 19: *Vnum eſt inexpugnabile munimentum amor ci-vium.*

Nec alienius quam timeri] Nam *fru-ſtra ſe terrore ſuccinxerit, qui ſeptus ca-ritate non fuerit. armis enim arma irri-tantur*, inquit vere Plin. Paneg. capi-te 49.

Quem metuunt oderunt, quem quiſ-que odit, periiſſe expetit] Ariſtoteles 5. Polit. 10. hac de re ita diſſerit: *Cum ſint duæ cauſæ, ob quas maxime inſidian-tur*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

per eſt cognitum. Nec vero hujus tyranni ſolum, quem armis oppreſſa pertulit civitas, paret quae cum maxime

tur tyrannidi, odium & contemptus; harum altera non poteſt abeſſe a tyrannis, odium ſcilicet. Mox contendit cum odio iram, docetque, multos quoque ira incitatos exitium attuliſſe tyrannis, & concludit, ira infeſtius eſſe odium. Capite vero ult. ejuſd. libri multis exemplis illuſtrat & confirmat, tyrannidem eſſe omnium politiarum breviſſimam. *Rachel.*

Quem armis oppreſſa pertulit civitas, interitus declarat] Duo alioqui vetuſtiſſima exemplaria habent: *unum quidem, quem armis oppreſſa pertulit civitas, apparet cujus maxime oportuit interitus declarat.* alterum, *quem armis oppreſſa pertulit civitas apparet, cujus maxime opportune interitus declarat.* Fortaſſis ita legi poſſit: *apparet, cujus maxime oportuit interitu, quantum* &c. *C. Lang.* Hunc locum mutilum eſſe Guilielmius quoque vidit indicio variæ lectionis, quæ in MSS. reperitur. In ſuis ſcribebatur: *quem armis oppreſſa pertulit civitas, apparet cujus maxima portui interitus declarat.* Palat. ſec. *civitas, apparet cujus maxime protervi interitus declarat.* Guilielmius conjiciebat: *pertulit civitas, apparere cuivis maxime potuit, quantum odium* &c. In excerptis Pithæi: *pertulit civitas, apparet cujus maxime mortui oportune.* Mutilum eſſe locum nullum eſt dubium. Veſtigia veri in omnibus veteribus libris, ex quibus hæc verba corrupta non ſunt exciſa, extant. Sed id nulla vi humani ingenii, quacunque ſit ſollertia, poteſt deprehendi, ſine ope melioris libri. Is vero eſt mens divinus, ceteris omnibus præſtantior, in quo legas: *oppreſſa pertulit civitas, paret quæ cum maxime mortuo, interitus declarat.* Hæc utique Ciceronis manus eſt. Nihil argutius. ſed acumen hujus ſententiæ cum non caperent librarii, orta ſunt tanta in recentioribus libris prodigia ſcripturæ. *paret quæ cum maxime mortuo* eſt, quæ hoc ipſo tempore quamvis extinctus ſit tyrannus, mortuo tamen paret, hoc eſt Antonio & ejus ſatellitibus, qui Cæſaris acta confirmant, & ne reſcindantur, neve libertas oppreſſa inſtauretur, impediunt. Hoc eſt de quo tantopere queritur in epiſtolis ad Atticum, tyrannum eſſe ſublatum, ſed non tyrannidem, nondum ſervitutis jugum excuſſum eſſe. Nota ſunt loca, quorum non nulla ſuperius ad prooemium hujus libri a viris doctis ſunt allata. Neſciverunt interpolatores quomodo civitas poſſit dici *parere mortuo*, & quid ſit *cum maxime.* Hinc illæ labes, quibus inquinati ſunt libri. *Parere mortuo* dicitur civitas, cujus inſtituta, leges, decreta, diſciplinam civilem obſervat. Parebat mortuo tyranno, Roma cum ei columnam poneret in foro Numidici lapidis, eique inſcriberet *Patri patriæ.* Parebat civitas mortuo, cum tyranni fautores & amicos, pateretur in imperiis eſſe, tyrannicidas, qui orbis terræ cuſtodiis ſepti debebant eſſe, parietibus contineret. Parebat mortuo, cum omnia tyranni facta defenderet, cum ne contra Cæſaris nutum quiſquam hiſcere auderet, cum fundos, domos, poſſeſſiones præſtantiſſimorum civium a Cæſare occupatas pateretur poſſideri a verberonibus, illis, quibus erant a Cæſare addictæ: Parebat mortuo, cum acciperet leges poſt ejus mortem, quas Antonius mentiebatur a Cæſare in comitiis latas, vide ep. 12 lib. 14 ad Atticum & totum illum librum. In ep. 9 ſic exclamat: *Odii boni! vivit tyrannis, tyrannus occidit? ejus interfecti morte lætamur, cujus facta defendimus?* Si tyrannis vivit occiſo tyranno, paret tyranno mortuo civitas. *Cum maxime* eſt hoc ipſo tempore, in præſenti. Seneca de beneficiis III, 3: *Nemo noſtrum novit id tempus quod cum maxime tranſit, ad præterita rari animum retorquent.* Cic. de haruſp. reſponſis: *Antiqua negligimus, etiam ne ea negligemus, quæ fiunt cum maxime.* ſic recte ex MSS. emendavit Zinzerlingius,

e mortuo, interitus declarat, quantum odium ho- num valeat ad peſtem: ſed reliquorum ſimiles exi- s tyrannorum: quorum haud fere quiſquam inte- um talem effugit. Malus enim eſt cuſtos diutur- atis metus: contraque benevolentia fidelis vel ad rpetuitatem. Sed iis, qui vi oppreſſos imperio coer- nt, ſit ſane adhibenda ſaevitia, ut heris in famu- , ſi aliter teneri non poſſunt. qui vero in libera vitate ita ſe inſtruunt, ut metuantur, his nihil eſſe teſt dementius. quamvis enim demerſae ſint leges cujus opibus, quamvis timefacta libertas, emer- gunt

s, vulgo male *maxime*. hinc ſæpe
n *nunc* tanquam ſynonymum jun-
ır apud Comicor. Terent. Adel-
s IV, I: *Nunc cum maxime operis ali-*
d facere credo. Alia attuli exempla
notis ad epiſtolas ad Atticum. Sed
rimis videndus Iuſtus Zinzerlin-
s, civis meus, qui fuit politiſſimi
enii homo, in promulſide Critica
. 22. qui primus harum particula-
n minus tritam notionem obſer-
it, & multis aſſeruit ſcriptoribus.
l in ipſo Tullio mallem *quæ* præ-
ni τῷ *paret*, & addi copulam ab-
ptam: *quæque paret cum maxime*
rtuo: Verum a ſcripto ne latum un-
em diſcedo. *Græv.*

Quantum hominum odium valeat ad
tem] Libri veteres habent, *valet*:
od fortaſſe rectum eſt: quamvis
ſtris auribus aliquanto magis inu-
atum accidat. præterea hoc eſt in
varietatis, quod ſic habent, *nec ve-*
hujus tyranni ſolum, quem armis op-
eſſa pertulit civitas, apparet cujus ma-
me portuit, (al. *portui*,) *interitus de-*
rat, quantum &c. quæ verba cla-
ant ſe eſſe corrupta. *Lambin.*

Sed reliquorum ſimiles exitus tyranno-
m, quorum haud fere quiſquam interi-
m ſimilem effugit] Reliquit Lambi-
s lectionem Manutianam: tres li-
i ſcripti cum Victorianis habent,
alem interitum effugit, quartus *talem*
itum effugit: ex qua varietate ſuſpi-
cio de gloſſemate incidit, cum præſertim Langius ediderit, *Quorum haud fere quiſquam effugit*. Fr. Fabrit. Meus optimus adſtipulatur Victorio, nec veroſimile eſt *ſimilem* in eodem verſu bis poſuiſſe Tullium illum copioſum. De tyrannorum exitu idem cecinit Iuvenalis Sat. 10,

Ad generum Cereris ſine cæde & vulnere pauci
Deſcendunt reges & ſiccâ morte tyranni.

Sed iis, qui vi oppreſſos imperio coercent, ſit ſane adhibenda ſævitia] Quia, ut Salluſtius ait, *quibus artibus partum eſt imperium, iis retinetur*. Sed ſunt quoque gentes, quæ licet non vi ſint oppreſſæ, adductius tamen ſunt regendæ, quæ libertatem nec norunt, nec ejus bona curant, ut Cappadoces apud Iuſtinum, & omnes Aſiatici. vide Grot. I de Iure Belli & Pacis cap. 3. §. 8. & lib. III, cap. 8. nec tamen illæ παμβασίλειαι Aſiaticæ ſunt injuſtæ & tyrannicæ, quia volentibus populis ſic imperatur, ut docet Ariſtoteles in Politicis.

Quamvis timefacta libertas] Sic habent libri veteres & Memm. & alii. neque vero dubium cuipiam debet eſſe, quin ita legendum ſit. & miror hoc eſſe a Langio præteritum. Vſus autem hoc verbo eſt etiam Lucretius in proœmio libri 2. *His tibi tum rebus timefactæ religiones Effugiant animo pavidæ,*

gunt tamen haec aliquando aut judiciis tacitis, aut occultis de honore ſuffragiis. Acriores autem morſus ſunt intermiſſae libertatis, quam retentae. Quod igitur latiſſime patet, neque ad incolumitatem ſolum, ſed

vidæ, mortiſque timores. Lamb. *Quamvis timefacta libertas*] Sic jampridem hunc locum Victorius emendavit: ut merito Lambinus noſter admiretur, hoc a Langio eſſe præteritum, cum præſertim in multis libris vetuſtis, *timefacta*, non *tremefacta*, legatur. Sic Lucretius initio lib. 2. *His tibi tum rebus timefactæ religiones Effugiant animo pavidæ*, quem locum notavit Victorius in Emendationibus in librum XI ad familiares: ubi, *te pertimefacto*, ex veteribus exemplaribus reſtituit, cum vulgo, *te perterrefacto*, legeretur. Pacuvius Periboea apud Nonium in *Vagas*, *In triplici pertimefactus mœrore animi, incerte errans vagat.* Fr. Fabrit.

Aut judiciis tacitis] Interdum cum magno ambitu honores petebantur aperta largitione, ob candidatorum contentionem, diſciplinæ & inſtitutis patriis legumque juſſis repugnantem, populique tribus & centurias corrumpentem, Senatus decernebat, ut judicium fieret tacitum in candidatos, quo vel ante damnarentur ambitus, vel eorum comitiis ratio non haberetur, quod more majorum petiſſe non viderentur. De hoc genere judiciorum ſic in epiſtolis ad Atticum loquitur Cicero: *Senatus decrevit, ut tacitum judicium ante comitia fieret, ab iis conſiliis, quæ erant omnibus ſortita in ſingulos candidatos: magnus timor candidatorum.* hinc meridiana luce clarius redditur, quod intempeſtæ noctis umbra videbatur obductum quæ ſint lib. 2 officiorum *tacita judicia.* Turnebus. Sed Turnebi ſententia de tacitis judiciis eſt ἀπροσδιόνυσος, ut nihil magis. Tacita judicia hic ſunt, cum populus aliquo facto declarat, quid ſentiat de ſtatu reip. etſi non palam dicat. ut de Romanis notavit Sueton. in Iul. 80: *Ne populo quidem jam præſenti ſtatu læto, ſed clam palamque detrectante dominationem, atque aſſertores flagitante. Peregrinis in ſenatum allectis propoſitus eſt: Bonum factum: Ne quis Senatori novo curiam monſtrare velit.* & quæ ſequuntur. paullo poſt: *Poſt remotos Cæſetium & Marullum Tribunos, reperta ſunt proximis comitiis complura ſuffragia, Conſules eos declarantium.* Subſcripſere quidam L. Bruti ſtatuæ: *Vtinam viveres.* Item ipſius Cæſaris ſtatuæ:

Brutus quia Reges ejecit, Conſul primus factus eſt,
Hic quia Conſules ejecit, Rex poſtremo factus eſt.

Hæc ſunt tacita judicia populi ſignificantis his libellis, & hac ratione ir comitiis, qui ejus eſſet ſenſus de illo tempore, quo demerſæ jacebant lege opibus Cæſaris. De talibus tacitis judiciis ſæpe loquitur etiam in epiſtolis ad Atticum Cicero. lib. 11, ep. 19 *Populi ſenſus maxime theatro & ſpectaculis perſpectus eſt. nam gladiatoribus qua dominus, qua advocati ſibilis conſciſſi. ludis Apollinaribus Diphilus tragœdus in noſtrum Pompejum petulantii invectus eſt: Noſtra miſeria tu es Magnus. miles coactus eſt dicere: Eandem virtutem iſtam veniet tempus cum graviter gemes, totius theatri clamore dixi itemque cetera. Nam & ejuſmodi ſunt verſus, ut in tempus ab inimico Pompeji ſcripti eſſe videantur. Si neque leges, neque mores cogunt. & cetera magno cum fremitu & clamore ſunt dict Cæſar cum veniſſet, mortuo plauſu. C rius filius eſt inſecutus. huic ita plauſu eſt, ut ſalva rep. Pompejo plaudi ſol bat. tulit Cæſar graviter.* Plura tacit rum judiciorum exempla in illo lib invenies facile. *Græv.*

Occultis de honore ſuffragiis] Vi notam præcedentem.

l etiam ad opes & potentiam valet plurimum, amplectamur, ut metus abſit, caritas retineatur, facillime quae volemus, & privatis in rebus, & rep. conſequemur. etenim, qui ſe metui volent, a ibus metuentur, eoſdem metuant ipſi neceſſe eſt. uid enim cenſemus ſuperiorem illum Dionyſium, o cruciatu timoris angi ſolitum, qui cultros meens tonſorios, candenti carbone ſibi adurebat calum? quid? Alexandrum Pheraeum, quo animo iſſe arbitramur? qui (ut ſcriptum legimus) cum orem Theben admodum diligeret, tamen ad eam epulis in cubiculum veniens, barbarum, & eum idem, ut ſcriptum eſt, compunctum notis Threjiciis,

a facillime quæ volumus] Meus n. & Pith. excerpta: *ita facillime volemus.* Græv.

Qui ſe metui volent, a quibus metuen- eoſdem metuant ipſi neceſſe eſt] in variis locis inculcat Seneca que. epiſt. 105: *Timeri tam domi ſtum eſt, quam foris: tam a ſervis n a liberis. Adjice nunc, quod qui tur, timet. Nemo potuit terribilis eſcure.* Et Seneca de Clement. l. 12: *num inter regem tyrannumque dien, uterque licet non minus armis etur. ſed alter arma habet, quibus in imentum pacis utitur: alter ut ma- timore magna odia compeſcat. Nec ipſas manus, quibus ſe commiſit, rus adſpicit: contrariis in contraria ur: nam ut inviſus ſit, quia time- & timeri vult, quia inviſus eſt; lo execrabili verſu, qui multos dedit ipites, utitur:*

derint dum metuant.

: ſequentia & cap. 29: *Tantum ne- eſt timeat furor, quantum timeri it, & manus omnium obſervet, & noque quo non captatur peti ſe judi- nullumque momentum immune a me- abeat.* poſt: *Errat ſi quis tutum eſ- egem, ubi nihil a rege tutum eſt. ſe- tas mutua paciſcenda eſt.*

Barbarum & eum quidem compunctum notis Threiciis] Libri veteres habent, *notis Thraeciis:* nonnulli, *Threcidicis:* alii, *Threciis.* Lambin. Mihi videtur hic Cicero non ſatis habuiſſe, barbarum dixiſſe, niſi adderet *compunctum notis Threiciis:* non quo eum ſervum intelligeremus, ſed ut in immani barbaria natum. Nam Thraces tales habebantur. proinde in Piſonem ſcribitur, *conſulem veſtrum tanquam aliquem Thracem ad cædem faciendam conduceret.* Hoc autem obiter dicendum eſt, ut Romani Imp. prætorianis militibus & centurionibus ad cædem uti ſolebant: ſic olim tyrannos Thracibus earum rerum miniſtris & ſatellitibus uſos fuiſſe. Heſychius Τράλλεις, οὕτως ἐκαλοῦντο μισθοφόροι Θρᾷκες, τοῖς βασιλεῦσιν οὗ τὰς φονικὰς χρείας πληροῦντες. Thraces autem, ut & aliæ quædam nationes barbaræ, ſe ſtigmatis notabant, vel, ut Cicero libro II de officiis, loquitur, notis compungebant. Strabo libro ſeptimo, κατάστικτοι δ' ὁμοίως καὶ τοῖς ἄλλοις ἰλλυρίοις καὶ Θραξί. Phanocles etiam canit irrogatam a viris eſſe pœnam mulieribus in Thracia corporis notis pungendi, & ſcribellandi, ob Orphei necem, ut ſceleris recordarentur. Inquit enim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ciis, diſtricto gladio jubebat anteire: praemittebat- que de ſtipatoribus ſuis, qui ſcrutarentur arculas mu- liebres, &, ne quod in veſtimentis occultaretur te- lum, exquirerent. O miſerum, qui fideliorem & barbarum, & ſtigmatiam putaret, quam conjugem! nec eum fefellit. ab ea enim eſt ipſe propter pellica- tus ſuſpicionem interfectus. Nec vero ulla vis impe- rii tanta eſt, quae premente metu, poſſit eſſe diu- turna. Teſtis eſt Phalaris, cujus eſt praeter ceteros nobilitata crudelitas: qui non ex inſidiis interiit, ut is,

Ἃς ἀλόχους ἔστιζον, ἵν' ἐν χροῒ σήματ' ἔχουσαι
Κυάνεα, στυγεροῦ μὴ λελάθοιντο φόνου·
Ποινὰς δ' Ὀρφῆι κταμένῳ στίζουσι γυναῖκας
Εἰσέτι νῦν, κείνης εἵνεκεν ἀμπλακίης.

Turnebus. *Threicius*, pro *Tracius*, Ionica forma & ſolutione Θρηΐκιος ἀντὶ τοῦ Θρᾴκιος eſt receptum in libris Ciceronis, ſicut apud Virgilium, *Threicio* regi Æneid. 3. & *Threicia cithara*, Æneid. 6. In multis tamen libris, ut Langius & Lambinus annotarunt, legitur *Thraciis*. Sic in antiquiſſimis libris Q. Curtii, cum quibus contuli, *Thræcia* paſſim legitur. In triumphis Capitolinis, M. Licinii Craſſi *triumphus ex Thræcia* exſtat. Sunt etiam libri, in quibus, *notis Thræcidicis* legatur: ut Philippica VII. *Cum ornaſſet Thræcidicis comitem & familiarem ſuum*. Qui autem notis compuncti ſunt, Stigmatiæ, στιγματίαι, dicuntur & στίγματα ſunt notæ, & στίζειν eſt notis compungere. Dio. libr. 47. στιγματίας δέ τις οὐχ ὅσον οὐ προέδωκε τὸν στίξαντα ἀλλὰ καὶ πάνυ προθύμως ἔσωσεν. i. *Servus quidam compunctus notis non modo non prodidit dominum, qui notas inuſſerat, ſed & magno ſtudio conſervavit*. Dio Chryſoſtom. orat. I de ſervitute & libertate, Stigmatias ἐστιγμένους appellat, atque in Thræcia moris fuiſſe ſcribit, ut liberæ mulieres multis notis, quæ στίγματα vocat, ſint compunctæ. *Fr. Fabritius*.

Diſtricto gladio] Rectius vetus liber: *deſtricto gladio*. Sic videtur & in aliis locis legendum, ubi de gladiis agitur. Aliud eſt *diſtrictus*, nimirum diſtentus, occupatus, aliud *deſtrictus*, hoc eſt e vagina extractus. vide & quæ ampliſſimus & mei ſtudioſiſſimus vir Gysbertus Cuperus lib. IV obſervat. de harum vocum diſcrimine docte notavit.

Stigmatiam] *Stigmatiam*, legit Nonius Marcellus. & ita habent vet. libri. Varro quoque *Stigmatiam* fabulam Latinam allegat. Strabo lib. 11 Thraces & Illurios ſtigmatias com- memorat. huc ſpectant quæ ex Ph- nocle Stobæus refert. Obſervandu- quoque, *Threciis*, hic legi in ant- quiſſ. libris. quod & in Eutropii m- nuſcript. exemplar. obſervavi, & Ælio Lampridio Spartiano. Item Horatio, *Trex*, ſcribitur pro gene- gladiatorum. Saxa Capitolina, *Th- cia*, habent. *C. Lang.*

Nec eum fefellit] Vox, *opinio*, melioribus libris deeſt. ſic ad Attic- lib. XIV. *Sed nos, ni me fallit, jace- mus*. Et in Oratore. Sic Tacitus, *ſpeciem officii manum complexus, pulſ- venarum attigit, neque fefellit*. Et V- ro II de re ruſt. *Car. Lang.* Nec e- *fefellit*] In libris vulgatis addit *opinio*, quam vocem libri veteres r- ag-

quem modo dixi, Alexander: non a paucis, ut noſter: ſed in quem univerſa Agrigentinorum ultitudo impetum fecit. Quid? Macedones nonne emetrium reliquerunt, univerſique ſe ad Pyrrhum ntulerunt? Quid? Lacedaemonios injuſte impentes nonne repente omnes fere ſocii deſeruerunt, ectatoreſque ſe otioſos praebuerunt Leuctricae canitatis? Externa libentius in tali re, quam dome- 8
ca recordor. Verumtamen quamdiu imperium poli R. beneficiis tenebatur, non injuriis, bella aut o ſociis, aut de imperio gerebantur, exitus erant llorum aut mites, aut neceſſarii. Regum, popuum, nationum portus erat & refugium ſenatus. Noſtri

oſcunt. Sic ep. 2. lib. 4 ad famil. *ntum nos fefellerit, & quem in locum educta ſit, vides.* Plura exempla no- Langius. *Fr. Fabrit.*

emetrium] Poliorceten. vid. Pluh. in vita Pyrrhi & Demetrii, & in. XVI, 2.

pectatoreſque ſe otioſos præbuerunt trica calamitatis] Vid. C. Nep. vipaminondæ XV, 7.

uamdiu imperium populi Romani beiis tenebatur] Hoc vero factum eſocuit quoque Salluſtius in Catilin. ubi cum dixiſſet, audacia in bel- & ubi pax evenerat, æquitate ves illos remp. curaſſe, de pacis donentis ſic ait: *in pace vero quod beiis magis, quam metu imperium agint, & accepta injuria, ignoſcere m perſequi malebant.* quod Scipio que teſtatur apud Livium lib. 26, obſides bonum animum habere it, addita ratione hac: *veniſſe eos puli Romani poteſtatem, qui benefi- quam metu obligare homines malit. raſque gentes fide ac ſocietate junctas re, quam triſti ſubjectas ſervitio.*

Aut mites] Vid. Grot. III de Iure i & Pacis cap. XI. §. 6, & 7. & innis totum caput XV ejuſdem libri.

Aut neceſſarii] Nimirum cum ratio ublicæ poſtularet, ut urbes exſcinderentur, gentes vaſtarentur aut victi durius haberentur. exempla vide apud Manut. cumque pax infida & incerta eſſet, niſi hoſtes illi delerentur. Propter quam cauſſam Cato ſemper cenſebat, Carthaginem eſſe delendam. Sed quod temperamentum circa vaſtationem & ſimilia ſit tenendum. vide Grot. III de Iure Belli & Pacis capite 12.

Regum, populorum, nationum portus & refugium ſenatus] Salutare fuiſſe Romanum imperium toti orbi terrarum, multifariam veteres teſtantur. Magnifice Plutarch. libro de virtute & fortuna Romanorum, Romam vocat πᾶσιν ἀνθρώποις ἑστίαν ἱερὰν ὡς ἀληθῶς καὶ ὀνησιδώραν, καὶ πεῖσμα μόνιμον, καὶ στοιχεῖον ἀΐδιον, ὑποφερομένοις τοῖς πράγμασιν ἀγκυρηβόλιον σάλου καὶ πλάνης. *Omnibus mortalibus focum vere ſacrum atque almum, retinaculum firmum, elementum æternum, rebus mundi ſalo atque errore fluctuantibus ſtationem ad jaciendam ancoram,* ut recte hunc locum vertit Iſaacus Caſaubonus. Plin. lib. II, cap. 5 de Italia: *Numine Deum electa, quæ cælum ipſum clarius faceret, ſparſa congregaret imperia, rituſque molliret, & tot populorum diſcordes feraſque linguas ſermonis commercio contraheret ad reliqua, & humani-*

O

nita-

Noſtri autem magiſtratus, imperatoreſque ex hac una re maximam laudem capere ſtudebant, ſi provincias, ſi ſocios aequitate & fide defendiſſent. Itaque illud patrocinium orbis terrae verius, quam imperium poterat nominari. Senſim hanc conſuetudinem & diſciplinam jam antea minuebamus, poſt vero Syllae victoriam penitus amiſimus. deſitum eſt enim videri quidquam in ſocios iniquum, cum extitiſſet in cives tanta crudelitas. Ergo in illo ſecuta eſt honeſtam cauſam non honeſta victoria. eſt enim auſus dicere, haſta poſita, cum bona in foro venderet

nitatem homini daret: breviterque una cunctarum gentium in toto orbe patria fieret.

Si provincias ſi ſocios æquitate & fide defendiſſent] Quæ olim propria laus fuit populi Romani. Hinc apud Liv. lib. 33 prædicatur eſſe gens *quæ ſua impenſa, ſuo labore ac periculo bella gerat pro libertate aliorum: nec hoc finitimis, aut propinquæ vicinitatis hominibus, aut terris continenti junctis præſtet, maria trajiciat, ne quod toto orbe terrarum injuſtum imperium ſit, & ubique jus, fas, lex potentiſſima ſit.*

Patrocinium orbis terræ verius quam imperium] Fuſe de hoc patrocinio, quod humano generi præſtiterit Romanum imperium Ariſtides in inſigni illo & diſertiſſimo Romæ elogio, quod habes in tomo primo orationum ejus. Non poſſum quin pauca verba excerpam: ἀτεχνῶς γὰρ, ὥσπερ οἱ ποιηταὶ λέγουσι, περὶ τῆς Διὸς ἀρχῆς, ἅπαντα στάσεως καὶ θορύβου καὶ ἀταξίας ἦν μεστά. ἐλθόντος δὲ ἐπὶ τὴν ἀρχὴν Διὸς, πάντα δὲ καταστῆναι· καὶ τοὺς Τιτᾶνας εἰς τοὺς κατωτάτους μυχοὺς τῆς γῆς ἀπελθεῖν, συνωσθέντας ὑπ' αὐτοῦ τε καὶ τῶν σὺν αὐτῷ Θεῶν. οὕτως ἄν τις καὶ περὶ τῶν πρὸ ὑμῶν τε καὶ ὑφ' ὑμῶν πραγμάτων λογιζόμενος ὑπολάβοι ὡς πρὸ μὲν τῆς ὑμετέρας ἀρχῆς ἄνω καὶ κάτω συνετετάρακτο καὶ εἰκῇ ἐφέρετο. ἐπιστάντων δὲ ὑμῶν ταραχαὶ καὶ στάσεις ἔληξαν. τάξις δὲ πάντων καὶ φῶς λαμπρὸς ἐπῆλθε βίου καὶ πολιτείας. *Quemadmodum narrant poetæ ante Iovis principatum ſeditione ac tumultu fuiſſe omnia perturbata, ipſo autem rerum potiente eſſe compoſita, Titanibus in infimos terræ receſſus ab ipſo, & qui cum eo erant diis, expulſis: eodem modo de iis quoque, quæ tum ante vos, tum a vobis geſta ſunt, ratiocinari liceat, ita ut ante veſtrum imperium, cuncta ſurſum ac deorſum temere ferri conſueverint, vobis autem rerum gubernationi admotis, tumultus ac ſeditiones ceſſarint, & ordo atque lux in vitam atque remp. introductæ ſunt.* Hinc in eodem panegyrico dicit, univerſum orbem ſub Romanis feſtum quaſi diem agere, urbes ſplendore & decore fulgere, & totam terram inſtar paradiſi excultam eſſe, ut vere dictum ſit, inclinantem & labantem orbem a Romanis eſſe inſtauratum. Multa hujus argumenti habes quoque in non una oratione apud Themiſtium. vide & Prudentium lib. poſteriore contra Symmachum. v 598 & ſequentes.

Deſitum eſt enim videri] Sic lib. 2 de finib. *Recte jampridem contra eos deſitum eſt diſputari.* & pro Cornelio apud Priſcianum lib. 10: *Cœptum igitur per eos, qui agi volebant, deſitum eſt per hunc, qui deceſſit.* Livius lib. 5: *Nunquam deſitum interim turbari comitia interpellantibus tribunis pl.* Fr. Fabrit.

Secuta eſt honeſtam cauſam non honeſta victoria] Cauſam probat belli, qu[...] Sulla partes optimatum fovebat [...] tuebatur contra populares: victori[...]

i[...]

it & bonorum virorum, & locupletium, & certe
vium, praedam ſuam ſe vendere. ſecutus eſt, qui
causa impia, victoria etiam foediore, non ſingu-
rum civium bona publicaret, ſed univerſas provin-
as, regioneſque uno calamitatis jure comprehen-
eret. Itaque vexatis & perditis exteris nationibus,
exemplum amiſſi imperii portari in triumpho
aſſiliam vidimus, & ex ea urbe triumphari, ſine
a numquam noſtri imperatores ex tranſalpinis bel-
triumpharunt. multa praeterea commemorarem
faria in ſocios, ſi hoc uno ſol quidquam vidiſſet
lignius. Iure igitur plectimur. niſi enim multo-
m impunita ſcelera tuliſſemus, numquam ad u-
m tanta perveniſſet licentia: a quo quidem rei fa-
liaris ad paucos, cupiditatum ad multos im-
obos venit hereditas. Nec vero umquam bellorum
ilium ſemen & cauſa deerit, dum homines per-
i haſtam illam cruentam & meminerint, & ſpera-
bunt,

robat, quia erat crudelis, ſæva &
nta.
no calamitatis genere comprehende-
Libri fere omnes habent, *uno ca-*
itatis jure comprehenderet: ſed vide-
egendum, *uno calamitatis genere*:
modo edendum curavimus. *Lam-*
Vno calamitatis genere] Sic eſt in
bus ex manuſcriptis noſtris, ita-
mavult non ſolum Lambinus,
& Camerarius, quam, *uno cala-*
itis jure, quomodo libri fere omnes
ent. *Fr. Fabrit.* In poſſeſſionem
poſtliminio reduxi lectionem
nium fere MSS. quam ejecerat
binus, invecto *calamitatis genere*,
d quidem in exoletis edd. ſed mi-
e in membranaceis Guilielmio
iſſis, aut Palatino utroque. *Cala-*
itis jure eſt jure belli, quo in aliis
nebat regna Cæſar, aliis dabat,
populis largiebatur, aliis tributa
ectigalia nova imponebat: venuſte
ul atque acerbe. *I. Gruterus.* *Iure*
e vindicavit Gruterus, extat etiam
in Pithæi libro; in optimo meo hic
eſt lacuna, ſed *jus* rectius exponit
I. Frid. Gronovius, ſtatum, conditio-
nem. ut apud Cic. III Verr. 6: *Vt eo-*
dem jure eſſent, quo fuiſſent. III Agrar.
c. 2: *Libera meliore jure ſunt quam ſerva.*
Grævius.

*Niſi enim multorum impunita ſcelera
tuliſſemus*] Sic legitur etiam in noſtris
manuſcriptis & impreſſis omnibus,
maneo tamen in ſententia, ut, *Mul-
torum impunitates ſcelerum*, quod qui-
dam in veteribus libris inveniri teſtan-
tur, verius eſſe putem: neque enim
Cicero tam de multorum hominum
ſceleribus, quam de Cæſaris ſceleri-
bus multis loquitur. confirmant ſen-
tentiam noſtram Nonii Marcelli edi-
tiones in verbo *Tollere*. Fr. Fabrit. Mi-
nime a vulgata eſt recedendum. *Multi*
opponuntur *uni*. Multi autem ſunt
Clodii, aliique, qui impune multa ſce-
lera committebant, quæ impunita
novas res molientium audaciam in-
cendebant, ſpe ejuſdem impunitatis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

bunt, quam P. Sylla cum vibraſſet, dictatore propinquo ſuo, idem ſexto triceſimo anno poſt a ſceleratiore haſta non receſſit. alter autem, qui in illa dictatura ſcriba fuerat, in hac fuit quaeſtor urbanus. Ex quo debet intelligi, talibus praemiis propoſitis numquam defutura bella civilia. Itaque parietes urbis modo ſtant, & manent, iique ipſi jam extrema ſcelera metuentes: rem vero publicam penitus amiſimus: atque in has clades incidimus (redeundum eſt enim ad propoſitum) dum metui, quam cari eſſe & diligi maluimus. Quae ſi populo R. injuſte imperanti accidere potuerunt, quid debent putare ſinguli? Quod cum perſpicuum ſit, benivolentiae vim eſſe magnam, metus imbecillam, ſequitur, ut diſſeramus, quibus rebus poſſimus facillime eam, quam volumus, adipiſci cum honore & fide caritatem. Se[c]
e[…]

facta, quibus everſa fuit reſpublica. De hac impunitate toties queritur Cicero in epiſtolis ad Atticum, inprimis in libro ſecundo, & tertio. *Græviuſ.*

Quam P. Sulla cum vibraſſet, dictatore propinquo ſuo] P. Sullæ, pro quo ipſius extat oratio, avaritiam notat; qui L. Sulla Dictatore proſcriptionibus præfuerit; quibus velut imbutus ſexto & triceſimo poſtea anno, C. Cæſaris partes ſecutus ſit, non multo humaniorem in Remp. animum præ ſe ferentis. Sueton. ſane ſcribit ſuſpicionem fuiſſe, quod Cæſar ante quam ædilitatem iniret, cum M. Craſſo, P. Sulla & L. Autronio conſpiraſſet. *C. Lang.*

Dictatore propinquo ſuo] L. Cornelius Sulla Dictator fuit patruus P. Sullæ: nam Ser. Cornelii Sullæ fratris L. Sullæ filius fuit P. Sulla ut Salluſtius in Catilin. oſtendit. *Fr. Fabrit.*

Alter autem, qui in illa dictatura ſcriba fuerat, in hac fuit quæſtor urbanus] In Sullæ dictatura ſcriba fuit Cornelius, de quo Lepidus conſul apud Salluſtium, *Scilicet, quia non aliter ſalvi, ſatiſque tuti in imperio eritis, ni[…] Vettius Picens, & ſcriba Cornelius ali[…]na bene parta prodegerint.* quod cu[…] Franc. Marturantius & Petrus Marſ[…] patrum noſtrorum memoria in ſu[…] Commentariis admonuerint, mir[…] eſſe nunc homines bene doctos, q[…] ſcribant, non ſatis conſtare, quis h[…] ſit intelligendus. *Fr. Fabrit.*

Talibus præmiis propoſitis nunqua[…] defutura bella civilia] Quod multis[…]liis in locis oſtendit Cicero. In Ph[…]lippica VIII: *Haſta Cæſaris multis i[…] probis & ſpem affert, & audacia[…]* Gronov.

Diligi maluimus] *Malumus*, edi[…] Lambinus cum Victorio, pro quo[…] aliis, & noſtris manuſcriptis eſt, *m[a]luimus.* Fr. Fabrit.

Metus imbecillam] Sic habent li[…] veteres, non, *imbecillem.* neque[…]lum hoc loco, verumetiam omni[…] aliis, quibus vulgo, *imbecillis*, at[…] inde deducti caſus leguntur vete[…] libri Ciceronem *imbecillum* de[…]naſſe oſtendunt. quod quia ſæp[…] occurrit, ſemel admonere volui. *Id[…]*

non pariter omnes egemus. nam ad cujuſque vi-
m inſtitutam accommodandum eſt, a multiſne o-
ſit, an ſatis a paucis diligi. Certum igitur hoc
i idque & primum & maxime neceſſarium, fami-
itates habere fidas amantium nos amicorum, &
tra mirantium. haec enim eſt una res prorſus, ut
n multum differat inter ſummos & mediocres vi-
; eaque utriſque eſt propemodum comparanda.
onore, & gloria, & benevolentia civium fortaſſe
n aeque omnes egent, ſed tamen ſi cui haec ſup-
unt, adjuvant aliquantum tum ad cetera, tum ad
icitias comparandas. Sed de amicitia alio libro 9
cum eſt, qui inſcribitur Laelius. Nunc dicamus
gloria, quamquam ea quoque de re duo ſunt
tri libri: ſed attingamus, quando quidem ea in
us majoribus adminiſtrandis adjuvat plurimum.
mma igitur, & perfecta gloria conſtat ex tribus
, ſi diligit multitudo, ſi fidem habet, ſi cum
admi-

d cujuſque vitam inſtituendam ac-odandum] Excerpta Pithæi, un-n libri Manutii, editio princeps ge rectius: *ad cujuſque vitam inſti-m accommodandum.* hoc eſt ad illud genus, quod quis ſequendum ſi-atuit, & legit, eſt referendum, multis opus habeat an paucis a-s. *Græv.*

miliaritates habere fidas amantium micorum] Certum & verum eſt nocratis dictum: Ζῆν ἐκ ἄξιος, μηδείς ἐςι χρηςὸς φίλος. *Indi- eſt qui vivat cui non eſt fidus ami-* Recte dicit χρηςὸς φίλος: Nam ndum eundem, ἑνὸς φιλίη ξυνετῦ σεων ἀξυνέτων ἁπάντων. *Vnius pru-s amicitia ſtultorum omnium amici- præferenda.*

aque utriſque eſt propemodum com-nda] Lege: *eaque utriſque eſt pari o comparanda.* quia antea dixit, *um igitur hoc ſit, idque primum & ime neceſſarium familiaritates habere fidas amantium nos amicorum, & noſtra mirantium.* Sic II de orat. 52: *par atque una ratio.* I. Fr. Gronovius.

Qui inſcribitur Lælius] Vix eſt, ut hoc a Cicerone, non a magiſtro quodam ſit. *Guilielm.*

Summa igitur & perfecta gloria] Perfectam gloriam non definit, ſed tres ejus partes eſſe dicit Cicero: *Gloria eſt conſentiens laus bonorum, incorrupta vox bene judicantium de excellenti virtute.* εὐδοξία, inquit Ariſtoteles, Rhet. 5. ἐςὶ τὸ ὑπὸ πάντων σπουδαῖον ὑπολαμβάνεσθαι, ἢ τοιοῦτόν τι ἔχειν, οὗ πάντες ἐφίενται, ἢ οἱ πολλοὶ, ἢ οἱ ἀγαθοὶ, ἢ οἱ φρόνιμοι: quæ ita latine vertit Riccobonus: *Bona fama eſt, ſi quis ab omnibus virtute præditus exiſtimetur, vel tale aliquid habere, quod omnes appetunt, vel multi, vel boni, vel prudentes.* Honorem ibidem ita deſcribit: τιμή ἐςι σημεῖον εὐεργετικῆς δόξης, *Honor eſt ſignum beneficæ opinionis.* Capite 7. ait, Honorem eſſe tanquam ali-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

admiratione quadam honore dignos putat. Haec autem, ſi eſt ſimpliciter breviterque dicendum, quibus rebus pariuntur a ſingulis, eiſdem fere a multitudine. Sed eſt alius quoque quidam aditus ad multudinem, ut in univerſorum animos tanquam influere poſſimus. Ac primum de illis tribus, quae ante dixi, benevolentiae praecepta videamus: quae quidem beneficiis capitur maxime: ſecundo autem loco

aliquod pretium, ἀξίαν. Capite 9. inquit, *Honeſta eſſe, quorum præmium ſit honos.* Huic cum maxime adfinis laus ſit, hanc eod. cap. ita deſcribit: ἔστιν ἔπαινος λόγος ἐμφανίζων μέγεθος ἀρετῆς, *Laus eſt oratio, quæ indicat magnitudinem virtutis.* Capite 11 hæc legimus: *Et honor & gloria eſt inter jucundiſſima, quia oritur phantaſia cuique, ſe talem eſſe, & probum. Idque magis, cum id adfirmant illi, quos exiſtimat vera dicere.* Ex his apparet, virtutem eſſe cauſam perfectæ gloriæ, non tamen vulgarem, ſed excellentem: unde eleganter nonnemo *gloriam* Laboris filiam nuncupat. *Rachel.* De gloria pereruditos ac diſertiſſimos libros edidit vir magnus Hieronymus Oſorius, Luſitanus, Epiſcopus Silvenſium in Algarbiis.

Quibus rebus pariuntur a ſingulis] Hoc verbum Anemœcio durum ſine cauſa videtur, cum frequens uſus id molliverit. nam ut prætercam locos ab aliis notatos, libro ſequent. eſt. *Illud autem, quod ex eo paritur, permagnum videtur*, lib. 2 de finibus. *Cum pecunia voluptates pariantur plurimæ* & lib. 3. *Quibus etiam verba parienda ſunt, imponendaque novis rebus nomina*, &c. *Fr. Fabrit.*

Benevolentiæ præcepta videamus] Sic habent omnes libri & manuſcr. & vulgati. Quidam tamen legendum putant, *benevolentiæ multitudinis*: quia ſequitur provocabulum, *quæ*, quod refert multitudinem, hoc modo, quæ, nempe multitudo, maxime capitur beneficiis. ſic enim in omnibus fere libris legitur. Quod ſi ita legamus, in-

quiunt illi, ut eſt in libris vulgatis
benevolentiæ præcepta videamus: qu
quidem beneficiis capitur maxime. dice
Cicero benevolentiam capi beneficiis
quod non convenit. Recte illi: ſe
nos nimiæ audaciæ putamus, adde
vocem integram, cujus nulla in m
nuſcriptis compareant veſtigia. Itaq
cum hic nihil mutetur, paullo p
fortaſſe pro, *capitur*, *paritur*, lege
dum: quo depravato factum eſt,
pitur, inde, *carpitur*, inde, *capit*
ſi quis tamen ita legi malet, *bene*
lentiæ multitudinis præcepta videam
quæ quidem capitur benev. maxime, n
pugnabo. paullo poſt vocem, *bene*
lentia, temere ab aliquo illatam
contextum, delendam puto, & ſu
ſtituendum nomen, *multitudo.* Et f
taſſe hæc vox huc illata, eorum c
jecturam adjuvat, qui ſupra, *bene*
lentiæ multitudinis, legi volunt,
lectione comprobata, ſubintellig
vox, *multitudo.* Lambin. Abſit ut
vitis libris intrudamus vocem *mult*
dinis. benevolentia capitur, hoc
paratur beneficiis. pro quo ſtatim d
benefica voluntate benevolentia mov
nimirum hominum. Mirum hic
cari nonnullos, cum ſint clara &
ſpicua. *Græv.*

Beneficiis capitur] In opt. libro,
pitur, ſcriptum eſt. *Carpere fructus*
paradox. *carpere corpus*, alibi: ſic
pere lanam mulieres dicimus. *C. L*
Male. vide notam præcedentem. *F*
rantur, inquit Ariſtot. 1, Rhet. 5:
quidem & maxime illi, qui benefece
Imo & is, honoratur, qui poteſt be
cere. Pro magnitudine igitur be

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

o benefica voluntate benevolentia movetur, etiam res forte non ſuppetit. vehementer autem amor ltitudinis commovetur ipſa fama & opinione liralitatis, beneficentiae, juſtitiae, fidei, omniume earum virtutum, quae pertinent ad manſuetunem morum & ad facilitatem. Etenim illud ipſum, od honeſtum decorumque dicimus, quia per ſe bis placet, animoſque omnium natura, & ſpecie commovet, maximeque quaſi perlucet ex eis, quas mmemoravi, virtutibus: idcirco illos, in quibus virtutes eſſe remur, a natura ipſa diligere cogiur. Atque hae quidem cauſae diligendi graviſſie: poſſunt enim praeterea nonnullae eſſe leviores. des autem ut habeatur, duabus rebus effici poteſt: exiſtimabimur adepti conjunctam cum juſtitia pruden-

um honor & gloria ſuam habet *v.* Vnde vero æſtimabimus beneorum gradus? Hoc forſan ex ipſa eficii natura intelligemus, cujus i ſunt modi. Laudatus modo Phiophus ita docet *d. c. Beneficium eſt ad ſalutem, & quæcunque ſunt caucur ſimus, vel ad divitias, vel ad uod ex aliis bonis, quorum non faciest poſſeſſio, vel omnino, vel ibi, vel uando. Multi enim ob illa, quæ parexiſtimantur, honorem conſequuntur, modi & occaſiones cauſæ ſunt.* Conre hinc licet, quanta benevolentia, nore & amore quique ſuos benefares debeant complecti, qui varii t pro varietate ſocietatum & amiarum, de quibus prolixe lib. 8. & 9. com. docetur. *Rachel.* Quod optie intellexit Auguſtus, qui teſte Tao, *militem donis, populum annona, ctos dulcedine otii pellexit.* & ante paejus Iulius, de quo Sueton. in evita cap. 26: *Quod ut adeptus eſt, iora jam meditans, & ſpei plenus, llum largitionis, aut officiorum in enquam genus publice privatimque ofit.* lege quæ ſequuntur.

Benefica voluntate] His adfinia ſunt illa Ariſtot. 4. Nicom. 1. §. 37. *Non in multitudine eorum, quæ dantur, ſed in habitu ejus, qui dat, ſita eſt vis hujus virtutis.* (De Liberalitate loquitur.) *Hic autem habitus dat pro facultatibus. Itaque nihil prohibet, quo minus liberalis ſit, qui pauciora donat, ſi modo ex paucioribus donet.* Rachel. *Benefica voluntas*, Senecæ dicitur *amica voluntas* II de benef. 5: *Qui tarde & diem de die extrahens profuit, non ex animo fecit. Ita duas res maximas perdidit, & tempus & argumentum amicæ voluntatis.* Ceterum hac, quam oſtendit hic Cicero via conſecutum eſſe tantam hominum benevolentiam Titum, ut *amor & deliciæ generis humani* appellaretur ab omnibus, dicit Sueton. in ejus vita cap. 8: *Natura benevolentiſſimus* ſc. erat. h. e. tam benefica erga omnes voluntate, ut diem ſe perdidiſſe diceret, quo nihil cuiquam præſtitiſſet.

Maximeque perlucet] In duobus libris, *prolucet*, ſcribitur. In tertio, neque *perlucet*, neque *prolucet*, nec quidquam eorum loco. *C. Lang. Prolucet*, quod Langius in duobus vetuſtis repperit, ego ſpernendum non puto.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

dentiam. nam & iis fidem habemus, quos plus intelligere quam nos arbitramur, quoſque & futura proſpicere credimus, & cum res agatur, in diſcrimenque ventum ſit, expedire rem, & conſilium ex tempore capere poſſe. hanc enim utilem homines exiſtimant, veramque prudentiam. Iuſtis autem & fidis hominibus, id eſt, bonis, ita fides habetur, ut nulla ſit in his fraudis injuriaeque ſuſpicio. Itaque his ſalutem noſtram, his fortunas, his liberos rectiſſime committi arbitramur. Harum igitur duarum ad fidem faciendam juſtitia plus pollet: quippe cum ea ſine prudentia ſatis habeat auctoritatis, prudentia ſine juſtitia nihil valeat ad faciendam fidem.

quo

to. *Pro* enim habet ſignificationem amplificandi, ac palam faciendi ut in *prodi, provoca, protrahe, propelle.* Vide Feſtum. *Fr. Fabrit.*

Quoſque & futura proſpicere credimus, & cum res agatur, in diſcrimenque ventum ſit, expedire rem, & conſilium ex tempore capere poſſe] Tali ingenio fuiſſe Themiſtoclem, & hac prudentia brevi Athenienſium benevolentiam ſibi paraſſe C. Nepos in ejus vita teſtatur: *Celeriter, quæ opus erant, reperiebat: quod & de inſtantibus, ut ait Thucydides, veriſſime judicabat, & de futuris calidiſſime conjiciebat. Neque minus in rebus gerendis promtus, quam excogitandis erat. Quo factum eſt, ut brevi tempore illuſtraretur.* Sic recte locum in editis male ſe habentem diſertiſſimus vir Auguſtus Buchnerus, lumen olim Witebergæ conſtituit. Quia vero prudentes futura proſpiciunt, prudentiam vere dixerunt divinationem. Idem C. Nep. in Attic. vita de Ciceronis epiſtolis: *Sic omnia de ſtudiis principum, vitiis ducum, mutationibus reip. perſcripta ſunt, ut nihil in iis non appareat, & facile exiſtimari poſſit, prudentiam quodammodo eſſe divinationem.* Hæ ſunt illæ prudentum divinationes, certiores omnium augurum, haruſpicum, & hariolorum reſponſis. De ſe ipſe Cicero in epiſt. ad Cæcinnam lib. VI, 6: *Quo in bello nihil adverſi accidit, non prædicente me. Quare cum, ut augures, & aſtrologi ſolent, ego quoque augur publicus ex meis ſuperioribus prædictis conſtitui apud te auctoritatem augurii, & divinationis meæ: debebit habere fidem noſtra prædictio.* vide quæ ſequuntur elegantiſſima.

Iuſtitia] Hic eſt probitas & vitæ ſanctitas. Sic & apud Hebræos, & Græcos Novi Fœderis ſcriptores, Matth. V, 20. ὅτι ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν πλεῖον τῶν Γραμματέων καὶ Φαρισαίων. Vertit vetus interpres: *Niſi abundaverit juſtitia veſtra plus quam Scribarum & Phariſæorum.* h. e. niſi ſuperaverit Phariſæorum juſtitiam, ſive vitæ integritatem.

Iuſtitia plus pollet] Cic. pro Planc. 25: *Virtus, probitas, integritas in candidato, non linguæ volubilitas, non ars, non ſcientia requiri ſolet. Vt nos in mancipiis parandis, quamvis frugi hominem, ſi pro fabro, aut pro textore emimus ferre moleſte ſolemus, ſi eas artes, quas in emendo ſecuti ſumus, forte neſciverit. ſin autem emimus, quem villicum imponeremus, quem pecori præficeremus, nihil in eo, niſi frugalitatem, laborem, vigilantiam eſſe curamus: ſic populus Romanus deligit magiſtratus, quaſi reipublicæ villicos*:

licos :

quo enim quis verſutior & callidior eſt, hoc inviſior x ſuſpectior, detracta opinione probitatis. Quamobrem intelligentiae juſtitia conjuncta quantum vo-et habebit ad faciendam fidem virium. juſtitia ſine rudentia multum poterit: ſine juſtitia nihil valebit rudentia. Sed ne quis ſit admiratus, cur, cum in-er omnes philoſophos conſtet, a meque ipſo ſaepe liſputatum ſit, qui unam haberet, omnes habere irtutes, nunc ita ſejungam, quaſi poſſit quiſquam, ui non idem prudens ſit, juſtus eſſe: alia eſt illa, um veritas ipſa limatur in diſputatione, ſubtilitas: lia, cum ad opinionem communem omnis accom-nodatur oratio. Quamobrem ut vulgus, ita nos oc loco loquimur, ut alios fortes, alios bonos vi-os, alios prudentes dicamus. Popularibus enim ver-is eſt agendum & uſitatis, cum loquimur de opi-ione populari, idque eodem modo fecit Panaetius. ed ad propoſitum revertamur. Erat igitur ex tri-us, quae ad gloriam pertinent, hoc tertium, ut um admiratione hominum honore ab iis digni judi-aremur. Admirantur igitur communiter illi quidem mnia, quae magna, & praeter opinionem ſuam nimadverterunt: ſeparatim autem in ſingulis, ſi erſpiciunt nec opinata quaedam bona. itaque eos viros

os: in quibus ſi qua præterea eſt ars, cile patitur. ſin minus, virtute eorum innocentia contentus eſt.

Hoc inviſior & ſuſpectior] Exemplo , ne de aliis dicam, Alcibiades, rſutiſſimus mortalium, cum claſſis henienſium ei commiſſa fundere-t, non fortuna belli ſed fraude im-ratoris cladem hanc ſe credebant ac-iſſe: quia, ut Iuſtinus ait, *omnia dibilia in Alcibiade vigor ingenii & rum luxuria faciebat.*

A meque ipſo ſæpe diſputatum ſit] De tutum quaſi conſpiratione & con-ſu, diſputat Cicero lib. v de finibus: Virtutes inter ſe nexas conjugataſque eſſe, docet idem Tuſculan. 3. Mneſarchus quoque Athenis docuit, qui unam virtutem haberet, omnes habere, ut ait Craſſus lib. 1 de Oratore. *Fr. Fabrit.*

Popularibus enim verbis eſt agendum & uſitatis, cum loquimur de opinione populari] Quod & tacere ſe teſtatur alibi. Lib. 1 de leg. 6: *Sed quoniam in populari ratione omnis noſtra verſatur oratio, populariter interdum loqui neceſſe erit, & eam legem, quæ ſcripto ſancit quod vult, aut jubendo, aut vetando, ut vulgus, appellare.*

viros ſuſpiciunt, maximiſque efferunt laudibus, in quibus exiſtimant ſe excellentes quaſdam, & ſingulares virtutes perſpicere: deſpiciunt autem eos & contemnunt, in quibus nihil virtutis, nihil animi, nihil nervorum putant. non enim omnes eos contemnunt, de quibus male exiſtimant. nam quos improbos, maledicos, fraudulentos putant, & ad faciendam injuriam inſtructos, eos contemnunt quidem neutiquam, ſed de his male exiſtimant. Quamobrem, (ut ante dixi) contemnuntur ii, qui nec ſibi, nec alteri, ut dicitur; in quibus nullus labor, nulla induſtria, nulla cura eſt. Admiratione afficiuntur ii, qui

In quibus exiſtimant ſe excellentes quaſdam & ſingulares virtutes perſpicere] Vel unica Semiramis hoc doceat, quæ cum rebus multis præclare geſtis fateretur, quæ ſit: *non hoc*, inquit Iuſtin. l. 2, *illi dignitatem regni ademit, ſed admirationem auxit, quod mulier non feminas modo virtute, ſed etiam viros anteiret.*

In quibus nihil virtutis, nihil animi, nihil nervorum putant] Exemplo ſit ex eodem regno Sardanapalus, quem cum Arbaces vidiſſet mollitia corporis omnes fœminas anteire, *negat ſe ei parere poſſe, qui ſe fœminam malit eſſe quam virum.* Iuſtin. 1. 3. Sic Numanus apud Virgilium IX Æn. cum ſuos laudaſſet, quod in perpetuis laboribus nutriti etiam in ſenectute vires & animum eundem ſervarent, Trojanos deinde tanquam contrariis vitiis obnoxios ſic contemnit:

Vobis picta croco, & fulgenti murice veſtis
Deſidiæ cordi, juvat indulgere choreis.
O vere Phrygiæ nec enim Phryges.

Eos contemnunt quidem neutiquam] Sic Langius & Lambinus ediderunt. eodemque modo in uno ex manuſcriptis noſtris legitur. Cæteri cum vulgatis habent, *Haud eos contemnunt quidem, ſed de iis* &c. *Neutiquam* eſt nullo modo, ut de ſenectute: *Mihi vero & Flacco neutiquam probari potuit.* Idem in commentario de virtutibus apud Soſipatrum, *Illud neutiquam probantes.* Fr. Fabrit.

Qui nec ſibi, nec alteri ut dicitur] Sic fere proverbiales ſententiæ efferuntur, quaſi vulgo vel a primo verbo notæ. *C. Lang. Qui nec ſibi, nec alteri ut dicitur*] Verbum, *proſunt*, quod eſt in vulgatis libris, non comparet in manuſcr. niſi quod in uno ſcriptum vidi ſupra vocem, *alteri*, alia manu, ſupple, *proſunt*, ex hoc fonte, ſcilicet in contextum manavit. cujus rei exempla ſunt in bonis libris innumerabilia, & plura quam velle debeant, qui hæc ſacra tractant. *Lambin.* Verbum, *proſunt*, quod vulgo hic additur, Langius & Lambinus recte ſuſtulerunt. abeſt enim a manuſcriptis, & ſententia proverbiales raro integræ enuntiantur. *Fr. Fabrit.*

Admiratione autem afficiunt ii] Si legendum, libris omnibus invitis non, ut vulgo, *admiratione afficiuntu* Nam *admiratione* affici dicuntur, qu admirantur alterum: *admiratione affi cere autem, ii*, qui ſunt aliis admira biles, propter aliquam præſtantiam ut hic. *Lambin. Admiratione autem a ficiuntur*] Lambinus edidit, *afficiun* atque ita legendum eſſe, libris omn bus invitis, affirmat: quod *admir tione affici* dicantur, qui admirant al

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

qui anteire ceteros virtute putantur, & cum omni
arere dedecore, tum vero iis vitiis, quibus alii non
acile poſſunt obſiſtere. nam & voluptates, blandiſ-
imae dominae, majores partes animi a virtute de-
orquent: & dolorum cum admoventur faces, prae-
er modum plerique exterrentur: vita, mors, di-
itiae, paupertas, omnes homines vehementiſſime
ermovent. Quae qui in utramque partem excelſo
nimo magnoque deſpiciunt, cumque aliqua his
mpla & honeſta res objecta eſt, totos ad ſe con-
ertit & rapit, tum quis non admiretur ſplendo-
em pulchritudinemque virtutis? Ergo & haec a- 11
nimi deſpicientia admirabilitatem magnam facit: &
maxime juſtitia (ex qua una virtute viri boni appel-
antur) mirifica quaedam multitudini videtur: nec
njuria. nemo enim juſtus eſſe poteſt, qui mortem,
qui

lterum: *admiratione afficere* autem ii, ui ſunt aliis admirabiles propter aliuam præſtantiam, ut hic. Ego hanc ambini noſtri emendationem eo mais probo, quod Paulus Manutius in ariis lectionibus teſtatum reliquerit, ſſe libros antiquos, in quibus *affiunt*, legatur. *Fr. Fabrit.* Minime entium librorum præſtantium ſcritura eſt movenda. Nam *admiratione fficiuntur* qui tales ſe præbent, ut eos omines admirentur & colant. Sic *onore affici* dicuntur, qui honorantur, *præmio affici*, in quos præmium onfertur. vide de iis quæ admirationem & æmulationem pariunt Ariſtoel. II Rhet. 10. *Græv.*

Voluptates, blandiſſimæ dominæ majoes partes animi a virtute detorquent] Heraclitus etiam exiſtimavit, facilius æ quam voluptati obſiſti poſſe. Quæ e voluptatum blanditiis dolorumque acibus addit, eleganter quoque explit Philoſophus. *Voluptatis*, inquit, *lecebris ad turpes atque improbas actioes invitamur, & doloris aculeis ab honeſtis avocamur & deterremur.* 2 Nicom. 3. §. 5. *Qui voluptate aut dolore correptus eſt, ei ſtatim principii videndi facultas eripitur: neque is animo cernere poteſt, ſe hujus rei cauſa & propter hanc cauſam omnia aptare atque agere oportere.* 6 Nicom. 5. §. 15. *Rachel.* Cic. I de legibus: *Imitatrix boni voluptas, malorum autem mater omnium, cujus blanditiis corrupti, quæ natura bona ſunt, quia dulcedine hac & ſcabie carent, non cernimus ſatis.* Hinc virtus apud Sil. Ital. XV:

Quippe nec ira Deum, nec tela, nec hoſtes
Quantum ſola noces animis illapſa voluptas.
Ebrietas tibi fida comes, tibi luxus, & atris
Circa te ſemper volitans infamia pennis.

Mirifica quædam res] Poſtrema vox in noſtris manuſcriptis non legitur, nec eſt neceſſaria. Victorius quoque & Langius eam non habent. *Fr. Fabrit.*

Nemo enim juſtus eſſe poteſt, qui mortem, qui dolorem] Iuſti enim hominis eſt non timere mortem, exilium,
ege-

qui dolorem, qui exſilium, qui egeſtatem timet, aut qui ea, quae his ſunt contraria, aequitati anteponit. maximeque admirantur eum, qui pecunia non movetur: quod in quo viro perſpectum ſit, hunc igni ſpectatum arbitrantur. Itaque illa tria, quae propoſita ſunt ad gloriam, omnia juſtitia conficit: & benevolentiam, quod prodeſſe vult plurimis: & ob eandem cauſam, fidem: & admirationem, quod eas res ſpernit & negligit, ad quas plerique inflammati aviditate rapiuntur. Ac mea quidem

egeſtatem pro patria. Nemo poteſt eſſe juſtus, qui pluris facit divitias & voluptates, quam juſtitiam, & harum rerum cauſſa facit aliquid injuſte.

Hunc dignum ſpectatu arbitrantur] Tres vet. libri, *Hunc igni ſpectatum arbitrantur:* q. d. omnibus numeris perfectum, ut ad aurum alluſio ſit, quod igni examinatur. ſic dicimur aliquem ſpectare ex cenſu, ex voce, ex moribus. ut pro Roſcio Comœdo, *Nemo enim illum ex trunco corporis ſpectabat.* Sed magis placet recepta lectio, ut in Lælio, *Vir maximus & ſpectatus:* Et alibi, *Femina ſpectatiſſima.* C. Lang.

Hunc igni ſpectatum arbitrantur] Cum & libri vet. tres, quibus Langius eſt uſus, & noſtri ſic habeant, *igni ſpectatum:* exiſtimavi me, qui pollicitus ſum hominibus, me ad librorum manuſcriptorum normam & auctoritatem hanc editionem directurum, nihil mea fide, meoque officio alienum facturum, ſi ita edendum curarem. Eſt autem tralatio ab auro optimo, perfectiſſimo, & putiſſimo. Ovid. *Scilicet ut fulvum ſpectatur in ignibus aurum,* &c. Velim tamen ſic legi, *hunc tanquam igni ſpectatum arb.* Omnino recepta & vulgata lectio mihi non probatur. *hunc dignum ſpectatu.* quod ſi quem hæc antiqua ſuboffendat, quæ non debet, neque vulgata placeat, fortaſſe non rejecerit cujuſdam viri docti conjecturam, qui putat legendum, *hunc virum ſpectatum arbitrantur.* Sed mihi omnino antiqua videtur recta, & ſincera, maxime, ſi addatur, tanquam. *Lambin.*

Hunc igni ſpectatum arbitrantur] Hanc veterem ſcripturam primus, quod equidem ſciam, Petrus Balduinus in lucem protulit, ac ſimili Platonis loco ex VI de Republ. confirmavit, Platonis verba ſunt: τὸν δὲ πανταχοῦ ἀκήρατον ἐκβαίνοντα, ὥσπερ χρυσὸν ἐν πυρὶ βασανιζόμενον, στατέον ἄρχοντα &c. id eſt, *Cujus integritas in omnibus rebus cognita fuerit, tanquam aurum igni ſpectatum, is reip. adminiſtrationi eſt præficiendus.* Igni vero aurum optime probari, in vulgus notum eſt. hoc Plato etiam lib. 3. de rep. χρυσὸν ἐν πυρὶ βασανίζειν, dicit. Ovidius, *Scilicet ut fulvum ſpectatur in ignibus aurum.* Hanc igitur lectionem Carolus Langius in tribus libris antiquis inventam, ut ipſe fatetur, immerito repudiavit: Lambinus vero & Turnebus lib. 19. Adverſar. cap. I. recte probant, & vulgatam illam, *Hunc dignum ſpectatu arbitrantur,* improbant. At enim Cicero *virum ſpectatum* ſæpe dicit. recte: *dignum* vero *ſpectatu* ubi unquam dixit? Quem autem pecunia non moveri ſit perſpectum, eum non jam dignum ſpectatu ſed ſatis ſpectatum & cognitum dixeris. Eſt igitur retinenda vetus lectio, in qua ineſt tranſlatio ab auro optimo, perfectiſſimo, & putiſſimo: quæ verecundior fiet, ſi legas, *Hunc tanquam igni ſpectatum,* idque Lambino placere intelligo. *Fr. Fabrit.*

Vi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

iem ſententia omnis ratio atque inſtitutio vitae adumenta hominum deſiderat: in primiſque ut habeas uibuſcum poſſis familiares conferre ſermones, quod ſt difficile, niſi ſpeciem prae te boni viri feras. Ero etiam ſolitario homini, atque in agro vitam aenti, opinio juſtitiae neceſſaria eſt: eoque etiam nagis, quod ſi eam non habebunt, injuſti habeuntur: nullis praeſidiis ſepti multis afficientur inriis. Atque iis etiam, qui vendunt, emunt, conucunt, locant, contrahendiſque negotiis implicanır, juſtitia ad rem gerendam neceſſaria eſt. cujus inta vis eſt, ut nec illi quidem, qui maleficio & celere paſcuntur, poſſint ſine ulla particula juſtitiae ivere. nam qui eorum cuipiam, qui una latrociantur, furatur aliquid, aut eripit; is ſibi ne in larocinio quidem relinquit locum: illi autem, qui rchipirata dicitur, niſi aequabiliter praedam diſperat, aut interficiatur a ſociis, aut relinquatur. quiniam leges latronum eſſe dicuntur, quibus pareant, quas

Vt habeas quibus cum poſſis familia- conferre ſermones] Vitæ enim conetudo præcipuum munus eſt ac vinlum ſocietatis, & amicitiæ: uti ıribus docet Ariſtot. 9. Nicom. c. ult. ıchel.

Iuſtitia ad rem gerendam] Nonnullibri veteres habent, *ad rem guberndam*: ego legendum putarim pois vel, *ad remp. gerendam*, vel, *ad np. gubern.* verumtamen nihil muto: a enim hic loquitur de rep. geren-, ſed de privata. *Lambin.* *Ad rem endam*] Conſentiunt in hac lectionoſtri libri manuſcripti cum vulis, nec cauſam video cur quicquam ıtetur. rem enim gerunt, qui netia contrahunt vendendo, emendo, :. *Fr. Fabrit.*

Qui maleficio & ſcelere paſcuntur] nc leno apud Terentium inquit,

Leno ſum, fateor, pernicies communis adoleſcentium,
Perjurus, peſtis, tamen tibi a me nulla orta eſt injuria.

Clam furatur aliquid] *Clam*, in noſtris manuſcriptis & Victorianis non legitur. in iiſdem eſt, *Relinquit locum*, eſt vero hæc diſputatio apud Platonem extremo libro primo de Repub. unde Cicero expreſſit. *Fr. Fabrit.*

Is ſibi ne in latrocinio quidem relinquit locum] Plato 1 de rep. Δοκεῖς ἂν ἢ πόλιν, ἢ στρατόπεδον, ἢ λῃστὰς, ἢ κλέπτας, ἢ ἄλλό τι ἔθνος, ὅσα κοινῇ ἐπί τι ἔρχεται ἀδίκως, πρᾶξαι ἄν τι δύνασθαι, εἰ ἀδικοῖεν ἀλλήλους; *An cenſes civitatem aliquam vel exercitum, ſeu latrones, ſeu fures, vel alium quemvis cœtum hominum injuſte aliquid una aggredientium perficere poſſe quicquam, ſi injuria invicem ſe affecerint?* Et ſtatim: στάσεις γάρ που, ὦ Θρασύμαχε, ἥγε ἀδικία, καὶ μίση καὶ μάχας ἐν ἀλλήλοις παρέχει· ἡ δὲ δικαιοσύνη ὁμόνοιαν καὶ φιλίαν. *Seditiones, Thraſymache,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

quas obſervent. Itaque propter aequabilem praedae partitionem & Bardylis Illyrius latro, de quo eſt apud Theopompum, magnas opes habuit, & multo majores Viriatus Luſitanus, cui quidem etiam exercitus noſtri imperatoreſque ceſſerunt: quem C. Laelius, is, qui ſapiens uſurpatur, praetor fregit, & comminuit ferocitatemque ejus ita repreſſit, ut facile bellum reliquis traderet. Cum igitur tanta vis juſtitiae ſit, ut ea etiam latronum opes firmet atque augeat, quantam ejus vim inter leges & judicia in con-
12 ſtituta rep. fore putamus? Mihi quidem non apud Medos ſolum, ut ait Herodotus, ſed etiam apud majores noſtros, juſtitiae fruendae cauſa videntur olim bene morati reges conſtituti. Nam cum premeretur inops multitudo ab iis, qui majores opes habebant, ad

che, injuſtitia inimicitias contentioneſque inter illos parit: juſtitia vero concordiam & amicitiam.

Bargulus Illyrius] Quidam lib. *Bargulis*, alii *Barguris*. C. Lang. *Et Bargulis Illyrius*] In quibuſdam libris, *Bargulus* hic latro nominatur. etſi vero, cum Theopompi hiſtoria non exſtet, certi nihil de hoc afferre poſſum, conjectura tamen non omnino inani, ut puto, adducor, ut ſuſpicer, hunc eſſe *Bardylin* Illyrium, quem Theopompus opes regias apud Illyrios habuiſſe, atque a Philippo Amyntæ filio victum opidis nominis Macedonici ceſſiſſe, in Philippicis ſcriptum reliquerit. lege Diodorum Siculum lib. 16. *Fr. Fabrit.* Hujus Bardylios filiam Bircennam uxorem duxit Pyrrhus, teſte Plutarch. in ejus vita.

Viriatus Luſitanus] *Viriathus*, libri meliores, & monumenta antiquitatis. Apud Appianum in Hiſpanica eſt οὐρίαθος. apud Diodorum in fragmentis lib. 52. οὐρίατθος. ubi juſtitia ejus in prædæ partitione commemoratur. *Fr. Fabrit.* In antiquis tamen monumentis, quæ in Luſitania ſunt inventa, & a Reſendio edita, ex quo habuit illa Gruterus, ſemper Viriatus ſcribitur.

Iudicia & conſtituta reip.] Duo e[x] manuſcriptis noſtris cum Victorio & Manutio legunt, *Iudicia, & inſtitut[a] reip.* Paulo poſt: *Fruendæ juſtitiæ*, non *Servandæ* eſt in libris vetuſtis. *Fr. Fa-brit.* Legendum omnino, ut eſt in P[ali]thæanis excerptis, & jam ediderun[t] ante Langius & Fr. Fabritius, *& jud[i]cia in conſtituta rep.* h. e. recte comp[o]ſita, & ordinata. Sic *triumviri rei conſtituendæ*, & alia. *Græv.*

Iuſtitiæ fruendæ cauſſa videntur olim b[e]ne morati reges conſtituti] Imitatus e[ſt] Ariſtotelem in lib. v. Pol. niſi quod [...] reges tranſtulit Cicero, quæ Ariſtot[e]les de tyrannis dixit: ὁ δὲ τύραννος [...] τοῦ δήμου καὶ τοῦ πλήθους ἐπὶ τοὺς γνωρ[ί]μους, ὅπως ὁ δῆμος ἀδικῆται μη[δὲν] ὑπ' αὐτῶν. φανερὸν δ' ἐκ τῶν συμβεβ[η]κότων, σχεδὸν γὰρ οἱ πλεῖστοι τῶν τυρ[άν]νων γεγόνασιν ἐκ δημαγωγῶν, ὡς [εἰ]πεῖν, πιστευθέντες ἐκ τοῦ διαβάλλ[ειν] τοὺς γνωρίμους. αἱ μὲν γὰρ τοῦτον τὸν τ[ρό]πον κατέστησαν τῶν τυραννίδων. F. V[rsi]nus.

Cum premeretur inops multitudo] Moguntina editio omnium prince[ps]

unum aliquem confugiebant, virtute praeſtantem, i cum prohiberet injuria tenuiores, aequitate contuenda ſummos cum infimis pari jure retinebat. Eadem-

Romana altera, neque aliter inve- in duobus ſuis MSS. Aldus Nepos. atinus noſter uterque habet, *in otio titudo*. Guilielmio placebat, quod ebatur in tribus Suffridi MSS. *preetur in otio inops multitudo*. at mihi d *in otio* natum videtur ab altero s. Vulgati fere *premeretur initio titudo*. Gruterus. Puto legendum *oxia multitudo*, quæ ſine læſione alus cuperet honeſte vivere. *I. Fr. novius.*

Ad unum aliquem confugiebant] Aot. III Polit. II: *Hanc ob cauſſam um poteſtati ſe olim tradebant, quia um erat invenire viros multos virtute ſtantes.*

Qui cum prohiberet injuria tenuiores] *hiberet injuria*, id eſt, defendere ab uria, ut Eraſmus recte obſervavit. in Maniliana: *Erit igitur humanis veſtræ magnum eorum civium nuum calamitate prohibere.* Cæſar lib. de bello Gallico, *Trinobantibus deſis, atque ab omni militum injuria ibitis.* Non igitur placet, quod in toriana editione legitur, *Cum proeret injuriam tenuioris.* Quod vero gius ex libris antiquis legit, *Sum- cum infimis pari jure pertinebat:* ent quoque ſic exemplaria noſtra nuſcripta: verum genus loquendi n agnoſco, neque exempla, quæ gius profert, huic loco conveniunt. uno manuſcripto, veteri lectione aſa, legitur, *Summi cum infimis paure vivebant.* Lambinus veterem tionem adjuvandam, itaque legenn eſſe putat: *Ad ſummos cum infi- paria jura pertinebant*, i. pervenieit, & permanabant, ut lib. I de . deor. *Venæ in omnes corporis partes tinentes.* Fr. Fabrit.

Pari jure retinebat] *Pertinebant*, in nibus libris erat. Sic de nat. deon, *Nervi toto corpore pertinentes.* Et ſum: *Deus pertinens per naturam cujuſque rei, per terras Ceres, per maria Neptunus* &c. Livius lib. XXIII & lib. XXII. Varro, aliique loquuntur. *Car. Lang.*

Summos cum infimis pari jure retinebat] Secutus ſum libros vulgatos Nam manuſcripti habent, *pertinebant*: unde ſuſpicor, locum eſſe corruptum, & lectionem vulgatam ex conjectura & ingenio alicujus non indocti hominis eſſe natam: quam tamen non probo, exiſtimoque longe aliter eſſe adjuvandum, atque hoc modo eſſe legendum, *ad ſummos cum infimis paria jura pertinebant. pertinebant* autem, id eſt, perveniebant & permanabant. ſic de natura Deorum, lib. I. *Venæ in omnes corporis partes pertinentes* διήκουσαι. ſi quis tamen vulgatam retinere & tueri volet, non valde pugnabo. ſic enim propemodum loquitur infra eodem libro, *commoda civium non divellere, atque omnes æquitate eadem continere.* Lambin. Cave mutes *retinebat* nimirum in fide & officio. In I ad famil. 7: *Virum enim excellentem, & tibi tua præſtanti in eum liberalitate devinctum, non nihil ſuſpicantem, propter aliquorum opinionem ſuæ cupiditatis, te ab ſe alienatum, illa epiſtola retinuiſti.* Ibid. *Qui nos, quos favendo in communi cauſſa retinere potuerunt, invidendo abalienarunt.* Inſigne habes hujus ſententiæ exemplum in Solone. Athenienſis reſpublica factionibus laborabat & diſſidiis civilibus graviſſime. Potentiores oppreſſerant tenuiores propter æs alienum, ut aut cogerentur in nexu duram ſervire ſervitutem apud creditores, aut qui mollius habebantur, creditoribus ſextam partem fructuum omnium, quos capiebant ex ſuis, quos ipſi colebant, fundis pendere, unde dicti ſunt θῆτες ἑκτημόριοι. Confugiebat multitudo preſſa ad Solonem, qui præ ceteris civibus virtutis & ſapientiæ fama florebat. Is vero leges tam æquas tulit, ut pa-

Eademque conſtituendarum legum fuit cauſa, quae regum. Ius enim ſemper quaeſitum eſt aequabile. neque enim aliter eſſet jus. id ſi ab uno juſto & bono viro conſequebantur, eo erant contenti. cum id minus contingeret, leges ſunt inventae, quae cum omnibus ſemper una, atque eadem voce loquerentur. Ergo

parem gratiam, ut Iuſtinus loquitur, ab omnibus traheret. Σεισαχθία levavit tenuiores, factiones vero inter potentiores extinxit, & id effecit, ut æquis florerent legibus Athenæ, hoc eſt, ut æquitate conſtituta ſummi cum infimis pari jure uterentur. vide Plutarchum in ejus vita. *Æquitas* hic eſt illud æquum jus, ſive ut vocat, *par jus*, *æquabile jus*, ἰσονομία, quæ cives omnes iiſdem legibus ſubjicit, & reſpectu legum æquales facit, ut

Tros Rutilusve fuat, nullo diſcrimine

habeantur. Dignitate & ordinibus ſunt alii aliis ſuperiores, ſed non legibus. Si potentiſſimus & princeps reip. tenui & capite cenſo injuriam facit, æque pœnis legis eſt obnoxius, quam infimæ ſortis civis. *Græv.*

Ius enim ſemper quæſitum eſt æquabile. neque enim aliter eſſet jus] Hoc pluribus demonſtrat Ariſtot. v Nicom. 3. ubi tamen obſervandum, quod æqualitas in civitate duplex ſit Geometrica, & Arithmetica, de utraque paſſim Ariſtoteles in Ethicis & Politicis. *Rachel. Ius enim ſemper eſt quæſitum æquabile*] Ariſtot. lib. II. Pol. τὸ μὲν γὰρ δίκαιον, ἴσον δοκεῖ εἶναι. *F. Vrſin.* vide & Hug. Grotium de Iure Belli & Pacis lib. I. cap. I.

Eo erant contenti] Nec mirum. Talis enim juſtus & bonus Rex non ſecus curam gerit ſuorum civium ac bonus paſtor ſui gregis, aut pater ſuæ familiæ, ut Xenophon & Plato docuerunt.

Quæ cum omnibus ſemper una eademque voce loquuntur] Nulla ratione habita hominum, cujuſcunque ſint ſortis & ordinis. Homines enim abripiuntur plerique aut odio, aut gratia, aut commodorum ſuorum reſpectu. Hinc leges inventæ. Egregie Ariſtoteles III Polit. 12. *Qui mentem jubet imperare, videtur jubere imperare Deum atque leges. Qui vero jubet hominem, adjungit & belluam. Cupiditas enim hujuſcemodi quiddam eſt. Atque excandeſcentia eos, qui imperium habent, diſtorquet & optimos etiam viros. Quan[...] lex eſt ſine appetitione mens.* Hoc eſ[...] quod Cicero dicit, leges cum omnibus ſemper una atque eadem voce lo[...]qui. *Rachel.* Imitatus hunc locum e[...] Ammianus Marcellinus lib. 27: *Eu[...]praxius Cæſarienſis Maurus, Magiſter e[...] tempeſtate memoriæ* &c. *nuſquam a ſta[...] natura diſcedens intrepidæ, ſed conſtan[...] ſemper legumque ſimilis, quas omnib[...] una eademque voce loqui in multiplic[...]bus advertimus cauſſis.* Cui ſententi[...] affine eſt illud apud T. Livium i[...] principio lib. 2: *leges rem ſurdam [...] inexorabilem eſſe, ſalubriorem inopi qua[...] potenti: nil laxamenti & veniæ haber[...] ſi modum exceſſeris.* Vt hæc annota[...] ad Ammianum Marcellinum vir m[...]gnus Henricus Valleſius, ut & iſta [...] Dionis Chryſoſtomi oratione de ſer[...]tute verba: Καὶ μὴν ὁ νόμος αὐστη[...] ἐστι καὶ ἀπηνής. ἔθος δὲ οὐδὲν ἥδιον. καθό[...] τοὺς μὲν νόμους φασὶ ποιεῖν δούλων πο[...]τείαν. *Etenim lex eſt ſevera & immi[...] conſuetudine vero nihil eſt jucundi[...] Omnino igitur aiunt leges facere ſer[...]rum rempublicam.* Sed Io. Frideri[...] Gronovius ὁ πάνυ hunc locum oſt[...]dit a Cicerone ſumtum ex Demoſt[...]nis XIV oratione adverſus Ariſtogi[...]nem: Ἅπας ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος, [...] μεγάλην πόλιν οἰκῶσι, κἂν μικ[...] φύσει καὶ νόμοις διοικεῖται. Τούτων ἡ [...] φύσις ἐστὶν ἄτακτον καὶ ἀνώμαλον [...] καὶ ἀνδρὸς ἑκάστου ἴδιον τοῦ ἔχοντ[...]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Ergo hoc quidem perſpicuum eſt, eos ad imperan-dum deligi ſolitos, quorum de juſtitia magna eſſet opinio multitudinis. Adjuncto vero, ut iidem etiam prudentes haberentur, nihil erat, quod homines his auctoribus non poſſe conſequi ſe arbitrarentur. Omni igitur ratione colenda, & retinenda juſtitia eſt; tum ipſa propter ſeſe: nam aliter juſtitia non eſſet: tum propter amplificationem honoris & gloriae. Sed ut pecuniae non quaerendae ſolum ratio eſt, ſed etiam collocandae, quae perpetuos ſumptus ſuppeditet, nec ſolum neceſſarios, ſed etiam liberales: ſic gloria & quaerenda & collocanda ratione eſt. Quamquam praeclare Socrates, hanc viam ad gloriam proximam, & quaſi compendiariam dicebat

δὲ νόμοι κοινὸν καὶ τεταγμένον πᾶσιν. vertit Wolfius: *Vniverſa vita* [m]*ortalium, ſive magnam urbem incolant,* [ſiv]*e parvam, natura & legibus regi*[tur]. *Ac natura quidem confuſa &* [in]*equalis eſt, & a peculiari cujuſque pen*[de]*t ingenio, leges autem communes &* [ord]*inatæ ſunt, & eædem univerſis.* vide plura.

Adjuncto vero] Locutio elegans & [fre]*quen*tata. Salluſt. lib. v. hiſtoriarum apud Priſcian. *At Lucullus audito Mar*[ci]*um Regem procos. per Lycaoniam cum* [tri]*bus legionibus in Ciliciam tendere.* Et [ite]rum: *Legiones Valerianæ comperto,* [leg]*e Gabinia Bithyniam & Pontum con*[cess]*i datam.* C. Lang.

Tum ipſa propter ſeſe] Inter alia quæ [ad] genuinæ virtutis cultum pertinent, [et] iam hoc exigit Ariſtoteles 2. Nicom. §. 10. ut agens agnoſcatur talia ſuſcipere προαιρούμενος, & quidem προαιρούμενος δι' αὐτά. Vt adeo ipſius Iuſti[tia]e amore juſta juſte ſint peragenda. [Mi]*chel.* Divine Seneca ep. 113: *Sacra* [...] *eſt juſtitia alienum bonum ſpectans,* [ni]*hil ex ſe petens, niſi uſum ſui. me ju*[stu]*m eſſe gratis oportet. parum eſt. me in* [ha]*nc pulcherrimam virtutem ultro etiam* [im]*pendere juvet. non eſt quod ſpectes, quod ſit juſtæ rei præmium majus, quam juſtum eſſe.* Nam, ut alibi idem dicit, *rerum honeſtarum pretium in ipſis eſt.* Hinc qui ſic juſtitiam colit dicitur Ovidio v de Triſt. el. 14:

pretium cui virtus ipſa petitum.

Nam aliter juſtitia non eſſet] *Id enim ipſum injuſtiſſimum eſt, juſtitiæ mercedem quærere*, ut ait Cic. 1 de legibus. Et IV Academ. *Charitas, amicitia, juſtitia reliqua virtus eſſe nulla poteſt, niſi erit gratuita. nam quæ mercede aliqua ad officium pellitur, ea non eſt virtus, ſed fallax imitatio, ſimulatioque virtutis.*

Sic gloriæ quærendæ & collocandæ ratio eſt] *Sic* omnes quidem libri habent: & ita legendum videtur, *non ſic, ſic gloriæ & quærendæ & collocandæ ratio eſt.* Atque hoc modo operarii iſti ediderunt olim me imprudente & inſcio, cum juſſiſſem lectionem vulgatam & receptam ſervari, quæ eſt, *ſic gloria & quærenda, & collocanda ratione eſt.* Lambinus.

Hanc viam ad gloriam proximam & quaſi compendiariam dicebat eſſe, ſi quis id ageret, ut qualis haberi vellet, talis eſſet] Vide de hoc loco, & unde hauſerit Cicero hoc apophtegma Socratis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

bat eſſe, ſi quis id ageret, ut, qualis haberi vellet, talis eſſet. Quod ſi qui ſimulatione, & inani oſtentatione, & ficto non modo ſermone, ſed etiam vultu, ſtabilem ſe gloriam conſequi poſſe rentur, vehementer errant. Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur: ficta omnia celeriter, tanquam floſculi, decidunt, nec ſimulatum poteſt quidquam eſſe diuturnum. Teſtes ſunt permulti in utramque partem, ſed brevitatis cauſa, familia erimus contenti una. Tiberius enim Gracchus, P.F. tamdiu laudabitur, dum memoria rerum Romanarum manebit. At ejus filii, nec vivi probabantur bonis, & mortui
13 numerum obtinent jure caeſorum. Qui igitur adipiſci veram gloriam volet, juſtitiae fungatur officiis. ea quae eſſent, dictum eſt libro ſuperiore. Sed, ut facilli-

diſputantem. P. Victorium Var. lect. lib. v, cap. 11.

Si quis id ageret, ut, qualis haberi vellet, talis eſſet] Quod & ICti inculcant, qui in D. monent, ut ſis quod eſſe velis, nihilque malis. ut & Horat. 1. ep. 16:

Tu recte vivis, ſi curas eſſe, quod audis.

Euripides:

Εἰ μὴ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλεις
Βαθεῖαν αὔλακα διὰ φρενῶν καρπούμενος,
Ἐξ ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα.

Si non videri optimus, ſed eſſe velis
Profundum ſulcum mentis conſerens,
Ex illa pulchra provenient conſilia.

Inani oſtentatione] Brevi detegitur oſtentatio, & irridetur licet primo fallat. Phædrus lib. 1.

Virtutis expers verbis jactans gloriam
Ignotos fallit, notis eſt deriſui.

vide Terentii Thraſonem, & alios Comicorum pyrgopolinicas.

Nec ſimulatum poteſt quicquam eſſe diuturnum] Quintilian. lib. XII, cap. 1. *Prodit ſe, quam libet cuſtodiatur ſimulatio: nec unquam fuerit tanta eloquendi facultas, ut non titubet, aut hæreat, quoties ab animo verba diſſentiunt. Vir autem malus aliud dicat neceſſe eſt, quam ſentit.*

Tiberius enim Gracchus, Publii filius] Ex more veterum in Pithæi excerptis & aliis vetuſtioribus libris; ut & editis: *Tiberius enim Gracchus, P. F.*

Mortui nomen obtinent jure cæſorum] Libri veteres nonnulli habent, *nomen*: nonnulli, *numer.* ex quibus alii, *nomen*, fecerunt, alii *numerum* quod magis probo, præſertim cum ſi plane habeant alii nonnulli veteres Langius tamen edidit, *nomen*: quem hic non invitus olim ſecutus ſum. *Lambin. Nomen obtinent jure cæſorum.* Sic habent non ulli libri manuſcripti quos Langius & Lambinus hic ſecuti ſunt. in aliis eſt, *Numerum obtinent jure cæſorum*, id eſt, in iis, qui jure cæſi ſunt, numerantur. quod magis placet. *Fr. Fabrit.* Non erat eleganti Langianæ immutare meliorum codicum & primarum editionum ſcripturam tam elegantem. *Numerus* enim Ciceroni aliiſque ſcriptoribus optimis ſæpiſſime ſtatus eſt & conditio homin

Ci

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ilime, quales ſimus, tales eſſe videamur, etſi in eo
ſo vis maxima eſt, ut ſimus ii, qui haberi velimus,
men quaedam praecepta danda ſunt. nam ſi quis ab
eunte aetate habet cauſam celebritatis & nominis,
t a patre acceptam, (quod tibi, mi Cicero, arbi-
or contigiſſe) aut aliquo caſu atque fortuna, in
hunc

c. 3 de nat. Deorum 20: *Errantes læ numerum Deorum obtinebant.* Di-
. in Cæl. c. 19. *Cum is tibi parentis nero fuiſſet.* C. Nep. Epaminon. c. 7. *t enim ibi privatus numero militis.* ſar 11 de bello civili: *Reliquæ copiæ ſis ad Varum noctu legatorum nume- enturionibus, ſeſe ei dederunt.* I. Fr. onov. apud quem plura vide 1 Ob- . c. 4.

Si quis ab ineunte ætate habet cauſam ebritatis & nominis aut a patre acce- m] Si quis claris parentibus eſt us. Nobilitatem multi ſunt, qui vant, ut Socrates in Theæteto, qui , unumquemque noſtrum, cum numeros majores habuerit, inepte tare nobilitatem, cum in cujuſque minis genere & reges, & mendici, liberi & ſervi multi fuerint. Eſſe que nobilitatem inane nomen. Sed bilitatis tamen ſemper apud omnes tes magnus fuit honos, magnum emium, ut ea patefecerit poſteris m ad magnas dignitates conſequen- , iis etiam, quos, ſi obſcuro fuiſſent ere prognati, nemo dignos habuiſ- adſpectu, & alloquio. Hinc nobi- tem vocat blandam conciliatricu- n Cic. pro Sext. *Erat hominum opinio- nobilitate ipſa, blandi conciliatricula, nmendatus. omnes boni ſemper nobili- i favemus, & quia utile eſt reipubli- nobiles homines eſſe dignos majoribus s, & quia valet apud nos clarorum minum, & bene de rep. meritorum me- ria etiam mortuorum.* Hos multis emplis oſtendit Seneca, aliis etiam uſſis additis, quam quas Cicero at- lit, IV de benef. 30: *Non ſine ratione ra eſt magnarum virtutum memoria: eſſe plures bonos juvat, ſi gratia bono- m non cum ipſis cadat. Ciceronem filium æ res conſulem fecit, niſi pater? Cin- nam nuper quæ res ad conſulatum recepit ex hoſtium caſtris? quæ Sextum Pom- pejum, alioſque Pompejos, niſi unius vi- ri magnitudo? tanta quondam, ut ſatis alte omnes ſuos etiam ruina ejus attolle- ret. Quid nuper Fabium Perſicum, cujus oſculum etiam impuri vitabant, ſacerdo- tem non in uno collegio fecit, niſi Verrucoſi & Allobrogici, & illi trecenti, qui ho- ſtium incurſioni pro rep. unam domum objecerant? Hoc debemus virtutibus, ut non præſentes ſolum illos, ſed etiam abla- tas e conſpectu colamus. Quomodo illæ id egerunt, ut non in unam ætatem pro- deſſent, ſed beneficia ſua etiam poſt ipſos relinquerent: ita & nos non una ætate grati ſumus. Hic magnus viros genuit, dignus eſt beneficiis, qualiſcunque eſt. di- gnos dedit. Hic egregiis majoribus ortus eſt: qualiſcunque eſt ſub umbra ſuorum lateat. Vt loca ſordida repercuſſu ſolis il- luſtrantur, ita inertes majorum ſuorum luce reſplendent.* Euripides in Temeneſi apud Stobæum:

φεῦ φεῦ. τὸ φῦναι πατρὸς εὐγενοῦς ἄπο
Ὅσην ἔχει φρόνησιν, ἀξίωμά τε.
Κἂν γὰρ πένης ὢν τυγχάνῃ χρηστὸς γεγὼς
Τιμὴν ἔχει τιν' ἀναμετρούμενος δέ πως
Τὸ τοῦ πατρὸς γενναῖον ὠφελεῖ τρόπῳ.

vertit Grotius:

Proh quanta res eſt, quam valens ad gratiam
Claro parente ducere excelſum genus:
Nam qui bonis eſt natus, in re paupere
Retinet honorem, & decoris antiqui memor
Seſe ipſe contra tela fortunæ erigit.

Aut aliquo caſu] Qualis fuit Æmilius Lepidus, *qui puer etiam tum pro- greſ-*

hunc oculi omnium conjiciuntur, atque in eum, quid agat, quemadmodum vivat, anquiritur: & tanquam in clariſſima luce verſetur, ita nullum obſcurum poteſt nec dictum ejus eſſe, nec factum. Quorum autem prima aetas propter humilitatem, & obſcuritatem in hominum ignoratione verſatur, hi ſimul ac juvenes eſſe coeperunt, magna ſpectare, & ad ea rectis ſtudiis debent contendere, quod eo firmiore animo facient, quia non modo non invidetur illi aetati, verum etiam favetur. Prima igitur eſt adoleſcenti commendatio ad gloriam, ſi qua ex bellicis rebus comparari poteſt, in qua multi apud majores noſtros exſtiterunt: ſemper enim fere bella gerebantur. Tua autem aetas incidit in id bellum, cujus altera pars ſceleris nimium habuit, altera felicitatis parum. Quo tamen in bello, cum te Pompejus alae alteri praefeciſſet, magnam laudem & a ſummo viro, & ab exercitu conſequebare equitando, jacu-

lan-

greſſus in aciem, hoſtem interemit, civem ſervavit, cujus memorabilis operis index eſt in Capitolio ſtatua bullata, & incincta prætexta SC. poſita. Iniquum enim putavit, eum honori nondum tempeſtivum videri, qui jam virtuti maturus fuiſſet. ut litteris prodidit Valer. Max. III. I. ubi vide plura eorum exempla, quos caſus in adoleſcentia illuſtravit.

Ita nullum obſcurum poteſt nec dictum ejus eſſe nec factum] Itaque generis claritas, ut magnum adjumentum poſteris eſt ad gloriam & decus, ſic, ſi a virtute majorum deficiant poſteri, nobilitatis ſplendor lumen quaſi eis præfert ad prodendam infamiam, & omnium oculis & probris objiciendam. Præclare Marius apud Salluſt. in Iugurtin. c. 85: *Profecto ita ſe res habet, majorum gloria poſteris quaſi lumen eſt: neque bona eorum, neque mala in occulto patitur.* vide Iuvenalis Sat. VIII. In excerptis Pithæi legitur: *ita ut nullum obſcurum poſſit nec dictum ejus eſſe nec factum.* ſed vulgata non eſt ſolli[...] citanda.

Rectis ſtudiis] Virtute, labore probis inſerviendo, non ambition[...] vulgi, largitionibus, conviviis, [...] liiſque malis artibus. vide Marii m[...] do laudatam orationem apud Sall[...] ſtium.

In qua multi apud majores noſtros ex[...] titerunt] Bellicæ enim rei & eloque[...] tiæ ſtudebant Romani, ceteras art[...] fere negligebant, & Græcis relinqu[...] bant.

duo ſunt quibus extulit inge[...]
Roma caput, virtus belli & ſapien[...]
pacis.

ut Sulpitia canit. Sane omnes Rom[...] ni poſt annum tyrocinii militiæ n[...] men dabant: Non poterant, niſi n[...] litaſſent, adſpirare ad civiles digni[...] tes ullas.

Alæ alteri præfeciſſet] Alæ tum te[...] poris dicebantur equitum turmæ

p[...]

ndo, omni militari labore tolerando. atque ea qui-
m tua laus pariter cum repub. cecidit. Mihi au-
n haec oratio ſuſcepta non de te eſt, ſed de gene-
toto. quamobrem pergamus ad ea, quae reſtant.
igitur in reliquis rebus multo majora ſunt opera
mi, quam corporis: ſic hae res, quas perſequi-
ur ingenio ac ratione, graviores ſunt, quam illae,
as viribus. Prima igitur commendatio proficiſcitur
nodeſtia, tum pietate in parentes, tum in ſuos
nivolentia. Facillime autem, & in optimam par-
tem

vincialibus conſcriptæ, quas in le-
ariarum xxx turmarum locum,
olim legebantur ex equeſtri ordi-
addebantur tum legionibus: E-
autem nonnunquam quinquage
æ, non nunquam milliariæ, ſub
nis certe Imperatoribus, ut pluri-
diſputat, vir genere & ingenio
mus Herm. Rhabodus Schelius in
ratiſſimis diſſertationibus ad Hy-
m & Polybium de caſtris Roma-
um. Vides autem non primum
e Auguſtum, qui liberis Sena-
m militiam auſpicantibus, cum
natum legionis, tum præfecturas
um dederit, ut Suetonius notat in
vita, ſed hoc jam feciſſe Pompe-
. Sed quæ eſt illa *altera ala?* Sin-
legioni una tantum ala addeba-
Vereor ne τὸ *alteri* natum ſit vi-
ibrarii oſcitantis ex voce *alæ* forte
repetitæ, ideoque delendum, &
endum *cum te Pompejus alæ præfe-*
. Nam licet duæ alæ legioni ad-
entur, aut plures eſſent in exer-
, & loqueretur de alis ſociorum,
tamen intelligeret, quæ eſſet ala
a, ſi non legionis nomen ad-
atur. Sed hæc omnia ſunt ab-
a iis, qui militiam Romano-
norunt. Itaque perſuaſiſſimum
eo τὸ *alteri* expungendum eſſe. *Græ-*
.

odeſtia] Mire hæc facit ad conci-
dos hominum animos. Sophocl.
c. Flagell.

φεῦ φεῦ τὸ σῶφρον ὡς ἁπανταχοῦ καλόν
Καὶ δόξαν ἐσθλὴν ἐν βροτοῖς κομίζεται.

Heu heu quam ubique pulchra eſt modeſtia,
Et egregiam gloriam inter homines affert.

Exemplum vivum eſt Demetrius, Philippi Macedoniæ Regis filius, a patre miſſus Romam ad ſatisfaciendum ſenatui, qui modeſtia ſua veniam patri, non jure defenſionis, ſed patrocinio pudoris obtinuit, auctore Iuſtino lib. 32, 2. vide ſuperius lib. 1, cap. 34.

Pietate in parentes] De illo enim magna ſibi promittunt, ut Athenienſes de Cimone: *cujus magnitudinem futuram pietatis documenta prodiderunt. Quippe patrem ob crimen peculatus in carcerem conjectum, ibique defunctum, tranſlatis in ſe vinculis, ad ſepulturam redemit*, ut Iuſtinus ait 11, 15. Quod non ignorarunt imperatores, qui mimo pietatis, cum adirent imperium, populi benevolentiam aucupabantur. Edictum primum, quo Tiberius, Auguſto mortuo cogebat ſenatum, erat: *de honoribus parentis conſulturum, neque abſcedere a corpore, idque unum ex publicis muneribus uſurpare.* Tacit. 1 ann. 7. Claudius ſtatim cum ſuſcepiſſet imperium, *converſus ad officia pietatis, jusjurandum neque ſanctius ſibi, neque crebrius inſtituit quam per Auguſtum,*

vide

tem cognoſcuntur adoleſcentes, qui ſe ad claros, & ſapientes viros, bene conſulentes reip. contulerunt: quibuſcum ſi frequentes ſint, opinionem afferunt populo, eorum fore ſe ſimiles, quos ſibi ipſi delegerint ad imitandum. P. Rutilii adoleſcentiam ad opinionem & innocentiae, & juris ſcientiae P. Mucii commendavit domus. nam Lucius quidem Craſſus, cum eſſet admodum adoleſcens, non aliunde mutuatus eſt, ſed ſibi ipſe peperit maximam laudem ex illa accuſatione nobili & glorioſa. &, qua aetate qui exercentur, laude affici ſolent (ut de Demoſthene accepimus) ea aetate L. Craſſus oſtendit, id ſe in foro opti

vide multa apud Suet. Claud. c. 11. & ſimilia de Nerone cap. 8: *Orſus hine a pietatis oſtentatione Claudium apparatiſſimo funere elatum laudavit, conſecravitque.* & quæ ſequuntur.

Qui ſe ad claros & ſapientes viros, bene conſulentes reip. contulerunt] Vide ſuperius ad lib. 1. c. 34.

P. Rutilii adoleſcentiam] Recenſetur etiam inter diſcipulos P. Mutii a Pomponio de Orig. Iur. §. 40. Ejus adoleſcentis familiaritate delectatus eſt C. Lælius ſapiens. Cic. in Læl. Bello Numantino Tribunus militum ſub Scipione militavit, cujus hiſtoriam poſtea litteris mandavit. Appian. in Iberic. Tribunus plebis C. Hoſtilium Mancinum Conſularem a patre patrato Numantinis deditum, & non receptum, cum Romam rediiſſet, in Senatum venire non dubitantem, e Senatu juſſit educi, quod eum civem negaret eſſe. Cic. 1 de orat. 40. Conſulatum geſſit a. v. 648 collega Cn. Mallio, vel Manlio Cn. F. Maximo, ut eſt in nummo aureo apud Golz. Poſt Conſulatum Q. Mucio P. L P. M. Scævolæ Aſiæ Proconſuli legatus fuit. Epit. Liv. 70. de ſcriptis ejus vide Cujacium 11 Obſerv. 27. & Torrent. ad Suet. Aug. 89. Rupertus.

P. Mucii] Hic eſt P. Mucius P. F. Q. N. P. PRON. Scævola Coſ. fuit a. v. 620, Collega L. Calpurnio Piſo-
ne Frugi. Pontificatum maximur
adeptus eſt occiſo fratre P. Licini
Craſſo Muciano ab Ariſtonico in A
ſia. Tertius ejus frater fuit Q. Muciu
Scævola Augur. Omnes tres æque vi
tutis ac integritatis ac Iuriſprudenti
laudibus floruerunt. P. Mucium Po
tificem Cicero in Bruto vocat Iuri
conſultorum diſertiſſimum. Sed
filius ejus Q. Mucius Scævola juris fu
peritiſſimus. vide de his Muciis R
pertum ad Pompon. de orig. Iur
§. 39, & 41.

L. quidem Craſſus] Annos natus
num & viginti, ut Cicero teſtatur 3
orat. ſed ſecundum auctorem dial
de cauſſis corruptæ eloquentiæ, qu
Quintilianum eſſe nullus dubito,
34. annos natus undeviginti C. C
bonem accuſavit, & damnavit.
quo Cicero multis in locis. In Bru
de claris oratoribus. *Craſſus verſa
eſt in omni fere genere cauſſarum. Ma
in locum principum cauſſarum venit.
cuſavit C. Carbonem, eloquentiſſim
hominem admodum adoleſcens: ſumm
ingenii laudem non modo, ſed etiam
mirationem eſt conſecutus.* plura ibi
de.

Id ſe in foro optime jam facere] I
eſt vera hujus loci lectio, quam
Langium Victorius publicavit. q
autem in vulgatis quibuſdam,
præmeditatum, in aliis, *Impræmed*
ti

optime jam facere, quod etiam tum poterat domi
cum laude meditari. Sed cum duplex ratio ſit oratio- 14
nis, quarum in altera ſermo ſit; in altera contentio:
non eſt id quidem dubium, quin contentio oratio-
nis majorem vim habeat ad gloriam. ea eſt enim quam
eloquentiam dicimus. ſed tamen difficile dictu eſt,
quantopere conciliet animos hominum comitas affa-
bilitaſque ſermonis. Exſtant epiſtolae & Philippi ad
Alexandrum, & Antipatri ad Caſſandrum, & Anti-
goni ad Philippum filium, trium prudentiſſimorum,
(ſic

um, legitur, id e gloſſemate irre-
ſiſſe, veterum librorum auctoritas
emonſtrat. *Fr. Fabrit.*

*Quod etiam tum poterat cum laude me-
itari*] Locus erat corruptiſſ. *Medi-
ari* eſt exercere, & tam ad corpus
uam ad animum pertinet. Itaque *do-
ni meditari*, pro periclitari & decla-
natorio genere ſeſe exercere dixit. In-
elligit autem nobilem illam Carbo-
is accuſationem, de qua ipſe in Bru-
o. & Tacitus de Oratoribus, L. Craſ-
us, inquit, anno ætatis nono deci-
no C. Carbonem accuſavit: uno &
iceſimo Cæſar Dolabellam. *C. Lang.*
Etiam mihi valde ſuſpectum eſt. Sen-
entia ſane facilior erit, & concinnior
i id deleveris. *Græv.*

*Quin contentio orationis majorem vim
abeat etiam ad gloriam*] Hæc eſt ſcri-
tura Palatinorum, a quibus nihil a-
it F. aut Romana ed. prima, niſi
uod eæ *& ad gloriam.* ſicque etiam
eqq. edd. præterquam quod deſti-
uantur illo *&*. at poſteriores *orationis
lurimum poſſit, & ad majorem vim
abeat ad gloriam.* Lambinus vero,
*lus poſſit, majoremque vim habeat &
d gratiam & ad gloriam.* valde licen-
er. *Gruterus.* Recte Gruterus. Sed τὸ
etiam, aut quod in aliis eſt *&* exſcin-
endum quoque, auſpiciis editionis
rimæ & meliorum aliarum. Debet
ane deleri, ſententia quoque, & re-
cte loquentium conſuetudine poſtu-
ante. *Græv.*

*Quantopere conciliet animos hominum
comitas affabilitaſque ſermonis*] Nam ſecundum Tragicum veterem:

Ἐν δ' εὐπροσηγόροισιν ἔστι τις χάρις.

In comitate magna vis eſt gratiæ, ut vertit H. Grotius. Contra quam abſurda ſit arrogantia, & faſtus egregie docet Plutarch. diſſert. ad princ. ineruditum: Νοῦν οὐκ ἔχοντες οἱ πολλοὶ τῶν βασιλείων καὶ ἀρχόντων μιμοῦνται τοὺς ἀτέχνους ἀνδριαντοποιοὺς, οἳ νομίζουσι μεγάλους καὶ ἁδροὺς φαίνεσθαι τοὺς κολοσσοὺς, ἂν διαβεβηκότας σφόδρα καὶ διατεταμένους καὶ κεχηνότας πλάσσωσι. καὶ γὰρ οὗτοι βαρύτητι φωνῆς, καὶ βλέμματος τραχύτητι, καὶ δυσκολίᾳ τρόπων, καὶ ἀμιξίᾳ. διαίτης ὄγκον ἡγεμονίας καὶ σεμνότητα μιμεῖσθαι δοκοῦσιν, οὐδ' ὁτιοῦν τῶν κολοσσικῶν διαφέροντες ἀνδριάντων, οἳ τὴν ἔξωθεν ἡρωϊκὴν καὶ θεοπρεπῆ μορφὴν ἔχοντες, ἐντόν εἰσι γῆς μεστοὶ καὶ λίθου καὶ μολύβδου. *Plerique principum atque regum ob amentiam imitantur imperitos ſtatuarios, qui exiſtimant coloſſos ſuos magnos & venuſtos futuros, ſi tibiis quam maxime diductis diſtentos & hiantes finxerint: ſic iſti gravitate vocis & vultus torvitate, & morum aſperitate, & averſatione conſuetudinis aliorum majeſtatem imperii præ ſe ferre putant: nihil omnino differunt tamen ab iſtis coloſſis, qui foris heroica aut divina forma ſunt, intus terra, lapidibus, & plumbo ſunt repleti.*

Et Antigoni ad Philippum filium] Ita legitur in libro manuſcripto, cum in vulgatis deſit vox *filium*. F. Vrſinus.

(ſic enim accepimus) quibus praecipiunt, ut oratione benigna multitudinis animos ad benivolentiam alliciant, militeſque blande appellando deliniant. Quae autem in multitudine cum contentione habetur oratio: ea ſaepe univerſam excitat. Magna eſt enim admiratio copioſe ſapienterque dicentis: quem qui audiunt, intelligere etiam & ſapere plus quam ceteros arbitrantur. Si vero ineſt in oratione miſta modeſtiae gravitas, nil admirabilius fieri poteſt; eoque magis, ſi ea ſunt in adoleſcente. Sed, cum ſint plura cauſarum genera, quae eloquentiam deſiderant, multique in noſtra repub. adoleſcentes & apud judices, & apud ſenatum dicendo laudem aſſecuti ſint, maxima admiratio eſt in judiciis: quorum ratio duplex eſt. nam & ex accuſatione, & defenſione conſtat: quarum etſi laudabilior eſt defenſio, tamen etiam accuſatio probata perſaepe eſt. Dixi paullo ante de Craſſo. idem

Blando appellando ſermone delin.] Tres libri veteres non habent, *ſermone*. alii, *blando appellando ſermone deleniunt*, ſeu *deliniunt*. quos ſequimur, vulgati, *blande appellando ſermone deliniant*. quæ lectio ferri non poteſt. *Lambinus.*

Ea ſæpe univerſam excitat] Lib. manuſcriptus unus habet, *Ea ſæpe univerſam excitat turbam vel gloriam*. Ex quo facile conjicio dictionem, *gloriam*, ex indocto aliquo gloſſematio irrepſiſſe. nam univerſam, refertur ad multitudinem. Quid vero ſignificet *univerſam excitare gloriam*? C. Lang.

Ea ſæpe univerſam excitat, magna eſt &] Vocem, *gloriam*, quæ reperitur in libris vulg. poſt verbum, *excitat*, in manuſcr. vero, nullum ejus exſtat veſtigium, funditus delevi. quæ ſine dubio ab aliquo ſciolo adjecta eſt, qui non videret ſubintelligi, *multitudinem*, & repeti e ſuperiore. *Lambin.*

Ea ſæpe univerſam excitat] Vulgo additur, *gloriam*. quod Langius recte ſuſtulit, & notat, *univerſam* referri ad multitudinem. quod vero alii, *univerſam gloriam*, ſummam & perfectam interpretantur, non placet. *Fr. Fabrit.*

Si vero ineſt in oratione miſta modeſtiæ gravitas] Pith. excerpta: *Si vero ineſt in oratione miſta modeſtia & gravitas.*

Sed cum ſint plurima cauſſarum genera] *Plura* Langius. quod noſtri libri manuſcripti probant. *Fr. Fabrit.*

Nam ex accuſatione & defenſione] Rectius Pith. excerp. *nam & ex accuſatione & defenſione conſtat.*

Tamen etiam accuſatio probata perſæpe] Plerique olim adoleſcentes famam captabant accuſatione. Plutarchus in Lucullo, cum ſcripſiſſet admodum juvenem accuſaſſe patris ſui accuſatorem Servilium Augurem, eamque rem probaſſe populum Romanum, tanquam excelſi animi, & decoris plenam, ſubjicit hæc verba: ἐδόκει καὶ ἄλλως αὐτοῖς (Ῥωμαίοις ἄνευ προφάσεως οὐκ ἀγεννὲς εἶναι τὸ τῆς κατηγορίας ἔργον. ἀλλὰ καὶ πάνυ τοὺς νέους

dem fecit adoleſcens M. Antonius. etiam P. Sulpi-ii eloquentiam accuſatio illuſtravit, cum ſeditio-ım & inutilem civem, C. Norbanum, in judicium ocavit. Sed hoc quidem non eſt ſaepe faciendum, ec umquam niſi aut reipub. cauſa, ut ii, quos an-e dixi, aut ulciſcendi, ut duo Lucilli: aut patroci-io, ut nos pro Siculis; pro Sardis: pro M. Albutio Iu-

ες ἐβέλοντο τοῖς ἀδικοῦσιν ἐπιφυομέ-ς ὁρᾶν, ὥσπερ θηρίοις εὐγενεῖς σκύ-ικας. *Videbatur alioquin Romanis, vel* *ılla cauſſa juſta ſuppetente, res non pu-nda accuſatio, ſed delectabantur juve-bus improbos conſectantibus ad inſtar* *num generoſorum, qui feras perſequun-r.*

Niſi aut reip. cauſſa, ut ii quos an- dixi, aut ulciſcendi] Has ſeptem oces, *Vt ii quos ante dixi; aut ul-ſcendi*, ex libro Gallico velut poſt-minio recepi; quas homines Chri-iani tanquam ultionem approban-s, expulerant. Intelligit autem M. : L. Lucullos fratres, qui Servilium ugurem accuſarunt: quo accuſatore . Lucullus ipſorum pater damnatus ıerat repetundarum. ut Plutarch. nar-ıt. Et ipſe Cicero in Lucullo. Item e provinciis conſular. *Quæ fuerunt*, ıquit, *inimicitiæ in civitate graviores* *uam Lucullorum atque Serviliorum,* *uas in viris fortiſſimis non ſolum extin-it Reip. dignitas & ipſorum, ſed etiam* *d amicitiam conſuetudinemque traduxit.* Ion negaverim tamen etiam rece-tam ſcripturam retineri poſſe. Nam reip. cauſſam in Servilii accuſatione rætexere Luculli. *Car. Lang.* *Vt ii* *uos ante dixi: aut ulciſcendi*] Hæc erba, quæ in omnibus exemplaribus eſiderabantur, Carol. Langius ex li-ro Gallico reſtituit, ea autem Cice-onis eſſe, ipſa veritas pervincit. nam Carbonem Craſſus & Antonius, & Iorbanum Sulpicius reipub. cauſa ac-uſarunt. Duo autem Luculli, L. & M. admodum adoleſcentes paternas nimicitias magna cum gloria ſunt erſecuti, & patris ſui accuſatorem Servilium Augurem accuſarunt. Cicero & Plutarchus in Lucullo. *Fr. Fabrit.* Vides recentiſſimas editiones non ſemper emendatiſſimas eſſe. Sine dubio recte has voces ex veteri codice reſtituit Langius. Non potuerunt ex cerebro librariorum profluxiſſe. Superant enim hæc eorum captum, & eos fugiebat hæc hiſtoria parum vulgo cognita, de Lucullis paternas inimicitias perſequentibus. In meo libro eſt lacuna multarum paginarum, ut in illo nihil ſubſidii hic nobis ſuppeditet. *Græv.*

Pro Sardis: pro M. Albucio Iulius] T. Albucius homo Epicureus pro Pr. in Sardinia piratas ſuperavit: inde inſolentius ſe geſſit & velut triumphi ſpeciem ibi duxit: etiam ſupplicationem a ſenatu petivit: quæ non modo petitio repudiata, ſed & ipſe Albucius a C. Iulio, L. F. Strabone, Sardis id eum rogantibus, accuſatus & damnatus eſt. Hæc fere Cicero in divination. in Piſonem, & de provinciis conſul. Orationis hujus meminit & Sueton. in Iulio. Quis igitur non videt hic, non *pro M. Albucio*, ut habent omnia exemplaria etiam manu exarata, ſed *in Albucium* legi debere? agit enim Cicero de accuſationibus. Mox, *M. Aquillium* L. Fuſius accuſavit, ut ex Bruto apparet. Quanquam ibi vulgo *M. Aquillius* ſcribatur, minus tamen corrupte, quam hic *M. Manilius*, ut ante nos legebatur. *C. Lang.* *Pro Sardis Iulius*] Libri vulgati, quibus cum congruunt omnes manuſcripti, habent *pro Sardis, pro Albucio Iulius.* At Langius, cum videret hoc cum hiſtoria pugnare, quia Iulius Albucium

Iulius. in accuſando etiam M' Aquilio L. Fufii cognita induſtria eſt. Semel igitur, aut non ſaepe certe. Sin

accuſavit Sardorum rogatu, ſic edidit, *pro Sardis contra Albucium.* ego neque, *pro Albucio*, neque, *contra Albucium*, verba Ciceronis eſſe puto, ſed ex annotatione aliqua nata. Nam abſurdum ſit hic nomen ejus, qui accuſatus ſit, commemorari: Verris, quem M. Tullius: Servilii, quem duo Luculli accuſarunt, ſileri. *Lambin.* In vulgatis libris omnibus, conſentientibus manuſcriptis legitur, *Pro Sardis, pro M. Albutio Iulius*, quod perſpicue mendoſum & falſum eſt. nam conſtat ex Divinatione in Verrem, C. Iulium Cæſarem rogatum a Sardis T. Albucium accuſaſſe, non defendiſſe. Quocirca Doletus, Manutius, Conradus, & Langius hic legendum putarunt, *Pro Sardis in*, vel *contra Albucium Iulius.* Sigonius in Fragmentis Ciceronis legit *Pro Sardis vero M. Albucium Iulius Cæſar.* Lambinus totum illud, *Pro M. Albutio*, non Ciceronis eſſe, verum ex annotatione natum putat. itaque ſuſtulit. nam abſurdum ſit, inquit, hic nomen ejus, qui accuſatus ſit, commemorari: Verris, quem M. Tullius: Servilii, quem duo Luculli accuſarunt, ſileri. *Fr. Fabrit.* Locum mendoſum eſſe vere viderunt docti viri, ſed non auſus tamen ſum contra librorum omnium fidem aliquid immutare cum Paullo Manutio, Langio, & Lambino. Quo tamen magis animum attendo, tanto maculæ his verbis, ut habentur in libris editis & manuſcriptis, magis patent, & oculos feriunt. iis enim, quæ viri docti attulerunt ad exemplarium ſcripturam falſi convincendam accedit, quod Albutii, prænomen fuerit T. uti conſtat, ex Lucilii verſibus, quibus perſtringitur apud Cic. 1 de fin. 3:

> χαῖρε, *inquam, Tite: lictores, turma omnis cohorſque*
> χαῖρε *Tite.*

Sed & ex aliis monumentis & Tullii locis conſtat Titum non Marcum dictum eſſe hunc Albutium. Puto au-

tem nomen hic excidiſſe accuſato-
ris Albutii, quod nobis ſervavit A-
puleius in Apologia, qui, ut cla-
re patet, hæc verba Ciceronis, in
quibus agit de juvenibus, qui laudem
invenerunt & gloriam accuſationibus,
reſpicit. Verba ejus ſunt: *Neque au-
tem gloriæ cauſſa me accuſat, ut M. An-
tonius Cn. Carbonem, C. Mutius A. Al-
butium, P. Sulpitius Cn. Norbanum, C.
Furius M. Aquilium, C. Curio Q. Me-
tellum. Quippe homines eruditiſſimi, ju-
venes laudis gratia primum hoc rudi-
mentum forenſis operæ ſubibant: ut ali-
quo inſigni judicio civibus ſuis noſceren-
tur.* vides hic omnes eos commemo
rari, quorum Cicero hic meminit, &
C. Mutium vocari accuſatorem *T. Al*
butii. male enim in Appuleio ſcribi *A*
pro T. docti monuerunt dudum. Ne
dubito *Mutium* quoque hic fuiſſe le
ctum olim, & ex hoc loco, id no
men, ut cetera, hauſtum ab Appulei
Sed cum librariorum incuria, aut a
lio quodam caſu plures hujus voc
Mutius periiſſent litteræ, habitu
fuit a ſcribis, ac lectoribus pro præ
nomine Albutii, & quia nemo rep
riebatur, qui aut pro aut contra A
butium ſteterat, nomen Iulii fuit l
co ſuo motum & huc male tranſl
tum. Videtur ſane mihi Cicero ſc
pſiſſe: *P. Sulpicii eloquentiam accuſ
tio illuſtravit, cum ſeditioſum & in
tilem civem, C. Norbanum in judiciu
vocavit: Sed hoc quidem non eſt ſ
faciendum, nec unquam niſi aut re
cauſſa, ut ii quos ante dixi, aut
ciſcendi, ut duo Luculli, aut patrocin
ut nos pro Siculis, pro Sardis Iuli
Mutius Albutium.* ſc. reip. cauſſa
judicium vocavit, ſive accuſavit. N
Qu. Mutium Augurem diem T.
butio dixiſſe de repetundis Cicero
Bruto quoque prodidit: *Mutius*
*gur quod opus erat per ſe ipſe dicebat:
de pecuniis repetundis contra T. Al
tium.* Græv.

In accuſando etiam M' Aquilli

Sin erit, cui faciendum ſit ſaepius, reip. tribuat hoc muneris, cujus inimicos ulciſci ſaepius, non eſt reprehendendum. modus tamen adſit. Duri enim hominis, vel potius vix hominis videtur, periculum capitis inferre multis. id cum periculoſum ipſi eſt, tum etiam ſordidum ad famam, committere ut accuſator nominetur: quod contigit M. Bruto, ſummo genere nato, illius filio, qui juris civilis in primis peritus fuit. Atque etiam hoc praeceptum officii diligenter tenendum eſt, ne quem umquam innocentem judicio capitis arceſſas: id enim ſine ſcelere fieri nullo pacto

Fuſii cognita induſtria eſt] Sic legendum: non, ut eſt in manuſcr. *Manilio.* Nam conſtat ex Bruto Ciceronis M'. Aquilium a Fufio accuſatum eſſe, ab Antonio defenſum. *Lambin.* In libris vulgatis & manuſcriptis noſtris non, *M'. Aquillio:* ſed, *Manlio*, vel *Manilio* legitur: unde Sigonius, *Manio*, emendat. Paullus Manutius, *M'. Aquillio* repoſuit. de quo ego in Hiſtoria Ciceronis plura ſcripſi. *Fr. Fabrit.* Apud Appuleium vocatur *C. Furius: C. Furius M. Aquilium.* ſed proculdubio, legendum: *L. Fuſius M'. Aquilium.* M' jam emendaverant viri docti. Furius autem & Fuſius idem nomen. *Vt Valeſii & Fuſii in Valerios Furioſque venerunt: ita arbos, labos, vapos* etiam & *clamos*, ac *laſes ætatis fuerunt.* Quintil. 1 Inſtitut. 4. Meminit iſtius L. Fuſii Cicero etiam in Bruto, ubi ait eum ex accuſatione M' Aquilii fructum cepiſſe. *Grævius.* Fuit autem M' Aquilius graviſſimorum criminum accuſatus, ſed Antonii patrocinio ſervatus.

M. Bruto] De quo locus inſignis eſt in eandem ſententiam in Bruto de claris orat. *Iiſdem temporibus M. Brutus, in quo magnum fuit dedecus generi ſuo, qui cum tanto nomine eſſet, patremque optimum virum habuiſſet, & juris peritiſſimum, accuſationem factitaverit, ut Athenis Lycurgus. Is magiſtratus non petivit, ſed fuit accuſator vehemens & moleſtus, ut facile cerneres naturale quoddam ſtirpis bonum degeneraviſſe vitio depravatæ voluntatis.*

Ne quem unquam innocentem] Bene igitur ille Iudex dicebat, præſtare, decem nocentes abſolvere, quam unum innocentem condemnare: quam ſententiam etiam expendere & amplecti debent accuſatores. Hæc malitia ut a Iudiciis Ro. abeſſet, variis præſidiis quæſitum fuit, jure jurando calumniæ, inſcriptione, SCto Turpiliano. vide quæ notarunt docti ICti ad tit. Inſt. de pœn. tem. litig. tit. C. de jurejur. prox. calum. dando. l. 2. §. ult. & l. 3. §. 1. ff. de accuſ. l. ult. C. de injur. l. 3. C. qui accuſ. poſ. l. pen. C. de accuſ. De SCto Turpiliano exſtant quoque peculiares tit. ff. & C. Apud Ammianum Marcellinum lib. 18. Delphidius orator: *ecquis nocens poterit eſſe uſquam, ſi negare ſuffecerit?* Cui Iulianus Imp. *Ecquis*, ait, *innocens eſſe poterit, ſi accuſaſſe ſufficiet?* In judiciis igitur bene conſtitutis debita ſeveritate puniri debet advocatorum calumnia, reprimi immodeſtia, caſtigari linguæ petulantia. *Rachel.*

In judicium capitis arceſſas] Sic edidit Manutius, pro quo in aliis legitur *Iudicio capitis arceſſas.* Sic pro Flacco: *Cn. Pompejum contendiſſe a D. Lælio paterno amico ac perneceſſario, ut hunc hoc judicio arceſſeret.* Langius neque, *judicio*, neque *in judicium*, habet, ſed tan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

pacto poteſt. Nam quid eſt tam inhumanum, quam eloquentiam, a natura ad ſalutem hominum, & ad conſervationem datam, ad bonorum peſtem perniciemque convertere? Nec tamen, ut hoc fugiendum eſt, item habendum eſt religioni, nocentem aliquando, modo ne nefarium impiumque defendere. vult hoc multitudo, patitur conſuetudo, fert etiam humanitas. Iudicis eſt, ſemper in cauſis verum ſequi: patroni, nonnumquam veriſimile, etiam ſi minus ſit ve-

tantum, *Ne quem unquam innocentem capitis arceſſas.* Sic pro Deiotaro inquit, *Non ficto crimine inſectari, non expetere vitam, non capitis arceſſere.* Fr. Fabrit. Pith. Excerp. *in judicio capitis arceſſas.* Mallem cum Langio delere *judicio* ſi ſuffragarentur libri. Sed vulgatam non immuto, codicibus invitis; eam recte tuetur Fabritius.

Eloquentiam ad bonorum peſtem perniciemque convertere] Hoc toties Quintilianus quoque inculcat, qui inter alia lib. XII cap. I. ait: *Mutos naſci & egere omni ratione ſatius fuiſſet, quam providentiæ munera in perniciem mutuam convertere.* ſed vide totum caput.

Item habendum religioni] *Item*, ſignificat ſimiliter. ut apud Varronem, Ciceronem, Salluſt. alioſque: pro quo librarii recentiores ſcripſerant ſæpe *ita* & *iterum*. C. Lang. *Item habendum eſt religioni*] *Item*, pro ſimiliter, ex libris antiquis repoſuit Langius. adducitur hic locus bis a Nonio, & utroque loco editiones ſuperiores, *item*, habent. ex quibus ego lego, *Nocens a nefario & impio diſtare*, uti nocens levius videri poſſit, M. Tullius de officiis lib. 2. voluit: *Nec tamen ut hoc fugiendum eſt, item eſt habendum religioni nocentem aliquando, modo ne nefarium impiumque defendere.* qui locus in editione Iuniana ad vulgatos libros Ciceronis eſt conformatus. *Fr. Fabrit.* *Item* probat vetuſtiſſimus codex Grævii.

Nocentem aliquando] Quod Cicero ipſe ſæpe fecit. In Cluentiana, ſe fucum feciſſe Iudicibus, jactitat. Hinc cum aliquando Numatio patrocinatus eſſet, atque abſolutus ille neceſſarium Ciceronis poſtularet Sabinum, eo prorupiſſe Ciceronem ira ferunt, ut jactaverit, *Quid? an tu ex illo judicio tua, Numati, evaſiſti innocentia? annon mea opera, qui multum caliginis lumini offudi tribunalis?* Plutar. in vita Cicer. *Rachel.*

Nocentem aliquando, nefarium impiumque] Hic locus adhuc in omnibus editionibus inquinatiſſimus eſt. Nunquam licet viro bono nefarium & impium defendere. Sed fœdiſſimam mendam, uti ex Nonio tollendam ſuſpicatus erat eruditiſſimus Fabritius, auctoritate mei pervetuſti codicis, in quo clare ſcriptum eſt, *nocentem aliquando, modo ne nefarium impiumque*, ſuſtuli. Hæc veriſſima hujus loci ſcriptura præcidit omnes Ciceronem impugnantium, quaſi impia hic docuiſſet, cum nefarios & impios defendi poſſe ſtatuiſſet, cavillationes, & nos eum tuendi munere levat. *Grævius.*

Fert etiam humanitas] Humanitatis eſt hominem ſervare. Cic. pro Q. Ligario: *Nil eſt tam populare quam bonitas. Nulla de virtutibus tuis plurimis nec gratior nec admirabilior miſericordia eſt: homines enim ad Deos nulla re propius accedunt, quam ſalutem omnibus dando.*

Nonnunquam veriſimile, etiamſi minus ſit verum, defendere] Cornelius Celſus apud Quintilianum Inſtitut. Orat. 11, 15: *Orator ſimile tantum veri petit,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

erum, defendere: quod ſcribere (praeſertim cum
e philoſophia ſcriberem) non auderem, niſi idem
laceret graviſſimo Stoicorum Panaetio. Maxime
item & gloria paritur, & gratia defenſionibus:
oque major, ſi quando accidit, ut ei ſubveniatur,
ui potentis alicujus opibus circumveniri, urgerique
deatur. ut nos & ſaepe alias, & adoleſcentes, con-
a L. Sullae dominantis opes pro Sex. Roſcio A-
ierino fecimus: quae, ut ſcis, exſtat oratio. Sed
xpoſitis adoleſcentium officiis, quae valeant ad glo-
am adipiſcendam, deinceps de beneficientia ac li-
eralitate dicendum eſt. Cujus eſt ratio duplex. nam
it opera benigne fit indigentibus, aut pecunia.
cilior eſt haec poſterior, locupleti praeſertim: ſed
a lautior ac ſplendidior, & viro forti claroque
gnior. quamquam enim in utroque ineſt gratifi-
ındi liberalis voluntas, tamen altera ex arca, altera
ex

it. *Non enim bona conſcientia, ſed*
toria litigantis eſt præmium. quam ta-
en ſententiam ibidem refellit Quin-
anus: & cap. 1 lib. XII.
Illa lautior & ſplendidior] Non recte.
iarum enim rerum uſus aliquis eſt, iis
recte & perperam uti licet. Optime
iquaque re utitur is, qui propria ejus
virtute præditus eſt. Ex quo intelligi-
, optime & divitiis uſurum eſſe eum,
i virtutem eam, quæ ad pecuniarum
im pertinet, conſecutus erit. Ariſt. IV.
com. 1. Sive igitur quis magnas ſive
iguas opes poſſideat, temere qui-
n & inconſulto aut immodice lar-
i poteſt, liberalis vero ex tali da-
ne non dicetur, ſed tum demum,
recte det: hoc autem fieri ſine vir-
e liberalitatis & prudenti προαι-
ρέσ nequit. *Liberalis*, inquit §. ibid.
neſti cauſa & recte dabit. & *Non in*
ltitudine eorum quæ dantur, ſed in
bitu ejus, qui dat, ſita eſt vis hujus
rtutis. Hoc tamen recte a Cicerone
dictum, benefacere pecunia faci-
is eſſe diviti, quam opera. *Videntur*
liberaliores eſſe, qui ſuas facultates non
quæſiverunt ipſi, ſed ab aliis partas ac-
ceperunt. Ariſtot. ibid. *Rachel.* Ratio-
nes tamen Ciceronis videntur eſſe gra-
viſſimæ, propter quas beneficentiam,
quæ præſtatur opera, præferat libera-
litati ex arca. Nam quin honeſtiore
via Cicero novus homo ſibi opera
conciliarit civium animos, ut illo-
rum ſuffragiis ſummas dignitates con-
ſequeretur, quam Iulius Cæſar alii-
que largitionibus, dubitari non poteſt.
Longe plures etiam poſſumus demere-
ri opera & officiis noſtris, quam pe-
cunia, quæ ſane brevi exhauriretur,
ſi plurimos illa nobis velimus devin-
cire. Sic Milo brevi ampliſſima tria
patrimonia profudit, cum hac ratione
benevolentiam civium ſibi ſtuderet
parare. De hac vero Cicero loquitur
benignitate. Non tamen infitiatur in-
terdum etiam alterum fontem eſſe re-
cludendum. Nihil certius, nihil li-
quidius.

Altera ex arca] Cum in libro Ab-
batiæ vallis S. Lamberti, tres hæ vo-
culæ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ex virtute depromitur: largitioque, quae fit ex re familiari, fontem ipſum benignitatis exhaurit. ita benignitate benignitas tollitur: qua quo in plures uſus ſis, eo minus in multos uti poſſis. At qui opera, id eſt, virtute & induſtria, benefici, & liberales erunt, primum quo pluribus profuerint, eo plures ad benigne faciendum adjutores habebunt: deinde conſuetudine beneficentiae paratiores erunt, & tamquam exercitatiores ad bene de multis promerendum. Praeclare epiſtola quadam Alexandrum filium Philippus accuſat, quod largitione benivolentiam Macedonum conſectetur. Quae te, malum, inquit, ratio in iſtam ſpem induxit, ut eos tibi fideles putares fore, quos pecunia corrupiſſes? An tu id agis, ut Macedones non te regem ſuum, ſed miniſtrum & praebitorem ſperent fore? Bene miniſtrum, & praebitorem; quia ſordidum regi: melius etiam, quod lar-

culæ, *Altera ex arca*, non legerentur; deſii eas, ut antea, ſuſpectas habere: imo ut ſubditias rejeci. *C. Lang.* Hæc verba *altera ex arca* nos in libris manuſcr. reperimus. Itaque retinenda cenſemus: valdeque a Langio diſſentimus, qui ea hinc furcis expulit. *Lambin.* *Altera ex arca*] Hæc verba Langius unius libri auctoritatem ſecutus delevit: quæ Lambinus in ſuis manuſcriptis reperit, ac merito retinenda cenſet. nam, ut taceam aliter plenam rationem duarum partium beneficentiæ non reddi, apud Lactantium lib. 6. cap. 11. ubi de hoc loco Ciceronis diſputatur, arcæ quoque fit mentio. *Fr. Fabrit.* Firmat meus quoque liber optimus, *ex arca.* Ciceroni ſane hoc loquendi genus eſt valde frequens. 1 ad Att. 9: *Arcæ noſtræ confidito.* Plura quamvis obvia non congero. *Græv.*

Præclare epiſtola quadam] Sic bene omiſſa particula *in* meus antiquus codex & Palatini. *Græv.*

Quæ te malum, inquit, ratio] Hanc lectionem probat Eraſmus. *Quid rationis*, in quibuſdam ſcriptis & impreſſis Venetis, aliiſque nonnullis eodem ſenſu legitur. *Fr. Fabrit.* Firmat hanc ſcripturam meus primus, & Palatinus. *Græv.*

Miniſtrum & præbitorem ſperent fore] Sic & Grævii optimus, & Palatin[i] male vulgati *putent* fore. quod & Gru[...]terus notavit.

Bene miniſtrum, & præbitorem] Qui ſint hæc verba Ciceronis, non eſt d[u]bitandum. Sunt enim præterita [...] oſcitante librario, propter earumde[m] vocum iterationem, ut ſæpe anima[d]vertimus ab eis factitatum. *Lamb[in.]* *Bene miniſtrum & præbitorem*] Hæc ve[r]ba librarii tanquam otioſe & ſine ca[u]ſa iterata omiſerant: quibus Cice[ro] approbat reprehenſionem Philip[pi,] quod ſordidum ſit regi, miniſtrum [&] præbitorem a ſuis putari. qui aut[em] hæc verba hic deeſſe non viderunt, contra fidem omnium librorum [an]tiquorum ediderunt, *Quo quid ſor[di]dius regi?* Fr. Fabrit.

Quia ſordidum Regi] Sic omnes [li]bri; & ita infra lib. III. loquitur, ſe[...]

gitionem corruptelam eſſe dixit. Fit enim dete-
or, qui accipit, atque ad idem ſemper exſpectan-
um paratior. Hoc ille filio: ſed praeceptum pute-
us omnibus. Quamobrem id quidem non dubium
, quin illa benignitas, quae conſtat ex opera &
duſtria, & honeſtior ſit, & latius pateat, & poſſit
odeſſe pluribus. nonnumquam tamen eſt largien-
m, nec hoc benignitatis genus omnino repudian-
m eſt: & ſaepe idoneis hominibus indigentibus de
familiari impertiendum: ſed diligenter, atque mo-
rate. Multi enim patrimonia effuderunt inconſulte
lar-

tus eſt aſſenſus; turpe imperio. Et lo ſupra hoc ipſo libro, *Id cum ulosum eſt, tum etiam ſordidum ad m.* Sunt autem Ciceronis verba, Philippi. quod arguunt iſta ſe-ntia, *Melius etiam* &c. Demoſthe-ſane Olynthiaca prima Philippum l & Regem, & ducem & ταμίαν eſt præbitorem fuiſſe ſcribit. Qui-hic pro *præbitorem* ſcribunt *diri-em* vocabulo proprio illo quidem, quod in nullo exemplarium meo-legitur. *C. Lang.*

it enim deterior, qui accipit, atque dem ſemper expectandum paratior] d magna mercede didicerunt illi eratores Romani, qui largitioni-dignitatem imperatoriam ſunt ecuti. Semper enim plus offeren-patebant injuriis, & mox ab iis tibus, quos emerant, ſpe majo-uctoramenti incenſis tollebantur edio. Hi, qui deceſſores ſua hac & arte de poſſeſſione male parti erii deturbarant, mox eadem de-abantur. Semper enim alios lar-res & præbitores expectabant. Qui l ac promittebant, ſimul illi celus erant parati. Pulchre de Vi-o Tac. III Hiſt. 86: *Amicitias tum nitudine munerum, non conſtantia um continere putat, meruit magis m habuit.* Infinita fere ſunt in Au-æ hiſtoriæ monumentis exem-

Sæpe idoneis hominibus indigentibus de re familiari impertiendum] Quos Lactantius hic idoneos homines intelligat, explicat Turnebus lib. 3. Adverſariorum cap. 16. *Fr. Fabrit.* Ambiguitate vocis *idoneus* inductus injuria Lactantius invadit in hæc verba. Lactantii ævo, ſicut & apud ICtos *idonei* homines haud alii fere quam boni & locupletes dicebantur, ideo tanquam aſtutum & ὀπικόρειον hoc præceptum reprehendit, quaſi illis ſolum foret impertiendum, qui reſtituere poſſent, lib. VI, cap. XI. Et perſuaſit, quod mirum, Turnebo lib. III adverſ. c. 16: Sed *idoneos indigentes* omnino dicit Cicero probos homines paupertate oppreſſos: ut in Cæcilium: *ut homines idonei atque integri cauſſam reip. legumque ſuſciperent.* & Cornific. IV ad Herennium: *Populi officium eſt res optimas & homines idoneos maxime ſuis ſententiis eligere & probare.* Gronov. IV obſerv. c. 9.

Sed diligenter atque moderate] *Diligenter*, hic ſignificat cum dilectu, & *cum ingenio*: ut loquitur Iureconſultus, a dilego. pro quo longe diverſa ſignificatione, *deligo* ſcribunt. In IV Nicomachicorum hæc tractantur, ad quem locum Cicero reſpicere videtur. *C. Lang.* Recte Langius exponit *diligenter* cum dilectu, non cuivis promiſcue, ſed dignis & idoneis indigentibus. Sic *diligenter ſcribere* ep. Cic.

eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

largiendo. Quid autem eſt ſtultius, quam quod libenter facias, curare ut id diutius facere non poſſis? Atque etiam ſequuntur largitionem rapinae. Cum enim dando egere coeperint, alienis bonis manus afferre coguntur. ita, cum benivolentiae comparandae cauſa benefici eſſe velint, non tanta ſtudia aſſequuntur eorum, quibus dederunt, quanta odia eorum, quibus ademerunt. Quamobrem nec ita claudenda eſt res familiaris, ut eam benignitas aperire non poſſit; nec ita reſeranda, ut pateat omnibus. modus adhibeatur, iſque referatur ad facultates. Omnino meminiſſe debemus id, quod a noſtris hominibus ſaepiſſime uſurpatum jam in proverbii conſue-

eſt eleganter, magno verborum dilectu adhibito. In eodem ſenſu *diligentia* in orat. pro Planc. *Non eſt conſilium in vulgo, non ratio, non diſcrimen, non diligentia.* hoc eſt populus agit omnia temere, inconſulte, nullo rerum hominumve dilectu habito, & diſcrimine. Sic & elegantia. in orat. pro Sulla: *Vos qui cum ſumma elegantia atque integritate vixiſtis.* Hoc eſt adhibito judicio in omnibus rebus. Sunt ejuſdem originis. Nam ſicut a *diligo* eſt *diligens*, ſic ab *eligo elegans* & *elegantia*. Cum vero addit *moderate*, ſignificat modum in dando eſſe tenendum, quem cum non ſervaſſet Vitellius, oſtendit Tacitus merito ſibi perniciem conflaſſe. *Inerat*, inquit III Hiſt. 68: *ſimplicitas ac liberalitas: quæ, niſi adſit modus, in exitium vertuntur.* Qui ſine dilectu donant, eos lepide Socrates Gratias virgines tanquam ſcorta proſtituere dixit apud Stobæum: Σωκράτης ἰδών τινα προχείρως πᾶσι χαριζόμενον, καὶ ἀνεξετάστως ὑπηρετούμενον. κακῶς εἶπεν ἀπόλοιτο, ὅτι τὰς χάριτας παρθένους οὔσας πόρνας ἐποίησε. *Socrates, cum facile quendam omnibus gratificari, nulloque delectu ſuppeditare animadvertiſſet: male pereat, inquit, quia Gratias virgines proſtituit.* Græv.

Quod libenter facias curare, ut id diutius facere non poſſis] Ambroſ. lib. 3 de virg. vel. *Quod velis prolixe facere aliquando ne feceris.*

Atque etiam ſequuntur largitionem rapinæ] Ariſtot. IV ad Nicom. cap. 1. *Plerique*, inquit, *ex prodigis, & unde non debent rapiunt & capiunt, & ea de cauſa ſunt avari & injuſti. Efficiuntu[r] autem ad rapiendum propenſi eo, quo[d] impenſas facere velint, neque facere ta[men] has in promptu ipſis ſit. Nam cit[o] deficiunt eos rei familiaris copiæ. Aliun[de] igitur, quam de ſuo, largiri aliis & ſuppeditare coguntur. Simul & ob id ra[]paces evadunt, quia nullam honeſti ra[]tionem habent. Largiendi enim cupidita[]te flagrantes, quomodo aut unde largian[]tur ſuſque deque habent.* Rachel. Exem[]pla ſunt infinita. Suetonius cum Ca[]ligulam narraſſet immenſas opes, to[]tumque illud Tiberii Cæſaris vici[es] ac ſepties millies HS non toto verten[]te anno abſumſiſſe, addit, cap. 3[8]: *Exhauſtus igitur atque egens ad rapin[as] convertit animum, vario & exquiſitiſ[ſi]mo calumniarum, & auctionum, & v[e]ctigalium genere.* Idem cum cap. 30 [&] ſequentibus in Nerone prodidiſſe[t] illum imperatorem non alium pec[u]niæ fructum putaſſe, quam profuſi[o]nem, in cap. 32 ſubnectit: *Ita j*

…etudinem venit, largitionem fundum non habere. …enim quis poteſt modus eſſe, cum & idem qui …nſuerunt, & idem illud alii deſiderent? Omni- 16
…o duo ſunt genera largorum, quorum alteri prodi…i, alteri liberales: prodigi, qui epulis, & viſce…tionibus, & gladiatoriis muneribus, ludorum ve…ationumque apparatu pecunias profundunt in eas …s, quarum memoriam aut brevem, aut nullam …nnino ſint relicturi. Liberales autem, qui ſuis fa…ultatibus aut captos a praedonibus redimunt, aut …s alienum ſuſcipiunt amicorum, aut in filiarum col…catione adjuvant, aut opitulantur in re vel quae…nda, vel augenda. Itaque miror, quid in mentem …nerit Theophraſto, in eo libro, quem de divitiis …ripſit: in quo multa praeclare, illud abſurde. Eſt …nim multus in laudanda magnificentia, & apparatione

…*auſtus & egens, ut ſtipendia quoque …itum & commoda veteranorum pro…bi ac differri neceſſe eſſet, calumniis …iniſque intendit animum.*

…um & iidem qui conſueverunt] *Con…unt* eſt in optimo libro noſtro, τὰ συγκοπὴν uſitatam apud Cice…nem. in eodem eſt, *idem*, pro *ii*…, quomodo veteres hunc nomi…ivum fere ſemper extulerunt, ut …ronymus Ferrarius in Philip. 1. an…avit, qui autem id non obſerva…t, illi hic ediderunt, *Cum idem & conſueverant*. Fr. Fabrit.

…ladiatorum muneribus] Meus opti…s: *gladiatoriis muneribus*, quem ſe…r. *Græv.*

Aut æs alienum ſuſcipiunt amicorum] …ſa, additur in Manutianis & aliis …gatis. quæ vox a libris antiquis re…abeſt. Suſcipit autem æs alienum …icorum, qui quod amici debent, …olvendum in ſe recipit. *Fr. Fabrit.* …les erant in Athenienſium republi… ἐρανισταί. Dicebantur autem ἐρανι…, qui amicorum æs alienum, col…ta ſtipe ab aliis amicis, diſſolvebant. Fuit enim apud Athenienſes mos plenus pietatis & humanitatis, ut, qui adverſa fortuna ſuis bonis erant evoluti, implorarent amicorum opem ut eorum pecunia, quam quilibet pro facultatum modo, aut lubitu conferebat, levarentur anhelante inopia, hac tamen lege, ut, ſi quando quis in re lautiore cœpiſſet eſſe, & emerſiſſet ex illa graviſſima paupertate, ſingulis amicis, quod dum contulerant, reſtitueret. Hæc pecunia quæ conferebatur, dicebatur ἔρανος, & fuit medium quoddam inter δάνειον creditumque proprie dictum, & ſtipem quæ mendico datur, quam Græci ἐλεημοσύνην vocant. Qui illam conferebant dicuntur ἐρανίζειν τινὶ, & qui accipiebant ἐρανίζεσθαι, de quo plura vide, quibus hæc debentur, apud Iſ. Caſaubonum in notis ad Theophraſti Characteres περὶ αὐταθείας, apud Salmaſ. de uſuris cap. 3, & obſervationibus ad Ius Atticum cap. 1, & ſequentibus.

Eſt enim multus in laudanda magnificentia, & apparatione popularium mu-

ne popularium munerum, taliumque ſumtuum facultatem fructum divitiarum putat. Mihi autem ille fructus liberalitatis, cujus pauca exempla poſui, multo & major videtur, & certior. Quanto Ariſtoteles gravius & verius nos reprehendit, qui has pecuniarum effu-

nerum] Hanc apparitionem munerum non laudat ideo, quod fieret ad deliniendam & ſibi conciliandam multitudinem, ſed quia inſtituti erant hi ludi in honorem Deorum. Et hanc ob cauſſam ea laudat quoque Xenophon non uno loco, & ipſe Ariſtoteles IV ad Nicom. 2. Nam Græcorum & ceterorum populorum religio tum fere tota vertebatur in magnificentia. Hinc & Salluſtius de Romanis bello Catilinar. *In ſupplicis Deorum magnifici, domi parci.* Ipſe Cic. orat. pro Muræna: *Odit populus Romanus privatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit.* Sed qui pecunias ſuas profundebant popularis tantum favoris captandi cauſſa merito Cicero nec non Ariſtoteles reprehendunt.

Quanto Ariſtoteles gravius] Muretus malebat *Ariſto*, quod horum nihil inveniretur in Ariſtotele. *Gruter.*

Verius nos reprehendit] Cicero videtur in hac ſententia exprimenda non nihil laborare; id quod alias quoque ei contingit, ubi de Græco ſermone quid transfert: ut optime etiam a D. Hieronymo in præfatione Euſebii annotatum eſt. duo hæc verba, *Nos reprehendit*, ut adulterina exploſi: eſt enim oratio truncata, ut ſubintelligantur vel ea ipſa, vel *quæritur*, *admiratur*, *expoſtulat*, aut ſimile quippiam. id manifeſtum fieret, ſi Ariſtotelis ea ſententia Græce extaret: fortaſſis & aliæ tunc mendæ ſe proderent. Nam in iis libris Ariſtotelis qui ſuperſunt, nihil tale offendo. In IV enim Nicomachicorum (quos libros Cicero in III de finibus, & Diogenes in Eudoxo videntur ad Nicomachum Ariſtotelis F. referre) non improbantur ſumtus, qui in ludos & id genus alia impenduntur. Obſcuritatem huic loco facit mutatio perſonarum in verbis, *Admiremur* & *attenderint*; cujuſmodi ſæpe occurrit in bonis auctoribus: deinde eadem repetita ſententia ibi, *Qui non admiremur*; &, *In his immanibus:* tum etiam inſolens ſignificatio verbi *admirari*, quod proprie eſt magnifacere; id quod negant Stoici, niſi in ea quæ propter ſe pulchra ſint, cadere. Hoc vero loco ſignificat, alienum & abſurdum exiſtimare, ut & infra lib. III. *Homo autem juſtus* inquit, *iſque quem ſentimus virum bonum, nihil cuiquam, quod ad ſe transferat, detrahet: hoc qui admiratur, is ſe, qui ſit vir bonus, neſcire fateatur.* Id quod ſubjicit, *Cum præſertim*, ἀνακεφαλαίωσις eſt ad confirmationem & explicationem Ariſtotelicæ ſententiæ. Quanto, inquit, verius Ariſtoteles nobiſcum expoſtulat, qui tantopere obſtupeſcamus, ſi eum, qui obſeſſus ab hoſte ſit, audimus immenſo comparaſſe commeatum in tanta quidem neceſſitate: contra vero nihil admirabile, nihil ſtupendum nobis videatur, ſi pecuniam innumerabilem, ad plebeculam duntaxat oblectandam videamus projici: eo vero magis, quod nulla plebi inde utilitas, nulla præbenti dignitas quæritur. Nam poſtea ſubjicit, duobus ca-ſibus has largitiones fieri poſſe; i[n] populi egeſtate; & ſi per eam maju[s] aliquod emolumentum vel Reip. ve[l] etiam tibi anquiras. Sane immenſ[a] patrimonia in nonnullorum ædiliti[is] muneribus profuſa fuiſſe conſtat. *Ca[...] Lang. Gravius & verius nos reprehendit* Langius hoc totum, *nos reprehendit* tollit de medio, ut adulterinum. Eg[o] retineo, ut in libris veteribus repe[r]tum, & ad ſententiam neceſſarium. *Lambin.*

Verius nos reprehendit, qui has pecu-niarum effuſiones non admiremur] Vi[...] d[...]

ffuſiones non admiremur, quae fiunt ad multitudi-
em deleniendam. at ii, qui cum ab hoſte obſiden-
ır, ſi emere aquae ſextarium mina cogerentur,
oc primo auditu incredibile nobis videri, omneſ-
ue mirari: ſed, cum attenderint; veniam neceſſi-
ti dare: in his immanibus jacturis, infinitiſque
ımtibus, nihil nos magnopere mirari; cum prae-
rtim nec neceſſitati ſubveniatur, nec dignitas
au-

enda particula *non*, vel *improbemus*
endum, ut eſt in aliquibus exem-
ribus, pro *admiremur*, quod non
placet. *F. Vrſin.* *Non demiremur*]
miremur, habent noſtri libri ſcripti
n impreſſis aliis. *Admiramur* au-
n non tantum quæ expetenda,
& quæ fugienda eſſe exiſtima-
s. Salluſtius de bello Iugurt. *Quo*
gis pravitas eorum admiranda eſt, qui
ti corporis gaudiis per luxum & igna-
m ætatem agunt. *Demirari* eſt valde
rari, auctore Donato in Terent.
Fabrit. *Non* deletur contra mentem
toris, quæ ab illa voce tota pen-
: neque aliter ratiocinatio ejus
eſt intelligi, ut patet ex ſequenti-
. *Gruterus.* Pith. Excerpta: *Quan-*
Ariſtoteles gravius & verius hoc re-
endit, qui has effuſiones pecuniarum
rentur. quod non longe abit a
jectura Vrſini. Meus vetuſtiſſimus
lex a vulgata non recedit, niſi quod
iretur in eo ſcriptum ſit, pro vul-
o *admiremur.* ſed hoc ſi admitta-
s, ſcribendum primo *admirentur*,
non ſolum Pythæi ſed & Manutii
lex præ ſe fert: & pro *nos* recipien-
n ex Pithæano *hos*: *Quanto Ari-*
eles gravius & verius hos reprehendit,
has effuſiones pecuniarum non admi-
ur. Sin *admiremur* retineamus,
od editio prima totque alii codices
nent *nos* quoque retinendum. Sa-
hoc præſtat, & ſic ſcripſiſſe Cice-
em arguunt ſequentia: *hoc primo*
redibile nobis videri, ubi male *nobis*
ungunt nonnulli editi, invitis li-
s veteribus, inter quos & meæ &
hæi membranæ optimæ fidei. In
meis tamen additur vox *auditu* non
fruſtra: ſic enim ille: *at ii, qui cum*
ab hoſte obſidentur, ſi emere aquæ ſex-
tarium cogantur mina, hoc primo audi-
tu incredibile nobis videri. optime. Sen-
tentia eſt hæc: Ariſtoteles graviter re-
prehendit nos ſcilicet omnes, qui non
admiremur reperiri homines tam fa-
tuos, qui tantum effundant pecuniæ
in ludos, & munera, brevis temporis
oblectationem, eos vero miremur,
qui mina in obſeſſa urbe ſextarium
aquæ emerint. Hoc verbis ſequenti-
bus ſic explicat: *ſed cum attenderint*
nimirum animum homines, *veniam*
neceſſitati dare, hoc eſt, ignoſcere ho-
minibus tam caro aquam ementibus,
nec id mirari: *in his immanibus jactu-*
ris infinitiſque ſumtibus qui ſcilicet fiunt
in munera, *nihil nos magnopere mira-*
ri, ſed omnes judicare. recte & be-
ne illos impendi, quæ maxime fir-
mant lectionem verborum illorum,
nos reprehendit, qui pecuniarum effuſio-
nes non admiremur, quæ & doctorum
virorum conjecturæ, & nonnulli li-
bri convellebant. Sed iis fraudi fuit
perſonarum immutatio veteribus non
infrequens, quod modo Cicero di-
cat, *nobis videri*, ſtatim *cum attende-*
rint cum videretur dicendum fuiſſe,
ſi attenderimus. Sed Cicero ſententiam
reſpicit. per *nos* enim intelliguntur
omnes ii qui hæc vane mirabantur.
inter quos ſane Cicero non erat. por-
ro *jacturæ* hic ſunt ſumtus, donatio-
nes, prodigæ largitiones, ut ſæpe a-
pud Ciceronem. Pro Cluent. *pri-*
mum illum judicem pecunia corrupit,
deinde ipſum Aurium, non magna ja-

augeatur; ipſaque illa delectatio multitudinis ſit ad breve exiguumque tempus; eaque a leviſſimo quoque: in quo tamen ipſo una cum ſatietate memoria quoque moriatur voluptatis. Bene etiam colligit, haec pueris, & mulierculis, & ſervis, & ſervorum ſimillimis liberis eſſe grata. gravi vero homini, & ea, quae fiunt, judicio certo ponderanti, probari poſſe nullo modo. quamquam intelligo, in noſtra civitate inveteraſſe jam a bonis temporibus, ut ſplendor aedilitatum ab optimis viris poſtuletur. itaque & P. Craſſus

ctura facta, tollendum curavit. Pro Flacco: *quæ jacturæ, quanta largitio?* Pro Milone: *qui annona levanda, jacturiſque rei familiaris, quia nimis amplecti plebem putabatur, in ſuſpicionem incidit regni appetendi*, hoc eſt, largiendi de ſuo, quæ loca debemus τῷ πάνυ Gronovio, qui plura congeſſit IV de pec. Vet. contra virum magnum, qui pro *jacturas* reponi volebat *pacturas*. Eum vide. *Græv.*

Ipſaque illa delinitio multitudinis] Quidam libri manuſcripti habent, *Ipſaque illa delectatio.* quod Victorius recepit, ac duas voces, *duratura*, & *animo*, quæ in vulgatis libris ex interpretatione addita leguntur, ex auctoritate veterum librorum ſuſtulit. quod factum Langius recte probavit: ſed Victorio quoque laus debetur, quod primus gloſſemata multa ejecit. *Fr. Fabrit.* Sane *delectatio* firmat quoque meus & Pithæi codex ut & Pall. & duo Guiliel. quod merito recepi. *Græv.*

Ad breve exiguumque tempus] Ita omnes libri: & in Catone majore: *Iam ſenſus moriundi, ſi aliquis eſſe poteſt, is ad exiguum tempus, præſertim ſeni.* Sueton. in Tiber. *Prægrandibus oculis, & qui, quod mirum eſſet, noctu etiam & in tenebris viderent, ſed ad breve.* quod ſequitur, *In quo tamen ipſo*, ſcilicet, leviſſimo quoque, intellige: nam interpretes cæcutiunt hic. *Car. Lang.* Gruterus ex conjectura Lambini, & duobus codicibus Guilielmi addidit *ſit*, quod tamen nec in meo, nec in Pythæano habetur. *Græv.*

Et ſervorum ſimillimis liberis] Vide lib. VII ad famil. ep. I.

Quanquam intelligo] Verbum, *intelligo*, in exemplari vallis D. Lamberti abeſt. In altero legitur quidem, ſed tranſpoſitum: in Parcenſi, *intelligam*, pro eo eſt ſcriptum. profecto cum de ſuis temporibus agat, debuit non verbo intellectus, ſed ſenſus uti. Ego ſi cum bona Grammaticorum venia liceret, ipſum ejicerem: tota hæc oratio erat mendoſiſſima. *Car. Lang.* *Intelligo* tamen agnoſcit Grævii vetuſtus & Pith. nec poteſt deleri ſine ſententiæ detrimento.

Inveteraſſe jam bonis temporibus] *A bonis temporibus*; Langius & optimum exemplar noſtrum. quod ſignificat, a bonis temporibus cœptum in conſuetudinem veniſſe. *Fr. Fabrit.* In meo tamen optimo, & Palat. primo legitur: *inveteraſſe etiam bonis temporibus.* Grævius.

Vt ſplendor ædilitatum ab optimis viris poſtuletur] Hinc alibi Cicero vocat ædiles curatores urbis, ludorumque ſollemnium. Hinc idem in Verrina: *Nunc ſum deſignatus ædilis. habeo rationem quid a populo Romano acceperim. Mihi ludos ſanctiſſimos maxima cum ceremonia Cereri, Libero, Liberæque faciendos: mihi Floram matrem populo plebique Romanæ ludorum celebritate placandam: mihi ludos antiquiſſimos, qui Romani ſun*

us cum cognomine dives, tum copiis, functus eſt
edilitio maximo munere. Et paullo poſt L. Craſſus
um omnium hominum moderatiſſimo, Q. Mucio,
nagnificentiſſima aedilitate functus eſt: deinde C.
Claudius, Appl. F. multi poſt, Luculli, Horten-
us, Silanus. omnes autem P. Lentulus, me conſu-
e, vicit ſuperiores. hunc eſt Scaurus imitatus. Ma-
gnificentiſſima vero noſtri Pompeji munera ſecundo
onſulatu: in quibus omnibus quid mihi placeat,
ides. Vitanda tamen eſt ſuſpicio avaritiae. Mamer- 17
o, homini divitiſſimo, praetermiſſio aedilitatis con-
ulatus repulſam attulit. Quare & ſi poſtulatur a po-
ulo, bonis viris ſi non deſiderantibus, attamen ap-
robantibus, faciendum eſt, modo pro facultatibus;
os ipſi ut fecimus: &, ſiquando aliqua res major,
tque utilior populari largitione acquiritur: ut Oreſti
uper prandia in ſemitis decumae nomine magno ho-
ori fuerunt. ne Marco quidem Seio vitio datum eſt,
quod

nt nominati, maxima cum dignitate c religione Iovi, Iunoni, Minervæque ſe faciendos.

Luculli] Sic recte emendarunt viri octi: conſtat enim duos Lucullos atres L. & M. eodem anno ædilita-m geſſiſſe, de qua Plutarch. & Plin. b. 8. c. 7. itaque Stephanus Pighius 1 Valerio Maximo cap. 4. lib. 2. be-e emendavit: *verſatilem fecerunt Lu-ulli. argentatis choragiis P. Lentulus pinther adornavit.* quomodo legen-um atque emendandum eſſe, Caro-us Sigonius in libris Emendationum, ecem annis ante admonuerat. *Fr. Fa-rit.* Equidem in Pithæi excerptis, in alatinis, & Langii libris, *Luculli.* in neo, *poſt Lucullum.*

Homini ditiſſimo] *Divitiſſimo*, hic criptum reperi; ut *divitior*, dixit Te-ent. & Cicero ipſe in Paradoxis. Haud ſcio an hic eſt, Mam. Æmilius Lepidus coſ. cum D. Bruto anno DC-XXV. Decimam vero Herculis intel-ligit: quam Plautus *partem Herculaneam* vocat. Ea in ſemitis perſolvebatur; quia ille itineribus præeſt: Sex. Pompejus, ubi de Sango. Vide Varronem lib. v de ling. Lat. perſolvebatur autem potiſſime a mercatoribus, ſi quid evenerat ex voto. nam & theſauris eum præponebant: de qua re ex Perſio Satyrico. *C. Lang.* *Mamerco homini divitiſſimo*] *Divitiſſimo*, pro *ditiſſimo*, Langius ex ſuis libris repoſuit. quod ego quoque in tribus libris manuſcriptis invenio. Sic *divitior* eſt in Lælio, & in Paradoxis. ego quoque apud Q. Curt. l. 4. *divitiſſimus quiſque.* & lib. 10. *divitiſſimarum gentium* ex libris vetuſtis emendavi. *Fr. Fabrit.* Adſtipulatur huic ſcripturæ *divitiſſimo* primus Grævii.

Ne Marco quidem Seio] In uno libro *M. Sergio* erat corrupte, ut puto. Nam Plin. XV, *anno*, inquit; DCXXC. *M. Seius L. F. Æd. Cur. olei denas libras ſingulis aſſibus præſtitit populo R.*

quod in caritate aſſe modium populo dedit. magna enim ſe & inveterata invidia, nec turpi jactura, quando erat aedilis, nec maxima liberavit. Sed honori ſummo nuper noſtro Miloni fuit, quod gladiatoribus emtis reip. cauſa, quae ſalute noſtra continebatur, omnes P. Clodii conatus furoreſque compreſſit. Cauſa igitur largitionis eſt, ſi aut neceſſe eſt, aut utile. In his autem ipſis mediocritatis regula optima eſt. L. quidem Philippus Q. filius, magno vir ingenio, inprimiſque clarus, gloriari ſolebat, ſe ſine ullo munere adeptum eſſe omnia, quae haberentur ampliſſima. dicebat idem C. Curio. Nobis quoque licet

per totum annum, quo tamen loco manuſcriptus liber *M. Servio* habet. *Servio* autem pro *Sergio*, & contra perſæpe occurrit. Meminit ejuſdem Cic. pro Plancio. *C. Lang.* *Ne M. quidem Seio*] Sic legendum, non, *Sergio*, ut Langius in quibuſdam libris eſſe admonet. de quo Plinius lib. 15. cap. 1. *Fr. Fabrit.*

In caritate aſſe] Sic Grævii primus, aliique meliores cum editi, ut Victorii, Langii, Fabritii, tum manu exarati codices. Vulgo male inſeritur: *in caritate annonæ aſſe.*

Gladiatoribus emtis] Cum Clodius magnam manum armatorum hominum comparaſſet, qua utebatur ad turbandam rempublicam, ad leges & judicia evertenda, ei ut reſiſteret Milo & ipſe gladiatores emit, & vim vi repulit. vide Dionem lib. XXXI. ad annum V. C. 697. & Cic. 2 ad Quintum fratrem ep. 6.

Quæ ſalute noſtra continebatur] Nihil hic inaniter jactat, nihilque ſibi tribuit Cicero, quod non ſit veriſſimum. Nam per ejus latus petebatur reſpublica. Tanta ejus erat & Catonis auctoritas, ut non poſſent impune graſſari in rempublicam, qui dominationem affectabant, niſi aut iis ſubmotis, aut eorum dignitate fracta, quod nemo poteſt ignorare, niſi hoſpes in hiſtoria horum temporum.

Dicebat idem Cotta, Curia] In duobus exemplaribus, *Curio*, non legitur. In alio perquam antiquo, *dicebat autem Quotta Curio.* Cum autem tres ea tempeſtate Cottæ Conſulares fuerint, C. M. L. ut Aſconius recenſet, non debuit ſine prænomine Cottam nominare. Itaque nonnunquam putavi legendum C. Cotta. Nam & in fronte Verrinarum veteris libri, *in Curium Verrem*, inveni ſcriptum pro, *in C. Verrem*. Sed magis placet *C. Curio.* ut puta *C. Scribonius Curio*, orator bonus, & perpetuus improborum hoſtis inquit Cic. In Vatinium & Verr. II. pro lege Manil. pro Rabirio. Is Coſ. fuit cum Cn. Octavio, anno DCLXXII. de quo puto loqui Valerium libro IX. dum Curionem omnibus honoribus abundantem appellat. Sci alios *Cotta, Curio.* ſic interpungere. Se viderint illi. *C. Lang.* *Dicebat ide C. Curio*] In libris vulgatis eſt, *Cott Curio.* quod mendum manavit ab im peritia librarii, qui prænominis no tam non intellexit. itaque in uno e manuſcriptis noſtris legitur, *Diceba idem coram Curio.* Similiter erratu fuit in prænomine C. Gracchi inferiu *Fr. Fabrit.* Nihil certius eſt ſente tia Langii & Fabritii. quamvis rec met cum ceteris meus quoque opt mus. In Pithæanis tamen excerpt *dicebat idem Cocta Curio.* Si Cice

Co

ecet in hoc quodammodo gloriari. Nam pro amplidine honorum, quos cunctis ſuffragiis adepti ſuius noſtro quidem anno, quod contigit eorum neini, quos modo nominavi, ſane exiguus ſumtus dilitatis fuit. Atque etiam illae impenſae meliores, uri, navalia, portus, aquarum ductus, omniaque uae ad uſum reip. pertinent. quamquam quod praens tamquam in manum datur, jucundius eſt, taen haec in poſterum gratiora. Theatra, porticus, ova templa verecundius reprehendo propter Pomejum: ſed doctiſſimi non probant, ut & hic ipſe anaetius, quem multum in his libris ſecutus ſum, on interpretatus: & Phalereus Demetrius, qui Peclem, principem Graeciae vituperat, quod tanum pecuniam in praeclara illa propylaea conjecerit. ed de hoc genere toto, in iis libris, quos de reub. ſcripſi, diligenter eſt diſputatum. Tota igitur tio talium largitionum, genere vitioſa eſt, tempobus neceſſaria; & tum ipſa & ad facultates accommo-

ottam & Curionem idem dixiſſe oluiſſet ſignificare, ſcripſiſſet proculbio: *dicebat idem Cotta & Curio.* Seuor igitur hic vi veri victus Langium otius & Fabritium, quam codices. *ræviuſ.*

Tanquam in manu datur] *In manum*, abent libri manuſcripti cum impreſs Victorianis & Langianis. *Fr. Fabrit.*

Tamen hæc in poſterum gratiora] Aſtot. IV Nicom. 2: *In ea potius pecuiam impendet, quæ diuturna ſunt fuura, ſunt enim hæc pulcherrima.* Raiel. Hoc præſtitit egregie Auguſtus ui moriens prædicavit *ſe urbem marnoream relinquere, quam lateritiam acepiſſet.*

In præclara illa propylæa] Hæc erant rcis quæ Cecropia dicebatur, veſtiula, lapide albo tecta, quibus extruendis Pericles annos quinque, & is mille ac duodecim talenta impenlit, hoc eſt, noſtra pecunia, duodecies centies mille, & ſepties mille ducenti coronati, teſte Suida & Harpocratione in προπύλαια. Per ſolas horum veſtibulorum portas quinque patebant aditus in arcem. Illarum claves Archontes ſinguli ſingulis diebus tantum, ne tyrannidem affectare unquam poſſent, aſſervabant, quoque eas die habebant, dicebantur Ἐπιστάται. I. Meurſius in Cecropia cap. 6.

Tota igitur ratio talium largitionum genere vitioſa eſt, temporibus neceſſaria] Tales impenſæ omnes nimiæ in ædificia publica, in ludos, munera, & ſi quæ alia ſunt hujus generis, ſunt improbandæ, ſed ſi natus ſis iis temporibus, quibus neceſſario ſunt faciendi in talia ſumtus, ut effugias avaritiæ ſuſpicionem, pro ratione facultatum ſunt faciendi, & ſic moderandi ne incurramus in reprehenſionem aut ſordidorum aut prodigorum.

Ad facultates accommodanda] Ariſtot.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

18 modanda, & mediocritate moderanda eſt. In illo autem altero genere largiendi, quod a liberalitate proficiſcitur, non uno modo in diſparibus cauſis affecti eſſe debemus. Alia cauſa eſt ejus, qui calamitate premitur, & ejus, qui res meliores quaerit, nullis ſuis rebus adverſis. Propenſior benignitas eſſe debebit in calamitoſos, niſi forte erunt digni calamitate. in iis tamen, qui ſe adjuvari volent, non ut ne affligatur, ſed ut altiorem gradum adſcendant, reſtricti omnino eſſe nullo modo debemus: ſed in deligendis idoneis judicium & diligentiam adhibere. nam praeclare Ennius:

Bene-

ſtot. IV ad Nicom. 2. ubi docuerat qui ſumtus ſint honorifici, addit: Ἐν ἅπασι δὲ πρὸς τὸν πράττοντα ἀναφέρεται τὸ τίς ὢν καὶ τίνων ὑπαρχόντων. ἄξια γὰρ δεῖ τούτων εἶναι. Διὸ πένης μὲν οὐκ ἂν εἴη μεγαλοπρεπής. οὐ γάρ ἐστιν ἀφ᾽ ὧν πολλὰ διαπανήσει πρεπόντως. ὁ δὲ ἐπιχειρῶν ἠλίθιος, παρὰ τὴν ἀξίαν γὰρ καὶ τὸ δέον. *In omnibus etiam reſpiciendus eſt is qui facit aliquid, quiſnam, & quibus facultatibus ſit inſtructus. Decet enim illa convenire & operi & facienti ſumtus. Quamobrem pauper non poteſt eſſe magnificus, non enim habet ex quibus ſumtus faciat convenientes magnifico. Qui autem id aggreditur ſtultus eſt. Facit enim quod ſe non decet, nec ei convenit.* Equidem

Inops potentem tum vult imitari perit.

Phædrus lib. I. fab. 24. Igitur μακάριος ὃς οὐσίαν καὶ νοῦν ἔχει. χρῆται γὰρ εἰς ἃ δεῖ καλῶς. *Felix cui opes & mens ſuppetunt: nam recte iiſdem ubi res poſcit utitur,* ſecundum pulcherrimum Democratis dictum.

Propenſior benignitas eſſe debet in calamitoſos] Hæc enim eſt benignitas neceſſaria, quam ſine reprehenſione & ſcelere negligere non poſſumus. *Primo*, inquit Sen. I de benef. 11: *demus neceſſaria, deinde utilia, deinde jucunda, utique manſura. Incipiendum autem eſt a neceſſariis. aliter enim ad animum pervenit, quod vitam continet: aliter quod exornat aut inſtruit.* & ſtatim: Ex *his quæ neceſſaria ſunt, quædam primum obtinent locum, ſine quibus non poſſumus vivere, quædam ſecundum, ſine quibus non debemus, quædam tertium, ſine quibus nolumus. Prima hujus notæ ſunt hoſtium manibus eripi, & tyrannicæ iræ, & proſcriptioni, & aliis periculis, quæ varia & incerta humanam vitam obſident.* vide ibi plura. & in lib. II, cap. 10: exemplum illuſtre Arceſilai amico pauperi, & paupertatem ſuam diſſimulanti clam ſuccurrenti.

In iis tamen qui ſe adjuvari volent] Quibuſdam legendum videtur, *in eo tamen:* & item mihi. *Lambin. In iis tamen*] Admonet Lambinus, quibuſdam legendum videri, *In eos tamen* quod eſt uſitatius: verum libri ſcripti cum impreſſis conſentiunt. *Fr. Fabricius.*

Sed ut ad altiorem gradum adſcendant] Hæc Seneca vocat beneficia utilia in loco paullo ante laudato: *Subſequuntur utilia, quorum varia & lata materia eſt. Hic erit pecunia non ſuperflua, ſed ad ſanum habendi modum parata: hic erit honor & proceſſus ad altiora tendentium.*

In deligendis idoneis judicium & diligentiam adhibere] Nam qui indignis dat non eſt liberalis dicendus ſed aliud aliquis, ut docet Ariſtoteles IV ad N[icom.]

con

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Benefacta male locata malefacta arbitror.
Quod autem tributum eſt bono viro & grato, in eo um ex ipſo fructus eſt, tum etiam ex ceteris. teme- tate enim remota, gratiſſima eſt liberalitas: eoque m ſtudioſius plerique laudant, quod ſummi cujuſ- ue bonitas commune perfugium eſt omnium. Danda

m. cap. 1: ὁ ἐλευθέριος ὧν δώσει καλοῦ ἕνεκα, καὶ ὀρθῶς, οἷς γὰρ καὶ ὅσα, καὶ ὅτε, καὶ τἄλλα ὅσα έπεται τῇ ὀρθῇ δόσει. & : ὁ δὲ διδοὺς οἷς δεῖ, ἢ μὴ τοῦ καλοῦ ἕνεκα, ἀλλὰ ί τινα ἄλλην, αἰτίαν οὐκ ἐλευθέριος. λὰ ἄλλος τις ῥηθήσεται. *Itaque li- ralis dabit honeſti cauſſa, & recte; ibus enim oportet, & quantum & tempore, & cetera omnia obſerva- , quæ recte dandi rationem ſequun-* . & ſtatim: *At qui dat vel quibus ndum non eſt, vel non honeſti gratia, aliqua alia cauſſa impulſus, hic non liberalis, ſed alio quodam nomine ap- labitur.* Inferius rationem reddit, t non quibuſlibet dandum, ne ſci- et, ut ſuperius in libro primo præ- pit Cicero, fons liberalitatis exa- cat: οὐδὲ τοῖς τυχοῦσι δώσει, ἵνα ῃ διδόναι οἷς δεῖ, καὶ ὅτε καὶ οὗ κα- . *Neque quibuſlibet largietur, ut ſup- tat ei quod largiri poſſit, quibus opor- , & quo tempore, & ubi honeſtum* . Nam *beneficium eſt quod judicio da- , non quod furore aut morbo*, ut pul- errime Seneca Pater in Controver- s. Id quod filius pluribus explicat . 1 de beneficiis cap. 14, ſed & vide æ ſuperius in lib. 1. cap. 15. Cice- prodidit, & quæ ad illa notavi- us.

Benefacta male locata malefacta ar- ror] Rationem oſtendit Phædrus . 1, fab. 8:

Qui pretium meriti ab improbis deſide- rat,
Bis peccat: primum quoniam indignos adjuvat:
Impune abire deinde quia jam non poteſt.

in eandem ſententiam lib. IV, c. 18 cib:

Qui fert malis auxilium, poſt tempus dolet.

In meo pervetuſto pro *benefacta* legitur *beneficia*.

Cum ex ipſo fructus eſt] Vnde Iſocrates: καλὸς θησαυρὸς παρ᾽ ἀνδρὶ σπουδαίῳ χάρις ὀφειλομένη. *Pulcher theſaurus apud virum bonum beneficium poſitum.* Rachel. Et Publius Syrus Mimus:

Beneficium dando accipit, qui dando dedit.

Tum ex ceteris] Bonis, qui liberalitatem hanc laudant, & virum tam benignum amant & colunt. Confirmat hoc eximiæ libertatis commemorandum exemplum Scipionis Africani junioris apud Polyb. in Excerptis Pireſcianis, qui cum Æmiliæ hereditatem creviſſet, & ſplendidiſſimum illum apparatum, quo utebatur in publico, præſertim cum ſacris operaretur, donaſſet matri ſuæ, quæ propter rei familiaris anguſtias abeſſe pompa conſuerat, ſed cum poſt publico ac celebri ſacrificio progreſſa cum illo apparatu Æmiliæ, reliquas mulieres advertiſſet, univerſæ Scipionis liberalitatem animique magnitudinem collaudantes, ſublatis in cœlum manibus P. Scipioni fauſta omnia precabantur. Vide lib. 31 excerpta.

Summi cujuſque bonitas commune perfugium eſt omnium] Vnde Græcorum dictum, χρηστὸν ἀνὴρ κοινὸν ἀγαθόν. *Vir bonus commune bonum.* Hoc pluribus explicat mox ipſe Cicero cap. 20 hujus libri: *Videndumque illud eſt, quod ſi opulentum fortunatumque defenderis, in illo uno, aut forte in liberis ejus manet gratia. Sin autem inopem, probum tamen & modeſtum, omnes non improbi humiles, quæ magna in populo multitu-*

da igitur opera eſt, ut iis beneficiis quam plurimos afficiamus, quorum memoria liberis poſteriſque prodatur, ut iis ingratis eſſe non liceat. omnes enim immemorem beneficii oderunt: eamque injuriam in deterrenda liberalitate ſibi etiam fieri; eumque, qui faciat, communem hoſtem tenuiorum putant. Atque haec benignitas etiam reip. utilis eſt, redimi e ſervitute captos, locupletari tenuiores: quod

do eſt, præſidium ſibi paratum vident.

Vt hos beneficiis quam plurimos afficiamus] In manuſcriptis noſtris eſt, *Vt iis beneficiis quam plurimos afficiamus.* quomodo Victorius edidit, ac ſine dubio eſt legendum. *Fr. Fabrit.* Subſcribit Fabritio Grævii primus.

In deterrenda liberalitate] Metonymia eſt adjuncti pro ſubjecto. *in deterrenda liberalitate*, pro *in deterrendis hominibus liberalibus*, ne ſint benefici. In duobus libris manuſcriptis legitur, *In deterenda liberalitate.* quod Ioachimus Camerarius probat, & ait ſententiam eſſe, alienos etiam exiſtimare ſibi injuriam fieri, ſi oblivione liberalitas deteratur, id eſt, deminuatur. *Fr. Fabrit.* Sed *deterrenda* probat Grævii primus.

Redimi e ſervitute captos] Hinc cum Iure Ro. ſedulo bonorum eccleſiaſticorum alienatio eſſet prohibita, excepta tamen fuit cauſa captivitatis & famis. l. 21. C. de SS. Eccl. quia non ſit abſurdum, animos hominum quibuſcunque vaſis & veſtimentis præferri; juxta illud D. Ambroſii: *Aurum habet Eccleſia, non ut ſervet, ſed ut eroget, ac ſubveniat neceſſitatibus.* c. aurum. 14. quæſt. 2. Socrates hiſtor. eccleſ. l. 7. cap. 21. memorat, Acacium Amidenum Epiſcopum ob hanc cauſam conflaſſe vaſa omnia aurea & argentea, dixiſſeque clericis ſuis, ὁ θεὸς ἡμῶν οὔτε δίσκων οὔτε ποτηρίων χρήζει. οὔτε γὰρ ἐσθίει, οὐδὲ πίνει, ἐπεὶ μὴ προσδεής ἐστιν, *Deus noſter neque patinis, neque poculis utetur. Nec enim edit, nec bibit, quandoquidem nullius rei indigus eſt.* Narrat quoque aliud exemplum de vaſis Eccleſiæ a Cyrillo Hieroſolymorum epiſcopo venditis Sozomenus 5. Tripart. 37. Tradit quoque Victor lib. 1 de perſecut. Vandal. Carthaginenſem Epiſcopum, ut captivos a Vandalis & Mauris liberaret, vaſa aurea & argentea vendidiſſe. Plura de hac alienandi cauſa legi poterunt apud Covarruviam lib. 2. var. reſol. cap. 16. n. 7. ſeqq. & Molinam tr. 2. diſp. 340. num. 22. Sic cum Iure Ro. conſtitutum eſſet, ut, ſi donatio legitimam quantitatem 500. ſolidorum exceſſiſſet, illa abſque inſinuatione facta non eſſet valida, cauſa captivorum item fuit excepta, ut quantamcunque pecuniam ad liberandos captivos donare liceat, etiamſi inſinuatio non fuerit adhibita, ſic ut donatori ne quidem eam donationem revocare fas ſit. l. 36. C. de donat. & ibi Perez n. 35. *Rachel.*

Locupletari tenuiores] Exemplum inſigne apud Plinium lib. 1. ep. 19: *Mu[niceps] tu meus, & condiſcipulus, & a[b] ineunte ætate contubernalis.* & quæ ſequuntur. dein: *Eſſe autem tibi centu[m] millium cenſum, ſatis indicat, quod a[pud] nos decurio es. Igitur, ut te non de[curione] ſolum, verum etiam equite Ro[mano] perfruamur, offero tibi ad implen[das] equeſtres facultates trecenta milli[a] nummum. Te memorem hujus muner[is] amicitiæ noſtræ diuturnitas ſpondet.* I[tem] aliud lib. 11, ep. 4 ad Calvinam: *Cu[m] vivente eo* (patre tuo) *nubenti tibi dotem centum millia contulerim, præt[er] eam ſummam, quam pater tuus qu[aſi] de meo dixit, (erat enim ſolvenda*

me

ȝod quidem vulgo ſolitum fieri ab ordine noſtro in ıtione Craſſi ſcriptum copioſe videmus. Hanc er- conſuetudinem benignitatis largitioni munerum ıge antepono. haec eſt gravium hominum, atque ıgnorum: illa quaſi adſentatorum populi, multi- dinis levitatem voluptate quaſi titillantium. Con- niet autem cum in dando munificum eſſe, tum in igendo non acerbum, in omnique re contrahenda,

) magnum habes facilitatis meæ pi- s, cujus fiducia debes famam defuncti oremque ſuſcipere, ad quod ne te ver- magis, quam rebus horter, quicquid i pater tuus debuit, acceptum tibi i jubeo. Nec eſt quod verearis ne ſit i iſta oneroſa donatio. Sunt quidem ino nobis modicæ facultates, dignitas tuoſa, reditus propter conditionem a- orum neſcio minor, an incertior, ſed d ceſſat ex reditu, frugalitate ſupple- , ex qua velut e fonte liberalitas no- decurrit. Quæ tamen ita temperan- eſt, ne nimia profuſione inareſcat. i locus pulcherrimus eſt, & in pri- s ad hoc argumentum, in quo ıc Cicero verſatur, pertinet. Eſt m inſigne liberalitatis ad facultates commodatæ, & quam mediocritas oderatur, exemplum. Hæc deben- I. Fr. Gronovio, ut & ſequens, artialis conqueritur exoleviſſe pri- nam illam benignitatis in tenuiores nſuetudinem lib. v. ep. 19. Nam m laudaſſet ſeculi illius felicita- n:

Eſt tamen hoc vitium, ſed non leve, ſit licet unum,
Quod colit ingratas pauper amicitias.
Quis largitur opes veteri fidoque ſodali?
Aut quem proſequitur non alienus equus?

e mira liberalitate Cimonis, qui di- ur multos locupletaſſe, vide C. Nep. ejus vita cap. 4.

Quod quidem vulgo ſolitum fieri ab dine noſtro in oratione Craſſi ſcriptum pioſe videmus] Similia his prodidit Tacitus IV annali 63, cum explicaſſet quanta hominum multitudo perierit ruina Fidenatis amphitheatri ſub Tiberio, addit: *Ceterum ſub recentem cladem patuere procerum domus, fomenta, & medici paſſim præbiti: fuitque urbs per illos dies, quanquam mœſta facie, veterum inſtitutis ſimilis, qui magna poſt prœlia ſaucios largitione, & cura ſuſtentabant.*

Convenit autem cum in dando munificum eſſe] Idem præcipit Ariſtot. IV Eth. ad Nicom. 1: Ἐλευθερίου δὲ ἐστὶ σφόδρα καὶ τὸ ὑπερβάλλειν ἐν τῇ δόσει, ὥς τε καταλείπειν ἑαυτῷ ἐλάττω. τὸ γὰρ μὴ ἐπιβλέπειν ἐφ' ἑαυτὸν, ἐλευθερίου. *Valde proprium eſt liberalis hominis, ita in dando munificum eſſe, ut ſibi pauciora relinquat. Nam ſui rationem non habere liberalis eſt.*

Tum in exigendo non acerbum] *Acerbi* Latinis dicuntur qui debita exigunt ad aſſem ſine ulla remiſſione. Sueton. Vitell. 1: *Cum libertino cuidam acerbius debitum repoſcenti, injuriarum formulam, quaſi calce ab eo percuſſus, intendiſſet.* Idem in Neron. 44: *Exegit ingenti faſtidio & acerbitate nummum aſperum, argentum puſtulatum*, ut nullam aliam pecuniam vellet accipere. Et in Caligula 43: *Expeditionis Germanicæ impetum cepit, neque diſtulit, ſed legionibus & auxiliis undique excitis, dilectibus ubique acerbiſſime actis.* ut nulli gratiam faceret militiæ. Et in Octav. c. 27: *Reſtitit quidem aliquamdiu collegis, ne qua fieret proſcriptio, ſed incœptam utroque acerbius exercuit.* ſequentia vide, quæ oſtendunt *acerbe exercere proſcriptionem*, eſſe inexorabi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

da, vendendo, emendo, conducendo, locando, vicinitatibus & confiniis, aequum & facilem; multa multis de jure ſuo cedentem: a litibus vero, quantum liceat, & neſcio an paullo plus etiam quam liceat, abhorrentem. Eſt enim non modo liberale, paullum nonnumquam de ſuo jure decedere, ſed interdum etiam fructuoſum. Habenda autem eſt ratio rei familiaris, quam quidem dilabi ſinere flagitioſum eſt: ſed ita ut illiberalitatis avaritiaeque abſit ſuſpicio. Poſſe enim liberalitate uti, non ſpoliantem ſe patrimonio, nimirum is eſt pecuniae fructus maximus.

Recte

rabilem, nulli proſcripto parcere. Sic apud Cic. XV ad fam. 4. *acerbiſſima tributa* ſunt quæ ſine ulla remiſſione exiguntur. Et in III ad fam. 8: *Acerbiſſima exactio* cum nulli quicquam remittitur. Acerbi exactoris exemplum habes apud Theophraſtum περὶ μικρολογίας· Δεινὸς δὲ καὶ ὑπερημερίαν πρᾶξαι, καὶ τόκον τόκου. *Debitum ſi quis præſtituta die non ſolverit, pœnam pro mora, ac uſuram uſuræ ſolet exigere.*

Vicinitatibus & confiniis] Meus primus: *vicinitatibus & confinibus*. Pith. excerpta & duo Manut. *vicinaritibus & confiniis*. Sed nihil muto. *Vicinitates & confinia*, ſunt vicini & confines, ut *matrimonia*, *ſervitia*, uxores, ſervi, recte monente Grutero. Quomodo vero differant *confines* & *vicini* docet lex IV, D. fin. regund. *Hoc judicium locum habet in confinio prædiorum ruſticorum, urbanorum diſplicuit. neque enim confines hi, ſed magis vicini dicuntur. & ea communibus parietibus plerumque diſterminantur.* & ſtatim: *Si vero flumen vel via publica intervenit confinium non intelligitur.* ſic recte MSS. *Grævius.*

Multa multis de jure ſuo cedentem] Hinc Ariſtoteles IV Nicom. I: Εὐκοινώνητός ἐστιν ὁ ἐλευθέριος εἰς χρήματα. δύναται γὰρ ἀδικεῖσθαι μὴ τιμῶν γε τὰ χρήματα. *In re pecuniaria facilem ſe præbet liberalis, & quia pecuniam contemnit injuriæ eſt opportunus.*

Quam quidem dilabi ſinere flagitioſum] *Delabi*, ut Victorius edidit, in uno manuſcripto legitur. *Dilabi* tamen placet, ut in illo, *Male parta male dilabuntur.* Fr. Fabrit. Liberalis non negligit rem familiarem, ut idem Ariſtoteles in laudato libro: Οὐδὲ ἀμελήσει τῶν ἰδίων, βουλόμενός γε διὰ τού των τισὶν ἐπαρκεῖν. *Nec negliget ſuam rem familiarem, quippe qui velit ex ha aliquibus commodare, eiſque ſuppeditar quæ deſiderant.*

Poſſe enim liberalitate uti non ſpolian tem ſe patrimonio] Nam liberalis pote eſſe, qui eſt in re tenui. Ariſtot. I Nicom. I: Κατὰ τὴν οὐσίαν ἡ ἐλευθερι της λέγεται. οὐ γὰρ ἐν τῷ πλήθει τῶν δ δομένων τὸ ἐλευθέριον, ἀλλ' ἐν τῇ τοῦ διδόντος ἕξει. αὕτη δὲ κατὰ τὴν οὐσί δίδωσιν. οὐδὲν δὲ κωλύει ἐλευθεριώτ ερον εἶναι τὸν τὰ ἐλάττω διδόντα, ἐ ἀπὸ ἐλαττόνων διδῷ. *Ex facultati penditur & dicitur liberalitas. Non en in multitudine eorum quæ dantur, ſed habitu ejus qui dat, ſita eſt vis libera tatis. Hic autem dat pro facultatib Nihil igitur obſtat quo minus is libera ſit, qui pauciora donat, ſi modo ex p cioribus donet.* Hoc Servator no Chriſtus ipſe docet apud Marcum vidua inope duos denarios gazopl laceo immittente, quos acceptio Deo ait fuiſſe copioſis divitum nu mis, quia erat pauperior.

L

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ecte etiam a Theophraſto eſt laudata hoſpitalitas.
enim (ut mihi quidem videtur) valde decorum,
tere domos hominum illuſtrium illuſtribus hoſpi-
us : idque etiam reip. eſt ornamento, homines
ternos hoc liberalitatis genere in urbe noſtra non
ere. Eſt autem etiam vehementer utile iis, qui
neſte poſſe multum volunt, per hoſpites apud ex-
nos populos valere opibus & gratia. Theophra-
s quidem ſcribit, Cimonem Athenis etiam in ſuos
riales Laciadas hoſpitalem fuiſſe. ita enim inſti-
ſſe, & villicis imperaviſſe, ut omnia praeberen-
, quicumque Laciades in villam ſuam devertiſſet.
iae autem opera, non largitione beneficia dantur, 19
ec tum in univerſam remp. tum in ſingulos civis
nferuntur. nam in jure cavere, conſilio juvare,
ue hoc ſcientiae genere prodeſſe quam plurimis,
hementer & ad opes augendas pertinet, & ad gra-
m. Itaque cum multa praeclara majorum, tum
od optime conſtituti juris civilis ſummo ſemper in
hono-

audata eſt hoſpitalitas] Laudata eſt
italitas mirifice cum a Philone
περὶ φιλανθρωπίας tum a docto-
s Chriſtianis, & veteribus quo-
Philoſophis. Hinc & ſumtum qui
enditur in hoſpitem probat Plau-
Mil. Glor. III, I:

mala uxore atque inimico ſi quid
ſumas ſumtus eſt,
bono hoſpite atque amico quaeſtus eſt
quod ſumitur.

hoſpitalitatis jure vide Tomaſi-
in libello de teſſeris hoſpitali-
, & Sobrini mei Ioannis Schil-
viri doctiſſimi & ampliſſimi, qui
i Saxoniæ eſt a conſiliis, mihi
non neceſſitudine tantum, ſed
tudiorum & animorum ſocietate
neris annis fuit conjunctiſſimus,
ertationem de hoſpitalitatis jure.

ſuos curiales] Male Manutius
τορες exponit, ſunt *δημόται*, ejus-
m pagi homines. Curiales Latine
vocavit Cicero petito ex ſua rep. vo-
cabulo, quo Græcum expreſſit. Quis
neſcit populum Romanum diviſum
fuiſſe in triginta curias, quæ cum
convenirent publice curiata habeban-
tur comitia: ejuſdem vero curiæ ho-
mines dicebantur curiales. Populus
vero Atticus erat deſcriptus in pagos,
quos ipſi *δήμους* vocant, ejuſdem ve-
ro pagi homines *δημόται* appellaban-
tur. De *Λακία* pago, e quo erat Ci-
mon, vide Meurſium in libro de *δή-
μοις* Atticis.

In jure cavere] Eſt hominis juris
prudentis, qui conſultori ſuo ratio-
nem præſcribit, formulamque dicti-
tat paciſcendi aut contrahendi, &
monitis conſilioque inſtruit, ne con-
ditionem deteriorem faciat. *Budæus.*

*Iuris civilis ſummo ſemper in honore
fuit cognitio*] Oſtendit Craſſus lib. I
orat. *Quid*, inquit, *præclarius quam
honoribus & reip. muneribus perſunctum
ſen-*

honore fuit cognitio, atque interpretatio: quam quidem ante hanc confuſionem temporum in poſſeſſione ſua principes retinuerunt: nunc ut honores, ut omnes dignitatis gradus, ſic hujus ſcientiae ſplendor deletus eſt: idque eo indignius, quod eo tempore hoc contigit, cum is eſſet, qui omnis ſuperiores, quibus honore par eſſet, ſcientia facile viciſſet. Haec igitur opera grata multis, & ad beneficiis obſtringendos homines accommodata. Atque huic arti finitima eſt dicendi gravior facultas, & gratior & ornatior. Quid enim eloquentia praeſtabilius, vel admiratione audientium, vel ſpe indigentium, vel eorum, qui defenſi ſunt, gratia? huic quoque ergo a majoribus noſtris eſt in toga dignitatis principatus datus. Diſerti igitur hominis, & facile laborantis, quodque in patriis eſt moribus, multorum cauſas, & non gravate, & gratuito defendentis, beneficia, &

ſenem, ſuo jure dicere id, quod apud Ennium dicit ille Pythius Apollo, ſe eſſe eum unde ſibi, ſi non populi & reges, at omnes ſui cives conſilium expetant, ſuorum rerum incerti: quos ego mea ope ex incertis certos, compoteſque conſilii dimitto, ut ne res temere tractent turbidas. Sed alibi etiam multus eſt in juris ſcientia prædicanda. & merito.

Cum is eſſet] Servius Sulpicius ſignificatur. *Lambin. Cum is eſſet*] Ser. Sulpicium ſignificari, recte Lambinus admonet. atque ita Conradus quoque in Commentario doctiſſimo in Brutum Ciceronis hunc locum interpretatur: quem docti quidam inepte de Iulio Cæſare intelligunt. *Fr. Fabrit.*

Huic quoque ergo majoribus noſtris eſt in toga dignitatis principatus datus] Cum prius nullo ſenſu legeretur, *in tota dignitate*, de exemplari vallis S. Lamberti locum reſtitui. Cicero togæ ſignificatione libenter pro pace & otio publico abutitur. ut Philip. III. *Vt cum illum videant glorioſiſſimum D. Bruto diem, quo die propter ejus ſalutem ad togam redierimus.* Quod ſequitur, gratuito defendentis, id eſt gratis. Si[…] enim Ciceronem feciſſe Plutarch. ſcri[…]bit; & ipſe Craſſum in paradox. no[…]tat, ut mercedem patrociniorum pa[…]ciſcentem. *Car. Lang. In toga dignitatis principatus*] Ita hunc locum plan[…] mendoſum præclare reſtituit Langiu[s] ex uno libro manuſcripto. In un[…] quoque ex noſtris ſic emendatus lo[…]cus hic legitur, cum in cæteris, ut[…] in vulgatis depravate ſit, *In tota dign[i]tate*, nullo plane ſenſu. *Fr. Fabr[it].* Cic. pro Muræn. c. 11: *Gravis illa […] & plena dignitatis dicendi facultas, q[…] ſæpe valuit in conſule deligendo, p[…] conſilio atque oratione & ſenatus & [po]puli, & eorum, qui res judicant, m[…]tes permovere.* & ſtatim: *Non mir[um] ſi ob hanc facultatem homines ſæpe eti[am] non nobiles conſulatum conſecuti ſu[nt] præſertim cum hæc eadem res plurim[as] gratias, firmiſſimas amicitias, maxi[ma] ſtudia pariat.*

Gratuito defendentis] Lege en[im] Cincia vetitum erat, ne quis ob ca[…]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

patrocinia late patent. Admonebat me res, ut hoc
pque loco intermiſſionem eloquentiae, ne dicam
eritum, deplorarem, ni vererer, ne de meipſo
iuid viderer queri. Sed tamen videmus, quibus
tinctis oratoribus, quam in paucis ſpes, quanto
paucioribus facultas, quam in multis ſit audacia.
m autem omnes non poſſint, ne multi quidem,
jurisperiti eſſe, aut diſerti, licet tamen opera
deſſe multis, beneficia petentem, commendan-
judicibus & magiſtratibus, vigilantem pro re
rius, eos ipſos, qui aut conſuluntur aut defen-
t, rogantem: quod qui faciunt, plurimum gra-
conſequuntur, latiſſimeque eorum manat indu-
. Iam illud non ſunt admonendi, (eſt enim in
mtu) ut animum advertant, cum juvare alios ve-
, ne quos offendant. ſaepe enim aut eos laedunt,
s non debent; aut eos, quos non expedit. ſi im-
dentes, negligentiae eſt: ſi ſcientes, temeritatis.
endum etiam eſt excuſatione adverſus eos, quos
invi-

orandam pecuniam donumve
iat, Tacit. IX annal. c. 5. Egre-
& doctam de lege Cincia diſſer-
nem edidit Fridericus Brumme-
extinctus in ipſo ætatis flore,
ingenii excolendi cauſſa per Gal-
n Italiam contenderet.

mmendantem judicibus & magiſtra-] Solebant rei a viris gravibus
ctoritate præditis laudari judici-
& commendari, qui eorum ut
ajorum merita in remp. prædi-
nt. Cic. I ad fam. 9: *Cur lauda-*
Vatinium) *peto a te ut id a me
in hoc reo, neve in aliis requiras:
bi ego idem reponam cum veneris:
ſi poſſum abſenti. Recordare enim,
s laudationem ex ultimis terris mi-
nec hoc pertimueris. nam a me ipſo
ntur & laudabuntur iidem.* Sene-
de Livio Druſo de brev. vitæ
6. *Auſus pupillus adhuc & præ-
textatus judicibus reos commendare, & gratiam ſuam foro interponere tam efficaciter, ut quædam judicia conſtet ab illo rapta.* Hunc locum annotavit Gronovius. Commendationes magiſtratibus plures invenies paſſim in Tullianis epiſtolis, præcipue in libro XIII.

Qui aut conſuluntur] *Conſuluntur* jureconſulti, oratores *defendunt*. Car. Lang.

Vt animadvertant] Grævii primus & Palat. prim. recte *ut animum advertant*. Sic ſæpe veteres, quod in plurimis locis librarii mutarunt in *animadvertere*.

Vtendum etiam eſt excuſatione adverſus eos, quos invitus offendas, quacunque poſſis] Egregium hujus rei exemplum eſt apud ipſum Tullium in III ad fam. ep. 12, ubi excuſat filiæ nuptias Appio, quam Dolabella duxerat,

invitus offendas, quacumque poſſis, quare id, quod feceris, neceſſe fuerit, nec aliter facere potueris: ceteriſque operis & officiis erit id, quod violatum
20 eſt, compenſandum. Sed cum in hominibus juvandis aut mores ſpectari, aut fortuna ſoleat: dictu quidem eſt proclive, itaque vulgo loquuntur, ſe in beneficiis collocandis mores hominum, non fortunam ſequi. honeſta oratio eſt. ſed quis eſt tandem, qui inopis, & optimi viri cauſae non anteponat in opera danda gratiam fortunati & potentis? a quo enim expeditior & celerior remuneratio fore videtur, in eum fere eſt voluntas noſtra propenſior. Sed animadvertendum eſt diligentius, quae natura rerum ſit. nimirum enim inops ille, ſi bonus eſt vir, etiam ſi referre gratiam non poteſt, habere certe poteſt. Commode autem, quicumque dixit, pecuniam qui habeat, non reddidiſſe, qui reddiderit, non habere, gratiam autem & qui retulerit habere, & qui habeat, retu-

rat, Appii accuſator, illo tempore, quo Appium acccuſarat.

Ceteriſque operis & officiis erit id, quod violatum eſt, compenſandum] Sic legendum eſt, atque ita habent libri manuſcripti non, *Certiſque* ut eſt in vulgatis. Victorius etiam, *Penſandum* edidit, pro *Compenſandum*. Fr. Fabritius.

Honeſta oratio eſt] Vt dicant mores ſpectandos eſſe in collocandis beneficiis, cum tamen divites potius & potentes juvent, quam inopes. verum eſt quod Martialis ſcribit:

Semper eris pauper, quia pauper es Æmyliane;
Dantur opes nullis nunc niſi divitibus. Matur.

Inops ille, ſi bonus eſt vir, etiamſi referre gratiam non poteſt, habere certe poteſt] Rationem reddit Seneca II de benef. 31: *Cum omnia ad animum referamus, fecit quiſque quantum voluit.* paullo poſt: *gratus quoque poteſt eſſe*
homo voluntate. Quotiens quod propoſu
quiſque conſequitur, cupit operis ſ
fructum. Qui beneficium dat, quid pr
ponit? prodeſſe ei cui dat, & volupta
ſibi eſſe. Si quod voluit effecit, perveni
que ad me animus ejus, ac mutuo ga
dio affecit, tulit quod petiit. Non eni
ſibi invicem aliquid reddi voluit: a
non fuit beneficium, ſed negotiatio. I
quidem qui meminit, gratiam ret
lit, teſte eodem Seneca II de bene
24: *Nec referre poteſt gratiam, niſi q*
meminit, & qui meminit, jam
fert.

Commode autem quicunque dixit] T
tum hunc locum profert Nonius,
valde inepte ac ridicule interpretatu
hoc modo, *dixit pecuniam*, hoc e
dat, quaſi vero, *dixit pecuniam*,
gendum ſit ſine diſtinctione. *Lambi*

Pecuniam qui habeat] Vid. Man
& Antonium Iulianum de hac ſ
tentia diſputantem apud Gell. IV.

Et qui retulerit habere] Quidam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

tuliſſe. At, qui ſe locupletes, honoratos, beatos tant, hi ne obligari quidem beneficio volunt. quin-iam beneficium ſe dediſſe arbitrantur, cum ipſi amvis magnum aliquod acceperint: atque etiam e poſtulari, aut exſpectari aliquid ſuſpicantur: trocinio vero tuo ſe uſos, & clientes appellari, mor- inſtar putant. At vero ille tenuis, cum, quid-id factum ſit, ſe ſpectatum, non fortunam putet, n modo illi, qui eſt meritus, ſed etiam illis, a ibus exſpectat, eget enim multis, gratum ſe vi-i ſtudet. neque vero verbis auget ſuum munus, quo forte fungitur, ſed etiam extenuat. Viden-mque illud eſt, quod ſi opulentum fortunatum-e defenderis, in uno illo, aut forte in liberis ejus net gratia. ſin autem inopem, probum tamen, & deſtum, omnes non improbi humiles, quae ma-a in populo multitudo eſt, praeſidium ſibi para-n vident. Quamobrem melius apud bonos, quam ud fortunatos, beneficium collocari puto. Danda nino opera eſt, ut omni generi ſatisfacere poſſi-s. ſed ſi res in contentionem veniet, nimirum The-

& qui reddiderit non habere, & abuerit retuliſſe. vide orationem Plancio, & Gellium. *Langius.*

uin etiam beneficium ſe dediſſe arbi-ur, cum ipſi quamvis magnum ali-acceperint] De his loquitur Se-II de benef. 24: *Alius accepit lioſe, tanquam qui dicat; Non quidem opus eſt, ſed quia tam valde vis, m tibi mei poteſtatem.* Gronov.

Eque etiam a ſe aut poſtulari, aut ctari aliquid ſuſpicantur] Diviti ho-to & propter divitias inſolenti benefacere velit, videtur amici-utilem cum ipſo contracturus: quam prudenter monet Ariſto-8. Nicom. 13. §. 28. videndum tatim a principio, a quo benefi-accipias, & quam beneficii mer-m ille exſpectet, ut hac conditio-ne beneficio te adfici aut patiaris, aut recuſes. *Rachel.* Hunc locum ex meo primo codice ſic reſcripſi: *atque etiam a ſe poſtulari, aut exſpectari aliquid.* nemine, puto, reclamante. *Grævius.*

Patrocinio vero ſe uſos] MS. meus primus: *patrocinio vero tuo ſe uſos.* non male. *Idem.*

Mortis inſtar putant] Qua in ſenten-tia fuit Pompejus, qui teſte Cæſare III de bello civili ad amicos agen-tes de pace: *Quid mihi, inquit, aut vita aut civitate opus eſt, quam benefi-cio Cæſaris habere videbor?* I. Fr. Gro-nov.

Non fortunam putat] *Non enim be-neficium eſt, quod fortunam ſpectat* ſecundum veriſſimum Senecæ di-ctum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Themiſtocles eſt auctor adhibendus, qui cum conſuleretur, utrum bono viro pauperi, an minus probato diviti filiam collocaret: Ego vero, inquit, malo virum, qui pecunia egeat, quam pecuniam, quae viro. Sed corrupti mores, depravatique ſunt admiratione divitiarum: quarum magnitudo quid ad unumquemque noſtrum pertinet? Illum fortaſſe adjuvat, qui habet, ne id quidem ſemper. ſed fac juvare, utentior ſane ſit, honeſtior vero quomodo? Quod

Corrupti mores depravatique ſunt admiratione divitiarum] De hoc omnes conqueruntur, quicunque vitia Romæ corruptæ deplorarunt. Iuvenal. Sat. 6:

Nullum crimen abeſt, facinuſque libidinis ex quo.
Paupertas Romana perit. Et ſtatim:
Prima peregrinos obſcena pecunia mores
Intulit, & turpi fregerunt ſecula luxu
Divitiæ molles.

Et Lucanus lib. I:

Namque ut opes nimias mundo fortuna ſubacto
Intulit, & rebus mores ceſſere ſecundus,
Prædaque & hoſtiles luxum ſuaſere rapinæ.

Vide Liv. præfat. & Salluſtium in prooemio belli Catilinari. Nec Romæ tantum ſed omnibus rebuſpublicis diu florentibus idem fatum incumbere Polybius oſtendit lib. VI, 55.

Ne id quidem ſemper] Nam ſi avarus eſt, *tam ei deeſt quod habet, quam quod non habet.* Sin avarus non eſt, divitiæ tamen ipſæ ſæpe poſſeſſores perdiderunt. *Nimiæ opes* inquit Curt. IV, 11. *magnæ jacturæ locum faciunt.* Ariſtot. id ipſum quoque docet, multos ſcilicet homines ipſas facultates multis incommodis & malis affeciſſe, quoſdam etiam perdidiſſe, non quod ipſæ cauſſæ ſint malorum, ſed quod facturos irritant, ut ait Poſidonius. Hinc Euripides in Pliſthene:

Πολλῶν τὰ χρήματ' αἴτι' ἀνθρώποις κακῶν.
Multorum malorum cauſſa hominibus ſunt opes.

Egregie Appuleius in Apolog. quem locum notavit Rachelius: *Immodica divitiæ veluti ingentia & enormia gubernacula facilius mergunt, quam regunt, quod habent irritam copiam, noxiam nimietatem.* Quot in proſcriptione Sullana truncati fuerint divitiarum cauſſa Plutarchus oſtendit in Sulla. Sed exemplorum infinita eſt copia.

Potentior ſane ſit] Vnus liber pro *potentior*, habet *opulentior*; alii tres *utentior.* conjiciant docti. *Car. Lang.* *Opulentior ſane ſit, honeſtior vero,* &c. Etiam noſtri libri habent, *utentior ſane ſit.* Vnde feci, *opulentior ſane ſit* quomodo habet codex unus & alte[r]. Nam, *ulentior*, ſuſpicor eſſe ſcriptu[m] a librario aliquo pro, *opulentior*, o[]miſſis duabus prioribus litteris. Hinc *utentior.* Quidam amicus meus put[at] potius eſſe reponendum, *locupletio[r].* Eſt qui mavult, *divitior.* Non de[e]ſt qui, *juvantior*, reponendum cenſea[t] ut referatur ad magnitudinem diviti[a]rum: hoc modo: *Magnitudo divitiarum juvantior ſit.* Adrianus Turneb[us] nulla conjectura opus eſſe exiſtima[t] ſed legendum eſſe, ut habent vete[res] codices, *utentior*: quod compara[ti]vum eſt a participio, *utens.* Iudi[cet] lector ingenioſus. mihi quidem n[on] placet. *Lambin.* Vide Turneb. Adv[ers.]

X

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

quod ſi etiam bonus erit vir, ne impediant divitiae,
uo minus juvetur, modo ne adjuvent: ſitque omne
dicium, non quam locuples, ſed qualis quiſque
. Extremum autem praeceptum in beneficiis, o-
raque danda eſt, ne quid contra aequitatem con-
ndas, ne quid per injuriam. Fundamentum enim
rpetuae commendationis, & famae eſt juſtitia,
ne qua nihil poteſt eſſe laudabile. Sed quoniam de 21
genere beneficiorum dictum eſt, quae ad ſingu-
s ſpectant: deinceps de iis, quae ad univerſos,
uaeque ad remp. pertinent, diſputandum eſt. Eo-
m autem ipſorum partim ejuſmodi ſunt, ut ad u-
verſos civis pertineant, partim ſingulos ut attin-
nt, quae ſunt etiam gratiora. danda eſt opera omni-
, ſi poſſit, utriſque, nec minus, ut etiam ſingu-
conſulatur: ſed ita, ut ea res aut proſit, aut certe
n obſit reip. C. Gracchi frumentaria magna largi-
tio;

, 1. qui tuetur antiqui libri ſcri-
ram, & *opulentior* a ſemidoctis ho-
nibus proſeminatum eſſe contendit.
e meus quoque liber antiquiſſi-
s *utentior* probat. eleganter utique.
m *utentior* eſt qui plus impendit
cultum vitæ, qui pluribus utitur
vitam tuendam, qui majores ſum-
in ſe tuendo facit. Vti enim eſt
inere impendia, ſe tueri, ſuſten-
, ut multis exemplis docuit ὁ πάνυ
onovius lib. 2 de pecunia vetere
.7. Sic, & εἰς χρείαν apud divum
llum epiſtola ad Philipp. IV, 16:
ἅπαξ καὶ δὶς εἰς τὴν χρείαν μοι
μψατε. ubi recte vetus interpres &
ine: *Semel & bis in uſum mihi mi-
s.* quod recentiores male mutarunt.
enim *in uſum mittere*, *mittere unde
ris*, ut Plautus & Terentius lo-
ntur, quo te ſuſtentes, & alas.
vius.

Modo ne adjuvent] Modo ne pro-
r divitias divitem juvemus, ſi vir
n eſt bonus, ſed propter bonita-
n.

Ne quid contra æquitatem] Ne in injuſta cauſſa juves amicum. vide de hac re, quouſque liceat amico in cauſſa iniqua & capitali navare operam, diſputantem Gellium lib. I noctium Atticarum cap. 3.

Eorum autem ipſorum partim] Noſtrorum librorum alii habent, *Eorum autem ipſorum quædam partim*: alii, *ipſorum quæ, partim.* Langius aliquid fuiſſe diſſimilitudinis in ſuis libris non admonet. Nos alterutro modo legi poſſe arbitramur. vel, *Eorum autem ipſorum quædam partim*, vel, *Eorum autem ipſorum partim.* Lambin.

Eorum autem ipſorum] In noſtris libris nulla hic varietas eſt. Quod autem in quibuſdam legitur, *Ipſorum quædam partim*, non dubito, quin particula *quædam* ex interpretatione in contextum irrepſerit. *Fr. Fabrit.*

Aut certe non obſit reip. Helii & P. Gracchi frumentaria magna largitio fuit] In fidelioribus cod. ſcriptum invenio, *aut ne obſit reip. C. Gracchi frumentaria* &c. quam lectionem tueri poſſu-

R 2 mus

tio; exhauriebat igitur aerarium: modica M. Octavii, & reip. tolerabilis, & plebi neceſſaria. ergo & civibus, & reipub. ſalutaris. In primis autem videndum erit ei, qui rempub. adminiſtrabit, ut ſuum quiſque teneat, neque de bonis privatorum publice deminutio fiat. pernicioſe enim Philippus in tribunatu, cum legem agrariam ferret, quam tamen antiquari facile paſſus eſt, & in eo vehementer ſe moderatum praebuit: ſed cum in agendo multa populariter, tum illud male: non eſſe in civitate duo millia hominum, qui rem haberent. Capitalis oratio, & ad aequationem bonorum pertinens: qua peſte quae poteſt eſſe major? Hanc enim ob cauſam maxime, ut

mus tum Ciceronis auctoritate 3 Tuſc. quæſt. & in Bruto. tum Flori epitome 60 in T. Livium, tum Plutarchi in vita Gracchorum. quidam codices habent *Tyb. Gracchi*, cujus collega fuit in tribunatu M. Octavius. quam lectionem Valer. Max. lib. 3, cap. 2. non nihil confirmat, ubi agit de P. Scipione Naſica. *Pet. Balduinus.* Cum legeretur *C. Helii. T. Gracchi*, ego C. Gracci ſcripſi, ut habent vet. libri. Cauſſam mendæ prodit Magunciacenſe exemplar, quod a principe Typographiæ editum eſt anno MCCCC LXV. in quo tantum *C. Gracchi*, legitur. Itaque ex C. factum eſt, *Celius:* deinde *C. Elius.* nota eſt hiſtoria *C. Gracci* & *M. Octavii* ex Livio, aliiſque. *Car. Lang.* Librarii falſa interpretatione prænominis effecerunt, ut in libris vulgatis jam legatur, *C. Helii & T. Gracchi:* & in quibuſdam, *P. Gracchi* cum, *C. Gracchi* in manuſcriptis noſtris abſque ulla varietate legatur. *Fr. Fabrit.* Sempronia C. Gracchi tribunitia de frumento pauperibus ſemiſſibus & trientibus diſtribuendo jubebat, ut frumentum publice emeretur, ſinguliſque menſibus per ſingulas tribus viliſſimo pretio plebi divideretur. eratque locus Romæ conſtitutus, in quo frumentum publicum aſſervabatur una cum legibus frumentariis, qui dicebatur, horrea Sempronia. *P. Manutius.*

M. *Octavii*] *Cn. Octavius, M. filius, tantum auctoritate dicendoque valuit ut legem Semproniam frumentariam populi frequentis ſuffragiis abrogaverit.* Cic. in Bruto 62. Ex iis autem Tullii verbis quibus in hoc loco Octavii laudat moderatam largitionem fere colligere eſt, non totam Gracchi frumentariam legem abrogaſſe M. Octavium ſed nova lege ſua quodammodo moderaſſe rempublicam, & ærarium in tollerabili damno ſublevaſſe. Verum qua ratione hoc præſtiterit, cum nullum iſtius extet caput, obſcurum eſt. Videtur tamen ſtatuiſſe vel majus pre tium in ſingulos modios ſecundum annonæ caritatem, vel uti triente at que ſemiſſe minus quam emptus e ſet, civibus modius venderetur. Ta quid Apuleia ſequens lex frumentar videtur inſinuare, quæ modios denu ad trientes atque ſemiſſes Semproni legis, hac Octavia abrogata, non ſi tumultu redegit. Steph. Vinand. P ghius.

Philippus] L. Marcius Q. F. Q. N. Philippus, tribunus plebis fuit ann V. C. DCXLIX.

ut ſua tenerent, reſpub. civitateſque conſtitutae ſunt. Nam etſi duce natura congregabantur homines, tamen ſpe cuſtodiae rerum ſuarum, urbium praeſidia quaerebant. Danda etiam opera eſt, ne quod apud majores noſtros ſaepe fiebat, propter aerarii tenuitatem, aſſiduitatemque bellorum, tributum ſit conferendum: idque ne eveniat, multo ante erit providendum. ſin quae neceſſitas hujus muneris alicui reip. obvenerit: (malo enim quam noſtrae ominari, neque tamen de noſtra, ſed de omni repub. diſputo) dan-

Vt ſua tenerentur] *Vt homines ſua tuerentur*, eſt in uno libro ſcripto: in aliis, *Vt ſua tenerentur*, id eſt, ut quæ propria cujuſque eſſent, ea teneri poſſent, quemadmodum Camerarius interpretatur. quod Plato lib. 4. de rep. dicit, Τῶν αὐτῶν μὴ ςέρεσθαι. *Fr. Fabrit.* In meo & Palatino primo eſt, *ut ſua tenerent.* quod ſine hæſitatione recepi. *r* ex ſequente voce negligentia ſcribæ fuit bis ſcriptum, inde alii interpoſuerunt quintam vocalem. *Græv.*

Duce natura congregantur homines] Coeunt in ſocietatem civilem, inſtigante natura humana, quia homo eſt animal ſociale, ut ſupra docuit libro primo.

Aſſiduitatemque bellorum] Quæ ſine magnis ſumtibus & ſtipendiis geri non poſſunt. Notum eſt illud Taciti in hanc rem IV Hiſtor. 74: *Neque quies gentium ſine armis, neque arma ſine ſtipendiis, neque ſtipendia ſine tributis haberi queunt.*

Multo ante erit providendum] Parcimonia & frugalitate, quæ magnum vectigal eſt. πλοῦτος γὰρ ἀκριβὴς οὐχ οὕτω ἐκ τοῦ πολλὰ λαμβάνειν, ὡς ἐκ τοῦ μὴ πολλὰ ἀναλίσκειν ἀθροίζεται, ut Mæcenas Auguſtum prudenter monet, apud Dionem lib. 62 hoc eſt: *Magnæ opes non tam multa capiendo, quam haut multa perdendo, quæruntur.* Et *tantas vires habet frugalitas, ut tot impendiis, tot erogationibus vel ſola ſufficiat*, ut Plinius oſtendit cap. 41. Paneg. quod totum eſt legendum.

Sin qua neceſſitas hujus muneris] *Sin quæ*, eſt in omnibus manuſcriptis noſtris, & impreſſis Victorii libris. ut apud Terentium in prologo Heauton. *Si quæ laborioſa eſt, ad me curritur.* ſic enim ex libro Bembino Faernus emendavit, & verſus exigit. Equidem apud Ciceronem multis locis, *Si quæ*, *Ne quæ*, in libris vetuſtis invenio, ubi in vulgatis *Si qua*, & *Ne qua*, legitur, quod Priſcianus lib. v. hæc magis probet. Sequenti verſu lege, *Malo enim alii, quam noſtræ ominari*, quomodo in tribus manuſcriptis perſpicue legitur, & Lambinus edidit. ubi Langii codex habet, *Malo enim, quam noſtræ ominari*, atque ita in ſuis Lambinus ſe inveniſſe ſcribit. *Fr. Fabrit.*

Malo enim alii, quam noſtræ ominari] Sic quidem habent omnes libri veteres: *malo enim, quam noſtræ ominari*: ſed videtur aliquid deeſſe. ut fortaſſe ita ſit legendum, *alii enim malo, quam* &c. vel, *alii enim malo*, vel, *cui vis enim malo* &c. vel, *malo enim alii, quam* &c. quemadmodum edidimus. *Lambin.* Male Lambinus hæc contra librorum antiquorum omnium fidem interpolavit. Nam & meus & Palat. primus, illam quoque ſcripturam agnoſcunt, quam in ſuis repererunt omnibus Lambinus, Langius, Manutius. Ex præcedentibus nimirum repetendum *alicui reipublicæ*, nimirum *alii.* Græv.

Neque tamen de noſtra] Neque tam de

danda erit opera, ut omnes intelligant, ſi ſalvi eſſe velint, neceſſitati eſſe parendum. atque etiam omnes, qui remp. gubernabunt, conſulere debebunt, ut earum rerum copia ſit, quae ſunt neceſſariae. quarum qualis comparatio fieri ſoleat, & debeat, non eſt neceſſe diſputare. eſt enim in promtu: tantum locus attingendus fuit. Caput autem eſt in omni procuratione negotii, & muneris publici, ut avaritiae pellatur etiam minima ſuſpicio. Vtinam, inquit C. Pontius Samnis, ad illa tempora me fortuna reſervaviſſet, & tum eſſem natus, ſi quando Romani dona accipere coepiſſent! non eſſem paſſus diutius eos impera-

de noſtra placet, ut habet manuſcriptus liber. *F. Vrſin.*

Vt earum rerum copia ſit, quæ ſunt neceſſariæ] Inprimis annonæ. Nam *vulgo una ex rep. annonæ cura* Tacito doctore IV, Hiſt. 28. & ab ejus aut cura aut neglectu fere pendet amor aut odium in principem. Lucan. III de Cæſare:

Gnarus & irarum cauſſas, & ſumma favoris
Annonæ momenta trahi. namque aſſerit urbes
Sola fames, emiturque metus, cum ſegne potentes
Vulgus alunt. neſcit plebs jejuna timere.

Non ignoravit hoc Auguſtus, qui in novo principatu populum annona illexit, & ſibi devinxit, ut auctor eſt Tacitus ann. 2. inde annonæ curam ſollicitiſſime ſemper egerunt principes, quibus ſalus ſua curæ fuit. vide Suet. Claud. cap. 18. Contra in quantum odium incurrerit Nero, cum in publica fame Alexandrina navis nuntiaretur pulverem luctatoribus aulicis advexiſſe; ſolebant autem Alexandrinæ naves commeatum advehere; idem ſcriptor oſtendit in Nerone in ejus vita cap. 45: *Quare omnium in ſe odio concitato nihil contumeliarum defuit quin ſubiret. Statuæ ejus a vertice currus appoſitus eſt cum inſcriptione Græca, nunc demum agona eſſe, traheret tandem.* & quæ ſequuntur.

Vt avaritiæ pellatur etiam minima ſuſpicio] Quanta onerarit invidia Galbam, & brevi everterit avaritia, vide Sueton. in ejus vita cap. 12 & ſeq. Alia innumera paſſim occurrunt.

Et tum eſſem natus, quando Romani dona accipere cæpiſſent] Meus veterrimus codex: *& tum eſſem natus, ſi quando Romani dona accipere cæpiſſent.* Hæc eſt Ciceronis manus, quæ ſcrupulum omnem, qui Gruterum urit, amovet. Is ad hunc locum notat, ſe non videre, quomodo votum hominis huc quadret, niſi velimus vatem fuiſſe, aut potius hæc ipſum pronunciare apud inferos. Addit, viderint acutiores, num ex verbis ipſis erui poſſit genus aliquod carminum. Sed nec carmen eſt, nec vaticinium, nec oratio mortui apud inferos. Optat tantum Samnis ut illis temporibus natus eſſet, ſi unquam illa tempora futura ſint, quando Romani dona accipere cepiſſent. Sed num unquam iſta dies ſit oritura, qua dona capturi ſint ignorat & prævidere non poteſt. hoc enim notat *ſi quando.* Ex illis optimis membranis recepi quoque, quod & Manutius in duobus ſe reperiſſe codicibus teſtatur, *reſervaviſſet.* Græv.

Na

perare. Nae illi multa ſaecula exſpectanda fuerunt. modo enim hoc malum in hanc rempub. invaſit. itaque

Næ illi multa ſæcula exſpectanda fue-runt] Legebatur prius, *nec illi quidem multa ſæcula expect. f.* Sed cum par-ticula, *quidem*, in veteri codice nul-lo extaret; repoſui *næ*, pro *nec*: quam-quam a C. Pontii morte uſque ad Marcium Cenſorinum & M' Mani-lium coſ. quo anno L. Piſo Tr. pl. fuit, anni ſunt non plus CXLI. Ad Hirtii & Panſæ conſulatum, poſt quem libri de officiis ſcripti ſunt, an-ni CCXXVII. tantum interceſſerunt: quo ſpatio paullo plus duobus ſæculis continetur; ſiquidem ſæculum cen-tum annis finimus. Pontius enim a Q. Fabio Gurgite ſecuri percuſſus eſt, anno ab V. C. CCCCLXII. ut omnes tradunt. Sed & in Bruto, ſi recte me-mini, ſpatium minus trecentorum annorum, *multa ſæcula* appellat. In-terim Plutarch. emendandus in Pa-rallelis: ubi *Marius Læmargus* Pontium deviciſſe ſcribitur. *Fabius*, reponen-dum: *Læmargus* enim, pro *Gurges*, ab interprete relictum eſt. Item locus in Bruto reſtituendus, ubi de hoc L. Piſone augit: *Quæſtiones*, inquit, *P. repetundarum hoc adoleſcente conſtitutæ ſunt, quæ antea nullæ fuerunt.* Sic enim legendum non *quæſtiones perpetuæ*. Er-ror autem natus ex his. *p. rep.* vide-tur. Quod ſubdit, *proximæ quæque du-riores*, ideo eſt: quod primæ illæ ca-put non deminuerent. Nam L. Len-tulus repetundarum damnatus, anno ſequente Cenſor fuit. Poſteriores exi-lium irrogarunt: Pædian. in Divina-tionem. quod P. Rutilii, C. Catonis, C. Verris exemplis conſtat; quos exi-lio damnatos Cicero pro Balbo, & Velleius teſtantur. *Car. Lang.* *Næ illi multa ſæcula*, &c.] Sic habent etiam noſtri libri veteres, hoc eſt, Mem-miani, Huraltini, Cujatiani, Pithæa-nus, Danielis. neque eſt in illis ullum particulæ, *quidem*, veſtigium. Non eſt ſcriptum tamen in illis, *næ*, per diphthongum, *æ*, ſed, *ne*, per vo-calem, *e*, quomodo ſcribendum eſſe arbitror. Sed uſum ſcribendi in hac re populo conceſſi: ſcientiam mihi re-ſervavi, ut ait M. Tullius. Quod au-tem Adr. Turnebus, qui biennio fere poſt horum librorum editionem Lan-gianam, hunc locum ſic emendan-dum cenſet, quaſi a nemine alio ſit emendatus, quaſique ipſe occupave-rit, hanc cauſam afferre poſſum, vel illum non vidiſſe editionem Langia-nam, vel, ut viderit, tamen cum ha-beret emendationem in ſuis Adverſa-riis jampridem perſcriptam, ut & multas alias, non exiſtimaſſe ſe cui-quam injuriam facturum, ſi, quæ multis ante annis & excogitaſſet, & litteris mandaſſet, ea quamvis ab a-liis eſſent editione occupata, ipſe quo-que ederet: quod in multis aliis vi-deo ei accidiſſe. Quin multa quoque ſic erant a nobis emendata & impreſ-ſa, ut ei viſum eſt, antequam Adver-ſaria ſua ederet. Neque id mirum eſt, utpote qui iiſdem libris veteribus uſi ſimus, neque ſit mirum, eos, qui ea-dem ſtudia tractant, in eadem quaſi veſtigia incurrere. *Lambin.* *Næ illi mul-ta ſæcula*] Hæc eſt veterum librorum ſcriptura, ut Lambinus & Langius de ſuis teſtantur, & ego de meis affir-mare poſſum, niſi quod veteres libri, *Ne*, abſque diphthongo ubique edunt. de quo Faernus in Andriam Terentii. Manutianæ editiones variant: ſed po-ſteriores, *Næ illi*, habent. atque ſic legendum eſſe cum Adr. Turnebus lib. 19. Adverſariorum cap. 1. probat, tum ratio ſubjecta pervincit. quia e-nim recens hoc malum erat, non mo-do anni, ſed & ſæcula aliquot C. Pon-tio, qui Veturio & Poſtumio coſſ. an-no CDXXXII Romanos apud Caudium vicit, exſpectanda fuerunt, ante quam inveniret, qui dona acciperet. *Fr. Fabrit.*

Modo enim hoc malum in hanc remp. invaſit] A ſeptuaginta, aut centum annis. Nam ſexcenteſimo quadrageſi-mo anno Iugurtha certe graſſatus eſt, &

que facile patior tum potius Pontium fuiſſe, ſiquidem in illo tantum fuit roboris. Nondum centum & decem anni ſunt, cum de pecuniis repetundis a L. Piſone lata eſt lex, nulla antea cum fuiſſet. At vero poſtea tot leges, & proximae quaeque duriores: tot rei, tot damnati, tantum Italicum bellum propter judiciorum metum excitatum: tanta, ſublatis legibus & judiciis, expilatio direptioque ſociorum, ut imbecillitate aliorum, non noſtra virtute valea-
22 mus. Laudat Africanum Panaetius, quod fuerit abſtinens. Quid ni laudet? ſed in illo alia majora. laus abſtinentiae, non hominis eſt ſolum, ſed etiam temporum illorum. Omni Macedonum gaza, quae fuit maxima, potitus eſt Paullus: tantam in aerarium pecuniam invexit, ut unius imperatoris praeda finem attu-

& propemodum totum ſenatum emit. Cicero autem ſcribebat ſeptingenteſimo octavo. & tamen *modo* dixit. Sic Flor. I, II: *Quod Curræ nuper* hoc eſt ante annos CLII. Nam Craſſus cecidit anno ſexcenteſimo nonageſimo octavo, Trajanus imperabat anno octingenteſimo quinquageſimo, quo vixit ſcripſitque Florus. *I. F. Gronovius.*

Nondum centum & decem anni ſunt] L. Piſo Frugi tribunus pl. fuit Cenſorino & Manilio coſſ. ut ipſe docet in Bruto: *L. Piſo, tribunus plebis, legem primus de pecuniis repetundis Cenſorino & Manlio coſſ. tulit. is fuit* annus V. C. DCIV.

Poſtea tot leges, & proximæ quæque duriores] De his legibus de repetundis erudite diſputat P. Manutius libro de legibus Romanis, vide & quæ Torrentius notavit ad Sueton. Iul. c. 4.

Tantum Italicum bellum propter judiciorum metum excitatum] Ex multis cauſſis unam adfert, tanquam ſolam & præcipuam Cicero. Nam in legibus Liviis fuerat, ut cauſſam dicere cogerentur, qui ſuſpecti eſſent corruptelæ munerum. Cum autem Senatus illis legibus reſiſteret, Italicum ſeu ſociale bellum motum eſt. *I. Fr. Gronov.*

Sublatis legibus & judiciis] Tempore belli Italici & dein Mariani. Nam inter arma ceſſant leges. Finita Sullana dominatione, legibus Pompeiatis reſtituta ſunt judicia. *I. Fr. Gronovius.* quem vide ad Senecæ Suaſor. VI.

Tanta expilatio direptioque ſociorum] Nihil hic moveo. Non poſſum tamen quin ſignificem lectoribus, in fidiſſimo meo codice ſcribi: *tanta expilatio niditioque ſociorum.* non fruſtra. Videtur Cicero reliquiſſe: *tanta expilatio nudatioque ſociorum.* Nam *nudare* Ciceroni ſæpe eſt ſpoliare. In V Verrin. *Idem monumenta antiquiſſima ſpoliavit, nudavitque omnia.* Sic & alibi, viderint acutiores. *Græv.*

Tantum in ærarium pecuniæ invexit] Sic Plutarchus in Æmilio, τοσαῦτα εἰς τὸ δημόσιον τότε χρήματα ἐτέθη, ὥστε μηκέτι δεῆσαι τὸν δῆμον εἰσενεγκεῖν ἄχρι τῶν Ἱρτίου καὶ Πάνσα χρόνων. id eſt, *Tantum pecuniæ in ærarium intulit, ut populus uſque ad Hirtii & Panſæ conſulatum tributum conferre neceſſe non habuerit.* Fr. Fabrit. In meo illo veterrimo

tulerit tributorum. at hic nihil domum ſuam prae-
r memoriam nominis ſempiternam detulit. Imita-
us patrem Africanus, nihilo locupletior Karthagine
verſa. Quid? qui ejus collega in cenſura fuit L.
Iummius, numquid copioſior, cum copioſiſſimam
rbem funditus ſuſtuliſſet? Italiam ornare, quam
omum ſuam maluit. quamquam Italia ornata, do-
nus ipſa mihi videtur ornatior. Nullum igitur vi-
ium taetrius, (ut eo, unde digreſſa eſt, referat ſe
ora-

no & Palatino primo ſcribitur *tan-
um in ærarium pecuniam invexit.* quod
ur damnemus nulla eſt cauſſa. Ce-
erum Aldus Manutius cum ex Vel-
eio Paterculo notaſſet pecuniam hanc
rario illatam fuiſſe *bis millies centies
eſtertium*, idque conficere ſexagies ter
entena ſcutatorum millia, falli-
ur. ſunt enim tantum quinquagies
is centena quinquaginta milla coro-
atorum, hoc eſt, ut vulgo loquun-
ur, quinque milliones, & bis cen-
ena quinquaginta millia coronato-
um. *Grævius.*

At hic nihil domum ſuam intulit, præter memoriam nominis ſempiternam] Meliores libri, *memoriam præter.* ſic alibi, *Quos inter.* C. Lang. Duo MSS. D. & F. quos conſuluit Guilielmus, Palat. primus & quintus, nec non meus antiquiſſimus: *at hic nihil domum ſuam præter memoriam nominis ſempiternam detulit.* quos merito ſequimur. Nam hæc corruperunt ſcioli, & ſemidocti, qui ignorarunt vim *deferre*, inde ſubſtituerunt *inferre*, alii præterea, inculcarunt *in.* nam plerique editi *in domum ſuam intulit.* Sed præferenda eſt vetuſtiſſimorum librorum auctoritas, fulta idoneorum Latinæ linguæ auctorum teſtimoniis. C. Nep. Timoth. 1. *Adverſum Cotym bella geſſit. ab eo mille & ducenta talenta prædæ in publicum detulit.* Sic editiones optimæ Schotti, Savaronis, Lambini, aliæque. quin & ſic recentiores Boecleri & Boſii laudant cum in notis, tum in indice: In contextu tamen perperam *retulit.* Liv. 39: *Qui per infrequentiam furtim SC. factum ad ærarium detulerit.* Pro hoc vulgus diceret *in ærarium intulit.* Sic *in beneficiis ad ærarium deferri* ſæpe apud Ciceronem legitur, ut in lib. v epiſt. ad famil. 20: *Quod ſcribis de beneficiis, ſcito a me & tribunos militares, & præfectos, & contubernales duntaxat meos delatos eſſe.* vide quæ ibi notavi. in ead. epiſtola: *quanquam juſtis de cauſſis rationes deferre properarim.* Pro ærario inferre rationes. Sic & in *cenſum deferre* dicebantur Romani facultates, cum eas profiterentur apud cenſores, ut in tabulas referrentur. Senec. 1 de benef. 3: *nec illis fraudi eſt, ſi aliud quid in cenſum detulerunt.* Grævius.

Nullum igitur vitium tetrius] In meo primo codice in contextu eraſa eſt hæc vox, in margine alia manus adſcripſerat *tetrius.* In excerptis Pithæi & uno Aldi, *nullum igitur vitium deterius.* ſic fuiſſe in meo quoque, ipſum ſpatium expunctæ vocis videtur oſtendere. Nec male. Nam, ut alibi Tullius ait, *quod optimo diſſimillimum eſt, id eſt deterrimum.* Vitiorum igitur omnium peſſimum ait eſſe avaritiam. *Græv.*

Vt eo, unde egreſſa eſt, referat ſe oratio] *Egredi oratio ab aliqua re* quam Latine dicatur, & quid ſit Latinis judicent, qui Latine docti ſunt. Novi quid ſit *egredi relationem* apud Tacitum, pro quo & alibi *excedere* dixit, ſed hoc nihil ad hoc loquendi genus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

oratio) quam avaritia, praeſertim in principibus rempub. gubernantibus. habere enim quaeſtui rempub. non modo turpe eſt, ſed ſceleratum etiam & nefarium. Itaque quod Apollo Pythius oraculum edidit, Spartam nulla re alia, niſi avaritia perituram, id videtur non ſolum Lacedaemoniis, ſed & omnibus opu-

Ne multis te morer, maculam, quæ omnes obſidet editiones, & meos quoque fugiſſet ut ceterorum, qui in his libris expoliendis elaborarunt, oculos, detexit ſimul ac deterſit probatiſſimus meus MS. in quo *ut eo unde degreſſa eſt referat ſe oratio.* nimirum ἀρχαικῶς ſcribitur pro *digreſſa eſt*. Notiſſimum eſt loquendi genus. In prima Verrina: *Verum huc longius quam voluntas fuit, a propoſito digreſſa eſt oratio mea.* ſed putidum eſt exempla congerere in re trita. Cauſſa corruptionis fuit huic loco, ut infinitis aliis eædem litteræ, quæ finiunt præcedentem vocem *unde*, & quæ inchoant ſequentem *degreſſa*. Prior ſyllaba ſequentem abſorpſit, unde cum *greſſa* nihil notaret, natum eſt *egreſſa*. Græv.

Remp. gubernantibus] *Reip. gubernatoribus* habet vetus liber, eadem ſententia: & paullo ſupra, *nondum enim centum, & decem anni*, &c. &, *neque de noſtra tantum*: in impreſſis deſunt duo adverbia *enim* & *tantum*; quorum alterum ad ornatum, alterum ad ſententiam neceſſaria ſunt. *F. Urſin.* Meus & Pal. primus, *principibus remp. gubernantibus*, ſine copula. quos merito ſequor. *Grævius.*

Habere enim quæſtui remp. non modo turpe eſt] Equidem veteres Athenienſes, qui ex Solonis inſtituto rempublicam adminiſtrabant, οὐ ἐμπορείαν ἀλλὰ λειτουργίαν ἐνόμιζον εἶναι τὴν κοινῶν ἐπιμέλειαν. *Exiſtimabant reip. adminiſtrationem non eſſe mercaturam, ſed publicum miniſterium.* inquit Iſocrates in Areopagitico. Nam ut idem in præcedentibus ait, omnes laboribus & frugalitati adſueverant, neque ſua negligebant, nec alienis inhiabant: nec e publico rem privatam ſtabiliebant, ſed de ſuo quiſque, cum res poſtulabant, etiam rempublicam juvabat: nec melius ſciebant, quos e curia, quam quos de ſuo reditus haberent. Quin etiam a vectigalibus civitatis tantopere abſtinebant, ut illis temporibus difficilius eſſet invenire, qui remp. capeſſere vellent, quam nunc qui ejus adminiſtratione carere poſſint. Et paullo inferius adjicit, ſi munus ſuum recte adminiſtraſſent magiſtratus, cenſuiſſe Athenienſes, laudandos eos eſſe, illo honore contentos. quæ & Ariſtotelis eſt ſententia in Politicis, magiſtratibus honorem deferendum, ſine ſpe quæſtus. quod autem hic Iſocrates de Athenienſibus, idem de veteribus Romanis prodidit Salluſtius in bello Catilinario, cap. 7, & ſequentibus, inprimis vide cap. de avaritiæ malo.

Quod Apollo Pythius oraculo edidit] Num *oraculo* aut *reſponſo edere aliquid* quiſquam auſit venditare pro locutione Latina? Exemplum deſidero. Veteres ſemper dixerunt *oraculum*, *reſponſum edere*. & ſic Cicero ſcripſit & hoc loco, ut fidem nobis facit ille nunquam ſatis laudatus codex meus, in quo: *itaque quod Apollo Pythius oraculum edidit*: & ſic Pithæani excerpta, niſi quod *in* perperam addant. in iis enim ſcribitur: *in oraculum edidit*, ſed præter hos, firmant hanc ſcripturam quindecim libri Manutii, ut mirer dudum non fuiſſe tot librorum ſcripturam receptam, cum vulgata ſit abſurda. *Græv.*

Spartam nulla re alia] Oraculum a Scholiaſte Ariſtophanis in Pace. & Suida in verbo διεσερονέξενοι ita refertur. ἁ φιλοχρηματία σπάρταν ὀλεῖ, ἄλλο δὲ οὐδέν. Meminit Plutarchus in Agi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

opulentis populis praedixiſſe. Nulla autem re conciliare facilius benivolentiam multitudinis poſſunt ii, qui reipub. praeſunt, quam abſtinentia & continentia. Qui vero ſe populares volunt, ob eamque cauſam aut agrariam rem tentant, ut poſſeſſores ſuis ſedibus pellantur: aut pecunias creditas debitoribus condonandas putant, ii labefactant fundamenta reipublicae; concordiam primum, quae eſſe non poteſt, cum aliis adimuntur, aliis condonantur pecuniae: deinde aequitatem, quae tollitur omnis, ſi habere ſuum cuique non licet. id enim eſt proprium (ut ſupra dixi) civitatis, atque urbis, ut ſit libera & non ſollicita ſuae rei cujuſque cuſtodia. Atque in hac pernicie reip. ne illam quidem conſequuntur, quam putant, gratiam. nam cui res erepta eſt, eſt inimicus: cui data, etiam diſſimulat ſe accipere voluiſſe: & maxime in pecuniis creditis occultat ſuum gaudium, ne videatur non fuiſſe ſolvendo. At vero ille, qui accipit injuriam, & meminit, & prae ſe fert dolorem ſuum: nec, ſi plures ſunt ii, quibus improbe datum eſt, quam illi, quibus injuſte ademtum eſt, idcirco plus etiam valent. Non enim numero haec

Agide, ubi avaritiam φιλοχρηματωσύνην vocat. Hoc autem oraculum Apollo Alcameni & Theopompo regibus edidit, ut ſcribit idem in Apophtegmatis Laconicis. *Fr. Fabrit.*

Quam abſtinentia & continentia] Rationem reddidit ſuperius cap. 11 hujus libri: *Maxime admirantur eum, qui pecunia non movetur: quod in quo viro perſpectum ſit, hunc igne ſpectatum arbitrantur.*

Vt ſit liber, & non ſollicita ſuæ rei cujuſque cuſtodia] Mallem: *ſuæ rei cuique cuſtodia.* h. e. quod quiſque acquiſivit recte, ut ſecure & palam ſine metu raptoris aut invaſoris tenere atque eo frui queat. *I. Fr. Gronov.*

Nec ſi plures ſint ii] Dicat aliquis popularis, aut ſibi perſuadeat, ſe numero illorum tutum eſſe, qui lege agraria ditati ſint, quos in ſua quaſi clientela habeat, atque adeo ſpernere illorum invidiam poſſit, qui propter bona ſibi adempta ei ſuccenſent. Sed recte ait Cicero, non tam ſtrenue incumbere ſolere homines in gratiam referendam, quam vindicandam injuriam, majuſque fore odii quam gratiæ momentum: id quod etiam Tacitus confirmat 4. Annal. *Proclivius eſt injuriæ quam beneficio vicem rependere; quia gratia oneri, ultio in quæſtu habetur.* Rachel.

Non enim numero hæc judicantur, ſed pondere] Nimirum benevolentiæ. Plus poteſt unus, cui aliquid inique ademtum

haec judicantur, ſed pondere. Quam autem habet aequitatem, ut agrum multis annis, aut etiam ſaeculis ante poſſeſſum, qui nullum habuit habeat,
23 qui autem habuit amittat? Ac propter hoc injuriae genus Lacedaemonii Lyſandrum Ephorum expulerunt: Agin regem (quod numquam antea apud eos acciderat) necaverunt: exque eo tempore tantae diſcordiae ſecutae ſunt, ut & tyranni exſiſterent, & optimates exterminarentur, & praeclariſſime conſtituta reſp. dilaberetur. nec vero ſolum ipſa cecidit, ſed etiam reliquam Graeciam evertit contagionibus malorum, quae a Lacedaemoniis profectae manarunt

tum eſt, ad gloriam infuſcandam, & æterna ſtigmata inurenda, imo & ad ulciſcendum injuriæ auctorem, quam plurimi, qui aliquid acceperunt injuſte. Teſtes hujus veriſſimæ ſententiæ ſunt Iulius Cæſar, & tot alii tyranni, qui ultorum manus non potuerunt effugere illa effuſa largitione in amicos & populum. vide Sueton. & alios.

Quam autem habet æquitatem] Quia dominia rerum a naturali poſſeſſione originem trahunt, ut recte ſenſit Nerva l. 1. §. 1. ff. de acq. vel amitt. poſſ. hinc ſicuti magnus dominii, ita & poſſeſſionis, tempore cumprimis ſatis multo continuatæ favor eſt, ne in hac temere fiat perturbatio ſeu invaſio. Atque hanc æquitatem ſequuntur legislatores, quando jus uſucapionis legibus latis certo modo ratum habent. Etſi enim illud ab ipſo naturæ jure non ſit introductum, moribus tamen gentium, & rerump. plerarumque civilibus legibus tam diligenter eſt ſancitum, ut non ſolum nihil habeat iniqui, ſed ad tranquillitatem publicam & lites ſopiendas plane ſit neceſſarium, quandoquidem abſque eo dominia rerum plerarumque forent incerta. l. 1. ff. de uſurp. & uſuc. & l 5. ff. pro ſuo. Atque ob hos ipſos fines non minus, ſi non magis, hoc jus locum invenit inter liberos populos, quam ejuſdem civitatis membra. Vide Grotium lib. 2. de Iure Belli & Pacis cap. 4. & Conringium de finib. Imp. germ. cap. 19. p. m. 360. *Rachel.*

Lyſandrum ephorum] Non fuit hic Lyſander Ariſtaclyti filius, qui vicit ad Ægos potamos, ut plerique interpretes exiſtimant, ſed Lyſander Lybyos filios, ephorus de quo Plutarchum in Agide vide..

Exque eo tempore] Sic meus primus & unus Manutii, Pith. exc. *atque eo tempore.* non longe a vera ſcriptura abeunt plerique editi, in quibus inſulſe tamen legitur *ex quo eo tempore.* pro *éxque eo tempore.* Græv.

Tyranni exiſterent] Machanidus & Nabis. de quibus Polybius & Livius. *Gronov.*

Optimates exterminarentur] Ephori occiderentur & tollerentur a Cleomene. vide Plutarchum in vita Cleomenis. *Idem.*

Sed etiam reliquam Græciam] Cum ſcilicet miſcuiſſent ſeſe Achæi rebus Laconicis, nec jubentibus Romanis, ut illis abſtinerent, parere vellent. *Idem.*

Quæ a Lacedæmoniis profectæ] Sic omnes quidem libri habent & manuſcr. & impreſſi: ſed legendum arbitror, libris invitis *profecta*, ut referatur ad *mala*, non ad *contagiones.* Lambin. Lege, *Quæ a Lacedæmoniis profecta.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

unt latius. Quid? noſtros Gracchos, Ti. Gracchi, ummi viri, filios, Africani nepotes, nonne agrariae ontentiones perdiderunt? At vero Aratus Sicyonius ure laudatur, qui cum ejus civitas quinquaginta anos a tyrannis teneretur, profectus Argis Sicyonem landeſtino introitu urbe eſt potitus. Cumque tyranum Nicoclem improviſo oppreſſiſſet, ſexcentos exules, qui fuerant ejus civitatis locupletiſſimi, reſtiuit, remque p. adventu ſuo liberavit. Sed cum magnam animadverteret in bonis, & poſſeſſionibus dificultatem, quod & eos, quos ipſe reſtituerat, quoum bona alii poſſederant, egere iniquiſſimum arbirabatur, & quinquaginta annorum poſſeſſiones moeri non nimis aequum putabat, propterea quod tam ongo ſpatio multa hereditatibus, multa emtionibus, multa dotibus tenebantur ſine injuria, judicait, neque illis adimi, neque his non ſatisfieri, quoum illa fuerant, oportere. Cum igitur ſtatuiſſet, pus eſſe ad eam rem conſtituendam pecunia, Aexandriam ſe proficiſci velle dixit, remque integram ad reditum ſuum juſſit eſſe: iſque celeriter ad Ptolemaeum, ſuum hoſpitem venit, qui tum regnabat

ta. Fabrit. Subſcribit Grævii primus.

Vrbe eſt potitus] *Potior*, accuſandi vel auferendi caſum habet. Tuſcul. 11. *Ego doleam ſi ad decem millia annorum aliquam gentem noſtram urbem potitu-am putem?* Et de Invent. 11. *Si eum portum quem conſpicerent, potiti eſſent.* C. Lang. *Vrbem eſt potitus*] Tres libri Memmiani cum vulgatis in hoc conſentiunt, quod habent, *urbe eſt potitus*, niſi quod in uno videtur eraſa fuiſſe lineola ſupra vocalem ultimam vocis, *urbe.* alii ita ut Langiani, *urbem.* Omnino utrovis modo legi poteſt, vel *urbe potitus*, vel, *urbem potitus*: ut edidit Langius. *Lambin. Vrbem eſt potitus*] Sic edidit Langius ſecutus auctoritatem librorum veterum. atque ita Cicero etiam Tuſculana prima. Sic Philip. 7. *Pacem nunquam fruemur*, Philip. 10. *Pecuniam ad rem militarem utatur*, Faernus ex antiquo libro Vaticano edidit. *Fr. Fabrit.* Græv. prim. Pith. exc. Pall. *urbe eſt potitus.*

Tyrannum Nicolem] Quidam libri, *Metoclem*, alii *Metodeum*. Sed Plutarch. in Arato, *Nicoclem*, vocat. *C. Langius.* Grævii primus, *tyrannum Niclodem.*

Quinquaginta annorum poſſeſſiones movere] Quamvis vulgata non ſit improbanda, rectius tamen meus primus: *quinquaginta annorum poſſeſſiones moveri.* Græv.

Per-

bat alter poſt Alexandriam conditam: cui cum expoſuiſſet, patriam ſe liberare velle, cauſamque docuiſſet, a rege opulento vir ſummus facile impetravit, ut grandi pecunia adjuvaretur. Quam cum Sicyonem attuliſſet, adhibuit ſibi in conſilium quindecim principes, cum quibus cauſas cognovit & eorum, qui aliena tenebant, & eorum, qui ſua amiſerant: perfecitque aeſtimandis poſſeſſionibus, ut perſuaderet aliis, ut pecuniam accipere mallent, poſſeſſionibus cederent: aliis, ut commodius putarent numerari ſibi quod tanti eſſet, quam ſuum recuperare. Ita perfectum eſt, ut omnes concordia conſtituta ſine querela diſcederent. O virum magnum, dignumque qui in noſtra repub. natus eſſet! Sic par eſt agere cum civibus, non (ut bis jam vidimus) haſtam in foro ponere, & bona civium voci ſubjicere praeconis. At ille Graecus (id quod fuit ſapientis, & praeſtantis viri) omnibus conſulendum putavit: eaque eſt ſumma ratio & ſapientia boni civis, commoda civium non divellere, atque omnis aequitate eadem continere. Habitant gratis in alieno. Quid

Perfecitque æſtimandis poſſeſſionibus, ut perſuaderet aliis] Sic recte legitur in libris melioribus: pro quo in Manutianis, & aliis quibuſdam eſt, *Præfecitque æſtimandis poſſeſſionibus, & ut perſuaderent aliis.* verum Aratus quindecim principes concordiæ inter cives conciliandæ non præfecit: ſed cum ipſe ad hanc rem *αὐτοκράτωρ* eſſet electus, principes illos ſibi in conſilium adhibuit, & cum illis poſſeſſiones æſtimavit, & concordiam conſtituit, ut Plutarchus in Arato ſcribit. *Fr. Fabrit.*

Vt perſuaderet aliis, ut pecuniam accipere mallent] Hoc etiam fecit rex Ferdinandus, ut auctor eſt Mariana lib. XXIX, 14.

Commoda civium non divellere] In vulgatis libris eſt, *Commoda civium defendere, non divellere.* ſed verbum *defendere* cujus in libris antiquis ne veſtigia quidem ulla comparent, Langius & Lambinus deleverunt. Verſu ſequenti, *habitent*, recte legi, ut ſit ſenſus figuratus, pro habitare ne debent, Turnebus initio lib. 19. Adverſariorum ſcribit. *Fr. Fabr.* Commoda civium non divellere eſt omnium commodis ſtudere, non exulibus tantum conſulere, ſed ceteris etiam civibus, qui in urbe ſunt.

Omnis æquitate eadem continere] Eadem æquitate uſus eſt Solon in conſtituenda rep. Athenienſium. Iuſtinus II, 7: *Tanto temperamento inter plebem ſenatumque egit, cum, ſi quid pro altero ordine tuliſſet, alteri diſpiciturum videretur, ut ab utriſque parem gratiam traheret.* hinc ipſe dicere ſolebat, *æqualitas haut parit bellum.* vide quæ ibi Bongarſius

Quid ita? Vt, cum ego emerim, aedificarim, tuear, mpendam, tu, me invito, fruare meo? Quid eſt liud aliis ſua eripere, aliis dare aliena? Tabulae ero novae quid habent argumenti, niſi ut emas mea ecunia fundum, eum tu habeas, ego non habeam
ecuniam? Quamobrem ne ſit aes alienum, quod 24
eipub. noceat, providendum eſt: quod multis raionibus caveri poteſt: non ſi fuerit, ut locupletes uum perdant, debitores lucrentur alienum. nec enim

us & Berneccerus notarunt, nec non uæ ſuperius ipſe Cicero diſputavit e cura omnium ordinum & ciium.

Quid eſt aliud aliis ſua eripere] Victoius legit, *Quid eſt aliud quam aliis.* Ianutius, *Quid eſt aliud niſi aliis.* quoum neutrum probo. Sic Philip. I. liri veteres habent, *Quid eſt aliud horari adoleſcentes, ut turbulenti, ut ſediioſi, ut pernicioſi cives velint eſſe?* & hilip. 2. *Quid eſt aliud tollere e vita itæ ſocietatem?* ubi in vulgatis, *quam ortari*, & *quam tollere*, legitur. quas nendas Ferrarius ſuſtulit. *Fr. Fabrit.*

Tabulæ novæ] Cum priſtina debita upremi magiſtratus decreto abolenur, de quibus extat erudita diſſertatio oannis Schefferi.

Ne ſit æs alienum quod reip. noceat] Ne pars civitatis a potentioribus civius nimio fœnore prematur. Inde enim oriuntur tumultus, ſeditiones, nteſtina bella. Romæ non longe poſt xactos reges orta eſt *prima diſcordia b impotentium fœneratorum, quibus in erga quoque ſerviliter ſævientibus, in acrum montem plebs armata ſeceſſit*, ut Florus ait lib. I. 24, de qua vide Livium lib. 2, 32. Quinam erant qui cum Catilina parricidale bellum patriæ inferebant? *Qui alienum æs grande conflaverant*, inquit Salluſt. bello Catil. 14. *quo flagitium aut facinus redimerent.* Ipſe hoc C. Mallius in epiſt. ad Q. Marcium Regem apud Salluſt. in Catil. 33, fatetur quaſi, cum ſuos ſocios ſic deſcribit: *Miſeri, egentes, violentia atque crudelitate fœneratorum plerique patria, ſed omnes fama atque fortunis expertes ſumus.* Eos ita deſcribit Cic. II Catilin. *Hi dum ædificant tanquam beati, dum prædiis, lecticis, familiis magnis, conviviis, apparatibus delectantur, in tantum æs alienum inciderunt, ut ſi ſalvi eſſe velint, Sulla ſit iis ab inferis excitandus.* Equidem Ariſtoteles quoque in Politicis cauſſam multarum ſeditionum oſtendit eſſe paupertatem civium.

Quod multis rationibus caveri poteſt] Quam multis legibus & immodico fœnori remederi ſtuduerint Romani fruſtra, quia privatis commodis publicum poſtponitur, vide apud Tacitum VI annal. 16: & luxum coercere legibus ſumtuariis, veſtiariis, & quæ ſunt aliæ hujus generis, de quibus egregie Tiberius apud eundem ſcriptorem III annal. c. 53.

Non ſi fuerit] Hic locus elegantiſſimus peſſime fuerat attrectatus. Hoc autem dicit: Videndum in primis ne ſit æs alienum, quod reip. officiat. Sin vero jam ſit contractum, non per leges agrarias, non per novas tabulas, quærenda ratio ejus diſſolvendi; ut ſcilicet creditores, quia locupletes ſint, ſuum non conſequantur; debitores, quia inopes, lucrentur alienum: hanc enim viam eſſe iniquam, tum etiam reip. damnoſam. ita enim futurum ut ſocietas omnis tollatur, ſi rerum contrahendarum nulla fides ſit: in ſumma, alieni rapiendi, ſui perdendi libido augeatur deſidioſis & improbis,

Ita-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

enim ulla res vehementius remp. continet, quam fides: quae eſſe nulla poteſt, niſi erit neceſſaria ſolutio rerum creditarum. Numquam vehementius actum eſt, quam me conſule, ne ſolveretur. armis & caſtris tentata res eſt ab omni genere hominum & ordine: quibus ſic reſtiti, ut hoc tantum malum de repub. tolleretur. numquam nec majus aes alienum fuit, nec melius, nec facilius diſſolutum eſt. fraudandi enim ſpe ſublata, ſolvendi neceſſitas conſecuta eſt. At vero hic nunc victor, tum quidem victus, quae cogitarat, ca

Itaque alia ad hoc ingrediendum &c. *C. Lang.* *Non, ſi fuerit*] Sic eſt quoque in noſtris manuſcriptis, pro quo vulgati mendoſe habent, *Si hoc non fuerit.* Sententia eſt perſpicua: Monet enim Cicero, ejus qui reip. præſit, officium eſſe proſpicere, ne ſit æs alienum, quod reip. noceat: non autem ſi fuerit æs alienum, id eſt, ſi cives habeant æs alienum, novas tabulas proponere, quibus pecuniæ creditæ condonentur, ita ut locupletes, qui pecunias crediderunt, perdant ſuum, debitores alienum, quod a locupletibus ipſis eſt creditum, lucrentur, & non reddant. *Fr. Fabrit.*

Armis & caſtris tentata res] A Catilina & ſociis.

Solvendi neceſſitas] Pal prim. *vendendi*, quod agros reſpicit & poſſeſſiones oberatorum. *Gruter.*

At vero hic noſter victor, tum quidem victus] Libri omnes manuſcripti, *At vero hic nunc victor, tunc quidem victus, quæ cogitarat, tum ea perfecit, cum ejus jam nihil intereſſet*: Sic & Maguntiacenſis, niſi quod pro *nunc*, habet *noſter*, & contra pro *tunc*, habet *nunc*. C. Cæſar paucos dies ante quam iniret ædilitatem, in ſuſpicionem venit conjurationis cum P. Sulla, M. Craſſo, L. Autronio. quod Plutarch. & Sueton. aperte referunt; Cicero hic indicat, ut ſupra monui. Salſe igitur *hic noſter victor* & invidioſe in mortuum; *tunc quidem victus*, nempe detecta conjuratione, & auctoribus partim cæſis, partim ſpe ſua fruſtratis. Nam æs alienum cauſſa fuit & illius & Catilinariæ conſpirationis, ut ex Salluſt. patet. Refertur autem a Sueton. & Plutarch. Cæſarem anno poſt Catilinarios motus in Hiſpaniam procos. profecturum, a creditoribus fuiſſe retentum; ac M. Craſſum DCCC. XV. talentorum pro eo ſpopondiſſe. Quod ſubditur, *ea perfecit* &c. Nempe ſe ac Bibulo coſ. dum agros publicos egentibus largiebatur, atque invito Senatu & collega ſuo, omnia ex libidine ageret, dominationem, quam poſtea perfecit, inde auſpicatus: *tunc vero ejus nihil intererat* æs alienum donari, novas tabulas concedi, cui, quantum luberet, de publico liceret ſumere, ſeſe ære alieno liberare. *Sed tanta fuit inquit, in eo lubido peccandi.* Sunt enim nonnulli adeo naturæ vitio impotentes, ſuperbi, importuni, ut quod ſemel libuit, vel cum jactura & periculo, aliquando perficere velint: quaſi vero indignum ſit de errore decedere. quo genere hominum nulla peſtis major ab noverca natura editum eſt. Si accedunt opes, ſi genus, ſi demum dignitas, jam Siculum regnum exſpectes. His ego Brutum aliquem aut Ahalam libenter objecerim. Si legas, *Nunc quidem victus*, ad Cæſaris necem referre debeas. & ſit frigide dictum. Cicero enim lubenter nobilem illum ſuum conſulatum inculcat. *C. Lang.* *At vere hic noſter victor, tum quidem victus,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

a perfecit, cum ejus jam nihil intereſſet. tanta in o peccandi libido fuit, ut hoc ipſum eum delecta- et peccare, etiam ſi cauſa non eſſet. Ab hoc igitur enere largitionis, ut aliis detur, aliis auferatur, berunt ii, qui rempub. tuebuntur: in primiſque peram dabunt, ut juris & judiciorum aequitate ium quiſque teneat: & neque tenuiores propter hu- ilitatem circumveniantur, neque locupletibus ad ia vel tenenda, vel recuperanda obſit invidia: prae- rea quibuſcumque rebus vel belli, vel domi pote- runt,

us, &c.] Omnes fere libri veteres, quos vidi, & quos non vidi, ut ſtantur viri docti, habent, *At vero nunc victor*: nonnulli: *hic noſter ctor*: quos ſequor. Aſſentiorque pro- modum Langio, qui putat, hoc ctum eſſe invidioſe & amare in Cæ- rem: quamquam licet etiam dicere, *ſtrum*, dixiſſe, quia ſupra, Græ- s, poſuerat. Itaque velim ſic legi: *t vero hic noſter, nunc victor, tum idem victus*, &c. *Tum autem*, id eſt, e conſule. Sed hujus loci explicatio- m pete a Langio. *Lambin.* *At vero nunc victor, tunc quidem victus.*] Le- in libris vetuſtis, Balduinus, Tur- bus, Langius & Lambinus admo- nt, & ego video. Lambinus etiam quibuſdam libris, *noſter victor*, re- rit, idque ſecutus eſt, quamvis ma-, *At vero hic noſter, nunc Victor, nc quidem victus.* Notat Cæſarem, i Pompejum, & Pompejanos, in ibus Cicero erat, jam vicerat, ac um potius erat: tunc autem, cum Cicerone conſule conjuratio Cati- aria, (cujus Cæſarem participem iſſe, Salluſtius, Plutarchus & Sue- nius ſcribunt) eſt oppreſſa, victus, æ eo tempore cogitarat, ea & con- & victor perfecit, cum jam nulla uſa eſſet, cur ea perficeret. Sic ego nc locum ante annos multos pu- ce interpretatus fui, ſecutus emen- tionem Balduini & Victorii. qua in Langium idem fere ſentire, poſtea prehendi. Manutius legit, *At vero hic noſter victor nunc quidem victus.* & *Victum* interpretatur, interfectum a Bruto, Caſſio, & aliis. *Fr. Fabritius.*

Ea perfecit] Non recte hæc cepit Langius de agris publicis, quos egentibus largitus eſt. intelligenda ſunt de æſtimationibus poſſeſſionum, per quas quarta parte crediti creditores ſunt fraudati. Sueton. Iul. 42. Cæſar III de bell. civ. I. Sequentia quoque *cum ejus nihil intereſſe* reſpiciunt illa tempora, quibus Cæſar, ſpoliata Gallia, ære alieno, quo laboraverat maxime, liberatus erat. Sueton. in ejus vita cap. 18. *I. Fr. Gronov.* Pal. prim. *qua cogitarat cum ipſius intererat, tum ea perfecit, cum ejus jam nihil intereſſet.* neſcio an melius. *Gruterus.*

Propter imbecillitatem] Omnes vet. *propter humilitatem*: quod non diſplicet. *C. Lang.* *Propter humilitatem circumveniantur*] Non diſplicet vulgata lectio, *propter imbecillitatem.* Sed ſi veteres codices omnes habent, *propter humilitatem*: quid eſt quamobrem eorum auctoritatem negligamus? *Lambin.* Ita quoque Victorius edidit.

Ad ſua vel tenenda] Langius legit, *Ad ſua vel tuenda*, cum in libris emendatis & antiquis ſit, *Ad ſua vel tenenda*, ut in librum primum annotavi. *Fr. Fabrit.*

Obſit invidia] Semper enim plebs & tenuiores invident potentibus & divitibus, ut monuit Ariſtot. in Politicis. Et Plaut. Captiv. III, 4, 51.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

runt, remp. augeant imperio, agris, vectigalibus. Haec magnorum hominum ſunt: haec apud majores noſtros factitata: haec genera officiorum qui perſequuntur, cum ſumma utilitate reip. magnam ipſi adipiſcentur & gratiam & gloriam. In his autem utilitatum praeceptis Antipater Tyrius, Stoicus, qui Athenis nuper eſt mortuus, duo praeterita cenſet eſſe a Panaetio, valitudinis curationem, & pecuniae. quas res a ſummo philoſopho praeteritas arbitror, quod eſſent faciles: ſunt certe utiles. Sed valitudo ſuſtentatur notitia ſui corporis; & obſervatione, quae res aut prodeſſe ſoleant, aut obeſſe: & continentia in victu omni, atque cultu, corporis tuendi cauſa; &

Eſt miſerorum ut malevolentes ſint, atque invideant bonis.

Hæc genera officiorum qui perſequuntur] Mallet vir doctus cum duobus Manutii: *hæc genera officiorum qui ſequuntur.* Sed non recedendum a plurium codicum auctoritate. Nam & alibi *perſequi* accipit Cicero pro ſequi. Sic II Academ. *Si vero Academicam veterem perſequemur.* hoc eſt, ſequemur. Et cap. I lib. 3: *A rep. forenſibuſque negotiis armis impiis, vique prohibiti otium perſequimur.* Quod hic *perſequi officia*, pro eo dixit *exequi* in epiſtolis ad Atticum: *Ego, ſi me aliquando veſtri & patriæ compotem fecerit fortuna, certe efficiam, ut maxime lætere unus ex omnibus amicis, meaque officia & ſtudia, quæ parum antea luxerunt, ſic exequat, ut me æque tibi ac liberis noſtris reſtitutam putes.* Græv.

Antipater Tyrius, Stoicus] Hic alius eſt ab illo Antipatro Tyrio, qui æqualis fuit Carneadi, quem ſcriptis oppugnavit, cum coram non auderet cum illo congredi, unde dictus eſt καλαμοβόας, quaſi qui calamo clamaret, ut auctor eſt Plutarchus de garrulitate. Dicebatur etiam Antipater Sidonius, ab aliis Tarſenſis. Sed hic longe recentior eſt, æqualis Ciceroni & Catoni Vticenſi.

Duo præcepta cenſet eſſe a Panætio prætermiſſa] Ita hæc leguntur in libris Manutianis, quorum loco Victorius, & noſtra exemplaria ſcripta habent, *Duo præterita cenſet eſſe a Panætio.* quæ aptius cum ſequentibus cohærere Camerarius ſcribit. *Fr. Fabrit.*

Et obſervatione, quæ res] Familiare eſt Ciceroni nominibus constructionem verbi ſui dare. Sic ſupra: *Spe, ſibi id utile futurum.* C. Lang. *Obſervatione quæ res*] Familiare eſt Ciceroni, ut recte Langius annotat, nominibus conſtructionem verbi ſui dare. quod qui non animadverterunt, illi hic contra veterum librorum auctoritatem ediderunt, *Obſervatione earum rerum, quæ res aut prodeſſe*, &c. *Fr. Fabrit.* Iam ante ſic ediderat Victorius, ut Langius obſervarat, quod etiam tuetur Pithæi codex & Palatini.

Continentia in victu omni atque cultu, corporis tuendi cauſſa] Bene Val. Maximus lib. 2. cap. 5. ait: *Bonæ valetudinis quaſi quædam mater eſt frugalitas, inimica luxurioſis epulis, & aliena nimiæ vini abundantiæ, & ab immoderato Veneris uſu averſa.* Rachel. Quod exemplo Platonis Seneca docet epiſt. 58: *Illud cogitemus poſſe aliquatenus noſtra providentia longiorem prorogari huic corpuſculo moram, ſi voluptates, quibus ma-*

: praetermittendis voluptatibus, poſtremo arte eo-
um, quorum ad ſcientiam haec pertinent. Res au-
em familiaris quaeri debet iis rebus, a quibus abeſt
urpitudo: conſervari autem diligentia, & parſimo-
ia: iiſdem etiam rebus augeri. has res commodiſſi-
ne Xenophon Socraticus perſecutus eſt in eo libro,
ui Oeconomicus inſcribitur: quem nos iſta fere ae-
ate cum eſſemus, qua es tu nunc, e Graeco in
atinum convertimus. Sed utilitatum comparatio, 25
uoniam hic locus erat quartus a Panaetio praeter-
iſſus, ſaepe eſt neceſſaria. Nam & corporis com-
oda cum externis, & externa cum corporis, &
ſa inter ſe corporis, & externa cum externis com-
arari ſolent. Cum externis, corporis hoc modo
omparantur: Valere ut malis, quam dives eſſe.
um corporis, externa hoc modo: Dives eſſe po-
us, quam maximis corporis viribus. Ipſa inter ſe
orporis ſic: ut Bona valitudo voluptati antepona-
ır, vires celeritati. Externorum autem, ut gloria
ivitiis, vectigalia urbana ruſticis. Ex quo genere
omparationis illud eſt Catonis ſenis: a quo cum
uaereretur, quid maxime in re familiari expedi-
t, reſpondit, Bene paſcere. Quid ſecundum?
Satis

jor pars perit, potuerimus regere & rcere. Plato ipſe ad ſenectutem ſe di- entia pertulit. Erat quidem corpus va- um ac forte ſortitus, & illi nomen la- ido pectoris fecerat: ſed navigationes pericula multum detraxerunt viribus, ſimonia tamen, & earum, quæ avi- atem evocant modus, & diligens ſui ela, perduxit illum ad ſenectutem, ltis prohibentibus cauſſis. plura ibi le. paullo poſt: *poteſt frugalitas ducere ſenectutem.* Sed & Spurinnæ emplo Plinius oſtendit lib. III. I, cum ante continentiam e- prædicaſſet, addit: *Inde illi poſt timum & ſeptuageſimum annum au- rium oculorumque vigor integer, in- de agile & viridum corpus, ſolaque ex ſenectute prudentias.* vide & Plutarchi præcepta de conſervanda valetudine.

Conſervari diligentia & parſimonia] Nam ſine parcimonia *nec ullæ opes ſatisfaciunt, nec ullæ non ſatis patent: præſertim cum in vicino remedium ſit, & poſſit ipſa paupertas in divitias ſe, advocata frugalitate, convertere*, ut ait Seneca de tranquillitate animi cap. 9. vide Plutatchum etiam libro de vitando ære alieno.

Bene paſcere] Rem pecuariam quam ampliſſimam habere, magnoſque pe-

Satis bene paſcere. Quid tertium? Male paſcere. Quid quartum? Arare. Et, cum ille, qui quaeſierat, dixiſſet, Quid fenerari? Tum Cato, Quid

coris greges, & lecta jumentorum armenta. *I. Fr. Gronov.*

Satis bene paſcere] Mediocriter, vel minus quam omnino bene. Cato de R R 137: *In loco bono parte octava corbi dividat, ſatis bono ſeptima, tertio loco ſexta.* Cic. I ad Att. 19: *Videor mihi noſtrum illum conſularem exercitum, bonorum omnium, & ſatis bonorum habere firmiſſimum.* III de orat. 22: *quare ſi jam me vultis eſſe oratorem, ſi etiam ſat bonum, ſi bonum denique, non repugnabo.* I. Fr. Gronov.

Male paſcere] Interpretes legunt, *vitire*: & ita in veteri codice uno reperi. Nam Cato in agro comparando, primum locum vineæ tribuit: Columella *vitiſcere* dixit, ſed alio ſenſu. Sed magis placet, *veſtire*; ut non de vineis tantum, ſed de omnibus tam fructiferis quam arbuſtivis loquatur, ex quibus redit fenus maximum & nulla opera. Sic in Tuſculan. *Sepulcrum veſtitum vepribus*; alibi, *Montes veſtiti atque ſilveſtres.* Salluſt. in Iugurt. *Collis veſtitus oleaſtro & murtetis.* Columella, *Agrum vineis veſtire.* omnia jucunda tranſlatione. *Car. Lang.* *Quid tertium: Bene veſtire*] Sic habent omnes libri veteres, quibus uſi ſumus: a quibus diſcedere nefas eſſe duxi. Verum mihi magis placet, *vitire*: quod teſtatur reperiri in uno libro manuſcripto Langius: neque tamen Langii ſententiam improbo, qui collectis aliquot exemplis ad ſcripturam antiquam & receptam confirmandam, oſtendit hanc lectionem eſſe alteri anteponendam. *Lambin.* Primus Petrus Marſus putavit hic legendum eſſe, *Bene vitire*, pro bonas habere vites & vineas. Invenit poſtea id verbum in vetuſto exemplari Balduinus, & Langius, item in veteri codice uno. In ſcripto libro domus Hieronymi Coloniæ ad oram libri aſcriptum eſt, *legi & vitire.* quod verbum Balduinus hic probat, atque ex Plinii cap. 5. lib. 18. confirmat. idem Lambino magis placet. Langius *veſtire* præfert. Turnebus lib. 6. Adverſariorum, cap. 23. ſcribit, Catonem tertias tribuere familiæ, & numero ſervorum, cum dixit, tertium eſſe *bene veſtire.* Fr. Fabrit. Suffridus quoque Petri & Giffanius (adde Salmaſium de uſuris p. 543, qui *bene veſtire* defendit, & eo ſignificari contendit ſervitiorum multitudinem) hic jactant ſuum *veſtire*, aut *vitire*, ſine omni venere & gratia. *Male paſcere* repoſitum oportuit. quod diſerte extat in Palatino noſtro primo, meminitque Columella lib. VI de re ruſtica, ipſa præfatione his verbis: *Ceterum de tam ſapiente viro piget dicere, quod cum quidam auctores commemorant, quidnam quærenti cuidam tertium in agricolatione quæſtuoſum eſſet, aſſeveraſſe, ſi quis vel male paſceret*, &c. Nimirum quod homines non adſequerentur, quid eſſet *male paſcere*, id Ciceronis fundo omnino eradicarunt. at vult Cato, tantum eſſe utilitatis in decore paſcendo, ut quamvis maligne paſcatur, ſive male curatum pecus habeat pater familias, ſuperet tamen fructus omnes arationis, reliquæque adeo agriculturæ. *Gruterus.*

Arare] Agriculturam ea de cauſa, cum tamen ars quoque ſit, eaque etiam quæſtuoſa, probaſſe, vel minus improbaſſe videntur, & naturæ convenientiorem judicaſſe, quia lentior per eam ad χρηματισμὸν progreſſus. Hinc Cato ille Cenſorius dicebat τὴν γεωργίαν διαγωγὴν verius eſſe, quam πρόσοδον, oblectamentum & avocationem potius, quam quæſtum aut reditum. Mihi ſic videtur. Si quis animum habet aliquo tendendi, nihil refert, quam cito eo pervenire queat. Vbi enim pervenerit, tantundem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Quid hominem, inquit, occidere? Ex quo, & multis aliis, intelligi debet, utilitatum comparationes fieri ſolere, recteque hoc adjunctum eſſe quartum exquirendorum officiorum genus. Sed toto hoc de genere, de quaerenda, de collocanda pecunia, vellem etiam de utenda, commodius a quibuſdam optimis viris ad medium Ianum ſedentibus, quam ab ullis philoſophis ulla in

lem eſt, ſive triduum in itinere conſumſerit, ſive intra horam perfecerit. *Salmaſius* de uſuris cap. 18, ubi vide plura.

Quid hominem, inquit, occidere] Hac comparatione commodorum non obſcure ſignificavit Cato, ſuper omnes alias ad quæſtum faciendum eſſe efficaciſſimi compendii fœnerationem, ſed quæ homines, ex quibus lucrum faceret, interficeret. Non quid dixerit, ſed quid fecerit Cato, quærendum. Niſi ipſe primarius fuiſſet fœnerator, poterat videri vere & ex animi ſententia, quid de fœneratione iudicaret, promſiſſe. Sed Græcum omnino ſuſtulit proverbium, Σκύθης τὸν ὄνον. Profecto ſi fœnerari eſt hominem occidere, ſummus ipſe fuit homicida, qui & improbiſſimum, & in primis famoſum fœnus per libertos ſuos exercebat, quod nauticum vocabatur. Narrat Plutarchus, navigaſſe ejus libertum cum mercatoribus & naviculatoribus, & periculum quidem ex parte exigua ipſum reſpiciebat Catonem, emolumenta vero inde maxima recipiebat. Quæ ſequuntur apud Plutarchum, declarant, quomodo ſummum ex mancipiis quæſtum facere ſolitus eſſet. Dabat pecuniam ſervis ſuis, qui inde pueros comparabant, quos variis artibus ac doctrinis inſtituendos curaret, idque Catonis ſumtibus. Sic eruditos & cariores ex arte, quam didicerant, factos poſt annum vendebant. *Idem ibid.* ubi vide plura, & Samuel. Pufendorf. lib. v de Iure naturali & gentium, §. 8, 9, 10 & ſequentibus.

Etiam de utenda] Vet. unus, *vellem etiam de utenda:* quod maximopere placet: & dejerare auſim ita ſcriptum eſſe a Cicerone. neque enim de uſu pecuniæ a fœneratoribus numeratæ traditur: quod ſi æque fieret, atque de ea vel quærenda vel occupanda, magnus fructus ex ea ſchola rediret ad Remp. Optimos viros εἰρωνικῶς dictum eſt: nec aliter licebat ea ætate etiam principibus civitatis fenori operam navantibus. *C. Lang.* *Vellem etiam, de utenda*] *Vellem* addidit Langius e libro veteri, ut optet Cicero & vota faciat, quo feneratores, qui ad medium Ianum ſedeant, ſicut de quærenda & collocanda pecunia, ſic etiam de utenda agant, ac diſputent. De Iano medio Cicero Philip. 6. *Itane Ianus medius in L. Antonii clientela ſit? quis unquam in illo Iano inventus eſt, qui L. Antonio mille nummum ferret expenſum?* Fr. Fabrit.

A quibuſdam optimis viris] Fœneratores *optimi viri* dicuntur non εἰρωνικῶς, ut ait Langius, ſed quod illorum maxime interſit ſentire cum bonis, hoc eſt cum iis, qui pacem, otium, remp. tranquillam & ſalvam velint. hinc etiam ſæpe Cic. dicuntur *boni viri.* IX ad Att. 12: *Prætores jus dicunt? Ædiles ludos parant? Viri boni uſuras perſcribunt?* I. Fr. Gronovius. quem vide lib. IV obſerv. cap. 9. Cic. VIII ad Attic. ep. 1: *Video bonorum, id eſt lautorum & locupletium urbem refertam fore.*

Ad medium Ianum] Vide Manut.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

in ſchola diſputatur. Sunt tamen ea cognoſcenda. pertinent enim ad utilitatem, de qua hoc libro diſputatum eſt. Reliqua deinceps perſequemur.

M. TVL-

M. TVLLII CICERONIS DE OFFICIIS AD MARCVM FILIVM

Liber Tertius.

PVblium Scipionem, Marce fili, eum, qui 1
primus Africanus appellatus ſit, dicere ſolitum ſcripſit Cato, qui fuit fere ejus aequalis, numquam ſe minus otioſum eſſe, quam cum otioſus: nec minus ſolum, quam cum ſolus eſſet. Magnifica vero vox, & magno viro ac ſapiente digna: quae declarat, illum & in otio de negotiis cogitare, & in ſolitudine ſecum loqui ſolitum: ut neque ceſſaret umquam, & interdum colloquio alterius non egeret. Itaque duae res, quae languorem afferunt ceteris, illum acuebant, otium & ſolitudo. Vellem nobis hoc idem vere dicere liceret: ſed ſi minus imitatione tantam ingenii praeſtantiam conſequi poſſumus, voluntate certe proxime accedimus: nam & a repub. forenſibuſque negotiis armis impiis vique prohibiti otium perſequimur: & ob eam cauſam, urbe relicta, rura peragrantes, ſaepe

AFricanus appellatus eſt] *Appellatus ſit*, Langius, & noſtri libri manuſcripti, & Nonius in *Æquales*, &, *Appellare*. Fr. Fabrit.

Magnifica vero vox] Cui geminum eſt illud, quod quidam e Græciæ Sapientibus rogatus, quid difficile eſſet, reſpondit, σχολὴν εὖ διαθέσθαι, *otium recte collocare*. Rachel. Vide inſignem Ennii locum apud Manutium, quem tamen ex Betulei annotationibus deſcripſit.

Vrbe relicta rura peragrantes] Dictio, *rura*, in optimo libro non eſt; ut forte *peregrinantes* ſcriptum fuerit. nam *peregrinari* eſt ab urbe abeſſe, quaſi peragrare. Tuſc. v. *Cui cum peregrinanti, comitibus non ſecutis, cibarius in caſa panis datus eſſet, nihil viſum illo pane jucundius.* Vbi vulgo contra omnes vet. codices, *peragranti Ægyptum.* C. Lang. *Vrbe relicta, rura peragrantes*] Sic omnes quidem libri noſtri habent, *rura peragrantes*, ut & vulgati. placet tamen mihi Langii conjectu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ſaepe ſoli ſumus. Sed nec otium hoc cum Africani otio, nec haec ſolitudo cum illa comparanda eſt. Ille enim requieſcens a reip. pulcherrimis muneribus otium ſibi ſumebat aliquando, & a coetu hominum frequentiaque interdum, tamquam in portum ſe in ſolitudinem recipiebat. noſtrum autem otium negotii inopia, non requieſcendi ſtudio, conſtitutum eſt. exſtincto enim ſenatu, deletiſque judiciis, quid eſt, quod dignum nobis aut in curia, aut in foro agere poſſimus? Itaque qui in maxima celebritate, atque in oculis civium quondam viximus, nunc fugientes conſpectum ſceleratorum, quibus omnia redundant, abdimus nos, quantum licet, & ſaepe ſoli ſumus. Sed quia ſic ab hominibus doctis accepimus, non ſolum ex malis eligere minima oportere; ſed etiam excerpere ex his ipſis, ſi quid ineſſet boni; propterea & otio fruor non illo quidem, quo debeat is, qui quondam peperiſſet otium civitati: nec eam ſolitudinem languere patior, quam mihi adfert neceſſitas, non voluntas. Quamquam Africanus majorem laudem vel

jectura, qui cum in uno ex ſuis codicibus antiquis animadvertiſſet, abeſſe vocem, *rura*, conjecit legendum eſſe, *peregrinantes*. Lamb. *Vrbe relicta peregrinantes*] Sic edidit Lambinus ſecutus conjecturam Langii. qui cum animadvertiſſet, in uno ex ſuis codicibus antiquis abeſſe vocem *rura*, conjecit legendum eſſe, *peregrinantes*. verum quia & cætera 4. exemplaria Langiana & Lambiniana omnia, & noſtra cum vulgatis habent, *Vrbe relicta rura peragrantes*, & Cicero non peregre, ſed ruri in ſuis villis vivebat, conjecturam illam repudio. *Fr. Fabrit.* Nihil mutandum cum Langio & Lambino. Nam ſic fere de Tiberio Tacitus III annal. *littora & lacus Campaniæ tum maxime peragrantem.* Guilielm.

Atque in oculis civium] Liber opt. non habet dictionem, *civium*. Eſt autem elegans, *in oculis eſſe*, pro admirationi eſſe, & obſervari. poſtea *vixerimus* in omnibus MSS. *Car. Lang.* Non audiendus hic Langius. *in oculis civium*, eſt in conſpectu civium. Cic. pro Plancio: *Feci ut poſtea quotidie me præſentem viderent: habitavi in oculis*, (ſcilicet civium) *preſſi forum.* Sic alibi in Verr. *Quæ in foro palam Syracuſis in ore atque oculis provinciæ geſta ſunt.* Iuſtin. XXXI, 2: *Cum tota die in oculis principum, legatique Romani in foro Carthaginienſium obverſatus in ſupremam fuiſſet.* Sic legendum. *Grævius.*

Abdimus nos quantum licet, & ſæpe ſoli ſumus] Hinc ad Atticum in ep. 14 lib. XII ſcribit: *In hac ſolitudine careo omnium colloquio, cumque me in ſilvam abſtruſi denſam & aſperam, non exeo inde ad veſperum. ſecundum te, ni-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

el meo judicio aſſequebatur: nulla enim ejus ingeii monumenta mandata litteris, nullum opus otii, ullum ſolitudinis munus exſtat, ex quo intelligi deet, illum mentis agitatione inveſtigationeque eaum rerum, quas cogitando conſequebatur, nec oioſum, nec ſolum umquam fuiſſe. nos autem, qui on tantum roboris habemus, ut cogitatione tacita ſolitudine abſtrahamur, ad hanc ſcribendi operam mne ſtudium curamque convertimus. itaque plura revi tempore everſa, quam multis annis ſtante ep. ſcripſimus. Sed cum tota philoſophia, mi Cice- 2
o, frugifera & fructuoſa, nec ulla pars ejus inulta ac deſerta ſit: tum nullus feracior in ea locus ſt, nec uberior, quam de officiis, a quibus contanter honeſteque vivendi praecepta ducuntur. Quare quamquam a Cratippo noſtro, principe hujus nemoriae philoſophorum, haec te aſſidue audire, tque accipere confido, tamen conducere arbitror, alibus aures tuas vocibus undique circumſonare. nec as, ſi fieri poſſit, quidquam aliud audire. Quod um omnibus eſt faciendum, qui vitam honeſtam ngredi cogitant, tum haud ſcio, an nemini potius, uam tibi. ſuſtines enim non parvam exſpectationem mitandae induſtriae noſtrae, magnam honorum, non-

ihil eſt mihi amicius ſolitudine. in eo nihi omnis ſermo eſt cum litteris. Et in p. 20 ejuſdem libri: *Mihi ſolitudo & eceſſus provincia eſt.*

Vel meo judicio] Id eſt, non ſolum liorum, ſed & meo judicio. *Vel*, ſinificat, etiam, idque in multis liris antiquis non legitur. *Fr. Fabriius.*

Nulla tamen ejus] Pro tamen in IV MSS. exemplaribus *enim* reperio. & aullo poſt: *debeat* pro *debet*. C. Lanius.

Quas cogitando conſequebatur] Citat unc locum Nonius Marcellus in *Conſequi*, quod hic pro *ſequi* uſurpari admonet. Sic lib. 2 de finib. *Etſi nullum conſecuturum emolumentum vident.* & lib. 4. *In quibus propter earum exiguitatem obſcuratio conſequitur.* quod in quibuſdam libris ſine cauſa eſt immutatum. *Fr. Fabrit.*

A Cratippo veſtro] Sic edidit Langius pro quo in aliis, & manuſcriptis noſtris eſt, *A Cratippo noſtro.* Similis varietas eſt infra ubi quidam libri, *A Peripateticis veſtris*, alii *noſtris* habent. *Cratippus familiaris noſter*, ait lib. 1 de divinatione. *Idem.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

nonnullam fortaſſe nominis. Suſcepiſti onus praeterea grave & Athenarum, & Cratippi: ad quos cum tamquam ad mercaturam bonarum artium ſis profectus, inanem redire turpiſſimum eſt, dedecorantem & urbis auctoritatem, & magiſtri. Quare quantum conniti animo potes, quantum labore contendere (ſi diſcendi labor eſt potius, quam voluptas) tantum fac ut efficias: neve committas, ut, cum omnia ſuppeditata ſint a nobis, tute tibi defuiſſe videare. Sed haec hactenus. multa enim ſaepe ad te cohortandi gratia ſcripſimus. nunc ad reliquam partem propoſitae diviſionis revertamur. Panaetius igitur, qui ſine controverſia de officiis accuratiſſime diſputavit, quemque nos, correctione quadam adhibita, potiſſimum ſecuti ſumus, tribus generibus propoſitis, in quibus deliberare homines, & conſultare de officio ſolerent, uno, cum dubitarent, honeſtumne id eſſet, de quo ageretur, an turpe: altero, utilene an inutile: tertio; ſi id, quod ſpeciem haberet honeſti, pugnaret cum eo, quod utile videretur, quomodo ea diſcerni oporteret: de duobus generibus primis tribus libris explicavit: de ter-

Suſcepiſti onus præterea grave Athenarum] *Onus* vocat illam expectationem, quam de ſe concitavit propter profectionem Athenienſem, & magiſtrum præſtantiſſimum cui dat operam. Sic pompam lictorum, & nomen imperii onus vocat Cic. 11 ad fam. 16: *Accedit etiam moleſta hæc pompa lictorum meorum, nomenque imperii, quo appellor. Eo ſi onere carerem, quamvis parvis Italiæ latebris contentus eſſem.* Sic & Seneca IV de benef. 27. paupertatis onus vocat nobilitatem, ut recte locum illum vindicat ὁ πάνυ Gronovius in notis. quem vide. *Grævius.*

Tanquam ad mercaturam] Quidam libri *mercatum*. Sic Plaut. & Cicero ipſe in Tuſcul. vocat cœtum & conventum mercatorum. Sed Nonii tempore, *mercaturam* legebatur. *C. Lang. Cum tanquam ad mercaturam*] Malim legi *ad mercatum*: tametſi & noſtri libri ſic habeant, & Nonius ita legat. *Lambin. Tanquam ad mercaturam*] Sic habent noſtri libri omnes, & Nonii duobus locis. quare etſi Langius in quibuſdam libris *mercatum*, legi annotet, nihil tamen mutandum cenſeo. *Fr. Fabrit.*

Inanem redire turpiſſimum eſt] Alluſit, ut opinor, ad Homericum verſum in lib. I. Iliad. Αἰσχρόν τοι δηρόν τε μένειν, κενεόν τ' ἀπονέεσθαι. *F. Vrſin.*

Si diſcendi labor eſt] Admonet Eraſmus, *diſcendi*, nove dictum eſſe pro *diſcere*. Sic infra. *Quæ major utilitas quam regnandi, eſſe poſſit.* Quintilianus lib

rtio autem genere deinceps ſe ſcripſit dicturum,
ec id exſolvit, quod promiſerat. Quod eo magis
iror, quia ſcriptum a diſcipulo ejus Poſidonio eſt,
iginta annis vixiſſe Panaetium poſteaquam eos li-
ros edidiſſet. quem locum miror a Poſidonio bre-
ter eſſe tactum in quibuſdam commentariis; prae-
rtim cum ſcribat, nullum eſſe locum in tota philo-
phia tam neceſſarium. minime vero aſſentior iis,
ui negant, eum locum a Panaetio praetermiſſum,
d conſulto relictum, nec omnino ſcribendum fuiſ-
: quia nunquam poſſet utilitas cum honeſtate pu-
nare: de quo alterum poteſt habere dubitationem,
dhibendumne fuerit hoc genus, quod in diviſione
anaetii tertium eſt, an plane omittendum: alte-
um dubitari non poteſt, quin a Panaetio ſuſceptum
t, ſed relictum. nam qui e diviſione tripartita duas
artes abſolverit, huic neceſſe eſt reſtare tertiam.
raeterea in extremo libro tertio de hac parte polli-
etur ſe deinceps eſſe dicturum. Accedit eodem te-
tis locuples, Poſidonius, qui etiam ſcribit in qua-
am epiſtola, Publium Rutilium Rufum dicere ſo-
lere,

b. 7. *Eſt enim certa ſervitus ad ſingula erba ſe adſtringendi.* Fr. Fabrit. Eſt el-pſis. *utilitas* enim repetendum men-, perinde ac ſi Cicero ſcripſiſſet, *ſi di-endi labor eſt labor*, aut Quintil. *eſt certa ervitus, ad verba ſe adſtringendi ſervitus.*

Breviter eſſe tactum] Sic habent li-ri veteres: vulgati autem *tractatum:* uos ſequi malueram, quia videtur ihi Cicero, ſi vocem, *tactum*, po-uiſſet, adverbium, *leviter*, adjunctu-us fuiſſe potius, quam, *breviter*. con-ra, *tractatum breviter*, convenientius ici puto, quam, *tractatum leviter*. erum tamen ſequamur libros vet. *Lambin. Breviter eſſe tactum*] Sic pri-mus ex libris veteribus Petrus Victo-ius emendavit, itaque in ſuis Lambi-nus, & ego in meis invenio. unus antum cum vulgatis habet *tractatum*, idque Interpretes agnoſcunt. *Tactum* autem *breviter* eſt, paucis verbis atta-ctum, non explicatum: ut lib. 2 de Oratore, *Illud tertium, quod a Craſſo tactum eſt.* Fr. Fabrit.

Quod a Panætio ſuſceptum ſit, ſed de-relictum] Libri veteres habent, *ſed relictum.* ſed librariorum erratum eſſe puto: quamquam, *relictum*, non re-jicio. *Lamb.*

Teſtis locuples] Ex Nonio, *locupletis*, repoſui. *C. Lang.* Quamvis apud No-nium legatur, *locupletis:* veteres co-dices tamen ſequi malui: cum præ-ſertim dici poſſit, erratum eſſe libra-riorum in Nonio, quia diſerte non dicat, *locupletis*, poſitum eſſe a vete-ribus in caſu recto, pro, *locuples.* Lambin. Langius, *locupletis*, edidit, atque id ſe ex Nonio repoſuiſſe ait. Adducitur locus a Nonio, ubi docet, Locupletes non magnarum opum tan-

tum-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

lere, qui Panaetium audierat, ut nemo pictor eſſet
inventus, qui Coae Veneris eam partem, quam A-
pelles inchoatam reliquiſſet, abſolveret (oris enim
pulchritudo reliqui corporis imitandi ſpem aufere-
bat:) ſic ea, quae Panaetius praetermiſiſſet, & non
perfeciſſet, propter eorum, quae perfeciſſet, prae-
3 ſtantiam, neminem eſſe perſecutum. Quamobrem
de judicio Panaetii dubitari non poteſt: rectene au-
tem hanc tertiam partem ad exquirendum officium
adjunxerit, an ſecus, de eo fortaſſe dubitari poteſt.
Nam ſive honeſtum ſolum bonum eſt, ut Stoicis
placet: ſive quod honeſtum eſt, id ita ſummum bo-
num eſt, quemadmodum Peripateticis veſtris vide-
tur, ut omnia ex altera parte collocata, vix minimi
momenti inſtar habeant: dubitandum non eſt, quin
nunquam poſſit utilitas cum honeſtate contendere.
Ita‑

tummodo, ſed & ad quamlibet rem firmos & certos dici. Vbi non ſolum in libris ab Hadriano Iunio medico doctiſſimo, ſed & a Cratandro Baſileæ editis, *Teſtis locuples*, legitur: nec aliter legi poteſt aut debet. *Fr. Fabritius.*

Qui Veneris eam partem] In vetuſtiſſimo apud me libro ſcriptum eſt, *qui iconis Veneris eam partem:* ut dubium non ſit, quin *Coæ Veneris* legi debeat. *F. Vrſin.* *Qui Veneris eam partem*] *Qui Coæ Veneris*, edidit Victorius, atque ita eſſe in libris ſcriptis Balduinus teſtatur: noſtri quoque, etſi non omnes ſine mendo, id nomen habent. Vide Plinium lib. 35. c. 10. *Fr. Fabrit.* Ita etiam in Pal. primo.

Quæ feciſſet] *Quæ perfeciſſet*, Victorius & noſtri libri ſcripti. in quibus etiam, *Perſecutum*, ut eſt in Manutianis, legitur. *Fr. Fabrit.*

De eo fortaſſe dubitari poteſt] Libri noſtri habent, *diſputari poteſt.* ego tamen nihil muto. *Lambin.* *Dubitari poteſt*] *Diſputari poteſt*, eſt in tribus libris ſcriptis noſtris, eodemque modo Anemœcius in uno, & Lambinus in ſuis omnibus invenit. *Fr. Fabrit.* Cum *diſputari* habeatur quoque in Palat. in duobus Guilielmi, in plurimis Aldinis, nec non editionum principe, quid ni id admittamus? *Gruterus.* Nec ego facile oppugnem ſcripturam fultam tot codicum antiquorum auctoritate. & ſcio ut poſſit explicari, & defendi. Quia tamen veteribus *diſputare* non accipitur in hac notione, quæ nunc in ore eſt omnium, nimirum pro contendere verbis cum uno aut pluribus de aliqua re, ſed generaliter eſt diſſerere ſine ulla contentione, ſive ſermonem habere de aliquo loco, aut argumento, valde vereor ne ex margine & interpretatione τοῦ *dubitari* irrepſerit, *diſputari.* Sane in Pithæano eſt *dubitari*, uti in editis pleriſque. *Grævius.*

Omnia ex altera parte collocata vix minimi momenti inſtar habeant] Alludit ad Critolai lancem, de qua vide v. Tuſc. 17. & v de fin. 30.

Quin nunquam poſſit utilitas cum honeſtate contendere] *Vmquam* legitur in libro

taque accepimus, Socratem exſecrari ſolitum eos, ui primum haec natura cohaerentia opinione diſtraiſſent. Cui quidem ita ſunt Stoici aſſenſi, ut quiduid honeſtum eſſet, id utile eſſe cenſerent: nec ule quidquam, quod non honeſtum. Quod ſi is eſſet anaetius, qui virtutem propterea colendam dicet, quod ea efficiens utilitatis eſſet; ut ii, qui res xpetendas vel voluptate, vel indolentia metiuntur: ceret ei dicere, utilitatem aliquando cum honeſtate ugnare. Sed, cum ſit is, qui id ſolum bonum jucet, quod honeſtum ſit: quae autem huic repuient ſpecie quadam utilitatis, eorum neque acceſone meliorem vitam fieri, nec deceſſione pejorem: on videtur ejuſmodi debuiſſe deliberationem introucere, in qua, quod utile videretur, cum eo, quod oneſtum eſt, compararetur. Etenim quod ſummum onum a Stoicis dicitur, convenienter naturae vivere, id

ro antiquo, & ita emendatum n in codice viri doctiſſimi. *F. Vrſi-* *s.*

Vel indolentia metiuntur] *Indigentia* quibuſdam vulgatis, & manuſcris mendoſe legitur. *Indolentia*, eſt loris vacuitas, quam Ciceronem ve dixiſſe, quod ſine dolore ſit, onius ſcribit. *Fr. Fabrit.* Græcorum cem ἀναλγησία Cicero ficto a ſe bo *indolentia* expreſſit. de qua muldiſputat Cic. II de fin. 4. & ſequenus.

Qui id ſolum bonum judicet quod ho- *tum ſit*] Eſt hoc proprium & ven Stoicorum dogma, qui nullum num eſſe docebant, niſi quod bos faciat, reliqua honores, ignomiam, opes, paupertatem, voluptan, nec bona eſſe, nec mala. Senec. 120: *Hæc duo* (bonum & honem) *apud alios diverſa, apud nos tann diviſa. iſta duo quidem facimus, ex uno. nihil eſt bonum, niſi quod neſtum eſt. quod honeſtum, eſt utique num. Bonum putant aliqui eſſe, quod utile eſt. itaque hoc & divitiis, & equo, & vino, & calceo nomen imponunt: tanta eſt apud illos vilitas boni, & adeo uſque ad ſordida deſcendit. Nihil nobis bonum videtur, quo quis & male uti poteſt. Vides autem divitiis, nobilitate, viribus, quam multi male utuntur.* vide & epiſt. 76, 85 & paſſim alibi. nec non Lipſii manuductionem ad Stoicam Philoſoph. diſſertatione 20, in qua & Hebræos & Chriſtianos recte ſic ſenſiſſe ex Clemente Alexandrino & Ambroſio docet.

Deliberationem introducere] *Inducere* Langius, & optimus liber noſter. *Fr. Fabrit.*

Convenienter naturæ vivere] Quid ſit congruenter naturæ vivere, ſeu ſecundum naturam vivere, in quo beatam vitam poſitam eſſe docebant non ſoli Stoici, ſed plerique Philoſophi, & quanta fuerit ſententiarum diverſitas de hoc capite vide apud Lipſ. Manud. ad Stoicam Philoſophiam lib. II, cap. 14 & ſequentibus.

Cum

id habet hanc (ut opinor) ſententiam, cum virtute congruere ſemper: cetera autem, quae ſecundum naturam eſſent, ita legere, ſi ea virtuti non repugnarent. Quod cum ita ſit, putant quidam, hanc comparationem non recte introductam, nec omnino de eo genere quidquam praecipiendum fuiſſe. Atque illud quidem honeſtum, quod proprie vereque dicitur, id in ſapientibus eſt ſolis, neque a virtute divelli umquam poteſt; in iis autem, in quibus ſapientia per-

Cum virtute congruere ſemper] Diogen. Laertius in vita Zenonis: πρῶτος Ζήνων ἐν τῷ περὶ ἀνθρώπου φύσεως τέλος εἶπε, τὸ ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν, ὅπερ ἐστὶ κατ' ἀρετὴν ζῆν. ἄγει γὰρ πρὸς ταύτην ἡμᾶς ἡ φύσις. ὁμοίως δὲ καὶ Κλεάνθης, ἐν τῷ περὶ ἡδονῆς, καὶ Ποσειδώνιος, καὶ Ἑκάτων ἐν τοῖς περὶ τελῶν. *Primus Zeno in libro de hominis natura, finem dixit convenienter naturæ vivere, quod eſt, ſecundum virtutem vivere. ad hanc enim nos natura impellit. ſimiliter Cleanthes, in libro de voluptate, & Poſidonius & Hecato in libris de finibus.* vide ibi plura, & quæ ad ea notavit vir eruditiſſimus & politiſſimus Ægidius Menagius. vide quoque Lipſium dicto loco.

Cetera autem, quæ ſecundum naturam eſſent] Illa nec bona, nec mala eſſe Stoici cenſebant, ſed indifferentia, ex quibus alia quædam ſint ſecundum naturam, ut valetudinem, integritatem ſenſuum, divitias, gloriam, alia naturæ contraria, ut morbum, imbecillitatem, mutilationem, de quibus diſputat Cic. I Academ. c. 10. vide & Lipſium Manuduct. ad Stoic. Philoſ. II, 23, ubi hanc Stoicorum doctrinam de bonis egregie tuetur.

Ita legere] Sic infra, *legere voluptates*. Et IV de finibus, *Illa autem; morbum, egeſtatem, dolorem, non appello mala; ſed ſi lubet, rejectanea: Itaque illa non dico me expetere, ſed legere; nec optare, ſed ſumere; contraria autem non fugere, ſed quaſi ſecernere.* Diverſum eſt *negligere*, hoc eſt prætermittere. quod vel data opera fit: ut in Adelph.

Furtumne factum exiſtumetis, an locum
Reprehenſum, qui præteritus negligentia eſt?

id eſt, volente, ſciente auctore. paullo ſupra, *etenim quod ſummum a Stoicis dicitur*, veteres aliquot libri habent. *C. Lang.* Clarius quid ſit, quod dicitur legere virtus, explicat IV de fin. 15: *Introduci enim virtus nullo modo poteſt, niſi omnia quæ leget, quæque ejiciet, unam referantur ad ſummam.* Pro quo alibi dicit *ſumere*. V de fin. 13: *Omnia quæ ſumenda, quæque legenda, quæque optanda ſunt.* vide & I Academ. c. 10. Græci vocant ληπτὰ, ut conſtat ex Plutarcho.

Illud quidem honeſtum, quod proprie vereque dicitur] Quod κατόρθωμα Græci vocant, vide lib. I. cap. 3. & quæ ibi notantur.

Id in ſapientibus eſt ſolis] Sapientibus ſcilicet Stoicis, qui nuſquam gentium terrarumque ſunt, neque fuerunt, nec erunt, quamvis hoc ultimum negent, vide Senec. de Conſtant. Sap. cap. 7. & Lipſium manuduct. ad Stoicam Philoſoph. lib. II, cap. 8.

In iis autem, in quibus ſapientia perfecta non eſt] Quos vocant viros bonos. Senec. ep. 42: *Scis quem nunc virum bonum dicam? hujus ſecundæ notæ. Nam ille alter fortaſſe tanquam Phœnix ſemel anno quingenteſimo naſcitur.*

Ipſum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

rfecta non eſt, ipſum illud quidem perfectum ho-
ſtum nullo modo; ſimilitudines honeſti eſſe poſ-
nt. Haec enim omnia officia, de quibus his libris
ſputamus, media Stoici appellant. ea communia
nt & late patent: quae & ingenii bonitate multi
equuntur, & progreſſione diſcendi. Illud autem
icium, quod rectum iidem appellant, perfectum
que abſolutum eſt, &, ut iidem dicunt, omnes
meros habet; nec, praeter ſapientem, cadere in
emquam poteſt. Cum autem aliquid actum eſt, in
o media officia compareant, id cumulate videtur
e perfectum, propterea que vulgus quid abſit a
rfecto non fere intelligit: quatenus autem intelli-
, nihil putat praetermiſſum. quod item in poema-
, & picturis uſu evenit, in aliiſque compluribus,
delectentur imperiti, laudentque ea, quae lau-
nda non ſint, ob eam, credo, cauſam, quod in-
i in his aliquid probi, quod capiat ignaros, qui
em, quid in unaquaque re vitii ſit, nequeant judi-
care.

pſum illud quidem honeſtum] Sic e-
it Langius. manuſcripti codices
tri omnes cum Manutianis & Vi-
rianis legunt, *Ipſum illud quidem*
ectum honeſtum. quod probo. *Fr.*
rit.

Media Stoici appellant] Τὰ καθή-
ντα, qualia etiam eſſe, illa præce-
Epicteti, quæ in enchiridion Ar-
nus contulit, non perfectis, qui vi-
rationi conſentanea non contenti
quaſi velint pares eſſe, tradita, ſed
s viris bonis, qui convenienter na-
æ ſeu rationi velint vivere, & cor-
e pro inſtrumento uti. vide Sim-
cii proœmium commentarii in
chiridion Epicteti, & ſuperius ad lib.
ap. 3.

n quo media officia compareant] Sic
legendum, recte Anœmecius &
nnius lib. IX Miſcel. ex vetuſtis li-
s admonuerunt. quod verbum duo
noſtris retinent, idemque a Victo-
rio & Langio eſt editum. *Compareant*
autem eſt appareant, cernantur, ut
aliis locis multis apud Ciceronem, &
apud Lucretium lib. 6. *Nec tamen omni-
no temere illis ſolibus ulla Comparebat a-
vis.* quod Thucydides lib. 2. dixit ὄρ-
νιθες οὐχ ἑωρῶντο. *Comparantur*, quod
eſt in libris vulgatis, nullum locum
habet. non enim vulgus hoc judicium
comparatione officiorum mediorum
facit, ſed cum medium aliquod offi-
cium videt, quia, quantum hoc a
perfectione abſit, non videt, putat
id ipſum omnes numeros habere. *Fr.
Fabrit.*

Quod item in poematis & picturis]
Sic edendum curavi, rationem, &
duorum v. c. auctoritatem ſecutus.
Nam alii ſic habent, *Quod autem in
poem.* plane mendoſe. *Lambin.* *Quod
item in poematis*] *Poematibus*, habent
libri multi, etiam manuſcripti: ſed
Nonius, *Poematis*, legit. Soſipater
quo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

care. itaque cum ſunt docti a peritis, facile deſiſtunt ſententia. 4 Haec igitur officia, de quibus his libris diſſerimus, quaſi ſecunda quaedam honeſta eſſe dicunt, non ſapientum modo propria, ſed cum omni hominum genere communia. itaque his omnes, in quibus eſt virtutis indoles, commoventur. Nec vero cum duo Decii, aut duo Scipiones, fortes viri commemorantur, aut cum Fabricius Ariſtideſve juſti nominantur, aut ab illis fortitudinis, aut ab his juſtitiae, tamquam a ſapientibus, petitur exemplum. nemo enim horum ſic ſapiens eſt, ut ſapientem volumus intelligi. Nec ii, qui ſapientes habiti & nominati, M. Cato, & C. Laelius, ſapientes fuerunt; ne illi quidem ſeptem: ſed ex mediorum officiorum frequentia ſimilitudinem quandam gerebant ſpeciemque ſapientum. Quocirca nec id, quod vere hone-

quoque ſcribit, Ciceronem pro Gallio, *poematorum*, & in Oratore, *poematis* dixiſſe. quomodo oportere dici Varro cenſuit undecimo ad Ciceronem, ut idem teſtatur. *Fr. Fabrit.*

Deſiſtunt facile ſententia] Sic edidit Langius, itaque habent libri antiqui meliores, & Nonius, ubi docet, *doctum* & *peritum* a Tullio diſcreta eſſe, ut ſit *peritum* plus, quam quod *doctum*. Sic quoque lib. I de finib. *Nunquam*, inquit, *ullius oratione victi ſententia deſiſtemus*. In Victorianis, Manutianis, & aliis vulgatis cum præpoſitione legitur, *Deſiſtunt facile a ſententia*. quod etiam eſt uſitatum, ut &, *Deſiſtere de ſententia*. Idem.

Fabritius Ariſtideſve juſtus nominatur] *Iuſti nominantur*, eſt in optimo libro manuſcripto, & editione Victoriana. (nec non Grævii ſecundo) Fuit autem Fabritius talis Romæ, qualis Ariſtides Athenis, ut infra in hoc libro ait. Optimus quoque liber habet, *A ſapientibus*, quomodo Langius ex Parcenſi edidit, & Hieronymus Wolfius mavult: Alii cum vulgatis legunt, *Tanquam a ſapiente*. Fr. Fabrit. Hic auſus ſum ſequi auctoritatem unius Palatini primi, cum hactenus legeretur, *aut Ariſtides*, quod quia auribus minus gratum ſit quam illud, quis dubitet? *Gruterus.*

A ſapientibus] Liber Parcenſis ſic habet. alii omnes, *tanquam a ſapiente*. C. Lang.

Nec ii qui ſapientes habiti & nominati] Sic Palatini, ſic Pithæani excerpta, nec non editiones principes & Moguntina, ſic & meus ſecundus omiſſo *τῷ ſunt*. quos ſequor. *Græv.*

M. Cato & C. Lælius ſapientes fuerunt] Sic Socratem, Diogenem, alioſque nonnullos longe quidem proceſſiſſe in via virtutis, ad ipſum ſapientiæ culmen nondum perveniſſe, quamvis non longe ab illo afuerint, Poſidonius affirmat apud Diogenem Laertium in Zenone. Hi dicebantur proficientes, ſtudioſi, ſectatores ſapientiæ. *Noſtrum vitium eſt*, inquit Seneca de vita beata c. 24, *qui quod dicitur de ſapiente, exigimus & a proficiente*. vide epiſt. 71 & 75. & Lipſium manuduct. ad Stoic. Philoſ. lib. II cap. 9.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

oneſtum eſt, fas eſt cum utilitatis repugnantia com-rari: nec id quidem, quod communiter appellamus oneſtum, quod colitur ab iis, qui bonos ſe viros beri volunt, cum emolumentis umquam eſt com-randum: tamque id honeſtum, quod in noſtram telligentiam cadit, tuendum conſervandumque nobis, quam id, quod proprie dicitur, vere-e eſt honeſtum ſapientibus. aliter enim teneri n poteſt, ſi qua eſt ad virtutem facta progreſſio. d haec quidem de iis, qui conſervatione officiorum ſtimantur boni. Qui autem omnia metiuntur emo-nentis & commodis, neque ea volunt praeponde-i honeſtate, hi ſolent in deliberando honeſtum m eo, quod utile putant, comparare, boni viri n ſolent. Itaque exiſtimo Panaetium, cum dixe-, homines ſolere in hac comparatione dubitare, c ipſum ſenſiſſe, quod dixerit, ſolere modo, non am oportere. etenim non modo pluris putare quod le videatur, quam quod honeſtum: ſed haec am inter ſe comparare, & in his addubitare, tur-ſimum eſt. quid eſt ergo, quod nonnumquam du-ationem afferre ſoleat, conſiderandumque videa-tur?

um utilis repugnantia] *Cum utilis re-nantia*, dictum eſt, ut Manutianus otat, pro cum utili repugnante. in bus manuſcriptis eſt, *Cum utilita-repugnantia*, quomodo Anœme-quoque in ſuo reperit. Petrus nius ſcribit in vetuſto libro eſſe, *utilitatis ratione*. Fr. Fabrit. In-nata lectio ſic forte refingenda ex libro Nannii: *Quocirca nec id l vere honeſtum eſt, cum utilitatis ne comparari; nec id quidem quod muniter appellamus honeſtum.* alte-tamen ſervatur in Palat. & Au-ano. *Gruterus.*

ec id, quod communiter] Repoſui neo ſecundo, *nec id quidem, quod muniter*. Græv.

Aliter enim teneri non poteſt] Non poſſumus aliter in ſapientiæ via con-ſiſtere, excidemus etiam plane ſapien-tiæ ſectatorum numero: actum eſt cum iis, qui ſapientiæ ſunt ſtudioſi, ſi, cum jam profecerunt, propoſita utilitatis & emolumenti ſpe a recte agendo, & officio colendo avocari ſe patiuntur; ſi avertuntur ab officii & honeſti cultu utilitate. *Teneri non poteſt* eſt tale loquendi genus, quale id, quod ſæpe apud Livium occurrit, *ſiſti non poteſt*, quod eſt reſpublica ſalva eſſe non poteſt, periit, actum eſt de republica, de quo vide quæ ὁ πάνυ Gronovius notat ad Livii lib. IV, cap. 12. Nam qui putant jungenda eſſe, *teneri progreſſio non poteſt*, falluntur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

tur? Credo, ſi quando dubitatio accidit, quale ſit id, de quo conſideretur. Saepe enim tempore fit, ut, quod plerumque turpe haberi ſoleat, inveniatur non eſſe turpe. Exempli cauſa, ponatur aliquid, quod pateat latius. Quod poteſt majus eſſe ſcelus, quam non modo hominem, ſed etiam familiarem hominem occidere? Num igitur ſe adſtrinxit ſcelere, ſi qui tyrannum occidit, quamvis familiarem? Populo quidem Romano non videtur, qui ex

Hoc enim loquendi genus *tenere progreſſionem* non fert Latine linguæ genius. *Grav.*

Sape enim tempore fit, ut, quod plerumque turpe haberi ſoleat] Hoc eſt, ratio temporis, & ſtatus rerum, ſeu, ut vulgo loquuntur, circumſtantiæ rerum & hominum faciunt, ut res, quæ alias turpis eſſet, non ſit turpis. quod veriſſimum eſt, & ſuperius ad lib. I exemplo Catonis aliorumque docuimus. Hinc & Silio Pompejus apud Senecam IV Controv. 25: *Quædam quæ licent, tempore & loco mutato non licent.* Hæc quæ turpia ſunt alias, tempore fiunt non turpia, Stoicis dicuntur fieri κατ' οἰκονομίαν, ſecundum diſpenſationem quandam fieri. Marcus Antoninus IX τ. εἰς ἑαυτὸν, ubi oſtendit, homines eſſe ferendos, nec licet peccent nonnunquam male habendos, aut facile damnandos, inter alias rationes etiam hanc affert, ὅτι οὐδὲ εἰ ἁμαρτάνουσι κατείληφας. πολλὰ γὰρ κατ' οἰκονομίαν γίνεται, καὶ ὅλως πολλὰ δεῖ πρότερον μαθεῖν, ἵνα τις περὶ ἀλλοτρίας πράξεως καταληπτικῶς ἀποφήνηται. *Non ſatis ſcis an peccaverint. Multa enim per diſpenſationem geruntur, atque omnino multa edocearis oportet, quam de facto alieno certi quicquam ſtatuere poſſis.* Arrian. in Epictet. lib. III, 14. τῶν πραττομένων τὰ μὲν προηγουμένως πράττεται, τὰ δὲ κατὰ περίστασιν, τὰ δὲ κατ' οἰκονομίαν, τὰ δὲ κατὰ συμπεριφορὰν, τὰ δὲ κατὰ ἔνστασιν. *Eorum quæ aguntur partim propter ſe aguntur, partim fiunt ratione temporis, partim per diſpenſationem, partim obſequii cauſa, partim propoſiti tuendi obſtinata firmitate.* Vt recte hunc locum exponit Mericus Caſaubonus in notis ad ſuperiorem locum Antonini, qui & notat Zenonem apud Stobæum docere, ſapientem non vitioſe mentiri, qui aut ad decipiendum hoſtem, aut emolumenti alicujus cauſſa, καὶ κατ' ἄλλας οἰκονομίας τοῦ βίου πολλάς, aut propter alia multa quæ in vita diſpenſatione aguntur, quod falſum eſſe ſciunt, aſſeverant ut verum. qua in ſententia quoque eſt Plato, vide librum III de republica. & locum inſignem ex libro ejus de juſto apud Stobæum diſputatione XII de mendacio, ubi docet mentiri, decipere juſtum eſſe, ſi, cum temporis ratio poſtulat, ſapiens & juſtus vir mentiatur & decipiat, vel ad hoſtem vincendum, vel ad amicos juvandos. vide & quæ ſupra ad librum I, cap. 12 notavimus.

Num igitur ſe obſtrinxit ſcelere] Noſtri libri ſcripti omnes habent, *Aſtrinxit.* quorum utrunque a Cicerone u ſurpari, alii obſervarunt. Optimu præterea liber habet, *Si qui tyrannun occidit*, ut Langius edidit, atque in li bris vetuſtis multis locis invenitu *Fr. Fabrit.*

Populo quidem Romano non videtur Itaque tyrannicidis præmia ſunt con ſtituta maxima olim in liberis rebu publicis, tam apud Græcos, quai apud Romanos. nec ullus unquai Philoſophorum veterum dubitavit, ty rar

omnibus praeclaris factis illud pulcherrimum exi- imat. Vicit ergo utilitas honeſtatem, imo vero ho- ſtas utilitatem ſecuta eſt. Itaque, ut ſine ullo erro- dijudicare poſſimus, ſiquando cum illo, quod ho- ſtum intelligimus, pugnare id videbitur, quod pellamus utile, formula quaedam conſtituenda eſt: am ſi ſequemur in comparatione rerum, ab officio mquam recedemus. Erit autem haec formula, oicorum rationi diſciplinaeque maxime conſenta- a: quam quidem his libris propterea ſequimur, od, quamquam a veteribus Academicis, & a Pe- pateticis veſtris, qui quondam iidem erant, qui A- demici, quae honeſta ſunt, anteponuntur iis, quae dentur utilia: tamen ſplendidius haec ab eis diſſe- ntur, quibus quidquid honeſtum eſt, idem utile vide-

nos juſte occidi. Qui noſtro tem- e civilis diſciplinæ magiſtri volunt eri, valde favent tyrannis, & ve- um ſaniſſimam & veriſſimam do- nam impugnant, ac ſi hodie nulli ent tyranni, aut vix tyrannus poſ- a principe bono dignoſci. vide Gro- m lib. I de Iure Belli & Pacis cap. ect. 7 & ſequentibus, & quæ I. Fr. onovius notavit ad Grot. lib. I, cap. ſect. 8 & ſequentes.

Ex omnibus præclaris factis illud pul- rrimum exiſtimat] Sic ſane ſapien- res homines & boni cives cæſo Iu- Cæſare ſentiebant, homines vero li, & qui reip. mutationem ſuis us perditis profuturam exiſtima- nt, tyrannicidas vocabant parrici- s. Vnde Tacit. I ann. 8. dicit occi- m Cæſarem dictatorem aliis peſſi- um, aliis pulcherrimum facinus vi- m eſſe. Sed recte Suetonius cum in s vita quæ præclare geſſerat expo- ſſet, & ejus virtutes laudaſſet, cap. ſubjicit ex bonorum ſententia: *egravant tamen cetera facta dictaque s, ut & abuſus dominatione, & jure us exiſtimetur.*

Vicit ergo utilitas honeſtatem, imo vero honeſtas] In vetuſtioribus quanto melius? *Vicit igitur utilitas honeſtatem? imo vero honeſtatem utilitas conſecuta eſt.* Significat enim factum illud hone- ſtum fuiſſe per ſe, utile κατὰ συμβεβηκός. Muretus XV Var. lect. 9.

Et a Peripateticis veſtris, qui quondam iidem erant, qui Academici] Non le- guntur hæc poſtrema in manuſcripto, *qui Academici*, & ſententia certe non requirit. *F. Vrſin.* Iidem autem fue- runt Academici & Peripatetici, vi- vente Platone, cujus diſcipuli Ariſto- teles Peripateticorum auctor, Xeno- crates Academicorum parens fuit, te- ſte Cicerone III de orat. 17. *I. Fr. Gronov.*

Ab eis differuntur] Vetus: *differen- tur.* C. Lang. *Splendidius hæc ab eis differuntur*] *Differentur*, quod Langius in libris vetuſtis legi admonet, & duo ex noſtris habent, non diſplicet. ne- que enim hæc a Stoicis differebantur, ſed a Cicerone differentur ac pote- runt ab eis omnibus ſplendidius diffe- ri, qui honeſtatem ab utilitate non ſejungunt. *Fr. Fabrit.*

Quicquid honeſtum eſt, idem utile vi- detur] Hic Panætii dogma congruit

 cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

videtur: nec utile quidquam, quod non honeſtum: quam ab iis, quibus honeſtum aliquid non utile, aut utile non honeſtum. Nobis autem noſtra Academia magnam licentiam dat, ut, quodcumque maxime probabile occurrat, id noſtro jure liceat defendere.
5 Sed redeo ad formulam. Detrahere igitur aliquid alteri, & hominem hominis incommodo ſuum augere commodum, magis eſt contra naturam, quam mors,

cum eo, quod ſcripſit ſuperius & Clemens Alexandrinus ex Cleanthe confirmat, *Socratem exſecrari ſolitum eum, qui primus utilitatem a natura ſejunxiſſet: id enim querebatur eſſe caput exitiorum omnium.* Quippe, ut ille cum honeſtate conjunctam voluit utilitatem, quæ vera, germanaque ſit, non quæ fucata, ac ſpuria, quam ut Panætius cum honeſtate, ita cum natura pugnare cenſuit Socrates. Neque enim natura quod fictum, ſed quod verum eſt appetit, ut cibum non pictum, ſed verum. Prorſus, ut vera utilitas æque cum natura, cumque honeſtate cohæreat, & fucata æque utrique repugnet. Itaque uterque jure querebatur invaſiſſe in vitam opinionem illam, quæ ab honeſtate ac natura utilitatem ſeparans, fucatam ſolam ſtabilit, adeo ut cum homines omnes utilitatem ament, fucata potius quam Germana quæratur. Hic porro fons eſt omnis injuſtitiæ, ut copioſius inferius docet Cicero. *Gaſſendus.*

Nobis noſtra Academia magnam licentiam dat] *Quia proprium eſt Academiæ*, ut ait Cic. 2 de divin. 73: *judicium ſuum nullum interponere, ea probare, quæ ſimillima veri videantur, conferre cauſas, & quid in quamque ſententiam dici poſſit, expromere, nulla adhibita ſua auctoritate, judicium audientium relinquere integrum ac liberum.* I. Fr. Gronov.

Hominem hominis incommodo ſuum augere commodum] Hujus itaque formulæ Ciceronianæ tanta eſt æquitas, ut multa hinc definiant ICti extra legum præſcripta, ſemper ad ipſam æquitatem, ut evidentiſſimam provocantes. Exempla collecta vide apud Grotium 11 de Iure Belli & Pacis cap. 10. n. 2. Hinc illa Iuris regula a Pomponio eſt tradita: *Iure naturæ æquum eſt, neminem cum alterius detrimento & injuria fieri locupletiorem.* l. 206. ff. de R. I. & l. 14. ff. de condict. indeb. Ex eodem æquitatis fonte manarunt hæc effata: *Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri.* l. 74. ff. de R. I. Et, *Nemo poteſt mutare conſilium ſuum in alterius injuriam.* l. 75. ff. eod. *Videtur enim*, inquit Proculus, *dolum malum facere, qui ex aliena jactura lucrum quærat.* l. 17. §. 4. ff. de inſtit. act. Licere tamen de commodis quandoque detrahere alienis, ſi utilitas multa Reip. atque hominum ſocietati pariatur, docet Albericus Gentilis lib. 1 de Iure Belli cap. 21. *Rachelius.* Seneca lib. 2 de ira cap. 31: *Illud ante omnia cogita, fœdam eſſe & execrabilem vim nocendi* (licet tibi videatur commoda parere) *& alieniſſimam homini, cujus beneficio etiam ſæva manſueſcunt.* Hierocles in aurea carmina Pythagoræ ait juſtitiam verti ἐν τῷ τῶν ἀλλοτρίων ἀπέχεσθαι καὶ βλάπτειν μηδένα, μηδὲ ὠφέλειαν ἑαυτοῦ τὰς τῶν ἄλλων ποιεῖσθαι συμφοράς. ſi abſtineamus ab alienis, neminem lædamus, neque ex aliorum incommodis noſtra comparemus commoda.

Magis eſt contra naturam] Hoc eſt, magis adverſatur rectæ rationi. quia nempe paupertas, dolor, mors, ut plurimum ſunt fortuita, illud vero ſemper culpam habet. *I. Fr. Gronov.* Præterea multi viri optimi & ſapientiſſimi

mors, quam paupertas, quam dolor, quam cetera, quae poſſunt aut corpori accidere, aut rebus externis. nam principio tollit convictum humanum, & ſocietatem. ſi enim ſic erimus affecti, ut propter ſuum quiſque emolumentum ſpoliet, aut violet alterum, diſrumpi neceſſe eſt eam, quae maxime eſt ſecundum naturam, humani generis ſocietatem. Vt, ſi unumquodque membrum ſenſum hunc haberet, ut poſſe putaret ſe valere, ſi proximi membri valitudinem ad ſe traduxiſſet, debilitari & interire totum corpus neceſſe eſt: ſic, ſi unuſquiſque noſtrum

ra-

tiſſimi fuerunt pauperes, multis & magnis conflictati ſunt doloribus, & morte injuſta extincti, ut Socrates, Epictetus, ne dicam de Servatore noſtro Chriſto, & ejus ſectatoribus, Apoſtolis, neque tamen quiſquam ſanæ mentis negat, illos convenienter naturæ vixiſſe, & ab officio non receſſiſſe, cum qui alteri nocet ſuorum commodorum cauſſa, a malis etiam male & contra boni viri officium feciſſe cenſeatur.

Tollit convictum humanum & ſocietatem] Quia ſuſpicionum, ſimultatum, diſcordiarum, odiorum cauſſa ſunt, quæ ſocietatem diſſolvunt. Quis enim cum eo ſocietatem colat, qui ut ſuis ſerviat commodis, aliis, quibuſcunque modis poteſt, detrahat, & noceat? Seneca ep. 95: *Natura nos cognatos edidit, cum ex iiſdem in eadem gigneret. hæc nobis amorem indidit mutuum, & ſociabiles fecit: illa æquum juſtumque compoſuit: ex illius conſtitutione miſerius eſt nocere quam lædi, ex illius imperio paratæ ad juvandum manus.* Nec minus pulchre in eandem ſententiam ep. 49 oſtendit, nec illum ipſum poſſe bene vivere, qui omnia facit utilitatis ſuæ cauſſa: *Conſortium rerum omnium inter nos eſt: nec ſecundi quicquam ſingulis, nec adverſi, in commune vivitur. Non poteſt quiſquam beate degere, qui ſe tantum intuetur, qui omnia ad utilitates ſuas convertit; alteri vivas oportet, ſi vis vivere tibi. Hæc ſocietas diligenter & ſancte obſervanda eſt, quæ nos omnes omnibus miſcet, & judicat aliquid eſſe commune jus generis humani.*

Vt ſi unumquodque membrum ſenſum hunc haberet] Ita eleganter Imperator quidam fiſcum lieni comparavit, quo intumeſcente reliqua membra tabeſcant. Quod ipſum nonnulli Londinenſi urbi accommodant, quæ quanto frequentiora commercia ad ſe attrahat, eo minus opulentiæ reliquis Angliæ opidis accedere. Huc facit etiam illud Senecæ præceptum 2. de Ira. cap. 32. *Vt omnia inter ſe membra conſentiunt, quia ſingula ſervari totius intereſt; ita homines ſingulis parcent, quia ad cœtum geniti ſumus. Salva enim eſſe ſocietas niſi amore & cuſtodia partium non poteſt.* Rachel. Nota eſt fabula, de membrorum humanorum ventris inertiæ ſuccenſentium diſcordia, qua Menenius Agrippa plebem, quæ irata patribus ſeceſſerat, ad obſequium & officium revocavit apud Liv. II, 32. Sed pulchrius in hanc rem M. Antoninus lib. VII: οἷόν ἐστιν ἐν ἡνωμένοις τὰ μέλη τοῦ σώματος, τοῦτον ἔχει τὸν λόγον ἐν διεστῶσι τὰ λογικά, πρὸς μίαν τινὰ συνεργίαν κατεσκευασμένα. μᾶλλον δέ σοι ἡ τούτου νόησις προσπεσεῖται, ἐὰν πρὸς ἑαυτὸν πολλάκις λέγῃς, ὅτι μέλος εἰμὶ τοῦ ἐκ τῶν λογικῶν συστήματος. *Quomodo ſe habent in con-*

tinuis

rapiat ad ſe commoda aliorum, detrahatque quod cuique poſſit, emolumenti ſui gratia, ſocietas hominum & communitas evertatur neceſſe eſt. nam, ſibi ut quiſque malit, quod ad uſum vitae pertineat, quam alteri acquirere, conceſſum eſt, non repugnante natura. illud natura non patitur, ut aliorum ſpoliis noſtras facultates, copias, opes augeamus. Neque vero hoc ſolum natura, id eſt, jure gentium, ſed etiam legibus populorum, quibus in ſingulis civita-

tinuis membra corporis, eodem ſe habent in dijunctis quæ ſunt ratione prædita. ad mutuas enim rei eidem conficiendæ operas conferendas nata ſunt utraque. Conſideratio hæc animum tuum magis attinget, ſi te frequenter ſic allocutus fueris, membrum ſum ego compagis hujus. addit, ſi quis ſe tantum exiſtimarit partem eſſe hujus compagis, non membrum, illum homines nondum ex animo diligere. Vtitur eadem ſimilitudine lib. 1. ſect. 15. γεγόναμεν πρὸς συνεργίαν, ὡς πόδες, ὡς χεῖρες, ὡς βλέφαρα, ὡς οἱ στοῖχοι τῶν ἄνω καὶ τῶν κάτω ὀδόντων. τὸ οὖν ἀντιπράσσειν ἀλλήλοις παρὰ φύσιν. *Ad mutuas operas nati ſumus, quo modo pedes, manus, palpebræ, dentium ſuperiorum inferiorumque ordines.* Sed dudum ante Socrates apud Xenophontem uſus eſt hac ſimilitudine ad duos fratres diſcordes II ἀπομνημονευμάτων. quem vide.

Sibi ut quiſque malit, quod ad uſum vitæ pertineat, quam alteri acquirere conceſſum eſt] Hæc enim poſtulat noſtri conſervatio. & verum eſt quod vulgo dicitur, proximus eſt quilibet ſibi ipſi. hoc eſt, quiſque ſe plus amat, quam ceteros, & ſibi mavult eſſe bene, quam alii. Hoc oſtendit etiam Ariſtoteles II magnorum moralium 7: Αὐτὰ αὑτοῖς ἂν μάλιστα βουλοίμεθα καὶ τἀγαθὰ, καὶ τὸ εἶναι, καὶ τὸ εὖ εἶναι. ὁμοιοπαθέστατοι δ᾽ αὑτοῖς ἡμῖν ἐσμὲν, καὶ συζῆν τε μεθ᾽ ἑαυτῶν μάλιστα βουλοίμεθα. *Ipſi nobiſmet ipſis maxime expetimus bona, & ut ſimus, & ut bene ſimus, & omnium maxime noſtris malis movemur, & nobis vivere maxime volumus.* Hoc ipſum Cicero in lib. 1 quoque præcepit, quod hic inculcat: *Rei familiaris amplificatio nemini nocens non eſt vituperanda.*

Illud natura non patitur, ut aliorum ſpoliis noſtras facultates augeamus] Huc pertinet illud Quintiliani Declam. 13. *Si hac conditio eſt, ut quidquid in uſum hominis ceſſit, proprium ſit habentis; profecto quidquid jure poſſidetur, injuria aufertur.* Iulianus cum πρῶτον λόγον conſtituiſſet de Deo agnoſcendo & colendo, δεύτερον illi hanc ſubjungit: *Lex altera, & ipſa ſuapte natura ſancta atque divina, ea eſt, quæ ſemper & ubique alienis abſtineri jubet, neque vero aut verbo, aut facto, aut arcanis animi cogitationibus contra iri ſinit.* Rachel.

Natura, id eſt, jure gentium] Sic & alibi *jus gentium* vocat *jus naturæ.* In Tuſculana 1, *Omni in re conſenſio omnium gentium lex naturæ putanda eſt.* Sic & ICti ſæpe. Paullus 11. *Is natura debet, quem jure gentium dare oportet, cujus fidem ſecuti ſumus.* Sed & Gajus tertio inſtitutionum in Pandect. 1 de Diviſione rerum, l. 2. *Et quidem naturali jure, omnium communia ſunt illa, aer, aqua profluens, & mare, & per hoc litora maris.* mox, quod naturale jus dixit in hac lege, in ſequenti tertia vocat *jus gentium: Nemo ad littus maris accedere prohibetur piſcandi cauſa, dum tamen villis & ædificiis & monumentis abſtineatur: quia non ſunt juris*

vitatibus reip. continetur, eodem modo conſtitutum eſt, ut non liceat ſui commodi cauſa nocere alteri. hoc enim ſpectant leges, hoc volunt; incolumem eſſe civium conjunctionem: quam qui dirimunt, eos morte, exſilio, vinclis, damno coercent. atque hoc multo magis exigit ipſa naturae ratio, quae eſt lex divina, & humana: cui parere qui velit (omnes autem parebunt, qui ſecundum naturam volent vivere) numquam committet, ut alienum appetat, & id, quod alteri detraxerit, ſibi aſſumat. Etenim multo magis eſt ſecundum naturam ex-

juris gentium, ſicut & mare. Nec aliter Ariſtot. Nicom. v. 10. Sed tamen falſo jus gentium dici jus naturæ, jamdudum viri docti multis oſtenderunt. vide Sam. Pufendorfii de Iure naturæ & gentium lib. II, cap. 3.

Vt non liceat ſui commodi cauſſa nocere alteri] Fons enim legum, unde cæteræ manant, eſt *neminem lædere*, cujus rationem eandem reddit Florentinus libro primo Inſtitutionum apud Iuſtinianum 1 Pand. de juſtitia & jure, quam paullo ante Cicero reddidit, nimirum quia eſt communis hominum ſocietas: *Cum inter nos cognationem quandam*, inquit, *natura conſtituit, conſequens eſt hominem homini inſidiari nefas eſſe.*

Exſilio, vinculis] *Vinclis*, eſt etiam in melioribus libris noſtris. quomodo alibi quoque Ciceronem hoc nomen & alia ejus generis contraxiſſe, libri veteres docent. in Paradoxo v. *Ita venuſta, habeantur iſta, non ut vincla virorum ſint, ſed ut oblectamenta puerorum.* & epiſt. 6. lib. 10. ad famil. in libro Mediceo legitur, *Cum quibus te non tuum judicium, ſed temporum vincla conjunxerunt.* Quod ſequitur, *Atque hoc multo magis efficit*, omnium veterum librorum teſtimonio comprobatur, & ſignificat, incolumitatis ejus, qua civium ſocietas conſervatur, cauſam efficientem eſſe naturam. pro quo, *Exigit*, vulgo repoſuerunt. *Fr. Fabrit.* Minime gentium *efficit* probandum. Dicit enim hoc ſpectare leges, ſed multo magis id exigere naturæ rationem. *Grav. Vinclis* eſt quoque in Pith. excerptis.

Naturæ ratio, quæ eſt lex divina & humana] Naturæ nimirum humanæ ſeu ſocialis ratio, quæ oſtendit & præcipit, nihil committendum eſſe, quod iſtam ſocietatem lædat ac violet: lædit autem qui inſonti nocet, ut ſibi proſit, ut ſuis ſerviat commodis. Hanc naturam omnibus hominibus inſevit Deus, qui eſt naturæ parens & auctor, ideo lex ex hac natura humana profluens nulli nocendum eſſe, eſt divina. Sed præterea præcipiunt hoc ipſum quoque, quod ex natura hauſimus & didicimus, leges humanæ cum civiles, tum gentium. Hæc eſt hujus loci ſententia.

Secundum naturam volent vivere] *Secundum naturam vivere eſt*, ita vivere, ut vult & docet natura rationalis & ſocialis hominum omnes homines.

Etenim multo magis eſt ſecundum naturam] Sed præclare admodum, quæ hic Cicero docet, magis ſecundum naturam eſſe celſitatem animi, & magnitudinem, quam voluptates Ariſtoteles exequitur in cap. 8, lib. 9. ad Nicomachum, quod omnino videndum. id tandem his finit: *Quod de viro bono dicitur cum multa & amicorum & patriæ cauſſa agere, etiamſi mors ei*

excelſitas animi & magnitudo: itemque comitas, juſtitia, liberalitas, quam voluptas, quam vita, quam divitiae: quae quidem contemnere, & pro nihilo ducere comparantem cum utilitate communi, magni animi & excelſi eſt. Detrahere autem alteri ſui commodi cauſa, magis eſt contra naturam, quam mors, quam dolor, quam cetera generis ejuſdem: itemque, magis eſt ſecundum naturam, pro omnibus gentibus, ſi fieri poſſit, conſervandis, aut juvan-

ſit appetenda verum eſt, nam & pecuniæ, & honorum, & omnium eorum bonorum, de quibus homines inter ſe contendere ſolent, jacturam faciet, ut ſibi ipſi honeſti poſſeſſionem comparet ac vindicet: Pauliſper enim magna voluptate potiri, quam diu parva, & annum unum honeſte vivere, quam multos temere, & ex arbitrio nutuque fortunæ, multo malit. Unam denique actionem magnam & honeſtam multis & parvis anteponat. Atque hoc iis qui vel pro amicis, vel pro patria excedunt e vita æque contingit. Igitur quod ſibi honeſtiſſimum ducunt, capiunt & ſumunt. Pecunias quin etiam libenter projecerint atque profuderint, ut amici ampliores conſequentur. Amico enim pecunia, ipſi honeſtum quæritur. Majus autem bonum ſibi ipſi tribuit. Idem de honoribus & imperiis ſeu magiſtratibus ſentiendum eſt. hæc enim omnia amico cedet, quoniam hoc ei honeſtum eſt & laudabile. vide & IV ad Nicom. 3.

Celſitas animi & magnitudo] In meis libris manuſcriptis omnibus eſt, *Excelſitas animi*, idque editiones Cratandri & Victorii probant. Nonius quoque Marcellus hujus loci teſtimonio, *excelſitatem* dici oſtendit. Verſu in ſequenti, *comitas*, in multis libris etiam ſcriptis legitur: ſed juſtitiæ, & liberalitatis mentio facit, ut, *communitas*, magis placeat. juſtitia enim & liberalitate hominum communitas conſtat, & conſervatur. *Fr. Fabrit.* Si *communitas* præferant optimi libri, facile id quoque præferrem ipſe vulgato *comitas*, ſed non in hac notione, qua poni cenſet Fabritius, ſed pro humanitate, beneficentia, *φιλανθρωπία*, ſicut *communis* exponit Servius ad illud Virgilii: *Communemque vocate deum*, humanum, beneficum, *φιλάνθρωπον*, unde & *communes homines* dicimus. Cic. IV ad fam. ep. 9: *eum magis communem cenſemus in victoria futurum fuiſſe.* Sueton. Claud. 21: *Nec ullo ſpectaculi genere communior aut remiſſior erat, adeo ut oblatos victoribus aureos prolata ſiniſtra pariter cum vulgo, voce digitiſque numeraret.* ad quæ notat Caſaubonus, in vulgatis pro *communior*, lectum fuiſſe, *comior*, ſicut in Veſpaſ. 22 pro *comiſſimus* in Viterbienſi reperiatur *communiſſimus*, Grævius.

Detrahere autem alteri] Sic Victorius & Manutius legunt. noſtri libri cum Langianis habent, *Detrahere autem de altero.* Fr. Fabrit. Tota iſta periodus mihi ſuſpecta eſt, tanquam repetita a ſciolo de capitis hujus principio. Palatini tantum noſtri habent *detrahere autem de altero*, quod & in Fabritii & plurimis Aldi exemplaribus. *Gruterus.*

Magis eſt ſecundum naturam, pro omnibus gentibus] Stoici, uti ex lib. I. de Offic. didicimus ita ſtatuebant, omnia hominis gratia eſſe condita, hominem vero propter hominem. Si autem homo hominis eſt cauſa, ſecundum naturam eſt, ut homo homini proſit, quemadmodum contra naturam eſt, ſi homo homini noceat. Quo vero pluribus, & quo majori opera

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

vandis maximos labores moleſtiaſque ſuſcipere, imitantem Herculem illum, quem hominum fama, beneficiorum memor, in concilium coeleſtium collocavit: quam vivere in ſolitudine, non modo ſine ullis moleſtiis, ſed etiam in maximis voluptatibus, abundantem omnibus copiis; ut excellas etiam pulchritudine & viribus. Quocirca optimo quiſque & ſplendidiſſimo ingenio longe illam vitam huic anteponit. Ex quo efficitur, hominem naturae obedientem homini nocere non poſſe. Deinde, qui alterum violat, ut ipſe aliquid commodi conſequatur, aut nihil ſe exiſtimat contra naturam facere; aut magis fugiendam cenſet mortem, paupertatem, dolorem, amiſſionem etiam liberorum, propinquorum, amicorum, quam facere cuipiam injuriam. ſi nihil exi-

era ac ſtudio, prodeſſe poſſumus, ta maxime ſecundum naturam hoc eit, id eſt, rationi & honeſtati maxine erit conſentaneum. Si quis igitur, Herculis exemplo, beneficiis nullas non gentes ſibi devincire poſſet, is uti ptime viveret, ita ſane illud vitæ geus averſaretur, quo bene merendi ccaſio præripitur, quale eſt ſolitaium. Quo igitur quiſque eſt melior c humanior, hoc eſt κοινωνικώτερος c πολιτικώτερος, ita ſegregem vitam nagis deteſtabitur, tanquam inimiam officiorum communicationi. Hinc um Ariſt. 1 Polit. 2. p. 6. dixiſſet, Hoinem natura eſſe ζῶον πολιτικὸν, ddit: καὶ ὁ ἄπολις διὰ φύσιν, καὶ οὐ ιὰ τύχην, ἤτοι φαῦλός ἐστιν, ἢ ρείττων ἢ ἄνθρωπος. *Qui natura aborret a civitate, non aliquo caſu inde vulſus, vel improbus eſt, vel homine elior.* Rachel.

In concilio cœleſtium collocavit] Lanius legit: *In concilium cæleſtum collocait*, eodemque modo in duobus ma uſcriptis perſpicue eſt ſcriptum. Cum utem conſtet, Ciceronem dixiſſe, *ſe in poteſtatem*: quis, *Collocare in ncilium*, in eo improbet, cum præſertim in hoc motus ſignificatio inſit? itaque lib. 1 de Natura deorum ait, *Homines jam morte deletos reponere in deos.* Fr. Fabrit. Veriſſima autem Ciceronis eſt ſententia. Nam *Deus eſt mortali juvare mortalem: & hæc ad æternam gloriam via. hic eſt vetuſtiſſimus referendi bene merentibus gratiam mos, ut tales numinibus adſcribant.* ut Plinius ait Hiſt. Nat. 11, 1.

Aut nihil ſe exiſtimat contra naturam facere] Quaſi ſcilicet natura unumquodque animal maxime conciliet ſibi, & ideo qui ſibi ſerviat ac proſit, utcunque cum alterius damno, nihil facere contra naturam. *I. Fr. Gronovius.*

Aut magis fugiendam cenſet mortem, paupertatem] Hoc eſt genus modeſtioris malitiæ in illis, qui non quidem commodi ſui perſequendi, ſed incommodi vitandi cauſſa, nocere ſe jure poſſe alteri fas putant. *Idem.*

Fugiendam cenſet] *Fugiendum* legitur in omnibus manuſcriptis noſtris, quæ ratio ſtructuræ in ſubſtantivis diverſorum generum eſt Ciceroni perquam familiaris. Victorius legit, *fugienda*: quo modo Cicero quoque inter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

exiſtimat contra naturam fieri hominibus violandis: quid cum eo diſſeras, qui omnino hominem ex homine tollat? ſin fugiendum id quidem cenſet, ſed & multo illa pejora, mortem, paupertatem, dolorem, errat in eo, quod ullum aut corporis, aut fortunae
6 vitium animi vitiis gravius exiſtimat. Ergo unum debet eſſe omnibus propoſitum, ut eadem ſit utilitas uniuſcujuſque & univerſorum: quam ſi ad ſe quiſque rapiat, diſſolvetur omnis humana conſortio. Atque ſi etiam hoc natura praeſcribit, ut homo homini, quicunque ſit, ob eam ipſam cauſam, quod is homo ſit, con-

terdum loquitur: ut lib. 5 de finibus. *Itaque e contrario moderati, æquabileſque habitus, affectiones, uſuſque corporis apta eſſe ad naturam videntur.* Fr. Fabrit.

Quid cum eo diſſeras] In duobus vet. *ediſſeras.* Sic Cornificius ad Herennium 1. *Deinde in conjecturalem trahetur controverſiam, & ediſſeretur, num conſulto factum ſit.* C. Lang. *Quid cum eo diſſeras*] *Ediſſeras*, eſt in optimo libro noſtro. atque ita Langius ex duobus vet. edidit. *Fr. Fabrit.*

Errat in eo, quod ullum aut corporis, aut fortunæ vitium] Sed hic error oritur a vitioſitate, & improbitate; in bonum virum non cadit. *Pervertit enim & depravat judicium rationis vitioſitas, effecitque ut de principiis actionum falſum judicemus*, ait Ariſtoteles VI ad Nicom. 12. Et III Nicom. 1: *Ignorare quæ ſunt agenda, & a quibus item eſt abſtinendum, eſt quidem illud ejuſmodi, quod omnibus improbis conveniat, atque adeo ex iſta re homines efficiuntur injuſti, imo mali.* quæ duo loca notavit *Rachelius.*

Diſſolvetur omnis humana conſortio] *Conſortio*, legit Nonius: & ita habent vet. libri. Sic Cicero pro Flacco, *conſortes mendicitatis* dicit. *C. Lang.* *Diſſolvetur omnis humana conſortio*] Sic habent omnes libri veteres, & quos vidi, & quos non vidi, ut alii teſtantur: quos quare non ſequerer, nulla cauſa viſa eſt. *Lamb.* *Diſſolvetur omnis humana conſortio*] Hæc eſt conſtans omnium librorum veterum lectio, ut Balduinus, Langius, Lambinus, & alii mecum teſtantur. Hujus quoque loci teſtimonio utitur Nonius, ubi docet, *Conſortium* genere neutro, & *conſortionem* genere feminino dici. Libri tamen Manutiani, & alii quidam vulgati habent, *Conſociatio*. Fr. Fabrit. Firmat hanc lectionem uterque Palat. Moguntina princeps, & Romana altera. *Gruter.*

Ob eam ipſam cauſam, quod is homo ſit] Propter cognationem illam a natura inter homines conſtitutam. de qua Iulian. in fragmentis: ἄνθρωπος γὰρ ἀνθρώπῳ καὶ ἑκὼν καὶ ἄκων πᾶς ἐστὶ συγγενής. *homo enim homini velit nolit cognatione junctus eſt.* Ideo & ſervi, tanquam homines, non ſunt beſtiarum inſtar habendi, & trucidandi, ut non ſolum notante Rachelio docet, Ariſtoteles VIII Nicom. 11: *Qua ſervus eſt id, quod eſt*, nimirum inſtrumentum animatum, *nulla cum eo amicitia intercedit domino: ſed qua homo eſt, aliqua. Nam omni homini cum eo, cum quo pactionum & rerum contrahendarum ratio nobis eſſe poteſt, jus aliquod intercedere videtur. Ergo & amicitia, quatenus homo*; ſed & Seneca 1 de clem. 18: *Cum in ſervum omnia liceant, eſt aliquid, quod in hominem licere commune jus animantum vetet, quia ejuſdem*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

conſultum velit, neceſſe eſt ſecundum eandem naturam omnium utilitatem eſſe communem. quod ſi ita eſt, una continemur omnes, & eadem lege naturae: idque ipſum ſi ita eſt, certe violare alterum lege naturae prohibemur. verum autem primum; verum igitur & extremum. Nam illud quidem abſurdum eſt, quod quidam dicunt, parenti ſe, aut fratri nihil detracturos commodi ſui cauſa: aliam rationem eſſe civium reliquorum: hi ſibi nihil juris, & nullam ſocietatem, communis utilitatis cauſa, ſtatuunt eſſe cum civibus: quae ſententia omnem ſocietatem diſtrahit civitatis. Qui autem civium rationem dicunt habendam, externorum negant, hi dirimunt communem humani generis ſocietatem: qua ſublata, beneficientia, liberalitas, bonitas, juſtitia funditus tollitur: quae qui tollunt, etiam adverſus deos immortales impii judicandi ſunt. ab iis enim conſtitutam inter homines ſocietatem evertunt: cujus ſocietatis arctiſſimum vinculum eſt, magis arbitrari eſſe contra naturam, hominem homini detrahere ſui commodi cauſa, quam omnia incommoda ſubire vel externa, vel corporis, vel etiam ipſius animi, quae non vacent juſti-

dem naturæ eſt, cujus tu. Sed de hac communi ſocietate & ſuperius ad librum primum, & paullo ante ad hunc ipſum uberius egimus, & plurimis in locis illam inculcat M. Antoninus libris τῶν εἰς ἑαυτόν. Vnum locum nunc attuliſſe ſufficiat ex libro III. Μέμνηται καὶ ὅτι συγγενὲς πᾶν τὸ λογικόν. καὶ ὅτι κήδεσθαι μὲν πάντων ἀνθρώπων, κατὰ τὴν τοῦ ἀνθρώπου φύσιν ἐστίν. *Meminit etiam cognatum eſſe rationale omne: & naturæ ipſius humanæ rationem exigere hoc ab unoquoque, ut hominum quorumvis curam habeat.* Hæc eſt illa utilitas communis de qua hic Cicero & in illo loco M. Antoninus.

Ab iis enim conſtitutam ſocietatem evertunt] Hæc ſocietas dicitur a diis conſtituta, quia ut Lucretius ait:

Cæleſti ſumus omnes ſemine oriundi.
Omnibus ille idem pater eſt.

Et Lactant. Inſtitut. VI, 10: *Si ab uno Deo inſpirati omnes & animati ſumus, quid aliud quam fratres ſumus? & quidem conjunctiores, quod animis, quam qui corporibus.* M. Antoninus lib. XII ubi docet nos non poſſe ab ullo lædi, ſed delinquentium delicta eſſe ferenda æquo animo, cum cogitemus, ὅση ἡ συγγένεια ἀνθρώπου πρὸς πᾶν τὸ ἀνθρώπειον γένος. οὐ γὰρ αἱματίου ἢ σπερματίου, ἀλλὰ νοῦ κοινωνία. *Quæ homini cuivis cum toto genere humano intercedat cognatio. neque enim tam ſanguinis aut ſeminis, quam mentis exiſtit communio.*

Vel etiam ipſius animi, quæ vacent juſtitia] Locus perobſcurus. quæ ſunt enim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

juſtitia. haec enim una virtus, omnium eſt domina, & regina virtutum. Forſitan quiſpiam dixerit: Nonne igitur ſapiens, ſi fame ipſe conficiatur, abſtulerit cibum alteri, homini ad nullam rem utili? Minime vero. Non enim mihi eſt vita mea utilior, quam animi talis affectio, neminem ut violem commodi mei gratia. Quid? ſi Phalarim, crudelem tyrannum, & imma-

enim illa animi commoda, quæ vacent juſtitia? aut quæ horum verborum vis, ac ſententia eſt? Plane res eſt inexplicabilis. Ego, ne lectorem morer, membrum unum hic deeſſe puto, a ſcriptore librario errante, atque oſcitante, propter vocum ſimilitudinem, præteritum. Sic igitur legendum auguror, *magis arbitrari eſſe contra naturam, hominem homini detrahere ſui commodi cauſa, quam omnia incommoda ſubire vel externa, vel corporis, vel animi: & rurſus, magis eſſe ſecundum naturam, hominem, ſi modo ſine incommodo ſuo facere poſſit, homini conſulere, ac prodeſſe, quam omnia commoda vel externa, vel corporis, vel etiam ipſius animi, percipere, quæ vacent juſtitia. Hæc enim*, &c. *Lambin.* Legendum eſt *ſervantem juſtitiam*. Vetus ſcriptura depravata eſt *cevatent juſtitiam*, unde nata eſt, quæ in editis nunc legitur, *quæ vacent juſtitia*. Muret. XV. Var. lect. 9. *Quæ vacent injuſtitia*] In vulgatis libris omnibus conſentientibus pleriſque manuſcriptis legitur, *Quæ vacent juſtitia.* quod cum Ciceronis ſenſu aperte pugnat. itaque multi jam anni ſunt, cum meos auditores ex variis lectionibus Pauli Manutii, *Injuſtitia*, reponere juſſi. quo circa non poſſum non vehementer laudare factum Lambini: qui cum in contextu lectionem vulgatam reliquiſſet, in Omiſſis admonuit, legendum eſſe, *Quæ vacent injuſtitia*, nunquam enim ſubeunda ſunt incommoda animi, quæ vacent juſtitia: & qui talia incommoda ſubiret, contra naturam faceret. Nunc autem (ut quidem ſcriptum eſt in omnibus libris vulgatis) dicit, magis eſſe contra naturam detrahere alteri ſui commodi cauſa, quam ſubire omnia incommoda etiam animi, quæ careant juſtitia. At hoc pugnat cum ſenſu Ciceronis. vult enim, injuſtitiam eſſe omnium incommodorum maxime contra naturam. *Fr. Fabrit.* Sententiam loci deprehendit Muretus, omnia incommoda ſubeunda eſſe, dummodo ne violet juſtitiam. ſed mitius conſuletur verbis, ſi ſcribamus *ne vacet juſtitia.* Iubet enim ſubire hominem omnia incommoda, ne vacet vel careat juſtitia. *I. Fr. Gronovius.* Præferrem cum Fabritio codicis Vbaldini ſcripturam, *quæ vacent injuſtitia*, niſi verba ſequentia, *quæ virtus* legendum eſſe *juſtitia* ſuaderent. Pith. excerpta: *quæ vocat juſtitia.* forte particula *non* excidit, & ſcripſit Cicero, *quæ non vacent juſtitia*, hoc eſt, quævis incommoda potius ſubeunda eſſe, ſi nihil in illis ſit injuſti. Et ſic conjeceram, ex veſtigiis Pithæani codicis, cum poſtea in uno Manutii ſic ſcriptum fuiſſe deprehendi, quem ſane ſequor. *Grævius.*

Minime vero] Aliter ſentit H. Grotius lib. II de Iure Belli & Pacis cap. 2, qui cenſet in graviſſima neceſſitate reviviſcere jus illud priſtinum rebus utendi, tanquam ſi communes manſiſſent, quia in omnibus legibus humanis, ac proinde & in lege dominii, ſumma illa neceſſitas videtur excepta. ſed vide quæ pluribus de hac re diſputat ibi, & quidnam obſervandum tali tempore, ne peccemus. vide & qui illa diſcuſſit Samuel. Pufendorfium lib. II de Iure naturæ & gentium, cap. 6.

Ne

immanem, vir bonus, ne ipſe frigore conficiatur, veſtitu ſpoliare poſſit, nonne faciat? Haec ad judicandum ſunt facillima. nam, ſi quid ab homine ad nullam partem utili tuae utilitatis cauſa detraxeris, inhumane feceris, contraque naturae legem. ſin autem is tu ſis, qui multam utilitatem reip. atque hominum ſocietati, ſi in vita remaneas, afferre poſſis: ſi quid ob eam cauſam alteri detraxeris, non ſit reprehendendum: ſin autem id non ſit ejuſmodi, ſuum cuique incommodum ferendum eſt potius, quam de alterius commodis detrahendum. Non igitur magis eſt contra naturam morbus, aut egeſtas, aut quid hujuſmodi, quam detractio, aut appetitio alieni. Sed communis utilitatis derelictio contra naturam eſt. Eſt enim injuſta. itaque lex ipſa naturae, quae utilitatem hominum conſervat & continet, decernit profecto,

Ne ipſe frigore conficiatur] Muretus v Var. lect. 9 affirmat libros ſuos veteres habere, *ne ipſe algore pereat.* At c nulla editio, nulli MSS. aliorum eque Palatini, ut dubitem de fide coicum ejus. *Gruter.*

Nam ſi quid homini homo] Noſtri bri cum Victorianis, Manutianis, angianis, & aliis habent, *Nam ſi uid ab homine ad nullam partem utili tilitatis tuæ cauſa detraxeris.* Fr. Farit.

Sin autem is tu ſis] Qui in Cicerone reprehendunt, hanc diſtinctioem, non cogitant illum loqui de erfecto ſapiente, qui novit quid cuiue ſit tribuendum, & in omnibus ſpicit cum utilitatem communem ocietatis humanæ, tum illius, in qua ivit reipublicæ, cujus ſalutem, dinitatem & commoda ſuis præfert. taque ſi ſciat talem ſe eſſe, non proter ſe, ſed propter remp. detrahet in xtrema neceſſitate alteri minus uticivi, ut ſervetur aliquid.

Ob eam cauſam] Publicam nimirum tilitatem, non privatam.

Sin autem id non ſit ejuſmodi] Liber vetus quo nunc utor, ita habet: *Sin autem is non ſis ejuſmodi.* unde colligo librarium primo per errorem, cum ſcripſiſſet, *ſin*, rediiſſe denuo ad ſuperius membrum, cujus principium erat, *ſin autem is tu ſis.* deinde, errore animadverſo, non deleviſſe quidem duas voces, quas fruſtra repetierat, *autem is*, ſed cetera perſecutum. Vt ſit vera lectio, *ſin non ſis ejuſmodi.* Muretus xv, v. L. 9.

Suum cuique incommodum ferendum] Sanctius ſane & verius veteres, quam qui nuper ex ſchola Malisburienſi propter conſervationem ſui quidvis in quemvis licere docent. Nos nobis conciliaſſe naturam, ut nobis nihil ſit carius certiſſimum eſt, ſed eadem nos docuit, non ita nos amare nos debere, ſi convenienter ei vivamus, ut ad noſtra incommoda declinanda, aliis ejuſdem naturæ conſortibus ſit nocendum. Nollemus enim nobis id fieri, ſi eo eſſemus loco, quo is eſt, cujus incommodo aut morte noſtram utilitatem aut vitam redimere conſtituimus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

fecto, ut ab homine inerti atque inutili ad ſapientem, bonum fortemque virum transferantur res ad vivendum neceſſariae: qui ſi occiderit, multum de communi utilitate detraxerit: modo hoc ita faciat, ut ne ipſe de ſe bene exiſtimans, ſeſeque diligens, hanc cauſam habeat ad injuriam. ita ſemper officio fungetur, utilitati conſulens hominum, & ei, quam ſaepe commemoro, humanae ſocietati. Nam, quod ad Phalarim attinet, perfacile judicium eſt. nulla enim nobis ſocietas cum tyrannis, ſed potius ſumma diſtractio eſt: neque eſt contra naturam, ſpoliare eum, ſi poſſis, quem honeſtum eſt necare: atque hoc omne genus peſtiferum atque impium ex hominum

mus, niſi is exuerit hominem, & inſtar belluæ in ſui generis participes ſæviat, ut tyrannus, latro, pirata.

Ad bonum fortemque virum] Propter utilitatem reipublicæ, quam quilibet bonus ſuæ præfert. Hinc Seneca lib. 1 de Clem. 4: *Principes regeſque & quicunque alio nomine ſunt tutores ſtatus publici, non eſt mirum amari ultra privatas etiam neceſſitudines. Nam ſi ſanis hominibus publica privatis potiora ſunt, ſequitur ut is quoque carior ſit, in quem ſe convertit reſpublica.* Et veriſſima eſt ſententia, ſi recte perpendatur. Quæ alia cauſſa eſt, cur recte non ſolum pro boni Regis, Principis, Imperatoris, ſed & ſapientis & utilis civis ſalute & vita, ſuam vitam exponant multi periculo. Sic viginti millia civium pro ipſo Tullio contra Clodium erant dimicaturi, ſi Tullius permiſiſſet. Erant quidem & aliæ cauſſæ, ſed hæc potiſſima.

Hanc cauſam habeat ad injuriam] Modo ne φιλαυτία nos decipiat, & elatius de nobis ipſi ſentientes, quam revera ſimus, alios afficiamus injuria propter nos, non propter utilitatem publicam.

Ita ſemper officio fungetur] *Fungetur, utilitati conſulens hominum*, ut Lambinus edidit, legitur in noſtris manuſcriptis omnibus. in aliis eſt, *fungatur*. Langius etiam *omnium*, pro *hominum* edidit. *Fr. Fabrit.*

Sed potius ſumma diſtractio eſt] Secutus ſum libros vulgatos. nam manuſcr. habent, *& potius*, quod erratum librariorum eſt. nam omiſſum eſt *ſ*, propter vocem, quæ proxime antecedit, *tyrannis. ſet*, autem ſcribebant interdum per *t*. ita in omnes libros irrepſit, *&*, pro, *ſed*. Lambin.

Quem honeſtum eſt necare] Hæc conſtans fuit rerumpublicarum veterum ſententia, quam magiſtri recentes acriter impugnant, ac ſi nullus hodie tyrannus inveniatur. Non nego poſſe nonnunquam optimum etiam Principem aut civem in invidiam vocari tyranni nomine, ſicut Clodius Ciceronem qui patriam tyrannide liberarat, & propter hoc ipſum, quod eam hoc diſcrimine liberarat, tyrannidis crimen apud ſeditioſum populum imponebat, non tamen propterea tyrannos nullos eſſe infitiandum eſt, aut veteres reprehendi, qui docent eos juſte necari. Quis autem tyrannus ſit, & quis populus qui recte poſſit decernere, qui ſit tyrannus rectiſſime docet Fr. Gronovius ad lib. 1 Grotii de Iure Belli & Pacis cap. III. Sed de hoc loco diſputat etiam H. Grotius in libro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

…num communitate exterminandum eſt. Etenim, ut
…membra quaedam amputantur, ſi & ipſa ſanguine, &
…amquam ſpiritu carere coeperunt, & nocent reli-
…quis partibus corporis: ſic iſta in figura hominis fe-
…itas, & immanitas beluae a communi tamquam hu-
…manitate corporis ſegreganda eſt. Hujus generis ſunt
…uaeſtiones omnes eae, in quibus ex tempore offi-
…ium exquiritur. Ejuſmodi igitur credo res Panae- 7
…ium perſecuturum fuiſſe, niſi aliqui caſus, aut oc-
…upatio conſilium ejus peremiſſet: ad quas ipſas con-
…ltationes ex ſuperioribus libris ſatis multa praecepta
…unt, quibus perſpici poſſit, quid ſit propter turpi-
…udinem fugiendum: quid ſit id, quod idcirco fugien-
…um non ſit, quia omnino turpe non eſt. Sed quo-
…iam operi inchoato & prope jam abſoluto, tamquam
faſti-

…bro III de Iure Belli & Pacis cap. 19, …uamvis proprie ibi agat de fide ſer-…anda tyranno & piratæ, ſi cum eo …nquam tyranno & pirata pactum in-…ſti. & fidem ait ſervandam, non …opter tyrannum, ſed propter te …ſum, qui tuam fidem obſtrinxiſti …omini: recte quoque a Cicerone …c pronunciari, tyrannum poſſe ſpo-…ari, qui honeſte poſſit necari.

A communi tanquam humanitate cor-…ris ſegreganda] Quid eſt *humanitas …rporis?* aut legendum: *a communi …nquam humanitatis corpore*, aut eſt …ypallage ut apud Iuſtin. XLI, 2: *anti-…uitatis fata veneratur* pro *fatorum an-…quitatem.* & XIV, 1: *fidei ſacramento* …o *ſacramenti fidei.* Sed prius placere …oque Mureto poſtea cognovi. *Græv.* …e re ipſa, quando liceat necare ty-…nnum vide ſententiam Grotii lib. …imo de Iure Belli & Pacis cap. 4. … 7.

In quibus ex tempore officium exquiri-…r] Hujuſmodi quæſtiones variam …ubitationem conſequuntur ex περι-…στάσει temporum. Hinc Ariſtoteles ar-…ute loquitur 3 Nicom. 1. §. 10. τὸ τέ-λος τῆς πράξεως κατὰ τὸν καιρόν ἐστι. Quæ verba ita exprimit vetus Paraphraſtes: *Vniuscujuſque actionis finis talis aut talis eſt pro tempore; & reſpectu temporis aut bonus ſit aut malus.* Rachelius.

Aliqui caſus] *Aliquis*, puto rectius in manuſcripto. *F. Vrſin.* *Niſi aliqui caſus*] *Aliqui*, pro *aliquis*, ut Victorius, Langius & Lambinus edendum curarunt, noſtri quoque libri meliores habent. Quod autem Paulus Manutius Eraſmi conjecturam ſecutus, *Prævoniſſet*, pro *Peremiſſet*, repoſuit, merito diſplicet. *Peremiſſet* autem eſt, penitus & in perpetuum impediviſſet, atque oppreſſiſſet, ut pro Plancio: *Sin autem vitam mihi forte ademiſſet, aut vis aliqua major reditum peremiſſet.* Fr. Fabrit.

Conſilium ejus peremiſſet] Sic, *reditum perimere*, pro Plancio. vide Sextum Pompejum. *C. Lang.* Cic. pro Sext. *Si cauſam publicam mea morte peremiſſet.* Ad Q. Fratrem: *Dices quid iſtuc intererat? neſcio niſi tam mihi erat verendum ſæpius, ne quis caſus perimeret ſuperiora.* I. Fr. Gronov.

Prope tamen abſoluto] In manuſcripto eſt, *jam*, pro *tamen*, & recte: ex *jam*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

faſtigium imponimus: ut geometrae ſolent non omnia docere, ſed poſtulare, ut quaedam ſibi concedantur, quo facilius, quae volunt, explicent: ſic ego a te poſtulo, mi Cicero, ut mihi concedas, ſi potes, nihil, praeter id quod honeſtum ſit, propter ſe eſſe expetendum. ſin hoc non licet per Cratippum, at illud certe dabis, quod honeſtum ſit, id eſſe maxime propter ſe expetendum. Mihi utrumvis ſatis eſt: & cum hoc, tum illud probabilius videtur, nec praeterea quidquam probabile. Ac primum Panaetius in hoc defendendus eſt, quod non utilia cum honeſtis pugnare aliquando poſſe dixerit (neque enim ei fas erat) ſed ea, quae videntur utilia. Nihil vero utile, quod non idem honeſtum: nihil honeſtum, quod non idem utile ſit, ſaepe teſtatur: negatque ullam peſtem majorem in vitam hominum invaſiſſe, quam eorum opinionem, qui iſta diſtraxerint. Itaque non ut aliquando anteponeremus utilia honeſtis, ſed ut ea ſine errore dijudicaremus, ſi quando incidiſſent, induxit eam, quae videretur eſſe, non quae eſſet, repugnantiam. Hanc igitur partem relictam explebimus, nullius adminiculis, ſed (ut dicitur) Marte noſtro. neque enim quidquam de hac parte poſt Panaetium explicatum eſt, quod quidem mihi probaretur de iis, quae in ma-

jam enim factum eſt *tam*, & inde *tamen*. F. Vrſin. *Prope tamen abſoluto*] In uno manuſcripto pro *tamen*, legitur, *tam*, quod fortaſſis ex, *jam* factum eſt. nam apud Nonium in *Faſtigia*, ſcriptum eſt. Et *prope jam abſoluto*. Fr. Fabrit. Palatinus primus pro his omnibus ſolummodo habet, *inchoato jam quaſi faſtigium imponimus*. quod genuinum magis videtur. *Gruterus*.

Vt Geometræ ſolent non omnia docere, ſed poſtulare] De hoc Geometrarum more Cicero quoque v Tuſc. 7: *Mathematicorum iſte mos eſt, non philoſophorum. Nam Geometræ cum aliquid docere volunt, ſi quid ad rem pertinet eorum, quæ ante docuerunt, id ſumunt pro conceſſo, & probato: illud modo explicant, de quo ante nihil ſcriptum eſt.* Hinc Senec. ep. 88: *Mathematica, ut ita dicam, ſuperficiaria eſt, in alieno ædificat, aliena accipit principia, quorum beneficio ad altiora perveniat.*

Nec præterea quicquam probabile] Hoc tanquam Academicus dicit. Academici enim de omnibus dubitabant.

In vitam hominum invaſiſſe] Præpoſitio, *in* abeſt a duobus manuſcriptis & impreſſo Victorii libro. *Fr. Fabrit.*

Com-

nanus meas venerunt. Cum igitur aliqua ſpecies 8
itilitatis objecta eſt, commoveri neceſſe eſt. ſed ſi, um animum attenderis, turpitudinem videas ad-unctam ei rei, quae ſpeciem utilitatis attulerit, tunc on utilitas relinquenda eſt, ſed intelligendum, ubi urpitudo ſit, ibi utilitatem eſſe non poſſe. Quod ſi ihil eſt tam contra naturam quam turpitudo, (recta nim & convenientia, & conſtantia natura deſide-at, aſpernaturque contraria) nihilque tam ſecun-um naturam, quam utilitas: certe in eadem re uti-tas & turpitudo eſſe non poteſt. itemque ſi ad ho-eſtatem nati ſumus, eaque aut ſola expetenda eſt, it Zenoni viſum eſt) aut certe omni pondere gravior abenda, quam reliqua omnia, quod Ariſtoteli pla-et; neceſſe eſt, quod honeſtum ſit, id eſſe aut ſo-im, aut ſummum bonum; quod autem bonum, id erte utile; ita quidquid honeſtum, id utile. quare rror hominum non proborum, cum aliquid, quod tile viſum eſt, arripuit, id continuo ſecernit ab ho-neſto.

Commoveri neceſſe eſt. ſed ſi, cum ani-m attenderis] Videtur τὸ *animum* loco motum, & pertinere ad ver- præcedentia; ſicque Ciceronem ipſiſſe: *Cum igitur aliqua ſpecies uti-itis objecta eſt, commoveri neceſſe eſt mum. ſed ſi, cum attenderis, turpi-linem videas adjunctam ei rei.* I. Fr. onov.

Tunc non utilitas relinquenda eſt] Co-es Memmiani duo, & nonnulli a-, quibus uſi ſumus, ſic habent, *re-quenda eſt*: quam ſcripturam pro-: vulgatam autem rejicio, *requi-da eſt.* nam præter auctoritatem ve-um codicum ratio poſtulat, ut ita atur. hoc enim ſignificat Cicero, um ſpecies utilitatis objecta eſt, re ente conſiderata, videas turpitudi-n adjunctam ei rei, quæ ſpeciem litatis objecerit: non eſt ita ſtatuen-n, utilitatem propter illam turpi-inis adjunctionem, relinquere, id eſt, repudiare, atque aſpernari oportere, ſed intelligendum, ac ſciendum eſt, ubicumque inſit aliqua turpitudo, ibi utilitatem eſſe non poſſe. *Lambin.*

Tunc non utilitas requirenda eſt] Sic eſt in Manutianis, & aliis vulgatis: quorum lectionem Langius & Lambinus retinuerunt. verum Lambinus annotat Codices Memmianos duos, & non nullos alios habere, *relinquenda*, eamque ſcripturam ſe probare addit. Probarunt eandem Anemœcius & Victorius. Cratander quoque eam lectionem, quam duo ex manuſcriptis noſtris retinent, ad oram ſui libri aſcripſit. *Fr. Fabrit.*

Convenientia] Scilicet excellentiæ naturæ humanæ.

Arripuit, id continuo ſecernit ab honeſto] Parcenſis & alter item, *arripiunt & ſecernunt*: figurate, ut III de legib. *Tamen libertatem iſtam largior populo, ut & auctoritate valeant, & utan-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

neſto. Hinc ſicae, hinc venena, hinc falſa teſtamenta naſcuntur: hinc furta, peculatus, expilationes, direptioneſque ſociorum & civium: hinc opum nimiarum potentiae non ferendae: poſtremo etiam in liberis civitatibus regnandi exſiſtunt cupiditates, quibus nihil nec taetrius, nec foedius excogitari poteſt: emolumentum enim rerum fallacibus judiciis vident: poenam non dico legum, quas ſaepe perrumpunt, ſed ipſius turpitudinis, quae acerbiſſima eſt, non vident. Quamobrem hoc quidem deliberantium genus pellatur e medio (eſt enim totum ſceleratum, & im-

tur bonis. Aliquando ante in exempl. Vallis D. Lamberti erat: *Tum non utilitas relinquenda eſt*, fortaſſis, *tantum non utilitas relinquenda eſt.* C. Lang. Male. bene ſe habet lectio e MSS. recepta, eamque recte tuetur & explicat Lambinus, nimirum non negligendam eſſe utilitatem, ſed non habendam eſſe pro utilitate, cui inſit turpitudo. *Græv.* *Cum aliquid, quod utile viſum eſt, arripuit*] Langius admonet in duobus libris veteribus ſcriptum eſſe, *arripiunt, & ſecernunt:* quod probat: & ait figurate dictum eſſe. Noſtri libri nihil hic a vulgatis diſcrepant. quamobrem eos ſequimur. *Lambinus.* *Arripuit, id continuo ſecernit*] Langius ſecutus auctoritatem duorum librorum antiquorum legit, *arripiunt* & *ſecernunt.* noſtri libri & 11, quibus Lambinus fuit uſus, a vulgatis nihil diſcrepant. *Fr. Fabrit.* Scripſit Cicero: *arripuit, & continuo ſecernit ab honeſto; hinc ſicæ, hinc venena.* Hinc, inquit, videmus homines improbos ſimulatque cogitarunt, aliquid ſe juvare poſſe, idque ſtatim appetunt, nullo honeſti aut inhoneſti diſcrimine, qui eſt ſolennis hominum error, huc progredi, ut ſicis, & dolonibus, ut venenis petant innoxios, quo bonis potiantur, ut teſtamenta ſupponant, & veris heredibus excluſis, ſe pro heredibus gerant. *I. Fr. Gronov.*

Emolumenta rerum fallacibus judiciis vident] Pith. exc. *fallacibus indiciis*, ſed non recedendum a vulgatis. Sententia, falſo judicant hanc vel illam rem ſibi utilem futuram, cum non ſit. *Græv.*

Quas ſæpe perrumpunt] Vet. omnes, *Quam ſæpe perrumpunt:* ut ad *pœnam* ſpectet, quam nunc gratia, nunc muneribus, nunc vi effugiant. Sed quia ad vetus illud reſpicere videtur, Aranearum telis leges eſſe ſimiles, & in 1 de legibus, *leges perrumpere dixit*, nihil immutavi. *Car. Lang.* Langius admonet, veteres libros omnes habere, *quam*, ut ad pœnam referatur, eſt ita in optimo libro noſtro, & Cicero tam leges, quam pœnas perrumpere dicit. *Fr. Fabrit.*

Quæ acerbiſſima eſt non vident] Malam conſcientiam intelligit. neque aliud furias poetarum ſibi velle pro Sextio Roſcio, & in L. Piſonem μυθολογικῶς oſtendit: *Nolite*, inquit, *putare P. C. ut in ſcena videtis, homines conſceleratos impulſu Deorum terreri furiarum tædis ardentibus, ſua quemque fraus, ſuum ſcelus, ſua audacia de ſanitate ac mente deturbat.* Betuleius. Iuvenal. Sat. 13 hanc pœnam multo graviorem eſſe dicit Cæditii ac Rhadamanti tormentis. Optime Seneca epiſt. 93. *Prima illa & maxima peccantium eſt pœna, peccaſſe: nec ullum ſcelus* (etiamſi fortuna nonnullos ad tempus liberare videatur) *impunitum eſt* quo

ımpium) qui deliberant, utrum id ſequantur, quod ıoneſtum eſſe videant, an ſe ſcientes ſcelere contaminent: in ipſa enim dubitatione facinus ineſt, etiamı ad id non pervenerint. Ergo ea deliberanda omnino non ſunt, in quibus eſt turpis ipſa deliberatio. ꞏtque etiam ex omni deliberatione celandi & occulandi ſpes opinioque removenda eſt. ſatis enim nobis (ſi modo in philoſophia aliquid profecimus) perſuaſum eſſe debet, ſi omnes deos hominesque ceare poſſimus, nihil tamen avare, nihil injuſte, nihil ibidinoſe, nihil incontinenter eſſe faciendum. Hinc, 9 lle Gyges inducitur a Platone: qui, cum terra diſceſiſſet magnis quibuſdam imbribus, in illum hiatum leſcendit, aeneumque equum, (ut ferunt fabulae) nimadvertit, cujus in lateribus fores eſſent: quibus pertis mortui vidit corpus magnitudine inuſitata, nnulumque aureum in digito: quem ut detraxit, ipſe

uoniam ſceleris in ſcelere ſupplicium eſt. ullum enim detrimentum majus excotari poteſt, quam quod animo infertur vitio. Rachel.

In ipſa dubitatione facinus ineſt] inc ille apud Tacit. II Hiſt. 77: *qui liberant, deſciverunt.* vide Manutium l hunc locum, qui tamen omnia ꞏrbatim ex Hieronymi Wolfii notis ꞏſcripſit, idque ſolens. Sane nimis ıpudenter.

Cum terra diſceſſiſſet] Sic legendum t, non *deceſſiſſet*. & ita legit Noꞏus in verbo, *diſcedere*, quod ille inꞏrpretatur, hiare, dividi, diſtendi. *ſceſſiſſet* igitur, id eſt, diviſa eſſet, rupta eſſet. ſic enim Plato, unde ꞏc ſumta ſunt, *ῥαγῆναί τε τὴν γῆν, ꞏ γενέσθαι χάσμα*, &c. hoc eſt, ruam eſſe terram, & hiatum factum. c Virgil. Æn. 9. *video medium diſcere cælum.* Quod autem alii quiꞏm legunt, *deſediſſet*: etiam illi ꞏrant. aliud eſt enim, *terram deſide-*, aliud, *terram diſcedere.* Lambin.

ꞏm terra diſceſſiſſet] Adrianus Cardinalis & Stephanus Doletus, ut Balduinus annotat, legunt, *deſediſſet*. in vetuſtis libris omnibus eſt *diſceſſiſſet*, itaque legit Nonius, exponens *diſcedere*, hiare, dividi, diſtendi, Plato lib. 2 de rep. unde Cicero tranſtulit, inquit, *ὄμβρου δὲ πολλοῦ γενομένου καὶ σεισμοῦ ῥαγῆναί τε τῆς γῆς, καὶ γενέσθαι χάσμα κατὰ τὸν τόπον ᾗ ἔνεμεν*, id eſt, *Magnis imbribus ac terræ motu diruptam fuiſſe quandam terræ partem, & hiatum exſtitiſſe eo loco, ubi Gyges paſcebat.* quod Cicero brevius, *terram diſceſſiſſe magnis quibuſdam imbribus*, dixit. Sic in Arato, *At vero pedibus ſubito percuſſa Dianæ Inſulæ diſceſſit*, ubi Aratus habet. *Νήσου ἀναρρήξασα μέσας ἑκάτερθε κολώνας*. Quare, *diſceſſiſſet* omnino retinendum eſſe puto: cum præſertim Ambroſius lib. 3. de officiis cap. 5. ita ſcribat. *Non ſimulabo terræ hiatum, quæ magnis quibuſdam diſſiluerit ſoluta imbribus.* Fr. Fabrit. Nihil certius. vide Gronov. in III de benef. c. 37.

Vt ferunt fabulæ] Hæc tria verba a

ipſe induit: (erat autem regius paſtor) tum in concilium paſtorum ſe recepit. ibi cum palam ejus annuli ad palmam converterat, a nullo videbatur, ipſe autem omnia videbat. idem rurſus videbatur, cum in locum annulum inverterat. Itaque hac oportunitate annuli uſus reginae ſtuprum intulit: eaque adjutrice regem dominum interemit, ſuſtulit quos obſtare arbitrabatur: nec in his eum quiſquam facinoribus potuit videre. ſic repente annuli beneficio rex exortus eſt Lydiae. Hunc igitur ipſum annulum ſi habeat ſapiens, nihil plus ſibi licere putet peccare, quam ſi non haberet. honeſta enim bonis viris, non occulta quaeruntur. Atque hoc loco philoſophi quidam, minime mali illi quidem, ſed non ſatis acuti, fictam & commentitiam fabulam dicunt prolatam a Platone: quaſi vero ille aut factum id eſſe, aut fieri potuiſſe defendat. Haec eſt vis hujus annuli, & hujus exempli: ſi nemo ſciturus, nemo ne ſuſpicaturus qui-

quopiam nugatore ſunt addita. ſunt enim adulterina, quamvis in omnibus libris reperiantur. *Car. Lang.*

Cum in lucem annulum inverterat] Sic edidit Paullus Manutius, & item alii. libri veteres tamen habent, *in locum:* quos ſequitur Langius: ego autem vulgatos. nam hæc lectio magis conſentanea videtur cum verbis Platonis: ex cujus libro ſecundo de rep. hæc ſumta ſunt. Sic enim Plato, τὴν σφενδόνην ἔξω στρέψαντα, id eſt, cum palam annulli extra convertiſſet. *Extra*, id eſt, ad lucem. *Lambin.*

Cum in lucem anulum inverterat] Libri veteres, & vulgati omnes, exceptis Manutianis, & qui inde ſunt expreſſi, habent, *Cum in locum anulum inverterat.* & apud Ambroſium eſt, *Deinde cum in locum ſuum revocaſſet anulum.* eſt autem anuli locus, ut pala extra palmam ſit, atque emineat. itaque Plato dicit, στρέψαι ἔξω τὴν σφενδόνην, id eſt, *palam anuli extra convertere*, quibus verbis lectionem Manutianam magis conſentaneam eſſe Lambinus ait, atque iccirco eam probavit ac recepit. *Fr. Fabrit.* Male. *in locum* eſt in ſuum locum. ſic *loco*, pro ſuo loco Cornif. lib. IV ad Herenn. *Hæc res ſicut in amicitia, ita in dicendo, ſi loco ſit, maxime facit ut & illi, qui audient, a culpa abſint.* Cic. pro Milone: *quem jure, quem loco, quem tempore, quem impune, non eſt auſus: hunc injuria, iniquo loco, alieno tempore, periculo capitis non dubitabit occidere.* Integra locutio eſt apud Plautum in Pœnulo V. 4:

Tanta ibi copia venuſtatum aderat, in
ſuo quaque loco ſita munde.

Græv.

Nihilo plus ſibi licere putet peccare] In manuſcript. eſt. *nihil.* itaque Victorius ſcripſit, omiſſo verbo, *peccare*, quod prorſus redundat. *Fr. Fabrit.* Si MSS. fide delevit *peccare* Victorius, nullus erit politior homo, qui eum non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

uidem ſit, cum aliquid divitiarum, potentiae, dominationis, libidinis cauſa feceris, ſi id diis, hominibuſque futurum ſit ſemper ignotum, ſiſne facturus. negant id fieri poſſe: quamquam poteſt id quidem. ſed quaero, quod negant poſſe, id ſi poſſet, quidnam facerent? Vrgent ruſtice ſane. negant nim poſſe, & in eo perſtant: hoc verbum quid va-ſat, non vident. Cum enim quaerimus, ſi poſſint elare, quid facturi ſint: non quaerimus, poſſintne cela-

on ſequatur. ſed codices, quos do-i viderunt adhuc, repugnant.

Si diis hominibuſque futurum ſit ſem-r ignotum, ſis ne facturus] Hoc cum icerone & aliis Philoſophis negat ıoque Peregrinus apud Gellium XII, : *Virum ſapientem non peccaturum eſ-dicebat, etiamſi peccaſſe eum dii atque mines ignoraturi forent. non enim pœ-aut infamiæ metu non eſſe peccandum, l juſti honeſtique ſtudio & officio. ſi ı tamen non eſſent tali ingenio vel diſci-na præditi, ut ſe vi ſua ac ſponte fa-e a peccando tenerent; eos omnis tunc ccare proclivius exiſtimabat, cum late-poſſe id peccatum putarent, impunita-nque ex ea latebra ſperarent. at ſi ant, inquit, homines nihil omnium um diutius poſſe celari, repreſſius pu-ntiuſque peccabitur. Propterea verſus ıs Sophocli prudentiſſimi poetarum in eſſe habendos dicebat:*

Πρὸς ταῦτα κρύπτε μηδὲν ὡς ὁ πάνθ᾽ ὁρῶν
Καὶ πάντ᾽ ἀκούων, πάντ᾽ ἀναπτύσσει χρόνος.

lius quidam veterum poetarum, cujus men mihi nunc memoriæ non eſt, ve-atem temporis filiam eſſe dixit.

Quanquam poteſt id quidem] In li-s veteribus *non* eſt negatio: quæ ta-en videtur neceſſaria: & reperitur in ıris vulgatis, hoc modo: *quamquam n poteſt id quidem.* ſententia autem c eſt: negant fieri poſſe, ut id diis, ominibuſque ſemper ignotum futu-m ſit: atque hoc pacto, exemplum c Platonicum eludunt; atque inane eſſe dicunt: ſed pueriliter, & ruſtice faciunt, quamquam fateor ita rem eſſe, ut dicunt: hoc eſt, fieri non poſſe, ut facinus aliquod, diis hominibuſque ſemper ignotum futurum ſit. *Lambin.*

Quanquam poteſt id quidem] Reſiſtit infitiationi adverſariorum Cicero, correctione affirmans fieri poſſe, quod illi negabant. atque ita correctionem hanc interpretes legunt, & accipiunt, in veteribus quoque libris negatio nulla eſt, quam tamen Lambinus neceſſariam putat, & Manutius recepit, ut Cicero concedat infitiationem adverſariorum, fateaturque, nihil diis & hominibus ignotum ſemper eſſe poſſe. *Fr. Fabrit.* Non mihi perſuadeo Ciceronis hanc eſſe periodi particulam, ſed ex Epicurei cujuſdam annotatiuncula, ut fieri ſolet, in contextum irrepſiſſe credo. Cicero enim ipſe de divinatione ſecundo, Dei cognitioni & procurationi ſubjicit omnia, & in Academicis quæſtionibus fatetur, Deum mundi animum, & mentem eſſe, cujus numine cuncti adminiſtrantur. Quod ſi deus omnia adminiſtrat & procurat, ergo nihil eum effugit. Atque hoc ſentire Ciceronem patet non affirmantem, ſed ſub conditione, quod oſtendit particula *ſi*, quomodo etiam Seneca quodam loco ait, ſi ſcirem deos ignoraturos, & mihi ignoſcituros, tamen propter peccati turpitudinem peccare nollem. *Betuleius.* Sic tamen omnes vett. edd. ſic omnes codd. ſcripti, neque immittenda negatio, ut placuit Lambino,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

celare; ſed tamquam tormenta quaedam adhibemus, ut, ſi reſponderint ſe impunitate propoſita, facturos quod expediat, facinoroſos ſe eſſe fateantur: ſi negent, omnia turpia per ſeipſa fugienda eſſe concedant. Sed jam ad propoſitum revertamur. Incidunt ſaepe multae cauſae, quae conturbent animos utilitatis ſpecie; non, cum hoc deliberetur, relinquendane ſit honeſtas propter utilitatis magnitudinem: (nam id quidem improbum eſt) ſed illud, poſſitne id, quod utile videatur, fieri non turpiter. Cum Collatino collegae Brutus imperium abrogabat, poterat videri facere id injuſte. fuerat enim in regibus expellendis ſocius Bruti, conſiliorum etiam adjutor. cum autem conſilium hoc principes cepiſſent, cognationem Superbi, nomenque Tarquiniorum, & memoriam regni eſſe tollendam: quod erat utile, patriae conſulere, id erat ita honeſtum, ut etiam ipſi Collatino placere deberet. Itaque utilitas valuit propter honeſtatem, ſine qua ne utilitas quidem eſſe potuiſſet. At in eo rege, qui urbem condidit, non ita. ſpecies enim utilitatis animum pepulit ejus: cui cum viſum eſſet utilius, ſolum quam cum altero regnare, fratrem interemit. Omiſit hic & pietatem, & humanitatem, ut id, quod utile videbatur, neque erat, aſſe-

no, & Aldo Nepoti. dubitanter de providentia & natura divina loquitur, ut Academicus. *Guilielm.*

Cum Collatino Tarquinio] *Tarquinio*, in libris vetuſtis non additur, ut etiam Balduinus annotavit. itaque id recte Victorius & Langius induxerunt. *Fr. Fabrit.*

Quod erat utile, patriæ conſulere] Vocem ultimam delevit Langius ac Lambinus contra omnes membranas. male. nam interpunctione noſtra, id utile ait Tullius, quod ſequebatur Brutus, *ut patriæ ſcilicet conſuleret*, id etiam honeſtiſſimum erat. *Guilielm.*

Id erat ita honeſtum, ut etiam ipſi Collatino placere deberet] Damnat id factum tamen Auguſtinus II de Civit. Dei cap. 17 & lib. III, c. 16. & Albericus Gentilis I de armis Roman. c. 4. Sed merito cum Cicerone Brutum defendit idem Albericus Gentilis lib. II de armis Rom. c. 4, & Rupertus in notis ad Flori lib. I, c. 9.

Fratrem interemit] Merito improba[t] hoc etiam Auguſtinus de Civitate D[ei] III, 6. Horat. epod. 7. Ovid. IV Faſ[t]. Alberic. Gentilis lib. I de armis Rom. c. 2. Sed in libro 2, cap. 2, negat h[oc] factum eſſe.

Mu

ſſequi poſſet: & tamen muri cauſam oppoſuit, ſpe-
iem honeſtatis neque probabilem, neque ſatis ido-
eam. Peccavit igitur, pace vel Quirini, vel Ro-
nuli dixerim. Nec tamen noſtrae nobis utilitates o-
nittendae ſunt, aliiſque tradendae, cum his ipſi e-
eamus: ſed ſuae cuique utilitati, quod ſine alterius
njuria fiat, ſerviendum eſt. Scite Chryſippus, ut
nulta: Qui ſtadium, inquit, currit, eniti & con-
endere debet, quam maxime poſſit, ut vincat;
ipplantare eum, qui cum certet, aut manu depel-
ere, nullo modo debet. ſic in vita ſibi quemque pe-
ere, quod pertineat ad uſum, non iniquum eſt: al-
eri deripere jus non eſt. Maxime autem perturban-
ur officia in amicitiis: quibus & non tribuere, quod
ecte poſſis, & tribuere, quod non ſit aequum,
con-

Muri cauſam oppoſuit] Quidam libri
ppoſuit. Eſt autem hic *cauſa* occaſio
uæſita & prætextus, quo modo &
ipra eſt uſus. *Car. Lang.* Recte de
uſa. ſed *oppoſuit* meliorum librorum
etinendum. Eſt enim *opponere* præ-
endere. 1 ad Att. ep. 1. *Regnum illud*
ium judiciale oppoſuit. 11 ad Q. Frat.
p. 10: *Oppoſuiſti ſemel ἀντείσακτον*
uſam, Ciceronis noſtri valetudinem,
nticui. I. Fr. Gronov.

Pace vel Quirini, vel Romuli] Ex ri-
u ſupplicantium; ne in nomine erra-
ent, plura ſolent enunciare. Horat.

Sive tu Lucina probas vocari, ſeu Genitalis.

t illud:

Luna Deum quæ ſola vides perjuria volgi,
Seu Cretæa magis, ſeu tu Dictynna vocaris,
Huc deſcende.

oſt mortem *Quirinus* dictus eſt. *Car.*
ang.

Quod ſine alterius injuria fiat] Hoc
ſt, quod ſuperius libro 1 inculcat,
ec vero rei amplificatio nemini nocens,
vituperanda eſt, ſed fugienda ſemper in-
uria. Epictetus optime, ὅπε τὸ συμφέρον, ἐκεῖ καὶ τὸ εὐσεβὲς τιθέμεθα,
ubi utilitatem, ibi & pietatem collocamus, teſte Simplicio ad c. 13. Enchiridii. *Rachel.*

Manu depellere] Idas tamen apud Statium Parthenopeum arreptum capillis proſtravit, & ita curſu ſuperavit. *Car. Lang.* *Aut manu depellere*] *Manu pellere*, eſt apud Nonium in verbo *ſupplantare*, quod ſcribit dictum eſſe quaſi pedem ſupponere. Græce ὑποσκελίζειν dicunt. Seneca lib. 2. Epiſtolarum. *Ille, qui ſupplantatus adverſarium toto tulit corpore, nec projecit animum projectus.* Fr. Fabrit.

Alteri deripere jus non eſt] Sic legendum ex libris antiquis: pro quo Manutius, *ſubripere*, Victorius *diripere* edidit. multis autem locis *diripere* pro *deripere* mendoſe legitur, ut facile videbit, qui cognoverit, *diripere* eſſe in diverſum rapere, & quaſi diſcerpere, *deripere* de aliquo rapere ac per vim auferre & detrahere. Sic lib. 1 de finibus legendum, *Sapientia eſt adhibenda: quæ & terroribus cupiditatibuſque detractis, & omnium falſarum opinionum temeritate derepta*, &c. & in oratione de provinciis coſ. *Hos*

 vos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

contra officium eſt. Sed hujus generis totius breve & non difficile praeceptum eſt. quae enim videntur utilia, honores, divitiae, voluptates, cetera generis ejuſdem, haec amicitiae numquam anteponenda ſunt. At neque contra remp. neque contra jusjurandum, ac fidem amici cauſa vir bonus faciet; ne ſi judex quidem erit de ipſo amico. ponit enim perſonam amici, cum induit judicis. Tantum dabit amicitiae, ut veram amici cauſam eſſe malit, ut orandae liti tempus, quoad per leges liceat, accommodet. cum vero jurato ſententia dicenda ſit, meminerit, deum ſe adhibere teſtem, id eſt (ut arbitror) mentem ſuam, qua nihil homini dedit deus ipſe divinius. Itaque

vos de provinciis, ſi non aliquando deducendi eſſent, deripiendos non putaretis? & pro Sulla, *Ille, judices, quantum de mea auctoritate deripuiſſet, tantum ſe de hujus præſidiis deminuturum ſperavit.* Fr. Fabrit. Vide Gisberti Cuperi obſervat. lib. IV, cap. 5, & Nic. Heinſ. ad lib. I amor. eleg. 5. Firmant autem *deripere*. Pith. excerp. Pall. Guilielm. & edit. Princeps Moguntina.

Neque contra jusjurandum ac fidem amici cauſſa vir bonus faciet] Vide Gellium lib. I noct. Att. cap. 3, ubi ex Theophraſto egregia de hoc argumento promit.

Ponit enim perſonam amici] Quod non fecit Chilon, qui amicum, in quem judex ſedebat, damnavit quidem ipſe, ſed aliis judicibus perſuaſit, ut eum abſolverent. vide Gellium laudato loco.

Vt orandæ liti tempus] Hanc eſſe veram lectionem, non ſolum librorum veterum, ſed & Nonii teſtimonio confirmatur. Nonius autem hunc locum bis adducit, primum in *accommodare*, deinde in *orare*, ubi docet, *orare* eſſe agere. Sic pro Quinctio: *Apud judicem cauſam priore loco dicat? & eam cum orarit, tum denique vocem accuſatoris audiat?* quod viri docti etiam mutarunt, &, *perorarit*, contra fidem librorum veterum ſcripſerunt. *Fr. Fabrit.*

Iurato ſententia dicenda] In ſingulis cauſſis apud Romanos judices jurabant, ſe pronunciaturos ex animi ſententia, ſecundum legem. vid. Sigon. de judiciis lib. I. c. 10.

Deum ſe adhibere teſtem] Hoc eſt, ſententiæ ſuæ, quam juratus dicat, teſtem adjungere. In quibuſdam libris antiquis eſt, *habere teſtem*: atque ita Victorius edidit. *Fr. Fabrit.* Vide de vi jurisjurandi Grot. II de Iure Belli & Pacis cap. 13. & Pufendorfium de Iure naturæ & gentium IV, 2.

Mentem ſuam] Ex Platonis, & Stoicorum ſententia. Plato in Timæo: τὸ δὲ δὴ περὶ τοῦ κυριωτάτου παρ' ἡμῖν ψυχῆς εἴδους διανοεῖσθαι δεῖ τῇδε, ὡς ἄρα αὐτὸ δαίμονα Θεὸς ἑκάστῳ δέδωκε τοῦτο, ὃ δέ φαμεν οἰκεῖν μὲν ἡμῶν ἐπ' ἄκρῳ τῷ σώματι, πρός τε τὴν συγγένειαν. Sed & idem in Philebo teſte Clemente Alexandrino Pædag. II, 10. ἀθέους κέκληκε μυστικῶς τοὺς τὸν θεόν, τὸν ἔνοικον αὐτοῖς, τὸν λόγον, διαφθείραντας καὶ μιαίνοντας, τὸ ὅσον ἐφ' ἑαυτοῖς, ἐν τῷ τῶν παθῶν οἰκειώσει. *Atheos myſtice vocavit, qui Deum in ipſis habitantem, nempe rationem corrumpunt, & quantum in ſe eſt, vitiorum ſuorum contubernio polluunt.* Et Strom. 5: οἱ δὲ ἀμφὶ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ue praeclarum a majoribus accepimus morem ro-
andi judicis, ſi eum teneremus, quae ſalva fide fa-
ere poſſit. Haec rogatio ad ea pertinet, quae paul-
 ante dixi honeſte amico a judice poſſe concedi.
am, ſi omnia facienda ſint, quae amici velint, non
micitiae tales, ſed conjurationes putandae ſunt. Lo-
uor autem de communibus amicitiis. nam in ſapien-
bus viris perfectiſque nihil poteſt eſſe tale. Damo-
em & Phintiam Pythagoreos, ferunt hoc animo in-
r ſe fuiſſe, ut, cum eorum alteri Dionyſius tyran-
us diem necis deſtinaviſſet, & is, qui morti addi-
us eſſet, paucos ſibi dies commendandorum ſuo-
um cauſa poſtulaviſſet, vas factus eſt alter ejus ſi-
endi, ut, ſi ille non revertiſſet, moriendum eſſet
ſi. qui cum ad diem ſe recepiſſet, admiratus eo-
rum

ιοὶ τὸν πλάτωνα, νοῦν μὲν ἐν ψυχῇ
ίας μοίρας ἀπόρροιαν ὑπάρχοντα,
υχὴν δὲ ἐν σώματι κατοικίζουσιν.
atonici mentem divinæ partis in anima
luvium eſſe, animam vero in corpore
locant. Marco Antonino in libris
περὶ ἑαυτὸν creberrime νοῦς dici-
r ὁ ἐν ἡμῖν θεός. Sic lib. 3, ὁ μὲν
ς νοῦς καὶ δαίμων. *Noſtra mens eſt*
eus. Libro ſecundo, ait virum bo-
um τὸν ἔνδον ἐν τῷ στήθει δαίμονα μὴ
ρειν, μηδὲ θορυβεῖν ὄχλῳ φαντα-
ῶν, ἀλλὰ ἵλεων διατηρεῖν, κοσμίως
όμενον ὡς θεῷ, *deum in pectore col-*
catum nec polluere, nec viſorum conge-
e perturbare, ſed placidum ſervare:
ic tanquam Deo decenter obſequi.

Si eum teneremus] Si quis attendat
curate hæc verba hic aliena eſſe co-
oſcet. Quis non tenet morem hunc
dices rogandi, quem ait a majori-
is ſe accepiſſe? Nunquam illum
rogatum eſſe, aut exoleviſſe ſponte
nſtat, nec eſt credibile. Quis enim
ſi impudentiſſimus aut ſtultiſſimus,
t improbiſſimus aliter judicem ro-
ret. Excerpta Pithæi: *ſi ea rogare-*
us. quod probo. hoc eſt, ſi quid ta-
rogaremus a judice, ut noſtræ cauſ-
ſæ faveat, quod ſalva fide facere poſſit.
Gravius.

Damonem & Pythiam] Vetus codex habet *Pinthiam*, ex quo conjecturam facio, ſcribendum eſſe *Phintiam.* φιντίας autem reperitur apud Pauſaniam: & in æreo quodam numiſmate inciſum eſt, ΦΙΝΤΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. *Vrſin.*

Damonem & Pythiam] *Phithiam* invenio in quibuſdam ſcriptis Ciceronis, & Valerii Maximi libris. Turnebus vero lib. 20. Adverſariorum cap. 13. teſtatur, ſe in veteribus libris Ciceronis *Phintiam* reperiſſe. quare cum in Plutarchi commentario, περὶ πολυφιλίας, φιντίας καὶ δάμων inter paria amicorum numerentur, non dubitat, quin hic & apud Valerium lib. 4. c. 7. *Phintia* ſcribi debeat. *Fr. Fabrit.* Palatinus primus *Pinthiam*, in margine vero *Phyntiam*, item *Pitthyam.* Sed Palatinus ſecundus *Phintiam*, ut recte Turnebus. *Gruter.*

Vt, ſi ille non revertiſſet] In libris manuſcript. non ſunt hæc, *ad diem*, quæ reperiuntur in vulgatis, poſt verbum, *revertiſſet.* Lambinus.

Vt ſi ille non revertiſſet] In Manutianis & aliis libris vulgatis additur, *ad diem*, quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

rum fidem tyrannus, petivit, ut ſe ad amicitiam tertium adſcriberent. Cum igitur id, quod utile videtur in amicitia, cum eo, quod honeſtum eſt, comparatur, jaceat utilitatis ſpecies, valeat honeſtas. cum autem in amicitia, quae honeſta non ſunt, poſtulabuntur, religio & fides anteponatur amicitiae: ſic habebitur is, quem exquirimus, delectus officii.
11 Sed utilitatis ſpecie in repub. ſaepiſſime peccatur, ut in Corinthi diſturbatione noſtri. durius etiam Athenienſes, qui ſciverunt, ut Aeginetis, qui claſſe valebant, pollices praeciderentur. hoc viſum eſt utile. nimis enim imminebat, propter propinquitatem, Aegina Piraeo: ſed nihil quod crudele, utile. eſt enim hominum naturae, quam ſequi debemus, maxime inimica crudelitas. Male etiam qui peregrinos urbibus uti prohibent, eoſque exterminant, ut Pennus apud patres noſtros, Papius nuper. Nam eſſe

quod neque eſt in libris veteribus, & a Victorio, Langio, & Lambino jure eſt deletum. nam & Nonius in *vas*, ubi locum hunc adducit, illas voces non habet. ibidem legitur, *moriendum eſſet ipſi*, ut eſt in omnibus libris, exceptis Manutianis, in quibus legitur, *moriendum eſſet ſibi ipſi*. Fr. Fabrit.

In Corinthi diſturbatione] Damnavit hoc excidium ſuperius etiam lib. I cap. 11. & recte quidem. vide Grot. III de Iure Belli & Pacis c. 12.

Qui claſſe valebant] Al. *quia claſſe*. Ælianus in variis corrupit hiſtoriam II, 9. *C. Lang*. Fecerunt id autem, ut haſtam ferre non poſſent, quia reliqui digiti ſine eo nihil poſſunt, ut docet multis Ariſtot. IV de part. animal. cap. 10. Id ipſum quoque iidem Athenienſes in bello Peloponneſio decrerant in captivos, quod hic ſanxerant contra Æginetas. vide Plutarch. in Lyſandro & Xenophon, lib. 2. Hiſt.

Eſt enim hominum natura maxime inimica crudelitas] Quia homo natus eſt ad mutuam alterius opem, & amorem. Cum vero ſævit in hominem, exuit humanitatem, & degenerat in feram beſtiam. *Crudelitas, minime humanum malum eſt, indignum tam miti animo. Ferina rabies eſt, ſanguine gaudere, ac vulneribus, & abjecto homine, in ſilveſtre animal tranſire*, inquit Senec. de Clem. I, 24, ubi vide plura.

Peregrinos urbibus uti prohibent] Semper enim in humanitatis officiis numeratum fuit admittere & benign habere peregrinos. Contra decretun Achæorum, quo finibus ſuis inter dixerunt Macedonibus, *exſecrabil* velut *deſertio juris humani* vocatur apu Livium XLI, 24. vide S. Pufendor de jure naturæ & gentium lib. III cap. 3. Mirifice Germanorum hoſp talitem laudat Tacitus de moribu Germanorum c. 21, & Cæſar de bel Gallico VI, 23.

Vt Pennus apud patres noſtros] Co rupte, vel typographi *Penius* corr pti

ſſe pro cive, qui civis non ſit, rectum eſt non lice-e : quam tulerunt legem ſapientiſſimi conſules, Craſſus & Scaevola: uſu vero urbis prohibere pere-grinos, ſane inhumanum eſt. Illa praeclara, in qui-bus publicae utilitatis ſpecies prae honeſtate con-temnitur. Plena exemplorum eſt noſtra reſpub. cum ſaepe,

tius alii *Petronius* ediderunt, a qui-us docti viri quidam decepti non de-nent quærere a quo ſit *lex Petronii* ap-ellata. *M. Iunius Pennus Tr. pl.* Le-ido & Oreſte coſſ. hoc eſt, anno poſt . C. DCXXVII. legem de peregrinis ulit: de qua Feſtus in *reſpublicas, C. Graccus*, inquit, *in ea quam ſcripſit de ege Penni de peregrinis.* quibus verbis Cicero explicatur in Bruto: *C. Graccum tuus gentilis*, inquit, *M. Pennus facete agitavit in Tribunatu, Paullum ætate antecedens*; ita Cicero. certe C. Graccus eo anno Quæſtor fuit, Cotta & Torquato coſſ. id eſt biennio ante Ciceronem coſ. Iacente Iunia, lex a-ia a C. Papio Tr. pl. lata eſt, Ne quis omnino peregrinus in urbe habitaret, exceptis iis qui eam quæ dicitur Italia, ncolerent: ut refert Dion. Meminit Cicero & pro Archia, & alibi. L. ve-ro Licinius Craſſus & Q. Scævola coſ. egem rogarunt, ut quiſque in ſuæ ci-vitatis jus redigeretur; quæ dicta eſt, *Mucia Licinia*: multi enim cum cives non eſſent, pro civibus ſe gerebant; quæ lex, indignantibus principibus populi Italici, cauſſa fuit belli Italici. *Iunia* igitur Penni & *Papia* hæc, de ur-be fuerunt. *Mucia Licinia*, de civitate. Quanquam & alia Papia de civitate multo antiquior fuiſſe videtur, qua M. Perpernam damnatum refert Va-ler. haut ſcio an de ea Cicero in Cor-neliana intelligendus. De urbe etiam peregrinos Lycurgus lege ejecit, ut re-fert Thucydides: caute; ne externis ſe moribus oblineret populus, id quod & Pennum moviſſe opinor, illo ſæ-culo; vel certe ob pericula factionum, tot intra mœnia receptis, quibus ſuſque deque eſſet, bene an male res i-rent. Nos in hac Repub. non modo peregrinos non exterminamus, ſed a religione noſtra averſos, hoc eſt, hoſtes publicos, Iudæos, perjurii damnatos, monetarios etiam civitate impertiebamur: adeo, ſi diis placet, Spartanis, Romaniſque ſumus humaniores. *C. Lang.*

Vt Pennus apud patres noſtros] Ita eſſe in libris vetuſtis, jampridem Balduinus, Victorius & Langius teſtatum reliquerunt: ut ſatis mirari non poſſim, in Manutianis editionibus pro *Penno Petronium* etiamnum legi. *Fr. Fabrit.*

Eſſe pro cive, qui civis non ſit] Ii peregrinitatis accuſabantur. Apud Sueton. in Claud. c. 25, dicuntur *peregrinæ conditionis* homines, quos ille Imperator vetuit uſurpare Romana nomina, tanquam gentilitia. Ab Atticis quoque ξενία dicebatur, æque ut apud Romanos peregrinitas. Sed Populus Romanus in peregrinos erat humanior, quam Athenienſis. Apud Romanos enim non poterant peregrini frui jure Quiritium, hoc eſt ex teſtamento civis Romani legata capere, aut heredem eſſe, nec civis Romani filiam ducere, aut honores ambire: ſed apud Athenienſes peregrinitatis reus, qui fraude & malis artibus ſibi jus civitatis arrogarat, vendebatur pro mancipio. vide Sigonium de Rep. Athen. lib. III. cap. 1, & lib. IV, cap. 3, & Meurſ. de legibus Atticis lib. II, cap. 29. Hujus rei judicium pertinebat apud Athenienſes ad Theſmothetas: apud Romanos erat quæſtio publica.

Sapientiſſimi conſules] Sic dicuntur quia ſummi erant ICti, qui ſæpe *ſapientes*, & *prudentes* per excellentiam dicuntur. Hinc prudentum reſponſa.

ſaepe, tum maxime bello Punico ſecundo: quae, Cannenſi calamitate accepta, majores animos habuit, quam unquam rebus ſecundis. nulla timoris ſignificatio, nulla mentio pacis. tanta vis eſt honeſti, ut ſpeciem utilitatis obſcuret. Athenienſes cum Perſarum impetum nullo modo poſſent ſuſtinere, ſtatuerentque ut urbe relicta conjugibus & liberis Troezene depoſitis, naves conſcenderent, libertatemque Graeciae claſſe defenderent, Cyrſilum quendam, ſuadentem ut in urbe manerent, Xerxemque reciperent, lapidibus obruerunt. Atque ille utilitatem ſequi videbatur: ſed ea nulla erat repugnante honeſtate. Themiſtocles poſt victoriam ejus belli, quod cum Perſis fuit, dixit in concione, ſe habere conſilium reip. ſalutare, ſed id ſciri opus non eſſe. poſtulavit, ut aliquem populus daret, qui cum communicaret, datus eſt Ariſtides. Huic ille, claſſem Lacedaemoniorum, quae ſubducta eſſet ad Gytheum, clam incendi poſſe: quo facto frangi Lacedaemoniorum opes neceſſe eſſet. Quod Ariſtides cum audiſſet, in concionem magna exſpectatione venit: dixitque, perutile eſſe conſilium, quod Themiſtocles afferret, ſed minime honeſtum. Itaque Athenienſes; quod honeſtum non eſſet, id ne utile quidem putaverunt: totamque eam rem, quam ne audierant quidem, auctore Ariſtide repudiaverunt. Melius hi, quam nos, qui piratas immunes, ſocios vectigales habemus. Ma-

Nulla timoris ſignificatio] Vide Livium XXIII, 13.

Cyrſilum quendam] Sic appellatur a Demoſthene περὶ στεφάν. qui hoc plus dicit, uxorem ejus a mulieribus Athenienſium fuiſſe trucidatam. alii Licidam vocant. *Carol. Langius.*

Cyrſilum quendam ſuadentem ut in urbe manerent] Demoſthenes ἐν τῷ περὶ στεφάνου. τὸ δ' ἐπακούειν, inquit, τοῖς ἐπιταττομένοις ἀποφηνάμενον Κυρσίλον καταλιθώσαντες οὐ μόνον αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ αἱ γυναῖκες αἱ ὑμέτεραι τὴν γυναῖκα αὐτοῦ. *F. Vrſin.* Sed alius eſt Lycida ſenator, qui Mardonii conditiones accipiendas eſſe ſuaſerat. Herodot. lib. IX. *I. Fr. Gronovius.*

Socios vectigales habemus] Socios Eraſmus putat notare Cæſarem, qui Campanorum agros diſtribuit. Sed il-

li

Maneat ergo, quod turpe ſit, id nunquam eſſe uti- 12
e, ne tum quidem, cum id, quod eſſe utile putes, adipiſcare. Hoc enim ipſum utile putare, quod turpe ſit, calamitoſum eſt. Sed incidunt (ut ſupra dixi) ſæpe cauſae, cum repugnare utilitas honeſtati videatur, ut animadvertendum ſit, repugnetne plane, an poſſit cum honeſtate conjungi. Ejus generis hae ſunt quaeſtiones: Si (exempli gratia) vir bonus Alexandria Rhodum magnum frumenti numerum advexerit in Rho-

agri non erant Campanorum, neque ſociorum populi Romani, verum publici erant, ipſius populi Romani. Sueton. Iul. 20. nec dati ſunt vectigales, ſed immunes & liberi. Videntur autem hic intelligi Maſſilienſes, de quibus ſupra, & Deiotarus rex Gallo-græciæ, aliique, qui cum Pompejo ſenſerant, & a Cæſare victore aut libertate privati, aut tributo onerati erant. *I. Fr. Gronov.*

Vtile putare quod turpe ſit, calamitoſum eſt] Sicuti vera felicitas & ſummum bonum in animi moribus ad honeſtatem compoſitis conſiſtit, & εὐπραξία: ita vera miſeria ac calamitas extrema hominum in turpitudine. Ariſtot. 1. Nicom. 10.

Vir bonus Alexandria] Manutius legit, *ab Alexandria profectus.* ſed præpoſitio & participium in plerisque libris antiquis non leguntur, ſic nec in Nonii libris, ubi *numerum* & de iis, quæ admetiuntur, dici probat. *Fr. Fabrit.*

Rhodum magnum frumenti numerum advexerit] In contractibus, natura æqualitatem imperat, & ita quidem, ut ex inæqualitate jus oriatur minus habenti. Hæc æqualitas partim conſiſtit in actibus, partim in eo de quo agitur: & in actibus, tum præcedaneis, tum principalibus. Ad præcedaneos actus pertinet, quod is qui cum aliquo contrahit, vitia ſibi nota rei de qua agitur ſignificare debet: quod non civilibus tantum legibus conſtitui ſolet, ſed naturæ quoque congruit. Nam inter contrahentes propior quædam eſt ſocietas, quam quæ communis eſt hominum. Atque hoc modo ſolvitur, quod dicebat Diogenes Babylonius, hoc tractans argumentum, non celari omnia quæ tacentur: nec quidquid tibi audire utile eſt, idem mihi dicere neceſſe eſſe, ut de rebus cœleſtibus. Nam contractus natura utilitatis cauſa reperta propius quiddam exigit. *Hæc cum verbis Ambroſii & Lactantii illuſtraſſet, ita pergit:* At non idem dicendum eſt de his, quæ rem non contingunt. Vt ſi quis ſciat multas naves in curſu eſſe, quæ frumentum advehunt. Nam tale quid indicare, eſt quidem officioſum ac laudabile, ſæpe adeo ut omitti nequeat, niſi ut charitatis regula violetur; non tamen injuſtum, id eſt, non pugnans cum jure ejus, quicum negotium eſt: ita ut locum hic habere poſſit illud, quod idem ille Diogenes non incommode dicebat, referente M. Tullio: *Advexi, expoſui: vendo meum, non pluris quam cæteri: fortaſſe etiam minoris cum major eſt copia. cui fit injuria?* Non ergo generaliter ſequendum illud ejuſdem Ciceronis, Celare eſſe, cum tu, quod ſcias, id ignorare, emolumenti tui cauſa, velis eos quorum interſit ſcire: ſed tum demum id locum habet, cum de iis agitur, quæ rem ſubjectam per ſe contingunt, ut ſi domus ſit peſtilens, ſi a magiſtratu dejici juſſa, quæ exempla ibidem videas. At vitia ei, qui cum agas, nota, aut ſervitutem ædium,

quas

Rhodiorum inopia & fame, ſummaque annonae caritate: ſi idem ſciat, complures mercatores Alexandria ſolviſſe, naveſque in curſu frumento onuſtas, petentes Rhodum, viderit, dicturuſne ſit id Rhodiis, an ſilentio ſuum quam plurimo venditurus? Sapientem & bonum virum fingimus: de ejus deliberatione & conſultatione quaerimus, qui celaturus Rhodios non ſit, ſi id turpe judicet, ſed dubitet, an turpe non ſit. In hujuſmodi cauſis aliud Diogeni Babylonio videri ſolet, magno & gravi Stoico, aliud Antipatro, diſcipulo ejus, homini acutiſſimo. Antipatro omnia patefacienda, ut ne quid omnino, quod venditor norit, emtor ignoret: Diogeni venditorem, quatenus jure civili conſtitutum ſit, dicere vitia oportere, cetera ſine inſidiis agere, & quoniam vendat, velle quam optime vendere. Advexi, expoſui, vendo meum non pluris, quam ceteri, fortaſſe etiam minoris, cum major eſt copia. cui ſit injuria? Exoritur Antipatri ratio ex altera parte: Quid

quas M. Marius Gratidianus C. Sergio Oratæ vendebat ab ipſo prius emptas, dici nihil attinet. Scientia enim utrinque par pares facit contrahentes. *Horatius:*

Ille feret pretium pœnæ ſecurus, opinor: (h. e. ejus quod intereſt)
Prudens emiſti vitioſum.

Quod notatum & Platoni XI. de Legg. H. Grotius II de Iure Belli & Pacis cap. 12. vide & de hac re diſputantem S. Pufendorfium de jure naturæ & gentium V, 3.

Quatenus jure civili conſtitutum ſit] Leges XII tabularum mirifica implicabat obſcuritas, propterea multi ingenio & doctrina præſtantes viri ad eas populo interpretandas ſe contulerunt, & inter ſe capita conferentes fori diſputationem invexerunt. quæ proprium juris civilis nomen adeptum eſt, ut cognovimus a Pomponio ex l. 2. §. 5. Dig. de orig. Iuris. Hoc jus intellexit etiam Cicero inferius in hoc libro, cum dixit: *De jure prædiorum ſancitum eſt apud nos jure civili, ut in his vendendis vitia etiam dicerentur, quæ nota eſſent venditori.* vide ſequentia. & paullo poſt: *Hoc propter depravationem conſuetudinis neque more turpe habetur, neque aut lege ſancitur, aut jure civili.* & Paullus IV ſententiarum: *Fœminæ ad hereditates legitimas ultra conſanguineas ſucceſſiones non admittuntur, idque jure civili, vel Voconia rogatione videtur effectum. ceterum lex duodecim tabularum nulla diſcretione ſexus cognatos admittit.* C. Sigon. I de Iure antiquo civ. Rom. c. 6. vide & Muretum ad laudatam Pomponii legem. Quatenus autem jure civili conſtitutum fuerit licet inprimis videre ex edicto ædilitio, cujus fragmentum legitur lib. XX Dig. de ædilitio edicto ut ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Quid ais? tu cum hominibus conſulere debeas, &
ervire humanae ſocietati, eaque lege natus ſis, &
a habeas principia naturae, quibus parere, & quae
qui debeas, ut utilitas tua communis utilitas ſit,
iciſſimque communis utilitas tua ſit, celabis homi-
es, quid iis adſit commoditatis & copiae? Reſpon-
ebit Diogenes fortaſſe ſic, Aliud eſt celare, aliud
cere: neque ego nunc te celo, ſi tibi non dico,
uae natura deorum ſit, quis ſit finis bonorum, quae
bi plus prodeſſent cognita, quam tritici utilitas: ſed
on quidquid tibi audire utile eſt, id mihi dicere ne-
eſſe eſt. Immo vero (inquiet ille) neceſſe eſt, ſi qui-
em meminiſti eſſe inter homines natura conjunctam
cietatem. Memini, inquiet ille, ſed num iſta ſocietas
lis eſt, ut nihil ſuum cujuſque ſit? quod ſi ita eſt,
e vendendum quidem quidquam eſt, ſed donandum.
ides in hac tota diſceptatione non illud dici, quam- 13
s hoc turpe ſit, tamen, quoniam expedit, faciam:
d ita expedire, ut turpe non ſit: ex altera autem
rte; ea re, quia turpe ſit, non eſſe faciendum.
endat aedes vir bonus propter aliqua vitia, quae
ipſe

Vlpiani libro XXVIII ad Sabinum lib. XIX de actionibus empti & venti. l. 1.

Quid agis?] *Ais*, Victorius, & timus liber manuſcriptus. In iiſn paullo poſt legitur, *inquiet il-* quod placet. nam paulo ante *reſdebit*, inquit, & Cicero controfiam Diogenis & Antipatri ita excat, ut non tam quid illi dixerint, am quid eos dicturos eſſe veri ſimiſit, perſequatur. cui rei futurum npus melius convenit. *Fr. Fabrit.*

Ea habeas principia naturæ] H. e. id natura tua te doceat, ut nihil putes nobis utile, quod aliis noceat: er violari jus humanæ ſocietatis, quod colendum nati ſimus.

Vt nihil cujuſque ſit ſuum] Vetus liber, nihil cujuſquam ſit. F. Vrſin.

Vendat ædes] Hujus quoque quæſtionis deciſionem jam ex Grotio percepimus, non eſſe reticenda vitia rei emptæ inhærentia, ſi latere merito emptorem poſſint. Non igitur hic locum habet illud Diogenis: *Num te emere coegit, qui ne hortatus quidem eſt? ille quod non placebat, proſcripſit*, h. e. palam ac publice propoſito libello ſignificavit. l. 11. §. 3. ff. de inſtit. act. *tu quod placebat emiſti.* Potior itaque hic eſt ſententia Antipatri, quam etiam ICtorum autoritas confirmat l. 1. §. 1. ff. de action. empt. & vend. l. 13. pr. l. 39. l. 41. eod. l. 15. §. 1. l. 43. §. ult. l. 45. ff. de contrah. empt. Ex hac quoque cauſa, actio ædilitia redhibitoria fuit prodita, in hoc data, ut venditor, quod vendidit, propter vitium ejus aut morbum recipiat. tot.

tit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ipſe norit, ceteri ignorent: peſtilentes ſint, & habeantur ſalubres: ignoretur in omnibus cubiculis apparere ſerpentes: male materiatae, ruinoſae: ſed hoc praeter dominum nemo ſciat. quaero, ſi hoc emtoribus venditor non dixerit, aedeſque vendiderit pluris multo, quam ſe venditurum putarit, num id injuſte, an improbe fecerit. Ille vero, inquit Antipater. Quid enim eſt aliud, erranti viam non monſtrare (quod Athenis exſecrationibus publicis ſanctum eſt) ſi hoc non eſt, emtorem pati ruere, & per errorem in maximam fraudem incurrere? plus etiam eſt, quam viam non monſtrare. nam eſt ſcientem in errorem alterum inducere. Diogenes contra: Num te emere coe-

tit. ff. de ædil. edict. Hinc ita loquitur ICtus l. 1. §. 2. *Cauſa hujus Edicti proponendi eſt, ut occurratur fallaciis vendentium, & emptoribus ſuccurratur, quicunque decepti a venditoribus fuerint.* Rachel. Vide Pufendorff. lib. v de jure naturæ & gentium cap. 3.

In omnibus cubilibus apparere] Sic eſt in exemplis Manutianis, pro quo cæteræ editiones, & noſtri libri manuſcripti, *cubiculis*, habent. Idem vero exemplum a Cicerone lib. 3 de repub. fuit expoſitum, ut oſtendit Lactantius lib. 5. c. 17. *Fr. Fabrit.*

Ille vero, inquit Antipater, quid enim] Manutii, Lambini, prima Moguntina, multique alii, cum editi tum ſcripti: *Ille vero, inquit, Antipater, improbe facit.* Pith. exc. *improbe faciet.* Sed *improbe facit* eſt a ſciolis Ciceroni adtextum, idque nec agnoſcit meus ſecundus, editiones Victorii, Langii, Fabritii, Gruteri. Sed prava diſtinctione laborat locus hic. Sic enim diſtinguendum: *Ille vero, inquit Antipater. Quid enim eſt aliud.* Non intellexerunt fartores vim τοῦ *vero.* Quod ſæpe idem eſt quod utique, certe. *Ille vero* ſubauditur ex præcedentibus, improbe fecerit. hoc eſt, certe improbe fecerit. Apud Comicos nihil vulgatius. Terent. Eunuch. III, I.

GN. *Rex te te ergo in oculis.*
TH. *ſcilicet,*
GN. *Geſtare.* TH. *Vero. credere omnem exercitum.*
Conſilia. hoc eſt, certe geſtabat me in oculis. Adelph. III, 4:
DE. *An quidquam eſt amplius?*
HE. *Vero amplius.* certe aliquid eſt amplius. Plaut. Aſin. I. I, 42.
DE. *Tu ne es adjutor nunc amanti filio?*
LI. *Sum vero, & alter noſter eſt Leonida.*
Sic & *verum.* Terent. Andr. IV, 4.
MV. *O hominem audacem!* DA. *Verum. Vidi Cantharum.*
Suffarcinatam. Sic enim ibi diſtinguendum. Et in Eunucho II, 3.
PA. *Comites ſecuti ſcilicet ſunt virginem?*
CH. *Verum: Paraſitus cum ancilla.*
hoc eſt, utique ſecuti ſunt, Paraſitu[s] certe cum ancilla. *Grævius*

Execrationibus publicis ſancitum eſt] Exſecrationes publicæ ſunt, ἀραί, d[e] quibus Diphilus, Ἀγνοεῖς ἐν ταῖς ἀ-ραῖς ὅτ' ἐςὶν, εἴ τις μὴ φράσῃ ὀρθὰ[ν] ὁδόν. id eſt, *Neſcis, exſecrationib[us] publicis obnoxium eſſe, ſi quis viam no[n] recte monſtrarit?* Fr. Fabrit. Lege: *ſa[n]ctum eſt*, hoc eſt, lege ſacrata præc[e]ptum. quod ita jubetur in axonibu[s]

oegit, qui ne hortatus quidem eſt? ille quod non lacebat proſcripſit: tu quod placebat emiſti. quod qui proſcribunt, villam bonam, beneque aedifiatam, non exiſtimantur fefelliſſe, etiam ſi illa nec ona eſt, nec aedificata ratione; multo minus, qui omum non laudarunt. Vbi enim judicium emtoris t, ibi fraus venditoris quae poteſt eſſe? ſin autem ictum non omne praeſtandum eſt, quod dictum on eſt, id praeſtandum putas? Quid vero eſt ſtulius, quam venditorem, ejus rei, quam vendat, vi narrare? quid autem tam abſurdum, quam ſi doini juſſu ita praeco praedicet? Domum peſtilenm vendo. Sic ergo in quibuſdam cauſis dubiis ex tera parte defenditur honeſtas, ex altera ita de utiate dicitur, ut id, quod utile videatur, non modo cere honeſtum ſit, ſed etiam non facere turpe. aec eſt illa, quae videtur utilium fieri cum honeis ſaepe diſſenſio. Quae dijudicanda ſunt. non em, ut quaereremus expoſuimus, ſed ut explicamus. Non igitur videtur nec frumentarius ille Rhodios,

qui id recuſet, ei non quidem dica mulcta, ſed ejus caput omnibus is devoveatur. *I. Fr. Gronovius. San m eſt* invenit etiam Manutius in nque MSS.

Vbi enim judicium emtoris eſt] Non ipitur emptor, ubi judicium a venore ipſi in re omnino manifeſta eſt ctum. *Non videtur eſſe celatus, qui , neque certiorari debuit, qui non oravit*; inquit ICtus l. 1. inf. ff. de . empt. ſi vitia occulta reticean, omnino a venditore emptor turer circumvenitur. *Rachel.*

Quid vero eſt ſtultius] Etſi neceſſum n eſt, ut ipſa proſcriptio vel pronatio rei venalis ejuſdem vitia coneat; emptori tamen illa reticeri n debent, ſi lateant. Prius enim li, quod non ſit nefas etiam vitio rem vendere, ſi modo emptor per ſimplicem proſcriptionem vel proclamationem excitatus de rei vitio fuerit monitus. Vid. l. 43. pr. ff. de contrah. empt. *Idem.*

Sic ergo in quibuſdam cauſis] In libris vulgatis additur, *dubiis*: quod etiam ſcripti noſtri retinent. Langius & Lambinus quaſi ex interpretatione illatum deleverunt. *Fr. Fabrit.* Sed cum rationem nullam dent illi, cur deleverint, cumque in Græv. ſecundo & aliorum libris retineatur, merito & alii id retinuerunt editores.

Frumentarius ille Rhodius] Malo *Rhodios*, ſicut Victorius edidit, ut referatur ad verbum *Celare.* vult enim Cicero contra officium eſſe, ſi vel frumentarius Rhodios, vel ædium venditor emptores celet, quod eos ſcire ſit utile. *Fr. Fabrit.* Recte. ſic & meus ſecundus, & Pith. excerpta. *Græv.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

dios, nec hic aedium venditor celare emtores debuiſſe. Neque enim id eſt celare, quidquid reticeas: ſed cum, quod tu ſcias, id ignorare emolumenti tui cauſa velis eos, quorum interſit id ſcire. Hoc autem celandi genus quale ſit, & cujus hominis, quis non videt? certe non aperti, non ſimplicis, non ingenui, non juſti, non viri boni: verſuti potius, obſcuri, aſtuti, fallacis, malitioſi, callidi, veteratoris, vafri. haec tot, & alia plura, nonne inutile eſt

Non aperti, non ſimplicis] Igitur Antipatri ſententiam probat Cicero, qui mercatoris diſſimulationem tam graviter accuſat. Et tamen *in pretio emtionis & venditionis naturaliter licere contrahentibus ſe circumvenire* Pomponius ſtatuit l. 16 §. ult. ff. de minoribus. quem locum eleganter exponit Grotius II de Iure Belli & Pacis c. 12, & illius explicationem aſſerit Pufendorfius lib. v, de Iure Nat. & Gent. cap. 3. In capite vero præcedente docet, mercatorem injuſte non feciſſe, cum Rhodiis non indicaſſet naves plures in curſu eſſe. Iuſtitiam enim hoc tantum requirere, ut ea indicentur, quæ rei ſubjectæ inhæreant v. g. ſi domus ſit peſtilens, ſi a magiſtratu jam dejici juſſa, quæ mox Tullius exempla ſubjicit. Sed hic nihil tale diſſimulatum. Frumenti bonitatem expoſitam, & omnium oculis & probationi fuiſſe objectam: & tunc, quando venale proponebatur, revera tanti fuiſſe, quanti fuerit venditum, etſi paullo poſt minoris eſſet futurum. Nec jus proprie dictum Rhodiis fuiſſe, ut ex mercatore hoc ſcirent, quippe qui cum de ea re nunquam cum eo pacti eſſent. Addit quoque, ſe dubitare num contra legem beneficentiæ & humanitatis fecerit. Vt enim ad beneficium alteri dandum, humanitate obſtringamur, requiri, ut ipſe illo gratuito valde indigeat. Sed Rhodios opus habuiſſe frumento, non pecunia, qua abundarint, quippe quarum opes apud antiquos multis celebrentur. Sed neque tunc ad beneficium in alium conferendum nos obligari, quando per id danti plus decedat, quam accipienti accedat. Atqui plus lucri deceſſurum fuiſſe mercatori, ſi claſſem ſequi indicaſſet, quam frumenti emtoribus fuiſſet acceſſurum. Nam cum inter plures id diſtraheretur, ſingulis parum deceſſiſſe ſoluto antiquo pretio. Præterea Ciceronem a doli mali crimine videre eundem liberare, dum paullo poſt dolum malum eſſe dicat, *quando aliud eſt ſimulatum, aliud actum.* quod huic caſui non conveniat. Adſtruit hanc ſententiam etiam Rachelius ex Ariſtotelis v Nicomach. 4. emtionem ac venditionem ejuſque generis contractus alios ejus eſſe conditionis, in quibus ἄδειαν ἔδωκεν ὁ νόμος, *in quibus per legem licet impune rebus ſuis conſulere lucrumque facere.* Hinc de locatione conductione ita pronuntiare ICtum: *Quemadmodum in emendo & vendendo naturaliter conceſſum eſt, quod pluris ſit, minoris emere: quod minoris ſit, pluris vendere, & invicem ſe circumſcribere; ita in locationibus quoque & conductionibus juris eſt. l. 22. §. 3. ff. loc. cond.* Rachel. Cicero igitur hanc quæſtionem decidit ſecundum Stoicorum dogmata, ſed illum rigorem a communi vitæ conſuetudine alienum eſſe Cicero ipſe non uno loco ait, præſertim cum paullo ante oſtenderit, ſe media hic officia perſequi, non perfecta.

Hæc tot & alia plura] Langius edidit, *Hæc tot & talia nonne inutile eſt*

quod

t vitiorum ſubire nomina? Quod ſi vituperandi ſunt 14
ui reticuerunt, quid de iis exiſtimandum eſt, qui rationis vanitatem adhibuerunt? C. Canius, eques omanus, nec infacetus, & ſatis litteratus, cum ſe yracuſas otiandi, ut ipſe dicere ſolebat, non negoandi cauſa, contuliſſet, dictitabat, ſe hortulos aliuos velle emere, quo invitare amicos, & ubi ſe blectare ſine interpellatoribus poſſet. quod cum ercrebuiſſet, Pythius ei quidam, qui argentariam ceret Syracuſis, venales quidem ſe hortos non haere, ſed licere uti Canio, ſi vellet, ut ſuis: & ſiul ad coenam hominem in hortos invitavit in poſteum diem. cum ille promiſiſſet, tum Pythius, qui ſet, ut argentarius, apud omnes ordines gratioſus, iſcatores ad ſe convocavit, & ab his petivit, ut an ſuos hortulos poſtridie piſcarentur, dixitque, uid eos facere vellet. Ad coenam tempore venit Caius: opipare a Pythio apparatum convivium: cymarum ante oculos multitudo. pro ſe quiſque quod cepe-

iod placet, ut non ſolum multitu-, ſed & immanitas verborum, quiis hoc vitium appellatur, ſignificer. *Fr. Fabrit.*

C. Cannius] Scribendum *Canius* uni *n*, auctoribus antiquis lapidibus. *Vrſin.* *C. Cannius*] *Canius* eſt in noris manuſcriptis, & impreſſis Manuanis. & annotat Paulus Manutius ultas familias nomen a beſtiis acceſſe, ut *Canii*, *Ovii*, *Gallii*, *Porcii*, *Aſinii*. ex Caniorum familia in Mailiorum adoptatus illis temporibus it Manilius Canianus tribunus pl. tertio conſulatu Pompeji, de quo ſconius in argumento Milonianæ oit. *Fr. Fabrit.*

Sine interpellatoribus] Langius ediit, *Sine interpellationibus*, atque ita uno ex manuſcriptis noſtris legitur. *dem.*

Vt argentarius qui eſſet] Sic Manuus hæc collocat, quæ in aliis libris ita leguntur, *Qui eſſet, ut argentarius*, eamque lectionem Nonii libri in *Gratioſum* confirmant. *Idem.* Sed male Manutius. optime aliæ editiones.

Ad cœnam tempore venit] *Tempore*, cum pleriſque libris vulgatis habent manuſcript. noſtri. Sic Verrina quarta. *Satis*, inquit, *putabat ſe ad comitia tempore venturum, ſi pridie veniſſet.* Balduinus admonet in ſcripto codice eſſe, *Tempori*, atque ita Langius edidit. In eo, quod ſequitur, *Cymbarum ante oculos multitudo*, Victorius legit, *Ante hortulos.* atque ita unus liber ſcriptus habet, cum in cæteris ſit, *Ante oculos.* Ambroſius cap. 11, lib. 3 de officiis utrunque expreſſit, *In proſpectu cenantium ante hortulos inquiens*, Apud Nonium in Cymba legitur, *Cymbarum ante pedes multitudo, pro ſe quiſque quod ceperat afferebat.* Fr. Fabrit.

Pro ſe quiſque] *Pro ſe*, id eſt, pro ſua virili. Virgil. *pro ſe quiſque viri.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ceperat afferebat, ante pedes Pythii piſces abjiciebantur. Tum Canius, Quaeſo, inquit, quid eſt hoc Pythi, tantumne piſcium, tantumne cymbarum? Et ille, Quid mirum? inquit, hoc loco eſt, Syracuſis quidquid eſt piſcium: hic aquatio: hac villa iſti carere non poſſunt. Incenſus Canius cupiditate contendit a Pythio, ut venderet. Gravate ille primo. quid multa? impetrat, emit homo cupidus & locuples tanti, quanti Pythius voluit, & emit inſtructos: nomina facit, negotium conficit. invitat Ca-

Cæſar II de bello Gallico: *Cum pro ſe quiſque in conſpectu Imperatoris operam navare cuperet.* Livius II. *Cum hoſtes adeſſent, pro ſe quiſque in urbem ex agris demigravit.* ſic ille perſæpe loquitur. Attulerant ſecum piſces: nec falſo Pythius dixerat, ibi eſſe, Syracuſis quidquid eſſet piſcium. Sed fraus fuit in demonſtratione: non enim *ibi*, id eſt, in ea piſcatione, ut ipſe vocabat: ſed *ibi*, id eſt, in illis ſcaphis aut cumbis. meminit hujus Cannii & in II de oratore. *C. Lang.*

Hic aquatio] Scribe: *hac aquatio.* I. Fr. Gronov.

Nomina facit] Hoc eſt, Canius ſcribit, & in tabulas refert, ſe Pythio exemptione hortorum certam pecuniam debere, atque ita ſcriptura ſe venditori obligat. nam obligatio literarum, quæ ſcriptura fit, eo tempore, *nominibus fieri dicebatur*, auctore Iuſtiniano tit. 22. lib. 3. Inſtitutio. Cicero epiſt. ult. lib. 4 ad Atticum: *Hac pactio non verbis, ſed nominibus, multorum tabulis, cum eſſe facta diceretur, prolata a Memmio eſt, nominibus inductis auctore Pompejo.* Vlpianus in l. 4 de peculio, *Si vero nomina ita fecerit dominus, ut quaſi debitorem ſe ſervo faceret, cum revera debitor non eſſet, non obligatur* Scævola in L. Thais. 41 in fine. D. de fidecommiſſ. libertatib. *Stichus arcarius probante domino nomina fecit, & rationes a domino ſcriptas exhibuit, nec poſtea nomen ullum fecit.* Fr. Fabrit. Fallitur Fabritius. non Canius *nomina fecit*, ſed Pythius aut quicunque Canio pecuniam dedit. Nam *nomina facere* dicitur creditor, qui pecuniam mutuam dat, & in tabulas accepti & expenſi refert nomen illius, cui tantum pecuniæ credidit, quod noſtris negotiatoribus eſt *te boeck ſetten.* Seneca I de benef. *Nomina facturi diligenter in patrimonium debituri inquirimus.* Sed hoc pluribus docuit Salmaſius ὁ πάνυ in libro de uſuris, c. 6. allato hoc Ciceronis loco ex oratione pro Roſcio Comœdo: *Quod ſi ille ſuas proferet tabulas, proferet ſuas quoque Roſcius. Erit in illius tabulis hoc nomen, at in hujus non erit. Cur potius illius, quam hujus creditur? Scripſiſſet ille ſi non juſſu hujus expenſum tuliſſet? Non ſcripſiſſet hic quod ſibi expenſum ferri juſſiſſet? Nam quemadmodum turpe eſt ſcribere, quod non debeatur, ſic improbum eſt non referre quod debeas. Æque enim tabulæ commendantur, hujus qui verum non retulit, & ejus qui falſum perſcripſit.* Ex his, inquit vir maximus, perſpici clare poteſt creditorem, cum nomen faceret, hoc eſt, pecuniam alicui crederet, nomen debitoris in tabulis ſuis ſcripſiſſe, & ſummam debiti, quam *expenſam ferre* dicebatur, quia expendebat. Expenſum ſibi ferri jubebat creditor debitorem, qui in tabulas ſuas referebat, quod acceperat ac debebat. Hinc *tabulæ accepti & expenſi* ab utraque parte conficiebantur. Ab illo more referendi nomina debitorum, quibus aliquid credidiſſent, in tabulis, *nomen*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Canius poſtridie familiares ſuos. venit ipſe mature.
calmum nullum videt. quaerit ex proximo vicino,
um feriae quaedam piſcatorum eſſent, quod eos
ullos videret. Nullae, (quod ſciam) inquit ille: ſed
ic piſcari nulli ſolent. itaque heri mirabar, quid ac-
idiſſet. Stomachari Canius. Sed quid faceret? non-
um enim Aquillius, collega & familiaris meus,
rotulerat de dolo malo formulas: in quibus ipſis
cum

men facere, & *nomen locare* diceba-
t, creditor qui pecuniam credebat.
ontra debitor cum creditum ſolve-
t, *nomen diſſolvere*, *expedire*, *expun-*
re, quia expungebatur nomen ejus e
bulis creditoris, ubi ſolviſſet. Hæc Sal-
aſius, qui id pluribus exemplis an-
quorum ſcriptorum firmat, uti &
Vlpiano l. 11 D. de Proxeneticis,
iique ibi quoque docet, quid ſit a-
d Iuſtinianum obligatio ſcripturæ,
æ nominibus fiebat. Veriſſima ſunt
æ ibi tradit niſi quod in his ei aſ-
ntiri non poſſimus, quod exiſtimet
men facere dici tantum de illis credi-
ribus, qui pecuniam mutuam dent
ne uſuris, quod non videtur vero
e conſentaneum. Vſurpatur de pe-
nia tam quæ ſine uſuris, quam quæ
m uſuris mutua datur. Cum igitur
bitoris ſit facere nomina, I. Fr. Gro-
vius cenſet hic legendum eſſe *Py-*
ius nomina facit. Nam Canius ſecun-
m conſuetudinem Latine loquen-
m, qui non præſente pecunia eme-
t hos hortos, ſed ſummam, quæ
nvenerat, jubebat aut in Pythii ta-
las expenſi & accepti referri, aut
alius, qui pecuniam hanc ei cre-
bat, *nomen locabat*, Pythius autem
t amicus ei credens, *nomen faciebat*.
onjecturam Gronovii adſtruunt ſe-
entia ſtatim verba: *invitat Canius*
ſtridie familiares ſuos. non opus fuiſ-
t repetitione nominis *Canus*, ſi ad
ndem hominem pertinerent præce-
ntia. *Græv.*

Quod eos nullos videret] Pith. excer-
a: *eo quod nullos videret.* Equidem *eos nullos* ferit aures. Sed Cicero videtur ſcripſiſſe: *quod eos nullus videret.* hoc eſt, non videret. XI ad Att. epiſt. 24. *Philotimus nullus venit.* & alibi præſertim apud Comicos crebra ſunt exempla. *Grævius.*

Sed quid faceret? nondum enim] Atqui quid ei opus erat hac de dolo malo formula? nonne poterat agere, & jus ſuum experiri, actione ex emto, quæ actio bonæ fidei eſt, & doli perſecutionem continet? Dic novationem hic eſſe factam, & ex emtione ſtipulationem. *Lambin.*

Aquillius collega & familiaris meus] Fuit Ciceronis collega in prætura, vir Iuriſprudentia inſignis, Q. Mutii diſcipulus, quem Cicero multis in locis prædicat, ut & Valer. Max. VIII, 2. 15. Invenit actionem de dolo malo. Cic. III de nat. Deorum 30: *Inde everriculum malitiarum omnium, judicium de dolo malo, quod C. Aquillius familiaris noſter protulit. Quem dolum idem Aquillius tum teneri putat, cum aliud ſit ſimulatum, aliud actum.*

Protulerat de dolo malo formulas] *Protulerat*, eſt in noſtris manuſcriptis omnibus, conſentientibus impreſſis Manutianis, pro quo Victorius & Langius, *pertulerant* ediderunt. Verum quia formulæ, quæ erant ſolennium verborum conceptiones, quibus cives Ro. in agendo utebantur, non a magiſtratibus perferebantur: ſed a Iureconſultis proferebantur: veterum librorum lectio eſt retinenda: quam probat Turnebus Adverſ. lib. 20. c. 13. *Fr. Fabrit.*

cum ex eo quaereretur, quid eſſet dolus malus : reſpondebat, cum eſſet aliud ſimulatum, aliud actum. Hoc quidem ſane luculenter, ut ab homine perito definiendi. Ergo & Pythius, & omnes aliud agentes, aliud ſimulantes, perfidi, improbi, malitioſi ſunt. Nullum igitur factum eorum poteſt utile eſſe, cum ſit tot vitiis inquinatum. Quod ſi Aquilliana definitio vera eſt : ex omni vita ſimulatio diſſimulatioque tollenda eſt. ita nec, ut emat melius, nec ut vendat, quidquam ſimulabit, aut diſſimulabit vir bonus. Atque iſte dolus malus etiam legibus erat vindicatus, ut tutela XII. tabulis, & circumſcriptio adoleſcentium lege

Cum ex eo quærerem] *Quæreretur* magis placet, ut eſt in vetuſtiſſimo exemplari. *F. Vrſin.* *Cum ex eo quærerem*] Sic Victorius, Manutius, & duo libri manuſcripti : in aliis eſt, *quæreretur*. Paullo poſt noſtri manuſcripti omnes habent, *Luculente*, pro quo in vulgatis eſt, *Luculenter*. Ciceronem utroque uti, in vulgus notum eſt. *Fr. Fabr.*

Ex omni vita ſimulatio diſſimulatioque tollenda eſt] Nimirum quæ fit dolo malo, alterius lædendi cauſſa. Si is dolus abeſt, & ſimulatur aut diſſimulatur, aut ut nobis ipſi ſine alterius detrimento, aut ut aliis, aut reipublicæ proſimus, licitum utique eſt. vide de his diſputantem, ut alios omittam, Hug. Grotium III de Iure Belli & Pacis cap. I. nec non Pufendorfium de jure naturæ & gentium lib. IV, cap. I.

Nec ut emat melius, nec ut vendat, quidquam ſimulabit, aut diſſimulabit vir bonus] Huc pertinet illud Platonis lib. XI de legibus : *Quod venditori de rerum venalium pretio lex conſuluit, id ipſum opifici quoque conſulit. Caveat ergo ne pluris, quam æquum eſt, opus ſuum taxet. ſed quam ſimpliciſſime, & ut dignum eſt, taxatio fiat. Non enim ignorat opifex, quo pretio dignum opus ſuum ſit. Nec debet in libera civitate artifex arte ipſa, quæ aperta res eſt, & a mendacio longe remota, rudes decipere.* Hinc & Valer. Max. VII, 2, I : *Bonæ fidei venditorem nec commodorum ſpem augere, nec incommodorum cognitionem obſcurare oportet.* Ambroſius III de offic. 10. *Quid loquar de contractibus ceteris, ac maxime de coemtione prædiorum, vel tranſactionibus atque pactis. Nonne honeſtatis formulæ ſunt, dolum malum abeſſe, eumque, cujus dolus fuerit deprehenſus, dupli pœnæ obnoxium fore.*

Atque iſte dolus] *Atqui* legere malim. apparet enim hic quandam objectionem eſſe illius, quod ſuperius dixerat, ante Aquilium de dolo malo fuiſſe conſtitutum, cum etiam prætor actiones tutelares lege duodecim tabularum dederit. *Betuleius.*

Vt tutela XII *tabulis*] Hoc & Iuſtinianus oſtendit Inſtitut. lib. I. tit. 26 : *Sciendum eſt ſuſpecti* (ſc. tutoris) *crimen e lege duodecim tabularum deſcendere.* Verba legis XII tab. hujus fere modi fuiſſe videntur ſecundum Fr. Hotomannum : *Tutorem qui doli mali culpave in tutela admiſſa ſuſpectus erit, cuivis apud eum, qui jus dicet, arguere jus eſto : dolique damnatus infamis eſto.* Qua de re Plato etiam XI de leg. Ἐὰν δὲ ἐπίτροπος ἀμελεῖν ἢ κακουργεῖν δοκῇ τοῖς οἰκείοις ἢ τῶν ἄλλων τινὶ πολιτῶν, εἰς ταυτὸ ἀγέτω δικαστήριον· ὅτι ἂν ὄφλῃ, τετραπλασίαν μὲν τούτου τίνειν, γιγνέσθω δὲ τὸ μὲν ἥμισυ τοῦ παιδός· τὸ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ege Laetoria: & ſine lege judiciis, in quibus additur, x fide bona agitur. Reliquorum autem judiciorum aec verba maxime excellunt, in arbitrio rei uxoriae, me-

ὸ δ᾽ ἥμισυ τῷ καταδικασαμένου τὴν δί-κην. id eſt, *ſi tutor culpæ dolive vel ropinquis pupilli, vel cuivis alteri ſit uſpectus, ad idem judicium adductus, damnetur, quadruplum ſolvito: cujus imidium pupilli, dimidium accuſatoris ſto.*

Lege Lætoria] Sueton. lib. IV præ-orum, *Lætoria*, inquit, *quæ vetat inores XXV annis ſtipulari.* id eſt, ſti-ulatione teneri, Priſc. notat. *C. Lang.*

ege Lætoria] Hoc nomen in libris ulgatis varie depravatum eſt: in qui-us *Lectoria*, *Pletoria*, & *Plectoria* egitur. in melioribus libris noſtris *ætoria*, bene eſt ſcriptum. Sic lib. 3 e natura deor. *Inde judicium publicum ei privatæ lege Lætoria.* de eadem Sue-onius apud Priſcianum lib. 8. *Læto-ia*, inquit, *quæ vetat minorem annis XV ſtipulari.* Quod ſequitur, *Et ſine ge, judiciis*, Lambinus ideo diſtin-it, ut, tolleretur error eorum qui dicium ſine lege, arbitrium eſſe pu-ant. Ciceronis ſententia eſt, dolum nalum ante Aquillium non modo le-ibus, ſed & judiciis bonæ fidei vin-icatum fuiſſe. *Fr. Fabrit.* Male ulti-na diſtinguit cum Lambino Fabri-ius. *Sine lege judicia* ſunt, quæ non eſcendunt ex XII tab. aut lege per opulum lata, ſed in quibus prætor upplet, quod deeſt juri civili. Iuſti-ian. Inſtitut. lib. IV, tit. 6. de actio-ibus. §. 30, 31. *I. Fr. Gronov.*

Ex fide bona agitur] Hinc dicuntur *onæ fidei judicia.* Iuſtin. *bonæ fidei a-ctiones.* d. l. Convenientiſſime hanc ormulam *fide bona* interpretatur Pau-us, quando dicit bonam fidem eſſe ontrariam fraudi & dolo. l. 3. in fin. f. pro Soc. Horum contractuum & udiciorum ea eſt natura, ut etiamſi formula *ex fide bona* non fuerit adje-cta, nihilominus omnis dolus abeſſe debeat, & præſtari quod bona fides a bono viro exigit. Vid. l. 68. §. 1. ff. de contrah. empt. Notandum hic, a-ctionum bonæ fidei tres fuiſſe formu-las: unam, quæ contractibus bonæ fidei accommodabatur, cum his ver-bis, *Ex bona fide:* alteram quæ in fi-duciis uſurpabatur, cum his: *Vt inter bonos bene agier oportet, & ſine frau-datione:* tertiam, rei uxoriæ propriam, cum his: *Quantum æquius, melius.* De quibus etiam videri meretur Sigo-nius lib. I de Iudic. cap. 21. ſub fin. *Rachel.*

In arbitrio rei uxoriæ] Adfertur alia formula, in rei uxoriæ arbitrio uſur-pata, qua omnis inhoneſte lucrum captandi ratio ac techna excluditur. Idem Cicero in Topic. *Inprimiſque ar-bitrio rei uxoriæ, in quo eſt æquius melius, parati eſſe debent.* Huc reſpexit ICtus l. 66. §. ult. ff. ſol. matrim. *quia nec melius æquius eſſet, quod exigere vir ab uxore non potuiſſet, ob id ex detrimento viri mulierem locupletari.* Proculus quo-que, in l. 82. ff. de ſolut. in qua de vi-ri & uxoris controverſia quadam in rei uxoriæ actionem cadente tractans: ita loquitur: *nec melius nec æquius eſſe exiſtimarem eum fundum Sejæ reddi.* Vi-detur autem non ſolum huic actioni adhibita aut inſerta fuiſſe hæc formu-la, ſed ad plures pertinuiſſe. Ita enim legimus apud Ciceronem pro Roſc. Com. *Quid eſt in arbitrio? mite, mo-deratum, quantum æquius melius ſit da-ri.* Et poſtea: *arbitrum ſumpſeris, quan-tum æquius melius ſit dare, repromittive, ſi pareret.* Et paulo poſt: *Quis unquam, ab arbitris quantum petiit, tantum abſtu-lit? Nemo. Quantum enim æquius eſſet ſibi dari, petit.* Videtur itaque hæc for-mula omnibus judiciis arbitrariis fuiſ-ſe præſcripta: id quod diſertis verbis confirmat Sigonius l. cit. Eſt vero uxoriæ rei actio, quoties poſt divor-tium de dote contentio eſt: inquit Boethius in Top. Cic. Dos enim licet matrimonio conſtante in bonis viri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

melius, aequius: in fiducia, ut inter bonos bene agier. Quid ergo? aut in eo, quod melius aequius, poteſt ulla pars ineſſe fraudis? aut, cum dicitur: inter bonos bene agier, quidquam agi doloſe, aut malitioſe poteſt? Dolus autem malus ſimulatione, ut ait, Aquillius, continetur. tollendum eſt igitur ex rebus contrahendis omne mendacium, non licitatorem venditor, nec qui contra ſe liceatur, emtor apponet: uter-

ſit, eſt tamen in uxoris jure, & poſt divortium velut res uxoria peti poteſt. Add. l. pen. C. de jur. dot. *Idem.*

In fiducia, ut inter bonos bene agier] *Fiducia* erat contractus juris civilis, & ſpecies quædam mancipationis, qua fidem alicujus ſecuti, rem ei aliquam dicis cauſa mancipabant, ea lege, ut eam mancipanti viciſſim manciparet. Sigonius lib. 1 de Iudic. c. 5. Sed & ſpeciatim *fiducia* veteri Iuris ſignificatione accipitur pro pignore, quod creditori mancipatur, aut in jure ceditur, ea lege, ut ſoluta ad diem pecunia remancipetur; non ſoluta, creditori pleno jure committatur, id eſt, lege commiſſoria cedat. Nam alias pignoris dominium in creditorem non transfertur, ſed penes debitorem manet, qui nudam poſſeſſionem transfert. Atque hanc differentiam inter fiduciam & pignus annotavit etiam Iſidorus 5. Etymol. c. 21. Adde l. 35. §. ult. ff. de pignor. act. Huic igitur fiduciæ arbitrio ſolennis fuit hæc formula, *Vt inter bonos bene agier.* Quam plenius in Topicis profert, *Vt inter bonos bene agier oportet, & ſine fraudatione.* Atque totidem verbis illam in hoc libro infra repetit. Cum Cicero intellexiſſet Trebatium ICtum Epicureum eſſe factum, atque hæc ſecta omnia ſua voluptate ac commoditate metiatur, hæc illi objicit l. 7. epiſt. 12. *Sed quonam modo jus civile defendes, cum omnia tua cauſa facias, non civium? Vbi porro illa erit formula fiduciæ, Vt inter bonos bene agier oportet? Quis enim eſt bonus, qui facit nihil, niſi ſua cauſa?* Quæ ſane ſcopum Ciceronis hoc loco egregie illuſtrant. *Rachel.* Fiducia veteribus ICtis fuit & pignus, & hypotheca, & potius hypotheca, longe diverſa a fiducia & Iſidori & Boetii, quæ & ipſæ differunt, ut contra recentiores ICtos multis oſtendit vir maximus Claud. Salmaſius & in libro de uſuris cap. 4, & de modo uſurarum cap. 14, copioſiſſime.

Simulatione & diſſimulatione] Victorius edidit, *in ſimulatione, ut ait Aquillius, continetur.* quo modo non ſolum noſtri, ſed & Balduini libri manuſcripti habent. *Fr. Fabrit.*

Nec qui contra ſe liceatur emtor apponet] Sic lib. VII. epiſt. loquitur: Et in Verrem III. *Si res abiret ab eo mancipe, quem ipſe appoſuiſſet, ſibi nullam prædam eſſe.* Sic *calumniatores*, & *accuſatores apponere* alibi dixit. *Car. Lang.*

Emptor apponet] Sic edidit Langius ex libris antiquis. duo quoque ex noſtris *apponet*, habent, non *opponet*. *Apponitur* autem qui ſubornatur, ut Aſconius in Ver. 3. interpretatur. *Fr. Fabrit.* Mihi veriſſima videtur Mureti conjectura: *nec quia contra aſſe liceatur, emtor apponet.* Sed audiendus ipſe Muretus: His in verbis memini ab eruditis hominibus dubitatum eſſe, cur diceretur emptor neminem, qui contra ſe liceretur, appoſiturus. Certe enim ſolent interdum venditores in auctionibus licitatorem aliquem apponere, qui ſe emere velle ſimulet: & pluris liceatur ea quæ venum expoſita ſunt, quam quanti ſunt: ut eo modo ceteri emptores inducantur. Atque hoc ſæpe fieri vidimus. Emptor autem cur, quæſo, quemquam, qui contra

terque, ſi ad eloquendum venerit, non plus, quam
mel, eloquetur. Q. quidem Scaevola, P. filius,
um poſtulaſſet, ut ſibi fundus, cujus emtor erat,
mel indicaretur, idque venditor ita feciſſet, dixit,
ſe

ſe liceatur, apponat? Id enim ſi
riat, obſtabit ſibi: neque hoc du-
um eſt, quin qui emere aliquid
lt, illud potius optare debeat, ut
mo, qui contra liceri velit, repe-
tur. Quare ſi qui contra ſe liceatur
ponat, non ſibi conſulet, ſed ven-
ori. Quid igitur eſt? Multa ab iſtis
ἐκδιορθωταῖς allata ſunt, quæ qui
curate refellere velit, ridiculus ſit:
ſunt ridicula ipſa & levia. Pecca-
m hic eſt, ut & in aliis libris ſæpe,
in Pandectis Florentinus ſæpiſſime,
ſemel tantum poſitæ ſint litteræ,
as geminari oportebat. Legendum
im eſt, *qui contra aſe liceatur*, id eſt,
i contra aſſe liceatur. Vt enim ven-
tor doloſe apponit, qui pluris licean-
, ita emptor qui minoris: ut ſibi
ilius res addicatur. Aſſem autem
o minimo pretio veteres ſæpe dice-
nt: eoque nomine in rebus exte-
andis, & abjiciendis utebantur. So-
ntes apud Varronem: *Aſſe vinum*,
è pulmentarium. Cato: *Quod non o-*
eſt, aſſe carum eſt. In ludicro poe-
ate: *Non aſsis faciunt, euntque recta.*
tullus: *Omnes unius æſtimemus aſsis.*
oratius: *In triviis fixum qui ſe de-*
ttit ob aſſem. Perſius: *Et centum Græ-*
curto centuſſe licetur. *Aſſe* igitur *li-*
i, eſt pretium rei extenuare & abji-
re; quod qui faciat, ſi emptor ap-
nat, improbe eum facturum Cice-
putat. Hæc Muretus, quæ ſunt
rtiſſima. Emtoris eſt liceri, ſi quis
ponitur qui licetur contra emto-
m, aut eſt licitator qui ſervit vendi-
ri, & pretium rei auget, aut ipſe cupit
am ſibi addici. Dumnorix apud
æſarem 1 de Bello Gallico per plu-
s annos portoria, reliquaque omnia
duorum vectigalia parvo pretio re-
mta habuiſſe, dicitur, *propterea, quod*
licente, contra liceri nemo audeat. Ergo
i contra licentur, augent pretium,
efficiunt, ut carius vendatur aut

conducatur. Sed emtor cum apponit in auctione, qui rem a venditore indicatam viliſſimo pretio liceatur, tanquam res eſſet parvi æſtimanda, is ſane ſæpe cauſſa eſt, ut minore pretio quid vendatur, cum multi perſuadeantur, non tanti rem eſſe, quia tam vile pro ea pretium offeratur. *Græv.*

Vterque, ſi ad eloquendum venerit, non plus quam ſemel eloquetur] Suggerit jam præceptum, quo pacto licitatio, aut emptio venditio fieri debeat. Venditor quam minimum rei pretium ſtatuat, quod ille partim ex ipſa re, partim ex labore, ſumptu aut periculo, quæ acceſſerunt, candide, ſine fuco & fraude æſtimabit. Emptor quoque, ſi illa indiguerit, in dictum pretium, cæteris paribus, conſentiat, nec ambagibus aut tergiverſationibus aut illuſionibus venditorem circumſcribere ſtudeat. Ab hoc præcepto abit ille modus in l. 8. C. de reſcind. vend. deſcriptus, qui uſui quidem vulgari, non item officio conſentaneus eſt, ut ſane καταχρηστικῶς ejuſmodi cunctatio ad illum contractum ibi facere dicatur. Verba legis illius inter alia hæc ſunt: *Hoc ſolum, quod paulo minore pretio fundum venditum ſignificas, ad reſcindendam venditionem invalidum eſt. Quod ſi videlicet contractus emptionis atque venditionis cogitaſſes ſubſtantiam, & quod emptor viliore comparandi, venditor cariore diſtrahendi votum gerentes, ad hunc contractum accedant, vixque poſt multas contentiones, paulatim venditore de eo quod petierat detrahente, emptore autem huic, quod obtulerat, addente, ad certum conſentiant pretium; profecto perſpicares &c.* Hanc ſimplicem æquitatem in hoc contractu, eique ſimilibus aliis obſervandam inſigni exemplo comprobat: quod uti nonnunquam ſequi neceſſum eſt, ſi bonam fidem & officium tueri velis; non tamen ubique id fieri

ſe pluris aeſtimare: addidit centum millia. nemo eſt, qui hoc boni viri fuiſſe neget, ſapientis negant: ut ſi minoris, quam potuiſſet, vendidiſſet. Haec igitur eſt illa pernicies, quod alios bonos, alios ſapientes exiſtimant. ex quo Ennius, Ne quicquam ſapere ſapientem, qui ſibi ipſe prodeſſe non quiret. Vere id quidem, ſi, quid eſſet prodeſſe mihi cum Ennio conveniret. Hecatonem quidem Rhodium, diſcipulum Panaetii, video in iis libris, quos de officiis ſcripſit Q. Tuberoni, dicere, Sapientis eſſe nihil contra mores, le-

opus eſt. cum in arbitrio ſit venditoris, quanti velit rem ſuam æſtimare, & ſæpe ſat gravis cauſa ſubeſſe queat, cur minoris ille rem ſuam æſtimet, quam majori pretio emere non utique ſis obligatus. *Rachel.*

Addidit centum millia] Sc. æris hoc eſt, mille philippeos, ſeu coronatos, unciales argenteos. mille ducentos quinquaginta.

Vt ſi minoris, quam potuiſſet, vendidiſſet] Sententiam horum verborum non capio, nec ut conveniant iis, quæ præcedunt, video. Quis minoris vendit ſuum, quam poteſt, ſi in ejus manu ac poteſtate eſt vendendi facultas? Cicero hic loquitur de ſapiente, hoc eſt ſuorum commodorum ſtudioſo emtore, non qualis fuerat Scævola, qui quidem vir bonus fuerit, ſed ſecundum opinionem non vulgi modo, ſed & plerorumque etiam doctorum, minime ſapiens, qui non tam parvo fundum illum emerit pretio, quo potuiſſet. Hoc ſane ſententia Ciceronis poſtulat. In antiquis membranis nihil eſt opis hoc loco: Editio prima Moguntina, *ut ſi minoris, quam potuiſſet, emiſſet.* & ſic quoque Veneta editio, cum notis Benedicti Brugnoli anni 1502. niſi quod pro ſi legatur in illa, *ſic emiſſet* omnino ex iis reponendum. Cenſeo autem Ciceronem ſcripſiſſe: *ut minoris quidem, ſi potuiſſet, emiſſet.* Negant, inquit, ſapientis emtoris eſſe plus dare, quam indicarat venditor: ſed contra ſapientis emtoris, hoc eſt ad rem ſuam attenti, eſſe, etiam minoris emere fundum, ſi poſſit, quam erat indicatus. Hoc certe ſenſit Cicero. *emiſſet* ex antiquis editionibus repoſui. Reliqua propter conſenſum ſcriptorum & editorum librorum immutare non ſuſtinui. *Græv.*

Qui ſibi ipſe prodeſſe non quiret] Quidam libri, *non curet*; alii, *non quiret*; alii, *non quæreret*. Vide Victorium in variis. Ennii verſus, qui & hic & in epiſtola quadam fractus & emollitus a Cicerone effertur, hujuſmodi erat ex Medea,

Qui ipſus ſibi
Sapiens prodeſſe non quit, nec quidquam ſapit. C. Lang.

Qui ipſe ſibi prodeſſe non quiret] Sic Ennium locutum eſſe Petrus Victorius Variarum lect. lib. 16. cap. 8. admonet. Verſus integer eſt ep. 6. lib. 7 ad fam. *Qui ipſe ſibi Sapiens prodeſſe non quit, ne quicquam ſapit.* græcus exſtat, epiſt. 15. lib. 13. μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ αὐτῷ σοφός. *Fr. Fabrit.* *Sibi ipſe* repoſui quoque meo ſecundo ceteris annuente. Vulgatæ pleræque, etiam Gruteri *ſibi ipſi*: ſed veteres maluiſſe ſic loqui ut ex MSS. repoſui, non ut nunc corrupte, multis exemplis & ipſe, & alii viri docti dudum oſtenderunt. *Græv.*

Quos de officiis ſcripſit] Liber Vallis D. Lamberti & Magunciacenſis *de Officio.* Veriſimile eſt περὶ καθήκοντος inſcriptos. Nam ſextum hoc ipſo loco adducet Cicero: quo tamen loco omnes libri *de officiis.* C. Lang.

Sapientis eſſe nihil contra mores, leges, in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

eges, inſtituta facientem, habere rationem rei familia-
is. neque enim ſolum nobis divites eſſe volumus, ſed
iberis, propinquis, amicis, maximeque reip. ſingulo-
um enim facultates & copiae, divitiae ſunt civitatis.
Huic Scaevolae factum, (de quo paullo ante dixi) pla-
ere nullo modo poteſt. etenim omnino tantum ſe ne-
gat facturum compendii ſui cauſa, quod non liceat.
Huic nec laus magna tribuenda, nec gratia eſt. Sed ſive
imulatio & diſſimulatio dolus malus eſt; perpaucae res
unt, in quibus dolus iſte malus non verſetur: ſive vir
bonus eſt is, qui prodeſt quibus poteſt, nocet nemini,
erte iſtum virum bonum non facile reperiemus. Num-
quam igitur eſt utile peccare, quia ſemper eſt turpe: &,
quia ſemper eſt honeſtum virum bonum eſſe, ſemper
eſt utile. Ac de jure quidem praediorum ſancitum eſt 16
apud nos jure civili, ut in his vendendis vitia diceren-
tur, quae nota eſſent venditori. Nam, cum ex XII
tabulis ſatis eſſet ea praeſtari, quae eſſent lingua nun-
cupata, quae qui inficiatus eſſet, dupli poenam ſubi-
ret:

nſtituta facientem] Recte Cicero hoc Hecatonis dictum reprehendit tanquam quod adverſetur ſanctitati Stoicæ doctrinæ, quæ præcipiat, ſapientem ſibi ipſi legem eſſe. Non facit quidem quæ ſunt contra leges, ſed plura facit ſapiens & vir bonus, quam legibus præſcribitur, nec tamen negligit rem familiarem. Per leges licet mihi emere illo pretio, quo a venditore res indicatur. Vir bonus vero ſciens, emtorem precium rei non noſſe, ei ſignificabit rem iſtam majoris eſſe pretii, & carius vendendam, ut fecit Scævola, quod ſapiens Hecatonis non feciſſet. & hoc eſt quod in Hecatonis ſententia Cicero improbat. Alioqui non eſt ut improbetur.

Huic Scævolæ factum] Duo MS. exemplaria habent: *Hujus factum, de quo* &c. alii, *hujus Scævolæ factum.* Et poſtea in iiſdem ſcribitur: *Etenim omnino tantum ſe negat.* C. Lang.

Tantum ſe negat facturum compendii ſui cauſſa] Quaſi dicat eum dolum, quem leges non vindicant, licere interponere. Sed *anguſta innocentia eſt ad legem bonum eſſe* ut Seneca II de ira, 27, ait. *I. Fr. Gronov.*

Recte iſtum virum bonum non facile reperimus] Sic membranæ meæ & aliorum, & ſenſus eſt, non facile iſtum Hecatonem reperiri virum bonum, ſive doli mali definitione, ſive ſua natura accipiat vir bonus. *recte* ei eſt perfecte, abſolute. *Guilielm.* Non hæc eſt ſententia Ciceronis, nec ſcripſit. Retinenda eſt meliorum librorum & editionum lectio *certe iſtum virum bonum non facile reperiemus*, qui ſcilicet prodeſt quibus poteſt, nocet nemini.

Quæ eſſent lingua nuncupata] Verba legis XII ſunt apud Feſtum, *Cum nexum faciet mancipiumque, uti lingua nuncupaſſet, ita jus eſto.* Fr. Fabrit.

Dupli pœnam] Idem ſtatuit de ſervis, morbis occultis laborantibus Plato XI de legibus: *Quando quis ſervum ven-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ret: a jureconſultis etiam reticentiae poena eſt conſtituta. Quidquid enim eſſet in praedio vitii, id ſtatuerunt, ſi venditor ſciret, niſi nominatim dictum eſſet, praeſtari oportere. Vt, cum in arce augurium augures acturi eſſent, juſſiſſentque T. Claudium Centumalum, qui aedes in Coelio monte habebat, demoliri ea, quorum altitudo officeret auſpiciis: Clau-

vendidit, phreneſi, vel calculo, vel ſtranguria, vel eo morbo, quem ſacrum appellant, aut alia quavis occulta & longa, & ægre ſanabili corporis ſive mentis ægritudine laborantem, ſi medicus, aut gymnaſtes emerit, reddere non liceat. Sed nec quando venditor emtori cuivis veritatem prædixerit.. Sin autem artifex aliquis hujuſmodi rerum peritus ignaro, & rudi cuipiam aliquid vendidit, duplum pretii ejus, quo vendidit emtori, condemnatus perſolvat. Quod ſi imperitus imperito vendidit, rehibitio fiat, & ſimplex pretium reſtituatur.

Reticentiæ pœna] *Actio redhibitoria* hodie appellatur D. de ædilitio edicto. Sane vitia cum prædiorum, tum rerum aliarum in contractu reticenda non ſunt. Sed extra contractum nulla humanitatis lege ſum obſtrictus, ad aperiendam alii aut rerum mearum conditionem, aut id, unde lucro aliquo fruar. vide Hug. Grot. lib. II, c. 8. §. 7. & Sam. Pufendorfium, lib. V de jure naturæ & gentium cap. 3. §. 3.

In arce] Intelligit arcem Capitolinam, in qua ſolebant augures auguria captare, ſive, ut hic loquitur, agere. Varro VI de Latina lingua: *In terreis dictum templum locus augurii aut auſpicii cauſſa, quibuſdam conceptis verbis finitus. Concipitur verbis non iiſdem uſquequaque. In arce ita: teſcaque meta ſunt.* Servius ad illa Virgilii VIII Æn. *Ab arce*] *Quoniam vexillum in arce poni ſolebat, quod eſſet ſpecimen imperati exercitus.* Feſtus: *Iuſti dies dicebantur triginta, cum exercitus eſſet imperatus, & vexillum in arce poſitum.* De hac arce vide quæ notavit Iuſtus Ryckius de Capitolio Romano cap. 5 & ſequ. Arx iſta vocabatur etiam *auguraculum* teſte Feſto.

Augurium augures acturi eſſent] Sic eſt in editione Lambini, cum reliquæ omnes, & noſtri manuſcripti libri habeant, *acturi*. atque ita lib. I de Divin. loquitur, *Ille augurio acto, poſſe reſpondit.* Centumali prænomen in omnibus libris Ciceronis eſt, *Titus*, pro quo Langius *Tiberium* repoſuit. apud Valerium Maximum lib. 8. cap. 2. prænomen nullum eſt. *Fr. Fabrit.* Sic & Varro V. de Latin. *Augures agere augurium dicuntur, cum in eo plura dicant, quam faciant.* ut male Pighius hoc loquendi genus impugnet ad Valerium Maximum. *I. Fr. Gronovius.*

T. Claudium Centumalum] Prænomen Ti. in gente Claudia frequens. itaque Ti. ſcripſi. Centumali cognomen Fulviæ genti fuit; neſcio an & Claudiæ. Nam apud Pomponium Iureconſultum lego, Ap. Claudium eum qui de Pyrrho ſententiam dixit, Centumanum cognominatum. ſi non & hic ita legi debet; at L. Florus lib. II. agens de Viriatho, *Claudium Vnimanum*, inquit, *ad internecionem cecidit.* quod eodem modo refert auctor de viris illuſtr. Videndum an non *Centho* pro *Centumalus* legendum ſit: nam & in Livio alicubi *C. Claudius Centumalus* pro C. Claudius Centho ſcribi, videor meminiſſe. *Car. Lang.*

Demoliri ea quorum altitudo] Sic legit Nonius in *Officere* & *Demoliri*. unus manuſcriptus cum Manutianis habet, *Eas, quarum altitudo.* quod non placet. non enim ædes demoliri, ſed altitudinem ædium ſummittere Claudium,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

laudius proſcripſit inſulam, vendidit: emit P. Calurnius Lanarius. huic ab auguribus illud idem denntiatum eſt. Itaque Calpurnius cum demolitus eſ, cognoſſetque, Claudium aedes poſtea proſcriiſſe, quam eſſet ab auguribus demoliri juſſus, artrum illum adegit, quidquid ſibi dare facere oprteret ex fide bona. M. Cato ſententiam dixit, hu noſtri Catonis pater. ut enim ceteri ex patribus, hic, qui lumen illud progenuit, ex filio eſt nomindus. Is igitur judex ita pronuntiavit: cum in vendando rem eam ſciſſet, & non pronuntiaſſet, ntori damnum praeſtari oportere. Igitur ad fidem nam ſtatuit pertinere, notum eſſe emtori vim, quod noſſet venditor. Quod ſi recte jucavit: non recte frumentarius ille, non recte aeum peſtilentium venditor tacuit. ſed hujuſmo reticentiae jure civili omnes comprehendi non ſſunt: quae autem poſſunt, diligenter tenentur.

M. Ma-

n, ut Valerius ſcribit, augures erunt. *Fr. Fabrit.*

. *Calpurnius Lanarius*] An eſt *Calius Lavarius*, qui Livium Salviam Sertorii legatum in Hiſpania doecavit? quod refert in Sertorio archus. *C. Lang.*

uam eſſet ab auguribus demoliri juſ- Vetus liber, *quam eas eſſet ab aubus* &c. *F. Vrſin.*

rbitrum illum adegit] Sic pro Roſcio mœdo, *Cur non arbitrum pro ſocio eris.* Et in Topicis, *Adigere arbi finibus regundis & aquæ arcendæ.* e veteres præpoſitionem nomini ntam, verbo addiderunt. ad At. *Hic tibi roſtra Cato advolat.* Coritus, *Advolvi genua, aſſidere mœ-* Arbiter autem antique pro *Præ*capitur. Vide Feſtum & Nonium. r. Max. lib. VIII cap. 2, ubi hanc oriam narrat mendoſiſſimus eſt. ſic reſtituerim: *Catonis patrem arum Claudio addixit. Quicquid ſibi dare facere oporteret ex fide bona.* Car. Lang.

Emtori damnum præſtari debere] Hic locus apud Nonium ſic vulgo legitur: *Auctorem indemnem damno præſtare oportere.* quæ lectio eſt tolerabilis. malim tamen, *emtorem indemnem damno præſtare oportere*; vel potius, *auctorem emtori damnum præſtare oportere.* Car. Lang. *Emtorem damnum præſtari* eſt venditorem æſtimatione facta emtori dare oportere, quanti ejus interſit, ne ædes demolirentur. Apud Nonium puto legendum: *auctorem indemnem præſtare debere.* Sic *indemnitatem præſtare* in Dig. l. 8 de magiſtratibus conveniendis. *I. Fr. Gronov.*

Igitur ad fidem bonam] *Quæ contra bonam fidem fiunt, veniunt in empti actionem.* Et *redhibitionem quoque contineri empti judicio* ICti recte ſenſerunt. l. 1. §. 1. l. 11. §. 3. ff. de act. emp. Vide Caroli Magni cap. 216. *Rachel.*

M. Ma-

M. Marius Gratidianus, propinquus noſter, C. Sergio

M. Marius Graditanus] In duobus lib. *C. Marius* ſcribitur mendoſe. *M. eum nominant.* Hic M. Gratidii Arpinatis natura filius, qui cum prætor eſſet, Sullana proſcriptione manu Catilinæ trucidatus eſt, effoſſis prius oculis, & præciſis manibus. refert Q. Tullius de petit. conſulatus: Valer. lib. IX. Aſconius in toga candida: Plutarchus in Sulla: & Florus lib. IV. Sed adſcribenda verba Senecæ III de ira: *M. Mario*, inquit, *cui vicatim populus ſtatuas poſuerat, cui ture & vino populus R. ſupplicabat. L. Sulla perfringi crura, erui oculos, amputari manus juſſit, & quaſi totiens occideret, quotiens vulnerabat, paullatim & per ſingulos artus lacerabat: Quis erat hujus imperii miniſter? Quis niſi Catilina jam omne facinus manu exercens: ſic illum ante buſtum C. Catuli carpebat, graviſſimus mitiſſimi viri cineribus, ſupra quos vir mali exempli, popularis tamen, & non tam immerito, quam nimis amatus, per ſtillicidia ſanguinem dabat.* Quod enim Cicero appellat propinquum, ex III de legib. explicatur: *Avus quidem noſter ſingulari virtute*, inquit, *in hoc municipio quoad vixit, reſtitit M. Gratidio, cujus in matrimonio ſororem aviam noſtram habebat, ferenti legem tabellariam: excitabat enim fluctus in ſimpulo, ut dicitur, Gratidius, quos poſtea filius ejus Marius in Ægeo excitavit mari, ac noſtro quidem.* Ita Cicero: quem locum hic noſter reddit illuſtriorem. Significat enim Gratidianum hominem, ut Aſconius ait, ſumme popularem, Romæ ea auſum, quæ pater ſuus ante Arpini humili municipio. Fuit bis prætor: ſperavit & conſulatum, ut Cicero poſtea dicet, & Plinius indicat lib. XXXIII. ſed morte præventus eſt. Errant enim interpretes, & alii quidam docti viri, qui eum conſulem factum credunt. Id de C. Marii ſepties conſulis natura filio, verum eſt; de hoc noſtro, falſum. Ille in magiſtratu Præneſte ſe interfecit, ejuſque caput Romam perlatum pro roſtris poſitum eſt. *Gratidianus*, ut dixi, Romæ eſt interfectus, ſed & caput hujus pro roſtris figi Sulla voluit, ut Plutarchus & Appianus teſtantur. Haud ſcio an hujus Gratidiani filius fuerit, ad quem Ciceronis extant epiſtolæ. Notandum quoque a L. Floro ſcribi, hunc Marcum, Marii junioris fratrem fuiſſe. quod neſcio quo modo ſe habet. Nam ſcribitur a Cicerone in Bruto eum a C. Fimbria fuiſſe adoptatum. qui locus ſane quam mihi ſuſpectus eſt: Conjecturæ ſint. Mihi ſatis erit fortaſſis viam aperiiſſe aliis. M. Marii mentio eſt in Gracchi oratione apud Gellium. Vt fortaſſis ille C. Marii ſepties conſulis patruus credi poſſit, hujuſque Gratidiani pater adoptivus: ſed hæc neque cum Floro, neque cum loco illo in Bruto conveniunt. *Car. Lang.* Subtiliter & perquam accurate de hoc M. Mario Gratidiano diſputat Iacobus Perizonius, vir ſummo ingenio & doctrina, in animadverſionum hiſtoricarum cap. 3, oſtenditque valde probabiliter, eum fuiſſe M. Gratidii, qui cum M. Antonio Prætore 651 in Ciliciam contra piratas profectus ibi interierit, filium naturalem, adoptatum autem a M. quodam Mario, C. Marii ſepties Conſulis fratre, & ita factum adoptione C. Marii Iunioris fratrem patruelem. Male vocari ab Appiano & Plinio *Cajum Marium*, cum a M. & Q. Cicerone, Salluſtio, Seneca, Valerio Max. Aſcanio, Oroſio, aliis *Marcus Marius Gratidianus* appelletur. Conſtare ex Appiano, præter illuſtrem illum Marium, ſepties Conſulem, duos alios fuiſſe, quorum alterum ille filium ejus dicat, alterum fratris filium: nullum autem alium illis temporibus reperiri Marium, præter hos tres, Marium patrem ſepties Conſulem, Marium filium ejus, & hunc Marium Gratidianum. Cumque is, quem Appianus ſcribat, Conſulem fuiſſe ann 671, & ἀδελφιδοῦν ſenioris Marii vocet, faſti autem Cuſpiniani diſert Gratidianum appellent, colligi ſati probabili argumento, illum Appian

alte

gio Oratae vendiderat aedes eas, quas ab eodem ipſe
paucis ante annis emerat. hae Sergio ſerviebant: ſed
hoc in mancipio Marius non dixerat. Adducta res in
judicium eſt. Oratam Craſſus, Gratidianum defen-
debat Antonius. jus Craſſus urgebat: quod vitii ven-
ditor non dixiſſet ſciens, id oportere praeſtari: ae-
quitatem Antonius: quoniam id vitium ignotum Ser-
gio non fuiſſet, qui illas aedes vendidiſſet, nihil
fuiſſe neceſſe dici: nec eum eſſe deceptum, qui id,
quod emerat, quo jure eſſet teneret. Quorſum haec?
ut illud intelligas, non placuiſſe majoribus noſtris
aſtutos. Sed aliter leges, aliter philoſophi tollunt aſtu- 17
tias:

alterum Cajum Marium, quem illuſtris Marii fratris filium fuiſſe dicat, quemque alii M. Marium Gratidianum appellent, adoptatum fuiſſe a C. Marii majoris fratre nobis ignoto, perque iſtam adoptionem habitum atque appellatum fuiſſe Marii Majoris ἀδελφιδοῦν, fratrem vero, ſed patruelem Marii minoris. Sed vide viri inſignis & mihi conjunctiſſimi doctiſſimas illas Obſervationes, ubi pluribus hæc adſtruit, & hominum eruditorum errores redarguit ſimulque fontes errorum illorum, ut multorum aliorum aperit.

Quod vitii] Sic dicimus, *id loci*, *id morum*. Alii, *quod vitium*. Car. Langius.

Nec eum eſſe deceptum, quid, quod emerat, quo jure eſſet, teneret] Nimirum hoc ipſum eſt quod Vlpianus ait l. 1. §. 1. D. de act. emt. *non videtur eſſe celatus, qui ſcivit, neque certiorari debuit, qui non ignoravit.* Egregium eſt in hanc rem illud Horatii lib. II ep. 2. ubi inducit mangonem, qui mancipium erat alteri venditurus, cum poſt ejus enumeratas virtutes hoc quoque addidiſſet:

ſemel ceſſavit, & ut fit
In ſcalis latuit, metuens pendentis habenæ.
Des nummos, excepta nihil te ſi fuga lædat.
Ille feret pretium pœnæ ſecurus, opinor,
Prudens emiſti vitioſum: dicta tibi eſt lex.

Eodem pertinet ſententia Marii apud Plutarchum in Mario, & Valer. Max. VIII, 2: *Fannia in matrimonio fuerat cum Tinnio, quæ cum divortio facto dotem, quæ lauta erat, repetebat, ille adulterium ei objecit, ac cauſſa ad Marium Conſulem delata eſt. Ea in judicio agitata, cum Fanniam conſtaret impudicam fuiſſe, & virum, qui talem ſciret eſſe, eam duxiſſe, diuque cum ea in matrimonio vixiſſe, ambos improbavit, virumque juſſit dotem ei reſtituere, mulieri infamiæ damnatæ quatuor aſſes multam dixit.* Hæc debentur Samueli Pufendorfio V de jure Nat. Gent. cap. 3, ubi vide plura.

Quorſus hæc] Sic ex ſuis manuſcriptis edidit Langius, itaque in duobus ex noſtris legitur. *Fr. Fabrit.* Sic & Græv. ſecundus. nec paucis aliis in locis libri veteres, legunt *quorſus*, nimirum ut *rurſus*, *prorſus*.

Non placuiſſe majoribus noſtris aſtus] Nonnulli ex libris veteribus noſtris habent, *aſtutos*, pro, *aſtus*. Lambin. Et ſic Victorius edidit, & Gruterus. adſtipulatur Grævii ſecundus.

Aliter Philoſophi tollunt aſtutias] Veriſſime. Seneca l. de ira 27: *Quam anguſta innocentia eſt ad legem bonum eſſe?*

tias: leges, quatenus manu tenere poſſunt, philoſophi, quatenus ratione & intelligentia. Ratio igitur poſtulat, ne quid inſidioſe, ne quid ſimulate, ne quid fallaciter. Sunt ne igitur inſidiae, tendere plagas, etiam ſi excitaturus non ſis, nec agitaturus? ipſae enim ferae nullo inſequente ſaepe incidunt. ſic tu aedes proſcribas, tabulam tamquam plagam, ponas, domum propter vitia vendas; in eam aliquis incurrat imprudens. Hoc quamquam video propter depravationem conſuetudinis, neque more turpe haberi, neque aut lege ſanciri, aut jure civili, tamen naturae lege ſanctum eſt. ſocietas enim eſt, (quod etſi ſaepe dictum eſt, dicendum tamen eſt ſaepius) latiſſime quidem quae pateat, hominum inter homines: interior eorum, qui ejuſdem generis ſunt; propior eorum, qui ejuſdem civitatis. Itaque majores aliud jus gentium, aliud jus civile eſſe voluerunt. quod civile, non idem continuo gentium; quod autem gentium, idem civile eſſe debet. Sed nos veri juris, germanaeque juſtitiae ſolidam & expreſſam effigiem nullam tenemus: umbra & imaginibus utimur: eas ipſas utinam ſequeremur! feruntur enim ex

eſſe? Quanto latius officiorum patet, quam juris regula? quam multa pietas, humanitas, liberalitas, juſtitia, fides exigunt? quæ omnia extra publicas tabulas ſunt. Nam *quod non vetat lex, hoc vetat fieri pudor*, ut recte Seneca in Agamemnone. Quo in loco pudor non tam hominum & famæ, quam æqui & boni, aut certe ejus, quod æquius melius eſt, reſpectum ſignificat. H. Grotius III de Iure Belli & Pacis cap. 9. ubi vide plura.

Leges quatenus manu tenere poſſunt] Corrupte hic inſerta erat dictio, *res.* Sic in Bruto, *cum indicia mortis ſe comperiſſe manifeſto, & manu tenere diceret.* C. Lang. *Quatenus tenere manu poſſunt*] In vulgatis libris additur vox, *res.* quam abeſſe a libris antiquis Balduinus, Victorius & Camerarius jampridem teſtati ſunt. Manu autem teneri dicitur, quod ita eſt in promptu, & ante oculos poſitum, ut nullo negotio comprehendatur. *Fr. Fabrit.* Leges dicuntur *manu tenere*, ubi fraus nimis manifeſta eſt, ut ex factis a judice poſſit convinci, aut cum modum excedit, nam minima non curat prætor. Exempli gratia, cum leges puniunt iniquitatem venditoris, ſi emtor inductus eſt, ut emerit quid tanto pretio, quod dimidium juſti excederet, cum Philoſophia ſciſcat, etiam minima, ſi de pretio erratum ſit, eſſe reſarcianda. vide Grotium II de Iure Belli & Pacis cap. 12.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ex optimis naturae, & veritatis exemplis. Nam quanti verba illa, uti ne propter te, fidemve tuam captus, fraudatuſve ſiem? quam illa aurea! ut inter bonos bene agier oportet, & ſine fraudatione? Sed, qui ſint boni, & quid ſit, bene agi, magna quaeſtio eſt. Qu. quidem Scaevola, pontifex max. ſummam vim dicebat eſſe in omnibus iis arbitriis, in quibus adderetur, ex fide bona: fideique bonae nomen exiſtimabat manare latiſſime, idque verſari in tutelis, ſocietatibus, fiduciis, mandatis, rebus emtis, venditis, conductis, locatis, quibus vitae ſocietas continetur: in his magni eſſe judicis, ſtatuere (praeſertim cum in pleriſque eſſent judicia contraria) quid quemque cuique praeſtare oporteret. Quocirca aſtu-

Ex optimis naturæ principiis] *Principiis* abeſt a tribus libris ſcriptis, & impreſſo Victoriano, Lactantius quoque lib. 6. cap. 6. legit, *feruntur enim ex optimis naturæ ac veritatis exemplis:* ut habent duo libri manuſcripti. *Fr. Fabrit.*

Vti ne propter te] Eſt formula, qua utebantur & ſibi cavebant in ſtipulando. Hæ formulæ autem fluxerunt ex jure naturæ, tanquam rivuli ex ſuis fontibus. Ius enim naturæ omnem fraudem ac dolum deteſtatur. qua in re leges civiles quicquid ſpeciatim vetant, ex illius principiis derivatum omne eſt. *Rachel.*

Et quid ſit bene agi] *Agier* eſt in manuſcripto. *F. Vrſin.*

In omnibus iis arbitriis] Hoc eſt, in actionibus illis arbitrariis, quæ ab arbitrio & poteſtate judicantis pendent, qui non ex natura rei, ſed ex accidenti rem æſtimat.

Fiduciis] Hoc eſt, pignoribus, ſeu hypothecis vide ſuperius ad cap. xv hujus libri.

Mandatis] Paradoxon videtur mandati eſſe obligationem. Nam ſi mandatum niſi gratuitum nullum eſt, originemque ex officio atque amicitia trahit, neque quiſquam invitus ad mandatum ſuſcipiendum compelli poteſt, quia nemo ad benefaciendum invitus cogi poteſt, niſi forte obligationem faciat ſpontanea ſuſceptio. vide tit. mandati lib. 17 D. & Platonis librum de legibus XII, & Gellium lib. I. cap. 13. *Betuleius.*

Iudicia contraria] In enumeratis contractibus utrinque præſtationes ſæpe debentur. Ita in tutelis pupillus adverſus tutorem habet actionem directam, tutor adverſus pupillum contrariam. Ita quoque ſe res habet in commodato, mandato, depoſito, negotiis geſtis, & pignoratitia ſeu fiducia. Has ſex nobis contrarias actiones memorant ICti. Actio pro ſocio ex l. XII tabul. utrinque directa eſt, quia utriuſque ſocii cauſa inſtituta eſt. Ad eum modum ſe quoque res habere videtur in emptione venditione, & in locatione conductione. Magni igitur judicis eſt, definire in his, quid utrinque debeat præſtari, & quidem juxta illam formulam, *ex bona fide.* Quia autem non in omnibus enumeratis contractibus locum habet actio contraria, ideo bene addit Cicero, *in pleriſque.* Rachel.

Quid quemque cuique præſtare] More ICtorum hic loquitur Cicero, non

mi-

aſtutiae tollendae ſunt, eaque malitia, quae vult illa quidem videri ſe eſſe prudentiam, ſed abeſt ab ea diſtatque plurimum. Prudentia eſt enim locata in delectu bonorum, & malorum: malitia (ſi omnia, quae turpia ſunt, mala ſunt) mala bonis ponit ante. Nec vero in praediis ſolum jus civile, ductum a natura, malitiam fraudemque vindicat: ſed etiam in mancipiorum venditione fraus venditoris omnis excluditur. qui enim ſcire debuit, de ſanitate, de

minor ICtus quam Orator, judicio Iac. Gothofredi ad l. 23. ff. de R. I. Præſtare vero ſenſu ICtorum eſt, quid cuipiam alius obſtrictus ſit facere, luere, ſarcire, ſi qua inæqualitas aut læſio inique contigerit. Vnde etiam hac voce bis utitur Vlpianus d. l. 23. ff. de R. I. qua de præſtationibus ex variis contractibus debitis agitur. *Idem.*

Aſtutiæ tollendæ ſunt, eaque malitia] Aſtutiam & malitiam prudentiæ opponit. Sicuti enim prudentia ubi eſt, ibi quoque perfecta virtus & bonitas reperitur: ita quoque aſtutia cum malitia perpetuo nexu cohæret. Ariſtot. 6. Nicom. 5. §. 9. & cap. 13. *Idem.*

Mala bonis anteponit] In vetuſt. v codicibus, *ponit ante*, ſcribitur. ſic Teren. I *præ.* C. Lang. *Mala bonis anteponit*] Noſtri libri, ut & Langiani habent, *ponit ante.* Lamb. Sic & Grævii ſecundus.

In mancipiorum venditione fraus venditoris omnis excluditur] Pergit docere in mancipiorum venditione legibus civilibus eliminatam fuiſſe omnem fraudem, quam cum ipſa natura damnet, recte hoc jus civile a natura ductum pronuntiat. Quod vero attinet, morbos, fugam, & vitium mancipiorum videatur tot. tit. ff. de ædil. edict. Ipſum Edictum recitatur a Iuriſconſulto l. 1. §. 1. eod. cui §. 2. hanc rationem cum Ciceroniana plane convenientem ſubjungit: *Cauſa hujus Edicti proponendi eſt, ut occurratur fallaciis vendentium, & emptoribus ſuccurratur, quicunque decepti a venditoribus fuerint: dummodo ſciamque venditorem, etiam ſi ignoraverit ea, quæ Ædiles præſtari jubent, tamen teneri debere. Nec eſt hoc iniquum; potuit enim ea nota habere venditor: neque enim intereſt emptoris, cur fallatur, ignorantia venditoris, an calliditate.* De ſervo morboſo agitur l. 1. & ſeqq. De fugitivo l. 17. aliiſque paſſim. De animi vitio l. 1. §. ult. l. 4. §. 4. l. 17. §. ult. & aliis. De fure ſpeciatim etiam agitur l. 23. §. 8. Idem Edictum ab Ædilibus porrectum fuit ad jumenta, ut venditor enuntiaret, quid in quoque vitii aut morbi eſſet. Vid. l. 38. Sed & latiorem ejus extenſionem l. 40. cum ſequentib. continet. Ex hoc Edicto contra venditorem dabatur actio redhibitoria, de qua jam ſupra aliquid dictum eſt. Quomodo autem hæc dolo excluſo bonæ fidei ſit & dicatur, legatur Bachov. Tract. de Action. Diſp. 7. §. 18. Denique quis fuerit effectus Redhibitionis vid. l. 60. eod. His addantur, quæ incomparabilis noſter Grotius congeſſit. Flor. ſparſ. ad Iuſtin. de ædil. edict. *Rachel.*

De ſanitate] Scholiaſtes Horatii ad II Sat. 3: *Mentem niſi litigioſus exciperet dominus. ſumtum eſt hoc argumentum a dominis mancipia vendentibus: quorum omnia vitia ſibi cognita, tam animi, quam corporis debeat aperire emtori, niſi poſtea litigare vellet propter celatum vitium.* vide & Gellium lib. IV. 2. Sed ſervorum, qui pileati vendebantur, nomine nihil præſtari ſolitum docet idem Gellius VII, 4.

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

de fuga, de furtis, praeſtat edicto Aedilium. Here-
dum alia cauſa eſt. Ex quo intelligitur, quoniam ju-
ris natura fons ſit, hoc ſecundum naturam eſſe, ne-
minem id agere, ut ex alterius praedetur inſcientia.
nec ulla pernicies vitae major inveniri poteſt, quam
in malitia ſimulatio intelligentiae: ex quo iſta innu-
merabilia naſcuntur, ut utilia cum honeſtis pugnare
videantur. quotus enim quiſque reperietur, qui im-
punitate, & ignoratione omnium propoſita, abſti-
nere poſſit injuria? Periclitemur, ſi placet, in iis 18
quidem exemplis, in quibus peccari vulgus homi-
num fortaſſe non putat. Neque enim de ſicariis, ve-
neficis, teſtamentariis, furibus, peculatoribus hoc
loco diſſerendum eſt: qui non verbis ſunt, & diſpu-
tatione philoſophorum, ſed vinculis & carcere fati-
gandi. ſed haec conſideremus, quae faciunt ii, qui
habentur boni. L. Minutii Baſili, locupletis hominis,
fal-

De fuga] Solebat majoris cautionis ergo edici: *furem non eſſe, fugitivum non eſſe*. l. ſi ita quis. D. de evictionibus. l. cum in venditione & l. Lucius §. ult. l. evicta re. §. ult. l. ſi emtor. l. ſi ita quis. l. quia dicitur. D. ibidem. l. quoties D. ſi familia furtum feciſſe dicatur. l. exemplo §. venditorem D. de act. emti. Varro I de re ruſtica. Seneca controverſia III, 2. Marculfus formula 132, 133. H. Grot. vide & Lactantium lib. V. cap. 17.

Præſtat edicto ædilium] Ita quoque Vlpianus, *quæ ædiles præſtari jubent*. l. I. §. 2. ff. de ædil. edict. *Rachel*. Vide Gellium IV, 2.

Heredum alia cauſa eſt] H. e. heredes in vendendis bonis defuncti, non coguntur ſarcire aut præſtare, ſi quid vitioſi ſit in mancipiis aut aliis rebus, quas vendunt, quia creduntur ignorare vitia.

Hoc ſecundum naturam eſſe] De hoc Vlpianus alicubi præclare. *Contra naturam eſt, aliquem ex aliquo incommodo ſuum commodum comparare*. Ratio eſt, quia natura dictitat proximo cuique idem faciendum eſſe, quod ſibi quiſque fieri velit. *Betuleius*.

Pugnare videantur] Pro *videantur* libri quidam manuſcripti habent *dicantur*. C. Lang.

Sed vinculis & carcere fatigandi] Cum libri noſtri veteres omnes habeant, *& carcere fatigandi*: quo modo & Langiani: ſic legendum cenſeo quamvis vulgata lectio, *ſed vinculis & carcere caſtigandi*, non ſit rejicienda. *Lambin*. *Carcere fatigandi*] In quibuſdam vulgatis legitur, *caſtigandi*: ſed *fatigandi*, in vetuſtis recte legi, Nonius oſtendit: qui hoc loco adducto ſcribit, *fatigare* eſſe cohibere, comprimere. *Fr. Fabrit*.

L. Minuti Baſili] Male, *Baſilii*, legebatur. Eſt enim *Baſilus* cognomen Minuciorum, quod cum ex hoc loco, tum ex Appiani lib. III de bello civili apparet, ubi *Minucium Baſilum* virum prætorium unum de Cæſaris interfectoribus numerat, qui ſeſquianno poſt Cæſarem interemtum a ſer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

falſum teſtamentum quidam e Graecia Romam attulerunt: quod quo facilius obtinerent, ſcripſerunt heredes ſecum M. Craſſum, & Qu. Hortenſium, homines ejuſdem aetatis potentiſſimos: qui, cum illud falſum eſſe ſuſpicarentur, ſibi autem nullius eſſent conſcii culpae, alieni facinoris munuſculum non repudiaverunt. Quid ergo? ſatin' hoc eſt, ut non deliquiſſe videantur? mihi quidem non videtur: quamquam alterum amavi vivum, alterum non odi mortuum. Sed cum Baſilus M. Satrium, ſororis filium, nomen ſuum ferre voluiſſet, eumque feciſſet heredem: hunc, ait, dico patronum agri Piceni & Sabini: (o tur-

vo ſuo interfectus ſit. Meminit & Florus lib. IV & Dion. Videndum an hic ipſe L. Baſilus ſit, quem Sullæ præfectum Plutarch. tradit fuiſſe cum urbem occuparet. Extant & Ciceronis epiſtolæ ad Baſilum lib. VI familiarium. qui cum Bruto in Cæſarem conjuravit. *C. Lang.* *L. Minucii Baſili*] De hoc cognomine gentis Minuciæ vide quæ ſcripſimus in cap. 18. lib. 6. Oroſii. ubi etſi Baſillum ex libris vetuſtis & Appiano probavi: nunc tamen Baſilum malo. Sic enim Iuvenalis. i. *Quot Baſilus ſocios, quot circumſcripſerit Hirrus pupillos.* & Lucanus lib. 4. Et *Baſilum videre ducem.* Fr. Fabrit.

Heredes ſecum] Hæ duæ voces, *heredes ſecum*, in quibuſdam libris deſunt; & credo adulterinas. *C. Lang.*

Homines ejuſdem civitatis potentiſſimos] Omnes libri veteres habent, *homines ejuſdem ætatis potentiſſimos:* quod probo. *Lambin.* *Homines ejuſdem civitatis*] *Ætatis* legitur in duobus manuſcriptis, itaque Langius edidit. *Fr. Fabrit.*

Mihi quidem non videtur] Merito. Nam jus naturæ præcipit ut rem alienam, quam quis in ſua poteſtate habet, reddat domino. nec enim ſine ſcelere retineri poteſt. vide H. Grotium II de Iure Belli & Pacis cap. 10. §. 1. & ejuſdem libri cap. 21. §. 1.

M. Satrium] Male, *Satirium*, legebatur contra veteres libros. Satria familia Romana eſt: quam T. Pomponium Atticum aliquo modo attigiſſe ex Suetonio ſatis liquet, libro de Grammaticis: ut fortaſſis hic Cicero non nihil privatim motus ſit de cujus gente hic ipſe Satrius fuerit. Huc etiam forte ſpectet, quod primo ad Attic. ſcribitur Cæcilium Attici avunculum a Caninio Satrio in neſcio qua hereditate fraudatum. quanquam locus mendo non careat. Nam vel *Caninio*, vel *C. Annio Satrieno*, vel *C. Satrio* legendum videtur ex ratione nominum Romanorum. *C. Lang.*

Nomen ſuum ferre] Sic Suetonius in Auguſto, *hæredes inſtituit primos Tiberium ex parte dimidia & ſextante, Liviam ex parte tertia: quos & ferre nomen ſuum juſſit.* & in teſtamento antiquo L. Cuſpidii, *agros domumque relinquo conſobrinis, & L. præcipue, quod is nomen ferat noſtrum.* Fert igitur nomen, qui eſt διάδοχος τοῦ ὀνόματος, ut loquitur Dio. initio libro 45. *Fr. Fabrit.*

Hunc dico patronum agri Piceni & Sabini] *Hunc dico patronum*; quidam libri habent, alii, *hunc ait, dico patronum*: quos ſecutus ſum. Sunt enim verba ex Minucii teſtamento. *Patronus* autem honoris duntaxat appellatio eſt, & ad clientelas pertinens.

Sic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

(o turpem notam temporum illorum!) num erat aequum, principes civis rem habere, ad Satrium nihil praeter nomen pervenire? Etenim, ſi is, qui non defendit injuriam, neque propulſat a ſuis, cum poteſt, injuſte facit, ut in primo libro diſſerui: qualis habendus eſt is, qui non modo non repellit, ſed etiam adjuvat injuriam? Mihi quidem etiam verae hereditates non honeſtae videntur, ſi ſint malitioſis blanditiis officiorum; non veritate, ſed ſimulatione quaeſitae. Atqui in talibus rebus aliud utile interdum, aliud honeſtum videri ſolet. Falſo: nam eadem utilitatis, quae honeſtatis eſt regula: qui hoc non perviderit, ab hoc nulla fraus aberit, nullum facinus. ſic enim cogitans: Eſt iſtuc quidem honeſtum, verum hoc expedit, res a natura copulatas audebit errore divellere: qui fons eſt fraudium, maleficiorum, ſce-

Sic ſupra lib. I. *Et ii qui civitates aut nationes bello devictas in fidem recepiſſent, earum patroni eſſent more majorum.* Livius lib. IX. *Antiatibus quoque qui ſe ſine legibus certis, ſine magiſtratibus agere querebantur, dati ab Senatu ad jura ſtatuenda ipſius coloniæ patroni.* Et in antiquis monumentis ſæpe legitur, Tibure, Patavii, Interamnæ, *Patrono municipii:* Tridenti, & alibi, *Patrono coloniæ.* Sic Tullii Locrenſium: iidem & Marcelli Siculorum fuere patroni. Sic M. Bruti clientes *Tranſpadanos* vocat XII epiſtolarum. Et ad Attic. VI. *M. Cato*, inquit, *Cypriorum patronus more majorum. C. Lang.*

Non erat æquum] *Num erat æquum*, liber vetus. *F. Vrſin.*

Principes civis] Libri Memmiani habent, *principes civis.* Quam ſcripturam ſi probabimus (non video autem cur improbemus) *civis*, ſcilicet accuſandi caſus erit, numeri multitudinis. *Lambin.* *Principes civitatis*] Victorius edidit, *Principes civis*, quo modo eſſe in libris Memmianis Lambinus teſtatur, & ego in meis omnibus invenio. eſt autem *civis* hic accuſativus pluralis. *Fr. Fabrit.*

Si ſint malitioſis blanditiis] Heredipetas damnat, quos exagitant Satyrici multis in locis.

Simulatione quæſitæ] Recte in libris vet. *quæſitæ*, ſcriptum eſt. Nam *acquirere*, augere eſt: ut II Invectiva, *tu agris, tu ædificiis, tu argento, tu familia, tu rebus omnibus ornatus & copioſus ſis, & dubites de poſſeſſione detrahere, acquirere ad fidem.* Sic, *allaborare*, dixit Horat. pro eo quod eſt, novo labore adjicere; cum autem hic legeretur, *non veritate, ſed ſimulatione ac quæſitæ* expunxi duas voces *ſed ſimulatione*, ut adulterinas, contra tamen vet. libros. Audacior aliquis etiam duas proxime præcedentes lege Papia expelleret. Dubitavi quoque an pro *veræ* rectius *vero* legeretur adverbium. *ſed ſimulatione*, habeo vehementer ſuſpectas. *C. Lang.*

Qui fons eſt fraudium] Sic Philipp. II. *Mearum laudium.* C. Lang. *Qui fons eſt fraudium*] Sic eſt legendum: & ita habent libri veteres omnes. *Lambin.* *Qui fons eſt fraudium*] Sic eſt quoque in no-

 ſtris

19 ſcelerum omnium. Itaque ſi vir bonus habeat hanc vim, ut, ſi digitis concrepuerit, poſſit in locupletium teſtamenta nomen ejus irrepere, hac vi non utatur, ne ſi exploratum quidem habeat, id omnino neminem umquam ſuſpicaturum. At dares hanc vim M. Craſſo, ut digitorum percuſſione heres poſſet ſcriptus eſſe, qui re vera non eſſet heres, in foro, mihi crede, ſaltaret. homo autem juſtus, iſque quem ſentimus virum bonum, nihil cuiquam, quod in ſe transferat, detrahet. Hoc qui admiratur, is ſe, quid ſit vir bonus, neſcire fateatur. At vero ſi quis voluerit animi ſui complicatam notionem evolvere, jam ſe ipſe doceat, eum virum bonum eſſe, qui pro-

ſtris manuſcriptis, ut & de ſuis Langius & Lambinus affirmant. *Fr. Fabrit.*

Vt ſi digitis concrepuerit] Nihil hoc eſt aliud, quam nullo negotio, facillime. pro quo paullo poſt dicit *digitorum percuſſione*. Sunt locutiones quæ nihil faciunt ad turpitudinem aut ad honeſtatem. Sic dicebant *ad digiti crepitum præſto eſſe* ſive præſto ſis ad rem bonam, ſive ad malam, aut turpem. Sic & in ſequentibus *ſaltaret in foro*, nil aliud eſt, quam faceret aliquid quod ſe aut quamvis gravem hominem aut pudentem maxime dedeceret. Nihil hoc quoque pertinet ad id quod eſt turpe ſive natura, ſive opinione. Neque hic agitur de perfecto ſapiente Stoico, ſed de viro bono, cui opponit Craſſum hominem avariſſimum, quem etiam perdidit avaritia. Is nihil inquit, penſi haberet, & faceret palam etiam indigniſſima viro bono, & gravi, ſi modo poſſit augere ſuas facultates, & efficere quocunque modo ſuppoſititio ut heres ſcribatur hominis opulenti, ſicuti ex teſtamento Minutii Baſili contra jus & fas & officium viri boni partem bonorum acceperat. Hoc non tantum non faceret ſapiens Stoicus, ſed nec vir quilibet bonus. De talibus enim caſibus loquitur hic Cicero. Non repudianda exiſtimet legata hominum divitum, virtute parta; ſive veras hereditates, ut loquitur capite præcedente, ſed malitioſis blanditiis quæſitas. Hæc non notaſſem niſi immerito barbam velli Tullio & hic & nonnunquam alibi viderem.

At ſi dares] Quidam libri *adderes*. alii *at dares*. Vtrumque elegans. Quod autem ſequitur: *in foro, mihi crede, ſaltaret*, hoc eſt, rem viro gravi etiam indigniſſimam faceret, & utile cuivis decoro præponeret. Nam de ſaltatione hiſtrionica vel artificioſa loquitur, quæ ad cantum fit: id quod ex ſequentibus palam fiet, ubi de controverſiis Stoicorum diſputat. Hoc volui annotare, ne quis *ſaltare* pro *gaudio exſultare* capiat, ut video, doctiſſimum virum feciſſe. *C. Lang.* *At dares*] *Dares*, infinite uſurpatur, pro, *ſi quis daret*, ubi nihil opus eſt particula, *ſi*, quæ in vulgatis additur. *Fr. Fabrit.*

Animi ſui complicatam notionem evolvere] Recte Manutius exponit, & clarius ὁ πάνυ Gronovius, id quod animo inſitum eſt & innatum, & ſi obſcurius & involutum, meditando acuere & penitus recognoſcere: id reſpicere, quod mens ipſa, ſi excutiatur, & conſcientia dictitat. IV Tuſcul.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

rofit quibus poſſit, noceat nemini, niſi laceſſitus injuria. Quid ergo? hic non noceat, qui quodam quaſi eneno perficiat, ut veros heredes moveat, in eoum locum ipſe ſuccedat? Non igitur faciat (dixerit uis) quod utile ſit, quod expediat? Immo intelligat, nihil nec expedire, nec utile eſſe, quod ſit inuſtum. hoc qui non didicerit, bonus vir eſſe non oterit. Fimbriam conſularem audiebam de patre oſtro puer, judicem M. Lutatio Pinthiae fuiſſe, euiti Rom. ſane honeſto, cum is ſponſionem feciſet, ni bonus vir eſſet. itaque ei dixiſſe Fimbriam, e illam rem numquam judicaturum: ne aut ſpoliaret ama probatum hominem, ſi contra judicaſſet, aut tatuiſſe videretur, virum bonum aliquem eſſe, cum a res innumerabilibus officiis & laudibus continereur. Huic igitur viro bono, quem Fimbria etiam, on modo Socrates noverat, nullo modo videri poteſt uidquam eſſe utile, quod non honeſtum ſit. Itaque alis vir non modo facere, ſed nec cogitare quidem quid-

l. 24: *Notionem noſtram de fortituine habemus omnes tectam & involuum.* Ex his notionibus quas evolveunt viri ſapientes, nata eſt Philoſohia moralis. Apud gentes barbaras, ui eas non explicuerunt & excuſſeunt, manent etiam nunc complicae.

Niſi laceſſitus injuria] Non ulciſcen-ō, ſed ſe defendendo & arcendo inuriam. quod viro bono licere nunuam infitiabitur Lactantius, qui pereram hic Tullium reprehendit.

Cum is ſponſionem feciſſet] Qui petere ult, id eſt, qui litem facit, ut Forunatianus IC. loquitur, ante omnia ponſione provocat adverſarium: is nde petitur, ſic contendit, ex proocatione ſpondet, rurſuſque reſtipuatur a petitore, qui etiam viciſſim eſpondere cogitur. Eugraphius in illud Terent. *Iusjurandum dabitur te eſſe indignum injuria hac. Quemadmodum ſponſio ante judicium fieri ſolet, ita hic dixit, jusjurandum dabit, quod* &c. Hujus ſponſionis pignus legitimum eſt ſacramentum, ut Iſidorus ex quopiam meliore auctore ſcribit Etymol. 5. Quamvis autem hujuſmodi ſtipulationes ſponſioneſque mutuæ ſint: proprie tamen qui provocat primum, *ſacramento rogare, petere,* vel *quærere* dicitur: qui provocatur, *ſacramento contendere*, quod ex eventu judicii juſtum injuſtumve dicitur, & pronunciatur. Pecunia hæc ab utraque parte deponebatur apud Pontificem, dicebaturque ſacramentum. Victor ſuam recipiebat, victi in ſacrorum uſum retinebat Pontifex. P. Pithœus Adverſ. j. 18, ubi vide plura, vide & H. Grotii florum ſparſionem ad Ius Iuſtinianeum p. 128.

Nec cogitare quidem] De Iure quidem

quidquam audebit, quod non audeat praedicare. Haec nonne eſt turpe dubitare philoſophos, quae ne ruſtici quidem dubitent? a quibus natum eſt id, quod jam tritum eſt vetuſtate proverbium: cum enim fidem alicujus bonitatemque laudant, dignum eſſe dicunt, quicum in tenebris mices. Hoc quam habet vim, niſi illam, nihil expedire, quod non deceat, etiam ſi id poſſis nullo refellente obtinere? Videſne igitur, hoc proverbio neque Gygi illi poſſe veniam dari, neque huic, quem paullo ante fingebam digitorum percuſſione hereditates omnium poſſe convertere? Vt enim, quod turpe eſt, id quamvis

dem civile cogitationis pœnam nemo patitur l. 18. ff. de pœn. cui addi poteſt Gellius lib. 7. c. 3. Interim non omne id quod impune fit in foro civili etiam rectum eſt. *Rachel.* Idem præcipit ſapientiſſimus Imperator M. Antoninus III τῶν περὶ ἑαυτοῦ: ſect. 4. ἐθιστέον ἑαυτὸν μόνα φαντάζεσθαι περὶ ὧν εἴ τις ἄφνω ἐπανέροιτο, τί νῦν διανοῇ, μετὰ παῤῥησίας παραχρῆμα ἂν ἀποκρίναιο, ὅτι τὸ, καὶ τὸ ὡς ἐξ αὐτῶν εὐθὺς δῆλα εἶναι, ὅτι πάντα ἁπλᾶ καὶ εὐμενῆ, καὶ ζώου κοινωνικοῦ, καὶ ἀμελοῦντος ἡδονικῶν ἢ καθάπαξ ἀπολαυστικῶν φαντασμάτων. *Aſſueſcere te debes ea ſolum cogitare, de quibus ſi quis repente te interroget, Quid nunc cogitas? libere ſtatim poſſis reſpondere: hoc aut hoc, ut ſtatim conſtet, cogitationes tuas eſſe ſimplices, placidas, conſentaneas animali ad ſocietatem nato, ac ſpernat quæ ad voluptatem oblectationemve faciant.* Hinc recte dixit Democrates in ſententiis Δόκιμος ἀνὴρ καὶ ἀδόκιμος οὐκ ἐξ ὧν πράσσει μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξ ὧν βούλεται. *Vir probus aut improbus non ex operibus tantum, ſed etiam ex voluntate ſpectatur.* Itaque ſapienter Alcæum reprehendit Sappho, apud Ariſtot. 1. Rhet. 9. cum is dixiſſet:

Θέλω τί τ' εἰπεῖν, ἀλλά με κωλύει
αἰδώς.

Dicere velim aliquid, ſed me prohibet pudor.

reſpondet Sappho:

Αἰ δ' ἶκε σ' ἐσλῶν ἵμερος ἢ καλῶν,
Καὶ μηδὲν εἰκῆ γλῶσσ' ἐκύκα κακόν.
Αἰδώς κεν οὐχὶ σ' εἶχεν ὄμματ'
Ἀλλ' ἔλεγες περὶ τῶ δικαίω.

hoc eſt, interprete Mureto,

Si quidquam honeſti mens ferat ac boni,
Nec lingua quidquam turpe paret tua:
Nullo impedireris pudore,
Sed facile eloquerere honeſta.

In tenebris mices] Vide Sueton. Octav. cap. 13, & Caſauboni ad illum locum notas.

Hereditates omnium poſſe converrere] Quidam lib. *converrere*: ut in re odioſa verbo vili uſus videatur. Sed melius *convertere*. propter conſequentia. Vult enim eum quibuſdam velut præſtigiis in teſtamenta irrepere ea, in quibus vere ſcriptus non ſit. *C. Lang.* *Hereditates omnium poſſe converrere*] Sic eſt ſine dubio legendum: & ita ſcriptum eſt in duobus libris antiquiſſimis, & longe optimis: quomodo & Langius admonet legi in aliquot ſuorum. Atque ut magis credas ita legendum, nulli libri habent, *ad ſe.* adſcripta ſunt, ſcilicet, ab aliquo magiſtro ſemidocto, cum fortaſſe ex, *converrere*, prius feciſſet, *convertere.* Eſt autem tralatio a piſcatoribus, qui genere quodam retis, quod everriculum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

vis occultetur, tamen honeſtum fieri nullo modo poteſt: ſic, quod honeſtum non eſt, id utile ut ſit, effici non poteſt, adverſante & repugnante natura. At enim, cum permagna praemia ſunt, eſt cauſa peccandi. C. Marius cum a ſpe conſulatus longe abeſſet, & jam ſeptimum annum poſt praeturam jaceret, neque petiturus umquam conſulatum videretur, Qu. Metellum, cujus legatus erat, ſummum virum & civem, cum ab eo, imperatore ſuo, Romam miſſus eſſet, apud pop. Rom. criminatus eſt, bellum ducere: ſi ſe conſulem feciſſent, brevi tempore aut vivum, aut mortuum Iugurtham ſe in poteſtatem pop. Rom. redacturum. Itaque factus eſt ille quidem con-

lum appellant, magnam vim piſcium corripiunt. Poteſt etiam dici tralationem eſſe ab iis ſervis aut ancillis, quæ ſcopis & verriculis quiſquilias & ſordes domus unum in locum converrunt, ut poſtea in unum acervum congeſtas parvo negotio auferant. Eadem tralatione uſus eſt Horatius ſat. 4. lib. 2. *Nec ſatis eſt cara piſceis averrere menſa*, &c. Sic enim ſcriptum eſt in libris manuſcript. atque ita legendum: quamvis hic locus in noſtra editione prima cum vulgatis conſentiat, culpa operarum. *Lambin.* Probat hanc ſcripturam etiam Nannius, & Turnebus lib. xx Adverſ. cap. 13, nec non Gruterus. Bernardus Gualterus vero I Miſcell. 6. legendum arbitratur, *cernere.* Non patior corrigi lectionem pluribus codd. interque alios noſtris membranis non malis cuſtoditam, neque aliter dictum eſt *hereditates convertere*, domum nempe aut ad ſe, quæ Senecæ *averſa hereditas* eſt de conſtantia Sapientis: *ſi magno labore adſectata hereditas averſa eſt.* Sic Cic. de provinciis Conſularibus: *Vectigal ac portorium Dytrachinorum totum in hujus unius quæſtum eſſe converſum.* Primo de officiis: *Si in ſuam rem aliena convertant.* Frontinus IV Stratag. 3. *nihil ex tantis manubiis in ſuum convertit.* Eſt & in eadem re *intervertere* frequentiſſimum. *Gronov.* IV Obſerv. 5, ubi vide plura. *Convertere* in ſecundo Grævii quoque habetur.

Q. Metellum] Vide Salluſt. bello Iugurthino c. 63, & 64.

Imperatore ſuo] Metuo ne verba hæc, *imperatore ſuo*, adulterina ſint: ſatis enim conſtabat. Item paullo poſt, quidam libri ita habent, *in invidiam adduxerit falſo crimine.* Item Tr. *plebi*: quo pacto Salluſt. & Varro, aliique veteres locuti ſunt: ut *Præf. urbi*; alii, *plebii*: eadem ratione, qua, *pernicii*, a Cicerone dictum eſſe Gellius notat. *C. Lang.* *Imperatore ſuo*] Metuit Langius, ne hæc duo verba ſint adulterina, quæ cum ſint in omnibus libris, ego non dubito, quin a Cicerone ſint aſcripta, ut injuriam Metello a Mario factam amplificaret. Quod ſequitur, *bellum illum ducere*, rectum eſſe ex Nonio etiam cognoſcitur. itaque, *producere*, quod eſt in Manutianis, abjudico. *Fr. Fabrit.* Recte *ducere*, ſic & meus ſecundus, & meliores editiones Langii, Fabritii, aliæque, ut mirer *producere* retinuiſſe Lambinum, Manutium, Gruterum. qui veterum codicum ſcripturam interpolarunt, neſciverunt *ducere* Ciceroni & Cæſari ſæpiſſime accipi pro producere, pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

conſul, ſed a fide, juſtitiaque diſceſſit, qui optimum, & graviſſimum civem, cujus legatus, & a quo miſſus eſſet, in invidiam falſo crimine adduxerit. Ne noſter quidem Gratidianus officio boni viri functus eſt tum, cum praetor eſſet, collegiumque praetorum tribuni plebis adhibuiſſent, ut res nummaria de communi ſententia conſtitueretur. jactabatur enim temporibus illis nummus ſic, ut nemo poſſet ſcire, quid haberet. Conſcripſerunt communiter edictum cum poena atque judicio; conſtitueruntque, ut omnes ſimul in roſtra poſt meridiem deſcenderent: &

trahere. Cic. ep. ult. ad Brutum: *Omnino jam tempora, bellum enim ducetur, integram tibi cauſſam reſervant.* In l. VII, ep. 3 ad M. Murium: *ſuadere inſtitui, ut bellum duceret.* Hinc & *de die in diem ducere negotium* apud Cæſarem & alios. *Græv.*

Ne noſter quidem Gratidianus] Superius cap. 16, hujus libri: *M. Marius Gratidianus, propinquus noſter.*

Tribuni plebis adhibuiſſent] In manuſcripto eſt *adiiſſent*, pro *adhibuiſſent.* F. Vrſin. Non audiendus iſte codex. *Adhibere* enim Ciceroni eſt *adhibere in conſilium*, conſulere. vide quæ notavi ad Luciani Solœciſtam n. 40. *Grævius.*

Iactabatur enim temporibus illis nummus] Hic inſerta vulgo legitur ſententia, *jactabatur enim temporibus illis nummus, ita ut nemo ſciret, quid haberet.* quam in omnibus exemplaribus cum antiquis, tum novis, eo modo reperi. Iovem tamen lapidem dejeraverim non eſſe ab homine Romano prolatum. a coquo potius aliquo Sorboniano. itaque totam ad jus civitatis ſuæ, lege Mucia Licinia (de qua ſupra) relego. Mille talia paſſim obvia ſunt in bonis ſcriptoribus, ut infra, *omnibus vicis ſtatuæ factæ ſunt*, præterquam quod MSS. codices duas poſtremas voces non habent. quis unquam *ſtatuam facere* dictus eſt, niſi ſtatuarius? populus *ſtatuam ſtatuit, ponit, collocat, donat.* C. Lang. *Iactabatur enim temporibus &c.*] Hæc Langius non putat eſſe Ciceronis: cui aſſentior. ea tamen retinui, neque auſus ſum tollere, quia in omnibus libris antiquis reperiuntur: tantum juſſi diſſimilibus litteris imprimi. *Lambin.*

In roſtra poſt meridiem deſcenderent] Balduinus admonet, in ſcripto codice eſſe, *aſcenderent*, noſtri cum impreſſis faciunt. *Fr. Fabrit.* *Aſcenderet* male & contra Gruteri mentem in ejus editionem irrepſit, cum ille vellet *eſcenderent*, quod Muretus in uno codice repererat, & probarat XIV Var. lect. 3, & Aldus in uno, nec non in Petri Danielis MS. reperit Guilielmius, & probavit lib. III, cap. 16 veroſimil. ut & ante Muretus XV, Variar. Lect. 3. Sed librarii non ejus monitis obtemperaverunt. Veteres autem *eſcendere* dixiſſe pro *aſcendere* infinitis fere probarunt exemplis viri doctiſſimi. Cic. pro leg. Mont. *Et his temporibus non pudebat magiſtratus populi Romani in hunc ipſum locum eſcendere.* Vide non modo laudatos ante viros; ſed & Gronovium ad Livii lib. II, 28. & lib. XXIX, cap. II. Sed nec *deſcenderunt*, quod tot alii libri præ ſe ferunt, eſt contemnendum. *deſcenderunt* enim ſc. ex ædibus in roſtra. Quia plerique procerum habitabant in collibus, & fora eſſent humiliora, dicebantur Romæ *deſcendere* cum prodirent

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

c ceteri quidem alius alio, Marius a ſubſelliis in roſtra
ecta, idque quod communiter compoſitum fuerat,
lus edixit, & ea res (ſi quaeris) ei magno honori fuit.
mnibus vicis ſtatuae: ad eas thus, & cerei. quid
ulta? nemo umquam multitudini fuit carior. Haec
nt, quae conturbant in deliberatione non num-
uam, cum id, in quo violatur aequitas, non ita
agnum; illud autem, quod ex eo paritur, per-
agnum videtur: ut Mario, praeripere collegis &
ibunis pleb. popularem gratiam, non ita turpe;
onſulem ob eam rem fieri, quod ſibi tunc propo-
erat, valde utile videbatur. Sed omnium una re-
ula eſt, quam tibi cupio eſſe notiſſimam: aut illud,
uod utile videtur, turpe ne ſit: aut, ſi turpe eſt;
e videatur eſſe utile. Quid igitur? poſſumuſne aut
lum Marium, virum bonum judicare, aut hunc?
xplica atque excute intelligentiam tuam, ut vi-
eas, quae ſit in ea ſpecies, forma, & notio viri
oni. Cadit ergo in virum bonum mentiri emolu-
enti ſui cauſa, criminari, praeripere, fallere? ni-
hil

irent in publicum, licet non habita-
ent in editioribus urbis locis. Sueton.
ul. 13: *Cum mane ad comitia deſcende-
et, prædixiſſe matri oſculanti fertur.*
Cic. 11 Verr. *Poſtridie mane deſcendit,
Agathinum ad ſe vocat.* Idem 11 Phi-
ipp. *Hodie non deſcendit Antonius.*
Græвius.

Omnibus vicis ſtatuæ] In vulgatis li-
ris additur, *factæ ſunt*, quod Victo-
ius recte ſuſtulit, atque a libris ve-
uſtis abeſt. Simile gloſſema omnes
ibros impreſſos Verrina quarta occu-
avit, in quibus legitur, *hujus ſtatuæ
mnibus locis erectæ ſunt:* cum in opti-
no & antiquiſſimo libro, unde e-
nendationes multas ad Lambinum
oſtrum miſi, tantum ſit, *hujus ſta-
uæ locis omnibus.* Verſu inſequenti no-
tri libri cum Victorianis habent, *hæc
unt quæ conturbant in deliberatione non
nunquam, cum id in quo violatur æqui-
tas, non ita magnum* &c. *Fr. Fabrit.*

Hæc ſunt, quæ conturbant homines]
In noſtris libris non eſt vox, *homi-
nes:* & vero videtur ab aliquo ſemi-
docto adjecta. *Lamb.* Applaudit quo-
que Grævii ſecundus.

Quæ ſit ea ſpecies, forma] *Specie*,
legendum caſu ſexto: ſignificat enim
factum illud hujus, vel illius Marii,
quod prius recenſuerat. *Car. Lang.* *Si
qua ſit in ea ſpecies, forma*] Noſtri li-
bri manuſcripti omnes cum vulgatis
conſentientes habent, *quæ ſit in ea
ſpecies, forma & notio*, eodemque mo-
do legitur apud Nonium in verbo ex-
plicare. Langius ait legendum eſſe,
ſpecie, ut ſignificetur factum hujus vel
illius Marii. quod Lambinus, ut a
Ciceronis ſententia & ratione loquen-
di alienum, merito repudiat, (vide
quæ

hil profecto minus. Eſt ergo ulla res tanti, aut commodum ullum tam expetendum, ut viri boni & ſplendorem, & nomen amittas? quid eſt, quod afferre tantum utilitas iſta, quae dicitur, poſſit, quantum auferre, ſi boni viri nomen eripuerit? fidem juſtitiamque detraxerit? Quid enim intereſt, utrum ex homine ſe quis conferat in beluam, an hominis figu-
21 ra immanitatem gerat beluae? Quid? qui omnia recta & honeſta negligunt, dummodo potentiam conſequantur, nonne idem faciunt, quod is, qui etiam ſocerum habere voluit eum, cujus ipſe audacia potens eſſet? Vtile ei videbatur plurimum poſſe alterius invidia. id quam injuſtum in patriam, quam inutile, quam turpe eſſet non videbat. Ipſe autem ſocer in ore ſemper Graecos verſus de Phoeniſſis habebat,

quæ notavit ad ſequentia verba) nam trib. his nominibus ſignificatur inſita & ante percepta cujuſque formæ cognitio, quam Græci tum ἔννοιαν, tum πρόληψιν dicunt, ut eſt in Topicis. *Fr. Fabrit.*

Vtrum ex homine ſe quis convertat in beluam] *Conferre* in opt. libris erat. Et ita alibi Cicero dixit, *conferre ſe in beſtias*, ut Ovid. *Corpus Deus æquoris albam contulit in volucrem.* C. Lang. *Se convertat quis in beluam*] Nihil muto: ſic enim habent libri, & quos mihi Memmius ſuppeditavit, & alii, quamvis Langius alios libros ſecutus, ut ait, *conferat*, ediderit. Præterea ſupra ubi idem ille edidit, *ut videas, quæ ſit in ea ſpecie*, &c. nos, *ſpecies*, edidimus, quia ſic in noſtris libris omnibus antiquis ſcriptum reperimus. Neque vero Langii ſententiam probare poſſumus, qui per ſpeciem, eventum illum, & factum vel hujus, vel illius Marii ſignificari putat. Nam apud Iuriſconſultos nomen *ſpecies*, hoc interdum ſignificat. apud Ciceronem non item. ibi, igitur *in ea*, ſubintelligimus, *intelligentia tua*. Lambin. *Vtrum ex homine ſe convertat quis*] Sic retinuit Lambinus ſecutus libros Memmianos, & alios. Langius edidit, *utrum ex homine ſe conferat quis*, atque ita in optimis libris eſſe affirmat. Optimus certe ex iis quibus nos uſi ſumus, *conferat*, habet, ceteri, *convertat*. Noſtri quoque omnes cum Victorianis legunt, *an hominis figura*, ſine præpoſitione, *in*. Fr. Fabrit. Sed cum *conferre* pro convertere veteres ſint uſi, uti conſtat ex exemplis a Langio allatis, & id in codicibus antiquis reperiatur, dubitari non poteſt quin ignotius vocabulum poſtea mutarint ſcioli, & ſuppoſuerint tritius. Vere autem Ariſtoteles 1 Polit. 2: ὥσπερ γὰρ τελεωθὲν βέλτιστον τῶν ζώων ἄνθρωπός ἐστιν· οὕτω καὶ χωρισθὲν νόμου καὶ δίκης χείριστον πάντων. *Vt ex animantibus homo recte inſtitutus eſt præſtantiſſimum animal: ſic ſine lege & juſtitia omnium immaniſſimum.* Græv.

Vtile enim videbatur] Sic eſt in Manutianis: noſtri cum aliis habent, *utile ei videbatur*, ab iiſdem *Euripidis* nomen paulo poſt abeſt. *Fr. Fabrit.*

Quod

ebat, quos dicam ut potero, incondite fortaſſe, ed tamen ut res poſſit intelligi:

Nam ſi violandum eſt jus, regnandi gratia
Violandum eſt: aliis rebus pietatem colas.

apitalis Eteocles, vel potius Euripides, qui id uum, quod omnium ſceleratiſſimum fuerat, exceerit. Quid igitur minuta colligimus, hereditates, ercaturas, venditiones fraudulentas? Ecce tibi, ui rex pop. Roman. dominuſque omnium gentium ſſe concupierit, idque perfecerit. Hanc cupiditaem ſi honeſtam quis eſſe dicit, amens eſt. probat nim legum & libertatis interitum, earumque opreſſionem taetram, & deteſtabilem, glorioſam put. Qui autem fatetur, honeſtum non eſſe in ea citate, quae libera fuit, quaeque eſſe debeat, regna-, ſed ei, qui id facere poſſit, eſſe utile, qua hunc bjurgatione, aut quo potius convicio a tanto erro- coner avellere? Poteſt enim, dii immortales, cuiuam eſſe utile foediſſimum & taeterrimum parriciium patriae: quamvis is qui ſe eo obſtrinxerit, ab op-

Quod omnium ſceleratiſſimum fuerat] imirum tyrannis.

Qui rex populi Romani] Suetonius Iulio cap. 79: *nec ex eo infamiam ectati etiam regii nominis diſcutere luit.* vide cauſſas ibi. Hinc in cap. notat, ejus ſtatuæ fuiſſe ſubſcriım:

Brutus quia reges ejecit, Conſul primum factus eſt:
Hic quia conſules ejecit, Rex poſtremo factus eſt.

gis autem & *regni* nomen in repuica Romana fuit invidioſiſſimum, ſemper, cum de Romanis loqueıtur, tyrannum & tyrannidem deotet. Hinc *regie & crudeliter facere* ud Ciceronem eſt more tyrannom.

Hanc cupiditatem ſi honeſtam quis eſſe cit] Omnes libri veteres, quos vidimus, habent, *eſſe dicit.* neque aliter edidit Langius. Rivius tamen legendum cenſet, *ducit*: quod probo. *Lambin.* Nulla eſt cauſſa cur recedamus a librorum omnium ſcriptura.

Glorioſam putat] Al. *gloriam putat.* C. Lang.

Errore coner avertere] Omnes vet. *avellere*; uno demto, qui, *abſolvere*: quod nihil ad rem. *C. Lang.* *Coner avertere*] Legendum videtur, *avellere*: ſi librorum antiquorum auctoritatem ſequi volumus: quamquam nonnulli habent, *divellere*: quod minus probo. *Lambin.* *Coner avertere*] *Evellere* eſt in duobus manuſcriptis & impreſſis Victorii libris. ceteri noſtri habent, *avellere*: quod Langius & Lambinus in ſuis quoque invenerunt, ac probant. *Fr. Fabrit.* Palatinus etiam *avellere*, ſed Græv. ſec. *evellere*.

Pa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

oppreſſis civibus Parens nominetur? Honeſtate igitur dirigenda utilitas eſt, & quidem ſic, ut haec duo, verbo inter ſe diſcrepare, re tamen unum ſonare videantur. Non habeo, ad vulgi opinionem, quae major utilitas, quam regnandi, eſſe poſſit: nihil contra inutilius ei, qui id injuſte conſecutus ſit, invenio, cum ad veritatem coepi revocare rationem. poſſunt enim cuiquam eſſe utiles angores, ſollicitudines, diurni & nocturni metus, vita inſidiarum periculorumque pleniſſima?

Multi iniqui atque infideles regno, pauci ſunt boni, inquit Accius. At cui regno? quod a Tantalo, & Pelope proditum jure obtinebatur. Nam quanto plures ei regi putas, qui exercitu populi Roman. populum ipſum Rom. oppreſſiſſet, civitatemque non modo liberam, ſed etiam gentibus imperantem, ſervire ſibi coegiſſet? Hunc tu quas conſcientiae labes in animo cen-

Parens nominetur] Sueton. Iul. cap. 76: *Honores modo nimios recepit*, &c. *ut prænomen imperatoris, cognomen patris patriæ.*

Vnum ſonare] *Sonare*, idem eſt quod ſignificare, II de finibus. *Epicurum non intelligere interdum, quid ſonet hæc vox voluptas*; id eſt, quæ vis huic voci ſubjiciatur. *Car. Lang.* *Verbo inter ſe diſcrepare, unum ſonare videantur*] Videtur legendum, *re unum ſonare vid.* idque ex obſcuris duorum librorum veterum litterarum veſtigiis. *Lambin.* *Vnum ſonare videantur*] Hoc tantum eſt in noſtris manuſcriptis. alii addunt, *ſed*, alii, *ſed tamen.* probabilius eſt, particulam, *re*, propter ultimam ſyllabam verbi, *diſcrepare*, eſſe prætermiſſam. nam *verbo* & *re* ſic apud Latinos opponuntur, ut apud Græcos λόγῳ καὶ ἔργῳ. Quod autem Langius cum quibuſdam aliis deinde habet, *nunc adeo*, pro, *nunc abeo*, mendoſum eſt, atque a libris antiquis improbatur. *Fr. Fabrit.*

Non habeo, ad vulgi opinionem, quæ major utilitas] Sic hunc locum primus ex antiquo codice reſtituit Muretus Var. lect. XIV, 3. quod approbat unus Baldi, duo Palatini, & merito recepit Gruterus. Vulgata, *nunc abeo ad vulgi opinionem* ſunt fatua. *Non habeo* autem eſt, non habeo dicere.

Angores, ſollicitudines] Exemplum ſuperius attulit ipſe non unum. His addatur, ut infinita prætercam, inſigne Tiberii. Vide de ejus angoribus Suetonium in ejus vita cap. 63 & ſequentibus. Ipſe vero fatetur miſerrimum ſuum ſtatum in ad Senatum epiſtola ibid. in cap. 76: *Quid ſcribam vobis, patres conſcripti, aut quomodo ſcribam, aut quid omnino non ſcribam hoc tempore, Dii me, Deæque pejus perdant, quam quotidie perire ſentio, ſi ſcio.*

Hunc tu quas conſcientiæ labes in animo cenſes habuiſſe? quæ vulnera?] De his ex Platonis ſententia Tacitus ad illa verba, quæ modo ex Tiberii epiſtola attuli, VI annal. cap. 6, ſic diſputat. *Adeo facinora atque flagitia ſua ipſi quo-*

cenſes habuiſſe? quae vulnera? Cujus autem vita ipſi
poteſt utilis eſſe, cum ejus vitae ea conditio ſit, ut,
qui illam eripuerit, in maxima & gratia futurus ſit &
gloria? Quod ſi haec utilia non ſunt, quae maxime
videntur, quia plena ſunt dedecoris, ac turpitudi-
nis, ſatis perſuaſum eſſe debet, nihil eſſe utile, quod
non honeſtum ſit. Quamquam id quidem, cum ſae- 22
pe alias, tum Pyrrhi bello a C. Fabricio, conſule ite-
rum, & a ſenatu noſtro judicatum eſt. Cum enim
rex Pyrrhus populo Rom. bellum ultro intuliſſet,
cumque de imperio certamen eſſet cum rege gene-
roſo, ac potente; perfuga ab eo venit in caſtra Fa-
bricii, eique eſt pollicitus, ſi praemium ſibi propo-
ſuiſſet, ſe, ut clam veniſſet, ſic clam in Pyrrhi caſtra
rediturum, & eum veneno necaturum. Hunc Fabri-
cius reducendum curavit ad Pyrrhum: idque factum
ejus a ſenatu laudatum eſt: Atqui ſi ſpeciem utilita-
tis opinionemque quaerimus, magnum illud bellum
perfuga unus, & gravem adverſarium imperii ſuſtu-
liſſet: ſed magnum dedecus & flagitium, quicum
laudis certamen fuiſſet, eum non virtute, ſed ſce-
lere ſuperatum. Vtrum igitur utilius vel Fabricio,
qui

quoque in ſupplicium verterant. Neque fruſtra præſtantiſſimus ſapientiæ firmare ſolitus eſt, ſi recludantur tyrannorum mentes, poſſe adſpici laniatus & ictus, quando ut corpora verberibus, ita ſævitia, libidine, malis conſultis animus dilaceretur. Claudian. II in Rufin.

en pectus inuſtæ
Deformant maculæ, vitiiſque inolevit
imago,
Nec *ſeſe commiſſa tegunt.*

Videndus etiam Lucianus, qui lepide hæc explicat in Cataplo.

Cujus autem vita ipſi poteſt utilis eſſe] Vetus liber habet, *cui autem vita ipſa poteſt utilis eſſe:* & ita legendum opinor. in Lælio, *vitalis* legitur, pro *utilis.* F. Vrſin. Sed repugnant libri omnes alii.

In maxima & gratia futurus ſit & gloria] Vt Harmodius & Ariſtogiton interfecto Hipparcho, Piſiſtrati filio, & aliis tyrannicidis, quibus ſtatuæ aliique honores ſunt decreti.

De imperio] Vide ſuperius librum I, c. 12.

Hunc Fabritius reducendum curavit ad Pyrrhum, idque factum ejus a ſenatu laudatum eſt] Merito laudatum eſt a ſenatu. Rationem reddit Grotius III de Iure Belli & Pacis cap. I. §. 21, & 22 quem vide, ut & Albericum Gentilem de Iure Belli lib. II, cap. 6.

Vtrum igitur utilius] In Victoriana editione legitur, *viſum igitur utilius.* & ambitus hic abſque interrogatione ita clauditur, *armis cum hoſte certare, non venenis.* quam lectionem Maturan-

qui talis in hac urbe, qualis Ariſtides Athenis fuit, vel ſenatui noſtro, qui nunquam utilitatem a dignitate ſejunxit, armis cum hoſte certare, an venenis? Si gloriae cauſa imperium expetendum eſt, ſcelus abſit, in quo non poteſt eſſe gloria. ſin ipſae opes expetuntur quoquo modo, non poterunt utiles eſſe cum infamia. Non igitur utilis illa L. Philippi, Qu. filii, ſententia: quas civitates L. Sulla, pecunia accepta, ex ſenatuſconſulto liberaviſſet, ut hae rurſus vectigales eſſent: neque his pecuniam, quam pro libertate dederant, redderemus. Eſt ei ſenatus aſſenſus. turpe imperio. piratarum enim melior fides, quam ſenatus. At aucta vectigalia; utile igitur. Quouſque audebunt dicere quidquam utile, quod non honeſtum? Poteſt autem ulli imperio, quod gloria fultum eſſe debet, & benivolentia ſociorum, utile eſſe odium, & infamia? Ego etiam cum Catone meo ſaepe diſſenſi. nimis mihi praefracte videbatur aera-

rantius in ſuo commentario ſequitur. *Fr. Fabrit.*

Armis cum hoſte certare, an venenis] Quem interficere licet, eum gladio an veneno interimas nihil intereſt, jus naturæ quod attinet. At jure gentium jampridem nefas fuit, hoſtem veneno interficere; ne pericula in bellis, quæ crebra eſſe cœperunt, nimium intenderentur: Plura hanc in rem legi poterunt apud Grotium lib. III de Iure Belli & Pacis cap. 4. n. 15. ſeqq. Et Alb. Gentilem lib. II de Iure Belli c. 6. *Rachel.*

Ex ſenatuſconſulto liberaviſſet] Cum civitates has ex ſenatuſconſulto immunes ac liberas eſſe juſſiſſet Sulla, cur dubitemus recte reprehendi Q. Philippum, qui contra datam a ſenatu, penes quem dandi negandive talia poteſtas erat, fidem vectigales illas civitates eſſe cenſuerit, nec pecuniam, qua redemerant libertatem, reddiderit: quæ quia ſenatu decernente erat accepta, ita aut in ærarium relata, aut in rempublicam impenſa.

Quam ſenatus] Has duas voces Langii codex non habet, ac videntur ex gloſſemate irrepſiſſe. *Fr. Fabrit.*

Nimis mihi præfracte] *Præfracte*, pro pertinaciter poſitum eſſe, Eraſmus annotavit. Nonius legit, *nimis mihi præfractum videbatur*: & *præfractum* interpretatur durum, inflexibile. *Fr. Fabr.* Vere damnat hic Cicero Catonis præfractum nimis vectigalia urgendi & a publicanis exigendi ſtudium. Cum iis enim agendum tanquam cum colonis, quibus, ſi calamitas quædam fundum infeſtavit, & proventum perdidit, remittimus aliquid de pacta mercede, aut vectigali, quod annuum nobis pro uſu ſoli pendunt: ſic & publicanis, ſi animoſe nimis vectigalia publica conduxerunt, & inopinata mala interceſſerunt, per quæ non poſſunt ſolvere, quantum ad reip. ſolvendum ſe obſtrinxerunt, æquita-
poſtu-

aerarium, vectigaliaque defendere, omnia publica-
nis negare, multa ſociis: cum in hos benefici eſſe
deberemus, cum illis ſic agere, ut cum colonis no-
ſtris ſoleremus, eoque magis, quo illa ordinum
conjunctio ad ſalutem reipub. pertinebat. Male etiam
Curio, cum cauſam Tranſpadanorum aequam eſſe
dicebat: ſemper autem addebat, Vincat utilitas.
Potius diceret, non eſſe aequam, quia non eſſet
utilis reip. quam, cum utilem eſſe diceret, non eſ-
ſe aequam fateretur. Plenus eſt ſextus liber de offi- 23
ciis Hecatonis talium quaeſtionum: Sitne boni viri
in maxima caritate annonae familiam non alere. in
utramque partem diſputat: ſed tamen ad extremum
utilitate putat officium dirigi magis, quam humani-
tate.

oſtulat ut non nihil pecuniæ debitæ emittatur. Quod cum Cato nollet cere, ordinem equeſtrem a ſenatu sjunxit, & feneſtram aperuit Cæſa- & Pompeio rempublicam oppri-endi, uti queritur veriſſime Cicero on hic modo, ſed in epiſtolis ad At-cum in libro primo ep. 17, & 18. & libro ſecundo epiſtola prima.

Quod illa ordinum conjunctio] *Quo* t Victorius, Langius, & meliores li-i manuſcripti. *Fr. Fabrit.*

Cum cauſſam Tranſpadanorum] Qui tebant jus civitatis, de quibus Sue-n. Iul. cap. 8: *Decedens ergo ante mpus, colonias Latinas de petenda civi-e agitantes adiit.* Harum cauſſam e-ſſe videtur etiam Curio. eorum am meminit Suetonius in capite quente, ubi ait Lambranos & Trans-danos voluiſſe novas res moliri, ni-rum ob civitatem, quam petebant, gatam.

Vincat utilitas] Quidam libri ma-ſcr. habent, *vincat reip. utilitas.* mbin.

Potius diceret] *Doceret*, eſt in opti-o libro noſtro, quod malo: nam ırio, cum orator eſſet, populum cere debebat, eam cauſam, quæ n eſſet utilis reip. ne æquam qui-dem eſſe. quod ſequitur Paulus Manutius ita legendum eſſe putat, *quam, cum æquam eſſe fateretur, non eſſe utilem diceret.* Victorius edidit, *quam cum utilem eſſe diceret, non eſſe æquam fateretur.* atque ita in noſtris manuſcriptis legitur. Quod Lambinus edidit Langii liber habet. *Fr. Fabrit.*

Potius diceret non eſſe æquam, quia non eſſet utilis reip.] Præcedentia & ſequentia verba poſtulant, ut vel invitis libris ſcribatur: *potius diceret non eſſe utilem reipublicæ, quia non eſſet æqua, quam, cum utilem eſſe diceret, non eſſe æquam fateretur.* Sic enim ultima verba ex Palatinis, editione Victoriana, libris Suffridi, & Petri Danielis, ac editionibus principibus reſtituit Gruterus, cum in vulgatis peſſime & ineptiſſime legeretur, *æquam eſſe diceret, non eſſe utilem fateretur.* Clamabat Curio *vincat utilitas*, quamvis adverſaretur æquum, jus & fas. Cicero vero docet Curioni potius dicendum fuiſſe, *vincat æquum*, licet aliud ſuadere videatur utilitas, ſed quia ei repugnat æquitas, ideo utilitas eſt repudianda. *Grævius.*

Vtilitate putat officium dirigi magis, quam humanitate] Palat. primus, & editio Rom. prima *utilitate ut putat*,

tate. Quaerit, ſi in mari jactura facienda ſit, equine pretioſi potius jacturam faciat, an ſervuli vilis. hic alio res familiaris, alio ducit humanitas. Si tabulam de naufragio ſtultus arripuerit, extorquebitne eam ſapiens, ſi potuerit? negat, quia ſit injurium. Quid? dominus navis, eripietne ſuum? minime: non plus, quam ſi navigantem in alto ejicere de navi velit, quia ſua ſit. quoad enim perventum ſit eo, quo ſumta navis eſt, non domini eſt navis, ſed navigantium. Quid, ſi in una tabula ſint duo naufragi, aeque ſapientes, ſibine uter rapiat, an alter cedat alteri? cedat vero: ſed ei, cujus magis interſit vel ſuae, vel rei-

nec aliter editio Victorii, & Palatinus ſecundus, niſi quod ii præterea *dirigit.* unde ſuſpicio mihi oritur fuiſſe primitus, *utilitate putat officium magis*, omiſſo illo *dirigi.* Gruterus. Male. Non recedendum a vulgata, quam firmat meus ſecundus. Idem loquendi genus occurrit in cap. 21, hujus libri, *dirigenda eſt utilitas honeſtate*, hoc eſt, metienda. Recte vero Hecaton, quia ſum proximus mihi, & primo mei, tum qui me proxime tangunt, uxoris, liberorum, fratrum, conſervationi debeo ſtudere, quam ſervorum, præſertim ubi mihi cum illis, ſi eis demenſum do, brevi eſt fame pereundum. *Grævius.*

Alio ducit humanitas] Vincere debet humanitas, etiamſi viliſſimi pretii ſit mancipium. Etſi enim illi ſervi ita erant in dominio, ut vendi & quovis alio modo alienari poſſent, ſintque pars ſui domini, ſic ut qua ſervus eſt, nulla illi cum hero intercedat ſingularis amicitia, quatenus tamen homo & ipſe eſt, herus illi communionem rerum & officia humanitatis omnino debet. Locum ex 8 Nic. alias jam produxi. Inhumaniſſimi igitur ingenii fuit Aſinius Pollio, qui ſervum murænis objecerit, quod vas cryſtallinum confregiſſet imprudens: quam barbariem ita caſtigavit Auguſtus, ut omnem vaſorum iſtorum ſuppellectilem pretioſiſſimam obtriverit. *Rachel.*

Quia ſit injurium] Recte. Intereſt quidem reip. magis, vivere ſapientem, quam ſtultum; nolit tamen propter perfectionem ſummam vitam ſuam alienæ vitæ jactura conſervare. Etſi enim ille ſit ſapiens, hic ſtultus, in hujus tamen vitam nullum jus iſte conſecutus videtur. *Rachel.* Certe injurium. Nam quamvis conſervationi mei inprimis ſervire me docuerit natura, tamen non vult ut cum injuria alterius me ſervem. Neque enim hoc mihi fieri velim: itaque nec alteri faciendum.

Ejicere de navi velit, quia ſua ſit] Sic legendum: & ita habent omnes veteres codices. eſt autem ratio, quam affert dominus navis, quare navigantem in alto, e navi ejiciat, quo modo autem in vulgatis legitur, eſſet ratio Hecatonis propter quam neget, a navis domino eum, qui in alto naviget, e navi ejici debere. *Lambin.*

Quo ſumpta navis ſit] Hujus loci teſtimonio Nonius docet *ſumere* eſſe conducere. *Fr. Fabrit.*

Sibi ne uter rapiat] Ante nullus ſenſus erat. *Vter*, idem quod utervis: ut pro Seſtio, *horum utro uti volueris, altero eſt carendum.* ita & infra in paradox. Inde *neuter* quaſi *ne uter.* Car. Lang.

Sibine uter rapiat]. In libris vulgatis legitur, *ſibine uterque rapiat.* tres manu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

eipub. cauſa vivere. Quid, ſi haec paria in utroue? nullum erit certamen, ſed quaſi ſorte, aut iicando victus, alteri cedat alter. Quid ſi pater fana xpilet, cuniculos agat ad aerarium: indicetne id agiſtratibus filius? nefas id quidem eſt. quinetiam efendat patrem, ſi arguatur. non igitur patria praeat omnibus officiis? immo vero: ſed ipſi patriae onducit, pios cives habere in parentes. Quid, ſi rannidem occupare, ſi patriam prodere conabitur ater? ſilebitne filius? immo vero obſecrabit patrem, e id faciat. ſi nihil proficiet, accuſabit, minabitur iam: ad extremum ſi ad perniciem patriae res ſpecta-

ipti noſtri cum Langianis habent, me *uter rapiat.* quam lectionem atander quoque ad oram ſui libri ripſit. *Vter* autem pro utervis uſurtur, ut in clauſula edicti Verrini, *uter volet, recuperatores dabo*, qua rres tam aratori, quam decumano teſtatem agendi fecit, ut utercume vellet, illi experiundi facultas eſ. Sic epiſt. 9. lib. 1. ad Att. *Sed hæc ſanabuntur, cum veneris, aut ei moa erunt, in utro culpa erit.* Langius oque Paradoxo tertio ex libris anuis legit, *quæ quando utro acceſſit, ſit propenſius.* Fr. Fabrit.

Quaſi ſorte] Vt Ionas in ſacris litte: male Gruterus *forte.* Grævii quoe ſecundus: *quaſi ſorte aut micando*] *Micando*, recte Langius ex antiquo libro, pro *dimicando* repoſuit, nam & Turnebus præceptor noſter lib. 20. Adverſar. cap. 13. ita legendum eſſe probat. Verſu ſequenti Lambinus cum Langio legit, *cuniculos agat in ærarium*, ubi noſtri manuſcripti cum impreſſis aliis, *ad ærarium*, habent. Sic Cæſar lib. 3. de bello Gallico, *cuniculis ad aggerem vineaſque actis.* Livius lib. 4. *Agere in arcem cuniculum inſtituit*, idem lib. 5. *Cuniculus in arcem hoſtium agi cœptus.* Græci, ut Plutarchus in Camillo, ὑπονόμους τέμνειν, dicunt. *Fr. Fabrit.*

Aut micando victus] Liber vallis S. mberti, *micando* habuit: recte. Micionis digitorum qualem ludum ræci ἀρτιάζειν hoc eſt *par impar* vintur appellaſſe, meminit & ſupra; de Divinat. & de finibus, item Var. Controverſias autem micationis decidi ſolere; æque ut ſortibus, Turci Aproniani Pr. urb. edicto, od extat, clarum eſt. Sic quoque go in Suet. Auguſtos *Patrem & fim, pro vita rogantes, ſortiri aut mire juſſiſſe*, ubi vulgo *dimicare* ridicu. *Car. Lang.* *Quaſi ſorte, aut mican-*

Quin etiam defendat patrem, ſi arguatur] Id utique pietas liberorum in parentes requirit, ſi parentum crimina non ad interitum patriæ ſpectant. Nam *atrox exemplum, reus pater, accuſator filius*, ut Tacitus ait annali IV, cap. 28. Quin non tantum laudi ducitur filio, ſi patrem defendit: (Nam ſi oratori hoc licet, ut in libro ſecundo vidimus, cur non & filio?) ſed & recte Tiberius Piſonis, qui civile bellum moverat, filio ignovit, quod parenti dicto audiens eſſe tanquam filius fuerit obſtrictus. Tiberius, inquit Tac. III ann. 17, *adoleſcentem* Piſonem *crimine belli civilis purgavit, patris quippe juſſa nec potuiſſe filium detrectare.*

ſpectabit, patriae ſalutem anteponet ſaluti patris. Quaerit etiam, ſi ſapiens adulterinos nummos acceperit imprudens pro bonis: cum id reſcierit, ſoluturuſne ſit eos, ſi cui debeat, pro bonis. Diogenes ait, Antipater negat, cui potius aſſentior. Qui vinum fugiens vendat ſciens, debeatne dicere. Non ne-

Patriæ ſalutem anteponet ſaluti patris] Quod in libro primo pluribus declaravit, cum comparavit, & quaſi libravit officia, docuitque primum locum ſibi vindicare, quæ debentur patriæ, ſecunda, quæ parentibus, tertium, quæ liberis & familiæ, denique, quæ amicis & propinquis ſunt præſtanda, quia ut ibidem ait *omnium charitates patria una complexa eſt.* Hinc & Valer. Max. lib. v, cap. 6: *Patriæ majeſtati etiam illa, quæ deorum numinibus æquatur, auctoritas parentum, vires ſuas ſubjecit: fraterna quoque caritas æquo animo ac libenti cedit.*

Patriæ ſalutem anteponet ſaluti patris] Non pari jure id faciet vitato jam periculo, in facti pœnam. Facit huc egregia lex 35. ff. de relig. & ſumpt. fun. ubi ex Zaſio memorat Dion. Gothofredus, tale quid olim duos nobiles de Falckenſtein in ſuum parentem deſignaſſe. *Rachel.*

Antipater negat, cui potius aſſentior] Vera eſt hic Antipatri contra Diogenem Babylonium ſententia. Dolus enim alterius, quo ego deceptus ſum, nullum mihi jus dat viciſſim decipiendi alterum, & quidem in illa re, quæ ex inſtituto hominum uti originem, ita certum modum, & ex quantitate ac qualitate metalli certum pretium definitum accepit, quod certe ſi dolus alterius corruperit, eoque ipſo ego circumventus ſim, non tamen idem mihi eo nomine in alterum licet. Vel igitur id age, ut pro adulterinis genuinos nummos recuperes, aut, ſi id non licet, tuæ vel imperitiæ vel qualicunque infelicitati, aut ſceleri alterius imputa, nullo capto conſilio alios item fallendi. *Rachelius.*

Venenum fugiens vendat ſciens] Libri fere omnes veteres, quibus uſus ſum, habent, *venenum fugiens*: quomodo & Barnabas Briſſonius ſe in uno item libro antiquiſſimo ſcriptum vidiſſe mihi aſſeveravit, idque litteris mandavit. probat enim antiquam hanc ſcripturam: & ait per, *venenum*, ſignificari bonum & ſalutare venenum, ſeu pharmacum: *fugiens autem*, id eſt, cujus vis & virtus evanuerit. *Lambin.* *Qui venenum fugiens*] Sic eſſe in omnibus libris veteribus, quibus uſus ſit, Lambinus noſter ſcribit, noſtri quoque omnes, *venenum*, non, *vinum*, habent, eodem modo Turnebus in pervetuſto codice invenit, ut ipſe teſtatur lib. 20. Adverſ. c. 13. probat idem Barnabas Briſſonius, & ait per *venenum* ſignificari bonum & ſalutare venenum ſeu pharmacum. de qua ſignificatione hujus verbi Cajus in L. *qui venenum*, 236. D. de verbor. ſignif. *fugiens* autem, id eſt, cujus vis & virtus evanuerit. Nonius ita ſcribit *fugere* dictum eſt deterius fieri, M. Tullius Officior. lib. 3. *Si quis vinum fugiens vendat ſciens.* Fr. Fabrit. *Venenum* extat quoque in meo ſecundo, & Pithæi excerptis, nec non Palatinis. Sed tamen rectius Manutius, ſecutus auctoritatem Nonii, & libros, quos ille proculdubio vetuſtiores his, quos nunc habemus, vidit, *vinum fugiens* prætulit. Nam, quæ Gruterus opponit, vinum fugiens poſſe guſtu deprehendi, non ſemper verum eſt. Multa vina fugientia primo guſtu fallunt præſertim eos, qui palatum non habent ſatis eruditum. Eſt enim vinum fugiens, quod durare & ætatem ferre non poteſt, & cujus vis exoleſcit brevi tempore.

Hæc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ieceſſe putat Diogenes: Antipater viri boni exiſti- mat. Haec ſunt quaſi controverſa jura Stoicorum. In mancipio vendendo dicendane vitia, non ea, quae iſi dixeris, redhibeatur mancipium jure civili: ſed aec, mendacem eſſe, aleatorem, furacem, ebrio- um. Alteri dicenda videntur, alteri non videntur. i quis aurum vendens, orichalcum ſe putet vende- e, indicetne ei vir bonus, aurum illud eſſe, an emat dena-

Hæc ſunt quaſi controverſa jura Stoico- um] Quidam lib. *hæ ſunt quaſi contro- erſiæ in jure Stoicorum*; alii, *hæc ſunt uaſi controverſa jura Stoicorum. hæc* empe quæ ſequuntur. Nam præce- entia, jam diſſolvit. locus erat omni- o corruptus: Dicendane, inquit, vi- a: non ea, quæ niſi dixeris, redhi- eri poſſit mancipium jure civili, ut rvum fugitivum eſſe, equum luna- cum, & ſimilia. hoc enim etiam in- r Stoicos convenire ſupra dixerat, d hæc, &c. *Car. Lang. Hæc ſunt quaſi ntroverſa jura Stoic.*] Sic legendum t, ratione poſtulante, ac pervincen- : quam & veteres codices adjuvant. icunt autem Latini *jus controverſum*, l eſt, jus ambiguum, quod opponi- ır *certo*, & de quo nulla controver- a eſt. *Lambin. Hæc ſunt quaſi contro- erſa jura*] Sic edidit Victorius, ita- ue in melioribus libris antiquis legi- ır. Sunt autem controverſa jura Stoi- orum, ut Turnebus ſcribit, cauſæ & onſultationes, de quibus Stoici in- r ſe diſſentiunt, quæ tranſlatio ſum- a eſt a juriſconſultis, apud quos jura ontroverſa & dubia vocantur, de qui- us inter juriſconſultos eſt diſſenſio, t cum aliud videtur Mucio, aliud ruto, aliud Manilio. *Fr. Fabrit.*

Sed hæc mendacem eſſe, aleatorem, rem] Mancipium ob hæc vitia a- imi non redhibetur, L. 4. D. de dilitio edicto. *Fr. Fabritius.* Quod ic Cicero inculcat, animi vitia dilitio edicto comprehenſa non uiſſe, aliter ſane judicarunt illum ubſecuti Iuriſconſulti. Vide lib. 1. . 11. l. 2, 3, 4. aliaſque. ff. de ædil. edict. Sed dicendum erit, Ciceronem non loqui de quovis animi vitio, ſed de ſervo aleatore, vinoſo, mendace, furace. Atque tria quidem priora vi- tia etiam excepta videas l. 4. §. 2. ff. eod. Verba ejus hæc ſunt: *Aleatores & vinarios non contineri edicto quoſdam reſpondiſſe, Pomponius ait: quemadmo- dum nec guloſos, nec impoſtores, aut mendaces, aut litigioſos.* Quod furti vi- tium attinet, videntur quidem con- tradicere Ciceroni l. 31. §. 1. & l. 52. ff. eod. Sed ſi attente ſenſum videas, venditor non ex edicto, ſed ſuo pro- miſſo demum tenebitur. *Sed ſi dixe- rit, hunc furem non eſſe, ex illa parte tenebitur, quod dixit promiſit ve.* Verba ſunt ICti d. l. 52. Aliud de hac quæ- ſtione viſum fuiſſe Antipatro ait, aliud Diogeni: iſti vitia dicenda eſſe viſa fuerunt, huic non dicenda. Vtri ad- ſentiatur Cicero, ex ſuperioribus con- ſtat. *Rachel.*

Si quis aurum orichalcum ſe putat vendere] Perſpicuum ex ſuperioribus eſſe ait, quid ſibi videatur, videlicet, indicandum hoc venditori ab emptore bono viro eſſe, quod minoris ſuum vendiderit. Recte. Nam licet hic con- tractus ſit συνάλλαγμα tale, in quod ultro citroque ſeu utrinque ſponte conſentiant; ſimplicitas tamen ejuſ- modi nemini debet eſſe fraudi: abſque hac enim ſi fuiſſet, venditor in tam vile pretium non conſenſiſſet. Boni itaque viri eſt, ut nolit cum gravi al- terius jactura locupletari. Atque id- circo hanc Iuris naturalis regulam ICtus pro fundamento ſubſternit con- dictioni indebiti. l. 14. ff. de condict. in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

denario, quod ſit mille denarium? Perſpicuum jam
eſt, & quid mihi videatur, & quae ſit inter eos phi-
24 loſophos, quos nominavi, controverſia. Pacta, &
promiſſa ſemperne ſervanda ſint, quae nec vi, nec
dolo malo (ut praetores ſolent) facta ſint? Si quis me-
dicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem,
pepigeritque, ne illo medicamento umquam poſtea
uteretur; ſi eo medicamento ſanus factus fuerit, &
annis aliquot poſt inciderit in eundem morbum, nec
ab eo, quicum pepigerat, impetret, ut item eo li-
ceat uti, quid faciendum ſit. Cum ſit is inhumanus,
qui non concedat, nec ei quidquam fiat injuriae, vi-
tae & ſaluti conſulendum. Quid? ſi quis ſapiens
rogatus ſit ab eo, qui eum heredem faciat, cum ei
teſtamento ſeſtertium millies relinquatur, ut ante,
quam

indeb. *Et omnia, quæ contra bonam fidem fiunt, veniunt in empti actionem*; inquit alius l. 1. §. 1. ff. de act. empt. Quod univerſale pronuntiatum non ſolum ad venditorem, ſed & ad emptorem pertinet. Imo ejuſmodi error circa materiam ſeu ſubſtantiam ſi interveniat, contractum illum penitus nullum reddit, ex ſententia Vlpiani l. 9. §. 2. & l. 14. ff. de contrah. empt. *Rachel.* Lactantius lib. v. Inſtitut. divin. 17: *Qui vendentis errorem non redarguit, ut parvo emat, aut qui non profitetur fugitivum ſervum, vel peſtilentem ſe domum vendere, lucro & commodo ſuo conſulens, non eſt ille ſapiens, ut Carneades volebat, ſed callidus & aſtutus.* vide & Seldenum de Iure naturæ & gentium ſecundum Hebræos lib. VI, cap. 5.

Quod ſit mille denarium] In Manutianis eſt, *quod ſit millenarium.* Vetuſti, *mille denarium*, & quidam, *denariorum*, habent. Nonius *denarium* probat. *Fr. Fabrit.* *Quod ſit mille denarium*, eſt, quod æſtimetur, vendatur mille denariis. Eſſe enim eſt venalem eſſe, æſtimari. Cic. III Verrin. *Quum in Sicilia ſeſtertiis binis tritici modius eſſet.* Et mox: *ut ſibi pro frumento, quanti frumentum eſſet, dare liceret.* Liv. 29: *Sextante ſal & Romæ, & per totam Italiam erat.* Sed *denarium* eſt *denariorum.* I. Fr. Gronov.

Pacta & promiſſa ſemperne ſervanda ſint] Vide quæ de hoc argumento diſputat H. Grotius II de Iure Belli & Pacis cap. XI.

Quæ nec vi, nec dolo malo] Vid. tit. H. *Quot. met. cauſa.* & *de dolo malo.* & Briſſon. de formulis. *Rachel.*

Vt prætores edicere ſolent] *Edicere* in noſtris libris & Victorianis, & Langianis non legitur. Poteſt autem verbum *ſervare*, intelligi. quod in prætoris edicto exprimitur, L. Iuris gentium. 7. D. de pactis. *Fr. Fabrit.* Subauditur *edicere.*

Cum ſit is inhumanus] Recte ſentit Cicero, non ſolum quod magna ſit ſtipulantis inhumanitas; ſed quod tali caſu promiſſor nexu ſuo liberari videatur, utpote contra bonos mores exacta promiſſione. His enim utique adverſatur, nolle alterius ſalutem conſervare, cum poſſis & debeas. Præterea promiſſio, ut ait Grotius d. c. §. 8. vim accipit ex jure promittentis,
nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

quam hereditatem adeat, luce palam in foro ſaltet, dque ſe facturum promiſerit, quod aliter eum heredem ſcripturus ille non eſſet: faciat, quod promiſerit, necne? Promiſiſſe nollem, & id arbitror fuiſſe gravitatis. ſed quoniam promiſit, ſi ſaltare in foro urpe ducet, honeſtius mentietur, ſi ex hereditate nihil ceperit, niſi forte eam pecuniam in reip. magnum aliquod tempus contulerit: ut vel ſaltare cum, cum patriae conſulturus ſit, turpe non ſit. Ac ne illa quidem promiſſa ſervanda ſunt, quae non unt iis ipſis utilia, quibus illa promiſeris. Sol Phaehonti filio (ut redeamus ad fabulas) facturum ſe eſſe lixit, quidquid optaſſet: optavit ut in currum patris

ec ultra eam extendi poſſe. Iam vero non eſt in poteſtate promiſſoris, ſe nolle rationem & curam habere ſalu- is, eamque ſibi exploratam uſu. *Rahel.*

Luce palam in foro ſaltet] Sic olim eſtitueram ex Nonio, *luce claro in foo ſaltet.* nam cum apud Nonium legiſſem, quo loco docet veteres uſurpaſſe vocem, lux, in genere fæminino & maſculino, M. Tull. III de Offic. *Et cum prior ire luce claro non queo.* putaram Nonium dormitaſſe, & hunc locum proferre voluiſſe. Nunc ive Nonius dormitarit, quod veriſimile eſt, ſive quid aliud ſit, lectionem vulgatam, a qua non diſcrepat antiqua, retineo. *Lambin.*

Promiſiſſe nollem] Liber Pacenſis habet, *promiſſione nollem*: forte legendum, *promiſſionem nollem.* quæ locuio eſt elegans, ut XIV. ad Att. *Tertullæ abortum nollem.* Id eſt, velim non abortiſſe, quomodo Terentius & Cicero ſæpe loquuntur. *C. Lang.* *Promiſiſſe nollem*] Sic habent noſtri libri. Langius autem ex veſtigiis antiquæ cujuſdam ſcripturæ legit, *promiſſionem.* Omnino hæc vulgata, & recepta mihi ſuſpecta eſt. Videtur enim legendum potius, *promiſiſſet nollem.* Paullo ante, *quod promiſerit illi*: non, *quod promiſerit ille*: vel delendum, *ille.* cujus vocis nulla exſtant in libris veteribus veſtigia. *Lambin.* *Promiſiſſe nollem*] Sic eſt in noſtris manuſcriptis. Langius ex veſtigiis unius libri vetuſti legit, *promiſſionem nollem.* Lambino videtur potius legendum, *promiſiſſet nollem*, id eſt, vellem non promiſiſſet. *Fr. Fabrit.*

Honeſtius mentietur] Fidem promiſſis non præſtabit. quia talium promiſſorum, quibus vel verum honeſtum vel moribus & conſuetudine tale læditur, nulla ſit obligatio. l. 6. C. de pact. *Rachel.*

Quam ſi ceperit] Hæc verba in duobus libris non comparent. itaque illa a Manutio & Langio merito eſſe inducta arbitror. *Fr. Fabrit.*

Quia non ſunt iis ipſis inutilia] Itaque Seneca IV de beneficiis 10 probe monet: *Nihil ſine ratione faciendum eſt. non eſt autem beneficium niſi quod ratione datur: quoniam ratio omnis honeſti comes eſt. Quam ſæpe hominum donationem ſuam inconſultam objurgantium hanc audimus vocem, mallem perdidiſſe, quam illi dedidiſſe? Turpiſſimum genus damni eſt inconſulta donatio.* Itaque inutile aut noxium promiſſum non ſervandum nam ut Seneca eod. lib. cap. 36: *Demens eſt, qui fidem præſtat errori.*

tris tolleretur: ſublatus eſt; atque inſanus antequam conſtitit, ictu fulminis deflagravit. Quanto melius fuerat, in hoc promiſſum patris non eſſe ſervatum? Quid, quod Theſeus exegit promiſſum a Neptuno? Cui cum tres optationes Neptunus dediſſet, optavit interitum Hippolyti, filii ſui, cum is patri ſuſpectus eſſet de noverca: quo optato impetrato, Theſeus in maximis fuit luctibus. Quid? Agamemnon cum devoviſſet Dianae, quod in ſuo regno pulcherrimum natum eſſet illo anno, immolavit Iphigeniam, qua nihil erat eo quidem anno natum pulchrius. promiſſum potius non faciendum, quam tam taetrum facinus admittendum fuit. Ergo & promiſſa non facienda nonnunquam: neque ſemper depoſita reddenda. Si gladium quis apud te ſana mente depoſuerit, repetat inſaniens, reddere peccatum ſit, non reddere officium. Quid? ſi is, qui apud te pecuniam depoſuerit, bellum inferat patriae, reddaſne depoſitum? non, credo: facias enim contra remp. quae debet eſſe cariſſima. Sic multa, quae honeſta natura videntur eſſe, temporibus fiunt non honeſta. facere promiſſa, ſtare conventis, reddere depoſita, commu-

tata

vide 35, & 39 caput illius libri. vide Superius librum I, cap. 10.

Atque inſanus qua conſtitit] Langii, Fr. Fabritii aliæque edd. nec non meus ſecundus: *atque inſanus antequam conſtitit* h. e. antequam ſe colligeret, & ſic componeret, ut recte I. Fr. Gronovius exponit, ut ſtare poſſet. Simile huic loquendi genus ait eſſe, quod legitur lib. VII ad fam. ep. I. *vix jurare cum cœpiſſet vox eum defecit.* Sane *qua* locum hic nullum habet, quamvis id in Pithæanis excerptis quoque habeatur. Si *quam* acciperetur Latinis pro priuſquam, ut nonnulli viri docti notarunt ad Plautum, id ſane propter conſenſum veterrimorum codicum, in quibus *qua* legitur, reciperem. ſed exempla ſunt lubrica. Sequor itaque optimarum editionum lectionem. *Græv.*

Quo optato impetrato] Deeſt in manuſcripto verbum, *optato*. F. Vrſin.

Neque ſemper depoſita reddenda] Idem ſentit Seneca IV de benef. 10.

Multa quæ honeſta natura videntur eſſe, temporibus fiunt non honeſta] Hinc Zeno apud Diogenem Laertium in ejus vita præcipit eſſe τὰ μὲν καθήκοντα ἄνευ περιστάσεως, τὰ δὲ περιστατικά. quæ ineptiſſime vertit interpres Latinus *officia alia calamitatis expertia, alia calamitoſa.* Vertes, alia ſunt *officia ſine temporis ratione*, alia officia *ex tempore.* Officia ſine temporis ratione, in quibus temporis ratio non habetur,

ſunt

ata utilitate, fiunt non honeſta. Ac de iis quidem, uae videntur eſſe utilitates contra juſtitiam ſimulaione prudentiae, ſatis arbitror dictum. Sed quoniam quattuor fontibus honeſtatis primo libro officia duimus, in eiſdem verſabimur, cum docebimus, ea, uae videntur eſſe utilia, neque ſunt, quam ſint virutis inimica. Ac de prudentia quidem, quam vult mitari malitia: itemque de juſtitia, quae ſemper eſt tilis, diſputatum eſt. Reliquae ſunt duae partes hoeſtatis, quarum altera in animi excellentis magniudine & praeſtantia cernitur, altera in conformaione & moderatione continentiae & temperantiae.
Vtile videbatur Vlyſſi, ut quidem poetae tragici pro- 26
iderunt, nam apud Homerum, optimum auctorem,

unt per ſe honeſta, in quibus effulget ſum honeſtum, ſemper præſtanda: *ficia ex tempore*, ſunt quæ cum alias oneſta ſunt, fiunt tamen tempore, u per temporis rationem, hoc eſt, t nunc loquuntur in ſcholis Philophorum, propter circumſtantias temoris, non honeſta, de quibus hoc oco diſputat Cicero, & ſuperius diſruit lib. I, cap. 10, ubi vide quæ noivi. Sic etiam bona diſtinguit Seneca piſtola 66: *Quædam prima bona, tanuam gaudium, pax, ſalus patriæ: uædam ſecunda in materia infelici exreſſa, tanquam tormentorum patientia, in morbo gravi temperantia.* Sic etiam ſt apud doctores civilis doctrinæ πειςατικὴ prudentia, quæ ſalutis reiublicæ cauſſa ſuadet interdum aliuid facere, quod aliter non facereus, niſi neceſſitas hoc exigeret reiublicæ, &, ſi faceremus, eſſet iniuum & impium. Sic Epictetus apud rrianum lib. IV docet: τῶν πραττομένων τὰ μὲν προηγουμένως πράττεται, τὰ δὲ κατὰ περίστασιν, τὰ δὲ κατ' οἰκοομίαν, τὰ δὲ κατὰ συμπεριφορὰν, τὰ κατ' ἔνστασιν. Hoc eſt, ex interpretaione H. Wolfii: *eorum quæ aguntur, artim præcipue ſpectantur, partim fiunt ratione temporis, partim certo conſilio, partim obſequii cauſa, partim ex inſtituto vitæ.* Hoc Seneca dicit *tempori ſe aptare*, in loco inſigni apud Lactantium Inſtitut. III, 15: *Faciet ſapiens, & quæ non probabit, ut etiam ad majora tranſitum inveniat: nec relinquet bonos mores, ſed tempori ſe aptabit: us quibus alii utuntur in gloriam aut voluptatem, utatur agendæ rei cauſſa. Omnia quæ luxurioſi faciunt, quæque imperiti, faciet & ſapiens, ſed non eodem modo, eodemque propoſito.* vide & ſuperius cap. 4 hujus libri, & quæ ibi notamus. *Græv.*

Cum docebimus] Legendum: *in iiſdem verſabimur & docebimus*, h. e. tenebimus, & exſequemur propoſitum & inſtitutum ordinem. *I. Fr. Gronov.* In Grævii ſecundo eſt: *in eiſdem verſabuntur, cum docebimus.* Græv.

Nam apud Homerum] *Homeri* nomen hic expunxi. Faciebat enim elumbem & anhelantem orationem. accedit, quod in omnibus libris non eodem loco erat collocatum. quæ res ſemper mihi ſuſpecta eſt. Interim monendum hic Ciceronem negligere, id quod ab Ariſtotele in Poeticis recte annotatum eſt: non omnia a Poeta referri debe-

re.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

rem, talis de Vlyſſe nulla ſuſpicio eſt: ſed inſimulant eum tragoediae, ſimulatione inſaniae militiam ſubterfugere voluiſſe. non honeſtum conſilium. at utile (ut aliquis fortaſſe dixerit) regnare, & Ithacae vivere otioſe cum parentibus, cum uxore, cum filio. Vllum tu decus in quotidianis periculis & laboribus cum hac tranquillitate conferendum putas? Ego vero iſtam contemnendam, & abjiciendam: quoniam, quae honeſta non ſit, ne utilem quidem eſſe arbitror. Quid enim auditurum putas fuiſſe Vlyſſem, ſi in illa ſimulatione perſeveraſſet? qui cum maximas res geſſerit in bello, tamen haec audiat ab Ajace:

Cuju' ipſe princeps jurisjurandi fuit,
Quod omnes ſcitis, ſolus neglexit fidem.
Furere aſſimulavit, ne coiret inſtitit.
Quod ni Palamedis perſpicax prudentia
Iſtius percepſet malitioſam audaciam,
Fide ſacratum jus perpetuo falleret.

Illi vero non modo cum hoſtibus, verum etiam cum fluctibus, id quod fecit, dimicare melius fuit, quam deſerere conſentientem Graeciam ad bellum barbaris inferendum. Sed dimittamus & fabulas, & externa;

re. Cum enim Homerus laudes Vlyſſis celebret, extra rem faciat, ſi vitia ejus recenſeat. Quanquam dum odium inter Palamedem & Vlyſſem commemorat, poteſt huc reſpexiſſe. *C. Lang.* Cur Homerus hujus rei non meminerit vide apud P. Victor. Var. lect. VII, 19.

Tamen hæc audivit] *Audiat*, Victorius, Langius, & noſtri libri manuſcript. omnes. *Fr. Fabrit.*

Furere ſe ſimulavit] *Furere aſſimulavit* noſtri libri cum vulgatis habent, & verſui melius convenit. *Coiret* autem eſt, cum reliquis Græcis ad Troiam proficiſceretur, cujus loco, *quo iret*, vulgo mendoſe legitur. *Idem.*

Ne coiret] Male quidam ſcripſerunt, *ne quo iret.* Nam illud ἐν τῷ ἀγερμῷ, hoc eſt, in concilio principum Græciæ actum eſt. Ariſtotel. in Poeticis. *C. Lang.*

Fide ſacratum jus] Quidam libri, *fides ſacratæ*, ut ſit vetus genitivus: alii, *fide ſacrata*, verſus ſunt ex Pacuvii judicio armorum. *Idem.* *Fides ſacratæ*] Sic eſt in Manutianis & Langianis, ut *fides* ſit vetus genitivus, ſicut & *fide*, veteres, pro fidei dixerunt, ut Chariſius lib. I. admonet. itaque hic in pleriſque noſtrum legitur, *fide ſacratæ.* Victorius edidit, *fide ſacratum.* Fr. Fabrit.

Sed dimittamus fabulas & externa: ad rem factam, noſtraque veniamus] Ita

na; ad rem factam noſtraque veniamus. M. Atilius
Regulus, cum conſul iterum in Africa ex inſidiis
captus eſſet, duce Xantippo Lacedaemonio, impe-
ratore autem patre Hannibalis Hamilcare, juratus
miſſus eſt ad ſenatum, ut, niſi redditi eſſent Poenis
captivi nobiles quidam, rediret ipſe Karthaginem.
Is cum Romam veniſſet, utilitatis ſpeciem videbat,
ſed eam, ut res declarat, falſam judicavit: quae
erat talis. manere in patria, eſſe domi ſuae cum uxo-
re, cum liberis: quam calamitatem accepiſſet in bel-
lo, communem fortunae bellicae judicantem, tene-
re conſularis dignitatis gradum. quis haec neget eſ-
ſe utilia? quem cenſes? magnitudo animi & fortitu-
do negat. Num locupletiores quaeris auctores? Ha- 27
rum enim eſt virtutum proprium, nil extimeſcere,
omnia humana deſpicere, nihil, quod homini acci-
dere poſſit, intolerandum putare. itaque quid fecit?
In ſenatum venit, mandata expoſuit, ſententiam ne
di-

Ita legitur hic locus in libro manuſcripto, cum a vulgatis codicibus partim abſit verbum *factam*, partim habeant *factaque*, quæ lectio non ita probatur. *F. Vrſin.* *Ad rem, noſtraque veniamus*] In Manutianis eſt, *ad rem factaque veniamus*: noſtri omnes cum Victorianis & Langianis plena ἀντιθέσει habent, *ad rem factam noſtramque veniamus*. Fr. Fabrit. Sic quidem & meus ſecundus, ſed tamen mallem cum Vrſini codice *ad rem factam, noſtraque*. ut opponantur iis, *dimittamus & fabulas & externa*. Græv.

Falſam judicavit, quæ erat talis] Tres voces, *quæ erat talis*, a grammatiſta aſſutas, detraxi: quamvis in omnibus exempl. legantur. Quin libenter ſic legerim, *utilitatis ſpeciem videbat; ſed, ut res declarat, falſam. Manere* &c. *C. Lang.* *Quæ erat talis*] Has tres voces juſſi olim aliis litteris imprimi, approbata Langii conjectura, qui eas putat eſſe alienas. ego tamen, quod ille fecit, non ſum auſus eas expungere, propterea quod reperi in noſtris veteribus libris omnibus. Iidem libri habent paullo poſt, *domui ſuæ*. ut & Langiani: ubi vulgati, quos ſecuti ſumus, *domi ſuæ*, non pugnaturi, ſi quis huic vulgatæ anteponat ſcripturam antiquam. *Lambin.*

Eſſe domi ſuæ] Non hic tantum, ſed etiam in Philipp. *domui ſuæ*; & in Tuſcul. *domui alienæ*, ſcribitur. *Car. Lang.* Optimus liber noſter cum Langianis, & Lambinianus habet, *domui ſuæ*, de quo vide Annotationes noſtras in Tuſcul. I. *Fr. Fabrit.* In meo tamen primo, in quo poſt ingentem lacunam pauca, quæ superſunt in hoc libro habentur, *domi ſuæ*. In lib. IV. ep. 7 ad Marcellum: *Nonne mavis ſine periculo domi tuæ eſſe, quam cum periculo alienæ?* Græv.

Quem cenſes?] *Quem cenſes?* elegans locutio. Terent. And. act. V. ſcæ. II. *C. Lang.* *Quis hæc neget eſſe utilia quem cenſes*] Videtur legendum ex libro manuſc. *F. Vrſin.* *Quem cenſes?* & meus

pri-

diceret recuſavit: quamdiu jurejurando hoſtium teneretur, non eſſe ſe ſenatorem. Atque illud etiam (o ſtultum hominem, dixerit quiſpiam, & repugnantem utilitati ſuae!) reddi captivos, negavit eſſe utile: illos enim adoleſcentis eſſe, & bonos duces, ſe jam confectum ſenectute. cujus cum valuiſſet auctoritas, captivi retenti ſunt, ipſe Karthaginem rediit, neque eum caritas patriae retinuit, nec ſuorum. Neque vero tum ignorabat, ſe ad crudeliſſimum hoſtem, & ad exquiſita ſupplicia proficiſci: ſed jusjurandum conſervandum putabat. Itaque tum, cum vigilando necabatur, erat in meliore cauſa, quam ſi domi ſenex captivus, perjurus, conſularis remanſiſſet. At ſtulte, qui non modo non cenſuerit captivos remittendos, verum etiam diſſuaſerit. Quomodo ſtulte? etiamne ſi reipub. conducebat? poteſt autem, quod inutile reipub. ſit, id cuiquam civi
28 utile eſſe? Pervertunt homines ea, quae ſunt fundamenta

primus præ ſe fert. Apud Terentium eſt, *quid illum cenſes?* ſc. facere. Sed *quem cenſes?* ſc. eſſe Atilium. quid dices de Attilio? Gyphii tamen & Lambini edd. *quid cenſes?* Græv.

Quamdiu jurejurando hoſtium teneretur, non eſſe ſe ſenatorem] Hoc etiam affirmant ICti. Pomponius lib. 37 ad Q. Mutium D. de captiv. & poſtlim. l. 3. §. 3. *Captivus autem ſi a nobis manumiſſus fuerit, & pervenerit ad ſuos, ita demum poſtliminio reverſus fuiſſe intelligitur, ſi maluit eos ſequi, quam in noſtra civitate manere. Et ideo in Attilio Regulo, quem Carthaginienſes Romam miſerant, reſponſum eſt, non eſſe eum poſtliminio reverſum; quia juraverat Carthaginem reverſurum, & non habuerat animum Romæ remanendi.* Inde etiam ex decem captivis pro commutatione Romam miſſis, ab Hannibale ut eſt apud Gellium VII, 18 octo, cum ab amicis orarentur, ne ad hoſtes redirent, poſtliminium juſtum non eſſe ſibi reſponderunt, quoniam dejurio devincti erant, duo, qui ſolutos ſe religione dicebant, quoniam cum egreſſi caſtra hoſtium fuiſſent, commenticio conſilio regreſſi eodem die, tanquam aliquid forte reliquiſſent, ac ita jurejurando ſe defunctos exiſtimaverunt, ob fraudulentam iſtam calliditatem, non ſolum a civibus contemnerentur, ſed & a Cenſoribus damnis & ignominia afficerentur. *Betuleius.*

Ad exquiſita ſupplicia] Vide Gellium VI Noct. Att. 4. *Idem.*

Poteſt autem, quod inutile reip. ſit, id cuiquam civi utile eſſe] Sicut nemini poteſt eſſe utile, quod inutile generi eſt humano: ſic nec civi poteſt prodeſſe, quod nocet civitati, quia pars eſt civitatis, quod toties inculcat M. Antoninus Imperator in libris τῶν εἰς ἑαυτὸν. *Gravius.* Hinc, ſi Ariſtoteli credimus, nemo ſibi recte conſulere ſuiſque rebus proſpicere poteſt, niſi

nenta naturae, cum utilitatem ab honeſtate ſejun-
unt. omnes enim expetimus utilitatem, ad eam-
ue rapimur, nec facere aliter ullo modo poſſumus.
am quis eſt, qui utilia fugiat? aut quis potius, qui
a non ſtudioſiſſime perſequatur? ſed quia nuſquam
oſſumus, niſi in laude, decore, honeſtate utilia
eperire, propterea illa prima & ſumma habemus:
tilitatis nomen non tam ſplendidum, quam neceſ-
rium ducimus. Quid eſt igitur, dixerit quis, in
urejurando? num iratum timemus Iovem? At hoc
uidem commune eſt omnium philoſophorum, non
orum modo, qui deum nihil habere ipſum negotii
icunt, & nihil exhibere alteri: ſed eorum etiam,
ui deum ſemper agere aliquid, & moliri volunt,
umquam nec iraſci deum, nec nocere. Quid autem
ratus Iupiter plus nocere potuiſſet, quam nocuit ſibi
pſe Regulus? nulla igitur vis fuit religionis, quae
antam utilitatem praeverteret. An ne turpiter face-
et? Primum, minima de malis. Num igitur tantum
mali

iſi etiam prudentia Oeconomica & vili ſit præditus, omnemque ſuarum rum curam cum fine familiæ, & otiſſimum civilis ſocietatis conjun-at, & eo omnia præcipue referat. I Nicom. 8. §. 15. *Rachel.*

Quam neceſſarium] Propter huma-am indigentiam.

Nunquam nec iraſci Deum, nec noce-] Eſt hoc dogma Stoicorum, ut vel x plurimis Senecæ locis conſtat. *Quadam ſunt*, inquit II de ira, 27: *uæ nocere non poſſunt, nullamque vim iſi beneficam & ſalutarem habent, ut ii immortales, qui nec volunt obeſſe, ec poſſunt. Natura enim illis mitis & lacida eſt, tam longe remota ab aliena njuria, quam a ſua. Dementes itaque & ignari veritatis illis imputant ſævitiam naris, immodicos imbres, pertinaciam yemis: cum interim nihil horum, quæ nobis nocent proſuntve, ad nos proprie dirigatur. Non enim nos cauſſa mundo ſumus hyemem æſtatemque referendi. ſuas iſta leges habent, quibus divina exercentur. nimis nos ſuſpicimus, ſi digni nobis videmur, propter quos tanta moveantur.* vide quoque contra Epicurum diſputantem IV de beneficiis 4.

Quæ tantam utilitatem præveniret] Optimi libri habent, *præveniret*, hoc eſt occuparet; ut ſupra de Panætio, *niſi aliquis caſus conſilium ejus præveniſſet*. quamvis ibi malim, *peremiſſet*; poſſet & *præverteret*, legi. *Car. Lang.*

Quæ tantam utilitatem præverteret] In libris vulgatis eſt, *perverteret*, pro quo Langius ex optimis libris ſuis, *præveniret*, repoſuit. Sed *prævertere* eſt prævenire, & anteponere, ut Nonius exemplis demonſtrat. quod verbum ex Philippica ſecunda ſuſtulerunt. ubi antiquiſſimus liber Vaticanus habet: *Sed incidi in id tempus, quod iis rebus, in quas ingreſſa erat oratio, prævertendum eſt.* i. de quo prius mihi loquen-

mali turpitudo iſta habebat, quantum ille cruciatus? deinde illud etiam apud Accium,

Fregiſti fidem. neque dedi, neque do infideli cuiquam.

Quamquam ab impio rege dicitur, luculente tamen dicitur. Addunt etiam, quemadmodum nos dicamus, videri quaedam utilia, quae non ſint: ſic ſe dicere, videri quaedam honeſta, quae non ſint: ut hoc ipſum videtur honeſtum, conſervandi jurisjurandi cauſa ad cruciatum revertiſſe: ſed fit non honeſtum: quia, quod per vim hoſtium eſſet actum, ratum eſſe non debuit. Addunt etiam, quidquid valde utile ſit, id fieri honeſtum, etiam ſi antea non videretur. Haec fere contra Regulum. Sed prima vi-
29 deamus. Non fuit Iupiter metuendus, ne iratus noceret, qui neque iraſci ſolet, neque nocere. Haec quidem ratio non magis contra Regulum, quam contra omne jusjurandum valet. ſed in jure jurando, non qui metus, ſed quae vis ſit, debet intelligi. eſt enim jusjurandum affirmatio religioſa. quod autem affirmate, quaſi deo teſte, promiſeris, id tenendum eſt. jam enim non ad iram deorum, quae nulla eſt: ſed ad juſtitiam, & ad fidem pertinet. nam praeclare Ennius:

O fi-

quendum eſt, quam de iis rebus, de quibus cœperam loqui, ut Faernus exponit. *Fr. Fabrit.*

Fregiſtine fidem. Neque dedi, neque do infideli cuiquam] *Ne* non legitur in meo primo. recte. ex eodem reſcripſi *apud Accium* cum vulgo legatur apud *Attium*. Græuius. De hoc Accii loco diſputat luculente Grotius II de Iure Belli & Pacis cap. 13, §. 16. & III, 19. §. 13.

Sic ſe dicere videri] Grævii primus: *ſic ſe videre dici.*

Quod per vim hoſtium eſſet actum] *Hoſtium* videtur delendum. Sic enim edicebat prætor: *quod vi metuſque cauſſa geſtum eſt, ratum non habebo.* leg. D. *quod metus cauſſa.* I. Fr. Gronovius.

Ne iratus noceret, qui neque iraſci ſolet] Vt ſcilicet homines ſolent iraſci: ſed iraſcitur ut judex, qui ſine ira punit nocentes. vide Grotium II de Iure Belli & Pacis cap. 13.

Affirmatio religioſa] Videtur ab Ariſtotele accepiſſe hanc definitionem, quin in Rhetor. ad Alexandrum cap. 18. ὅρκός ἐστι μετὰ θείας παραλήψεως φάσις ἀνοπόδεικτος, *jusjurandum eſt adſirmatio invocato Deo probationis expers.* I. Fr. Gronov. Vide Grotium de hoc argumento copioſe diſputantem II de Iure Belli & Pacis cap. 13.

Apta

O fides alma, apta pinnis, & jusjurandum Iovis!
Qui igitur jusjurandum violat, is Fidem violat, quam
 Capitolio vicinam Iovis Opt. Max. (ut in Catonis
ratione eſt) majores noſtri eſſe voluerunt. At enim
e iratus quidem Iupiter plus Regulo nocuiſſet, quam
ibi nocuit ipſe Regulus. Certe, ſi nihil malum eſ-
t, niſi dolere. Id autem non modo non ſummum
alum, ſed nec malum quidem eſſe, maxima aucto-
tate philoſophi affirmant: quorum quidem teſtem
on mediocrem, ſed haud ſcio an graviſſimum, Re-
ulum, nolite, quaeſo, vituperare. quem enim lo-
upletiorem quaerimus, quam principem populi
om. qui retinendi officii cauſa cruciatum ſubierit
oluntarium? Nam quod ajunt, minima de malis,
l eſt, ut turpiter potius, quam calamitoſe: an eſt
llum majus malum turpitudine? quae ſi in deformi-
ate corporis habet aliquid offenſionis, quanta illa
epravatio & foeditas turpificati animi debet vide-
? Itaque, nervoſius qui iſta diſſerunt, ſolum au-
ent malum dicere id, quod turpe ſit: qui autem re-
iſſius, hi tamen non dubitant ſummum malum di-
ere. Nam illud quidem,

Ne-

Apta pennis] Pleriſque ſimulacris eorum, ut Victoriæ, ut Famæ af-igebant alas: ut Deos ubique præ- eſſe indicarent. *Apta* autem *pin-* eſt *πτερόεσσα*. Apulejus Apologia: *verba, ita ut poetæ ajunt, pinnis apta lgo volarent.* Expreſſit autem illud omericum *ἔπεα πτερόεντα*. *Muret.* Fi- s in nummis conſpicitur mulier ſe- ns avem manu tenens, ſive is ſit tur- r, ſive cornix ſive alia. ſed nunquam nſpicitur alata. Horatius canit fidem iſſe velatam albo panno, ideoque & *na* dicitur Virgilio.

Iusjurandum Iovis] Iovi tribuitur *κατ' ἐξοχήν*, quia Iupiter credebatur ndex eſſe jurisjurandi. Sil. Ital. l. 9: *ratumque Iovi fœdus.* Gronov. Hinc & *Ζεὺς ὅρκιος*, & *Ζεὺς πίστις* Græcis: Iupiter jurisjurandi vindex, & Iupiter Fidius.

Quam in Capitolio] Vide Manutium.

Niſi dolor] Sic edidit Langius, noſtri manuſcripti cum aliis vulgatis habent, *niſi dolore.* Fr. Fabrit.

Id non modo non ſummum malum, ſed nec malum quidem eſſe] Vide Senec. ep. 78.

Nam quod ajunt minima de malis] Liber ille Maguncienſis habet hunc in modum: *Nam qui ajunt, minima de malis, hi, ut turpiter potius quam calamitoſe*, quæ ſcriptura mihi non diſplicet. *C. Lang.*

Solum audent malum dicere id, quod tur-

Neque dedi, neque do fidem infideli cuiquam: idcirco recte a poeta; quia, cum tractaretur Atreus, perſonae ſerviendum fuit. Sed ſi hoc ſibi ſumunt, nullam eſſe fidem, quae infideli data ſit, videant, ne quaeratur latebra perjurio. Eſt autem jus etiam bellicum, fideſque jurisjurandi ſaepe cum hoſte ſervanda. Quod enim ita juratum eſt, ut mens conciperet fieri oportere, id ſervandum eſt: quod aliter; id ſi non feceris, nullum eſt perjurium. ut, ſi praedonibus pactum pro capite pretium non attuleris, nulla fraus eſt, ne ſi juratus quidem id non feceris. nam pirata non eſt perduellium numero definitus: ſed communis hoſtis omnium. cum hoc nec fides debet, nec

turpe ſit] Meus primus, *ſolum audent malum id, quod turpe ſit.* omiſſo τῷ *dicere*, quod ex ſequentibus verbis videtur repetendum eſſe. *Græv.*

Sed ſi hoc ſibi ſumunt] Hæc eſt lectio Manutiana, alii legunt, *ſed ſi hoc ſibi ſumunt*, quod noſtri libri manuſcripti probant. *Fr. Fabrit.* In Grævii primo, *ſi hoc ſibi ſument.*

Fideſque jurisjurandi ſæpe cum hoſte ſervanda] Sic Plaut. *Nonne ego te vidi oſculantem cum ancilla & amplexantem.* Car. Lang. *Sæpe cum hoſte ſervanda*] Hæc eſt omnium veterum librorum ſcriptura, quam cum etiam primæ impreſſionis libri integram conſervent, Manutii ſine cauſa immutarunt, &, *ſæpe hoſti ſervanda*, repoſuerunt. Sic enim Philippica VII dicitur, *cum his pacem ſervabit Antonius?* Verſu ſequent. *Id ſervandum eſt*, noſtri omnes cum Victorianis, Langianis & aliis probant. *Fr. Fabrit.*

Quod autem ita juratum eſt] Iusjurandum debet ad mentem & ſenſum illius præſtari, qui illud defert, & quicum juranti negotium eſt. Nam dictis ipſis teſtem adhibens Deum, debet dicta facere vera, quomodo putat a deferente illa intelligi. Apud Hincmarum in opuſculo de divortio Lotharii & Tethbergæ ad interrogationem VI in hanc ſententiam de Deo recte dicitur:

> *Qui non, ut juras, ſed ut is juraſſe putavit,*
> *Cui juras, audit: ſic es utrique reus.*

Adeatur Concilium Troslebianum tom. 3. Concilior. edit. Sirmondianæ, & Grotius II de Iure Belli & Pacis cap. 13. n. 3. & ibi annot. *Rachel.*

Pactum pro capite non attuleris] Meus primus: *pactum pro capite pretium non attuleris.* quod valde probo. *Græv.*

Ne ſi juratus quidem id feceris] Refellit hanc ſententiam Grotius II de Iure Belli & Pacis §. 15. quia non ſolum his juratur, cui jurant, ſed & Deo, per quem juratur, cujus majeſtas ſufficit ad pariendam obligationem. Sed Grotium refutat & Ciceronem defendit Pufendorfius lib. IV de jure naturæ & gentium cap. 2, §. 9.

Pirata non eſt experduellium numero definitus] Sic & meus primus. Omnes hic ſilent interpretes. nec tamen quiſquam expoſuerit, quid ſit *ex numero piratarum definiri.* Excerpta Pithæi, & meus ſecundus omittunt *ex*, leguntque, ut omnino legendum eſt: *pirata non eſt perduellium numero definitus*, non eſt relatus in certorum & juſtorum

ec jusjurandum eſſe commune. Non enim falſum
rare perjurare eſt: ſed, quod ex animi tui ſen-
ntia juraris, ſicut verbis concipitur more noſtro,
non facere perjurium eſt. Scite enim Euri-
des:

Iuravi lingua, mentem injuratam gero,

egulus vero non debuit conditiones pactioneſque
llicas & hoſtiles perturbare perjurio. cum juſto e-
m, & legitimo hoſte res gerebatur; adverſus quem
totum jus fetiale, & multa ſunt jura communia.
od ni ita eſſet, numquam claros viros ſenatus vin-
s hoſtibus dedidiſſet. At vero L. Veturius & Sp.
ſtumius, cum iterum conſules eſſent, quia, cum
le pugnatum apud Caudium eſſet, legionibus
ſtris ſub jugum miſſis, pacem cum Samnitibus fe-
ce-

h hominum numerum. de Orat. *era eſſe definita non ſolum numero, etiam paucitate.* & I ad Heren. *Si nquamque rem certo naturæ termino iemus.* lib. II de orat. *Philoſophi am controverſiamque appellant, eam- tribus litteris, aut deliberatione, aut atione definiunt.* Sic ſemper lo- ntur veteres. Et ſane ſi ad illorum ſuetudinem accommodare velimus ionem, aut *ex* delendum, aut *de- us.* Sic *homo ex numero deſertorum* l Tullium. Sed *ex* ex τῷ *eſt* vide- natum eſſe. *Grævius.*

rjurare eſt] Omnes libri MSS. *urare*, & hoc loco & in aliis ſcri- ibus perſæpe. vide Priſcian. paul- oſt, *ſed quod ex animi tui ſenten- uraveris*, corrupte quidam libri *nimi tui ſcientia.* Eſt enim ſol- nis locutio, ut in Academ. *Quam nem etiam majorum comprobat dili- a, qui primum jurare ex animi ſenten- uemque voluerunt: deinde ita tene- i ſciens falleret.* Liv. XXII: *Ex mei i ſententia juro, ut ego remp. non am, nec alium civem deſerere pa-* vide Gell. lib. IV, cap. ult. & ium lib. I, c. I, Var. Lect. *C. Lang.*

Perjurare eſt] *Pejerare*, eſt in vulgatis: *Perjurare*, ut Lambinus edidit, in duobus manuſcript. optimis. Vtitur eo verbo Plautus ſæpe: ut in Aſinaria, *pernegabo, atque obdurabo: perjurabo denique*, & Mercatore, *verum homo perjurabit*, & Bacchidibus, *ne perju- rem cura*, & Ciſtellaria, *perjurare me patiere?* Fr. Fabrit.

Non enim falſum jurare perjurare eſt] Eſt ſane inter hæc aliquod diſcrimen; ſi enim aliquis non ex ſententia de- ferentis juret, ſine ullo ſuo dolo aut culpa, is ſane falſum jurat; non e- nim ipſius mens cum mente defe- rentis convenit: ſed non pejerat. Vbi vero liquida & manifeſta eſt exigentis ſententia, liquido etiam jurandum eſt. Si itaque nulla ſit conjectura quæ ducat alio, verba intelligenda ſunt ex proprietate, non tam Gram- matica, quæ eſt ex origine, quam populari, ex uſu, *quem penes arbitrium eſt, & jus, & norma loquendi.* Gro- tius de Iure Belli & Pacis II, 13. ſeqq. *Rachel.*

Cum juſto enim & legitimo hoſte] Vi- de Grotium III de Iure Belli & Pacis c. 3. §. I.

cerant, dediti ſunt his: injuſſu enim populi ſenatuſque fecerant. eodemque tempore Ti. Numicius, Qu. Maelius, qui tum tribuni plebis erant, quod eorum auctoritate pax erat facta, dediti ſunt, ut pax Samnitium repudiaretur. Atque hujus deditionis ipſe Poſtumius, qui dedebatur, ſuaſor & auctor fuit. quod idem multis annis poſt C. Mancinus, qui ut Numantinis, quibuſcum ſine ſenatus auctoritate foedus fecerat, dederetur, rogationem ſuaſit eam, quam L. Furius, & Sex. Atilius ex s. c. ferebant: qua accepta eſt hoſtibus deditus. Honeſtius hic, quam Qu. Pompejus, quo, cum in eadem cauſa eſſet, deprecante, accepta lex non eſt. hic ea, quae videbatur utilitas, plus valuit, quam honeſtas: apud ſuperiores utilitatis ſpecies falſa ab honeſtatis auctoritate

Injuſſu enim populi, ſenatuſque fecerant] Hinc habebatur magis a ſenatu pro ſponſione, quam pro pactione, aut fœdere. Ideoque ſponſores non locupletes dediderunt hoſtibus. Quod autem ſit diſcrimen inter ſponſionem, pactionem, & fœdus docet Grotius II de Iure Belli & Pacis c. 15.

T. Numicius Qu. Mælius] Libri vet. quotquot vidi, habent *Tiberius Minucius, Q. Æmilius.* corrupte proculdubio. Quo modo *Q. Æmilius* patricius, tribunus plebis? neque enim memini, de Æmilia gente quenquam ad plebem tranſiſſe. *Minucii* certe & ipſi patricii ad plebem aliquando tranſiiſſe exiſtimantur, adeoque tribuni plebis fuiſſe, id ex Livii diverſis locis colligunt. Sed ego de illis locis cum Sigonio ſentio, *Numicius*, legi debere. Neque enim mihi perſuadere poſſum ea tempeſtate tam vulgo nobiles ad plebem deſciviſſe. quod qua difficultate in Clodio inclinantibus jam tum rebus Romanis obtentum, docti norunt. Livius certe lib. IX. ubi hanc hiſtoriam late perſequitur, hos tribunos pl. *L. Livium Q. Mælium* appellat. Ego de loco Livii ampliandum cenſeo: hic nihil cunctabor *Tib. Numicius, & Q. Mælius* ſcribere. Nam *Tiberius Numicius, Q. Æmilius* in exemp. Magunciacenſi integre exſtat. Fortaſſis in *L. Livii* nomine alios auctores Livius ſecutus ſit, ut alias non ſemel. Nam in tota hac hiſtoria neſcio quid ſuſpecta eſt Ciceronis narratio. *C. Lang.* *Ti. Numicius, Q. Mælius*] In omnibus libris, ut Langius quoque teſtatur, eſt, *Ti. Minucius Q. Æmilius*, quæ nomina hic mendoſa eſſe, Car. Sigonius in Livii lib. 9. ſcribit: ubi tribuni pl. *L. Livius, Q. Mælius* nominantur. unde *Q. Mælium* in *Q. Æmilium* imperitia deſcribentium migraſſe, veri ſimile eſt. Æmilii enim patricii fuerunt, nec tribunatum pl. gerere potuerunt. *Minucios* omnes patricios fuiſſe, falſum, nam *Minucii Thermi* plebeji & tribuni pl. fuerunt. quod hiſtoriæ Romanæ ſtudioſis omnibus notum eſt, quare *Minucii* nomen retineri poteſt, atque in eo alios auctores Livius, alios Cicero ſequitur. *Fr. Fabrit.* In Grævii primo. *Ti. Minurius Q. Æmilius.*

At

ate ſuperata eſt: At non debuit ratum eſſe, quod
rat actum per vim. Quaſi vero forti viro vis poſſit
dhiberi. Cur igitur ad ſenatum proficiſcebatur, cum
raeſertim de captivis diſſuaſurus eſſet? Quod maxi-
ium in eo eſt, id reprehenditis. non enim ſuo ju-
cio ſtetit, ſed ſuſcepit cauſam, ut eſſet judicium
natus: cui niſi ipſe auctor fuiſſet, captivi profecto
oenis redditi eſſent. ita incolumis in patria Regu-
s reſtitiſſet. quod quia patriae non utile putavit,
circo ſibi honeſtum & ſentire illa, & pati credidit.
iam quod ajunt, quod valde utile ſit, id fieri ho-
ſtum: immo vero eſſe, non fieri. eſt enim nihil
utile

At non debuit ratum eſſe, quod erat
ctum per vim] Sic ſane ſentiebant &
loſophi & ICti. Seneca IV Con-
v. 27. *An, ſi eſt in re vis & neceſ-*
s, ita tamen reſcindantur, quæ per
& neceſſitatem geſta ſunt, ſi vis &
ſſitas a paciſcente adhibita eſt? Ni-
inquit, mea an tu cogaris, ſi non a
cogeris, meam culpam oportet eſſe, ut
pœna ſit. Non, inquit, neque enim
adhibenti vim iraſcitur, ſed paſſo ſuc-
it: & iniquum illi videtur, id ra-
eſſe, quod aliquis non quia voluit
us eſt, ſed quia coactus eſt. Nihil
m refert, per quem illi neceſſe fuit.
uum enim quod reſcinditur facit for-
ejus, qui paſſus eſt, non perſona fa-
tis. Martialis lib. XI ep. 59:

Quid ſi me tonſor, cum ſtricta nova-
cula ſupra eſt,
Tunc libertatem, divitiaſque ro-
get?
romittam, nec enim rogat illo tem-
pore tonſor,
Latro rogat, res eſt imperioſa ti-
mor.
ed fuerit curva cum tuta novacula
theca,
Frangam tonſori crura manuſque ſi-
mul.

gat hoc Grotius & contendit vi aut
u extorta promiſſa ad præſtandum
miſſum obligare, II de Iure Bel-
& Pacis cap. XII. §. 7, ſed refelli-
tur a Pufendorfio III de jure naturæ & gentium cap. 6. §. 12. quem vide quoque libro IV, cap. 2. §. 8.

Quaſi vero forti viro vis poſſit adhiberi] Hæc non ſunt inepta, nec Stoica, ſed longe veriſſima & omnibus philoſophis communia. Non hic loquitur de perfecto ſapiente, ſed de viro forti, etiam ex vulgo, qui non poteſt cogi ſi nolit. Cur enim tot ſilentio rerum creditarum immortui ſunt in eculeo & atrociſſimo cruciatu? quia cogi non poterant, quia hoc ſibi imperarant, ne poſſent cogi. Nam

Animus humanus quicquid ſibi imperat
poteſt.

quod vel Publius Syrus non ignoravit. Nec aliter doctores Chriſtiani aut in adhortationibus ad martyrium, aut in laudandis martyribus. Alioqui ipſe Tullius poterat reſpondere ut jam ſuperius reſponderat per jus bellicum ratum eſſe debere, quicquid cum juſto & legitimo hoſte pepigeras, licet vi aut metu mortis coactus fueris paciſci, quod aliter non feciſſes. Hoſti enim jus & fas eſt hunc metum mihi intentandi, quod ſi cogi nolo, patior quod intentat, ſi pati nolo, paciſcor cum eo ad avertendum & declinandum quod intentat. Aliter ſe res habet cum latrone, & pirata, de quibus ſuperius.

Imo vero eſſe non fieri] Hoc quoque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

utile quod idem non honeſtum, nec quia utile, honeſtum eſt: ſed quia honeſtum, utile. Quare ex multis mirabilibus exemplis, haud facile quis dixerit hoc exemplo aut laudabilius, aut praeſtantius.
31 Sed ex tota hac laude Reguli unum illud eſt admiratione dignum, quod captivos retinendos cenſuerit. nam quod rediit, nobis nunc mirabile videtur, illis quidem temporibus aliter facere non potuit. itaque iſta laus non eſt hominis, ſed temporum. nullum enim vinculum ad adſtringendam fidem jurejurando majores arctius eſſe voluerunt. id indicant leges in XII. tabul. indicant ſacratae, indicant foedera, quibus etiam cum hoſte devincitur fides: indicant notiones animadverſioneſque cenſorum; qui nulla de re diligentius quam de jurejurando judicabant. L. Man-

certius ullo Delphici Apollinis reſponſo. Nihil enim turpe natura poteſt utilitate magna propoſita fieri utile. & hoc eſt quod Cicero hic vult & veriſſime inculcat. dura, quæ utilitatis cauſſa ſuſcipiuntur, non ſunt turpia. Hoc eſt in ſcirpo nodum quærere.

Illis quidem temporibus aliter facere non potuit] Vide ſupra II, 22: *Quid ni laudetur? ſed in illo alia majora. Laus enim abſtinentiæ non hominis eſt ſolum, ſed etiam temporum illorum.* Eodem modo in Bruto loquitur de oratoribus.

Nullum vinculum ad adſtringendam fidem majores arctius eſſe voluerunt] Vide Grotium II de Iure Belli & Pacis c.13.§.1. Hierodes in aurea carmina Pythagoræ: Ὅρκος τὸ ἀμφίβολον τῆς ἀνθρωπίνης προαιρέσεως εἰς βεβαιότητα μεταρρυθμίζειν, καὶ μένειν ἐπὶ τῆς ταυτότητος ἀναγκάζειν, ἐν τοῖς λόγοις καὶ ἔργοις· τοῦτο δὲ μελλόντων γενήσεσθαι τὸ βέβαιον ἀπαιτεῖ. *Iusjurandum humana conſilia, cum incerta ſunt, ad conſtantiam revocare, atque in eodem inſtituto manere ſive de verbis, ſive de rebus agatur. partim quidem eorum quæ geſta ſunt veritatem demonſtrans, partim etiam futurorum fidem atque conſtantiam firmans.*

Indicant ſacratæ] Sic eſt in libris vetuſtis, & impreſſis pleriſque omnibus de legibus ſacratis Cicero in Corneliana, *tanta*, inquit, *in illis virtus fuit, ut anno* XVI *poſt reges exactos propter nimiam dominationem potentium ſecederent, leges ſacratas ipſi ſibi rogarent,* &c. In Manutianis editionibus legitur, *indicant ſacra*, quod Marſus de ſacrorum ritibus interpretatur. *Fr. Fabrit.*

Indicant notiones] Sic edd. primæ, poſteriores *notationes*: ſed contra MSS. qui alterum catervatim tuentur, poniturque pro judicio & cognitione. Noſter pro domo: *Omnis notio Pontificum eſſe debuit.* De provin. *Clodius cenſorium judicium & notionem, ac morem illum ſeveriſſimum ſuſtulit.* Gruter. *Notiones* æque cenſorum fuerunt, ac *notæ*. Cic. in Piſonem: *Centum prope annos legem Æliam & Fuſiam tenueramus: quadringentos judicium notionemque cenſoriam.* Gellius lib. XVII, 18: *In cujus hiſtoria notiones cenſorias fieri atque exerceri videmus.* Quid autem ſit *notio* docet Vlpianus l. 5 de re judicata:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Manlio, A.F. cum dictator fuiſſet, M. Pompo-
us tribunus plebis diem dixit, quod is paucos
i dies ad dictaturam gerendam addidiſſet: crimi-
atur etiam, quod Titum filium, qui poſtea eſt
orquatus appellatus, ab hominibus relegaſſet, &
i habitare juſſiſſet. quod cum audiviſſet adoleſcens
us negotium exhiberi patri, accurriſſe Romam,
cum prima luce Pomponii domum veniſſe dicitur.
cum eſſet nuntiatum; qui illum iratum allatu-
m ad ſe aliquid contra patrem arbitraretur, ſur-
xit e lectulo, remotiſque arbitris ad ſe adoleſcen-
n juſſit venire. At ille, ut ingreſſus eſt, confe-
n gladium diſtrinxit, juravitque, ſe illum ſtatim
erfecturum, niſi jusjurandum ſibi dediſſet, ſe pa-
m miſſum eſſe facturum. Iuravit hoc coactus ter-
e Pomponius. rem ad populum detulit, docuit,
r ſibi cauſa deſiſtere neceſſe eſſet: Manlium miſ-
n fecit. tantum temporibus illis jusjurandum va-
at. Atque hic T. Manlius is eſt, qui ad Anienem
Galli,

Ait prætor: cujus de ea re juriſdi-
ſt. Melius ſcripſiſſet: cujus de ea re
eſt. etenim notionis nomen etiam ad
ertineret, qui jurisdictionem non ha-
, ſed habent de quavis alia cauſſa
nem. I. Fr. Gronovius ad Liv. lib.
1, 25. ubi vide plura.

d dictaturam gerendam] Sic ha-
t omnes fere noſtri libri veteres:
d eo adſcripſi, quod quidam de-
nt vocem, *gerendam.* neque ta-
reprehendo factum: nam fieri
ſt ut foris illata ſit: & poteſt abeſ-
ſed teſtatum volui, eam in libris
uſcr. reperiri. *Lambin.*

cum prima luce] *Et prima luce*, ha-
libri omnes vulgati, & item ali-
manuſcr. neque aliter edidit Lan-
: ſed alii manuſcripti, *& cum pri-*
luce: quod magis probo. ſic enim
ebantur veteres. *Lambin. Et pri-*
luce] Omnes noſtri libri ſcripti cum Victorianis habent, *& cum prima luce*, quod Lambinus in Annotationibus probat. Sic epiſt. 3. lib. 4. ad Atticum, *Metellus cum prima luce furtim in campum itineribus prope deviis currebat.* Terentius quoque in Adelphis actus 5. ſcæna 3. *Cum prima luce*, vel, ut Donatus legit, *cum primo lucu*, dixit. Plautus in Ciſtellaria, *poſtea autem cum primo luci cras niſi ambo occidero.* Virgilius lib. 7. Æneid. *Et primo læti cum lumine ſolis.* Fr. Fabritius.

Quod illum iratum] Duo optimi libri, *qui illum iratum.* Ciceroniane. *C. Lang.*

Gladium diſtrinxit] Sicquidem MSS. ſed mallem *deſtrinxit.* Aliud enim eſt *diſtringere* nimirum diſtrahere, aliud *deſtringere*, ut ſuperius notamus. *Grævius.*

Ad Anienem Galli] *Quidam* libri *A-*

nie-

Galli, quem ab eo provocatus occiderat, torque de-
tracto, cognomen invenit: cujus tertio conſulatu
Latini ad Veſerim fuſi, & fugati, magnus vir in pri-
mis, & qui perindulgens in patrem, idem acerbe ſe-
32 verus in filium. Sed, ut laudandus Regulus in con-
ſervando jurejurando, ſic decem illi, quos poſt Can-
nenſem pugnam juratos ad ſenatum miſit Annibal,
in caſtra redituros ea, quorum potiti erant Poeni,
niſi de redimendis captivis impetraviſſent, ſi non re-
dierunt, vituperandi. De quibus non omnes uno
modo. nam Polybius, bonus auctor in primis, ſcri-
bit, ex decem nobiliſſimis, qui tum erant miſſi, no-
vem revertiſſe a ſenatu re non impetrata: unum ex
decem, qui paullo poſt quam egreſſus erat e caſtris,
rediſſet, quaſi aliquid eſſet oblitus, Romae reman-
ſiſſe. Reditu enim in caſtra liberatum ſe eſſe jurejuran-
do

nienum: & ita a Nonio advocatur hic locus. In Eutropii etiam libris veter. *Anienum* obſervavi. *Car. Lang.*

Qui ad Anienum Galli] Sic eſſe in libris antiquis Langius admonet. Legitur eodem modo in Nonii libris, ubi docet Ciceronem hic, *torque detracto*, genere maſculino dixiſſe. *Anienum* autem, ſeu *Anienem* fluvium Græci ἀνίηνα vocant. *Fr. Fabrit.*

Ad Veſerim] Al. *Verſerim.* C. Langius.

Qui perindulgens in patrem, idem acerbe ſeverus in filium] Sic Nonius legit. & ita habent noſtri aliquot libri manuſcr. ubi vulgati, *acerbus & ſeverus.* Nos libros veteres ſequimur, & Nonium. *Lambin.* *Et qui perindulgens in patrem, idem acerbe ſeverus*] Hæc eſt vera lectio hujus loci; quam & libri veteres, & Nonius duob. locis, in *indulgere*, & *ſeverum*, probant. In Manutianis mendoſe legitur, *& qui nuper indulgens in patrem, idem acerbus & ſeverus in filium.* Fr. Fabrit.

Decem illi] Vide Livium lib. XXVII, 58, & ſequentia, in primis cap. 61.

Se in caſtra redituros] In vetuſtiſſimo & alioqui optime exarato codice Trajectenſi ad hunc modum legitur hic locus: *Sic decem illi quos poſt Cannenſem pugnam juratus ad ſenatum in caſtra redituros ea, quorum erant . . . titi pœni.* C. Lang. *Se*, quod non extat etiam in duobus Palatinis, editione Romana 1469, nec in Moguntiaca, delendum recte cenſet *Gruterus.*

Liberatum ſe eſſe jure jurando] Æque ſtulto perfidiæ effugio uſi ſunt Locri, cum polliciti ſe pactis ſtaturos, quamdiu terram hanc inſiſterent, & capita humeris geſtarent; terram calceamentis injectam, & aliorum capita humeris impoſita abjecerunt, quaſi eo modo religione ſe poſſent exſolvere: quæ hiſtoria item apud Polybium l. 12. exſtat. Simile, quod Bœoti urbem polliciti reddere, non ſtantem ſed everſam reddidere. Thucyd. l. 5. Et quod Mahumedes Sultanus, Eubœa capta, eum diſſecuit trunco tenus, cui caput incolume fore promiſerat. Similis perfidiæ exempla etiam apud Polyænum legere licet. *Rediiſſe ad hoſtem non dicetur, qui clam rediit, ut ſtatim exiret; rediiſſe enim ita intelli-*
gi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

interpretabatur: non recte. fraus enim adſtrin-, non diſſolvit perjurium. Fuit igitur ſtulta cal-itas perverſe imitata prudentiam. Itaque decre- ſenatus, ut ille veterator & callidus vinctus Annibalem duceretur. Sed illud maximum: octo minum millia tenebat Annibal, non quos in acie biſſet, aut qui periculo mortis diffugiſſent, ſed i relicti in caſtris fuiſſent a Paullo & Varrone nſulibus. eos ſenatus non cenſuit redimendos, m id parva pecunia fieri poſſet: ut eſſet inſitum mi-

ebet, ut in poteſtate hoſtium iterum verba ſunt Grotii l. 3. de Iure Bel- Pacis cap. 23. n. 13. *Rachel.*

raus enim adſtringit non diſſolvit per- um] Corrupte legebatur, *diſtringit.* us enim adſtringit; contractus non olvit. *C. Lang.* *Fraus enim diſtrin- non diſſolvit perjur.*] Nihil muto. nim habent omnes libri manuſcr. ulg. quos vidi. præterea *diſtringe-* eſt diverſis partibus ſtringere: lon- e aliud ſignificat, quam *deſtrin-*, & prope contrarium: ut cum mus, *deſtringere ferrum.* Langius en legit hoc loco, *adſtringit:* & ita n ediderunt operæ meo injuſſu, at- adeo me invito. *Lambin.* *Fraus e- diſtringit*] *Diſtringit*, id eſt, di- is partibus ſtringit, ut Lambinus otat: non diſſolvit, ut Langius vit, qui, *aſtringit*, repoſuit, quod etſi in optimo libro manuſcripto tur, tamen *diſtringit* pro corrupto eſt habendum, cum præſertim *ictus* cum obligato vicinitatem ha- t: quod Aſconius in Verrinam ſe- ndam oſtendit. *Fr. Fabrit.* *Diſtrin-* editi fere. ſed alterum extat in Pa- primo, in Fabritiano, in Lan- nis, & minus aures offendit quam *ringit.* quod tamen propugnat Gif- ius noſter in obſervationibus ſuis inæ linguæ, quæ in adoleſcentum nibus verſantur, vultque *diſtringe-* interdum valere non dirumpere, diſſolvere, ſed aliquid reſolutum ter ligare ac diſtringere. *Gruter.*

Eos ſenatus non cenſuit redimendos] Neſcio qui fluctus in hoc quoque ſimpulo moveantur. Non Cicero tradit ſemper & ubique ſeveritatem illam locum habere aut etiam apud Romanos habuiſſe: ſed docet illorum temporum, cum Roma eſſet ſancta, hoc eſt, nondum luxu & divitiis corrupta, illam viguiſſe diſciplinæ militaris ſeveritatem, reipublicæ tum valde ſalutarem, (ea enim ad tantam virtutem excitabantur milites, qua terrarum orbem ſubegerunt, ut egregie Valerius Maximus aliique oſtenderunt, cum ſcirent ſacramento ſe teneri aut ad vincendum, aut ad moriendum) hoſti vero pernicioſam. Nam hoc inprimis ſecutum eſſe Senatum Populumque Romanum in non accipiendis redemtionis captivorum legibus, ut & declararet, nec tanta clade ſe poſſe permoveri ad captos pretio liberandos, quos peccaſſe judicarant, utque & fidem facerent hoſti, ſe non laborare penuria poſt tantas ſtrages civium. Itaque fregit hic excelſus populi Romani animus, quem animi parvi & iſtorum temporum mollitie & moribus omnia metientes non capiunt, Annibalis animum. Sunt hæc heroica facta, quæ pro illorum temporum ſtatu laudabilia ſunt, aliis temporibus reprehenderentur.

Cum id parva pecunia fieri potuiſſet] *Poſſet*, eſt in libris manuſcriptis, & editis a Victorio. Poterant autem redimi tribus minis, vel HS CIↃ CC. ut ſcri-

militibus noſtris aut vincere, aut emori. Qua quidem re audita, fractum animum Annibalis ſcripſit idem, quod ſenatus populuſque Romanus rebus afflictis tam excelſo animo fuiſſet. ſic honeſtatis comparatione ea, quae videntur utilia, vincuntur. Acilius autem, qui Graece ſcripſit hiſtoriam, plures ait fuiſſe; qui in caſtra revertiſſent, eadem fraude, ut jurejurando liberarentur, eoſque a cenſoribus omnibus ignominiis notatos. Sit jam hujus loci finis. perſpicuum eſt enim, quae timido animo, humili, demiſſo fractoque fiant, quale fuiſſet Reguli factum, ſi aut de captivis, quod ipſi opus eſſe videretur, non quod reipub. cenſuiſſet, aut domi remanere voluiſſet: non eſſe utilia, quia ſint flagitioſa,
33 foeda, turpia. Reſtat quarta pars, quae decore, moderatione, modeſtia, continentia, temperantia continetur. Poteſt igitur quidquam eſſe utile, quod ſit huic talium virtutum choro contrarium? Atqui ab Ariſtippo Cyrenaici, atque Annicerii philoſophi nominati, omne bonum in voluptate poſuerunt: virtutemque cenſuerunt ob eam rem eſſe laudandam, quod efficiens eſſet voluptatis. quibus obſoletis floret Epicurus, ejuſdem fere adjutor, auctorque ſenten-

ſcribit Polyb. lib. 6. ubi in Fragmentis hiſtoria hæc exſtat. *Fr. Fabrit.*

Acilius autem] Vet. libri conſtanter *Atilius* habent, pro *Acilius*: & ita apud Livium etiam credo ſcribendum, & Ciceronem 1 de leg. In Dionyſii libro IV. ſcribitur: Κάϊος Ἀκύλιος quod eſt *C. Aquilius.* Caii prænomen in gente Atilia rariuſculum eſt. *C. Lang.* *Atilius autem*] *Acilius*, reponendum: etſi enim Langius *Atilium* ex ſuis libris probat: ego tamen in omnibus libris impreſſis & manuſcript. hiſtoricum hunc *Acilium* nominari video. & recte. nam etiam apud Plutarchum in Romulo eſt, γάϊος ὁ ἀκίλιος ἱστορεῖ. & apud Dionyſium lib. 3. γάϊον ἀκύλιον ποιησάμενος βεβαιωτήν. id eſt, *C. Acilium* auctorem ſecutus. Hinc Aciliani annales de quibus Livius lib. 25, 39. *Ad triginta ſeptem millia hoſtium cæſa, auctor eſt Claudius, qui annales Acilianos ex Græco in Latinum ſermonem vertit.* Idem lib. 35, 14. *Claudius ſecutus Græcos Acilianos libros P. Africanum in ea fuiſſe legatione tradit.* Fr. Fabrit. Recte Fabritius. Fuit is M. Acilius Glabrio.

Omnibus ignominiis notatos] Nonnulli libri manuſcr. habent, *omni ignominia annotatos*: quod a Cujatio noſtro jampridem eſt obſervatum. *Lamb.*

Cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ıntiae. Cum his viris equiſque, ut dicitur, ſi ho-ẹſtatem tueri ac retinere ſententia eſt, decertan-ıum eſt. nam ſi non modo utilitas, ſed vita omnis ẹata corporis firma conſtitutione, ejuſque conſtitu-ionis ſpe explorata, ut a Metrodoro ſcriptum eſt, ọntinetur: certe haec utilitas, & quidem ſumma ic enim cenſent) cum honeſtate pugnabit. nam ubi rimum prudentiae locus dabitur? an ut conqui-ṭ undique ſuavitates? Quam miſer virtutis famu-ṭus ſervientis voluptati! quod autem munus pru-ẹntiae? an legere intelligenter voluptates? fac ni-il iſto eſſe jucundius: quid cogitari poteſt turpius? ım, qui dolorem ſummum malum dicat, apud ım quem habet locum fortitudo, quae eſt dolo-ım laborumque contemtio? quamvis enim multis ı locis dicat Epicurus (ſicut hic dicit) ſatis fortiter de

Cum his viris equiſque] Lib. manu-ṛipti quidam, *veris æquiſque*, alii *ṛipediſque*; Sed omnino *viris equiſ-ue*, legendum. Vir industriæ; equus ṛium & celeritatis ſymbolum. Ad fratrem lib. III. *Curſu corrigam tar-ṭatem tuam cum equis, tum viris.* Phi-ọp. VIII. *Armis, equis, viris D. Bru-ſubveniemus.* Vtitur & ἐκλειπτικῶς ọiſtola quadam ad Varronem: *Nunc ị confecta omnia, dubitandum non eſt, ạin equis viris.* Vtitur nonnunquam ịvius & Florus II: *Terris omnia equis ṛiſque quatiebat.* abſurdum erat *vela ụuis* conjungere; quamvis Horatius ịxit: *Navibus atque quadrigis.* Si quis ạmen malit *veris æquiſque* quod fere ı duobus libris legi dixi, non pugna-ẹro. Nam ſic Terentius Phormio-e III.

Antiph. *Miſeritum eſt.* Phær. *hei veris vincor.* C. Lang.

ụm his viris equiſque] Omnes fere ịbri veteres habent, *veris equiſque*: ṇde alii faciunt, *velis, equiſque*: ut ạbent vulgati, alii, *viris, equiſque*, ụos ſequimur. *Lambin.* *Cum his viris ẹquiſque*] Omnes fere libri veteres, ut Lambinus & Langius quoque annotarunt, habent, *veris equiſque*, unde factum, ut in vulgatis libris, etiam Victorianis & Manutianis, *velis equiſque*, legatur, at enim, *viris equiſque*, non ſolum hic, ſed & aliis locis apud Ciceronem legendum eſſe, Hieronymus Ferrarius in Emendationibus in Philippicas Ciceronis, jampridem demonſtravit. *Fr. Fabrit.*

Ejuſque conſtitutionis ſpe explorata] Deeſt adverbium, *perfecte*, quod poſt vocem *ſpe* in vetuſtiſſimo libro reperitur. *F. Vrſin.*

Quam miſer virtutis famulatus ſervientis voluptati] Hoc ipſum eſt, quod & Seneca dicit IV de benef. 2. *In hac parte nobis pugna eſt cum Epicureorum delicata & umbratica vita, in convivio ſuo philoſophantium: apud quos virtus voluptatum miniſtra eſt. Illis paret, illis deſervit, illas ſupra ſe videt.* Vide ibi plura & librum de vita beata cap. 9, & ſequentia.

Qui dolorem ſummum malum judicat] *Dicat* noſtri cum vulgatis omnibus habent. *Fr. Fabrit.*

Sicut hic dicit] Vetuſtiſſimi duo libri,

de dolore : tamen non id ſpectandum eſt, quid dicat, ſed quid conſentaneum ſit ei dicere, qui bona voluptate terminaverit, mala dolore : ut, ſi illum audiam de continentia & temperantia; dicit ille quidem multa multis locis: ſed aqua haeret, ut ajunt. nam qui poteſt temperantiam laudare is, qui ponat ſummum bonum in voluptate? eſt enim temperantia libidinum inimica, libidines autem conſectatrices voluptatis. Atque in his tamen tribus generibus, quoquo modo poſſunt, non incallide tergiverſantur. Prudentiam introducunt ſcientiam ſuppeditantem voluptates, depellentem dolores. fortitudinem quoque aliquo modo expediunt, cum tradunt rationem negligendae mortis, perpetiendique doloris. Etiam temperantiam inducunt, non facillime illi quidem, ſed tamen quoquo modo poſſunt. dicunt enim, voluptatis magnitudinem doloris detractione finiri. Iuſtitia vacillat, vel jacet potius, omneſque eae virtutes, quae in communitate cernuntur, & in ſocietate generis humani. neque enim bonitas, nec liberalitas, nec comitas eſſe poteſt, non plus quam amicitia, ſi haec non per ſe expetantur, ſed ad voluptatem, utilitatemve referantur. Conferamus igitur in pauca. Nam ut utilitatem nullam eſſe docuimus, quae honeſtati eſſet contraria: ſic omnem voluptatem dicimus honeſtati eſſe contrariam. Quo magis repre-

bri, *ſicut id dicit, ſatis fortiter.* quam puto ſcripturam non recipiendam. *Car. Lang.* Tale eſt, quod ex illo notavit Seneca ep. 67: *Epicurus ait, ſapientem ſi in Phalaridis tauro peruratur, exclamaturum: Dulce eſt, & ad me nil pertinet.* vide & ep. præcedentem, in qua narrat Epicurum, cum veſicæ, & exulcerati ventris tormentis infeſtaretur, dixiſſe, nihilominus ſe diem illum beatum agere.

Doloris detractione finiri] Sic legendum non *fieri*. Hoc enim dicebant Epicurei, ubi dolor detractus eſſet, finiri ac terminari, & quo verbo ipſi utebantur, ὁρίζεσθαι voluptatem: neque creſcere amplius, ſed variari tantum, id eſt ποικίλλεσθαι. *Muretus.* *Finiri* eſt quoque in Palatinis & Grævii primo.

Sic omnem voluptatem dicimus honeſtati eſſe contrariam] Non quod omnem damnet voluptatem, paullo enim poſt ipſe dicit, voluptatem poſſe condimen-

rehendendos Calliphonem, & Dinomachum judi-
o, qui ſe dirempturos controverſiam putaverunt, ſi
um honeſtate voluptatem, tanquam cum homine
ecudem, copulaviſſent. Non recipit iſtam conjun-
ionem honeſtas, aſpernatur, repellit. Nec vero
nis bonorum & malorum, qui ſimplex eſſe de-
et, ex diſſimilibus rebus miſceri & temperari
oteſt. Sed de hoc (magna enim res eſt) alio lo-
o pluribus. Nunc ad propoſitum. Quemadmo-
um igitur, ſi quando ea, quae videretur uti-
tas, honeſtati repugnat, dijudicanda res ſit, ſatis
t ſupra diſputatum. Sin autem ſpeciem utilitatis
tiam voluptas habere dicetur, nulla poteſt eſſe ei
um honeſtate conjunctio. Nam ut tribuamus aliquid
oluptati, condimenti fortaſſe non nihil, utilitatis
erte nihil habebit. Habes a patre munus, Marce
li, mea quidem ſententia, magnum: ſed perinde
rit, ut acceperis, quamquam tibi hi tres libri in-
er Cratippi commentarios, tamquam hoſpites erunt
ecipiendi. Sed ut, ſi ipſe veniſſem Athenas (quod
qui-

entum eſſe honeſtatis, hoc eſt ho-
eſtatem reddere ſuaviorem, ſed cum
e honeſtate diſputat, non vult ulli
oluptati locum eſſe, ut fecerat Cal-
phon & Dinomachus, aliique. Nam
oluptas honeſtatem non poteſt red-
ere honeſtiorem & meliorem, ſed
onnunquam ſuaviorem, ut inferius
ocet. Quæ ſit autem voluptas maxi-
ne homine digna docet Seneca VII
e benef. 2: *Voluptas fragilis eſt, bre-
is, faſtidio objecta: quo avidius hauſta
ſt, citius in contrarium recidens, cujus
ubinde neceſſe eſt aut pœniteat, aut pu-
eat. In qua nihil eſt magnificum, aut
quod naturam hominis diis proximi de-
eat. res humilis, membrorum turpium
c vilium miniſterio veniens, exitu fœ-
da. Iſta eſt voluptas homine & viro di-
gna, non implere corpus, non ſaginare,
nec cupiditates irritare, quarum tutiſſi-
ma eſt quies: ſed perturbatione carere, & ea, quam hominum inter ſe rixantium ambitus concutit, & ea quæ intolerabilis ex alto venit, ubi de diis famæ creditum eſt, vitiiſque illos noſtris æſtimavimus.* vide eundem de brevitate vitæ cap. 5 & ſequente. Nec diſſentit Ariſtoteles, qui in X ad Nicom. vere tradit, non eſſe voluptates ducendas, quæ a viris bonis, hoc eſt philoſophis, non numerentur voluptates. Quæ illæ ſint vidimus ex Seneca.

Calliphonem & Dinomachum] Cic. V de finibus: *Nam aut voluptas adjungi poteſt ad honeſtatem, ut Calliphoni, Dinomachoque placuit: aut doloris vacuitas, ut Diodoro.*

Nec vero finis bonorum & malorum] Muretus lib. XIV Var. Lect. cap. 3. has duas voces *& malorum* adjectas putat ab hominibus minime malis, ſed non

quidem eſſet factum, niſi me e medio curſu clara voce patria revocaſſet) aliquando me quoque audires: ſic, quoniam his voluminibus ad te profecta vox mea eſt; tribues his temporis quantum poteris; poteris autem quantum voles. Cum vero intellexero, te hoc ſcientiae genere gaudere, tum & praeſens tecum propediem (ut ſpero) &, dum aberis, abſens loquar. Vale igitur, mi Cicero, tibique perſuade, eſſe te quidem mihi cariſſimum: ſed multo fore cariorem, ſi talibus monumentis praeceptiſque laetabere.

non ſatis intelligentibus. Libri tamen omnes etiam primus Grævii, illas retinent.

Si talibus monitis præceptiſque latabere] Sic reſtitui, libris omnibus invitis, in quibus & ſcriptum & impreſſum eſt, *talibus monumentis*. Lambin. Abſit, ut reſpuamus omnium codicum conſenſum. *Monumentis præceptiſque* eſt ἓν διὰ δυοῖν, pro monumentis ſeu libris quibus talia præcepta continentur. *Grævius.*

M. TVL-

M. TVLLII CICERONIS
CATO MAIOR,

Ad T. Pomponium Atticum, Præfatio.

O Tite, ſi quid ego adjuero curamve le- I
vaſſo,
Quæ nunc te coquit & verſat in pectore
fixa,
Ecquid erit pretii?

Li-

SI quid ego adjuaro] In vetuſtiſſimo libro, *adjuvero*, ſcriptum eſt. itaque vel *adjuro*, ſicut *admoro*, *curato*; vel certe *uero* legendum eſt. quod & apud rent. extat eadem forma, qua a *ivi* (quo Cato & Catullus utuntur) *iu* eſt factum. *Levaſſo* & ipſum fuum eſt. *C. Lang.* *Si quid ego adjuro*] nunc edendum curavi. nam olim, *uero*, editum fuit: quod in pleriſe libris manuſcriptis reperitur, nee multum intereſt utro modo lega-, *adjuero*, an *adjuro*. Sic enim umque uſurpatur a Latinis. *adjuro* tur nunc magis probo, quam, *uero*. Dictum autem *adjuro* pro *advero*. Iam *levaſſo*, pro *levaro*, antium. cujus generis multa ſunt apud utum. *Lambin.*

Quæ nunc te coquit] Poſt hunc vern in libro qui eſt apud me ſcriptus nu Pomponii Læti, legitur alius ſus, cujus prior pars reperitur in uſtiſſimo etiam alio penes me coe.

Et qua deprimeris fruſtra noctesque diesque.

Vrſin.

Et verſat in pectore fixa] Cum omnes fere libri manuſcr. habeant, *verſat in pectore fixa*, ſic mihi nunc, ut edatur, faciendum eſſe exiſtimavi: quamvis olim vulgatos ſecutus ſum, *verſat ſub pectore fixa.* Lambin. Adplaudit meus primus. Qui hæc interpolarunt, & *ſub* pro *in* ſuppoſuerunt boni viri, neſcierunt apud antiquiores poetas T. finale eſſe ambiguum, teſte Martiano Capella. Livius Andronicus apud Priſcianum lib. VIII in Odyſſea:

Cum ſocios noſtros mandiſſet impiu' Cyclops.

Grævius.

Ecquid erit præmii] Multi libri habent: *& quid erit pretii? pretium* enim antiqui pro præmio dicebant. Inde *operæpretium*, *manupretium*. Cato oratione apud Equites: *majores ſeorſum atque diverſum pretium paravere bonis atque ſtrenuis, decurionatus, optionatus, haſtas donaticas, alioſque honores.* alii habent, *& quid erit præmi?* Ex qua varietate contextus & confictus eſt,

Et qua deprimeris, & quid erit pretii?

Qui cum nec elegans mihi, nec ſatis ex dignitate T. Quinctii clariſſimi viri prolatus videretur, dubitavi primum ſub-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Licet enim verſibus iiſdem mihi affari te, Attice, quibus affatur Flamininum

Ille vir haud magna cum re ſed plenus fidei.

quamquam certo ſcio, non, ut Flamininum,

Sollicitari te, Tite, ſic nocteſque dieſque.

novi enim moderationem animi tui & aequitatem: te-

ſubeſſetne aliquid vitii, donec tandem hunc ſcrupulum meum ſoluit exemplar Bibliothecæ D. Iacobi Leodien. in quo ita elegantiſſime ſcriptum eſt,

Quæ te nunc coquit, & verſat in pectore fixa,
Et quid erit præmi?

Suſpicor autem a verſificatore quopiam, pentametrum perfectum. quid autem proclivius quam ex his verbis, *& quid erit præmi?* facere, *& qua deprimeris?* Totum vero exordium erat maculatiſſimum. *Car. Langius.* *Ecquid erit præmi*] Sic habent omnes fere libri manuſcripti, quos ſequor. pauci cum vulgatis conſentientes, *ecquid erit pretii?* quam lectionem nunc minus probo, quamvis ſciam veteres interdum uſurpaſſe *pretium* pro mercede. Horatius epiſt. ad Quinctium, lib. I. *Nec furtum feci, nec fugi, ſi mihi dicat Servus: habes pretium: loris non ureris, aio.* Plautus Aſin. *Promerenti optime, hoccine pretii redditur?* Catull. ad Rufum. *Ruſe, mihi fruſtra, & nequicquam cognite amice, Fruſtra? immo magno cum pretio, atque malo?* Lambin.

Affatur Flaminium] *Flamininus:* quod hic recte habent manuſcripti libri, Quinctiorum cognomen eſt, qui patricii erant. Flaminii familiæ nomen, ſed plebeiæ & ſine cognomine. *Flaminii* autem ſunt cognominati a ſacerdotio, ut *Minucii* Augurini ab auguratu, *Cenſorini* a Cenſura. *C. Lang.* *Flamininum*] Sic habent omnes ad unum libri veteres: & ita ſine dubio legendum. Significatur enim T. Quinctius Flamininus, qui Philippum bello ſuperavit: qui aliquot annis poſt ad Pruſiam regem legatus miſſus, ab eo impetravit, ut Hannibalem, quem ille penes ſe habebat, ut hoſpitem, aut ſupplicem, ſibi proderet. Non venit tamen Hannibal in Flaminini poteſtatem, ſed cognito, ſe a Pruſia eſſe proditum, & Flaminino condonatum, veneno ſibi mortem concivit. Hujus frater erat L. Quinctius Flamininus, quem Cato in cenſura ignominia notavit, & e ſenatu ejecit, quod, cum conſul eſſet in Gallia, exoratus fuerat a ſcorto quodam, ut aliquem eorum qui eſſent in vinculis, damnati rei capitalis, ſecuri feriri juberet. *Lambin.* Pithæi excerpta: *quibus Ennius affatur Flamininum.* male.

Plenus fidei] Sic Paullinus Nolanus, Venantius Fortunatus, aliique ad veterum imitationem *fidei* extenſa media ſyllaba dixerunt. Bacchius pes eſt, antique. Scribebant enim *fideii*, ut *Pompeii*, *Caii*, *reii*, *perniciei*, *dieii*, apud Ciceronem *dii* apud Virgilium, & alia apud priſcos illos opicos. Nam *reii* dactylus eſt apud Lucretium non uno loco. Idem libro V:

via namque munita fideii
Proxuma fert humanum in pectus, templaque mentis.

C. Lang. *Ille vir haud magna cum re, ſed plenu' fideii*] Sic habent omnes noſtri libri veteres, in his Cujatianus, & Pithæanus, & Danielis, & tres Memmiani, & duo Huraltini, quod eo notavi, nequis me temere nonnullos vulgatos ſecutum eſſe, ſcriptos manu improbaſſe exiſtimet: in quibus affirmant quidam reperiri, *haud magna in re, ſed* &c. *Lambin.* In *fidei* & ſimilibus primam produci ante ultimam docet etiam G. Voſſius de arte Grammatica lib. II, cap. 13: *Magna cum*

eque non cognomen ſolum Athenis deportaſſe, ſed umanitatem & prudentiam intelligo. & tamen te uſpicor iiſdem rebus, quibus meipſum interdum ravius commoveri: quarum conſolatio & major eſt, : in aliud tempus differenda. Nunc autem mihi vium eſt de ſenectute aliquid ad te conſcribere. hoc nim onere, quod mihi commune tecum eſt, aut m urgentis, aut certe adventantis ſenectutis, & :, & meipſum levari volo. etſi te quidem id modi: ac ſapienter, (ſicut omnia) & ferre, & laturum ſſe certe ſcio. Sed mihi, cum de ſenectute aliquid ellem ſcribere, tu occurrebas dignus eo munere, uo uterque noſtrum communiter uteretur. Mihi uidem ita jucunda hujus libri confectio fuit, ut non odo omnes abſterſerit ſenectutis moleſtias, ſed efcerit mollem etiam & jucundam ſenectutem. numuam igitur ſatis laudari digne poterit philoſophia, ui qui pareat, omne tempus aetatis ſine moleſtia oſſit degere. Sed de ceteris & diximus multa, & epe dicemus. hunc librum de ſenectute ad te miſiius. Omnem autem ſermonem tribuimus non Titho-

nre, ut apud veterem poetam *mas cum viribus amnis.*

Et tamen ſuſpicor, iiſdem rebus te, bus] Aſperitatem, quæ aures ofdit tollit meus optimus, & Pithæa-s, in quibus: *& tamen te ſuſpicor em rebus, quibus.* ut paullo infeiis iidem: *quod mihi commune tecum*, pro quo vulgati per quam dure: *d mihi tecum commune eſt.* Græs.

Modice ac ſapienter] *Modice*, ex lib. . & Chariſio legendum eſt. In qua nificatione, latinum eſt; a *modo*, etiam *modeſtus*, *moderatus*. Nam dicus, pro exiguus, alienum eſt, *modo* fortaſſis, quod ea pecuniam tiuntur, dum medimnum non poſt implere. *C. Lang.* Hanc lection firmant Pithæ, & Grævii, ut & Soſipater lib. II, ubi & Plautum ſic loquentem laudat. Sic & Varr. *Sapiens & bonum ferre poteſt modice, ac malum fortiter ac leviter.* Græv.

Vteretur] Pro, *uteretur*, in pulcerrimo & antiquiſſimo S. Trudonis exemplari, *inhæretur*, erat: docti conjiciant. Nam & verbum, *poterit*, quod proxime ſequitur, in aliquot libris non reperi, in aliis, tranſpoſitum tamen, legi. *C. Lang.*

Cui qui pareat omne tempus ætatis ſine moleſtia poſſit degere] Hoc pulchre oſtendit Cebes in tabula, ubi, cum dixiſſet quicunque pervenerit ad veram eruditionem, vadere quocunque velit, addit: πανταχοῦ γὰρ ἐστιν αὐτῷ ἀσφάλεια, ὥσπερ τὸ κωρύκιον ἄντρον ἔχοντι. καὶ πανταχοῦ οὗ ἂν ἀφίκηται, πάντα καλῶς βιώσεται μετὰ πάσης ἀσφα-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

thono, ut Ariſto Chius, parum enim eſſet auctoritatis in fabula: ſed M. Catoni ſeni, quo majorem auctoritatem haberet oratio. apud quem, Laelium & Scipionem facimus admirantes, quod is tam facile ſenectutem ferat, iiſque eum reſpondentem. qui ſi eruditius videbitur diſputare, quam conſuevit ipſe in ſuis libris, attribuito Graecis litteris, quarum conſtat eum perſtudioſum fuiſſe in ſenectute. Sed quid opus eſt plura? jam enim ipſius Catonis ſermo explicabit noſtram omnem de ſenectute ſententiam.

2 Scip. Saepenumero mirari ſoleo cum hoc C. Laelio, tum ceterarum rerum tuam excellentem, M. Cato, perfectamque ſapientiam, tum vel maxime, quod numquam ſenectutem tibi gravem eſſe ſenſerim: quae ple-

ἀσφαλείας. ὑποδέξονται γὰρ αὐτὸν ἀσμένως πάντες, καθάπερ τὸν ἰατρὸν οἱ πάσχοντες. *Vbique enim in tuto eſt, non ſecus ac ſi Corycium antrum teneret. Et quocunque pervenerit, omnino honeſte vivet, ab omni periculo remotiſſimus. Omnes enim eum libenter ſuſcipient, ut ægroti medicum.* & paullo poſt: οὐ μὴ διοχληθήσεται, οὔτε ὑπὸ ὀδύνης, οὔτε ὑπὸ λύπης, οὔτε ὑπ᾽ ἀκρασίας, οὔτε ὑπὸ φιλαργυρίας, οὔτε ὑπὸ πενίας, οὔτε ὑπ᾽ ἄλλου κακοῦ οὐδενός. ἁπάντων γὰρ κυριεύει, καὶ ἐπάνω πάντων ἐστὶ τῶν πρότερον αὐτὸν λυπούντων. *Neque enim vel dolore, vel moleſtia, vel ab incontinentia, vel ab avaritia, vel a paupertate, vel ab ullo alio malo vexabitur. Omnibus enim dominatur, omnibus eſt ſuperior iis, a quibus ante exagitabatur.* vide ibi plura. Seneca ep. 59: *Talis eſt ſapientis animus qualis mundi ſtatus ſuper lunam. ſemper illic ſerenum eſt.*

Ariſto Chius] Fuit is Stoicus, Ariſto Ceus vero Peripateticus Philoſophus. Illum Panætius & Soſicrates apud Diogenem Laertium nihil præter epiſtolas ſcripſiſſe ajunt, cetera eſſe Ariſtonis Cei. quod tamen negat Cicero, qui non ſolum ei tribuit hic librum de ſenectute, ſed & multa alia v de Finibus; *Concinnus deinde & elegans Ariſto: ſed ea, quæ deſideratur a magno Philoſopho, gravitas in eo non fuit. Scripta ſane multa & polita: ſed neſcio quo pacto auctoritatem oratio non habet.* vide Diogenem Laertium in ejus vita, & quæ ſummus amicus noſter, vir politiſſimi ingenii, Ægidius Menagius ad eum notavit.

Parum enim eſſet auctoritatis] Sic reſcripſi ex meo & Pithæano, quodque in tribus MSS. olim repertum probarat Guilielmius, reſpuente id male Grutero. Sed idem meus optimus liber pro *Ariſto Chius* ſcribit *Ariſtoteles*. Grævius.

Excellentem perfectamque ſapientiam] In meo primo eſt, *excellentem perfectamque patienciam.* ſuper quo verbo eadem manu, ſed minoribus litteris ſcriptum erat, *ſapientiam.* Cave quicquam mutes, & cum non nemine jungas *ceterarum rerum ſapientiam.* Eſt *ceterarum rerum* locutio imperfecta, quæ ſignificat, quod ad ceteras res attinet. ut in Bruto cap. 6: *Tum ille ceterarum rerum, inquit, iſtuc & doleo & dolendum puto.* ſed hæc dudum obſervarunt viri docti, in primis Hotomannus IV Obſervat. 4. ut mirer in tanta luce hic impegiſſe non nullos. *Græv.*

Omn

terisque ſenibus ſic odioſa eſt, ut onus ſe Aetna graius dicant ſuſtinere. Cato. Rem haud ſane difficim, Scipio & Laeli, admirari videmini. quibus em nihil opis eſt in ipſis ad bene beateque vivendum, omnis gravis eſt aetas : qui autem omnia bona a ipſis petunt, iis nihil poteſt malum videri, quod turae neceſſitas afferat. quo in genere in primis eſt nectus, quam ut adipiſcantur omnes optant: eandem cuſant adeptam : tanta ineſt inconſtantia ſtultitiae atque

nus ſe Ætna gravius] Sumpſit ex Euripide, apud quem ita eſt in cule Furente:

ἁ νεότης μοι φίλον ἄ-
θος. τὸ δὲ γῆρας αἰεὶ
αρύτερον Αἴτνας σκοπέλων
πὶ κρατὶ κεῖσαι
λεφάρων σκοτεινὸν
άρος ἐπικαλύψαν.

rſin.

uibus nihil opis eſt in ipſis ad bene eque vivendum] Qui omnes vitæ ones ſuſpenſas habent a munerifortunæ, rebuſque aliis, quæ ſunt noſtri juris & poteſtatis. de us vide Epictetum in Enchiridio 1. Cic. v ad fam. 13 : *Illum fru ex iis litteris vel maximum cepi, l te præclare res humanas contemnen, & optime contra fortunam para armatumque cognovi. Quam qui laudem ſapientiæ ſtatuo eſſe maxi, non aliunde pendere, nec extrin bene aut male vivendi rationes nſus habere.*

ui autem omnia bona a ſeipſis petunt, ihil poteſt malum videri] Is enim rectus *ſub quolibet pondere. nulla il res minorem facit, nihil illi eorum, ferenda ſunt, diſplicet. Nam quic cadere in hominem poteſt, in ſe ceci non queritur.* inquit Seneca ep.

uam ut adipiſcantur omnes optant] us hos eſſe leviter a M. Tullio imatos acute olim vidit Scaliger ad tonem. Guilielmius propius ad os eos ita ſcribebat:

Quam ut adipiſcantur omnes optant: eandem item
Adeptam accuſant. tanta eſt inconſtantia,
Stultitia & perverſitas.

Gruterus. In eandem ſententiam Crates Comicus apud Stobæum, cui Cicero hæc debet:

Ὠ'νείδισάς μοι γῆρας, ὡς κακὸν μέγα,
Οὗ μὴ τυχόντι θάνατος ἐσθ' ἡ ζημία,
Οὗ πάντες ἐπιθυμοῦμεν· ἂν δ' ἔλθῃ ποτὲ
Ἀ'νιώμεθ'. οὕτως ἐσμὲν ἀχάριστοι φύσει.

Vertit H. Grotius:

Senectam ætatem quid mihi ut malum exprobras?
Quam non apiſci vitæ pretio conſtitit.
Quam cuncti concupiſcimus: at cum venerit
Toleramus ægre. tam ingrato ingenio ſumus.

Vltimorum ſententia eſt : *tam ingrati naturæ ſumus.* Grævius.

Eandem accuſant adepti] Omnes libri veteres habent *adeptam*, pro quo vulg. *adepti.* Lambinus. *Eandem accuſant adepti.* Accepit hanc ſententiam ex Menecrate poeta, cujus verſus extant apud Stobæum:

Γῆρας ἐπεὰν μὲν ἀπῇ, πᾶς εὔχεται·
Ἢν δέ ποτ' ἔλθῃ, μέμφεται, &c.

F. Vrſin. Grævii vetus liber *adeptam* ut Lambiniani.

Tanta eſt inconſtantia, ſtultitia, atque perverſitas] *Stultitiam* vocat inſipien-

atque perverſitas. Obrepere ajunt eam citius quam putaſſent. Primum, quis coegit eos falſum putare? qui enim citius adoleſcentiae ſenectus, quam pueritiae adoleſcentia obrepit? deinde, qui minus gravis eſſet iis ſenectus, ſi octingenteſimum annum agerent, quam octogeſimum? praeterita enim aetas, quamvis longa, cum effluxiſſet, nulla conſolatione permulcere poſſet ſtultam ſenectutem. Quocirca ſi ſapientiam meam admirari ſoletis (quae utinam digna eſſet opinione veſtra, noſtroque cognomine) in hoc ſumus ſapientes, quod naturam optimam ducem, tamquam deum, ſequimur, eique paremus: a qua non veriſimile eſt, cum ceterae partes aetatis bene deſcriptae ſint, extremum actum, tamquam ab inerti poeta, eſſe neglectum. ſed tamen neceſſe fuit eſſe aliquid extremum, & tamquam in arborum baccis, terraeque frugibus maturitate tempeſtiva, quaſi vietum & caducum: quod ferendum eſt molliter ſapien-

pientiam: qua quid inconſtantius? locus erat valde mendoſus; nec Gaza intellexit, cujus verſionem non lubet ſemper reprehendere. Eſt enim peſſima ſecutus exemplaria. *C. Lang.* *Tanta eſt ſtultitiæ inconſtantia*] Sic eſt emendatum in codice Memmiano ex tribus codicibus manuſcr. quibuſcum totidem alii conſentiunt. quocirca de veritate hujus ſcripturæ non eſt dubitandum. Nam quod in editione Langii impreſſum eſt, *tanta ineſt*, &c. mendoſum eſt. *Lambin.* *Stultiæ* eſt in Pithæano. In meo optimo *ineſt*. in quo olim quoque fuit *ſtultitiæ*, ſed eraſa eſt ultima littera, & alia manu adſcripta eſt *a*. Nihil certius lectione, quam ex ſuis codicibus expreſſit Langius: *tanta ineſt ſtultitiæ inconſtantia atque perverſitas.* h. e. tam inconſtantes ſunt homines ſtulti atque perverſi, quibus nihil opis eſt in ſe ipſis ad bene beateque vivendum. Dogma enim Stoicorum ſolum ſapientem, qui ſciat res omnes æſtimare ſuo pretio, eſſe conſtantem. *Gravius.*

Noſtroque cognomine] Vetus liber *veſtroque cognomine.* F. Vrſin. *Cognomine noſtro* eſt quod nobis impoſuerunt homines, cum nos ſapientes vocant.

Quod naturam optimam ducem, tanquam Deum, ſequamur] Stoici ſane naturam dicebant Deum. Senec. IV de benef. 7: *Natura, inquit, hæc mihi præſtat. Non intelligis te, cum hæc dicis, mutare nomen Deo? Quid enim aliud eſt natura, quam Deus, & divina ratio toti mundo & partibus ejus inſerta?* & cap. ſequ. *ſic nunc naturam voca, fatum, fortunam, omnia ejuſdem Dei nomina ſunt varie utentis ſua poteſtate.* vide in utroque capite plura. & II Natural. quæſt. cap. 45. Sic & auctori, qui Triſmegiſti nomen ſibi impoſuit, ὁ Θεὸν, καὶ νοῦς, καὶ φύσις idem ſunt. Hinc & Lactant. lib. II cap. 9. *Melius igitur Stoicorum omnium acutiſſimus Seneca,*

ſienti. quid enim eſt aliud gigantum modo bellare
m diis, niſi naturae repugnare? Lael. Atqui, Ca-
, gratiſſimum nobis, ut etiam pro Scipione polli-
ar, feceris, ſi, quoniam ſperamus, volumus qui-
m certe, ſenes fieri, ante multo a te didicerimus,
bus facillime rationibus ingraveſcentem aetatem
re poſſimus. Cat. Faciam vero, Laeli; praeſer-
n ſi utrique veſtrum, ut dicis, gratum futurum
Scip. Volumus ſane, niſi moleſtum eſt, Cato,
nquam aliquam viam longam confeceris, quam no-
quoque ingrediendum ſit, iſtuc, quo perveniſti,
ere, quale ſit. Cat. Faciam, ut potero, Laeli. 3
pe enim interfui querelis meorum aequalium, pa-
autem cum paribus, veteri proverbio, facillime
gregantur, quae C. Salinator, quae Sp. Albinus,
mines conſulares, noſtri fere aequales, deplorare
bant: tum quod voluptatibus carerent, ſine qui-
vitam nullam putarent: tum quod ſpernerentur
is, a quibus eſſent coli ſoliti. qui mihi non id
vide-

qui vidit nihil aliud naturam eſſe, Deum. vide & Lipſium Phyſio- toicorum lib. I diſſert. 5.

antum modo] Sic Livius, *Latro- modo, pecudum modo*, pro more. g.

quoniam volumus, ſperamus qui- rte] Hæc clauſula, *ſperamus, vo- quidem certe*; qua aliquoties ali- eſt, a ſciolis inverſa & corru- it. *Velle* enim ſimplex & hone- verbum eſt: quo animi noſtri rium explicamus, non vehemens m illud, ſed extra omnes motus. autem vitium ſonat: *deſiderare*, *appetere*, longe diverſa ſunt. ox poſtea Scipio, *volumus certe*, , *niſi moleſtum eſt Cato*: hoc eſt, is: quanquam & hæc verba pro- liud ſignant, quam *velle*. Car. Meus optimus & Pithæan. ad- ntur Langio, quem miror a ioribus editoribus non fuiſſe au- ditum, præſertim cum hanc ſcriptu- ram etiam Petrus Balduinus, & Ma- nutius in nonnullis MSS. repererint. In uno atque altero, ut in meo primo copula & eſt interpoſita. *Græv.*

Qua nobis quoque ingrediendum ſit] Nonnulli libri veteres habent, *quam nobis*, &c. quæ ſcriptura fortaſſe recta eſt. ſic enim loquebantur veteres. Lu- cret. lib. I. *æternas quoniam pœnas in morte timendum.* & ita ſæpe; de quo genere dixi in commentariis Lucret. Iam quin Latini ita loquantur, *ingre- di viam*, nemini Latini ſcienti dubium eſt. *Lambin.* Sic & Grævii & Pyth. & plures alii apud Manutium, quem vi- de.

Pares autem cum paribus] Ariſtoteles libro II Rhet. ἧλιξ ἥλικα τέρπει. *F. Vr- ſinus.*

Quæ C. Salinator] *Quæ*, hic non tam ad nomen, *querelas*, quam ad ſenten- tiam reſpicit: quod Atticis eſt fami- liarius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

videbantur accuſare, quod eſſet accuſandum. nam ſi id culpa ſenectutis accideret, eadem mihi uſu evenirent, reliquiſque omnibus majoribus natu: quorum ego multorum cognovi ſenectutem ſine querela: qui ſe & libidinum vinculis laxatos eſſe non moleſte ferrent, nec a ſuis deſpicerentur: ſed omnium iſtiuſmodi querelarum in moribus eſt culpa, non in aetate. moderati enim, & nec difficiles, nec inhumani ſenes tolerabilem agunt ſenectutem. Importunitas autem & inhumanitas omni aetate moleſta eſt. Lael. Eſt, ut dicis, Cato. ſed fortaſſe dixerit quiſpiam, tibi propter opes & copias, & dignitatem tuam, tolerabiliorem ſenectutem videri: id autem non poſſe multis contingere. Cato. Eſt iſtuc quidem, Laeli, aliquid; ſed nequaquam in iſto ſunt omnia: ut Themiſtocles fertur Seriphio cuidam in jurgio reſpondiſſe, cum ille dixiſſet, non eum ſua, ſed patriae gloria ſplendorem aſſecutum: Nec hercule, inquit, ſi ego Seriphius eſſem, nobilis: nec tu ſi Athe-

liarius. Sunt autem quæ ſequuntur pœne ad verbum, ex primo de Rep. Platonis. *C. Lang.*

Eadem mihi uſu venirent, reliquiſque omnibus majoribus natu] Meus optimus: *eadem mihi uſu venirent omnia, reliquiſque omnibus majoribus natu. omnia* tamen eadem quidem manus, ſed ſuper *venirent* ſcripſerat, tanquam omiſſum. Nec aliter Palatinus, niſi quod *omnibus* ibi non legatur. *Grævius.*

Qui ſe a libidinum vinculis] Meus & Pithæan. *qui ſe & libidinum vinculis laxatos.* Non infrequens ellipſis. Lucceius ad Ciceronem v ep. ad fam. 15: *Gratia contendimus & rogando, ſi quid noſtra cauſſa vis, ut iſtis te moleſtiis laxes.* Ceterum quod ad ſententiam, bene cum iis agi, quos libidines non infeſtent, docet Phavorinus apud Stobæum: Ἡδονῆς ὁ μὲν ἑκὼν εἰργόμενος σοφόν. ὁ δὲ μὴ δεόμενος μακάριος. τὸ δὲ γῆρας πρὸς ἀμφότερα ἐπιτήδειον. καὶ γὰρ φρονιμωτέρους τοὺς ἀνθρώπους ἀπεργάζεται, καὶ τῶν ἡδέων ἀμελεστέρους. *Qui ſponte a voluptate recedit ſapiens eſt: qui vero ipſam prorſus non deſiderat beatus. Senectus autem iſtorum utrique idonea eſt. Nam & prudentiores homines, & jucundorum negligentiores reddit.* Græv.

Moderati enim, nec difficiles, nec inhumani ſenes] Nam plerumque ſenex eſt *Difficilis, querulus, laudator temporis acti ſe puero, cenſor caſtigatorque minorum*, ut Horatius ait de arte poetica.

Omni ætati moleſta eſt] Codices aliquot Memm. habent, *omni ætate.* Lambin. Sic & Pithæanus, quamvis meus ſtet pro vulgata. illud tamen præfero. Omni in ætate inquit moleſta eſt importunitas hominibus, non ſolum in ſenectute. *Grævius.*

Nec hercule, ſi ego Seriphius eſſem, nobilis] Lege ex antiquis codicibus *nobilis;*

henienſis eſſes, clarus umquam fuiſſes. quod eo-m modo de ſenectute poteſt dici. Neque enim in mma inopia levis eſſe ſenectus poteſt, ne ſapienti idem: nec inſipienti etiam in ſumma copia non vis. Aptiſſima omnino ſunt, Scipio, & Laeli, ar- ſenectutis, artes exercitationeſque virtutum: ae in omni aetate cultae, cum multum diuque eris, mirificos efferunt fructus, non ſolum quia mquam deſerunt, ne in extremo quidem tempore atis, (quamquam id maximum eſt) verum etiam quia

, præſertim cum mihi adſtipulen-um Plato, a quo id mutuatus eſt ro, tum Plutarch. in apophthe-. regum & imperatorum, tum in Themiſtoclis. Hoc enim ſentit am ad conſequendam nominis ritatem habere quidem aliquid menti, ſed ea ſola hominem non litari, niſi acceſſerint quædam ra, ut in rebus gerendis eximia entia & fortitudo, aliaque hu-odi. *Petrus Balduinus.* Omnes li-iam manu exarati habent in hunc um: Nec *hercle*, inquit, *ſi ego us eſſem, ignobilis; nec tu, ſi A-enſis, clarus unquam fuiſſes.* Sed recte: Nam comparatio quam Cicero requirit, ut vel, *nobilis*, nus; vel (quod potius exiſtimo) um. Sic enim Plato extulit, Ἀλ-ὸ τοῦ Θεμιστοκλέους εὖ ἔχει, ὡς τῷ ίῳ λοιδορουμένῳ, καὶ λέγοντι, δι᾽ αὐτὸν, ἀλλὰ διὰ τὴν πόλιν εὐ-μοῖ· ἀπεκρίνατο ὅτι οὔτ᾽ ἂν αὐ-Σερίφιος ὢν, ὀνομαστὸς ἐγένετο, κεῖνος Ἀθηναῖος. quæ ſententia ino ejus interprete intellecta non Similiter fere Plutarchus in A-thegm. ἀλλ᾽ οὔτ᾽ ἂν ἐγὼ Σερίφιος δοξος, οὔτε σὺ Ἀθηναῖος. Seri-una Sporadum perexigua, gente odum ignobili, etiam proverbio s: de quo Ariſtoph. in Acharn. & lit Cicero hic & de natura Deo- 1. Voluit itaque Themiſtocles hominis modo ignobilitatem, otius gentis perſtringere; quaſi & ingenio & animo tam humiles ſint, ut ne evadere quidem ex illis quis poſſit in virum clarum. *C. Lang.* *Nec hercule, inquit, ſi ego Seriphius eſſem, nobilis*] Faernus ſecutus veterum librorum auctoritatem, emendavit *ignobilis.* Sed contra eum facit Platonis locus in 1. Pol. unde Ciceronem hæc ſumpſiſſe manifeſtum eſt. *F. Vrſinus.* Grævii & Pithæanus quoque *ignobilis*, ſed tamen recte Balduinus & Langius. vide Manutium.

Nec inſipienti etiam in ſumma copia, &c.] Legendum, ut habent cod. Memm. & Langiani, *etiam in ſumma copia*, &c. atque ita olim edi juſſeram. nam libri vulg. non habent, *etiam.* Lambin.

Mirificos efferunt fructus] *Efferre*, ad fructus ſpectat. In Verrem: *Id perdere aratorem, quod agri ſegeteſque extuliſſent.* Et de clar. orator. *Ager qui multos annos quievisſet, uberiores efferre fructus ſolet.* Vtitur & de officiis. *C. Langius.*

Non ſolum quia nunquam deſerunt] Adverbium, *nunquam*, in exemplari S. Trudonis recte abeſt. *C. Lang.* *Non ſolum quia numquam deſerunt*] Adverbium, *nunquam*, abeſt a nonnullis lib. manuſcr. & fortaſſe recte. ſequitur enim negatio, *ne*, quæ una ſatis eſt. verumtamen nihil muto. nam ſæpe duæ negationes etiam apud Lat. magis negant. *Lambinus.* In Grævii & Pithæi *nunquam* habetur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

quia conſcientia bene actae vitae, multorumque be-
4 nefactorum recordatio, jucundiſſima eſt. Ego Q. Maximum, eum, qui Tarentum recepit, adoleſcens ita dilexi ſenem, ut aequalem. erat enim in illo viro comitate condita gravitas: nec ſenectus mores mutaverat. quamquam eum colere coepi non admodum grandem natu, ſed tamen jam aetate provectum. anno enim poſt conſul primum fuerat, quam ego natus ſum:

Quia conſcientia bene acta vitæ, multorumque benefactorum] Sic & Phavorinus in libro de ſenectute de his armis & voluptate ſenectutis apud Stobæum: Ἄξιος δέ ἐςιν εἰς τὸν περὶ τῆς ἡδονῆς λόγον προσελθόντα μηδὲ ἐκείνην ἀμνημόνευτον ἐάσαι, τὴν παρὰ πᾶσι τοῖς νοῦν ἔχουσιν εὐδοκιμοῦσαν, ἣν ἡδονὴν ὀνομάζουσι, καὶ χαρὰν καὶ τέρψιν. περιγίνεται δ᾽ ἐκ τῶν καλῶν μαθημάτων, καὶ τῶν ἐνδόξων κατορθωμάτων. ἀμφότερον γὰρ τούτων ὑπάρχει τῷ γέροντι πρὸς ἑαυτὸν ἀναμιμνήσκεσθαι, καὶ καθάπερ κτήμασι τέρπεσθαι, λογιζομένῳ ὅτι ἡ τύχη ἡ πάντων κυρία ταῦτα ἄκυρός ἐςι ἀφελέσθαι. *Poſtquam in mentionem de voluptate incidimus, convenit ne illam quidem ſilentio prateꝛire, quam omnes qui ſapiunt magni faciunt, quam vocant voluptatem, & gaudium, & oblectationem. Oritur autem ex diſciplinis egregiis, & claris facinoribus. utrorumque ſolent reminiſci ſenes, & iis tanquam poſſeſſionibus delectari, cogitantes fortunam omnium dominam hæc auferre non poſſe.* Sic videtur hic locus legendus. *Grævius.*

Q. Maximum] Hic eſt Q. Fabius Maximus, Verrucoſus, qui anno V. C. 544 Tarentum proditione recepit.

Anno enim poſt, conſul primum fuerat, quam ego natus ſum] Sic tres Pall. & tres Guilielmiani (quibus accedunt Græv. & Pith.) neque aliter editio Victoriana. recentius ut & antiquius publicati, *poſtquam primum conſul fuit*, contra Chronologiam, ut oſtendit Contarenus Variarum lectionum lib. cap. 24, & ante ipſum Carolus Langius. Vulgatum tamen defendit Pighius in annalibus anni P. R. C. 521. *Gruterus.* *Anno poſt, quam primum conſul fuerat, ego natus ſum*] Hic locus eſt corruptus. Si enim Cato anno poſt, quam primum Conſul Q. Fabius fuit, natus eſt, anno ab V. C. 621 Lepido & Malleolo Coſſ. natus eſt. At illum ego anno V. C. 519 ex hoc ipſo libello oſtendam Albino & Maximo Coſſ. ut vel contra omnium impreſſorum fidem legendum ſit: *anno enim poſt primum conſul fuerat, quam ego natus ſum.* Principio enim Cato de Livio hæc dicit: *Vidi etiam ſenem Livium, qui cum ſex annis ante, quam ego natus ſum, fabulam docuiſſet, Centhone Tuditanoque Coſſ. uſque ad adoleſcentiam meam proceſſit ætate.* Conſule faſtos, numera ſex annos, ſeptimum, quo natus eſt Cato, proximum ante Fabii conſulatum invenies. Deinde in eodem libello de Ennii morte hæc leguntur: *Anno undeviceſimo poſt ejus mortem, hi Conſules T. Flaminius, & Acilius facti ſunt. Ille autem Cæpione & Philippo iterum conſulibus mortuus eſt, cum ego quinque & ſexaginta annos natus legem Voconiam, magna voce, & bonis lateribus ſuaſiſſem.* At a Lepido & Malleolo Conſulibus ad eos, quos modo dixi, qui conſulatum geſſerant anno Vrbis DLXXXIV anni tantum quatuor & ſexaginta numerantur. Poſtremo ibidem legimus. *Sed redeo ad me. Quartum annum ago & octogeſimum.* Si ergo Cato anno V. C. DCIII quo T. Quinctius Flaminius, & M. Acilius Balbus Coſſ. fuerunt, annos quatuor & octoginta erat natus, certum eſt, quod nos diximus

…m: cumque eo quartum conſule adoleſcentulus mi-
…s profectus ſum ad Capuam, quintoque anno poſt
…l Tarentum quaeſtor: deinde aedilis, quadriennio
poſt

…is, natum anno ante Q. Fabii con-
…atum, qui fuit Vrbis DXIX. Rurſus
…eodem libello de Africano Majore
…c leguntur: *Quam palmam utinam … immortales tibi, Scipio, reſervent, … avi tui reliquias perſequare, cujus a …rte hic tertius & triceſimus eſt annus.* …c quoque legendum *quintus & tri…imus.* Quod quanquam alii notarunt …e me, mihi tamen fuit repetendum, …ia video a quibuſdam egregiam hanc …neceſſariam emendationem in oram …ri eſſe rejectam, perinde ac ſi ve…m eſſe ullo modo poſſet, aut Cato…m fuiſſe eo tempore tam provectum …te quam diximus, aut ab anno Vr… DLXIIX ad DCIII tres eſſe tantum …triginta annos. Cum hæc animad…tiſſem pervenit ad manus meas Ci…onis liber de ſenectute calamo in …embranis exaratus, in quo locus il… de anno, quo natus eſt Cato, ita …t ſcriptus, ſine ulla litura, ut eum …endavi. Sic etiam duo MSS, quo…n ſupra quam dici poteſt humanus …que eruditus Ioannes Vincentius Pi…llus copiam mihi fecerat. *Vincent. …itarenus.*

Quintoque anno poſt ad Tarentum …uæſtor] Locus iſte fuit mendoſiſſi…us, quod tamen hactenus a paucis …ſervatum miror. neque quidquam …teres libri adjuverunt. Eum qua ra…ne reſtituerim, ex Catonis hiſtoria …lam faciam. M. Portius M. F. M. N. …ato natus eſt Poſtumio & Carvilio …ſ. An. P. V. C. DXIX. id quod hic …e teſtatur. Nam ab his Conſulibus … Philippum & Cæpionem Coſ. an… LXIV intercedunt, quo mortuum …e Q. Fabium Maximum infra præ…cat, & a ſe latam legem Voconiam. …ilitare cœpit Q. Fabio Maximo IIII. … Marcello III. Coſ. An. P. V. C. …XXIX. id hic quoque fatetur & a…erte Cor. Nepos in vita ipſius, na…s annos plus XIX. quanquam in Nepote & Plutarcho legatur, anno ætatis octavo decimo militaſſe ſub Fabio. id quod ratio annorum, qui inter Fabii primum & quartum conſulatum interceſſerunt, non patitur. quanquam non ignorem, tirocinia Romanos auſpicari ſolitos anno ſeptimodecimo, ſumta jam virili toga. Militavit iterum quinquennio poſt, ſub Fabio V. coſ. An. P. V. C. DXLIIII. cum Tarentum ille reciperet. id quod hic quoque dicit, Annos natus plus minus XXIV, quæ ætas Quæſturæ nondum erat oportuna. Anno ſequente Trib. mil. in Sicilia fuit: atque inde reverſus C. Claudii Neronis, ejus qui Aſdrubalem fregit, caſtra ſecutus eſt, ut idem Nepos refert. Id accidit ſub annum DXLVI. Livius lib. XXVII. Tertio poſtea anno P. V. C. DXLIX. Quæſtor obtigit P. Scipioni coſ. ad bellum Africanum proficiſcenti. Nepos & Livius lib. XXIX. Cicero in Bruto. *At hic Cethegus*, inquit, *coſ. cum P. Tuditano fuit bello Punico ſecundo, Quæſtorque his coſ. M. Cato.* & infra hoc ipſo dialogo, *ſodalitates autem*, inquit Cato, *me Quæſtore conſtitutæ ſunt, ſacris Idæis magnæ Matris acceptis.* Nam Cethego & Tuditano coſ. Matrem Deum ex Aſia deportatam omnes tradunt. Quadriennio poſt P. V. C. DLIV. Ædilis factus eſt cum C. Helvio. Nepos & Livius XXXII. Anno ſequente P. V. C. DLV. Prætor cum eodem Helvio, Livius eodem loco & Nepos. Hæc omnia ut cum hoc Ciceronis loco comparari apte poſſint, pauca verba abjeceram: *Dein Ædilis quadrienno poſt factus ſum prætor.* quæ ſtudioſum aliquem, cum omnes Catonis magiſtratus recenſere vellet, ad marginem annotaſſe veriſimile eſt, librarios deinde in contextum orationis inſeruiſſe. Cato enim ea tantummodo hic vult enumerare, quæ ipſi ſub Q. Maximo acciderunt, cujus laudes inſtituit. Quo

poſt factus ſum praetor: quem magiſtratum geſſi conſulibus Tuditano & Cethego, cum quidem ille admodum ſenex, ſuaſor legis Cinciae de donis & muneribus fuit. Hic & bella gerebat, ut adoleſcens, cum plane grandis eſſet: & Annibalem juveniliter exſultantem patientia ſua molliebat: de quo praeclare familiaris noſter Ennius:

Vnus

modo vero ſe prætore Q. Maximum legem Cinciam rogaſſe dicat, qui quattuor annis ante Catonis Præturam mortuus ſit? utputa Ti. Claudio, M. Servilio coſ. P. V. C. DLI. quod Livius ſcribit. lib. XXX. hæc cum ſic annotaſſem, accidit ut cum Stephano Pighio, viro omnis antiquitatis ſine controverſia doctiſſimo, hunc locum conferrem, quem is in ſuis annalibus ita emendaſſe oſtendit: *Quæſtor deinde quadriennio poſt factus ſum, quem magiſtratum*, &c. paucioribus tantum eraſis verbis, quam ego. quam emendationem ut tum maxime probavi, ita non dubito quin omnes ſtudioſi laudaturi ſint. *C. Lang.* *Quintoque anno poſt ad Tarentum: deinde quæſtor*,&c.] quamvis ita legendum putem, partim nonnullos cod. manuſcr. ſecutus, partim conjectura ductus: non damno tamen Caroli Langii & Pighii emendationem, quæ talis eſt. *Quæſtor deinde quadriennio poſt factus ſum*, &c *Lambin.* Pighius in faſtis anni DXLIX emendandum putabat: *poſt ad Tarentum? Quæſtor deinde quadriennio poſt factus ſum. quem magiſtratum*, &c. excluſis illo *Ædilis & Prætor.* Puteanus adhæret Langianæ conjecturæ *ad Tarentum: Quæſtor quem magiſtratum geſſit* &c. eraſis illis, *deinde ædilis quadriennio poſt factus ſum prætor.* quæ quidem in unius veteris codicis, quem vidit Puteanus, contextu non ſunt, ſed ad oram poſtea alia manu adſcripta a ſtudioſo, ut opinantur, qui ceteros Catonis magiſtratus indicare vellet. *Gruterus.*

Conſulibus Tuditano & Cethego] Hic fuit annus V. C. 549, cum Sempronius Tuditanus, & Cornelius Cethegus conſules eſſent.

Suaſor legis Cinciæ] Vide Fridericum Brummerum de lege Cincia cap. I.

Patientia ſua molliebat] Cum in veteri uno libro, *moliebat*, reperiſſem; nihil dubitavi quin, *moliebatur*, a Cicerone fuiſſet ſcriptum. Id quod poſtea ſic in exemplari Abbatiæ D. Iacobi etiam haberi cuivis licet inſpicere. A quo enim eſt proditum Annibalis ferociam eſſe mollitam cunctatione Fabii? Exaſperatam potius, maxima clade Cannenſi mox ſecuta, populis ad eum deficientibus. *Molitus* certe eſt eum Fabius ab urbe, cui totus imminebat: id enim Fabii conſilium erat. Eſt autem moliri, cum difficultate quadam movere loco. Livius lib. X. *Num montes moliri ſede ſua paramus?* Et alibi, *anchoras moliri*, *portas moliri.* Ennii nomen quod proxime ſequitur, puto ex ſcholio eſſe: erant enim illi verſus procul dubio noti: Et conſtabat Ennium Catonis familiarem fuiſſe; utpote quem ille ex Sardinia Romam adduxerat, cum de Africa Quæſtor rediret, ut refert Nepos. In his ipſis Ennii verſibus liber unus hoc modo habet:

Ergo magiſque magiſque viri nunc gloria claret.

C. Lang. *Patientia ſua molliebat*] Sic legendum cenſeo, ut eſt in libris vulg. & pleriſque manuſcr. quo modo legit & Nonius in voce, *mollis.* A Langio autem, qui non dubitat, quin a Cicerone *moliebatur*, ſcriptum ſit, valde diſſentio. nam ſi *moliebatur* a Cicerone ſcriptum eſſet ad hoc, quod ille vult, exprimendum, additum eſſet,

ab

Vnus qui nobis cunctando reſtituit rem.
Non ponebat enim rumores ante ſalutem.
Ergo magiſque magiſque viri nunc gloria claret.

Tarentum vero qua vigilantia, quo conſilio recepit? cum quidem, me audiente, Salinatori, qui, amiſſo oppido, fugerat in arcem, glorianti atque ita dicenti: Mea opera, Q. Fabi, Tarentum recepiſti: Certe, inquit ridens: nam, niſi tu amiſiſſes, numquam recepiſſem. Nec vero in armis praeſtantior, quam in toga: qui conſul iterum, Sp. Carvilio collega quieſcente, C. Flaminio tribuno pl. quoad potuit reſtitit,

b urbe. alioqui verbum, *moliebatur*, ullo modo hic locum habere poteſt. *olliebat autem*, valde quadrat. Hoc nim ſignificat. Fabius Hannibalem, cinora audaciæ plena, & fervida, ualia ſunt juvenum, quæ Græci diunt, *νεανικὰ*, & iidem, *νεανιέυεται*, id eſt more juvenum, qui ſunt roces, & audaces, res magnas, & nimi plenas aggredi, & facere. Faius igitur Hannibalem, facinora auciæ, & animi, & fervoris plena lentem, frangebat, & mollem redbat, & ejus conatus inanes & irris efficiebat. Hæc eſt Ciceronis ſenntia: quod continuo probaturos conlo homines Latine doctos. *Lambin.* angius *moliebatur* ex uno libro, quod on diſplicet: ſed vulgatam lectionem co non movi ob conſenſum codim, & locum T. Livii III Hiſtoarum: *Propalam obviam ire cupiditati n auſi, obſecundandoque mollire imtum aggrediebantur.* Agnoſcit & *molbat* Nonius. Sicque & Accius Teleo montem dicit *mollire mare*, quod ictus retundat & infringat mole ſua: *emiſque nixi properiter navem in fugam dunt, ſubter ſaxa ad lævam qua mons are mollibat.* Guilielm. *Moliebatur* re rejicit Lambinus, & exponit bene *olliebat.* Florus lib. II, 6 de eadem bii cunctatione loquens quaſi pararaſi quadam circumſcribit hæc Cironis verba: *Per Samnium totum, per Falernos Gauranoſque ſaltus ſic maceravit Annibalem, ut qui frangi virtute non poterat, mora comminueretur.* hoc eſt quod Cicero dixit *patientia molliit Annibalem.* Grævius.

Vnus homo nobis] *Vnus qui nobis*, habent veteres libri omnes. *F. Vrſinus.*

Ergo poſtque magiſque] *Poſtque* ineptum eſt. Primo quia copula locum non habet apud *poſt*, dein quia *poſt* & *nunc* ſtulte junguntur. *poſt nunc gloria claret* quid ſano homini notat? In meo veterrimo: *ergo poſtea magiſque*, ſuper *poſtea* tamen eadem manus ſcripſerat *magis*. Nihil certius eſt lectione, quam ex veteri libro attulit Langius: *Ergo magiſque magiſque viri nunc gloria claret.* ut *etiam atque etiam*, *iterum iterumque*, ſic & *magis magiſque* apud Plautum Pſeudolo IV, 7: *Edepol næ iſtuc magis magiſque metuo, cum verba audio.* Grævius.

Salinatori] Præf. arcis Tarentinæ Polybius lib. VIII. C. Livium vocat. Livius Patavinus M. Livium: mirum ſane eſt, quod eum Cicero appellat Salinatorem. Nam M. Livius bis coſ. & cenſor, qui Salinator cognominatus eſt, Tarento non præfuit. Secutus tamen eſt eum Plutarchus. *Car. Langius.*

Sp. Carvilio Collega quieſcente, C. Flaminio tribuno pl. quoad potuit, reſtitit] Hic fuit annus D XXV V. C, ſicut Capi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ſtitit, agrum Picentem & Gallicum viritim contra ſenatus auctoritatem dividenti: augurque cum eſſet, dicere auſus eſt, optimis auſpiciis ea geri, quae pro reip. ſalute gerentur: quae contra remp. ferrentur contra auſpicia ferri. Multa in eo viro praeclara cognovi; ſed nihil eſt admirabilius, quam quomodo ille

tolinorum Faſtorum auctores ſupputant. Citat Soſipater Cariſius Grammaticus Tullii locum iſtum & addit Flaminio collegam adjutorem C. Carvilium Sp. Carvilii Conſulis, ſi non conſanguineum, certe gentilem, hoc modo verba Tullii referens: *C. Carbilio & C. Flaminio Tribunis plebis, quoad potuit reſtitit, agrum Picentem & Gallicum contra ſenatus auctoritatem dividentibus.* Hinc profecto colligere poſſumus, quam variis modis poſt Cariſii tempora corruperint, & detruncarint Ciceronis exemplaria librarii ſcriptores, partim hiſtoriarum imperitia, partim ſupina quadam negligentia. Sed hic offenſi videntur repetitione nominis Carvilii, & alterum idcirco ſuſtuliſſe, vel negligenter præteriiſſe: cum tamen id ipſum declaret tacite, cur Conſul Carvilius quieverit, ne actionibus ſcilicet conſanguinei, vel gentilis tribuni & plebis utilitati plebejus ipſe adverſaretur. Supplerem igitur jam dictum Tullii locum male multatum ex ipſo Soſipatris loco, in hunc modum: *Sp. Carvilio Collega quieſcente, C. Carvilio & C. Flaminio tribunis plebis, quoad potuit, reſtitit.* Polybius autem unum C. Flaminium tribunum plebis nominat, ut legiſlatorem, quem auctorem & principem ejus ſeditionis fuiſſe conſtat, & legem pertuliſſe, agrumque Gallicum diviſiſſe tradit M. Lepido Conſule, octavo videlicet anno, antequam belli Gallici Ciſalpini flamma coorta eſt. Sed in hoc diſſentit Polybius a Cicerone, quod legem hanc agrariam non anno DXXV, ſed DXXI M. Lepido Conſule a Flaminio latam fuiſſe ſcribit, quæ cauſſa Ciſalpini belli Gallici mox orientis fuerit, ut prolixe narrat lib. II. Steph. Pighius.

Agrum Picentem] Sic repoſui ex meo pervetuſto codice. In Pithæano corrupte legebatur *Piſcentem*. Soſipater quoque lib. II ita legit. Sic apud Florum lib. I cap. 19 in Nazariano recte ſcribitur *bellum Picens*, ubi vulgo ut hic, *bellum Picenum*. *Picenum* dicebatur ipſa regio, ut jam dudum ad illum locum Salmaſius docuit; ἐθνικὸν autem eſt *Picentinus & Picens*. *Picenus* tamen *ager* habetur magno omnium exemplarium conſenſu in III de officiis. *Græv.*

Viritim contra ſenatus auctoritatem dividenti] C. Flaminius Tr. pl. legem agrariam tulit invito Senatu: Polyb. lib. VIII. Homo ingenio pervicaci. Citatur hic locus a Chariſio in hunc modum. *C. Carbilio. C. Flaminio Tr. pl. quoad potuit, reſtitit, agrum Picentem & Gallicum contra Senatus auctoritatem dividentibus.* ſine dubio, corrupte, male etiam, qui nuper ſcripſit agrum Gallicum a T. Quinctio Flaminino Tr. pl. diſtributum. quem errorem miror Paullum Manutium eſſe ſecutum. De Gallico ſic Varro I de re Ruſt. *Ager Gallicus, inquit, Romanus vocatur, qui viritim cis Ariminum datus eſt.* Picentes ſane in Campaniam tranſlatos, & *Picentinos* appellatos, Strabo ſcribit. *C. Lang.*

Optimis auſpiciis ea geri] Ad Homericum illud reſpexit, εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης. *F. Vrſinus.*

Quæ contra remp. fierent, &c.] Sic habent nonnulli libri veteres. Alii, *quæ contra remp. ferrentur, contra auſpicia ferri.* Lambin.

Illo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ille mortem M. filii tulit, clari viri, & conſularis.
eſt in manibus laudatio: quam cum legimus, quem
philoſophum non contemnimus? Nec vero ille in lu-
ce modo, atque in oculis civium magnus: ſed intus
domique praeſtantior. qui ſermo? quae praecepta?
quanta notitia antiquitatis? quae ſcientia juris augu-
rii? multae etiam, ut in homine Romano, litterae.
omnia memoria tenebat, non domeſtica ſolum, ſed
etiam externa bella: cujus ſermone ita tum cupide
fruebar, quaſi jam divinarem id, quod evenit, illo
exſtincto, fore unde diſcerem neminem. Quorſum 5
igitur haec tam multa de Maximo? quia profecto vi-
detis, nefas eſſe dictu, miſeram fuiſſe talem ſenectu-
tem. Nec tamen omnes poſſunt eſſe Scipiones, aut
Maximi, ut urbium expugnationes, ut pedeſtres
navalesve pugnas, ut bella a ſe geſta, ut triumphos
recordentur. eſt etiam quiete, & pure, & elegan-
ter actae aetatis placida ac lenis ſenectus: qualem
accepimus Platonis, qui uno & octogeſimo anno ſcri-
bens mortuus eſt. qualem Iſocratis, qui eum librum,
qui Panathenaicus inſcribitur, quarto & nonageſi-
mo anno ſcripſiſſe dicitur, vixitque quinquennium
poſtea:

Ille M. filii tulit] Cum prius legeretur M. F. prænomen M. eraſi: primum, ut ſupervacuum; ſatis enim fuerat adjeciſſe, *conſularis*, in hiſtoria non longe remota; deinde ut falſum. Nam Q. non M. prænomen ei fuiſſe omnes tradunt: quin oratio quoque ipſa hoc prænomine neſcio quo modo retardatur. A Plutarcho eſt proditum, Maximum ſtantem in foro recitaſſe laudationem filii, eamque poſtea edidiſſe. Sic vocatur funebris commendatio Græcis ἐπιτάφιος. Philipp. II. & de oratore. Et Quinctilia. III. *Nam & funebres laudationes*, inquit, *pendent frequenter ex publico aliquo officio. Hoc vulgare: quod tamen ſti ignorant.* Queritur Cicero in Bruto iſtiuſmodi laudationibus hiſtoriam rerum Romanarum eſſe factam mendoſiorem; *Multa enim*, inquit, *ſcripta in iis ſunt, quæ facta non ſunt, falſi triumphi, plures Conſulatus, genera etiam falſa, & a plebe tranſitiones, cum homines humiliores in alienum ejuſdem nominis infunderentur genus.* C. Lang.

Quæ ſcientia juris augurii] Sic Pall. niſi quod *qua* in illis deſideretur. & Grævii ac Pithæi. inferius in hoc ipſo libro *jus augurum* vocat: *Ius Augurum, civile Pontificum tracto.*

Ita tum cupide fruebar] Meus optimus non male: *ita cupide fruebar tunc.* Græv.

Triumphoſque recordentur] Recepi ex optimo meo & tribus Palatinis: *ut bella*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

poſtea: cujus magiſter Leontinus Gorgias, centum & ſeptem complevit annos: neque umquam in ſuo ſtudio atque opere ceſſavit. qui, cum ex eo quaereretur, cur tamdiu vellet eſſe in vita? Nihil habeo, inquit, quod incuſem ſenectutem. Praeclarum reſponſum, & docto homine dignum. ſua enim vitia inſipientes, & ſuam culpam in ſenectutem conferunt: quod non faciebat is, cujus modo mentionem feci, Ennius,

Sicut fortis equus, ſpatio qui ſæpe ſupremo
Vicit Olympia, nunc ſenio confectu' quieſcit.

Equi fortis & victoris ſenectuti comparat ſuam: quem quidem probe meminiſſe poteſtis. Anno enim undeviceſimo poſt ejus mortem, hi conſules, T. Flamininus, & M' Acilius facti ſunt: ille autem Caepione & Philippo iterum conſule mortuus eſt: cum ego quidem V & LX annos natus, legem Voconiam voce magna & bonis lateribus ſuaſiſſem. Annos LXX natus (tot enim vixit Ennius) ita ferebat duo, quae maxima putantur onera, paupertatem & ſenectutem, ut eis paene delectari videretur. Etenim, cum contemplor animo, reperio quatuor cauſas, cur ſenectus miſera videatur: unam, quod avocet a rebus gerendis: alteram, quod corpus faciat infirmius: ter-

bella a ſe geſta, ut triumphos recordentur. Græv.

M'. Acilius] Sic legendum. Sic enim nominatur ab omnibus hiſtoricis, *Manius Acilius Glabrio.* Sic infra, *M' Acilio Glabrione* conſule. *Lambinus.*

Cæpione & Philippo iterum Conſule] Sic ſcribendum eſſe aut *iterum Coſ.* non *iterum Coſſ.* ex pluribus MSS. oſtendit Manutius. & vere. Nam Philippus ſolus ſecundum Conſul fuit, non Cæpio. *Conſule* legitur etiam in Pithæani, codice. in meo hic deſiderantur non pauca. *Græv.*

Cum contemplor animo] Sic Guilielmus malebat, non *complector*, ſecutus Hittentorpiani codicis ſcripturam, quæ & libris Balduini confirmatur. *Contemplari* verbum augurale, eorum, qui templo capto, qua viſus patet, circumſpiciunt, unde eleganter ad animum transfertur & hic & in Tuſcul. I. *Sic mentis acies ſe ipſa intuens nunquam hebeſcit, ob eamque cauſam contemplandi diligentiam amittimus.* neque multo aliter Plautus Pſeudolo: *Næ illi, quantum ego nunc corde conſpicio meo, malam rem magnam, multaſque ærumnas dabunt.* Gruterus.

Quan-

tertiam, quod privet omnibus fere voluptatibus: quartam, quod haud procul abſit a morte. Earum, ſi placet, cauſarum quanta quamque ſit juſta unaquaeque, videamus. A rebus gerendis ſenectus abſtra- 6
hit? Quibus? an iis, quae in juventute geruntur & viribus? Nullaene igitur res ſunt ſeniles, quae vel infirmis corporibus, animo tamen adminiſtrentur? Nihil ergo agebat Q. Maximus? nihil L. Paullus, pater tuus, Scipio, ſocer optimi viri, filii mei? ceteri ſenes, Fabricii, Curii, Coruncanii, cum remp. conſilio & auctoritate defendebant, nihil agebant? Ad App. Claudii ſenectutem accedebat etiam, ut caecus eſſet: tamen is, cum ſententia ſenatus inclinaret ad pacem, & foedus faciendum cum Pyrrho, non dubitavit dicere illa, quae verſibus perſecutus eſt Ennius:

Quo vobis mentes, rectæ quæ ſtare ſolebant
Antehac, dementes ſeſe flexere via?

ceteraque graviſſime: notum enim vobis carmen eſt: &

Quanta quamque juſta ſit videamus] uſus ſum mutare lectionem vulgaam, quæ erat, *quantum quæque vaat, quantumque juſta ſit, unaquæque ideamus*, quod non extaret in Palat. ut membranis S. Victoris. & quod anc ſcripturam Aldus Manutius ait xtare in ſcriptis ſuis undecim, idemue fatetur in variis ſuis Contarenus e membranis ſuis tribus. *Idem.* Sic uoque Pithæanus.

Quæ geruntur juventute] Iſta ellipſis t inuſitata *gerere juventute, ſenecta*, o *in juventute, in ſenecta.* Sane *in ventute.* Et ſic Pith. exc. & multi ii MSS, ut & Victor. ed. *quæ in juentute geruntur & viribus.* quos ſeor. *Græv.*

Dementes ſeſe flexere via] Quidam ori, *dementi ſeſe flexere via?* alii, *mentes ſeſe flexere, viri?* Optimus e qui apud Centrones ſervatur ad G. Trudonis, *dementes ſeſe flexere via?* Vocis, *ruina*, nulla uſpiam veſtigia; ut credam ab Eraſmo, aut alio extemporario emendatore confictam ex Horatio, ut verſum perficeret: nam ille in odis, *dementem ruinam* dixit: potuit autem verſus Ennii in monoſyllabam exire, quam Cato, velut nihil ad ſententiam ſpectantem, quanquam etiam *via* expungi poſſit. In proxima linea dubitavi aliquando ſi pro *& tamen* legi deberet *& tum*, ſed quia & ſtatim poſt, & alibi quoque *& tamen*, pro *& certe*, vel *certe* video dixiſſe, nihil muto. *C. Lang.*

Antehac, dementes ſeſe flexere viaï] Sic legendum cenſeo. Neque vero mihi difficile fuit ex, *via*, quod eſt in libris manuſcr. facere, *viaï*, pro quo vulgo legitur, *ruina. Viaï*, autem cohæret cum adverbio, *quo*, ut ſit, *quo viaï.* quod miror a Langio non eſſe animadverſum. Iam, *mentes dementes*, tale eſt, qualia illa, *nuptiæ innuptæ, ſepultura inſepul-*

& tamen ipſius Appii exſtat oratio. atque hanc ille egit ſeptem & decem annos poſt alterum conſulatum, cum inter duos conſulatus anni decem interfuiſſent, cenſorque ante conſulatum ſuperiorem fuiſſet. Ex quo intelligitur, Pyrrhi bello grandem ſane fuiſſe: & tamen ſic a patribus accepimus. Nihil igitur afferunt, qui in re gerenda verſari ſenectutem negant, ſimileſque ſunt iis qui gubernatorem in navigando agere nihil dicant, cum alii malos ſcandant, alii per foros curſent, alii ſentinam exhauriant: ille autem clavum tenens quietus ſedeat in puppi. Non facit ea quae juvenes. at vero multo majora & me-

ſepulta, δῶρα ἄδωρα, γάμος ἄγαμος, & ſimilia ſexcenta. Qui autem hos verſus aliter legunt, delirant. *Lambin.* *Dementes mentes* ſunt νόοι ἄνοοι. In *dementes* cum evanuiſſet littera ultima, ob eandem in ſequente voce primam, boni correctores verſus conſtituendi excogitarunt iſtud *ruina*, cujus veſtigium nullum in libris ullis præter Erphurdenſes, quos non auſculto. neque enim Latinum eſt *ruina ſe flectere, ſed præcipitare: at via flectere* pro deflectere hoc eſt aberrare, mel merum. neque opus mutatione in *viai*, etiamſi juvarent libri, nedum iis invitis omnibus. peribit enim ardor omnis increpantis Appii. *Guilielmius.* At ego potius arbitrer illud *via* æque eſſe interpretum atque erat *ruina*, quæ vox eſt in altero Palatino, in quo tamen erat *dementes*. Gruterus. At Pith. *dementes ſe flexere via?*

Et tamen ipſius Appii] Vetus liber, *tum ipſius Appii*, &c. *F. Urſin.*

Anni decem interfluxiſſent] MSS. plerique *interfuiſſent*, cui & adſentitur Pal. prim. & tert. ſed melius forſan ſecundus, in quo tantum *anni decem fuiſſent*. Gruter. *Interfuiſſent* in duobus quoque Pithæi habetur.

Nihil igitur aſſerunt] Sic habent bona exempl. hic loco *aſſerri*; ut ad Herennium IV. *Cum videtur*, inquit, *pro ratione aſſeri, quod in expoſitione dictum eſt.* nam ita habent eo loco V. exemplaria vetera. *Afferri* tamen etiam recte leges. *C. Lang.* *Nihil igitur afferunt*] Sic legendum, & ita habent o. v. c. quos quidem viderim: non, *aſſerunt*, ut quidam linguæ Latinæ ignari ſomniant. *Lambin.*

Simileſque ſunt, ut ſi qui] Hæ dictiones, *ſimileſque ſunt*, neque in libro S. Trudonis leguntur, neque mihi placent. *Car. Lang.* *Simileſque ſunt, ut ſi qui*] Negat Langius reperiri hæc verba, *ſimileſque ſunt*, in uno libro vetere, & cenſet delenda. Ego & in codicibus Memmianis integra reperi, & in membrana antiquiſſima P. Danielis Aureliani, juvenis eruditi. Quin, ne quid diſſimulem, in ea membrana primo ſcriptum fuit, *ſimileſque ſunt iis, qui gubernationem* &c. deinde alia manu poſtea ſupra ſcriptum eſt, *ut ſi qui*, &c. ſalva tamen & integra priore & antiquiore ſcriptura. *Lambin.* Pith. *ſimileſque ſunt ut hi.* Sed veram cenſeo fuiſſe ſcriptionem, quam in P. Danielis membranis reperit Lambinus *ſimileſque ſunt iis. ut* natum ex repetitione præcedentis ſyllabæ, in qua poſtea *n* expunxerunt, ex *iis* aut *his*, aut *hi*, quod in nonnullis reperitur, ortum eſt negligentia ſcribarum tranſpoſitis litteris *ſi*. Vulgatam ſane non probaret Tullius, ſi reviviſceret. *Grav.*

Sedeat in puppi quietus, non faciat ea, qua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

neliora facit. Non viribus, aut velocitatibus, aut eleritate corporum res magnae geruntur: ſed con-ilio, auctoritate, ſententia: quibus non modo non rbari, ſed etiam augeri ſenectus ſolet. niſi forte ego obis, qui & miles, & tribunus, & legatus, & con-l verſatus ſum in vario genere bellorum, ceſſare unc videor, cum bella non gero. At ſenatui quae int gerenda praeſcribo, & quomodo: Karthagini ıale jam diu cogitanti bellum multo ante denuntio: e qua vereri non ante deſinam, quam illam exci-m eſſe cognovero. quam palmam utinam dii im-ıortales tibi, Scipio, reſervent, ut avi reliquias erſequare: cujus a morte hic tertius & triceſimus t annus: ſed memoriam illius viri excipient omnes nni conſequentes. Anno ante me cenſorem mortuus t, novem annis poſt meum conſulatum, cum con-l iterum, me conſule, creatus eſſet. Num igitur, ſi ad

a juvenes. at vero multo majora & liora facit] Rectius in editione Lan- & Aldi legitur, & diſtinguitur: *ietus ſedeat in puppi. Non facit ea quæ venes. at vero majora & meliora facit.* em.

Præſcribo, & quomodo Karthagini jam bellum cogitanti. Sic emendatum in cod. Memm. ex auctoritate duo-n codicum manuſcr. Alii quidam eres habent, *Karthagini jamdiu ma-cogitanti:* & ita ſcriptum reperi in mbrana P. Danielis. In quibus nibus non eſt verbum, *inferatur:* que habuit in ſuis Langius: ut ap-et ex ejus editione. Duas autem es, ſeu unam, *quomodo*, nos in nibus reperimus: quam ille vel n reperit, vel delendam putavit. *mbin.* Optime Victor. cod. & Col-t. & Metelli codices, quos ſecu- eſt Gruterus. *præſcribo & quomodo. thagini male jam diu cogitanti bellum lto ante denuncio.* nec multum ablu-nt Palatini. *inferatur*, quod in edi-nibus pleriſque habetur, in manuſcriptis codicibus non reperitur. *quomodo* delevit Langius in editione ſua, ſi ex membranis probæ notæ, laudo. Sed tamen invitis libris, quos ego aliique viderunt, nihil muto. *Grav.* Multo ante, inquit, Carthagini ſe denunciare bellum, quod orationibus ſuis ſemper pro ſententia ſubjiceret: *Hæc cenſeo, & Carthaginem delendam.* auctor in ejus vita Plutarchus. *Gruter.*

Quam illam exciſam] Toties jam admonui ſic eſſe ſcribendum, *exſciſſam.* eſt enim a verbo, *exſcindo*, ex quo & *exſcidium*, non excido. *Lambinus.*

Cujus a morte hic tertius & triceſimus annus] Hic *quintus & triceſimus eſt annus?* & paulo poſt, *decem annis*, pro *novem*, habet antiquus liber. *F. Vrſin.* Glareanus hic putat legendum *quintus & triceſimus.* Et ſic ex tribus MSS. legendum quoque cenſet Vicentius Contarenus Var. lect. cap. 24. Sed Stephanus Pighius in Faſtis anno V. C. DLXVIII rectius ſcribi exiſtimat *quartus & triceſimus*, quem vide. Pro vul-

gata

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ſi ad centeſimum annum vixiſſet, ſenectutis eum ſuae poeniteret? nec enim excurſione, nec ſaltu, nec eminus haſtis, aut cominus gladiis uteretur: ſed conſilio, ratione, ſententia. quae niſi eſſent in ſenibus, non ſummum conſilium majores noſtri appellaſſent Senatum. Apud Lacedaemonios quidem ii, qui ampliſſimum magiſtratum gerunt, ut ſunt, ſic etiam nominantur ſenes. Quod ſi legere, aut audire voletis externa, maximas reſp. ab adoleſcentibus labefactas, a ſenibus ſuſtentatas, & reſtitutas reperietis.

Cedo, qui veſtram remp. tantam amiſiſtis tam cito?
ſic enim percontantur, ut eſt in Naevii ludo, reſpondentur & alia, & haec in primis,

Proveniebant oratores novi ſtulti adoleſcentuli.
Temeritas eſt videlicet florentis aetatis; prudentia ſe-

gata tamen ſtant Palatini, Guilielmiani, Pithæani, & multi alii. *Gruter.*

Nec enim excurſione] Nihil moveo, ſed malim *decurſione. Decurſiones* enim & *decurrere* in iſtis exercitiis propria. *Idem.*

Quod ſi legere aut audire] Ita vetus codex, & melius, quam recentiores libri, *& audire.* & paulo poſt, *prudentia ſeneſcentis* pro *ſenectutis*, venuſtior lectio: ut *ſeneſcentis* opponatur verbo *florentis.* convenit autem hæc ſententia cum Ariſtotelis illis in libro VI Politic. ἡ μὲν δύναμις ἐν νεωτέροις, ἡ δὲ φρόνησις ἐν πρεσβυτέροις. *F. Vrſinus.*

Vt eſt in Nævii ludo] Ita in omnibus exemplar. Marſus tamen, *in Novii præcone poſteriore*, edidit. Nævii ἐρωτοπαιγνίων libros, quos Gellius & Chariſius advocant, intelligit, opinor. pro, *percunctanti*, in omnibus vetuſtis codicibus, *percunctantur*, inveni. *Car. Lang. Percontantur* probant etiam Palatini, Aldini, Guilielmiani, (Pithæanus, ſed in illo *poetæ* non extat nec in editione Langii) *percontantur* intellige ἀπὸ τοῦ κοινοῦ homines. *Gruter.*

Provehebantur ad res oratores novi] Sic reſtituit hunc locum B. Rhen. ex vet. cod. in annot. ad Cornel. Tacitum. nam vulg. habent, *proveniebant oratores novi*, &c. mendoſe autem hic operæ olim impreſſerunt, *provehebant oratores*, &c. *Lambin. Proventabant oratores* ſcripſit e libro Celberdenſi Guilielmius, neque aliter Pal. ſecundus, ſed ut tamen alterum etiam admiſerit, *proveniebant*, quod eſt in ceteris vulgatis. *Gruter.*

Prudentia ſeneſcentis] Pro *ſenectutis* in omnibus MSS. eſt *ſeneſcentis.* Agit enim de iis qui ſcribendis commentariis impediti per ſenectam non ſunt. Xenocrates octogenario major obiit, teſte Laertio. Socrates idiota conceditur fuiſſe, tantum abeſt, ut quidquam ſcriberet. *C. Lang. Prudentia, ſenectutis*] Quidam libri veteres habent, *prudentia ſeneſcentis*: quod ſi probabimus, ſubintelligendum erit ἀπὸ κοινοῦ, *ætatis. Lambin. Senectutis* omnes omnium libri, & mirum hacte-

neſcentis. At memoria minuitur. credo, niſi eam 7
xerceas, aut ſi ſis natura tardior. Themiſtocles
mnium civium nomina perceperat. num igitur cen-
tis eum, cum aetate proceſſiſſet, qui Ariſtides eſ-
t, Lyſimachum ſalutare ſolitum? Equidem non
odo eos novi, qui ſunt; ſed eorum patres etiam,
avos. nec ſepulcra legens vereor, (quod ajunt) ne
emoriam perdam: his enim ipſis legendis redeo in
emoriam mortuorum. nec vero quemquam ſenum
divi oblitum, quo loco theſaurum obruiſſet. omnia,
ae curant, meminerunt: vadimonia conſtituta:
i ſibi, quibus ipſi debeant. Quid juriſconſulti?
id pontifices? quid augures? quid philoſophi ſe-
s? quam multa meminerunt? manent ingenia ſe-
bus, modo permaneat ſtudium, & induſtria: nec
o ſolum in claris & honoratis viris, ſed in vita etiam
vata, & quieta. Sophocles ad ſummam ſenectutem
goedias fecit: quod propter ſtudium cum rem fa-
liarem negligere videretur, a filiis in judicium vo-
us eſt: ut, quemadmodum noſtro more male rem
rentibus patribus bonis interdici ſolet: ſic illum,
aſi deſipientem, a re familiari removerent judices.
Tum

enus receptum non fuiſſe. Vulg. *tutis*. Gruter.

t memoria minuitur] Seneca præ- ontrov. *Cum multa mihi ex me de- nda ſenectus fecerit, oculorum aciem erit, aurium ſenſum hebetaverit, rum firmitatem fatigaverit: inter æ retuli, memoria eſt, res ex omni- artibus animi maxime delicata & lis: in quam primum ſenectus in-*

c ſepulchra legens] Vulgo putaba- fficere memoriæ, ſi quis legeret ptiones ſepulchrorum. *Eraſmus.*

phocles ad ſummam ſenectutem] Va- Max. lib. VIII, c. 7.

uod propter ſtudium] Id eſt, *pro- uod ſtudium*, &c. ἀναστροφὴ. *Lamb.*

A filiis in judicium vocatus] Lucianus in Macrobiis Sophantem filium nominat, eumque lege talionis inſaniæ judices damnaſſe memorat. Actio eſt Græcis τῆς παρανοίας. *Betul.*

Male rem gerentibus] Ideoque iiſdem actio rei uxoriæ in dote filiæ nomine repetenda non dabatur, quod periculum eſſet, ne accepta conſumerent. Vlpianus diſputat. 3 ex Labeonis ſententia. *Gulielmius.*

Patribus bonis interdici] Marſus legit, *patriis*: ego libenter utrumque rejecerim. cur enim patribus potius quam adoleſcentibus, cum lex de prodigis lata ſit? quod vitium ſi in ſenem cadat, monſtrum ſit. Niſi forte *patribus fam.* ſcriptum ſit. Nam quam diu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Tum ſenex dicitur eam fabulam, quam in manibus habebat, & proxime ſcripſerat, Oedipum Coloneum recitaſſe judicibus, quaeſiſſeque, num illud carmen deſipientis videretur. quo recitato, ſententiis judicum eſt liberatus. Num igitur hunc, num Homerum, num Heſiodum, num Simonidem, num Steſichorum, num, quos ante dixi, Iſocratem, Gorgiam, num philoſophorum principes, Pythagoram, Democritum, num Platonem, num Xenocratem, num poſtea Zenonem, Cleanthem, aut eum, quem vos etiam Romae vidiſtis, Diogenem Stoicum, coegit in ſuis ſtudiis obtumeſcere ſenectus? an non in omnibus iis ſtudiorum agitatio vitae aequalis fuit? Age, ut iſta divina ſtudia omittamus, poſſum nominare ex agro Sabino ruſticos Romanos vicinos, & familiares meos, quibus abſentibus, numquam fere ulla in agro majora opera fiunt, non ſerendis, non per-

in manu patris ſunt, ſibi nihil quærunt, quo illis interdici poſſit. Paullo poſt mendoſe *Socrates* legebatur. *Car. Langius.* Nihil muto contra codicum omnium fidem. Omnibus quidem prodigis interdicebatur bonis, ſed in primis patribus, uti videre licet, ex ſollemni carmine, quo bonis interdicebantur qui ea dilapidabant apud Paullum lib. III Sentent. 4: *Quando tua bona paterna, avitaque nequitia tua diſperdis, liberoſque tuos ad egeſtatem perducis, ob eam rem, tibi ea re, commercioque interdico.* Vt fruſtra hanc lectionem, uti & quæ in nonnullis codicibus reperitur, & extat in Pithæaneis excerptis *patriis bonis* impugnet & exſibilet Aldus Manutius, cum & ea recte ſe habeat. ſed pluribus codicibus & editionibus aſſentior. *Gravius.*

Num Homerum, num Heſiodum] Retraxi ex alio loco Homerum, & in primum poetarum principem collocavi fide Celberdenſis, eorumque quos excuſſit Aldus nepos. *Gruter.*

Xenocratem] Recte ſic repoſuit Langius, adſtipulantibus excerptis Pithæi.

An in omnibus iis] Sic plures Aldini & Guilielmiani, niſi quod adhuc reſecet vocalem *iis* codex S. Victoris. Vulgati: *an non in omnibus iis*, quomodo neque Pall. *Gruter.* Quamvis *an* nonnunquam ponatur pro *an ne*, & *an non*, rectius tamen hic editiones optimæ Victorii & Langii ex ſuis MSS retinent vulgatam, *an non omnibus his.* Græv.

Ruſticos Romanos] Olim proceres Romani in agris morabantur, & ubi conſilium publicum deſiderabatur, e villis arceſſebantur in ſenatum: unde qui eos evocabant *viatores* nominati. Inde honeſtum nomen plebeji ordinis *ruſtici Romani.* Cic. pro Sextio in optimatium, hoc eſt qui conſilia ſua optimo cuique probari vellent, ſecta collocat *municipales ruſticoſque Romanos.* I. Fr. Gronov. IV de Seſtert. 9. ubi vide plura.

Quan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ercipiendis, non condendis fructibus. quamquam illis minus hoc mirum. nemo enim eſt tam ſe-x, qui ſe annum non putet poſſe vivere: ſed ii-m elaborant in eis, quae ſciunt nihil omnino ad pertinere.

Serit arbores, quae alteri ſæculo proſint,

ait Statius noſter in Synephebis. Nec vero dubi- agricola, quamvis ſenex, quaerenti, cui ſerat, ondere: Diis immortalibus, qui me non accipere ido haec a majoribus voluerunt, ſed etiam poſteris idere. Melius Caecilius de ſene alteri ſeculo proſpi- 8
ente, quam illud idem:

Aedepol ſenectus, ſi nihil quidquam aliud vitii
Apportes tecum, cum advenis; unum id ſat eſt,
Quod diu vivendo, multa quae non volt videt.

multa fortaſſe quae vult: atque in ea quidem, e non vult, ſaepe etiam adoleſcentia incurrit. Il- vero idem Caecilius vitioſius:

um equidem in ſenecta hoc deputo miſerrimum,
entire ea aetate eſſe ſe odioſum alteri.

undum potius, quam odioſum. ut enim adoleſcen-s bona indole praeditis ſapientes ſenes delectan-, leviorque fit eorum ſenectus, qui a juventute co-lun-

nquam in illis minus hoc mirum] ulli cod. vet. habent: *quanquam*, &c. quod ſi quis probet, *in* id eſt, in iis, quæ ſciunt ad ſe ere. Omnino magis placet ea p, quam ſecutus ſum, in his, *in ſerendis, percipiendis, conden-ctibus.* ſequitur ratio. *nemo enim ſenex*, &c. *Lambin.*

iidem elaborant in eis] Sic repo- excerptis Pith. & editione Lan- m vulgati male: *ſed iidem labo- eis.* Nam hæc Ciceroni frequens ita loquendi ratio, *elaborare in* perius in tertio, de Officiis idem m fuit expunctum. *Græv.*

arbores] *Serit*, non *ſerunt*, re-cte habent vet. lib. cum hic, tum in Tuſculan. quod ſequentia indicant, ibi: *Melius Cæcilius de ſene alteri ſæculo proſpiciente* &c. de iſto enim ſerente loquitur. *C. Lang.*

Ædepol ſenectus] Et in Nonio & in vet. libris, hi verſus leguntur per allocutionem ad Senectam, in quorum tertio figurate perſona mutatur. hi ſunt ex Plotio Cæcilii; illi ex ejuſdem Hepheſtione. *Idem.*

Qui a juventute coluntur & diliguntur] Muſonius de optimo ſenectutis viatico apud Stobæum: ἐγὼ φημὶ γήρως ἐφόδιον εἶναι κράτιστον, τὸ ζῆν κατὰ φύσιν, ἃ χρὴ πράττοντα καὶ διανοούμενον, οὕτω γὰρ ἂν καὶ εὐθυμότατος εἴη ὁ γέ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

luntur & diliguntur: ſic adoleſcentes ſenum praece-
ptis gaudent, quibus ad virtutum ſtudia ducuntur.
nec minus intelligo me vobis, quam vos mihi eſſe ju-
cundos. Sed videtis, ut ſenectus non modo languida
atque iners non ſit, verum etiam ſit operoſa, & ſem-
per agens aliquid & moliens; tale ſcilicet, quale cu-
juſque ſtudium in ſuperiore vita fuit. Quid, quod
etiam addiſcunt aliquid? ut Solonem verſibus glo-
riantem videmus, qui ſe quotidie aliquid addiſcen-
tem ſenem fieri dicit: ut ego feci, qui Graecas lit-
teras ſenex didici. quas quidem ſic avide arripui,
quaſi diuturnam ſitim explere cupiens, ut ea ipſa
mihi nota eſſent, quibus me nunc exemplis uti vide-
tis. quod cum feciſſe Socratem in fidibus audirem,
vellem equidem & illud: (diſcebant enim fidibus an-
9 tiqui) ſed in litteris certe elaboravi. Nec nunc qui-
dem vires deſidero adoleſcentis, (is enim erat locus
alter de vitiis ſenectutis) non plus, quam adoleſcens
tauri, aut elephanti deſiderabam. quod eſt, eo de-
cet uti: & quicquid agas, agere pro viribus. Quae
enim vox poteſt eſſe contemtior quam Milonis Cro-
to-

γέρον, καὶ ἐπαινετώτατος, ταῦτα δὲ ἔχων, εὐπότμως καὶ ἐντίμως βιώη ἄν. *Optimum ſenectutis viaticum dico, vivere ſecundum naturam, agendo ſimul & meditando ea quæ decet. Sic enim ſenex vitam & jucundiſſimam & maxime laudabilem deget: quæ ſi habeat, nihil impedit, quin beate & honorifice vivat.*

Adoleſcentes ſenum præceptis gaudent] Vt Socrates ad Cephalum Senem apud Plat. 1. de rep. Καὶ μὴν (ἦν δ' ἐγὼ) ὦ Κέφαλε χαίρω διαλεγόμενος τοῖς σφόδρα πρεσβύταις, δοκεῖ γάρ μοι χρῆναι παρ' αὐτῶν πυνθάνεσθαι, ὥσπερ τινα ὁδὸν προεληλυθότων, ἥν καὶ ἡμᾶς ἴσως δεήσει πορεύεσθαι, ποία τίς ἐστι· τραχεῖα καὶ χαλεπὴ, ἢ ῥαδία καὶ εὔπορος. *Ego, inquam, valde quidem delector ſenilibus ſermonibus. Videtur enim mihi audire ab his oportere, qui viam aliquam jam confecerint, quæ nobis quoque ſit eunda, quam aſpera & difficilis, vel quam facilis ſit & quam bene poſſit teri.* vide plura ibi non longe a principio.

Solonem verſibus gloriantem] Solonis verſus eſt,

γηράσκω δ' αἰεὶ καινὰ διδασκόμενος. F. *Vrſin.*

Qui ſe quotidie aliquid addiſcentem ſenem fieri dicit] Putat Gruterus primam vocem, *qui* & ultimam *dicit* eſſe ab hominibus maleferiatis infartas, & delendas. Cui ſane adſentirem, ſi vel unicus liber vetus probatior eas non agnoſceret.

Quod eſt, eo decet uti] Elegans dictum, in prioribus editionibus male tractatum. Sic in Paradox. *Satis eſſe putant, quod eſt: nihil appetunt.* Iterum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

…niatae ? qui, cum jam ſenex eſſet, athletaſque ſe …curriculo exercentes videret, adſpexiſſe lacertos …os dicitur, illachrymanſque dixiſſe, at hi quidem …n mortui ſunt. Non vero tam iſti, quam tu ipſe, …gator. neque enim ex te umquam es nobilitatus, … ex lateribus & lacertis tuis. Nihil Sext. Aelius ta… … nihil multis annis ante T. Coruncanius: nihil mo… … P. Craſſus: a quibus jura civibus praeſcribeban… … : quorum uſque ad extremum ſpiritum eſt pro… …cta prudentia. Orator metuo ne langueſcat ſene… …ute. eſt enim munus ejus non ingenii ſolum, ſed …erum etiam & virium. Omnino canorum illud in …ce ſplendeſcit etiam neſcio quo pacto in ſenectute: …od equidem adhuc non amiſi, & videtis annos: ſed …men eſt decorus ſermo ſenis quietus & remiſſus, …itque perſaepe ipſa ſibi audientiam diſerti ſenis …nta & mitis oratio. quod ſi ipſe exſequi nequeas, poſſis

…, *cui nec ſatis eſt, quod eſt.* C. Lan…

…xtus Ælius] In tabula Capitolina …ur Sex. Ailius Q. F. P. N. Paitus …s Coſ. Fuit autem Conſul A. v. c. … Meminit ejus etiam Cicero VII …2. in I & 3 de Orat. in Bruto, …Iul. aliiſque in locis. vide inpri… …de eo Rupertum ad Pompon. de …ne juris.

… *Coruncianus*] In tabula Capitoli… …citur T. Coruncanius Ti. F. Ti. N. … fuit anno v. c. 473. & primus …æ jus docere & profiteri cœpit, … antea domi tantum conſulenti… …reſponderent Iuriſconſulti. vid. …ponium de origine juris cap. 4. … & ibi Rupertum.

… *Craſſus*] Fuit hic cum Scipione …ano ſeniore Conſul I anno v. c. … Ejus etiam meminit III de orat. …*fuit P. Craſſi, illius veteris, hæc T.* …*canii, hæc proavi generi mei Sci…* …*s prudentiſſimi hominis ſapientia.*

…*d laterum etiam & virium*] Exem… … Centronum ſic habet, *ſed laterum etiam virium:* alterum item pervetus, *ſed laterum etiam; omnino* &c. quæ lectio placet. *C. Lang.* Pithæi excerpta: *ſed laterum etiam & omnino.* Puto Ciceronem ſcripſiſſe: *ſed & laterum. Omnino.* Græv.

Canorum illud in voce] De quo Cic. 3 de orat. *Eſt autem in dicendo etiam quidam cantus obſcurior, non hic e Phrygia & Caria Rhetorum epilogus, pœne canticum: ſed ille quem ſignificat Demoſthenes & Æſchines, cum alter alteri objicit vocis flexiones.*

Et videtis annos] Sic habent o. v. c. quos quidem viderimus: neque in eis comparet, *tamen*, ante verbum, videtis: meos, poſt vocem, annos. *Lambinus.* Sic & Pith. *& videtis annos*, omiſſis *tamen*, & *meos*.

Facitque perſæpe ipſa ſibi audientiam] Subodoror antiqui poetæ verſus duos tres ſub his & adſitis vocibus. ſed ordinandi rationem non video. *Gruter.* Hoc multis docet Plutarchus in libello an ſeni gerenda ſit reſpublica: Αἱ πόλεις ὅταν πταίσωσιν ἢ φοβηθῶσι,

poſſis tamen Scipioni praecipere & Laelio. Quid enim eſt jucundius ſenectute ſtipata ſtudiis juventutis? An ne eas quidem vires ſenectuti relinquemus, ut adoleſcentulos doceat, inſtituat, ad omne officii munus

πρεσβυτέρων ποθοῦσιν ἀρχὴν ἀνθρώπων· καὶ πολλάκις ἐξ ἀγροῦ κατάγουσι γέροντα μὴ δεόμενον, μηδὲ βουλόμενον ἠνάγκασαν, ὥσπερ οἰάκων ἐφαψάμενον, εἰς ἀσφαλὲς καταστῆσαι τὰ πράγματα, παρωσάμεναι τε στρατηγοὺς καὶ δημαγωγοὺς βοᾶν μέγα καὶ λέγειν ἀπνευστὶ, καὶ νὴ Δία τοῖς πολεμίοις διαβάντας εὖ μάχεσθαι δυναμένους. *Civitates ubi aliqua adverſitas aut metus incidit, gubernari a ſenibus cupiunt, & ſape ex agro ſenem aliquem nihil tale deſiderantem invitumque ad clavum reip. pertrahunt, eique reip. conſtituendæ munus dant: repudiatis prætoribus & oratoribus, qui magnum clamare, & uno ſpiritu perorare, imo etiam per medios hoſtes penetrare pulchre pugnando calleant.* vide ſequentia, ubi id exemplis probat.

Stipata ſtudiis juventutis] Exemplar vetus Centronum, *ſtipata ſtipendiis juventutis.* C. Lang. Pulchre in hanc ſententiam Callimachus lib. 1 ἐπῶν:

Γηράσκει δ' ὁ γέρων κεῖνος ἐλαφρότερον
Κοῦροι τὸν φιλέουσι· νέοι δέ μιν, οἷα τοκῆα
Χειρὸς ἐπ' οἰκείην ἄχρις ἄγουσι θύρην.

Multo levius ſenex ille ſeneſcit
Quem adoleſcentes amant, & juvenes veluti patrem
Manu deducunt ad ejus ædes.

Vt adoleſcentulos doceat] Etenim τοῖς ἀστείοις πρεσβύταις, ὅσον αἱ κατὰ τὸ σῶμα ἡδοναὶ ἀπομαραίνονται, τοσοῦτον αἱ περὶ τοὺς λόγους ἐπιθυμίαι πάλιν αὔξονται· καὶ τοσούτῳ βεβαιότερον αὐτοῖς παρέχει τὸ λέγειν τι χρήσιμον τοῖς ἄλλοις, καὶ παρ' ἑτέρων αὐτοὺς ἀκούειν. *Senibus elegantioribus quantum corporeæ facultates marceſcunt, tantum rurſus eruditionis deſiderium augetur, & tanto firmius docere poſſunt alios, quid factu ſit utile, ac ipſos viciſſim alii audire.* Anaximenes apud Stobæum. Quin hanc ob cauſſam inprimis gerendam remp. ſeni monet, ut juniores erudiat, Plutarchus in libello an ſeni reſp. ſit gerenda docet: εἰ διὰ μηδὲν ἄλλο τῷ γέροντι, παιδείας ἕνεκα τῶν νέων καὶ διδασκαλίας πολιτευτέον ἐστίν· ὡς γὰρ οἱ γράμματα καὶ μουσικὴν διδάσκοντες αὐτοὶ προαναχρούονται καὶ προαναγινώσκουσιν, ὑφηγούμενοι τοῖς μανθάνουσιν, οὕτως ὁ πολιτικὸς, οὐ λέγων μόνον οὐδὲ ὑπαγορεύων ἔξωθεν, ἀλλὰ πράττων τὰ κοινὰ καὶ διοικῶν ἐπευθύνει τὸν νέον, ἔργοις ἅμα καὶ λόγοις πλαττόμενος ἐμψύχως καὶ κατασχηματιζόμενος· ὁ γὰρ τοῦτον ἀσκηθεὶς τρόπον οὐκ ἐν παλαίστραις καὶ κηρώμασιν ἀκινδύνως εὐρύθμων σοφιστῶν, ἀλλ' ὡς ἀληθῶς ἐν Ὀλυμπιακοῖς καὶ Πυθικοῖς ἀγῶσιν

Ἄθηλος ἵππῳ πῶλος ὡς ἅμα τρέχει,

κατὰ Σιμωνίδην, ὡς Ἀριστείδης Κλεισθένει, καὶ Κίμων Ἀριστείδῃ, καὶ Φωκίων Χαβρίᾳ, καὶ Κάτων Μαξίμῳ φαβίῳ, καὶ Σύλλα Πομπήϊος, καὶ Φιλοποίμενι Πολύβιος. *Si nulla alia ſeni ſit cauſſa, docendorum formandorumque juvenum cauſſa gerere rempublicam debet. Sicut enim qui litteras & Muſicam docent, ipſi prælegunt ac præeunt canendo diſcipulis: ita vir civilis non dicens modo dictansve foris, ſed agens ac publica adminiſtrans juvenem inſtituit, ſimul & verbis & factis animum ejus intus formans ac fingens. Et qui hoc modo fuerit exercitatus, non in palæſtra, aut ceromate ſine periculo inter diſertos ſophiſtas verſabitur, ſed revera quaſi in Olympicis & Pythicis certaminibus*

Lactens equam ceu pullus propter curſitat,

ut ait Simonides, ſic ſectatus eſt Cliſthenem Ariſtides, hunc Cimo Ariſtidem, Chabriam Phocio, Cato Fabium Maximum, Syllam Pompejus, Philopœmenem Polybius. Sed longius id pro-

nus inſtruat? quo quidem opere quid poteſt eſſe praeclarius? Mihi vero Cn. & P. Scipiones, & avi tui duo, L. Aemilius, & P. Africanus comitatu nobilium juvenum fortunati videbantur. nec ulli bonarum artium magiſtri non beati putandi, quamvis conſenuerint vires, atque defecerint. etſi iſta ipſa defectio virium adoleſcentiae vitiis efficitur ſaepius, quam ſenectutis. libidinoſa etenim & intemperans adoleſcentia effoetum corpus tradit ſenectuti. Cyrus quidem apud Xenophontem eo ſermone, quem moriens habuit, cum admodum ſenex eſſet, negat ſe umquam ſenſiſſe, ſenectutem ſuam imbecilliorem factam, quam adoleſcentia fuiſſet. Ego L. Metellum memini puer, (qui cum quadriennio poſt alterum conſulatum pontifex maximus factus eſſet, viginti & duos annos ei ſacerdotio praefuit) ita bonis eſſe viribus extremo tempore aetatis, ut adoleſcentiam non requireret. Nihil neceſſe eſt mihi de me ipſo dicere: quanquam eſt id quidem ſenile, aetatique noſtrae conceditur. Videtiſne, ut apud Homerum ſaepiſſime Neſtor 10
de

proſequitur quomodo ſenex erudire poſſit juvenes in eodem libro, non longe a fine.

Intemperans adoleſcentia effœtum corpus tradit ſenectuti] Sic contra temperantia juventutis & firmiorem & longiorem ſenectutem reddit. Seneca ep. 58: *Illud cogitemus, —— poſſe aliquatenus noſtra providentia longiorem prorogari huic corpuſculo moram, ſi voluptates, quibus pars major perit, poterimus regere & coercere. Plato ipſe ad ſenectutem ſe diligentia pertulit. Erat quidem corpus validum ac forte ſortitus, & illi nomen latitudo pectoris fecerat: ſed navigationes & pericula multum detraxerunt viribus, parſimonia tamen, & earum, quæ aviditatem evocant, modus, & diligens ſui tutela perduxit illum ad ſenectutem, multis prohibentibus cauſis. Nam hoc ſcis puto Platoni diligentiæ ſuæ beneficio contigiſſe, quod natali ſuo deceſſit, & annum unum atque octogeſimum implevit, ſine ulla deductione.* & paullo poſt: *Poteſt frugalitas producere ſenectutem.*

Vt adoleſcentiam non requireret] Liber S. Iacobi, *acquiret*; ego inde feci, *anquireret*. C. Lang. *Vt adoleſcentiam non requireret*] Sic legendum, non (ut edidit Langius) *anquireret*. Nam, ut omittam, quod ratio hanc, quam ſecutus ſum, ſcripturam flagitat, etiam eam confirmant cod. Memm. Cujatianus, Clericanus, Huraltinus, Danielis, ceteri. *Lambin.*

Vt apud Homerum ſæpiſſime Neſtor] Et apud Virgil. VIII Æn. Evander:

Qualis eram cum primam aciem Præneſte ſub ipſa
Stravi, ſcutorumque incendi victor acervos

de virtutibus ſuis praedicet? jam enim tertiam aetatem hominum vivebat: nec erat ei verendum, ne vera de ſe praedicans, nimis videretur aut inſolens, aut loquax. etenim (ut ait Homerus) ex ejus lingua melle dulcior fluebat oratio: quam ad ſuavitatem nullis egebat corporis viribus: & tamen dux ille Graeciae nuſquam optat, ut Ajacis ſimiles habeat decem, at ut Neſtoris: quod ſi acciderit, non dubitat quin brevi Troja ſit peritura. Sed redeo ad me. quartum annum ago & octogeſimum: equidem poſſe vellem idem gloriari, quod Cyrus: ſed tamen hoc queo dicere, non me quidem iis eſſe viribus, quibus aut miles bello Punico, aut quaeſtor eodem bello, aut con-

Et regem hac Herilum dextra ſub tartara miſi.

vide ibi plura. Itaque Horatio ſenex dicitur

laudator temporis acti
Se puero.

De virtutibus ſuis prædicet] Sic legendum, & ita habent omnes libri veteres, quos quidem viderim: neque ratio hanc ſcriptutam reſpuit, ſed valde approbat. Nam quod quidam novitii in lingua Latina, aſſeverant commutandum, *virtutibus*, in, *viribus*, valde falluntur. Exiſtimant enim virtutem non dici niſi de recto animi habitu, cum apud bonos ſcriptores legamus, *virtus militum*, *virtus imperatoris*, *virtus equi*, *virtus bovis*, *virtus arboris*, & ſimilia ſexcenta. Itaque cum dicit M. Tullius Neſtorem apud Homerum de virtutibus ſuis prædicare, ſimile eſt, ut ſi diceret περὶ τῶν ἑαυτοῦ ἀριστειῶν, ἢ περὶ τῶν ἀνδραγαθημάτων, &c. hoc eſt de ſuis fortibus factis: parum enim refert utrum qui habitus, an opera, quæ ex habitibus proficiſcuntur, commemoret. Poſſem ex Plauto, Terentio, Cicerone, Cæſare, Livio, Cornelio Nepote, ceteris, exempla colligere: ſed piget me in re tam nota tempus conterere, præſertim alio properantem. *Lambinus.*

Tertiam jam enim ætatem] Τριτάτην γενεὴν, Homerus. & paulo infra, μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή, quod Cicero dixit, *melle dulcior fluebat oratio.* F. Vrſin.

Tertiam ætatem hominum vivebat] Sic MSS. & Vict. Lang. Grut. edd. & vulgo male: *tertiam ætatem hominum vixerat.*

Aut loquax] Liber S. Iacobi, *eloquax*, habet: quod cur temere ſcriptum ſit, non video. Catonem loqui exiſtima. *C. Lang.*

Nuſquam optat] Sc. apud Homerum. Sic MSS. Guilielmiani & Pal. ſec. tert. vulgo male *nunquam*. Gruter.

At ut Neſtoris] Hoc exemplo cum quoque uſus eſſet Plutarchus in libello ſæpius laudato, ad oſtendendum ſenum eſſe imperare, juvenum parere, pulchre ſubnectit:

Σοφὸν γὰρ ἓν βούλευμα τὰς πολλὰς
χέρας νικᾷ.

καὶ μία γνώμη λόγον ἔχουσα καὶ πειθὼ τὰ κάλλιστα καὶ μέγιστα διαπράττεται τῶν κοινῶν.

Sapiens enim conſilium plurium manus
Superat vel unum,

& unica ſententia ad perſuadendum apta atque

conſul in Hiſpania fuerim, aut quadriennio poſt, cum tribunus militaris depugnavi apud Thermopylas, M' Acilio Glabrione conſule: ſed tamen (ut vos videtis) non plane me enervavit, nec afflixit ſenectus: non curia vires meas deſiderat, non roſtra, non amici, non clientes, non hoſpites. nec enim umquam ſum aſſenſus veteri illi laudatoque proverbio, quod monet, mature fieri ſenem, ſi diu velis eſſe ſenex. Ego vero me minus diu ſenem eſſe mallem, quam eſſe ſenem ante, quam eſſem. Itaque nemo adhuc convenire me voluit, cui fuerim occupatus. At minus habeo virium, quam veſtrum utervis. Nec vos quidem T. Pontii Centurionis vires habetis. num idcirco eſt ille praeſtantior? moderatio modo virium adſit, & tantum, quantum poteſt quiſque, nitatur; nae

atque ratione nitens, pulcerrima ac ſumma reip. negotia poteſt conficere.

Cum tribunus militaris] Quanquam Plutarchus etiam Catonem chiliarcham profectum eſſe cum M' Acilio contra Antiochum prodat, hoc eſt tribunum; Verius tamen Livius docuit illum fuiſſe *legatum conſularem* ut dudum viri docti obſervarunt. *Tribunus* autem *militaris* revocavit ex edd. primis & Victoriana Guilielmius, cum in vulgatis legeretur *tribunus militum.* Sic apud Plautum ait legi *tribunus vapularis*, apud alios *tribunus conſularis.*

Convenire me voluit, cui fuerim occupatus] Quidam libri, *adhuc convenire potuit, quo minus fuerim occupatus*; alii, *voluit adhuc convenire, cui fuerim occupatus*; alii, *valuit*, pro potuit, aut *voluit.* Ego vereor ne tota ſententia ex margine irrepſerit, & ne in aptum quidem locum. *quo* pro *quoi*, id eſt, *cui*, ſæpe obvium eſt in libris manuſcriptis. *convenire*, pro invenire, Terentianum eſt. *C. Lang.* Ita Lang. & Palat. tert. nam ſec. *me voluit qui fuerim.* reſpexit ad illud Plauti in Mercatore: *Non ſum occupatus unquam amico operam dare.* Vulgata *me valuit quin* a ſenſu Catonis aliena, & certe falſa eſt. *Gruter.*

Moderatio modo virium] Hoc eſt, vires moderatæ, quas *ingenuas* dixit Martialis in lepido illo epigrammate, *vitam quæ faciunt beatiorem*, inter quæ refertur:

mens quieta
Vires ingenuæ, ſalubre corpus.

Et lib. III. ep. 46:

In turbam inciderit, cunctos umbone repellet,
Invalidum eſt nobis, ingenuumque latus.

& ante illum Ovidius I Triſt. el. 4:

Illi corpus erat durum patienſque laborum,
Invalidæ vires, ingenuaque mihi.

Servis tribuebant vires & robur. Rationem docet Ariſtoteles I Polit. 2: βούλεται μὲν οὖν ἡ φύσις καὶ τὰ σώματα διαφέροντα ποιεῖν τὰ τῶν ἐλευθέρων καὶ τῶν δούλων; τὰ μὲν ἰσχυρὰ πρὸς τὴν ἀναγκαίαν χρῆσιν· τὰ δ᾽ ὀρθὰ καὶ ἄχρηστα πρὸς τὰς τοιαύτας ἐργασίας, ἀλλὰ χρήσιμα πρὸς πολιτικὸν βίον. *Natura etiam corpora liberorum & ſervorum fecit diſſimilia: hæc quidem valentia ad uſus neceſſarios: illa vero recta & inepta* ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

nae ille non magno deſiderio tenebitur virium. Olympiae per ſtadium ingreſſus eſſe Milo dicitur, cum humeris ſuſtineret bovem vivum. utrum igitur has corporis, an Pythagorae tibi malis vires ingenii dari? denique iſto bono utare, dum adſit: cum abſit, ne requiras. niſi forte adoleſcentes pueritiam, paullum aetate progreſſi adoleſcentiam debeant requirere. Curſus eſt certus aetatis, & una via naturae, eaque ſimplex: ſuaque cuique parti aetatis tempeſtivitas eſt data; ut & infirmitas puerorum, & ferocitas juvenum, & gravitas jam conſtantis aetatis; & ſenectutis maturitas naturale quiddam habeat, quod ſuo tempore percipi debeat. Arbitror te audire,

Sci-

ad ejuſmodi opera, ſed apta ad vitam civilem. Græv.

Næ ille non magno deſiderio tenebitur virium] Sic edd. quidem poſteriores: verum priores annorum centum, *nec ille magno* ſine negativa. quæ & abeſt Pal. duobus, quorum primus *ne ille magno.* ſec. *ne illi quidem magno.* in tertio tamen eſt recepta. *Gruter.* Pith. exc. *næ ille quidem non magno d. t.*

Bovem vivum] Repoſui lectionem priſtinam confirmatam pleriſque MSS. etiam Pal. ſec. Aliæ edd. omiſerunt vocem *vivum*, excepta Victoriana. *Grut. Vivum* extat quoque in Pith. excerptis.'

Iſto bono utare dum adſit] Lege ex Hittorpiano: *denique iſto bono dum adſit gaudeas.* Guilielm. Sed repugnantibus ceteris libris.

Tempeſtivitas eſt data] Liber ille S. Trudonis apud Centrones, habet, *tempeſtuitas.* Nonius videtur, *tempeſtas*, legiſſe. *C. Lang. Tempeſtivitas eſt data*] Sic habent omnes libri manuſcripti, quos quidem viderim: quos malui ſequi, quam Nonium, qui legiſſe videtur, *tempeſtas.* Lamb. *Tempeſtivitas* eſt cujuslibet ætatis naturalis proprietas, ſicut in ordine anni, veris tempeſtivitati flores, æſtatis meſſes, autumni maturitas, hyemis frigus eſt datum & aſſignatum a natura. autumnam tempeſtavitatem Minutius Felix aliique vocant *autumnitatem. Id temporis poſt æſtivum diem, cum ſemet autumnitas dirigebat.* A *tempeſtivitas*, eſt contracte *tempeſtas*, ut ex *ævitas* ab ævo *ætas* & ſimilia. *Grævius.*

Vt & infirmitas puerorum] Omnes libri manuſcripti, & quidam etiam alii, ſic habent, *ut & infirmitas puerorum, & ferocitas juvenum, & gravitas jam conſtantis ætatis, & ſenectutis maturitas, naturale quiddam habeat, quod ſuo tempore percipi debeat.* Car. Lang. *Vt & infirmitas puerorum*] Vulg. lectionem rejeci, quæ talis eſt. *Vt enim infirmitas puerorum eſt, & ferocitas juvenum, & gravitas jam conſtantis ætatis: ſic, ſenectutis maturitas naturale quiddam habet, quod* &c. Nam nullis in veteribus libris reperi nec, *enim:* nec, *eſt:* nec, *ſic.* in omnibus contra legitur, *quiddam habeat*: unde totus hic locus ex ſuperioribus videtur pendere, atque ita legendus eſſe: *ſuaque cuique parti ætatis tempeſtivitas eſt data: ut & infirmitas puerorum, & ferocitas juvenum, & gravitas jam conſtantis ætatis, & ſenectutis maturitas, naturale quiddam habeat*, &c. quod item admonuit Langius, ſed obſcurius. *Lambinus.*

Hoſpes

Scipio, hoſpes tuus avitus Maſiniſſa quae faciat ho-
die, nonaginta annos natus: cum ingreſſus iter pe-
dibus ſit, in equum omnino non adſcendere: cum
equo, ex equo non deſcendere: nullo imbre, nullo
frigore adduci, ut capite operto ſit: ſummam in eo
eſſe corporis ſiccitatem: itaque exſequi omnia regis
officia, & munera. Poteſt igitur exercitatio & tem-
perantia etiam ſenectuti conſervare aliquid priſtini ro-
boris. Non ſunt in ſenectute vires. ne poſtulantur 11
quidem vires a ſenectute. ergo & legibus & inſtitu-
tis vacat aetas noſtra muneribus iis, quae non poſ-
ſunt ſine viribus ſuſtineri. itaque non modo, quod
non poſſumus, ſed ne quantum poſſumus quidem,
cogimur. At ita multi ſunt imbecilli ſenes, ut nullum
officii, aut omnino vitae munus exſequi poſſint. At id
quidem non proprium ſenectutis eſt vitium, ſed com-
mune valitudinis. Quam fuit imbecillus P. Africani
filius is, qui te adoptavit? quam tenui, aut nulla po-
tius valitudine? quod ni ita fuiſſet, alterum ille ex-
ſtitiſſet lumen civitatis. ad paternam enim magnitu-
dinem animi doctrina uberior acceſſerat. Quid mi-
rum igitur in ſenibus, ſi infirmi ſunt aliquando,
cum ne id quidem adoleſcentes effugere poſſint?
Reſiſtendum, Laeli, & Scipio, ſenectuti eſt,
ejuſ-

Hoſpes tuus avitus] Libri fere omnes habent, *hoſpes tuus habitus Maſſaniſa.* quos Gaza ſecutus eſt: nam νομιζόμενος interpretatur. ego, *avitus*, lego: Nam & Africani majoris hoſpes fuit, ut ex Scipionis ſomnio licet videre. *C. Lang.* *Hoſpes tuus avitus*] Iam pridem ſic eſſe legendum admonuit Iac. Cujatius, juriſconſultus doctiſſimus. *Lambin.*

Maſſaniſſa] *Maſſiniſſa* ſcribendum eſt ex auctoritate æneæ tabellæ, quæ eſt apud me inciſam habens Thoriam legem, in qua de agris fit mentio, qui donati a Senatu populoque Rom. fuerunt regi Maſſiniſſæ. *F. Vrſin.*

Etiam in ſenectute conſervare aliquid priſtini roboris] Rectiſſime Pithæani libri excerpta: *etiam ſenectuti conſervare aliquid priſtini roboris.* hoc eſt, ſenectutis bono & commodo. *Gravius.*

Commune valetudinis] Langius edidit, *invaletudinis*: quod & ego reperi in nonnullis libris. *Lamb.* Sic omnes Guil. & Palatini, idque præſtat quam *invaletudinis* Langianum, hoc quidem loco. hæc enim nunquam non vitioſa,

ejuſque vitia diligentia compenſanda ſunt. Pugnandum tamquam contra morbum, ſic contra ſenectutem. Habenda ratio valitudinis: utendum exercitationibus modicis. tantum cibi & potionis adhibendum, ut reficiantur vires, non opprimantur. Nec vero corpori ſoli ſubveniendum eſt, ſed menti, atque animo multo magis. nam haec quoque, niſi tamquam lumini oleum inſtilles, exſtinguuntur ſenectute. & corpora quidem defatigatione & exercitatione ingraveſcunt: animi autem exercitando levantur. nam quos ait Caecilius —— comicos ſtultos ſenes, hos ſignificat credulos, obliviosſos, diſſolutos: quae vitia ſunt non ſenectutis, ſed inertis, ignavae, ſomniculo-

ſa, ut morbus, illa cum imbecilla tantum. *Gruter.*

Ejus vitia diligentia compenſanda] In codice Memm. ex duobus antiquis ſcripta eſt hæc emendatio, *compenſanda ſunt.* Vnde ſuſpicor, Langium, cum ita in ſuis ſcriptum reperiſſet, feciſſe, *compeſcenda ſunt.* quod nuſquam reperi. vulgati habent, *corrigenda ſunt.* Lambin. *Compeſcenda* eſt in Pal. prim. & tertio, quod placet Guilielmio, ſed ceteri omnes *compenſanda*, quod merito retinetur. Diligenti cura valetudinis, inquit, ſunt compenſanda & reſarcienda illa vitia, quibus obnoxia eſt ſenectus. *Diligentia* & paullo ante in hac notione uſus eſt Tullius. Vires quas detrahit nobis quaſi ſenectus, penſat diligentia: quæ illa ſit, proxime ſecuturis verbis oſtendit. *Græv.*

Menti atque animo multo magis] Sic habent omnes fere libri veteres: *ſed menti, atque animo multo magis.* Sed fuit cum ita legendum putarem: *ſed & menti, atque adeo multo magis.* Neque me hujus conjecturæ pœnitet. ſequitur enim deinceps: *Nam hæc quoque*, &c. hæc ſcilicet mens. Quod ſi, *animo*, ſcripſiſſet Cicero, ſubjunxiſſet, *nam hic quoque*, &c. Mendoſe autem hic operæ fecerunt olim, *num*, pro, *nam.* Lambin. Si hoc verum eſſet, ſcribendum etiam fuiſſet *extinguitur.* atqui *extinguuntur* in omnibus editis & ſcriptis ſcilicet *animus*, & *mens*, de quarum vocum & rerum, ſecundum nonnullos veteres, diſcrimine alibi. *Græv.*

Niſi tanquam lumini oleum inſtilles] Docti quidam legendum cenſent, *tanquam elychnio.* Lambin.

Defatigatione & exercitatione] Pal. ſec. (& Pith. excerpta) *exercitatione defatigatione*, ſine copula, ut ſuſpicer illud *& exercitatione*, quod non agnoſcit Pal. tertius, eſſe interpretationem prioris, unde nata lectio altera *exercitationum defatigatione*, quæ in Pal. prim. & Victorii (nec non Langii) editione. *Gruter.* Si non eſt ἓν διὰ δυοῖν, pro exercitatione defatigante, & aliquid eſt delendum, procul dubio *defatigatione* delendum eſt. Nam & animus fatigari poteſt. *Exercitatione* autem retinendum, liquet ex oppoſitione, *exercitatione corpora ingraveſunt*, *exercitando animi levantur.* Grævius.

Comicos ſtultos ſenes] Sic legendum eſt, non, *comicus*, neque, *coamicos* &c. *comici ſenes* autem dicuntur, quales introducuntur a poetis comicis, creduli, deliri, leves, amatores, ſtulti,

culoſae ſenectutis: ut petulantia, ut libido, magis eſt adoleſcentium, quam ſenum: nec tamen omnium adoleſcentium, ſed non proborum: ſic iſta ſenilis ſtultitia (quae deliratio appellari ſolet) ſenum levium eſt, non omnium. Quattuor robuſtos filios, quinque filias, tantam domum, tantas clientelas Appius regebat & ſenex, & caecus. intentum enim animum, tamquam arcum, habebat, nec langueſcens ſuccumbebat ſenectuti. tenebat non modo auctoritatem, ſed etiam imperium in ſuos: metuebant ſervi, verebantur liberi, carum omnes habebant: vigebat in illa domo patrius mos, & diſciplina. Ita enim ſenectus honeſta eſt, ſi ſe ipſa defendit, ſi jus ſuum retinet, ſi nemini emancipata eſt, ſi uſque ad extremum ſpiritum vindicet jus ſuum. ut enim adoleſcentem, in quo ſenile aliquid: ſic ſenem, in quo eſt adoleſcentis aliquid, probo: quod qui ſequitur, corpore ſenex

ti, qui facile decipiuntur a ſervis, ridiculi denique. *Lambin.*

Si nemini emancipata eſt] Sic eſſe legendum jampridem admonui, idque ex Nonio. *Emancipare* autem valet, alteri in manum tradere. *Idem.* Eam tuetur quoque Iuretus in notis ad Symmachi lib. 1. epiſt. 12. & eleganter ac pulchre I. Fr. Gronov. ad Senec. ep. 45, ubi etiam rationem reddit, cur *emancipare* ponatur, ubi vulgus *mancipare* ponendum putat. *Mancipo*, inquit, eſt mancipio trado, *emancipo* e poteſtate mea & mancipio dimitto. Liber homo eſt ſuæ poteſtatis: itaque cum ſe *emancipare* dicitur, intelligitur e poteſtate ſua abire, non amplius ſuus eſſe, alienus fieri, deſinere ſui juris & mancipii eſſe, ut loquitur Brutus ad Ciceronem. vide id multis eum exemplis confirmantem.

Si uſque ad extremum ſpiritum dominatur in ſuos] Libri quidam veteres habent: *ſi uſque ad ultimum ſpiritum vindicet jus ſuum.* Lambin. Sic & Pith. exc. niſi quod pro *jus ſuum* corrupte in iis ſcribatur *juſtum.* Male neglexerunt editores. Eſt certiſſima Ciceronis manus. *Vindicet ſuum jus*, eſt ut paullo ante dixit, *retineat jus ſuum*, ſeu auctoritatem & imperium in ſuos, metuant ſervi, vereantur liberi, nulli ſit emancipata: Si non eſt ſub tutela ſuorum liberorum aut cognatorum. Sic *jure ſuo agere* dicuntur, qui libere agunt, nemine impediente. Florus I, 17: *Captiſque ſuperioribus jugis in ſubjectos ſuo jure detonuit.* Et lib. III, 17: *Equites Romani tanta poteſtate ſubnixi peculabantur ſuo jure rempublicam.* Sed & Ciceronem ſic locutum eſſe dudum monuit I. Fr. Gronovius. *Dominatur in ſuos* eſt verborum illorum, quæ male ejecerunt, interpretatio, ſed poſteriorum temporum. *dominari* enim *in ſuos* ſub rep. libera tribuebatur tantum tyrannis, cum de hominibus loquerentur. Notum enim eſt quam inviſum fuerit vocabulum *dominari* & *dominus* in libertate. Inde nec Auguſtus, nec Tiberius *domini* volebant ſalutari. *Grævius.*

Con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

nex eſſe poterit, animo numquam erit. Septimus mihi Originum liber eſt in manibus: omnia antiquitatis monumenta colligo: cauſarum illuſtrium, quaſcumque defendi, nunc quam maxime conficio orationes: jus augurum, pontificum, civile tracto: multum etiam Graecis litteris utor: Pythagoreorumque more exercendae memoriae gratia, quid quoque die dixerim, audierim, egerim, commemoro veſperi. Hae ſunt exercitationes ingenii, haec curricula mentis: in his deſudans atque elaborans corporis vires non magnopere deſidero: adſum amicis: venio in ſenatum frequens, ultroque affero res multum & diu cogitatas; eaſque tueor animi, non corporis viribus. quae ſi exſequi nequirem, tamen me lectulus oblectaret meus ea ipſa cogitantem, quae jam agere non poſſem: ſed ut poſſim, facit acta vita. ſemper enim in his ſtudiis, laboribuſque viventi non intelligitur, quando obrepat ſenectus. Ita ſenſim ſine ſenſu aetas ſeneſcit: nec ſubito frangitur: ſed diuturni-
12 tate exſtinguitur. Sequitur tertia vituperatio ſenectutis, quod eam carere dicunt voluptatibus. O praeclarum munus aetatis, ſi quidem id aufert nobis, quod eſt in adoleſcentia vitioſiſſimum! Accipite enim, optimi adoleſcentes, veterem orationem Archytae Tarentini, magni in primis, & praeclari viri: quae mihi tradita eſt, cum eſſem adoleſcens Tarenti cum Q. Ma-

Conficio orationes] Libri aliquot veteres *conficio rationes*. ex quo feci *conficio orationes*, meliore numero. *C. Lang.*

Ita ſenſim ſine ſenſu] Παρόμοιον etiam vocalium alluſione inſigne; in quo decorum ſervat in Catonis perſona. Nam ſæculum illud figuris huiuſmodi delectabatur: quale eſt Ennii illud

O Tite, tute Tati, tibi tanta Tyranne tuliſti.

& ejuſdem ex Phœnice

Stultus eſt qui cupita cupidus cupienter cupit.

& Plauti in Menæhmis

Non potui paucis plura plane proloqui.

Simile ex Euripidis Medea adfert Victor lib. 36 c. 20. & Turnebus e Cicerone lib. VII adverſ. c. 19. *C. Langius.*

Archytæ Tarentini] Vide Diog. Laertium lib. VIII.

Nul-

Q. Maximo. Nullam capitaliorem peſtem, quam corporis voluptatem, hominibus dicebat a natura datam: cujus voluptatis avidae libidines temere, & effrenate ad potiundum incitarentur. Hinc patriae proditiones, hinc rerump. everſiones, hinc cum hoſtibus clandeſtina colloquia naſci: nullum denique ſcelus, nullum malum facinus eſſe, ad quod ſuſcipiendum non libido voluptatis impelleret: ſtupra vero, & adulteria, & omne tale flagitium nullis illecebris excitari aliis, niſi voluptatis. Cumque homini ſive natura, ſive quis deus nihil mente praeſtabilius dediſſet; huic divino muneri ac dono nihil eſſe tam inimicum, quam voluptatem. Nec enim libidine dominante temperantiae locum eſſe, neque omnino in voluptatis regno virtutem poſſe conſiſtere. quod quo magis intelligi poſſet, fingere animo jubebat, tanta incitatum aliquem voluptate corporis, quanta percipi poſſet maxima. nemini cenſebat fore dubium, quin tamdiu, dum ita gauderet, nihil agitare mente, nihil ratione, nihil cogitatione conſequi poſſet, quocirca nihil eſſe tam deteſtabile, tamque peſtiferum, quam voluptatem: ſi quidem ea, cum major eſſet atque longior, omne animi lumen exſtingueret. Haec cum C. Pontio Samnite, patre ejus, a quo, Caudino proelio Sp. Poſtumius, T. Veturius, conſules, ſuperati ſunt, locutum Archytam, Nearchus Tarentinus, hoſpes noſter, qui in amicitia populi Rom. permanſerat, ſe a majoribus natu accepiſſe dicebat,

Nullam capitaliorem peſtem]

Quippe nec ira Deum tantum, nec tela, nec hoſtes

Quantum ſola noces animis illapſa voluptas,

ut eſt apud Silium.

Quanta percipi poſſet maxima] Vox *percipi* non eſt in Palatino ſecundo & vero ejicienda videbatur etiam Guilielmio, ceu ſpuria, quamvis eam reperiſſet in MSS. ſuis omnibus. *Gruterus.*

Qui in amicitia populi Romani permanſerat] Antiqua formula: quæ in fragmento Thoriæ legis, cujus ſupra meminimus, ita reperitur: *Quei eorum in amicitiam populi Romani bello Poinicio proximo manſerunt*, & in vetuſtiſſi-

cebat, cum quidem ei ſermoni interfuiſſet Plato Athenienſis: quem Tarentum veniſſe, L. Camillo, Appio Claudio conſulibus reperio. Quorſum haec: ut intelligatis, ſi voluptatem aſpernari ratione & ſapientia non poſſemus, magnam habendam ſenectuti gratiam, quae efficeret, ut id non liberet, quod non oporteret. impedit enim conſilium voluptas, rationi inimica eſt, ac mentis (ut dicam) praeſtringit oculos, nec habet ullum cum virtute commercium. Invitus quidem feci, ut fortiſſimi viri T. Flaminini fratrem L. Flamininum e ſenatu ejicerem, ſeptem annis poſt, quam conſul fuiſſet: ſed notandam putavi libidinem. Ille enim cum eſſet conſul in Gallia, exoratus in convivio a ſcorto eſt, ut ſecuri feriret aliquem eorum, qui in vinculis eſſent damnati rei capitalis. hic Tito fratre ſuo cenſore, (qui proximus ante me fuerat) elapſus eſt: mihi vero & Flacco neutiquam probari potuit tam flagitioſa & tam perdita libido, quae cum probro privato conjungeret imperii dedecus. Saepe audivi a majoribus natu qui ſe porro pueros a ſenibus audiſſe dicebant, mirari ſolitum C. Fabricium, quod cum apud regem Pyrrhum legatus eſſet, audiſſet a Theſſalo Cynea, eſſe quendam Athenis, qui ſe ſapientem profiteretur: eumque dicere, omnia quae faceremus ad voluptatem eſſe referenda: quod ex eo audientes, M' Curium, & T. Coruncanium optare ſolitos, ut id Samnitibus, ipſique Pyrrho perſuaderetur:

ſtiſſimo apud me ſenatus conſulto Græce ſcripto, quod M. Lepido, Q. Catulo Coſſ. in æs inciſum fuit, τῶν διὰ τέλους ἐν τῇ φιλίᾳ τοῦ δήμου τῶν ῥωμαίων μεμενηκυιῶν. *F. Vrſin.*

L. Camillo Appio Claudio Conſulibus] Repoſui *Appio*, ejecique, *Publium*, qui in poſterioribus editionibus irrepſerat, contra faſtos Capitolinos, contra MSS. pleroſque & primæ ætatis excuſos, qui tamen perperam *L. Æmilio.* nam alterum reperit in MSS. ſuo Aldus. Conſulatur Pighius noſter lib. IV. faſtorum. *Gruterus.*

Septem annis] VIII *annis* habet antiquus liber. *F. Vrſin.*

Notandum putavit libidinem] Pro *notandam* ſic meliores libri & hic & in Tuſculan. *Iphygeniam Aulide duci immolandum jubet.* C. Lang.

Quod

tur: quo facilius vinci poſſent, cum ſe voluptatibus dediſſent. Vixerat M' Curius cum P. Decio, qui quinquennio ante eum conſulem ſe pro rep. quarto conſulatu devoverat. Norat eundem Fabricius, norat Coruncanius: qui cum ex ſua vita, tum ex ejus, quem dico, P. Decii facto, judicabant eſſe profecto aliquid natura pulchrum atque praeclarum, quod ſua ſponte peteretur, quodque ſpreta & contemta voluptate optimus quiſque ſequeretur. Quorſum igitur tam multa de voluptate? quia non modo vituperatio nulla, ſed etiam ſumma laus ſenectutis eſt, quod ea voluptates nullas magnopere deſiderat. caret epulis, extructiſque menſis, & frequentibus poculis? caret ergo etiam vinolentia, & cruditate, & inſomniis. Sed ſi aliquid dandum eſt voluptati, quoniam ejus blan-

Quod ea voluptates nullas magnopere deſiderat] Phavorinus apud Stobæum cap. 267: Ἡδονῆς ὁ μὲν ἑκὼν εἰργόμενος σοφός· ὁ δὲ μὴ δεόμενος μακάριος· τὸ δὲ γῆρας πρὸς ἀμφότερον ἐπιτήδειον· καὶ γὰρ φρονιμωτέρους ἀνθρώπους ἀπεργάζεται, καὶ τῶν ἡδέων ἀμελεστέρους. *Qui ſponte a voluptate recedit ſapiens eſt, qui vero ipſam prorſus non deſiderat, beatus. Senectus autem iſtorum utrique idonea eſt. Nam & prudentes homines & jucundorum negligentiores reddit.* Iuncus apud eundem: τὸ μέν τοι ἐπιθυμιῶν ἐστερῆσθαι τοὺς γέροντας, μηδὲν ὑπ' αὐτῶν ἔτι παρενοχλουμένους, μέγιστον δὴ τοῦτο καὶ πρεπωδέστατον ἡγοῦμαι δεδόσθαι τοῖς ἀνθρώποις δῶρον ὑπὸ τῶν Θεῶν, καὶ κατά τινα τῆς αὐτῶν ἐκείνων φύσεως ὁμοιοῦσθαι. οἱ μὲν γὰρ οὐ σῖτον ἔδουσιν, οὐ πίνουσιν αἴθοπα οἶνον. *Quod a cupiditatibus ſenes immunes ſunt, & nihil amplius ab eis turbantur, hoc maximum & pulcherrimum a diis donum hominibus eſſe datum reor, per quod divinæ naturæ propemodum ſimiles fiant. Nam dii*

Non comedunt fruges, non potant fervida vina.

Et inferius. Ἧττον ἐσθίων ἢ πίνων ὁ πρεσβύτης ἀφροδισίων τε ἀπεχόμενος, ὥσπερ τε ἱεροφάντης ἀλύπως διάκειται καὶ ἀνενδεῶς, τὸ πρὸς σωτηρίαν χρήσιμον προσαγόμενος, ἀπολείπων σοι τῷ νέῳ δι' ἀμαθίαν καὶ ἄγνοιαν τὰ νομιζόμενα περισπούδαστα. *Minus edens aut bibens vir ſenex, & abſtinens a venere tanquam ſacerdos quidam nullius rei gratia dolens, aut indigens vitam agit, ſalutifera ſibi uſurpans: ea vero quæ propter inſcitiam & ignorantiam magni fiunt, juvenibus relinquens.*

Et cruditate & inſomniis] Veteres libri *caret ſomnis*: Quod ſi recte eſt, non inſomnia intelligit, quæ ſolent epula oneratos gravare, ſed ſomnilentiam. Libris omnibus invitis emendo, *inſomnia*. *Inſomniam* autem interpretor ἀϋπνίαν, id eſt, ſomni capiendi difficultatem, ſeu potius, ſomni privationem: quo nomine utitur & Terentius in Eunucho: *Nam aut jam revertere: aut mox noctu te adiget horſum inſomnia.* non eſt autem dubium, quin vinolentiæ, & cruditatis comes ſit inſomnia. Senes autem quamvis non ſint admodum ſomnolenti, ſed leviſomni potius, ut loquitur Lucretius, dormiunt tamen facile, & tranquille propter continen-

tiam,

blanditiis non facile obſiſtimus (divine enim Plato eſcam malorum voluptatem appellat, quod ea videlicet homines capiantur, ut hamo piſces) quamquam immoderatis epulis careat ſenectus, modicis tamen conviviis delectari poteſt. C. Duillium, M. filium, qui Poenos claſſe primus devicerat, redeuntem a cena ſenem ſaepe videbam puer, delectabatur crebro funali, & tibicine, quae ſibi nullo exemplo privatus ſumſerat: tantum licentiae dabat gloria. Sed quid ego alios? ad meipſum jam revertar. Primum habui ſemper ſodales. ſodalitates autem me quaeſtore

tiam, & moderationem, quam adhibent in cibo, & potione. Iuvenes contra propter cruditates ex vinolentia, & edacitate natas, noctes inſomnes, & doloris, ac moleſtiæ plenas traducunt. *Lambin.* Sed ego Langium & ceteros omnes tum MSS. tum excuſos malo ſequi, qui habent *inſomniis.* Primnm enim ἀϋπνία vitium eſt ſenibus peculiare, a quo ſenectutem vindicare Cato non poteſt. Dein cum objeciſſet Cato, *caret ſenex epulis, extructiſque menſis & frequentibus poculis*, nihil reſponderi poterat commodius, quam ſenem carere quoque incommodis, quæ illa commoda ſequi ſolent. Caret ergo vinolentia, & cruditate, & inſomniis. neque enim vel in ebrietatis turpitudinem delabitur, vel ferculorum varietate valetudinem corrumpit, vel horribilibus inſomniis infeſtatur. arctiorem enim ſomnum inſomnia conſequi ſolent. Arctius autem dormire potos quam ſobrios, nemo eſt opinor qui neget. Vulgo certe dici ſolet, qui bene bibit, bene dormit. & Horatii præceptum eſt:

ter uncti
Tranſnanto Tiberim, ſomno quibus opus eſt alto,
Irriguumque mero ſub noctem corpus habento.

Suffridus Petrus.

Modicis tamen conviviis] Cum in omnibus vet. libris dictio, *conviviis*, habeatur; miror a quibuſdam eam eſſe rejectam. *convivium* honeſtum eſt; *epulæ* vitium ſonant. *C. Lang.*

C. Duillium] *Duelium* habet vetus liber, & ita ſcribebant antiqui. *F. Vrſinus.*

Delectabatur crebro funali] Quidam, *cereo funali*, pro, *crebro funali*, repoſuerunt: Sic enim Valer. III. *Ad funalem cereum præeunte tibicine, a cena reverti domum ſolitus eſt.* Et auctor epitomes Livii: *Ob quam cauſſam ei perpetuus honos habitus eſt, ut revertenti a cena tibicine canente funale præferretur.* Videtur tamen Cato dicere non una face, ſed pluribus Duilium deduci voluiſſe. L. Florus. *Cum*, inquit, *Duilius Imperator, non contentus unius diei triumpho, per vitam omnem ubi a cena rediret, prælucere funalia & præcinere ſibi tibias juſſit; quaſi quotidie triumpharet. C. Lang.* *Crebro funali, & tibicine*] Sic habent libri omnes manuſcripti: & ita edidit Langius: cui aſſentior. Nam (ut ait idem) non dicit M. Tullius Duillium uno funali delectari ſolitum, ſed multo & crebro. Si quis tamen malet legi, *cereo*, quod alii ſubſtituerunt, non pugnabo: teſtabor tamen hanc eſſe ſcripturam antiquam, & (ut arbitror) rectam & veram. *Lambin.* De re ipſa vide Lipſium Cent. IV miſcell. epiſt. 3, & Caſaubonum in Suetonii Cæſarem c. 37.

Sodalitates autem me quæſtore conſtitutæ ſunt] M. Cato Quæſtor Africano fuit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

re conſtitutae ſunt, ſacris Idaeis Magnae Matris ac-
ceptis. epulabar igitur cum ſodalibus omnino modi-
ce, ſed erat quidam fervor aetatis: qua progredien-
te, omnia fient indies mitiora. neque enim ipſorum
conviviorum delectationem voluptatibus corporis ma-
gis, quam coetu amicorum & ſermonibus metiebar.
bene enim majores noſtri accubitionem epularem a-
micorum, quia vitae conjunctionem haberet, con-
vivium nominarunt, melius, quam Graeci: qui hoc
idem tum compotationem, tum concenationem vo-
cant: ut, quod in eo genere minimum eſt, id maxi-
me probare videantur. Ego vero propter ſermonis 14
delectationem tempeſtivis quoque conviviis delector,
nec cum aequalibus ſolum (qui pauci admodum re-
ſtant) ſed cum veſtra etiam aetate, atque vobiſcum:
habeoque ſenectuti magnam gratiam, quae mihi ſer-
monis aviditatem auxit, potionis & cibi ſuſtulit. Quod
ſi

fuit, Tuditano & Cethego coſ. anno ab V. C. DXLIX. de qua re ſuperius plura. *Sodalitates* vocat τὰ συσσίτια. Trogus lib. XXXVII. de Mithridate; *Hieme*, inquit, *deinde imminente, non in convivio, ſed in campo; non in vacationibus, ſed in exercitationibus; nec inter ſodales, ſed inter æquales aut equo aut curſu aut viribus contendebat.* De *ſodalitiis* & *ſodalitiariis epulis* multa Ariſtoteles in Politicis. *C. Lang.* Vocabantur Græcis *ſodales* θιασῶται. Collegium enim ſeu ſocietas inſtituta in honorem alicujus Dei, & ad ſacra ejus celebranda vocabatur θίασος, vide Harpocrat. θιασῶται ſocietatis ejus conſortes, Latinis *ſodales* vulgo *confratriæ*. Differebant θιασῶται a συσσίτοις. Hi ſemper una veſcebantur, illi certis tantum diebus cum ſacra facerent. Salmaſ. obſervat. ad Ius Atticum & Rom. cap. 4, ubi vide pluta.

Accubitionem epularem] Nonius legit, *accubitionem*: quem ſequimur: cum præſertim cum eo faciant nonnulli libri veteres. nam libri vulgati habent, *accubationem*. Lambinus.

Tempeſtiva convivia ſunt] Recte ſic libri omnes. Nulla ſunt *intempeſtiva convivia* in veterum libris, niſi vitio ſcribarum. *Tempeſtiva convivia* ſunt, quæ & ante legitimam conviviorum horam ineuntur, & in multam noctem protrahuntur, ut erudite oſtendit maximus Salmaſius in Vopiſcum. Nihil certius, ut nihil falſius, quod huic opinioni rejiciendæ poſtea docti viri oppoſuerunt.

Qua mihi ſermonis aviditatem auxit] Plato 1 de rep. Ὡς εὖ ἴσθι, ὅτι ἔμοιγε ὅσον αἱ ἄλλαι αἱ κατὰ τὸ σῶμα ἡδοναὶ ἀπομαραίνονται, τοσοῦτον αὔξονται αἱ περὶ τοὺς λόγους ἐπιθυμίαι τε καὶ ἡδοναί. *Profecto quanto magis me corporis voluptates deficiunt, tanto cupiditas confabulandi, & voluptas quam ex ea re capio, augetur.* Hic eſt fons, unde iſta hauſit Cicero. Anaxandrides apud Stobæum:

Ἐσθλοῦ γὰρ ἀνδρὸς γῆρας εὐπαρήγο-
ρον.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ſi quem etiam iſta delectant (ne omnino bellum indixiſſe videar voluptati, cujus eſt fortaſſe quidam naturalis modus) non intelligo, ne in iſtis quidem voluptatibus ipſis carere ſenſu ſenectutem. Me vero & magiſteria delectant a majoribus inſtituta: & is ſermo, qui more majorum a ſummo adhibetur in poculis: & pocula, ſicut in ſympoſio Xenophontis, minuta atque rorantia, & refrigeratio aeſtate, & viciſſim

Boni viri ſenectus facilis eſt in colloquio.

Cujus eſt etiam fortaſſe quidam naturalis modus] Vulgati *motus* male, & contra omnes libros. Alluſit ad formulam *quod bono fiat modo.* Plautus Mercatore: *Neu quiſquam poſthac prohibeto adoleſcentem filium, Quin amet, & ſcortum dicat, quod bono fiat modo.* Et plane quicquid ſine cupiditate & deſiderio fit, bono modo fieri dicebant. ad Q. Fratrem lib. II. ep. 5. *Gruterus.* Voluptas per ſe non mala eſt, hinc tam pueri, quam omnia bruta eam ſectantur. Temperantes etiam & prudentes viri non omnes voluptates fugiunt, ſed ſolummodo aliquas, nec ne ipſas quidem ideo, quod voluptates ſunt, ſed quod junctæ cum actionibus eam perniciem adferentibus, quam vir prudens & temperans nolit præſentis voluptatis fruitione redimere, ad eum modum quo venenum dulce redditum fugitur, non quia dulce eſt, ſed quia perniciem affert, quæ ſane non ſit dulcedine illa emenda. Hoc & Socrates docet apud Platonem in Protagora, voluptatem non eſſe rem malam, nec moleſtiam bonam, ratione temporis, quo percipitur, ſed nihilominus eſſe poſſe, ratione illius, quod conſequitur, cum nempe voluptatem morbi, paupertas, infamia, & ſimilia incommoda ſequantur; moleſtiam vero ſanitas, divitiæ, gloria, ſalus urbis: itaque non ratione ſui, ſed ratione eventus voluptatem malam, moleſtiam bonam cenſendam: quæ pluribus ibi perſequitur. & addit uſurpandam eſſe artem, quam μετρητικὴν *dimetiendi* appellat, quæ oſtendat quando moleſtia bona, & voluptas mala ſit, & vice verſa, hoc eſt quæ docet, ut Cicero hic dicit, qui ſit *naturalis modus voluptatis.* De his pluribus diſputat Gaſſendus, cui & hæc debentur, in libris de Philoſophia morali Epicuri. *etiam* non habetur in Pith. & Grævii primo.

Me vero & magiſteria delectant] In omni convivio legebatur plerumque ſorte magiſter convivii, qui convivis ceteris leges ferebat bibendi. Varroni *modimperator*, Horatio *arbiter*, Plauto *dictator*, Græcis συμποσιαρχὸν, βασιλεὺς, vel στρατηγός, qua poſtrema voce uſus eſt etiam Plautus Sticho:

Strategum te facio huic convivio.

vulgatius *magiſter.* Lampridius in Elegabalo: *Præfectum urbicum ſæpe poſt cœnam ad potandum vocabat, adhibitis & præfectis prætorio, ita ut ſi recuſarent, magiſtri eos cogerent.* Lipſius.

A ſummo adhibetur in poculis] Deleta voce, *magiſtro*, ita hic legendum cenſueram olim: qui *a ſummo adhibetur:* quamvis omnes, quos vidi, libri eam habeant. *A ſummo* autem, id eſt, ab eo, qui *ſummus* accumbit. In conviviis enim alii ſummi accumbebant, alii imi: ut docuimus in commentar. Horat. Et nunc in ſententia maneo, cum præſertim Turnebus mihi ſuffragetur Adverſ. lib. XIII. cap. VI. ubi teſtatur ſe in libro antiquiſſ. hanc vocem, *magiſtro*, non reperiſſe. Et vero alius eſt is, qui magiſter dicitur, alius, qui ſummus accumbit. Præterea magiſter, ſine epitheto, ſummus con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ciſſim aut ſol, aut ignis hibernus. quae quidem in Sabinis etiam perſequi ſoleo, conviviumque vicinorum quotidie compleo, quod ad multam noctem, quam maxime poſſumus, vario ſermone producimus. At non eſt voluptatum tanta quaſi titillatio in ſenibus. Credo: ſed ne deſideratio quidem. nihil autem moleſtum, quod non deſideres. Bene Sophocles, cum ex eo quidam jam affecto aetate quaereret, utereturne rebus venereis: Dii meliora, inquit. libenter vero iſtinc, tanquam a domino agreſti ac furioſo profugi. cupidis enim rerum talium odioſum & moleſtum eſt fortaſſe carere. ſatiatis vero & expletis jucundius eſt carere, quam frui. quamquam non caret is, qui non deſiderat. Ego hoc non deſiderare dico eſſe jucundius. Quod ſi iſtis ipſis voluptatibus bona

convivii dominus, & rex intelligitur, hoc eſt συμποσιάρχης. Quare vox, *magiſtro*, delenda eſt, ut ab aliquo ſciolo addita, & ſupervacanea. Deinceps autem malim legi, *in poculis:* ut habet liber Danielis, & Pithæi, quam, ut alii, *in poculo*. Lambin. *A ſummo bibere* Græcis eſt ἐν κύκλῳ πίνειν, ab eo conviva videlicet, qui ſummus accumbit, ad imum. Mos hic ſollemnis in omni convivio Romanis fuit, cum paullo hilarius invitare ſe vellent. Plautus Perſa:

Age puere
A ſummo ſeptenis cyathis committe hos ludos.

Aſinaria:

Da puere ab ſummo, age tu interibi ab infimo da ſuavium.

Lipſius.

Iam affecto ætate] Sic Pith. Græv. Guilielm. aliique libri. optime. male Lambinus, improbante quoque Grutero, *affecta ætate*. Quod hic eſt *affectus ætate* aliis eſt, *confectus ætate*, Phædro *defectus annis*, quod male impugnat Scioppius.

Dii meliora] Locus eſt ſtatim initio lib. I. de Rep. quem ſi interpretatum Ciceronem dicamus, *dic meliora*, non, *dii meliora*, legendum ſit. ut Græcum verbum εὐφημεῖν exprimatur quod Latini dicunt *bona verba dicere*, aliquando *linguis favere*. Sed ſic & locutus eſt Philipp. 10: *Ac permitto ut de tribus Antoniis eligas quem velis. Dii meliora, inquies*. C. Lang. In Grævii codice legitur, ut conjiciebat Langius, *dic meliora*, ſic & nonnulli Manutiani, ſed verior & elegantior eſt vulgata.

Ego hoc non deſiderare dico eſſe jucundius] Ex libris manuſcriptis alii ſic habent, *ergo hoc non deſiderare*, &c. alii non habent pronomen, *hoc*: alii habent, *ergo hæc non deſiderare*: quos Langius ſecutus eſt. nulli habent hoc totum, *quam frui*. Et vero res ipſa loquitur, ab aliquo eſſe adjectum. Nam ſatis ſubintelligitur ex ſuperiore illo loco, *jucundius eſt carere, quam frui*. Sed in hoc præterea immutavit olim vulgatam lectionem Langius, quod non, *ergo hoc*, ſed, *hoc ergo*, edendum curavit. *Lambin.* Meus codex, Pith. excerpta, & edit. Langii ſic legunt, ut edendum curavi. De re ipſa vide quæ paullo ante notavi ex Phavorino. *Græv.*

bona aetas fruitur libentius: primum parvulis fruitur rebus, ut diximus: deinde iis, quibus ſenectus, ſi non abunde potitur, non omnino caret. ut Turpione Ambivio magis delectatur, qui in prima cavea ſpectat: delectatur tamen etiam qui in ultima: ſic adoleſcentia voluptates prope intuens magis fortaſſe laetatur: ſed delectatur etiam ſenectus procul eas ſpectans tantum, quantum ſat eſt. At illa quanti ſunt, animum tamquam emeritis ſtipendiis libidinis, ambitionis, contentionis, inimicitiarum, cupiditatum omnium, ſecum eſſe, ſecumque (ut dicitur) vivere? ſi vero habet aliquod tamquam pabulum ſtudii atque do-

Bona ætas] *Mala ætas* Senectus dicitur ab Afranio in illo verſu,

Mala ætas nulla delinimenta invenit. F. Vrſin.

Pravis fruitur rebus] Sic eſſe legendum, cum ſuperiora declarant, tum illud, quod eſt in adoleſcentia vitioſiſſimum. libri manuſcr. fere omnes habent, *primum parvulis*, &c. vulg. *parvis fr. reb.* Lambin. Male. Nam libri meliores omnes *parvulis*.

At illa quanti ſunt, animum tanquam emeritis ſtipendiis libidinis] Iuncus de ſenectute laudante Stobæo: Οἱ δὲ τοῦ περιττοῦ καὶ ἐνοχλοῦντος ἀπεχόμενοι, καὶ οὐδὲν τῆς χρήσεως αὐτοῦ δέονται, τῆς μὲν ἐνδείας ἐκπεφευγότες τὸ λυπηρόν· τοῦ δὲ αὐτάρκους αὐτοῖς προσάγοντες τὴν ἡδονήν· καὶ γὰρ τὸ πεπαῦσθαι τῆς κατὰ τὰ ἀφροδίσια ὁρμῆς τε καὶ ὀρέξεως, ὦ Ζεῦ, μέγα ὄφελος φαίην ἂν, καὶ μανίας καὶ λύπης ἀπόῤῥευσιν· ὁπότε τῆς μὲν ψυχῆς τὸ ἀλόγιστον δὴ καὶ ἐπιθυμητικὸν εὔδοι διαφυγὸν πονηροὺς δεσπότας· τὸ δὲ λογιστικὸν ἀπολύοι διὰ τῆς ὄψεως τῆς κατὰ κάλλος ἡδονῆς. *Senes autem a ſuperfluis & moleſtis abſtinentes, ipſorum uſu nihil egent, indigentiæ moleſtiis liberati, & frugalis animi rebuſque ſuis contenti voluptate fruentes. Etenim ab impetu & appetitu in Venerem ruente ſejunctum eſſe dii boni quanta utilitas, & furoris moleſtiaque amiſſio dicenda eſt: quo tempore bruta & cupiditatibus obnoxia pars animæ ſopita improbos dominos effugit: rationalis vero pars oculis animæ pulchritudinis voluptate fruitur.*

Secum eſſe, ſecumque, ut dicitur, vivere] Hoc eſt ſe & ſuam mentem curare, neglectis inanibus ſtudiis & voluptatibus populi, quod Perſio Satyra IV, eſt *ſecum habitare: Tecum habita, noris quam ſit tibi curta ſupellex.* Græv.

Si vero habet tanquam pabulum ſtudii atque doctrinæ, nihil eſt otioſa ſenectute jucundius] Nam τοῖς ἀστείοις πρεσβύταις, ὅσον αἱ κατὰ τὸ σῶμα ἡδοναὶ ἀπομαραίνονται, τοσοῦτον αἱ περὶ τοὺς λόγους ἐπιθυμίαι πάλιν αὔξονται· καὶ τοσούτῳ βεβαιότερον αὐτοῖς παρέχει τὸ λέγειν τί χρήσιμον τοῖς ἄλλοις, καὶ παρ' ἑτέρων αὐτοῖς ἀκούειν· ὥστε τὰς μὲν ἀπὸ τῶν βρωτῶν καὶ ποτῶν καὶ ἀφροδισίων ἡδονὰς γινομένας ἰδεῖν ἔστιν, οὐχ οὕτως εἰς τὸ παραχρῆμα εὐφραινούσας, ὡς ὕστερον λυπούσας· ἡ δὲ περὶ τοὺς λόγους ἡδονὴ καὶ μάθησις, ἔν τε τῷ παραυτίκα εὐφραίνει, καὶ πρὸς τὸν ἄλλον βίον τοὺς μανθάνοντας διάγειν ἡδέως παρασκευάζει. *Senibus elegantioribus quantum corporea voluptates marceſcunt, tantum rurſus eruditionis deſiderium augetur: & tanto firmius docere poſſunt alios, quid factu ſit utile, atque ipſi viciſſim ab aliis audire. Siquidem voluptates quas cibi, potus & Venerea pariunt* non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

doctrinae, nihil eſt otioſa ſenectute jucundius, mori videbamus in ſtudio dimetiendi paene coeli, atque terrae C. Gallum, familiarem patris tui, Scipio. quoties illum lux noctu aliquid deſcribere ingreſſum, quoties nox oppreſſit, cum mane coepiſſet? quam delectabat eum defectiones ſolis, & lunae multo ante nobis praedicere? Quid in levioribus ſtudiis, ſed tamen acutis! quam gaudebat bello ſuo Punico Naevius! quam Truculento Plautus! quam Pſeudolo! Vidi etiam ſenem Livium: qui cum ſex annos ante, quam ego natus ſum, fabulam docuiſſet, Centhone Tuditanoque conſulibus, uſque ad adoleſcentiam meam proceſſit aetate. quid de P. Licinii Craſſi & pontificii, & civilis juris ſtudio loquar? aut de hujus P. Scipionis, qui his paucis diebus pontifex maximus factus eſt? Atqui eos omnes, quos commemoravi, his ſtudiis flagrantes ſenes vidimus. M. vero Cethegum, quem recte Suadae medullam dixit Ennius, quanto ſtudio exerceri in dicendo videbamus, etiam ſenem? Quae ſunt igitur epularum, aut ludorum, aut ſcortorum voluptates cum his voluptatibus comparandae? Atque haec quidem ſtudia doctri-

non tam præſentia exhilarare, quam poſtea moleſtia videntur afficere. Voluptas autem & doctrina, quæ hauritur ex litterarum ſtudiis tum in præſenti tempore oblectat, tum ad reliquam vitam ſui ſtudioſos ſuaviter degendam præparat. quæ eſt Anaximenis apud Stobæum ſententia pulcherrima.

Mori videbamus in ſtudio dimetiendi pœne cœli] Aliter hæc verba locantur in meo codice: *videbamus in ſtudio dimetiendi pœne mori cœli atque terræ.* Non dubito pœne ſuo excidiſſe loco. pertinet ad *mori*, quod omnes norunt. Quam abſurde autem, & contra rationem & uſum Latine loquentium ponatur inter *dimetiendi* & *cœli* nemo non videt. Ciceronem credo ſcripſiſſe: *Mori pœne videbamus in ſtudio dimetiendi cœli & terræ C. Gallum.* ſed hoc leve. *Grævius.*

C. Gallum] Pronomen huic homini dedi, faventibus MSS. meis & Contareni. id prius aberat, ſed non omnibus editionibus: conſpicitur enim in Victoriana. *Gruterus.*

Sex annis ante] Recte VI. non VII. in libris vet. ſcriptum reperi. Nam a Centhonis & Tuditani conſulatu ſexto anno, Poſtumius & Carvilius conſulatum inierunt: quo anno natus eſt Cato. Eadem hæc repetuntur in Bruto, & in Tuſcul. ſed utrobique mendoſa. *C. Lang.*

Centhone Tuditanoque Coſſ.] Fuit annus V. C. DXIII, quo Coſſ. fuerunt

 C. Clau-

ctrinae. quae quidem prudentibus, & bene inſtitutis pariter cum aetate creſcunt: ut honeſtum illud Solonis ſit, quod ait verſiculo quodam, ut ante dixi, ſeneſcere ſe multa indies addiſcentem: qua voluptate animi nulla certe poteſt eſſe major. Venio nunc ad voluptates agricolarum, quibus ego incredibiliter delector: quae nec ulla impediuntur ſenectute, & mihi ad ſapientis vitam proxime videntur accedere. habent enim rationem cum terra, quae nunquam recuſat imperium, nec umquam ſine uſura reddit, quod accepit: ſed alias minore, plerumque majore cum faenore. quamquam me quidem non fructus modo, ſed etiam ipſius terrae vis ac natura delectat: quae cum gremio mollito ac ſubacto ſemen ſparſum excepit, primum id occaecatum cohibet; ex

C. Claudius App. F. C. N. Centho, & *M. Sempronius C. F. M. N. Tuditanus.* quamvis in annorum numero diſcrepet Cicero in Tuſculana prima, ſecutus alios annales.

Quæ nunquam recuſat imperium] Peſſime Paullus Manutius *impendium* hic legi volebat, cum ſit proprium in hac re verbum. Dicuntur enim *imperare terræ*, qui eam exercent, & in illa ſerunt ac plantant, quæ volunt, ut fructum ex illis capiant. Virgil. I Georg.

Exercetque frequens tellurem atque imperat agris.

Tacit. de moribus German. *Sola terræ ſeges imperatur.* Seneca de tranquillitate animi: *Vt fertilibus agris non eſt imperandum.* Colum. III. 3: *Fructum vero plerique quam uberrimum præſentem conſectantur, nec provident futuro tempori, ſed quaſi plane in diem vivunt, ſic imperant vitibus, atque eas multis palmitibus onerant, ut poſteritati non conſulant.* D. Ambroſius in epiſtola contra Symmachum: *Exerceri in fructus terræ antea neſciebant, poſt ubi imperare arvis ſollicitus cœpit agricola, & informe ſolum veſtire vinetis, ſylveſtres animos domeſticis mollitæ cultibus exuerunt.* Arnob. lib. II: *Vim facerent terris, ut non ſufficerent gramina, ſed imperatas extollerent fruges.* Græevius.

Gremio mollito ac ſubacto] Eadem tralatione utitur Virgilius II Georg.

Vere tument terræ, & genitalia ſemina poſcunt.
Tum pater omnipotens fœcundis imbribus Æther
Conjugis in gremium late deſcendit, & omnes
Magnus alit magno commiſtus corpore fœtus.

Eum imitatus eſt auctor pervigilii Veneris, qui ſinum vocavit.

In ſinum maritus imber fluxit almæ conjugis.

Et Colum. X de cultu hortorum

Maximus ipſe Deum poſito jam fulmine fallax
Acriſioneos veteres imitatur amores,
Inque ſinum matris violento depluit imbri.

Primum id occæcatum cohibet] *Occæcatum*, recte in antiquis lib. legi, etiam Victorius notavit. *C. Lang.* Sic in ſcriptis & excuſis olim legitur. Theodorus Gaza vero legit *occatum*, quod & poſtea Faernus probavit, & multi editores

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ex quo occatio (quae hoc efficit) nominata eſt: deinde tepefactum vapore & compreſſu ſuo diffindit, & elicit herbeſcentem ex eo viriditatem: quae nixa fibris ſtirpium ſenſim adoleſcit, culmoque erecta geniculato, vaginis jam quaſi pubeſcens includitur, e quibus cum emerſerit, fundit frugem ſpici, ordine structam, & contra avium minorum morſus munitur vallo ariſtarum. Quid ego vitium ſatus, ortus, incrementa commemorem? ſatiari delectatione non poſ-

tores poſteriores. Sed Cicero originem vocis *occare* aperire, ac docere voluit unde *occatio* dicta eſſet. Nimirum *occare* factum eſſe per ſyncopem ab *occæcare*. Hanc opinionem Ciceronis fuiſſe ex aliorum quoque antiquorum teſtimonio intelligimus, inprimis autem Sex. Pompeii eruditi ſcriptoris, qui inquit, *occare & occationem Verrius putat ab occædendo, quod cædat grandes glebas terræ, cum Cicero venuſtiſſime dicat ab occæcando fruges ſatas.* Sed etiam Nonii Marcelli: *Occationem ab occæcatis ſeminibus, qua id efficitur, dici M. Tullius voluit de ſenectute.* Eſt autem *occæcare* operire terra. Verrii etymologiam probat Varro I de re ruſtica: *Vineas novellas fodere, aut arare, & poſtea occare, id eſt, comminuere, ne ſit gleba, quod ita occidunt, occare dicunt.* Ille igitur dictum putat ab *occidendo*. P. Victorius Var. lect. II, 23, & XXXIV, 12. Gerardus Voſſius exiſtimat ab Hebraico *dakack*, abjecto *d*, quod ſignificet comminuere, ortum eſſe *occare* quod nihil ſit aliud quam comminuere glebas ut pulvere tegatur ſemen.

Vapore & complexu ſuo diffundit] Libri veteres habent, *& compreſſu ſuo*: quos ſecutus eſt Langius: & laudo factum. *Lambinus.* Celberdenſis codex *diffindit*, ſed tamen non in contextu, verum in ſpatio, quod eſt inter duos verſus, hæc vox habetur. Veram hanc eſſe lectionem convincit id quod præcedit *compreſſa.* & norunt qui in re ruſtica non plane hoſpites ſunt, granum primo diffindi, tum culmen ejicere. atque hoc quidem jam pridem ſagaciter odoratus erat Godoſcalcus Stewechius noſter ad Vegetium. *Guilielmius.*

Elicit herbeſcentem] Legendum fortaſſe eſt, *& ejicit*: in quibus verbis ſæpe variatum eſt. *Lambin.*

Culmoque erecta] Nonius, *calamoque* habet. *C. Lang.* *Culmoque erecta geniculato*] *Genicula* ſunt nodi in caulibus, & culmis, quibus diſtinguntur. Plin. XVIII cap. 7: *Genicula ſunt tritico quaterna, farri ſena, hordeo octona.* In eodem capite: *Milium & panicum in culmum geniculatum, & concavum, ſeſamum vero in ferulaceum* ſc. *faſtigatur.* Sic *geniculatum incrementum* apud eundem XVI, c. 25: *Sic fit ut prima cacumina* (germinantium arborum) *impelli ſecutis appareat, geniculato incremento.* Hos nodos vocant etiam *articulos.* Columella II, c. 12: *Cum ſeges in articulum ierit*, h. e. in nodum ſurgere cœperit. *Grav.*

Fundit frugem ſpici ordine ſtructam] *Spici*, eſt in opt. libris. & ita Nonius legit. Vtitur & in Arato. Item Varro lege Mænia, *neque in bona ſegete nullum eſt ſpicum nequam; nec in mala non aliquod bonum.* Idem. Guilielmius ex duobus MSS. malebat *ordine ſtructo.* *Spici* ordo gluma eſt, quam ſtructam fruge ait compleri. mox notat *munitur* ἐνεργητικῶς poni pro *munit*, ut alibi *punitur* Tuſcul. I. *Multi inimicos etiam mortuos puniunt.* Gruterus. Excerpta Pithæi non male: *ordine exſtructam.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

poſſum, ut meae ſenectutis requietem oblectamentaque pernoſcatis. Omitto enim vim ipſam omnium, quae generantur e terra: quae ex fici tantulo grano, aut ex acino vinaceo aut ex ceterarum frugum ac ſtirpium minutiſſimis ſeminibus tantos truncos ramoſque procreat: malleoli, plantae, ſarmenta, viviradices, propagines, nonne ea efficiunt, ut quemvis cum admiratione delectent? Vitis quidem, quae natura caduca eſt, & niſi fulta ſit, ad terram fertur; eadem, ut ſe erigat claviculis ſuis, quaſi manibus, quidquid eſt nacta, complectitur: quam ſerpentem multiplici lapſu & erratico ferro amputans coercet ars agricolarum, ne ſilveſcat ſarmentis, & in omnes partes nimia fundatur. Itaque ineunte vere in iis, quae relicta ſunt, exſiſtit tanquam ad articulos ſarmentorum ea quae gemma dicitur: a quo oriens uva ſeſe oſtendit: quae & ſucco terrae, & calore ſolis augeſcens primo eſt peracerba guſtatu, deinde maturata dulceſcit; veſtitaque pampinis, nec modico tepore

ctam. mox ex eodem & meo primo reſcripſi: *contra minorum avium morſus.* ſed quæ de *munitur* tanquam pro *munit* poſitum ſit Guilielmius notavit, indigna illo ſunt. Non *munitur* magis eſt munit, quam *includitur*, quod præcedit, *includit*. Grævius.

Senectutis requietem oblectamentumque noſcatis] *Requietem*, ex Priſciano & vet. libris repoſui. qua inflexione ſæpe alibi Cicero uſus eſt. *C. Lang.* Ex meo pervetuſto, in quo *oblectamenta*, & Pith. excerptis, in quibus *pernoſcatis*, ſcripſi, *oblectamentaque pernoſcatis.* hoc eſt, ut omnia ſenectutis meæ oblectamenta ſciatis. *Grævius.*

Ex acino vinaceo] Optimus liber, *vinaceno*; forte, *vinacei*, legendum. *C. Lang.* *Ex acino vinaceo*] Omnes libri veteres habent, *ex acino vinaceo.* quos ſequor. alii, *ex acino vinacei.* Lambin. Negat Iſacus Caſaubonus ὁ πάνυ ad Suetonii Auguſtum cap. 76, *acinum* notare Latinis veteribus, *nucleum* qui Græcis dicatur τὸ γίγαρτον: acinum eſſe ipſam baccam ſive granum uvæ, cujus partes ſint folliculus, ſuccus, caro, nucleus: nucleum autem non *acinum* appellari in uvis. Columellam & eum ſecutum Palladium nucleos etiam *vinacia* vocare nove, cum vinacia potius ſint ςέμφυλα. Acinum quidem pro nucleo uſurpari quoque, ſed mutata vetere Latinitate. idque probat teſtimonio Hieronymi in Eſaiæ caput primum: *Pro ſcoria quod interpretatus eſt Symmachus, & Aquila* ςέμφυλα, *id eſt, vinacia, Theodotion* τὸ γιγαρτῶδες, *id eſt, acinum uva interpretatus eſt.*

Vt quemvis cum admiratione delectent] Sic Pithæi, ſic omnes Aldi Manutii libri, ſic & optimus Grævii.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

pore caret, & nimios ſolis defendit ardores, qua quid poteſt eſſe cum fructu laetius, tum adſpectu pulchrius? cujus quidem non utilitas me ſolum, ut ante dixi, ſed etiam cultura, & ipſa natura delectat: adminiculorum ordines, capitum jugatio, religatio & propagatio vitium; ſarmentorumque ea, quam dixi, aliorum amputatio, aliorum immiſſio. Quid ego irrigationes? quid foſſiones agri, repaſtinationeſque proferam, quibus fit multo terra foecundior? Quid de utilitate loquar ſtercorandi? dixi in eo libro, quem de rebus ruſticis ſcripſi: de qua doctus Heſiodus ne verbum quidem fecit, cum de cultura agri ſcriberet. At Homerus, qui multis, ut mihi videtur, ante ſaeculis fuit, Laertem lenientem deſiderium, quod capiebat e filio, colentem agrum, & eum ſtercorantem facit. Nec vero ſegetibus ſolum, & pratis, & vineis, & arbuſtis res ruſticae laetae ſunt. ſed etiam hortis & pomariis: tum pecudum paſtu,

Nimios ſolis defendit ardores] Gaza non recte, *deſugit*, legit. Ennius Achille: *Serva cives, hoſtes defende, cum potes.* Vide Gellium de verbo, defendere IX noct. Att. c. I. *Lang.* *Nimios ſolis defendit ardores*] Sic habent omnes libri & manuſcripti, & typis excuſi. neque eſt, quod quiſquam mendoſum ſuſpicetur: &, *deſugit*, quod Gaza fecit, reponendum putet. nam *defendere* hoc loco valet, *propulſare*, arcere. ſic Horat. Satyra 3. lib. I. *& toga, quæ defendere frigus. Quamvis craſſa queat.* Cæſar lib. I. de bello Gal. *quod non bellum intulerit, ſed defenderit.* Cicero de offic. lib. 3. *etenim ſi is, qui non defendit injuriam, neque propulſat*, &c. Plautus Moſtell. *Heus, ecquis hic eſt, maximam qui his injuriam Foribus defendat?* Lambin.

Capitum conjugatio] Miror hanc lectionem toleraſſe Gruterum, cum non modo in MSS, meo certe pervetuſto, ſed & in Langii & Aldi Manutii editione legatur recte *capitum jugatio.* Hinc *jugata vinea, jugatæ vites.* in jugo erectæ. Iugum enim in vineis dicebantur perticæ humi defixæ, quibus aliæ imponebantur ſuperius tranſverſæ, ad inſtar jugi militaris. de quo vide Varronem I de re ruſtica cap. 8. & Columellam IV, cap. 17 & 19. *Grævius.*

Et eum ſtercorantem facit] Non ſtercorantem ἀλλὰ λιστρεύοντα καὶ ἀμφιλαχαίνοντα τὸ φυτὸν, hoc eſt, *purgantem & ablaqueantem arbores*, inducit Laërtem Odyſſ. ω̃. memoriæ lapſus; niſi & ſeni & Catoni, ut illo ſæculo, rerum Græcanicarum ignorationem aliquam concedamus. vel certe aliter in Homero lectum fuerit, quam noſtra nunc habent exemplaria. *C. Lang.* Vide de hoc loco diſputantem Guilielmum Budæum lib. V de aſſe, Brodæum Miſcellan. VI, 13, & Victor. lib. XXVIII Variar. lect. 4, qui Ciceronem tuetur.

Apium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

paſtu, apium examinibus, florum omnium varietate. Nec conſitiones modo delectant, ſed etiam inſitiones: quibus nihil invenit agricultura ſollertius.
16 Poſſum perſequi multa oblectamenta rerum ruſticarum: ſed ea ipſa, quae dixi, fuiſſe ſentio longiora. Ignoſcetis autem. nam & ſtudio rerum ruſticarum provectus ſum, & ſenectus eſt natura loquacior: ne ab omnibus eam vitiis videar vindicare. Ergo in hac vita M' Curius, cum de Samnitibus, de Sabinis, de Pyrrho triumphaſſet, conſumſit extremum tempus aetatis: cujus quidem villam ego contemplans (abeſt enim non longe a me) admirari ſatis non poſſum vel hominis ipſius continentiam, vel temporum diſciplinam. Curio ad focum ſedenti magnum auri pondus Samnites cum attuliſſent, repudiati ab eo ſunt. non enim aurum habere praeclarum ſibi videri dixit; ſed iis, qui haberent aurum, imperare. Poteratne tantus animus non jucundam efficere ſenectutem? Sed venio ad agricolas, ne a meipſo recedam. In agris erant tum ſenatores, & iidem ſenes. ſiquidem aranti L. Quinctio Cincinnato nuntiatum eſt, eum dictatorem eſſe factum: cujus dictatoris juſſu magiſter equitum C. Servilius Ahala Sp. Maelium regnum appeten-

ten-

Apium examinibus] Sic Grævii optimus & excerpta Pithæi, & ed. Lang. Vulgati vero *apum.* ſed *apium* veteres quoque dixiſſe conſtat ex Plinio, Columella aliiſque, quos laudat Voſſius lib. 11 de analog. c. 14.

Quibus nihil invenit agricultura ſolertius] Legendum ut habent omnes libri veteres, *agricultura*, non ut vulg. *agricola.* Lambin.

Vel temporum diſciplinam] h. e. temporum illorum rationem, conſuetudinem, & quaſi legem, quæ ab omnibus ſervabatur. Sic & Iuſtinus loquitur XXXVI, 2, de Iudæis ab aliorum conſortio abhorrentibus: *quod ex cauſa factum, paulatim in diſciplinam vertit.* hoc eſt, quod propter morbum factum, paulatim in legem & rationem vivendi, quam ſequebantur & tenebant omnes Iudæi, fuit converſum. Hæc non fuiſſent annotata, niſi viris doctis aquam hic hæſiſſe conſtaret.

Erant tum ſenatores, & iidem ſenes] Sic optime Langii editio. Proxime accedit meus codex: *erant tum ſenatores, idem ſenes.* & Pith. *erant tum ſenatores & idem ſenes.* Ferri non poteſt, quod editiones obſidet, *id eſt.* Non omnes ſenatores erant ſenes, quamvis hæc vocis ſit origo. *Gravius.*

Oc-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

tentem, occupatum interemit. a villa in ſenatum arceſſebantur & Curius, & ceteri ſenes: ex quo, qui eos arceſſebant, viatores nominati ſunt. num igitur horum ſenectus miſerabilis fuit, qui ſe agri cultione oblectabant? Mea quidem ſententia haud ſcio, an ulla beatior eſſe poſſit: neque ſolum officio, quod hominum generi univerſo cultura agrorum eſt ſalutaris: ſed & delectatione, quam dixi, & ſaturitate copiaque omnium rerum, quae ad victum hominum, ad cultum etiam deorum pertinent: ut, quoniam haec quidam deſiderant, in gratiam jam cum voluptare redeamus. Semper enim boni aſſiduique domini referta cella vinaria, olearia, etiam penaria eſt, villaque tota locuples eſt: abundat porco, haedo, agno, gallina, lacte, caſeo, melle. Iam hortum ipſi agricolae ſuccidiam alteram appellant. Conditiora facit haec ſupervacanei operis aucupium atque

Occupatum interemit] *Occupare*, eſt præcipere, prævenire. III de Rep. *Quid ſi vita ejus in periculum veniet, ut eum aliquando neceſſe ſit, aut occupare aut mori?* Hujuſmodi etiam protrita video annotanda eſſe; quia hoc qui ignorabant, locum corruperunt. *Car. Langius.*

Qui ſe agri cultione oblectabant] Hic quoque ſecutus ſum meum & Pithæi MSS. nec non editionem Langii. Aliæ editiones: *qui ſe agricultione, oblectant*, tanquam unica vox eſſet. male. *Grævius.*

An ulla beatior eſſe poſſit] Eſt ab editione prima, a qua nihil recedunt Guilielmiani, aut Pal. ſec. aut tert. aut quart. Vulgati fere: *an ulla vita beatior poſſit eſſe.* Gruterus. Palatinis accedit Grævii optimus & editio Langii. Sed Pith. *an ulla beatior poſſit eſſe vita.*

Etiam penuaria] Libri veteres omnes habent, *penaria*. Lambin. *Aſſiduique domini referta cella vinaria, olearia, mellaria, & penuaria eſt*] Ita ſcriptum eſt in antiquo, cum in vulgatis deſit vox *mellaria*. F. Vrſin. Interjicit Lambinus *mellearia*. ſed ejus nullum in Pall. & Guilielmianis veſtigium. & cum excuſſerit plus quam viginti codices manuſcriptos Aldus Manutius, vix id invenit in uno atque altero. & vero non eſt omnium patrumfamilias educare tot apes, imo ne patitur quidem quivis locus, ſed & poſtea meminit auctor mellis. *Gruterus.* Argumentum Gruteri non eſſet magni ponderis ad damnandam lectionem, quam probavit Lambinus, ſufficit enim eorum patrumfamilias cellam mellariam inſtructam eſſe, qui apes alunt; nec omnes patresfamilias vineas colunt; ſed obſtat Lambino codicum optimorum conſenſus, quos evolverunt docti, quibus accedit meus veterrimus & Pith. *Grævius.*

Tum conditiora facit hac ſupervacaneis operis aucupium] Sic legendum eſt, & ſic habent noſtri omnes libri veteres. quod eo adſcripſi, quod Langius edidit, *ſupervacanei operis* &c. quod ferri non

atque venatio. Quid de pratorum viriditate, aut arborum ordinibus, aut vinearum olivetorumque ſpecie dicam? Brevi praecidam. Agro bene culto nil poteſt eſſe nec uſu uberius, nec ſpecie ornatius: ad quem fruendum non modo non retardat, verum etiam invitat atque allectat ſenectus. Vbi enim poteſt illa aetas aut caleſcere vel apricatione melius, vel igni: aut viciſſim umbris aquiſve refrigerari ſalubrius? Sibi igitur habeant arma, ſibi equos, ſibi haſtas, ſibi clavam, ſibi pilam, ſibi natationes & curſus: nobis ſeni-

non poteſt. *ſupervacaneæ operæ* ſunt, eæ, quæ de neceſſariis reliquæ ſunt, & quæ remiſſionis animorum cauſa ſumuntur. *Lambin.* Malui cum Victorio & Langio *ſupervacanei operis*, quam Lambinianum *ſupervacaneis*, etſi id repererim etiam in Pal. ſec. *Gruterus.* Recte Gruterus, quamvis & meus optimus refragetur, & editio Langii quoque præ ſe ferat *ſupervacaneis*, quamvis Lambinus id neget. Nam *aucupium ſupervacanei operis* eſt, cui ſervimus tempore quaſi ſubſicivo, cum juſto & legitimo ſumus defuncti opere, ſeu labore, quem agri cultura poſcit. Nam *opus* per excellentiam notare laborem ruſticum, quem agreſtes impendunt exercendæ terræ, quis in tanta litterarum luce ignorare poteſt? Inferius in hoc libro: *Nunquam ullo in agro majora opera fiunt, ſenibus abſentibus.* Ovid. IV de Triſt. el. I.

Hoc eſt cur cantet vinctus quoque compede foſſor,
Indocili numero cum grave mollit opus.

Præterea *tum*, quod hic locum non habebat commodum, delevi, volentibus meis & Pithæi membranis, nec non editione Langii. *Græv.*

Præcidam brevi] Sic Academic. IV. *Præcide, inquit, ſtatue aliquando quod lubet.* VIII ad Att. *Nunquam reo cuiquam tam humili, tam ſordido, tam nocenti, tam alieno, tam præciſe negavi, quam hic mihi plane ſine ulla exceptione præcidit.* fortaſſis dictio, *brevi*, expungi poſſit, ut adulterina. *Car. Langius.*

Sibi igitur habeant arma] Hic locus peſſime tractatus erat. Exemplar S. Iacobi ſic habet, *ſibi igitur habeant arma, ſibi equos, ſibi haſtas, ſibi pilam, ſibi clavam, ſibi natationes atque curſus.* quo modo ſi legas, *pilæ* appellatione accipientur harpaſta, folles, & cetera genera pilarum. ſin conjunctivam interponas, ut ceteri libri habent, commodius erit, *clavam & pilam* ad unum genus ludi referre: quo Romani hodieque multo utuntur, pilam ligneam malleo ferientes magnis viribus, nec ſine dexteritate. *C. Lang.* Hæc exercitationum genera omnibus intellectu facilia ſunt, præterquam quod *clava* iſta nobis caput obtundit, & cerebrum excutit. Sed militaris genus exercitationis commemorari exiſtimo, quo ſe ad palum gravi clava numeros omnes armaturæ implentes exercebant. itaque milites Romani ſervos clavigeros habebant, qui apud Comicum Plautum in Rudente SC. *utrum tu leno*, & in Mercatore SC. *Divum atque hominum*, *clavatores* appellantur. Illius exercitationis ita meminit lib. I, cap. II Vegetius: *Itemque clavas ligneas duplicis æque ponderis pro gladiis tironibus dabant. eoque modo non tantum mane, ſed etiam poſt meridiem exercebantur ad palos.* Iterum: *contra illum palum tanquam contra adverſarium tiro cum crate illa aut clava, velut cum gladio ſe exercebat & ſcuto.* Feſtus quoque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ſenibus ex lusionibus multis talos relinquant & teſſe-
ras: id ipſum utrum lubebit: quoniam ſine his beata
eſſe ſenectus poteſt. Multas ad res perutiles Xeno- 17
phontis libri ſunt. quos legite, quaeſo, ſtudioſe, ut
facitis. quam copioſe ab eo agricultura laudatur in
eo libro, qui eſt de tuenda re familiari, qui Oeco-
nomicus inſcribitur? Atque ut intelligatis, nihil ei
tam regale videri, quam ſtudium agri colendi, So-
crates in eo libro loquitur cum Critobulo, Cyrum
minorem, regem Perſarum, praeſtantem ingenio
atque imperii gloria, cum Lyſander Lacedaemonius,
vir ſummae virtutis, veniſſet ad eum Sardis, eique
dona a ſociis at[illegible]iſſet: & ceteris in rebus communem
erga Lyſandrum atque humanum fuiſſe, & ei quen-
dam conſeptum agrum, diligenter conſitum oſten-
diſſe.

que lib. 3: *Calones militum ſervi dicti, quod ligneas clavas gerebant. Nam Græci ligna κᾶλα vocant. Is quoque qui ejuſmodi telo utitur, clavator appellatur.* Eam quoque ad palos exercitationem *palaria* dicebant. Chariſius lib. I. Grammat. *hac palaria cum milites ad palos exercentur.* Turnebus Adverſ. XIII, 6. Pith. & meus primus: *ſibi clavam, ſibi pila.* quod firmat Turnebi ſententiam. pila autem intellige militum Romanorum quibus juvenes exercebantur ad gravis armaturæ uſum, æque ut clava. Vulgatam tamen præfero huic. *Græv.* *Nationes* recte Palatinus primus, item Hittorpianus, & editio princeps. *natio* a *nando. natatio* a *natando.* Palat. quartus præfert *venationes.* Gruter. Græv. tamen optimus, & Pith. *natationes.* Sed *no* veteres dixiſſe certum eſt. Lucanus:

Has obſervatis calles enavimus aſtris.

Talos relinquant] Hinc Auguſtus ap. Suetonium cap. 7 in epiſtola quadam alis ludere vocat γεροντικῶς ludere. *Inter cœnam luſimus γεροντικῶς & heri & hodie. Talis enim jactatis, ut quiſque canem aut ſenionem miſerat, in ſingulos talos ſingulos denarios in medium conferebat.*

Id ipſum utrum libebit] Secutus ſum olim libros vulgatos. Nam manuſcripti habent, *id ipſum tamen utrum lubebit.* quod nunc magis probo. Quin pauci admodum habent particulam, *tamen.* quæ mihi tamen videtur neceſſaria, aut, niſi adſcribatur, ſic legendum videtur, *atque id ipſum utrum lubebit.* Lambin. Pall. omnes *id idſum utrum libebit.* Sic & omnes Guilielmiani. *Gruter.* Accedit Grævii & Pithæi liber.

Comem erga Lyſandrum atque humanum fuiſſe] Meus antiquiſſimus & Pithæan. *communem erga Lyſandrum atque humanum fuiſſe.* Nec dubito id in aliis quoque codicibus reperiri, ſed neglectum ab eruditis fuiſſe, cum tamen nihil certius ſit, hanc eſſe Tullii manum. *Communis* enim eſt comis, humanus, benignus, facilis erga ſe inferiores Suet. in Claud. c. 21: *Neque ullo ſpectaculi genere communior aut remiſſior erat.* & in Veſpaſ. c. 22: *ſuper cœnam autem & ſemper alias communiſſimus multa joco tranſigebat.* Vtroque in loco ex libris optimis hanc ſcripturam aſſeruit Caſaubonus, cum in vulgatis ſit *comior* & *comiſſimus*, allato

etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

diſſe. cum autem admiraretur Lyſander & proceritates arborum, & directos in quincuncem ordines, & humum ſubactam atque puram, & ſuavitatem odorum, qui afflarentur e floribus: tum dixiſſe, mirari ſe non modo diligentiam, ſed etiam ſollertiam ejus, a quo eſſent illa dimenſa atque deſcripta: & ei Cyrum reſpondiſſe: Atqui ego omnia iſta ſum dimenſus; mei ſunt ordines, mea deſcriptio; multae etiam iſtarum arborum mea manu ſunt ſatae. Tum Lyſandrum intuentem ejus purpuram & nitorem corporis, ornatumque Perſicum multo auro multiſque gemmis, dixiſſe: Recte vero te, Cyre, beatum ferunt, quoniam virtuti tuae fortuna conjuncta eſt. Hac igitur fortuna frui licet ſenibus: nec aetas impedit, quo minus & ceterarum rerum, & inprimis agri colendi ſtudia teneamus uſque ad ultimum tempus ſenectutis. Marcum quidem Valerium Corvum accepimus ad

etiam Servii loco: *communemque vocate deum, humanum, beneficum*, φιλάνθρωπον, *unde & communes homines diximus.* Cicero IV ad fam. 9: *Eum magis communem cenſemus in victoria futurum fuiſſe quam incertis rebus fuiſſet.* vide quæ ibi notavi. Nam & hunc locum ſollicitarant viri eruditi. Sic & Græcis κοινὸς. Iſocrates ad Demon. φιλόκαλός τε ἦν καὶ μεγαλοπρεπὴς, καὶ τοῖς φίλοις κοινός. *Erat elegans & ſplendidus, & erga amicos communis.* Grævius.

Qui afflarentur e floribus] Sic habent tres codices manuſcr. Cujatianus autem, *efflagrarentur.* unde facile fieri poſſet, *efflarentur.* poſſet tamen etiam indidem elici, *efflagrarent:* ſed judicent acutiores: ego *afflarentur*, probo, neque, *efflarentur*, tamen damno. *afflarent*, etiam, quod tamen nuſquam reperi, ferri poteſt. *Lambinus.*

Et nitorem corporis] h. e. elegantiam in cultu. Stat. Protrept. Cariſpini:

& frons tranquilla, nitorque
Luxuriæ confine teneas.

Sic & Horatius ruſticum opponit nitido.

Ex nitido fit Ruſticus.

Rite vero te Cyre] Vulgo *recte.* male & contra libros MSS. inquit Guilielmius. & vero ita quoque in multis ſuis fuiſſe refert Suffridus noſter, & de tribus item ſuis teſtatur Aldus Nepos. Palatini tamen vulgatis olim favent. *Gruterus.* Favet etiam Pithæanus, & merito.

Marcum quidem Valerium Corvinum] *M. Valerius Corvus*, a quo *Valerii Corvini* appellati ſunt. conſul primum fuit anno CDV. P. V. C. inde anno XLIX. ſextum conſulatum iniit. *Terducere* ſimpliciter pro *producere*, etiam in Lælio uſurpavit, ubi de adoleſcentium amicitiis agit. *C. Lang.* MS. Pith. *M. quidem Valerium Canum.* Al. *Cavum.* ſcribendum, *M. Valerium Corvum.* Sic enim eum appellatum fuiſſe tabulæ Capitolinæ docent. Ejus v. poſteri dicti ſunt *Corvini.* Grævius.

Ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ad centeſimum annum perduxiſſe, cum eſſet acta jam aetate in agris, eoſque coleret: cujus inter primum & ſextum conſulatum ſex & quadraginta anni interfuerunt. itaque quantum ſpatium aetatis majores noſtri ad ſenectutis initium eſſe voluerunt, tantus illi curſus honorum fuit. atque ejus extrema aetas hoc beatior, quam media, quod auctoritatis plus habebat, laboris vero minus. Apex autem ſenectutis eſt auctoritas. Quanta fuit in L. Caecilio Metello? quanta in Atilio Calatino? in quem illud elogium unicum: plu-

Ad centeſimum annum accepimus vitam perduxiſſe] Noſtri fere omnes libri veteres non habent, *vitam*: neque videntur habuiſſe Langiani. *Lambinus.*

Cujus inter primum & ſextum Conſulatum ſex & quadraginta anni interſuerunt] Eadem de hoc Valerio prodidit Plutarchus in Mario, cum hunc ſolum Corvum ante Marium ad ſextum perveniſſe conſulatum narrat, & centum annos vixiſſe, & quadraginta quinque inter primum & ſextum conſulatum ejus interceſſiſſe narrat. His conſentit Valer. Maximus VIII, 14: Plin. VII, 48. Biennio tamen diſcrepant hi omnes a faſtis Capitolinis. Primi enim Conſulatus annus fuit V. C. 405: ſexti V. 454.

Quantum ſpatium ætatis majores noſtri ad ſenectutis initium eſſe voluerunt] Varro apud Cenſorinum de natali die: *In tertio gradu qui erant uſque ad 45 annos, juvenes appellatos, eo quod remp. in re militari poſſunt juvare. In quarto autem adusque* LX *annum, ſeniores eſſe vocitatos, quod tunc primum ſeneſcere corpus incipiat.* Locus Taciti, quem ex Annali primo in notis affert Aldus, nihil plane facit ad hanc ſententiam. Sed eum dudum rectius expoſuerunt, qui rem militarem Romanorum illuſtrarunt Iuſtus Lipſius, Rhabodus de Chele aliique.

Apex autem ſenectutis eſt auctoritas] Scite Plutarchus de hac ſenectutis auctoritate in libro an ſeni ſit gerenda reſp. Καθάπερ ὁ νόμος τὸ διάδημα καὶ τὸν ϛέφανον, οὕτω τὴν πολιὰν ἡ φύσις ἔντιμον ἡγεμονικοῦ σύμβολον ἀξιώματος ἐπιτίθησι· καὶ τὸ γέρας, οἶμαι, καὶ τὸ γεραίρειν ὄνομα, σεμνὸν ἀπὸ τῶν γερόντων γενόμενον διαμένει, οὐχ ὅτι θερμολουτοῦσι, καὶ καθεύδουσι μαλακώτερον, ἀλλ' ὡς βασιλικὴν ἐχόντων τάξιν ἐν ταῖς πόλεσιν καὶ τὴν φρόνησιν, ἧς καθάπερ ὀψικάρπου φυτοῦ τὸ οἰκεῖον ἀγαθὸν καὶ τέλειον ἐν γήρᾳ μόλις ἡ φύσις ἀποδίδωσι. *Vt lex coronam ac diadema, ita canos natura venerabile dignitatis ac principatus ſignum conſtituit. Et* γέρας *quod eximium honorem, &* γεραίρειν, *quod venerari ſignificat, a ſenectute ejuſque præſtantia Græcis retinentur. quæ ſane non in eo conſiſtit, quod calida lavantur, & mollius dormiunt: ſed quod ob prudentiam in civitatibus regio ſunt honore: quæ inſtar ſero fructum edentis plantæ ſuum & perfectum bonum in ſenectutem demum, natura ita comparante, profert.*

In quem illud elogium unicum] Omnes quidem libri habent, *in quem illud elogium unicum*; ſed quo ſenſu quæſo? itaque Gaza, *unicum*, ad *virum*, non ad *elogium* refert. Ego, *uno ore*, ex libro II de Finibus reſtitui. N*on elogia monumentorum id, inquit, ſignificant? velut hoc ad portam,*

Vno ore plurimæ conſentiunt gentes
Primarium populi fuiſſe virum.

Idne conſenſiſſe de Calatino plurimas gentes arbitramur, primarium populi fuiſſe, quod præſtantiſſimus fuiſſet in conficiun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

plurimae conſentiunt gentes, populi primarium fuiſſe virum. notum eſt carmen inciſum in ſepulchro. Iure igitur gravis, cujus de laudibus omnium eſſet fama conſentiens. Quem virum P. Craſſum, nuper pontificem maximum, quem poſtea M. Lepidum eodem ſacerdotio praeditum vidimus? Quid de Paullo, aut Africano loquar? aut, ut jam ante de Maximo? quorum non in ſententia ſolum, ſed etiam in nutu reſidebat auctoritas. Habet ſenectus, honorata praeſertim, tantam auctoritatem, ut ea pluris ſit,
18 quam omnes adoleſcentiae voluptates. Sed in omni oratione mementote, eam me laudare ſenectutem, quae fundamentis adoleſcentiae conſtituta ſit, ex quo id efficitur (quod ego magno quondam cum aſſenſu omnium dixi:) Miſeram eſſe ſenectutem, quae ſe oratione defenderet. non cani, non rugae repente auctoritatem arripere poſſunt: ſed honeſte acta ſuperior aetas fru-

dis voluptatibus? Et in Lælio, *una eſt enim amicitia in rebus humanis, de cujus utilitate omnes uno ore conſentiunt.* Terent. Phorm.

Nam cæteri quidem Hercle amici omnes modo
Vno ore auctores fuere.

C. Lang. *Illud ellogium, Vno ore quem &c.*] Olim aliter: nunc ſic edendum curavi. noſtri enim omnes libri veteres habent, *ellogium unicum plurimæ*, &c. Movit me ſimilis locus lib. II de Finibus. Vocem, *unicum*, autem retinendam puto, ita ut cohæreat cum, *virum*, & ita legatur: *in quem illud ellogium, Vno ore quem unicum plurimæ conſentiunt* &c. credibile enim eſt tres voces, *uno ore quem*, a librario eſſe omiſſas, propter ſimilitudinem nominis, *unicum.* Quod ſi quis hoc totum, *uno ore*, delendum cenſebit, propterea qood non reperitur in libris manuſcriptis, non repugnabo. *ellogium* autem, ſeu, *eclogium*, quare edendum curarim, non, ut vulgo, *elogium*, alibi cauſam expoſuimus. *Lambin.* Sic ante utrumque Petrus Balduinus. ſed minime hic audiendi ſunt viri docti. *unicum* eſt ſingulare elogium ſive inſcriptio. *unicus magiſter* apud Sueton. in Valer. Catone, eſt ſingularis & præſtantiſſimus, & ut *unicus imperator*, apud eund. in Veſpaſ. & *unice amare* Ciceroni, mirifice, præ aliis ſingulariter amari. *elogium* eſt quævis inſcriptio ſive tabulæ, ſive ſtatuæ, titulus ſepulchralis, epigramma. inepte *eclogium*, ab aliis *eulogium* ſcribitur. ſed hæc dudum ſunt conſtituta. Sic inferius cap. 20: *Solonis quidem ſapientis elogium eſt.* h. e. Solonis ſepulchri hæc eſt inſcriptio. *Græv.*

Notum eſt carmen inciſum] Sic MSS. Pall. & Pith. nec non ed. Langii. Vulgati: *notum eſt totum ejus carmen.* Alii *ejus* omittunt. *Idem.*

Auctoritatem arripere] *Arripere*, in omnibus libris reperi, quod vehementius eſt. Gaza, ut vulgo, *afferre* habuit. *C. Lang.*

Honeſte acta ſuperior ætas fructus capit auctoritatis extremos] Plutarchus in libel-

fructus capit auctoritatis extremos. Haec enim ipſa ſunt honorabilia, quae videntur levia atque communia, ſalutari, appeti, decedi, aſſurgi, deduci, reduci, conſuli: quae & apud nos, & in aliis civitatibus, ut quaeque optime morata, ita diligentiſſime obſervantur. Lyſandrum Lacedaemonium, cujus modo mentionem feci, dicere ajunt ſolitum, Lacedaemone eſſe honeſtiſſimum domicilium ſenectutis. nuſquam enim tantum tribuitur aetati, nuſquam eſt ſenectus honoratior: quin etiam memoriae proditum eſt, cum Athenis, ludis, quidam in theatrum grandis natu veniſſet, in magno conſeſſu locum ei a ſuis civibus nuſquam datum: cum autem ad Lacedaemonios acceſſiſſet, qui cum legati eſſent, certo in loco conſederant, conſurrexiſſe omnes, & ſenem illum ſeſſum recepiſſe. quibus cum a cuncto conſeſſu plauſus eſſet multiplex datus, dixiſſe ex iis quendam, Athenienſes ſcire quae recta eſſent, ſed facere nolle. Multa in noſtro collegio praeclara: ſed hoc, de quo agimus, inprimis, quod, ut quiſque aetate antecedit, ita ſententiae principatum tenet: neque ſolum honore antecedentibus, ſed iis etiam, qui cum imperio ſunt, majores natu augures anteponuntur. Quae ſunt igitur voluptates corporis cum auctoritatis praemiis comparandae? quibus qui ſplendide uſi ſunt, ii mihi videntur fabulam aetatis peregiſſe, nec, tamquam inexercitati hiſtriones, in extremo actu corruiſſe.

libello an ſeni ſit gerenda reſpublica: χάρις δ' εὐμενὴς ἡ συμμαρτυροῦσα τοῖς ἔργοις, καὶ συναμιλλώμενος ἔπαινος εὐνοίας δικαίας ἡγεμὼν, οἷόν τι φῶς καὶ γάνωμα τῷ χαίροντι τῆς ἀρετῆς προστίθησι. *Gratia benigna factis teſtimonium perhibens, ac laus cum virtute certans, dux & auctor juſtæ benevolentiæ, tanquam lumen & nitorem aliquem virtuti dedito adjiciunt.*

Quod ut quiſque ætate antecellit] Videnum melius ſit *antecedit*, ut eſt in antiquo. *F. Vrſin.*

Nec tanquam inexercitati hiſtriones in extremo actu corruiſſe] Eadem eſt ſimilitudo, qua Plutarchus in ſæpe laudato libro utitur, ubi docet ſenes quoque gloriam augere debere: Δεῖ μὴ περιορᾶν, ὥσπερ ἀθλητικὸν στέφανον, ἐν γήρᾳ ξηρὰν γενομένην τὴν δόξαν, ἀλ-

ruiſſe. At ſunt moroſi, & anxii, & iracundi, & difficiles ſenes, ſi quaerimus, etiam avari: ſed haec morum vitia ſunt, non ſenectutis. Ac moroſitas tamen, & ea vitia, quae dixi, habent aliquid excuſationis, non illius quidem juſtae, ſed quae probari poſſe videatur. contemni ſe putant, deſpici, illudi. praeterea in fragili corpore odioſa omnis offenſio eſt. quae tamen omnia dulciora ſunt & moribus bonis & artibus: idque tum in vita, tum in ſcena intelligi poteſt ex iis fratribus, qui in Adelphis ſunt. quanta in altero duritas, in altero comitas! Sic ſe res habet. ut enim non omne vinum, ſic non omnis aetas vetuſtate coaceſcit. ſeveritatem in ſenectute probo, ſed eam, ſicut alia, modicam, acerbitatem nullo modo. avaritia vero ſenilis quid ſibi velit non intelligo. poteſt enim quidquam eſſe abſurdius, quam, quo
19 minus viae reſtat, eo plus viatici quaerere? Quarta reſtat cauſa, quae maxime angere atque ſollicitam habe-

λὰ καινὸν ἀεί τι καὶ πρόσφατον ἐπιφέροντα, τὴν τῶν παλαιῶν χάριν ἐγείρειν, καὶ ποιεῖν ἀμείνω καὶ μόνιμον. ὥσπερ γὰρ οἱ τεχνῖται, οἷς ἐπέκειτο φροντίζειν ζῶον εἶναι τὸ Δηλιακὸν πλοῖον, ἀντὶ τῶν πονούντων ξύλων ἐμβάλλοντες, ἄλλα καὶ συμπηγνύοντες ἀΐδιον ἐκ τῶν τότε χρόνων καὶ ἄφθαρτον ἐδόκουν διαφυλάττειν. *Non eſt gloria, veluti corona athletica, negligenda, committendumve ut in ſenectute exareſcat: ſed ſemper novi aliquid & recens proferendum, quo veterum gratia excitetur, augeatur, & ſtabiliatur. Quomodo Deliacam navim lignis, quæ vitium concepiſſent, identidem ſubmotis, aliiſque eorum loco inſertis, crediti ſunt homines ab antiquiſſimo tempore in hanc uſque ætatem pertuliſſe, & quaſi æternitati aſſeruiſſe.*

Moroſi, anxii, & iracundi, & difficiles ſenes, ſi quærimus, etiam avari] Horatius de arte poetica:

Multa ſenem circumveniunt incommoda: vel quod
Quærit, & inventis miſer abſtinet, ac timet uti.
Vel quod res omnes timide gelideque miniſtrat,
Dilator, ſpe longus, iners, aviduſque futuri,
Difficilis, querulus, laudator temporis acti
Se puero, cenſor, caſtigatorque minorum.

In altero duritas] *Diritas*, ex Nonio repoſui. *C. Lang.* *Quanta in altero duritas*] *Duritas* edendum curavit Langius, Nonium ſecutus: & item ego olim. ſed liquet mihi dejerare, me in novem codicibus veteribus plane reperiſſe ſcriptum, *duritas*: idque mihi longe magis placet, quam, *diritas*: recteque opponitur *comitati*: non item, *diritas*. Præterea parciores & ſeveriores in filios patres, duri & ferrei dicuntur, non, *diri*. Lambin. Non improbanda eſſet *diritas*, niſi abnuerent omnes fere MSS, pauciſſimis exceptis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

habere noſtram aetatem videtur, appropinquatio mortis, quae certe a ſenectute non poteſt longe abeſſe. O miſerum ſenem, qui mortem contemnendam eſſe in tam longa aetate non viderit! quae aut plane negligenda eſt, ſi omnino exſtinguit animum; aut etiam optanda, ſi aliquo eum deducit, ubi ſit futurus aeternus. Atqui tertium certe nihil inveniri poteſt. Quid igitur timeam, ſi aut non miſer poſt mortem, aut beatus etiam futurus ſum? quamquam quis eſt tam ſtultus, quamvis ſit adoleſcens, cui ſit exploratum, ſe ad veſperum eſſe victurum? quin etiam aetas illa multo plures quam noſtra mortis caſus habet. facilius in morbos incidunt adoleſcentes; gravius aegrotant; triſtius curantur. itaque pauci veniunt ad ſenectutem: quod ni ita accideret, melius & prudentius viveretur. mens enim & ratio, & conſilium in ſenibus eſt: qui ſi nulli fuiſſent, nullae omnino civitates eſſent. Sed redeo ad mortem impendentem.

ceptis. vide Manutium, qui *duritas* tuetur, & Victor. 11 Variar. lect. cap. ult. qui ſtat pro Nonii lectione.

Aut etiam optanda] Sic habent libri veteres, alii, *appetenda*. Doctus quidam exiſtimat legendum, *oppetenda*. Lambin.

Mens enim & ratio & conſilium in ſenibus eſt] Archytas de viro bono & felice apud Stobæum: Παραπλησίως δὲ καὶ γῆρας ἔχει ποτὶ νεότατα. καὶ ποιεῖ ἁ μὲν νεότας ἐγχειρητικῶς, τὸ δὲ γῆρας προνοατικῶς, καὶ μηδέ ποκα ἀφύλακτον αὐτὸ ἀφίεμεν διανοίας, ἀλλὰ καὶ τί πράσσει καὶ τί πέπραχεν ἐπισκοπεῖ. ἵνα τὰ μὲν μέλλοντα τοῖς παρεόντεσι σταθμιζόμενος, τὰ δ᾽ ἐνεστακότα τοῖς παρῳχημένοις, αὐτὸς αὑτ᾽ αὐτὸν διορθεῖν δύνηται. ποτὶ μὲν τὸ παροιχόμενον τὰν μνάμαν ἁρμόζων· ποτὶ δὲ τὸ παρέοντα τὰν αἴσθησιν· ποτὶ δὲ τὸ μέλλοντα τὰν πρόνοιαν. *Sic ſe ſenectus ad juventutem habet. Hæc aggrediendo quippiam prævalet, illa providendo: nunquam ſe ipſam ſine mentis cuſtodia relinquit. ſed quid agat, aut quid egerit conſiderat. ut futura præſentium, præſentia autem præteritorum collatione trutinans, ipſa ſeſe recte regere poſſit, ad præteritum tempus memoriam accommodans, ad præſens ſenſum, ad futurum vero prudentiam.*

Qui ſi nulli fuiſſent, nullæ omnino civitates eſſent] Vetus liber, *eſſent*. *F. Viſinus.* Oſtendit hoc quoque Plutarchus in diſſertatione an ſeni ſit gerenda reſpublica: Πειθαρχικὸν γὰρ ἡ νεότης, ἡγεμονικὸν δὲ τὸ γῆρας, καὶ μάλιστα σώζεται πόλις ἔνθα βουλαὶ γερόντων, καὶ νέων ἀνδρῶν ἀριστεύουσιν αἰχμαί. καὶ τὸ

Βουλὴν δὲ πρῶτον μεγαθύμων ἷζε γερόντων

Νεστορέῃ παρὰ νηΐ,

θαυμαστῶς ἐπαινεῖται. *Ad parendum juvenilis, ad imperandum ſenilis ætas accommodata eſt. ac maxime ſalva eſt civitas, ubi conſilia ſenum, & juvenum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

tem. quod illud eſt crimen ſenectutis, cum illud videatis cum adoleſcentia eſſe commune? ſenſi ego cum in optimo filio meo, tum in exſpectatis ad ampliſſimam dignitatem fratribus tuis, Scipio, omni aetati mortem eſſe communem. At ſperat adoleſcens, diu ſe victurum: quod ſperare idem ſenex non poteſt. Inſipienter ſperat. quid enim ſtultius, quam incerta pro certis habere, falſa pro veris? Senex ne quod ſperet quidem habet. At eſt eo meliore conditione quam ado-

arma obtinent. laudaturque majorem in modum iſtud:

Primum atate graves & forti pectore claros
Neſtoriam ad navim conductos dicere juſſit,
Conſiliumque dare.

Addit deinde propterea ſenatum Spartanorum dici πρεσβυγενέας, hoc eſt ſenes, & a ſenectute dici quoque Romanis ſenatum. paulo inferius ſubnectit: Τὸν γοῦν βασιλέα τῶν βασιλέων εὐχόμενος τοῖς θεοῖς,

Τοιοῦτοι δέκα μοι συμφράδμονες εἶεν Ἀχαιῶν.

Οἷος ἦν ὁ Νέστωρ οὐδεὶς ἐμέμψατο τῶν ἀρηΐων καὶ μένεα πνεόντων Ἀχαιῶν, ἀλλὰ συνεχώρουν ἅπαντες, οὐκ ἐν πολιτείᾳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν πολέμῳ μεγάλην ἔχειν ῥοπὴν τὸ γῆρας. Σοφὸν γὰρ ἓν βούλευμα τὰς πολλὰς χέρας νικᾷ, καὶ μία γνώμη λόγον ἔχουσα καὶ πειθὼ τὰ κάλλιστα καὶ μέγιστα διαπράττεται τῶν κοινῶν. *Certe regum illum regem a diis hoc petentem*

Conſultores mihi ſint bis quinque Pelaſgi
Tales conſilio

qualis erat nimirum Neſtor. *nemo de bellicoſis iſtis, & robur ſpirantibus Achivis reprehendit, ſed conceſſerunt hoc univerſi, non in pace modo, ſed in bello etiam magnum eſſe ſenectutis momentum.*

Sapiens enim conſilium plurimas manus
Superat vel unum.

& unica ſententia ad perſuadendum apta atque ratione nitens pulcherrima & ſumma reip. negotia poteſt conficere. vide & de hac Neſtoris prudentia differentem eleganter Iuncum apud Stobæum cap. 269. vide eundem quoque cap. 267. Vnde & Menander:

Εἰ τἄλλ' ἀφαιρεῖν ὁ πολὺς εἴωθε χρόνος
Ἡμῶν, τόγε φρονεῖν ἀσφαλέστερον ποιεῖ.

hoc eſt, vertente Grotio:

Auferre nobis alia cum ſoleat dies
Prudentiam conſtabilit & corroborat.

Quod illud eſt crimen ſenectutis cum] Iuncus de ſenectute apud Stobæum: Τὸ κοινὸν τοῦ θανάτου τέλος, καὶ ὅτι οὐδεὶς ἐπ' αὐτῷ νόμος ἢ χρόνος ὑπὸ τῶν Θεῶν γέγραπται, ἴσον οἶμαι ποιεῖ τὸ πρᾶγμα τοῖς νέοις τε καὶ τοῖς γέρουσιν. *Communis exitus mortis & nulla lex de ipſa, neque certum tempus a diis præſcriptum, æqualem opinor & juvenibus eum reddunt & ſenibus.*

At eſt eo meliore conditione, quam adoleſcens] Pluribus hæc explicat Iuncus: Ὁ μὲν γέρων προλαβὼν τἀγαθὰ καὶ πλείονι χρόνῳ διατρίψας ἐν αὐτοῖς, μένει μὲν καὶ τῷ παρόντι βίῳ προσιούσης τῆς τελευτῆς, μεμνημένος ὧν τε εἶδεν, ὧν τε μετέσχε καθ' ἡδονήν. ὁ δ' ἐπὶ τοῖς θαρρεῖ, ὡς ἐπ' αὐτὰ ἀφιγμένος. * οὐδ' ἐν ἀκμῇ τῆς ἡλικίας τελευτήσας (ἀνάγκη γὰρ τελευτᾶν καὶ νέοις) ἄπειρός τε τῶν ἡδέων καὶ ἀπλήρωτος ἐν τοῖς ὁμοίοις ἔσται· δοκεῖ δέ μοι ἑκάτερος αὐτῶν ἐοικέναι τοῖς ἀγωνιζομένοις δρόμον, ἢ τοῖς πλέουσι, καὶ ὁ μὲν διελθὼν τὸ μέγα πέλαγος, ὅπερ εἶναι λέγω τὸν βίον, καταίρας ἐπί τινα λιμέ-

adoleſcens, cum id, quod ille ſperat, hic jam conſecutus eſt. Ille vult diu vivere: hic diu vixit. Quamquam, o dii boni! quid eſt in hominis vita diu? da enim ſupremum tempus: exſpectemus Tarteſſiorum regis aetatem: fuit enim (ut ſcriptum video) Arganthonius quidam Gadibus, qui octoginta regnavit annos, centum & viginti vixit. Sed mihi ne diuturnum quidem quidquam videtur, in quo eſt aliquid extremum. cum enim id advenit; tunc illud, quod praeteriit, effluxit: tantum remanet, quod virtute & recte factis conſecutus ſis. horae quidem cedunt, & dies, & menſes, & anni: nec praeteritum tempus umquam revertitur, nec quid ſequatur ſciri poteſt. quod cuique temporis ad vivendum datur, eo debet eſſe contentus. neque enim hiſtrioni, ut placeat, peragenda eſt fabula, modo, in quocumque fuerit actu, probetur: neque ſapienti uſque ad plaudite vivendum. breve enim tempus aetatis ſatis eſt longum

ad

λιμένα τοῦ κυβερνήτου κελεύσαντος, ἀπέβη τῆς νεώς, ἤτοι διαγωνισάμενος ἐν τῷ σταδίῳ καὶ τοῦ στεφάνου τυχὼν ἀποτάττεται τοῖς ἀγῶσιν· ὁ δ᾽ ἕτερος ἐν μέσῳ τῷ πόρῳ τῆς θαλάττης διεφθάρη, μὴ ἐλθὼν τὸν προκείμενον αὐτῷ πλοῦν, ὑπὲρ οὗ πολλάκις εὔξατο, ἤτοι τρέχων ἐν τῷ σταδίῳ καταπεσὼν ἀστεφάνωτος ἐξεκομίσθη. *Senex ubi jam ante fructum ex bonis cepit, & diutius cum eis moratus eſt, facilius ſuſtinet finem in præſentia ſupervenientem, memor illorum quæ ſuperiori tempore vidit, & voluptatum, quas cepit, & veluti jam conſecutus ea, ad quæ tendebat, animi tranquillioris eſt. Contra juvenis illorum, quæ ſe conſecuturum ſperabat, ſpe fruſtratus, in ipſo ætatis flore extinguendus, (nam & juvenibus moriendi neceſſitas incumbit) & multa ſuavia non expertus, & animi deſideriis nondum ſatiatus, eidem ſorti ſubjicitur. Cæterum utrique mihi ſimiles videntur curſu certantibus, aut navigio vectis. Senex enim emenſus magnum pelagus, quod vitam eſſe dico, juſſu gubernatoris ad aliquem portum appellens a navi diſcedit: aut peracto alicubi in ſtadio certamine, & coronam nactus certaminibus valere dicit. At juvenis in medio mari, non aſſecutus propoſitum navigationis terminum, quo vota toties ferat interiit, aut alicubi dum in ſtadio curreret, collapſus ſine corona elatus eſt.*

Cum id quod ſperat ille] Legendum fortaſſe eſt, *quod id, quod.* Lambinus.

Qui octoginta regnavit annos] Aliquot libri MSS: *qui* LXXX *regnarit annos*, CXX *vixerit*. Lang. Pith. exc. *qui* LXXX *regnarat annos*, CXX *vixerat*.

Vſque ad plaudite veniendum] Sic libri veteres fere omnes habent. & ita edidit Langius. vulgati autem, *vivendum*, quod quamvis non damnem, hoc alterum tamen magis probo. eſt enim venuſta tranſlatio, ut & infra paullo poſt, ibi: *ſin proceſſeris longius:*

id

ad bene honeſteque vivendum. ſin proceſſeris longius, non magis dolendum eſt, quam agricolae dolent, praeterita verni temporis ſuavitate, aeſtatem auctumnumque veniſſe. ver enim, tanquam adoleſcentiam ſignificat, oſtenditque fructus futuros: reliqua tempora demetendis fructibus & percipiendis accommodata ſunt. fructus autem ſenectutis eſt, (ut ſaepe dixi) ante partorum bonorum memoria & copia. Omnia vero, quae ſecundum naturam fiunt, ſunt habenda in bonis. quid eſt autem tam ſecundum naturam, quam ſenibus emori? quod idem contingit adoleſcentibus, adverſante & repugnante natura. Itaque adoleſcentes mori ſic mihi videntur, ut cum aquae multitudine vis flammae opprimitur: ſenes autem, ſicut ſua ſponte, nulla adhibita vi, conſumtus ignis exſtinguitur. & quaſi poma ex arboribus, cruda ſi ſint, vi avelluntur; ſi matura & cocta, decidunt: ſic vitam adoleſcentibus vis aufert, ſenibus maturitas: quae mihi quidem tam jucunda eſt, ut, quo propius ad mortem accedam, quaſi terram videre videar, aliquandoque in portum ex longa navigatione eſſe venturus. Omnium aetatum certus eſt terminus: ſene-

id eſt, ſin diutius vixeris. Præterea paullo ante proxime, ubi ceteri libri habent, *ſapienti uſque ad plaud.* plerique e noſtris habent, *ſapientibus uſque ad pl.* Lambin.

Quod idem contingit adoleſcentibus adverſante & repugnante natura] Id firmat venuſta ſententia Themiſtius in libro de anima in eclogis Stobæi: Καί τοι. περί γε τῶν γερόντων ὁ Σοφοκλῆς εἴρηκε χαριέντως,

Σμικρὰ παλαιὰ σώματ' εὐνάζει ῥοπή, καταγωγῇ γὰρ ἔοικεν ὁ γεροντικὸς θάνατος· ἐκβολῇ δὲ καὶ ναυάγιόν ἐστιν ὁ τῶν νέων· ἐκπίπτει γὰρ ἡ ψυχὴ βίᾳ συντριβομένου τοῦ σώματος. *Atqui Sophocles de ſenibus eleganter dixit: Vetuſta parvo corpora momento lapſa quieſcunt. Mors enim ſenilis diverſorio ſimilis eſt: juvenilis autem tanquam ejectio & naufragium eſt. Elabitur enim anima violenter contrito corpore.*

Omnium ætatum certus eſt terminus] Hæc verba nec in Palatinis nec in Guielmianis (nec in Pith. nec in Grævii) codicibus habentur. Monuit tamen Suffridus & Aldus Nepos extare in membranaceis aliquot. & veri ſimile eſt omiſſa feſtinatione librariorum, ob vocem *terminus* mox repetitam. Nam ab iis diſſentio, qui arbitrantur e margine illa irrepſiſſe. *Gruterus.* Ætatum terminos alii aliter conſtituunt. Varro quinque ætatis gradus fecit, Hippocrates ſeptem, Solon autem decem, Staſeas Peripateticus duodecim.

ſenectutis autem nullus certus eſt terminus: recteque in ea vivitur, quoad munus officii exſequi & tueri poſſis, & tamen mortem contemnere. ex quo fit, ut animoſior etiam ſenectus ſit, quam adoleſcentia, & fortior. Hoc illud eſt, quod Piſiſtrato tyranno a Solone reſponſum eſt: cum illi quaerenti, Qua tandem ſpe fretus, ſibi tam audaciter obſiſteret: reſpondiſſe dicitur, Senectute. Sed vivendi finis eſt optimus, cum integra mente ceteriſque ſenſibus, opus ipſa ſuum eadem, quae coagmentavit, natura diſſolvit. Vt navem, ut aedificium idem deſtruit facillime, qui conſtruxit: ſic hominem eadem optime, quae conglutinavit, natura diſſolvit. jam omnis conglutinatio recens aegre, inveterata facile divellitur. ita fit, ut illud breve vitae reliquum nec avide appetendum ſenibus, nec ſine cauſa deſerendum ſit: vetat-

cim. vide Cenſorinum de die natali cap. 14.

Senectutis autem nullus eſt certus terminus] Staſeas Peripateticus ſpacium plenæ vitæ, ſeu conſummatæ ſenectutis ſtatuit eſſe annorum octoginta quatuor, quem terminum ſi quis prætererit, facere idem quod σταδιόδρομοι quadrigæ faciant, cum extra finem procurrunt. Eadem fuit de termino ſenectutis fatalium apud Etruſcos librorum ſententia, ut Varro prodidit: Plato autem octuageſimum primum ei adſignat, ut notavit Cenſorinus loco laudato. Accedit ad hanc opinionem Davides Rex in Pſalmis, cum ait terminum vitæ humanæ ſeptuageſimum annum eſſe, ſi longiſſimus ſit, octogeſimum. Multi tamen hunc terminum longe ſunt ſupergreſſi, vide Cenſorinum de die natali cap. 15. Quin & hac noſtra memoria inſularum Americanarum incolæ, qui ad legitimam ſenectutem perveniunt, ſunt annorum centum & quinquaginta, quod ſpatium egrediuntur ii, qui decrepitam ad ſenectutem proceſſerunt. Erat nuper in hac urbe Trajectina ad Rhenum Anglus, qui quatuordecim ſupra centum annos erat natus. Sed hoc noſtro ſeculo fuit in Scotia, qui centeſimum & quadrageſimum annum erat egreſſus. Vt verum ſit quod Cicero dixit, *ſenectutis nullum certum eſſe terminum.*

Et tamen mortem contemnere] Totum hoc deeſt in manuſcripto. *F. Vrſinus.*

Tam audaciter] Ita & Victoriana editio, & omnes ſcripti quos vidi. (nec non Græv.) idque magis κατὰ τὸ ἀνάλογον, quam *audacter*. Sic enim a *ſagax*, *pernix*, *ſagaciter*, *perniciter*. Guilielm.

Certiſque ſenſibus] Sic plerique habent libri veteres: nonnulli vulgati, *ceteris*. Quidam legi volunt, *rectiſque ſenſibus*. Lambin.

Nec ſine cauſa deſerendum ſit] Vltimam diem nec metuendam, nec optandam, nec temere arceſſendam eſſe ſapientes omnium ſectarum ſciverunt. Peccare, qui aut metu mortis, aut ſervitutis, aut paupertatis, aut alius mali, aut impatientia dolorum ſibi mor-

vetatque Pythagoras injuſſu imperatoris, id eſt, dei, de praeſidio & ſtatione vitae decedere. Solonis quidem ſapientis elogium eſt, quo ſe negat velle ſuam mortem dolore amicorum & lamentis vacare. vult, credo, ſe eſſe carum ſuis. Sed haud ſcio an melius Ennius:

Nemo me lacrymis decoret, neque funera fletu
Faxit.

Non cenſet lugendam eſſe mortem, quam immortalitas

mortem conſciſcant. Hoc ipſi Stoici, qui αὐτοχειρίαν non improbabant, ſentiebant. Senec. ep. 24: *Confirmes animum vel ad mortis, vel ad vitæ patientiam. In utrumque monendi ac firmandi ſumus, & ne nimis amemus vitam, & ne nimis oderimus. Etiam cum ratio ſuadet finire, non temere nec cum procurſu capiendus eſt impetus. Vir fortis ac ſapiens non fugere debet e vita, ſed exire, & ante omnia ille quoque vitetur affectus, libido moriendi. Eſt enim ut ad alia, ſic etiam ad moriendum inconſulta animi inclinatio: quæ ſæpe generoſos atque acerrimæ indolis viros corripit, ſæpe ignavos jacenteſque: illi contemnunt vitam, hi gravantur.* Cauſſas tamen juſtas eſſe, propter quas ſapiens deſerat vitam plerorumque Philoſophorum quoque dogma eſt, etiam illorum, qui αὐτοχειρίαν damnabant. De Stoicis res nota. Zeno apud Diogenem Laërtium: εὐλόγως τέ φασιν ἐξάξειν ἑαυτὸν τοῦ βίου τὸν σοφὸν ὑπὲρ πατρίδος, καὶ ὑπὲρ φίλων· κἂν ἐν σκληροτέρᾳ γένηται ἀλγηδόνι, ἢ πηρώσεσιν, ἢ νόσοις ἀνιάτοις. *Iuſte & cum ratione eductum ſe e vita ſapientem dicunt, vel pro patria & amicis, vel ſi in acerbis doloribus verſetur, itemque in membrorum mutilatione, vel morbis ægre curandis.* Sed alii tamen ejuſdem familiæ negant propter morbum aut dolorem conſciſcendam mortem. *Morbum*, inquit Senec. ep 58, *morte non fugiam, duntaxat ſanabilem, nec officientem animo: non afferam mihi manus propter dolorem. ſic mori, vinci eſt.* & paullo poſt: *Imbecillus & ignavus eſt, qui propter dolorem moritur: ſtultus, qui doloris cauſſa vivit.* Sic Catonem juſtam moriendi cauſſam nactum eſſe Cic. Tuſculan. 1, oſtendit: *Cato ſic abiit e vita, ut cauſſam moriendi nactum ſe eſſe gauderet. Vetat enim dominans ille nobis Deus injuſſu hinc nos ſuo demigrare. Cum vero cauſam juſtam Deus ipſe dederit, ut tunc Socrati, nunc Catoni, ſæpe multis: næ ille medius fidius vir ſapiens, lætus ex his tenebris in lucem illam exceſſerit, nec tamen illa vincula carceris ruperit: leges enim vetant: ſed tanquam a magiſtratu aut aliqua poteſtate legitima, ſic a Deo evocatus atque emiſſus exierit.* vide Lipſii manuductionem ad Philoſophiam Stoicam lib. III, 22, & 23.

Vetat injuſſu imperatoris, id eſt dei, de præſidio & ſtatione vitæ decedere] Inde accepit Plato ut alia multa: in Phædone, ὡς ἔν τινι φρουρᾷ ἐσμὲν οἱ ἄνθρωποι, καὶ οὐ δεῖ δὴ ἑαυτὸν ἐκ ταύτης λύειν οὐδ' ἀποδιδράσκειν. *In cuſtodia quadam nos homines ſumus, neque decet quemquam ex hac ſe ipſum ſolvere, neque aufugere* Cicero VI de repub. apud Macrob. in Scip. ſomnium lib. I, c. 23: *Piis omnibus retinendus animus eſt in cuſtodia corporis, nec injuſſu ejus, a quo ille eſt vobis datus, ex hominum vita migrandum eſt, ne munus aſſignatum a Deo defugiſſe videantur.* vide Lipſ. manuduct. lib. III, c. 23.

Sapientis elogium] Sic Græv. Pith. aliique MSS. Cur editores noviſſimi hic maluerunt *eulogium*, cum recte paullo ante in cap. 17 ſcripſerint: *in quem illud elogium unicum.* vide quæ ibi notantur.

Neque funera fletu Faxit] Suffridus admonet, ſe in uno cod. manuſcr. repe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

litas conſequatur. Iam ſenſus moriendi aliquis eſſe poteſt, iſque ad exiguum tempus, præſertim ſeni: poſt mortem quidem ſenſus aut optandus, aut nullus eſt. Sed hoc meditatum ab adoleſcentia debet eſſe, mortem ut negligamus: ſine qua meditatione, tranquillo eſſe animo nemo poteſt. moriendum enim certe eſt: & id incertum, an eo ipſo die. mortem igitur

periſſe ſcriptum, *neque funere fletum Faxit.* quod loquendi genus æque eſt inſolens, atque illud, quod notavit Eraſmus, *funera facere.* Itaque quid ſi dicamus ab Ennio ſcriptum eſſe, *neque funere leſſum Faxit.* Quid ſit *leſſus* autem, aliunde lector diſcat licet. *Lambin.*

Iam ſenſus moriendi] Inepte quidam infarciverant hic verbum, *durat*; alii, *permanet*; alii, *eſt.* Sed in bonis libris horum nullum eſt. Ita & in libris de officiis locutus eſt. quod illic notavi. *C. Langius.* Recte Guilielmus & Gruterus ex ſuis codicibus hunc locum ſic emendarunt, ut nunc editur, quibus ſubſcribunt Græv. & Pith. codices. Langius cum vulgatis: *Iam ſenſus moriendi, ſi aliquis eſſe poteſt, is ad exiguum tempus, præſertim ſeni.* Alii: *ad exiguum tempus durat.*

Senſus aut optandus, aut nullus eſt] Quia aut vivit animus, aut moritur cum corpore. Si vivit, optandus eſt ſenſus, quia ad locum proficiſcitur, ubi ævo fruitur ſempiterno, ſi moritur, non eſt miſer, quia non ſentit dolorem poſt mortem. In eadem fere ſententia Seneca ep. 30: *Baſſus noſter de morte multa loquitur, & id agit ſedulo, ut nobis perſuadeat, ſi quid incommodi aut metus in hoc negotio eſt, morientis vitium eſſe non mortis: nec magis in ipſa quicquam eſſe moleſtiæ, quam poſt ipſam. Tam demens autem eſt qui timet quod non eſt paſſurus, quam qui timet, quod non eſt ſenſurus. An quiſquam hoc futurum credit, ut per quam nihil ſentitur ea ſentiatur.* Et inferius: *Dicebat ille Epicuri præceptis obſequens, primum ſperare ſe nullum dolorem eſſe in illo extremo anhelitu: ſi tamen eſſet, habere aliquantulum in ipſa brevitate ſolatii. Nullum enim dolorem longum eſſe, qui magnus eſt. Cæterum ſuccurſum ſibi etiam in ipſa diſtractione animæ corporiſque, ſi cum cruciatu id fieret, poſt illum dolorem ſe dolere non poſſe.*

Hoc meditatum ab adoleſcentia debet eſſe, mortem ut negligamus] Hoc fiet ſi conſideremus quid mors ſit, & quod certa mors ſit, tempus vero mortis incertum. Senec. de brev. vitæ cap. 7: *Profeſſores aliarum artium vulgo multique ſunt. quidam vero ex his pueri admodum ita percepiſſe viſi ſunt, ut etiam præcipere poſſent: vivere tota vita diſcendum eſt: & quod magis fortaſſe miraberis, tota vita diſcendum eſt mori.* Hinc Philoſophiam Pythagoras, aliique ſecuti eum Philoſophi, dixerunt Philoſophiam eſſe *meditationem mortis.* Non enim cujuſvis eſt, mortem æquo animo excipere. *Hoc*, inquit Seneca ep. 30, *philoſophia præſtat, in quocunque corporis habitu fortem, in conſpectu mortis hilarem lætumque.* & paullo poſt: *Magna res eſt hæc, Lucili, & diu diſcenda, cum adventat hora illa inevitabilis, æquo animo abire.* Nam, ut inferius ibidem, mortem *venientem nemo hilaris excipit, niſi qui ſe ad illam diu compoſuerat.* Quin Muſonius docet, apud Antonium & Maximum, οὐκ ἔστι τὴν ἐνεστηκυῖαν ἡμέραν καλῶς βιῶναι, μὴ προθέμενον αὐτὴν ὡς ἐσχάτην βιῶσαι. *Non poteſt is honeſte præſentem diem tranſigere, qui non eum diem vitæ ſibi propoſuerit extremum.*

Id incertum an eo ipſo die] Seneca conſolat. ad Marciam c. 10: *Nihil de hodierna die promittitur. nimis magnam advocationem dedi: nihil de hac hora. Feſtinandum eſt, inſtat a tergo mors.*

Nam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

tur omnibus horis impendentem timens, qui poterit animo conſiſtere? de qua non ita longa diſputatione opus eſſe videtur, cum recorder, non ſolum Brutum, qui in liberanda patria eſt interfectus: non duo Decios, qui ad voluntariam mortem curſum equorum incitaverunt: non M. Atilium, qui ad ſupplicium eſt profectus, ut fidem hoſti datam conſervaret: non duos Scipiones, qui iter Poenis vel corporibus ſuis obſtruere voluerunt: non avum tuum L. Paullum, qui morte luit collegae in Cannenſi ignominia temeritatem: non M. Marcellum, cujus interitum ne crudeliſſimus quidem hoſtis honore ſepulturae carere paſſus eſt: ſed legiones noſtras (quod ſcripſi in Originibus) in eum ſaepe locum profectas alacri animo & erecto, unde ſe numquam redituras arbitrarentur. Quod igitur adoleſcentes, & ii quidem non ſolum indocti, ſed etiam ruſtici contemnunt, id docti ſenes extimeſcent? Omnino (ut mihi quidem videtur) ſtudiorum omnium ſatietas vitae facit ſatietatem. Sunt pue-

Nam ut ibidem dicit: *vitæ aliarumque rerum humanarum uſuſfructus noſter eſt, cujus tempus ille arbiter muneris ſui temperat: nos oportet in promtu habere, quæ in incertum diem data ſunt, & appellatos ſine querela reddere. Peſſimi eſt debitoris creditori facere convitium.* Idem ep. 30: *Illud aiebat* (Baſſus) *tormentum noſtra nos ſentire opera, quod tunc trepidemus, cum prope a nobis eſſe credimus mortem. A quo enim non eſt parata omnibus locis, omnibuſque momentis?* & paullo poſt: *Non mortem timemus, ſed cogitationem mortis: ab ipſa enim ſemper tantundem abſumus. Ita ſi timenda mors eſt, ſemper timenda eſt. quod enim tempus morti exemptum eſt?*

Duos Decios] Colberdenſi ex codice ſcribendum: *duo Decios*, & ſic in eadem re in Tuſcul. mei MSS. *Guilielm.*

Rerum omnium ſatietas vitæ facit ſatietatem] Nam ſenes ſapientes rerum plerarumque ſatietas tenet. Hinc Bœotus quidam, teſte Phavorino apud Stobæum, qui exceſſerat annum ſeptuagenarium, cum theſaurum reperiſſet, ſublato crure ipſum contemſit, & præterivit, ut qui non amplius uſui ſibi ſit futurus. Itaque qui rebus omnibus ſatiati ad ſenectutem pervenerunt, diis gratias agere debere præcipit Seneca ep. 30: *Si cui contigit ut illum ſenectus leniter emitteret, non repente avulſum vitæ, ſed minutatim ſubductum, næ ille gratias agere diis omnibus debet, quod ſatiatus ad requiem homini neceſſariam, laſſo gratam perductus eſt.* ſed eos raros eſſe canit, Horat. Sat. I.

Rarus, qui exacto contentus tempore vitæ
Cedit, uti conviva ſatur.

Hæc quidem ad vulgatam. Sed recipienda eſt ſcriptura codicis Pithæani *ſtudiorum omnium ſatietas*, quam & meus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

pueritiae certa ſtudia. num igitur ea deſiderant adoleſcentes? ſunt & ineuntis adoleſcentiae. num ea conſtans jam requirit aetas, quae media dicitur? ſunt etiam hujus aetatis. ne ea quidem quaeruntur a ſenectute. ſunt extrema quaedam ſtudia ſenectutis. ergo, ut ſuperiorum aetatum ſtudia occidunt, ſic occidunt etiam ſenectutis. quod cum evenit, ſatietas vitae tempus maturum mortis affert. Equidem non 21
video, cur, quid ipſe ſentiam de morte, non audeam vobis dicere: quod eo melius mihi cernere videor, quo ab ea propius abſum. Ego veſtros patres, P. Scipio, tuque, C. Laeli, viros clariſſimos, mihique amiciſſimos, vivere arbitror: & eam quidem vitam, quae eſt ſola vita nominanda. Nam, dum ſumus

meus optimus confirmat in quo: *omnium ſtudiorum ſatietas.* quamvis *ſtudiorum* ſit ſubductum linea, & a recentiore manu *rerum* ſit adpoſitum voci *omnium.* Verum recte *ſtudiorum* ſcribi oſtendunt ſequentia; *ut ſuperiorum ætatum ſtudia occidunt, ſic occidunt etiam ſenectutis. quod cum evenit, ſatietas vitæ tempus maturum mortis affert.* Vides *ſtudia ſenectutis occidunt,* Itaque non *omnium rerum,* ſed *ſtudiorum omnium ſatietas* Cicero ſcripſit. *Gravius.*

Quod cum evenit ſatietas vitæ tempus maturum mortis affert] Non longe ab his abeunt divina M. Antonini Imperatoris verba lib. IX, Τῶν εἰς ἑαυτὸν Μὴ καταφρόνει θανάτου, ἀλλὰ διαρέστει αὐτῷ, ὡς καὶ τούτου ἑνὸς ὄντος, ὧν ἡ φύσις ἐθέλει· οἷον γάρ ἐστι τὸ νεάσαι, καὶ τὸ γηράσαι, καὶ τὸ αὐξῆσαι, καὶ τὸ ἀκμάσαι, καὶ ὀδόντας καὶ γένειον, καὶ πολιὰς ἐνεγκεῖν, καὶ σπεῖραι, καὶ κυοφορῆσαι, καὶ ἀποκυῆσαι, καὶ τὰ ἄλλα τὰ φυσικὰ ἐνεργήματα, ὅσα αἱ τοῦ σοῦ βίου ὧραι φέρουσιν· τοιοῦτο καὶ τὸ διαλυθῆναι· τοῦτο μὲν οὖν κατ' ἀνθρωπόν ἐστι λελογισμένον, μὴ ὁλοσχερῶς, μηδὲ ὠστικῶς, μηδὲ ὑπερηφάνως πρὸς τὸν θάνατον ἔχειν· ἀλλὰ περιμένειν εἰς μίαν τῶν φυσικῶν ἐνεργειῶν· ὡς νῦν περιμένεις πότε ἔμβρυον ἐκ τῆς γαστρὸς τῆς γυναικός σου ἐξέλθῃ. οὕτως ἐκδέχεσθαι τὴν ὥραν ἐν ᾗ τὸ ψυχάριον σου τοῦ ἐλύτρου ἐκπεσεῖται. *Mortem noli contemnere, ſed excipere animo æquo, tanquam ex iis rebus unam, quam natura decrevit. Quale enim eſt adoleſcere, ſeneſcere, creſcere, vigere, dentire, barbatum eſſe, caneſcere, liberos creare, uterum ferre, parere, aliaque id genus opera naturalia quæ ferunt ætates vitæ, tale etiam eſt diſſolvi. Hominis itaque ratione utentis eſt, non temerarie, neque violenter, neque ſuperbe circa mortem ſe gerere, ſed eam opperiri tanquam opus naturale, perinde ut nunc expectas, donec fœtus ex utero tuæ uxoris proveniat: ita expectanda hora, qua animula tua ex his quaſi velamentis excedat.* Et Seneca ep. 30: *Quemadmodum ſenectus adoleſcentiam ſequitur, ita mors ſenectutem. Vivere noluit, qui mori non vult. Vita enim cum exceptione mortis data eſt: ad hanc itur. quam ideo timere dementis eſt, quia certa expectantur, dubia metuuntur. Mors neceſſitatem habet æquam & invictam.*

Quo ab ea propius abſum] Sic I ad Atti. *Illam manum tu mihi cura ut præſtes,*

mus in his incluſi compagibus corporis, munere quodam neceſſitatis, & gravi opere perfungimur. eſt enim animus caeleſtis ex altiſſimo domicilio depreſſus & quaſi demerſus in terram, locum divinae naturae aeternitatique contrarium. Sed credo deos immortales ſparſiſſe animos in corpora humana, ut eſſent, qui terras tuerentur, quique caeleſtium ordinem contemplantes, imitarentur eum vitae modo atque conſtantia. nec me ſolum ratio ac diſputatio impulit, ut ita crederem: ſed nobilitas etiam ſummorum philoſophorum & auctoritas. Audiebam Pythagoram, Pythagoreoſque, incolas paene noſtros, qui eſſent Italici philoſophi quondam nominati, numquam dubitaſſe, quin ex univerſa mente divina delibatos animos haberemus. demonſtrabantur mihi praeterea quae So-

ſtes, quoniam tu propius abes, Pompei noſtri. Alibi: *Loca quæ a Brundiſio propius abſunt, quam tu, biduum aut triduum.* Plin. XIV. *Tam prope ab origine rerum ſumus.* C. Lang.

Gravi opere perſungimur] Videtur legendum, *gravi onere:* vel potius, *gravi opera.* ſic Lucret. *parva perſunctus opella.* Verumtamen nihil hic auſim mutare ſine librorum manuſcr. auctoritate. *Lambin.*

Quique cœleſtium ordinem contemplantes] Idque faciendum olim præceperunt Pythagorei. M. Antonin. lib. XI τῶν εἰς ἑαυτόν. Οἱ πυθαγόρειοι ἕωθεν εἰς τὸν οὐρανὸν ἐφορᾷν, ἵν' ὑπομιμνησκώμεθα τῶν ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως τὸ ἑαυτῶν ἔργον διανυόντων, καὶ τῆς τάξεως, καὶ τῆς καθαρότητος, καὶ τῆς γυμνότητος· οὐδὲν γὰρ προκάλυμμα ἄστρου. *Pythagorei mane cœlum ſuſpicere præcipiebant, quo eorum commoneamur, quæ eundem perpetuo curſum ſervant, eodemque modo peragunt opus ſuum, utque ordinem eorum obſervemus, & puritatem, & nuditatem. aſtri ſiquidem velamentum nullum eſt.* Hinc idem Imperator in lib. VIII inter ἴδια ἀνθρώπου refert ἐπιθεώρησιν τῆς τῶν ὅλων φύσεως, καὶ τῶν κατ' αὐτὴν γινομένων, *contemplationem univerſi naturæ, eorumque quæ ſecundum illam fiunt.* Et in lib. VII, jubet. Περισκοπεῖν ἄστρων δρόμους, ὥσπερ συμπεριθέοντα· καὶ τὰς τῶν στοιχείων εἰς ἄλληλα μεταβολὰς συνεχῶς ἐννοεῖν. ἀποκαθαίρουσι γὰρ αἱ τούτων φαντασίαι τὸν ῥύπον τοῦ χαμαὶ βίου. *Aſtrorum curſus contemplare, tanquam una cum illis circumactus, elementorum etiam mutationes mutuas animo jugiter revolve. iſtiuſmodi enim cogitationes vitæ hujus terreſtris ſordes expurgant.* Itaque Anaxagoras quærenti quem in finem natus eſſet, reſpondit εἰς θεωρίαν ἡλίου καὶ σελήνης καὶ οὐρανοῦ. *ad ſolem lunam & cœlum contemplandum.* teſte Diogene Laërtio.

Nunquam dubitaſſe, quin ex univerſa mente divina] Vide Iuſtini Martyris Apologet. II.

Delibatos animos habere] Alias, *delibratos,* i. decerptos & detractos, quaſi corticem detractum dicas. Nam omnino idem dicit, quod lib. 5. Tuſc. quæſt. *Humanus autem animus decerptus ex mente divina cum alio nullo,* &c. *Lambin.* Peſſime *delibratus.* *Delibare* enim eſt decerpere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Socrates ſupremo vitae die de immortalitate animorum diſſeruiſſet, is, qui eſſet omnium ſapientiſſimus oraculo Apollinis judicatus. Quid multa? ſic mihi perſuaſi, ſic ſentio, cum tanta celeritas animorum ſit, tanta memoria praeteritorum, futurorumque prudentia, tot artes, tantae ſcientiae, tot inventa, non poſſe eam naturam, quae res eas contineat, eſſe mortalem: cumque ſemper agitetur animus, nec principium motus habeat, quia ſe ipſe moveat, ne finem quidem habiturum eſſe motus, quia numquam ſe ipſe ſit relicturus. &, cum ſimplex animi natura eſſet, neque haberet in ſe quidquam admiſtum diſpar ſui atque diſſimile, non poſſe eum dividi: quod ſi non poſſit, non poſſe interire: magnoque eſſe argumento, homines ſcire pleraque ante, quam nati ſint, quod jam pueri, cum artes difficiles diſcant, ita celeriter res innumerabiles arripiant, ut eas non tum primum accipere videantur, ſed reminiſci, & recordari. Haec Plato noſter. Apud Xenophontem au- 22
tem moriens Cyrus major, haec dicit. Nolite arbitrari, o mihi clariſſimi filii, me, cum a vobis diſceſſero, nuſquam, aut nullum fore. nec enim, dum eram

Qui eſſet omnium ſapientiſſimus] Ita ſcriptum eſt in antiquo, cum in vulgatis deſit vox *omnium*, quæ tamen neceſſaria eſt, ſi modo Græca oraculi verba expreſſit Cicero, quæ ſunt: σοφὸς σοφοκλῆς, σοφώτερος δ' εὐριπίδης, πάντων δὲ σοφώτατος σωκράτης. *F. Vrſinus.* Sic & Grævii, Pithæi, Aldique codices. Sed vulgati male reſpuunt *omnium.*

Futurorumque prudentia] *Prudentia*, eſt in vet. lib. & ita olim legi ſolere, teſtis eſt Nonius VI de Rep. *Totam igitur exſpectas prudentiam rectoris, quæ ipſum nomen hoc nacta eſt a providendo.* C. Lang.

Cumque ſemper agitetur animus] Ex Phædro Platonis hoc ſumtum eſt. Hunc locum perſequitur fuſius ſub finem ſomnii Scipionis, & I Tuſcul. Vide Macrobium cap. 3. lib. 2. in ſomnium Scipionis, ubi hæc argumenta Platonis copioſe declarat, Ariſtotelis contraria diſſolvit argumenta. *Fr. Balduinus.*

Homines ſcire pleraque] Idem hoc docet fuſius in Tuſculana prima ex Menone & Phædone Platonis. *Idem.*

Hæc Platonis fere] Libri quidam veteres habent. *Hæc Plato noſter.* Lamb. Locum hunc corruptum eſſe varietas arguit ſcripturæ, quæ in antiquis codicibus reperitur, quam apud Aldum videbis. In meo veterrimo: *Hæc Platonis vere.* Veriſſime Pithæanus, tert.

Pa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

eram vobiſcum, animum meum videbatis: ſed eum eſſe in hoc corpore, ex iis rebus, quas gerebam, intelligebatis. eundem igitur eſſe creditote, etiam ſi nullum videbitis. Nec vero clarorum virorum poſt mortem honores permanerent, ſi nihil eorum ipſorum animi efficerent, quo diutius memoriam ſui tuerentur. Mihi quidem numquam perſuaderi potuit, animos, dum in corporibus eſſent mortalibus, vivere: cum exiſſent ex iis, emori: nec vero tum animum eſſe inſipientem: cum ex inſipienti corpore evaſiſſet: ſed cum omni admixtione corporis liberatus, purus & integer eſſe coepiſſet, tum eſſe ſapientem. Atque etiam, cum hominis natura morte diſſolvitur, ceterarum rerum perſpicuum eſt quo quaeque diſcedant: abeunt enim illuc omnia, unde orta ſunt: animus autem ſolus, nec cum adeſt, nec cum diſcedit, apparet. Iam vero videtis, nihil eſſe morti tam ſimile, quam ſomnum. Atqui dormientium animi maxime declarant divinitatem ſuam. multa enim, cum remiſſi & liberi ſunt, futura proſpiciunt. Ex quo intelligitur, quales futuri ſint, cum ſe plane corporis vinculis relaxaverint. Quare, ſi haec ita ſunt, ſic me colitote ut deum. ſin una eſt interiturus ani-

Palat. & unus Aldi: *Hæc Plato noſter*, quia Platonem admirabatur & magni faciebat. Ci. 3 ad Att. *Deus ille noſter Plato in πολιτείᾳ. Gravius.*

Quo diutius memoriam ſui teneremus] Non videtur hæc Ciceronis manus eſſe. Illa ſcripſiſſet, *quo diutius memoriam eorum teneremus*, nimirum clarorum virorum, & quæ animi eorum efficiunt. In uno manuſcripto codice, Guilielmius invenit, *quo juſtius memoriam ſui tuerentur.* Proculdubio *tuerentur* genuinum eſt. elegantiam vocis non videntur interpolatores cepiſſe. Nihil tamen Ciceroni frequentius, quam *tueri* pro conſervare. *Græv.*

Dormientium animi maxime declarent divinitatem ſuam] De his pluribus diſputat. 1 de divinat. & de natura Deorum.

Cum remiſſi & liberi ſunt] Pro, *quom*, ſcripſi *quoniam*. quod in vet. libris ſcribitur hoc compendio, *quōm*, vel *quūm*. & ita legi debere ex ipſius Xenophontis verbis fit manifeſtum. *C. Lang.*

Sic me colitote ut deum] Sapientiſſimus rex Cyrus, dum multa cum filiis ſuis de regni adminiſtratione egiſſet, eos ad perpetuam inter ſe pacem concordiamque cohortatus, tandem eos rogat, uti vel animum ipſius, tanquam immortalem reveriti, ea omnia quæ admonuerat obſervarent; & ut ad ſe etiam vita functum eam rem per-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

animus cum corpore, vos tamen deos verentes, qui hanc omnem pulchritudinem tuentur & regunt, memoriam noſtri pie inviolateque ſervabitis. Cyrus qui- 23
dem haec moriens. Nos (ſi placet) noſtra videamus. Nemo umquam mihi, Scipio, perſuadebit, aut patrem tuum Paullum, aut duos avos, Paullum & Africanum, aut Africani patrem, aut patruum, aut multos praeſtantes viros, quos enumerare non eſt neceſſe, tanta eſſe conatos, quae ad poſteritatis memoriam pertinerent: niſi animo cernerent, poſteritatem ad ſe pertinere. An cenſes (ut de me ipſo aliquid more ſenum glorier) me tantos labores diurnos, nocturnoſque domi militiaeque ſuſcepturum fuiſſe, ſi iiſdem finibus gloriam meam, quibus vitam eſſem terminaturus? nonne melius multo fuiſſet, otio-

ertinere oſtenderet, animorum immortalitatem ipſis conatur perſuadee. *αἰδεῖσθαι* autem, quo verbo uſus ſt ibi Xenophon, *venerari* eſt; & *onore afficere.* Quis autem Cyro triuat tam barbaram de ſe opinionem, t ſe velit pro Deo coli, atque eo loco ſſe, quo qui hominibus ſumma mnia dare poteſt. Sed hic ita Cicero cutus eſt ut in ſomnio Scipionis: *eum te igitur ſcito eſſe*, hoc eſt, imortalem. *C. Lang. Sic me colitote, inuit, ut Deum*] Verbum *inquit*, non haet manuſcriptus liber, & omnino detur abundare. *F. Vrſin.* Verba Cyſunt: *εἰ μὲν οὖν οὕτως ἔχει ταῦτα, περ ἐγὼ οἴομαι, καὶ ἡ ψυχὴ καταλείπει τὸ σῶμα, καὶ τὴν ἐμὴν ψυχὴν καιδούμενοι ποιεῖτε, ἃ ἐγὼ δέομαι.* uæ Cicero ſic interpretatur, *quare ſi c ita ſunt, ſic me colite, ut Deum.* Il- vero aliud Græce ſignificant. Ego verterim, *& vos animam meam contes facite, quæ rogo.* nam ſi extincti rentis ſtudiis liberi obſequentur, aſque imperata facient, nonne ejus imam venerabuntur? Præterea nis barbarum eſt optare Deorum ſibi nores, non ejus imperatoris, quem Socraticus Xenophon ita ornavit, ut non qualis fuerit, ſed qualis eſſe debuerit, nobis expreſſerit, quam pium Dii boni Cyrum ubique conformat? an uſquam ſacra Deorum? an uſquam auſpicia bellaturus intermittit? nonne capta Babylone, & parto tanto imperio eum videmus non modo non inſoleſcere, ſed tam maxime eum cœteras virtutes, tum vero pietatem colere? ſed dicet quiſpiam Ciceronem non id curaſſe, ut verbum ex verbo redderet: hunc ego reſpondere mihi pervelim, an ſit a ſenſibus etiam, ſicuti a verbis recedendum: ſic enim facillime tota quæſtio diſſolvetur *αἰδεῖσθαι* porro apud Græcos venerari eſt. Lucianus in Scytha *οὗτον δὲ ἡ πόλις οὐ φιλεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ αἰδεῖσθαι ἤδη ἀξιοῖ* *hunc civitas non diligit ſolum, ſed jam, quem veneretur dignum putat.* Franciſc. Luiſin. Vtinenſ. Parergων lib. I.

Poſteritatem ad ſe pertinere] Sic Pall. quatuor, & Pithæan. Grævii tamen optimus cum vulgatis: *poſteritatem ad ſe poſſe pertinere*, quod ex ſuis etiam volebat revocari Guilielmius, quia gentiles ſemper de immortalitate animæ hæſitanter loquantur. Illud tamen fir-

mant

otioſam aetatem & quietam ſine ullo labore & contentione traducere? ſed neſcio quomodo animus erigens ſe poſteritatem ſemper ita proſpiciebat, quaſi, cum exceſſiſſet e vita, tum denique victurus eſſet, quod quidem ni ita ſe haberet, ut animi immortales eſſent, haud optimi cujuſque animus maxime ad immortalitatis gloriam niteretur. Quid, quod ſapientiſſimus quiſque aequiſſimo animo moritur, ſtultiſſimus iniquiſſimo? Nonne vobis videtur animus is, qui plus cernat & longius, videre ſe ad meliora proficiſci: ille autem, cui obtuſior ſit acies, non videre? Equidem efferor ſtudio patres veſtros, quos colui & dilexi, videndi, neque vero eos ſolos convenire aveo, quos ipſe cognovi; ſed illos etiam, de quibus audivi & legi, & ipſe conſcripſi. Quo quidem me proficiſcentem haud ſane quis facile retraxerit, neque tamquam Peliam recoxerit; & ſi quis deus mihi largiatur, ut ex hac aetate repueriſcam, & in cunis vagiam, valde recuſem: nec vero velim, quaſi decurſo ſpatio, ad carceres a calce revocari. quid enim habet vita commodi? quid non potius laboris? ſed

mant plurimi quoque Aldi. & Cato hic de immortalitate animæ non dubitare videtur. *Gruter.*

Ad immortalem gloriam niteretur] Sic edi malui, quam ut Langius, *ad immortalitatis gloriam*, &c. quamvis nonnulli libri veteres ſic habeant. Nam ego quoque in duobus cod. Memmianis ſcriptum reperi, *ad immortalitatem & gloriam.* vulgati autem habent, *ad immortalem gloriam.* quam lectionem non damno. *Lambin.* Sed *immortalitatis gloriam* tuentur Grævii & Pithæi MSS.

Neque tanquam Peliam recoxerit] In hoc loco reſtituendo laboravit Victorius: ſed eum nondum expolivit. In uno exemplari legitur, *nec tanquam pilam recoxerit* vel *deterſerit.* in alio, *ne ſi, tanquam Peliam recoxerit*, quæ lectio Ciceronis ipſiſſima eſt. Hoc enim vult Cato dicere: Non facile paſſurum ſe, ubi de vita migrandum ſit, ut eum quiſquam de via reprehendat atque reducat, etiam ſi juventutem redditum iri caverit: ſed ſi etiam ad infantiam revocare quis velit, valde repugnaturum. *Tanquam*, pro quemadmodum frequens eſt: ut in Lælio, *Vt, tanquam in herbis non fallacibus, fructus appareat.* Et iterum: *Amicos, tanquam pecudes, eos potiſſimum diligunt* &c. de clar. orat. *Ætatis illius iſta fuit laus, tanquam innocentiæ, ſic Latine loquendi.* Ergo *tanquam Peliam*, id eſt quemadmodum Pelias fuit recoctus. Fabulam refert Diodorus lib. IV. Non admodum diverſa eſt de Æſone

ſed habeat ſane. habet certe tamen aut ſatietatem, aut modum. non lubet enim mihi deplorare vitam, quod multi & ii docti ſaepe fecerunt, neque me vixiſſe poenitet: quoniam ita vixi, ut non fruſtra me natum exiſtimem: & ex vita ita diſcedo, tamquam ex hoſpitio, non tamquam ex domo. commorandi enim natura diverſorium nobis, non habitandi dedit. O praeclarum diem, cum ad illud divinum animorum concilium coetumque proficiſcar, cumque ex hac turba & colluvione diſcedam! proficiſcar enim non ad eos ſolum viros, de quibus ante dixi: ſed etiam ad Catonem meum, quo nemo vir melior natus eſt, nemo pietate praeſtantior: cujus a me corpus crematum eſt: quod contra decuit ab illo meum. animus vero non me deſerens, ſed reſpectans, in ea profecto loca diſceſſit, quo mihi ipſi cernebat eſſe veniendum. quem ego meum caſum fortiter ferre viſus ſum: non quod aequo animo ferrem: ſed me ipſe conſolabar, exiſtimans, non longinquum inter nos digreſſum & diſceſſum fore. His mihi rebus, Scipio (id enim te cum Laelio admirari ſolere dixiſti) levis eſt ſenectus, nec ſolum non moleſta, ſed etiam jucunda. quod ſi in hoc

ſone Iaſonis patre, quem Medea herbarum decocto juventuti reddidit. Ab his *recoctos* pro veteratoribus & callidis dicimus. *C. Lang.* Sic hunc locum olim reſtituit Hadrian. Iunius adag. VII cent. 76. & Muretus Var. Lect. lib. VI, cap. 10.

Habet certe tamen aut ſatietatem aut modum] Vide Lucianum in dialogo Menippi cum Chirone, qui cum fuiſſet adſcriptus diis, maluit tamen mori, repudiata immortalitate. cujus cauſſam Menippo quærenti reddit. Eſt in Tomo I Amſterodam. edit. in colloquiis mortuorum.

Quod multi & ii docti ſæpe fecerunt] Vide inter alios Plinii præfat. lib. VII Hiſt. naturalis.

Non habitandi dedit] *Locum* expunxi ut gloſſam. liber qui eſt ad D. Iacobi ſic habet, *commemorandi enim natura diverſorium dedit; habitandi non dedit:* quod mihi ſane quam eleganter dictum videtur. ceteri habent quo modo edidi. *C. Lang.* Vnde ſcite M. Antonius fine lib. II τῶν εἰς ἑαυτὸν dixit vitam ξένου ἐπιδημίαν, *hoſpitis in peregrino moram.* Et Seneca in excerptis: *Peregrinatio eſt vita, multum cum deambulaveris, domum redeundum eſt.* Democrates: ὁ κόσμος σκηνὴ, ὁ βίος πάροδος, ἦλθες, ἴδες, ἀπῆλθες. *Mundus eſt ſcena, vita tranſitus. Veniſti, vidiſti, abiiſti.*

Quod contra decuit ab illo meum] Idem liber ita habet, *cujus corpus a me cre-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

hoc erro, quod animos hominum immortales eſſe credam, lubenter erro: nec mihi hunc errorem, quo delector, dum vivo, extorqueri volo. ſin mortuus (ut quidam minuti philoſophi cenſent) nihil ſentiam, non vereor ne hunc errorem meum mortui philoſophi irrideant, quod ſi non ſumus immortales futuri, tamen exſtingui homini ſuo tempore optabile eſt. Nam habet natura, ut aliarum omnium rerum, ſic vivendi modum. Senectus autem, peractio aetatis eſt tamquam fabulae: cujus defatigationem fugere debemus, praeſertim adjuncta ſatietate. Haec habui de ſenectute quae dicerem: ad quam utinam perveniatis; ut ea, quae ex me audiſtis, re experti probare poſſitis.

crematum; quod contra decuit ab illo, ſine pronomine, *meum*. Item paullo infra pro, *non moleſta*, habet; *nec moleſta*; antique. *C. Lang.*

Peractio ætatis eſt tanquam fabulæ] Plurimi ſane philoſophi vitam fabulæ compararunt. Hinc mimum vitæ ſuæ bene tranſegiſſe lætatur Auguſtus. Pulcherrime M. Antoninus in fine lib. XII τῶν εἰς ἑαυτόν. Ἄνθρωπε ἐπολιτεύσω ἐν τῇ μεγάλῃ πόλει; τί σοι διαφέρει εἰ πέντε ἔτεσι; τὸ γὰρ κατὰ τοὺς νόμους ἴσον ἑκάστῳ· τί οὖν δεινὸν, εἰ τῆς πόλεως ἀποπέμπει σε οὐ τύραννος, οὐδὲ δικαστὴς ἄδικος, ἀλλ' ἡ φύσις εἰσαγαγοῦσα; οἷον εἰ κωμῳδὸν ἀπολύει τῆς σκηνῆς ὁ παραλαβὼν στρατηγός· ἀλλ' οὐκ εἶπον τὰ πέντε μέρη, ἀλλὰ τὰ τρία. καλῶς εἶπας. ἐν μέντοι τῷ βίῳ τὰ τρία ὅλον τὸ δρᾶμά ἐστι. τὸ γὰρ τέλειον ἐκεῖνος ὁρίζει, ὁ τό τε μὲν τῆς συγκρίσεως, νῦν δὲ τῆς διαλύσεως αἴτιος· σὺ δὲ ἀναίτιος ἀμφοτέρων. *In hac magna civitate verſatus es homo. quid tua refert, ſi quinque duntaxat annos? etenim quod ſecundum leges fit, id omnibus æquale eſt. ecquid igitur grave pateris, ſi te non tyrannus, nec judex iniquus, ſed natura, quæ induxit, emittat: perinde ac ſi hiſtrionem prætor qui conduxerat e ſcena dimitteret. ſed actus fabulæ quinque nondum abſolvi. recte dicis. cæterum in vita tres etiam actus fabulam conſummant. Terminat enim hanc, qui ejuſdem olim componendæ cum fuerit, nunc eſt diſſolvendæ auctor. neutrum autem horum a te eſt.*

Cujus defatigationem fugere] Hittorpianus *defectionem fugere*, ni fallor, bene, inquit Guilielm. hiſtrio *deficit*, cum eum vox & vires deſerunt. ſimile illi quod paullo ante dixit, *in extremo actu corruiſſe*. mihi vulgata ſatisfacit. *Gruter.*

M. TVL-

M. TVLLII CICERONIS

LÆLIVS, SIVE DE AMICITIA DIALOGVS.

Ad T. Pomponium Atticum Præfatio.

QVintus Mucius augur multa narrare de 1
C. Laelio, ſocero ſuo, memoriter & jucunde ſolebat, nec dubitare illum in omni ſermone appellare ſapientem. Ego autem patre ita eram deductus ad Scaevolam, ſumta virili oga, ut, quoad poſſem & liceret, a ſenis latere numquam diſcederem. Itaque multa ab eo prudenter diſputata, multa etiam breviter & commode dicta memoriae mandabam: fierique ſtudebam ejus prudentia doctior. Quo mortuo, me ad pontificem Scaevolam contuli: quem unum noſtrae civitatis & ngenio & juſtitia praeſtantiſſimum audeo dicere. Sed
de

QVintus Mutius augur] Plerique MSS. & edd. *Q. Mutius Augur Scævola.* Sed Martialis Rogerius non invenit cognomen hoc in uobus antiquiſſimis codicibus, nec etrus Balduinus in uno S. Victoris, ui tamen forte idem eſt, quem Rorius vidit, nec extat in editionibus ictorii, & Langii. & quod caput eſt c habetur apud Soſipatrum, lib. 3, i hic locus laudatur, nec ap. Chaium in *jucunditer*. Cæterum Cicero c totum exordium ex Platonis exoro, quod præfixit Theæteto imitas eſt, quod conferentibus non poteſt ſe obſcurum. Non ſolum autem e Mucius augur fuit, ſed etiam onſul a. V. C. DCXXXV collega L. Cæio Metello. Parens ejus fuit Q. Muis Q. F. Scævola Coſ. A. V. 579, us vero Q. Mucius P. F. Scævola, qui prætor fuit anno V. C. DXVIII. Liv. 23, 24.

C. Lælio ſocero ſuo] Duxerat enim ejus filiam Læliam, de qua Fabius & Cicero multis locis. eam patris tinctam elegantia fuiſſe Cicero eſt auctor. Hæc fuit ſocrus Craſſi oratoris, reddidiſſeque fertur paternam eloquentiam in dicendo elegantiorem, ut ait Fabius.

Me ad pontificem Scævolam] Fuit is ICtus, Pontifex maximus, & Conſul anno V. C. 658, vid. Cic. I de or. 39. in Brut. 39. III de nat. Deor. 33. I de off. 32. & III de off. 11.

Ingenio & juſtitia præſtantiſſimum] Omnes cod. manuſcripti habent, *& ingenio & juſtitia.* C. Lang. Editio Victorii & aliæ: *induſtria.* male. Diodoro Siculo in excerptis Pireſcianis dicitur ἐπιφανέστατος τῶν Ῥωμαίων. *Illuſtriſſimus Romanorum.* & in iiſdem μέ-

γιστον

de hoc alias : nunc redeo ad augurem. Cum ſaepe multa, tum memini, domi in hemicyclio ſedentem, ut ſolebat, cum & ego eſſem una, & pauci admodum familiares, in eum ſermonem illum incidere, qui tum fere omnibus erat in ore. meminiſti enim Attice, & eo magis, quod P. Sulpicio utebare multum, cum is tribunus pl. capitali odio a Q. Pompejo, qui tum erat conſul, diſſideret, quocum conjunctiſſime & amantiſſime vixerat, quanta hominum eſſet vel admiratio, vel

μεγιστον ἔχων ἀξίωμα τῶν πολιτῶν, *ſumma inter cives auctoritate preditus.*

Cum ſæpe multa, narrare tum memini] *Narraret* inſcriptis codicibus non legitur. in quodam ejus loco *diceret* ſcriptum inveni : quo fit ut conjiciam irrepſiſſe hoc verbum, quod ad complendam ſententiam deſiderari videretur, quod tamen facile ſubaudiri poterat. *P. Balduin.* Idem poſtea fecit, & tanquam gloſſema damnavit hanc vocem Aldus Manutius. nec ea Guilielmius in ſuis omnibus libris reperit, nec in multis Rogerius, nec in tribus Aldus. *Gruter.* Nec *damnaret* extat in Pithæano.

Domi in hemicyclio] Sic recte MSS, inter quos & Pithæaneus, ut & edd. optimæ Langii, Lambini, aliorumque. Vulgatæ *hemicyclo.* Sed *hemicyclia* dicebantur menſæ ſemicirculares aut etiam ſedes ſemirotundæ, plurium ſellarum capaces, in quibus ſolebant ſedere confabulantes, inprimis ſeniores, unde Plutarchus in Nicia: νέους ἐν παλαίστραις καὶ γέροντας ἐν ἐργαστηρίοις καὶ ἡμικυκλίοις συγκαθεζομένους. Hinc quod Sidon. Apollinar. lib. II, ep. 2. modo vocavit in cella caldaria *ſolii hemicyclium*, paullo poſt dicit *ſolii ſigma.* propter figuram hujus litteræ quæ tum ſic ſcribebatur C. quam ob cauſſam menſa quoque ſemirotunda, ad quam accumbentes epulabantur, *ſigma* dicta eſt, ut nemo humanior ignorat, & cujus figura in multis antiquitatis monumentis conſpicitur. Etiam de aliis rebus, quæ forma erant ſemicirculari dicitur. Plin. lib. V, ep. 6. cum *rectum hypodromi limitem in extrema parte hemicyclio frangi* ſcribit, vult eum deſinere in formam ſemirotundam. *Gravius.*

Meminiſti enim Attice] Veterum codicum ductu & ope deleverunt hic, *ut opinor*, ſed & Palatini quarti, cujus ſummam vetuſtatem fuiſſe Gruterus teſtatur, auſpiciis, delevi *profecto*, cui hic nullus erat locus, ſed æque inculcatum fuit, ut iſta, *ut opinor.* Idem.

Quod P. Sulpicio utebare multum] Pro multum fuiſti familiaris. Sed nove dictum eſt. nam uſitatius, *multas mihi cum illo uſus fuit.* Eraſmus. Cic. in Bruto : *Audiebam ſæpe ex C. Rutilio, quo utebatur propter familiaritatem Scævolæ noſtri.* Idem ad Memmium : *C. Aviano Evandro, qui habitat in tuo ſacrario, & ipſo multum utor, & ejus patrono familiariſſime.* Quid ergo hic Eraſmus hoc ſatis nove dictum ait, cum Cicero & alii auctores ſæpiſſime ſic utantur. Martialis Rogerius. De amicitia, quæ Attico interceſſit cum P. Sulpitio, vide C. Nepotem in Attici vita cap. 2.

A Q. Pompejo, qui tum erat Conſul] Cum L. Cornelio Sulla, anno V. C. IↃCLXV. vide de hoc odio Velleium Paterculum lib. II, c. 18, & 19. de ipſo Sulpicio plura leges apud Plutarchum in Sylla, & Mario.

Admiratio] Quod inter eos tantum odii interceſſerat, inter quos putabatur vera amicitia. *Roger.*

Que-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

vel querela. Itaque tum Scaevola, cum in eam ipſam mentionem incidiſſet, expoſuit nobis ſermonem Laelii de amicitia, habitum ab illo ſecum, & cum altero genero C. Fannio, Marci filio, paucis diebus poſt mortem Africani. Ejus diſputationis ſententias memoriae mandavi, quas hoc libro expoſui meo arbitratu. quaſi enim ipſos induxi loquentes, ne, inquam, &, inquit, ſaepius interponerentur: atque ut tamquam a praeſentibus coram haberi ſermo videretur. Cum enim ſaepe mecum ageres, ut de amicitia ſcriberem aliquid, digna mihi res cum omnium cognitione, tum noſtra familiaritate viſa eſt. Itaque feci non invitus, ut prodeſſem multis tuo rogatu. Sed, ut in Catone Majore, qui eſt ſcriptus ad te de ſenectute, Catonem induxi ſenem diſputantem, quia nulla videbatur aptior perſona, quae de illa aetate loqueretur, quam ejus, qui & diutiſſime ſenex fuiſſet, & in ipſa ſenectute prae ceteris floruiſſet: ſic, cum accepiſſemus a patribus maxime memorabilem C. Laelii, & P. Scipionis familiaritatem fuiſſe, idonea mihi Laelii perſona viſa eſt, quae de amicitia ea ipſa diſſereret, quae diſputata ab eo meminiſſet Scaevola. Genus autem hoc ſermonum, poſitum in hominum

Querela] Propter mala, quæ ex illo odio in remp. derivabantur. Cic. 3 de orat. *P. Sulpitius, quibus cum privatus conjunctiſſime vixerat, hos in tribunatu ſpoliare inſtituit omni dignitate: cui quidem ad ſummam gloriam floreſcenti ferro erepta vita eſt, & pœna temeritatis non ſine magno reip. malo conſtituta.*

C. Fannio M. filio] Fuerunt eadem tempeſtate duo celebritate nominis inſignes Fannii Alter C. Fannius, C.F. qui conſul cum Domitio fuit anno V.C. DCXXXI. Alter C. Fannius M.F. Strabo gener Lælii, de quo hic loquitur, qui prætor fuit anno V.C. IↃCXVI.

Ne inquam & inquit ſæpius interponeretur] Sumpſit hoc a Platone, cujus ex Theæteto hæc ſunt: ἵνα οὖν ἐν τῇ γραφῇ μὴ παρέχοιεν πράγματα αἱ μεταξὺ τῶν λόγων διηγήσεις περὶ αὑτοῦ τε ὁπότε λέγοι ὁ Σωκράτης. οἷον κἀγὼ ἔφην, ἢ καὶ ἐγὼ εἶπον. ἢ αὖ περὶ τοῦ ἀποκρινομένου, ὅτι συνέφη, ἢ οὐχ ὡμολόγει, τούτων ἕνεκα, ὡς αὐτὸν αὐτοῖς διαλεγόμενον ἔγραψα, ἐξελὼν τὰ τοιαῦτα. *F. Urſin.*

Qui & diutiſſime ſenex fuit] Vixit enim annos LXXXV.

Memorabilem C. Lælii & P. Scipionis familiaritatem fuiſſe] Vide Cic. 2 de orat. 6. Valer. Max. VIII, 2. Vell. Paterc. II, 127. Horat. II Sat. I: Cum Lucilio, inquit,

num veterum auctoritate, & eorum illuſtrium, plus neſcio quo pacto, videtur habere gravitatis. Itaque ipſe mea legens, ſic afficior interdum, ut Catonem, non me loqui exiſtimem. Sed ut tum ad ſenem ſenex de ſenectute, ſic hoc libro ad amicum amiciſſimus de amicitia ſcripſi. Tum eſt Cato locutus, quo erat nemo fere ſenior temporibus illis, nemo prudentior: nunc Laelius & ſapiens (ſic enim eſt habitus) & amicitiae gloria excellens, de amicitia loquitur. Tu velim animum a me parumper avertas, Laelium loqui ipſum putes. C. Fannius, & Q. Mucius ad ſocerum veniunt poſt mortem Africani. ab his ſermo oritur: reſpondet Laelius: cujus tota diſputatio eſt de ami-
2 citia, quam legens tu te ipſe cognoſces. Fannius. Sunt iſta Laeli. nec enim melior vir fuit Africano quiſquam, nec clarior. ſed exiſtumare debes, omnium oculos in te eſſe conjectos: unum te ſapientem & ap-

Virtus Scipiadæ & mitis ſapientia Læli
Nugari ſoliti, & diſcincti ludere donec
Decoqueretur olus.

Quam legens tu te ipſe cognoſces] Hoc recepi ex optimis codicibus, inprimis Pithæano & Palatino quarto, ſic poſtulante genio Tulliano, adſtipulante optima editione Langii. Editiones *quem legens te ipſum cognoſces.* Alii aliter, ſed inepte, & nullo ſenſu. *Grævius.*

Sunt iſta, Læli] Elegantiſſimus ille S. Trudonis liber ita habet, *ſunt iſta Læli*; quibus verbis veteri, & ut videtur, eadem manu, minutiore tantum caractere ſuperſcriptum eſt, *ſ. ut dicis, vera.* Alter, *ſunt iſta C. Læli.* Tertius, *ſunt iſta Læli, ut dicis.* Verbum, *eſt*, aſſerendi vim habere, nemo Latine doctus ignorat. Academ. I. *Tunc ego, ſunt, inquam, iſta Varro: Nam nos in noſtra urbe* &c. Plautus Pſeudolo. *Nam quanto ſatius eſt adire blandis verbis atque exquirere, ſint illa necne ſint, quæ tibi renuntiant.* C. Lang. Sicut in S. Trudonis libro, ſic in duobus ſuis invenit Aldus. nec in Pithæano *vera* habetur.

Sed exiſtumare debes] In omnibus hujus dialogi, & item Catonis Majoris exemplaribus, paullum modo antiquioribus, conſtanter ſcriptum reperio, *exiſtumo, optumus, maxumus, volgus, volt avos, emundum, faciundum*, & alia ejuſmodi: quæ eo modo veteres enuntiaſſe conſtat. quanquam nonnulla horum damnantur a Victorino Grammatico. Quoniam tamen his libris Cato & Lælius loquuntur, non potui fidem vetuſtorum librorum repudiare. Eo minus, quod a Quinctiliano ſcriptum eſt C. Cæſarem primum, *optimus, maximus*, ſcripſiſſe; inde ceteros ſecutos auctoritatem. *C. Lang.*

Omnium oculos in te eſſe conjectos] Erph. magnus codex: *nunc in te eſſe conjectos.* Recte id quidem. Nam tribuebatur id modo M. Catoni, & apud patres noſtros L. Atilio, ut ſapiens haberetur: nunc illis defunctis, in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

appellant & exiſtimant. tribuebatur hoc modo M. Catoni. ſcimus L. Atilium apud patres noſtros appellatum eſſe ſapientem. ſed uterque alio quodam modo: Atilius, quia prudens eſſe in jure civili putabatur: Cato, quia multarum rerum uſum habebat: multa ejus & in ſenatu, & in foro vel proviſa prudenter, vel acta conſtanter, vel reſponſa acute ferebantur. propterea quaſi cognomen jam habebat in ſenectute ſapientis. te autem alio quodam modo, non ſolum natura & moribus, verum etiam ſtudio & doctrina eſſe ſapientem: nec ſicut vulgus, ſed ut eruditi ſolent appellare ſapientem, qualem in tota Graecia neminem. nam qui ſeptem appellantur, eos, qui iſta ſubtilius quaerunt, in numero ſapientium non habent. Athe-

in te omnium oculi ſunt conjecti. *P. Suffridi.*

L. Atilium] Nonnulli libri *Acilius*, alii *Actilius*, corrupte pro *Atilius*. quo modo in *Lactorius*, *Octacilius*, *Luctatius*, *Cocta*, *Actius*, pro *Laptorius*, *Otacilius*, *Lutatius*, *Cota*, vel *Cotta*, *Attius*, meliores vero integre habent *Atilius*. Q. Pomponius in titulo de Orig. juris ſcribit L. Atilium primum apud Romanos vocatum eſſe ſapientem, meminit & Cic. de legibus, ſed & ibi mendoſe *Acilius* ſcribitur. *Car. Lang.* Apud Pomponium non legitur *L. Atilius*, ſed *P. Atilius* corrupte. Rupertus in notis ad Pomponium de orig. juris, contendit legendum eſſe *Acilium*, ſed omnibus codd. refragantibus.

In reliqua Græcia neminem] Hic mire variant codices. in quodam ſcriptum eſt *inveni in Græcia*. in aliis *reliqui in Græcia neminem*: quæ lectio aſpernanda non videtur. Nam Fannius ut tradit Cicero in Bruto, ex inſtituto Lælii ſoceri ſui Panætium Athenis audierat. Si vulgata lectio recipitur, ad Græciam reſpexiſſe videbitur, quæ Magna dicta eſt. Ea autem erat in Italia, in qua Pythagoras Philoſophatus eſt: ſed illius Græciæ fines ad Romam uſque non porrigebantur. *P. Balduinus.* *Reliqua* non poteſt de magna Græcia dici, nec omnem, aut univerſam Græciam ſignificare, quæ Rogerii eſt ſententia. Exempla quæ affert hoc non evincunt. In Pithæano fuit: *qualem in tota Græcia reliqui neminem.* Eſt *reliqui* inculcatum a ſciolo, qui neſciebat a præcedentibus *qualem* & *neminem* pendere: ſicuti propter cauſſam paullo ante in hac eadem περικοπῇ intruſerant *dicunt*, *te autem alto quodam modo dicunt non ſolum natura*, & quæ ſequuntur. quod merito, deleverunt docti, cum id non agnoſcerent MSS. alii, qui ibi aliquid deſiderari putabant, adpoſuerant de ſuo *judico*. al. *æſtimant* ut ex Palatinis annotavit Gruterus, & nos in Variarum librum rejecimus. Eodem modo hic *reliqui* alii, unde poſtea natum *reliqua*, alii *inveni* intruſerunt. Inanibus ſciolorum pannis, quos huic purpuræ intexuerunt reciſis, lectionem optimi Pithæanei codicis ſecutus ſum. Nam quamvis Platoni aliiſque ſæpe Homerus, Sapho, Anacreon dicartur σοφοὶ, nulli tamen conſenſu totius populi hoc nomen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Athenis unum accepimus, & eum quidem etiam Apollinis oraculo ſapientiſſimum judicatum. hanc eſſe in te ſapientiam exiſtimant, ut omnia tua in te poſita ducas, humanoſque caſus virtute inferiores putes. itaque ex me quaerunt, credo item ex te Scaevola, quonam pacto mortem Africani feras, eoque magis, quod his proximis Nonis, cum in hortos D. Bruti auguris, commentandi cauſa, ut aſſolet, veniſſemus, tu non adfuiſti: qui diligentiſſime ſemper illum diem, & illud munus ſolitus eſſes obire. Scaevola. Quaerunt quidem, C. Laeli, multi, ut eſt a Fannio dictum: ſed ego id reſpondeo, quod animadverti, te dolorem, quem acceperis cum ſummi viri, tum amiciſſimi morte, ferre moderate: nec potuiſſe non commoveri, nec fuiſſe id humanitatis tuae. quod autem his Nonis in noſtro collegio non adfuiſſes, invalitudinem cauſae, non moeſtitiam fuiſſe. Lael. Recte tu quidem Scaevola, & vere. nec enim ab iſto officio, quod ſemper uſurpavi cum valerem, abduci incommodo meo debui: nec ullo caſu arbitror hoc conſtanti homini poſſe contingere, ut ulla intermiſſio fiat

peculiariter fuit datum, uti Lælio apud Romanos, aut nomen juſti Ariſtidi apud Græcos. *Grævius.*

Quod his proximis Nonis] Cic. I de divinat. ait, Augures Romæ commentandi, atque inter ſe colloquendi cauſſa Nonis quondam congregari ſolitos. *Rogerius.*

In hortos D. Bruti auguris] Videtur fuiſſe D. Brutus Callaicus a Gallæcis in Hiſpania victis cognominatus. Triumphavit enim e Gallæcia & Luſitania.

Quod autem his Nonis in noſtro collegio non adfuiſſes] *Noſtro* deeſt in manuſcripto. *Adeſſe* autem *in collegio*, antiqua formula eſt, quæ reperitur in inſcriptionibus Fratrum Arvalium, *in collegio. adfuerunt Sulpicius. Camerinus. magiſter. L. Piſo. L. F. T. Sextius. Africanus. M. Aponius. Saturninus. L. Salvius. Otho. Titianus.* F. Urſin.

Invaletudinem cauſſa, non mæſtitiam fuiſſe] Ita vet. libr. Varro III de re ruſt. *Hic enim ſonus harum fugæ ſolet eſſe*, Philipp. VIII. *Cui legatio ipſa morti fuiſſet.* de orator. II. *Cum ille ſe cuſtodiæ diceret in caſtris remanſiſſe.* ad Att. IX. *Cum ejus ſaluti, qui mihi fuerat, fuiſſet.* & mille aliis locis, quibus ſcioli iſti adjecerunt, *cauſſa*, vel ſimile quid. *Invaletudo*, ſeu ut veteres libri, *invalitudo*, bis legitur lib. VII. ad Atticum. Item in Catone Majore. Item apud Trogum libr. XIII. *Ptolemæus* inquit: *recuſat regem Aridæum, non propter maternas modo ſordes, ſed etiam propter invaletudinem majorem, quam patiebatur.* C. Lang.

Ut ulla intermiſſio fiat officii] Optimus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

fiat officii. Tu autem Fanni, qui mihi tantum tribui
dicis, quantum ego nec agnoſco, nec poſtulo, facis
amice: ſed, ut mihi videris, non recte judicas de
Catone. aut enim nemo, quod quidem magis cre-
do, aut, ſi quiſquam, ille ſapiens fuit. Quomodo e-
nim (ut alia omittam) mortem filii tulit? memineram
Paullum, videram Gallum: ſed hi in pueris; Cato
in perfecto & ſpectato viro. Quamobrem cave Ca-
toni anteponas, ne iſtum quidem ipſum, quem A-
pollo, ut ais, ſapientiſſimum judicavit: hujus enim
facta, illius dicta laudantur. De me autem (ut jam
cum utroque loquar) ſic habetote. Ego ſi Scipionis 3
deſiderio me moveri negem, quam id recte faciam,
vide-

mus liber pro, *intermiſſio*, habebat, *interceſſio*. C. Lang. Palmerius divinabat, *interſciſſio officii*. Sed vulgata non movenda. Nam ea voce utitur etiam alibi Cic.

Cato in perfecto & ſpectato viro] Hunc locum cum non intelligerent librarii, quiſque pro ſuo deſcripſit. Quidam; *videram Cajum: ſed hi non comparentur Catoni perfecto & ſpectato viro.* alii, *videram Cajum; ſed hi quidem ne comparentur Catoni perſ. & ſp. viro.* Exemplar D. Iacobi hac parte raſum eſt: & ſuppoſita ea quæ jam dixi manu recentiore. Quartus, cujus mihi inſpiciendi copiam fecit humaniſſimus & eruditiſſimus vir Iacobus Suſius, ſine ulla macula hoc habuit, quod edidi, *ſed hi in pueris: Cato* &c. L. Paullus Æmilius Macedonicus cum duos filios haberet, prætextatos eos amiſit, unum paucis diebus ante quam de Perſe triumphavit, alterum paucioribus poſt. Refert Livius libr. XLV. & idem eorum mortem quanto animo tulerit. Eadem fere ætate C. Sulpicius Gallus, vir conſularis & triumphalis, filio privatus eſt: ut hic indicat, & lib. IV epiſtolarum ad Ser. Sulpicium. *Nam & Q. Maximus*, inquit, *qui filium conſularem clarum virum & magnis rebus geſtis amiſit; & L. Paullus, qui duos ſeptem diebus; & noſter Gallus & M. Cato, qui, ſummo ingenio, ſumma virtute filium perdidit; iis temporibus fuerunt, ut eos tum ipſorum dignitas conſolaretur ea, quam ex Rep. conſequebantur.* Hic eſt Gallus, quem primo libro de offic. Aſtrologiæ ſtudioſum tradidit. Fuit autem Lælii familiaris; & quidem natu major: ut poſtea videbitur, & expreſſe teſtatur Sueton. libro de illuſtribus Poëtis. Lælius igitur *Paullum & Gallum* hoc æquiore animo tuliſſe mortem filiorum interpretatur; quod etiam dum pueri eſſent, & ad Remp. capeſſendam non dum utiles. Cato autem filium perdidit jam præt. deſig. & maxima ſpe; cum etiam nobiliſſimi & fortiſſimi viri Paulli Macedonici filiam uxorem duxiſſet; in ipſo videlicet limine honorum. *C. Lang. Sed hi in pueris: Cato in perfecto*, &c. Sic nos quoque emendatum reperimus in codice Memmiano: quam emendationem multi alii codices manuſcr. comprobant: itaque edidit Langius. ſententia autem plana eſt. Sed hi, inquit, quos commemoravi, L. Paullus Macedonicus, & C. Sulpicius Gallus, amiſerunt filios prætextatos, & puerorum mortem moderate tulerunt, vel, & in puerorum morte moderate ferenda mo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

viderint ſapientes: ſed certe mentiar. moveor enim tali amico orbatus, qualis, ut arbitror, nemo umquam erit: &, ut confirmare poſſum, nemo certe fuit. ſed non egeo medicina: me ipſe conſolor, & maxime illo ſolatio, quod eo errore careo, quo amicorum deceſſu plerique angi ſolent. nihil enim mali accidiſſe Scipioni puto. mihi accidit, ſi quid accidit. ſuis autem incommodis graviter angi, non amicum, ſed ſeipſum amantis eſt. Cum illo vero quis neget actum eſſe praeclare? niſi enim, quod ille minime putabat, immortalitatem optare vellet, quid non eſt ade-

moderatos ſe præbuerunt: Cato vero in perfecto viro, & prætore deſignato mortuo moderatus fuit. quod longe majus, admirabilius, & laudabilius eſt. Sed jam ante hunc locum Langius explicavit, & quidem pluribus verbis. quare petat ab eo lector, ſi plura quæret. *Lambin.*

Moveor enim tali amico orbatus] Imitatio Platonis, apud quem Phædo, ubi venenum hauſerat, a lachrymis abſtinere non poterat, non Socratem, ſed fortunam ſuam deplorans, qui tali amico eſſet orbatus. *Roger.*

Suis autem incommodis graviter angi] In eandem fere ſententiam in Bruto ait de Hortenſii morte: *Illius mortu opportunitatem benevolentia potius, quam miſericordia perſequamur: ut quotieſcunque de clariſſimo & beatiſſimo viro cogitemus, illum potius quam noſmetipſos diligere videamus. Nam ſi id dolemus, quod eo jam frui non licet, noſtrum eſt id malum, quod modice feramus,. ne id non ad amicitiam, ſed ad domeſticam utilitatem referre videamus.*

Immortalitatem optare vellet] *Immortalitas*, hic conſecrationem ſignificat, qualis Romuli & poſtea Cæſarum. Nam animorum immortalitatem ubique Cicero adſtruit. *C. Lang.* *Niſi enim, quod ille minime putabat*, &c.] Locus mihi ſuſpectus. Nam primum quid ſibi hæc volunt, *quod ille minime putabat?* Vtrum hoc ſignificant, non eſſe optandam homini immortalitatem? an minimi faciendam eſſe immortalitatem, quaſi ſcriptum ſit, *minimi eſſe putabat*, ſeu, *minimi putabat?* ut edidit Langius. At quis immortalitatem parvi æſtimet? an per immortalitatem ἀποθέωσιν ſignificari dicemus, quod Langio videtur? deinde quis ita loquitur, *volo optare* immortalitatem? quaſi vero *velle* & *optare* non idem fere valeant. Ariſtoteles quidem bonus auctor lib. III. ἠθικῶν, ubi diſputat περὶ βουλήσεως & προαιρέσεως, in harum vocum differentiis, hanc etiam numerat, quod βουλόμεθα ſeu volumus interdum ἀδύνατα, id eſt, quæ fieri non poſſunt: ſed προαιρούμεθα, id eſt, ſumimus jam conſilio capto ea duntaxat, quæ fieri poſſunt. En tibi velle ἀδύνατα, idem quod optare ἀδύνατα. Hæc me de hoc loco dubitare cogunt. Quid ſi quis ita legat, *niſi enim, quod ille homini faciendum non putabat*, ſeu, *fas eſſe non putabat, immortal. vellet*, ſeu, *optaret, quid non adeptus eſt*, &c. Quid ſi ſic, *niſi enim, quod ille minime optabat, immortalitatem petere vellet, quid non adept. eſt*, &c. Quid ſi ſit? *niſi enim, quod ille minime optabat, immormortalitatem vellet, quid non adeptus eſt, quod* &c. Verumtamen nihil mutare auſim ſine codicum veterum auctoritate. *Lambin.* Guilielmi unus liber *minimi*, probatque Giffanius: & ſic Tul-

adeptus, quod homini fas eſſet optare? qui ſummam ſpem civium, quam de eo jam puero habuerant, continuo adoleſcens incredibili virtute ſuperavit. qui conſulatum petivit numquam, factus eſt conſul bis, primum ante tempus: iterum ſibi ſuo tempore, reip. paene ſero: qui, duabus urbibus everſis,

Tullius lib. I ad fam. ep. 9. *tamen a me minimi putabantur.* Verum eo magis ſuſpicor vocabulum *putat* non eſſe auctoris, ſed inſitivum. Vertit ſeſe hic in omnes partes Lambinus, ſed parvo ſucceſſu, ſive *immortalitatem* pro ἀθανασία, ſive pro ἀποθεώσει. quia, ut omnium rerum, ſic & vitæ quæpiam ſit ſatietas, ut eſt in Catone. In ſecunda ſignificatione eſt apud Ciceronem orat. poſt reditum in Senatu: *Itaque Patres conſcripti, quod ne optandum quidem eſt homini, immortalitatem quandam per vos adepti videmur.* Plautus Mercatore: *Neque apud mortuos, neque hic es.* CH. *ſalvus ſum. Immortalitas mihi data eſt.* Gruterus. Argutatur Lambinus, nec Langius ſcopum ferit. *Immortalitatem optare vellet*, nihil aliud eſt, quam *immortalitatem optandam putaret.* Sententia eſt liquida, quia Scipio natus mortalis erat, non putabat fas eſſe immortalitatem in corpore hoc mortali optare, quia id ſtultum fuiſſet, cum ſciret, quicunque natus homo eſſet, deberi morti. Itaque non loquitur de conſecratione, non de immortalitate animæ, ſed corporis. Omnia conſecutus erat Scipio, quæ homo poterat optare, nec quiſquam magis poterat optare, quam immortalitatem, in hac vita beata, in qua omnia ei ex ſententia provenerant. Sed hoc optare eſt hominis fatui. Hoc enim repugnat naturæ humanæ. *Grævius.*

Qui ſummam ſpem civium, quam de eo jam puero habuerant] Cauſſam, cur tantam de illo ſpem conceperit populus Romanus, quod pudore, cum mores juventutis tum eſſent corruptiſſimi, omnes æquales ſuperaret. Polyb. in excerptis Peireſcianis quæ Hadrianus Valleſius edidit & Latine vertit, lib. 31. cum deſcripſiſſet depravationem juventutis illius ætatis dicit: πλὴν ὅγε Σκιπίων ὁρμήσας ἐπὶ τὴν ἐναντίαν ἀγωγὴν τοῦ βίου, καὶ πάσαις ταῖς ἐπιθυμίαις ἀντιταξάμενος, καὶ κατὰ πάντα τρόπον ὁμολογούμενον, καὶ σύμφωνον ἑαυτὸν κατασκευάσας κατὰ τὸν βίον, ἐν ἴσως πέντε τοῖς πρώτοις ἔτεσι πάνδημον ἐποιήσατο κατὰ τὴν ἐπ' εὐταξίᾳ καὶ σωφροσύνῃ δόξαν. hoc eſt, vertente Henrico Valleſio: *P. Scipio diverſam vivendi rationem ſecutus, cunctiſque cupiditatibus adverſatus, atque in reliquo victu eundem tenorem ſervans, ſibique ipſe conſentiens, pervulgatam apud omnes modeſtiæ & continentiæ laudem eſt adeptus priore illo quinquennio*, quo ſc. togam puram induerat.

Primum ante tempus] *P. Cornel. Scipio* juvenis avita virtute, primum in Africa Tr. mil. deinde legatus in Hiſpania egregium de ſe ſpecimen ediderat. Itaque in oculis cœpit eſſe. Demum bello Punico tertio, ignavia Imperatorum extracto, annum agens XXXVI Ædilitatem petens ſuo quidem tempore, conſul factus eſt non ſuo. Nam Curulem magiſtratum cum ante annum XXXVI ætatis gerere lege annali non liceret, & gradatim magiſtratus peterentur, eſſetque neceſſe biennium inter ſingulos intercedere. quæ omnia ex oratione pro. L. Manilia & Philip. V. colliguntur, etiam ſi tum Ædilis factus eſſet, & triennio poſt Prætor, non poterat ante annum XLII. conſulatum petere. Contracta iterum per Mancini fœdus gravi populo Ro. ignominia, dum Quæſtoriis comitiis ſuffragator Q. Fabio fratris ſui filio, in campum deſcendiſſet, cum populus iterum COS. reduxit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ſis, inimiciſſimis huic imperio, non modo praeſentia, verum etiam futura bella delevit. Quid dicam de moribus facillimis? de pietate in matrem? libe-

duxit, inquit Valer. Conſul igitur factus eſt *bis & quidem abſens*, id eſt non candidatus, primum facta gratia ætatis: iterum *ſibi quidem ſuo tempore*, hoc eſt ſine ullo privilegio, interjectis plus XII annis a priore conſulatu. Nam cautum lege Cornelia erat, ne quis eundem magiſtratum ante annos decem caperet, de quo Livius lib. VII. *Reip. vero pæne ſero*, propter Numantinum dedecus. Hæc eo prolixius retuli, quod videam non modo hodie, ſed ne olim quidem bene intellecta. De morte ejus vide Paterculum lib. II. & Iul. Maternum. *C. Lang.*

De pietate in matrem] Pietatem iſtam pulcherrime Polybius iiſdem in excerptis memoriæ prodidit: πρώτη αὐτῷ μετήλλαξε τὸν βίον ἡ τοῦ κατὰ θέσιν πατρὸς μήτηρ, ἥτις ἦν ἀδελφὴ μὲν τοῦ κατὰ φύσιν πατρὸς αὐτοῦ Λευκίου, γυνὴ δὲ τοῦ κατὰ θέσιν πάππου Σκιπίωνος τοῦ μεγάλου προσαγορευθέντος. ταύτης ἀπολιπούσης οὐσίαν μεγάλην κληρονόμος ὤν, πρῶτον ἐν τούτοις ἔμελλε πεῖραν δώσειν τῆς ἑαυτοῦ προαιρέσεως. συνέβαινε δὲ τὴν Αἰμιλίαν, τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῇ προειρημένῃ γυναικί, μεγαλομερῆ τὴν περίστασιν ἔχειν ἐν ταῖς γυναικείαις ἐξόδοις, ἅτε συνηκμακυῖαν τῷ βίῳ καὶ τῇ τύχῃ τοῦ Σκιπίωνος. χωρὶς γὰρ τοῦ περὶ τὸ σῶμα, καὶ τὴν ἀπήνην κόσμου, καὶ τὰ κανᾶ, καὶ τὰ ποτήρια, καὶ τἄλλα πρὸς τὴν θυσίαν ποτὲ μὲν ἀργυρᾶ, ποτὲ δὲ χρυσᾶ πάντα συνεξηκολούθει κατὰ τὰς ἐπιφανεστέρας ἐξόδους αὐτῇ. τό τε τῶν παιδισκῶν καὶ τὸ τῶν οἰκετῶν τῶν παρεπομένων πλῆθος ἀκόλουθον ἦν τούτοις. ταύτην δὴ τὴν περικοπὴν ἅπασαν εὐθέως μετὰ τὸν τῆς Αἰμιλίας τάφον ἐδωρήσατο τῇ μητρί, ᾗ συνέβαινε κεχωρίσθαι μὲν ἀπὸ τοῦ Λευκίου πρότερον ἤδη χρόνοις πολλοῖς, τὴν δὲ τοῦ βίου χορηγίαν ἐλλειπεστέραν ἔχειν τῆς κατὰ τὴν εὐγένειαν φαντασίας. διὰ τὸ πρὸ τοῦ χρόνου ἀνακεχωρηκυίας αὐτῆς ἐν τῶν ἐπισήμων ἐξόδων, τότε κατὰ τὴν τύχην οὔσης ἐπιφανοῦς καὶ ἐπιδήμου θυσίας, ἐκπορευομένης αὐτῆς ἐν τῇ τῆς Αἰμιλίας περικοπῇ καὶ χορηγίᾳ, πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τῶν ὀρεκομένων καὶ τοῦ ζεύγους, καὶ τῆς ἀπήνης αὐτῆς ὑπαρχούσης, συνέβη τὰς γυναῖκας θεωμένας τὸ γεγονὸς ἐκπλήττεσθαι τὴν τοῦ Σκιπίωνος χρηστότητα καὶ μεγαλοψυχίαν, καὶ πάσας προτεινούσας τὰς χεῖρας εὔχεσθαι τῷ προειρημένῳ πολλὰ τὰ ἀγαθά. τοῦτο δὲ πανταχῇ μὲν ἂν εἰκότως φαίνοιτο καλόν, ἐν τῇ Ῥώμῃ καὶ θαυμαστόν. ἁπλῶς γὰρ οὐδεὶς οὐδενὶ δίδωσι τῶν ἰδίων ὑπαρχόντων ἑκὼν οὐδέν. *Cum mater patris ipſius adoptivi exceſſiſſet e vita, quæ Æmilii naturalis patris ſoror, Scipionis autem Africani cognomento majoris conjux fuerat, ipſe locupletiſſima ejus mulieris hereditate adita, primum animi ſui ſpecimen tum edere cœpit. quippe ante dicta mulier maximo omnis generis apparatu, in ſollemni matronarum pompa uti ſolita erat, ut quæ in Scipionis Africani matrimonio & fortuna vixiſſet. Nam præter muliebrem mundum, pilentique ipſius ornatum, & caniſtra, & pocula, ac cetera ad ſacrificium neceſſaria, partim aurea, partim argentea, in maximis ſollemnitatibus circumferebat; ancillarum quoque ac ſervorum comitatus haut quaquam diſpar erat. Vniverſum hunc apparatum ſtatim ab obitu Æmiliæ, id enim nomen mulieri fuit, Scipio matri ſuæ donavit; quæ jampridem a L. Æmilio repudiata, arctiorem quam pro ſplendore generis rem familiarem habebat. Proinde cum antea a ſollemni pompa abeſſe conſuevisset, tum forte publico ac celebri ſacrificio progreſſa, cum apparatu Æmiliæ, iiſdem pilento, bigis, ac mulionibus, reliquas mulieres advertit: quæ Scipionis pietatem, animique magnitudinem collaudantes, ſublatis in cœlum manibus univerſæ P. Scipioni fauſta omnia apprecabantur. Atque id cum ubique præclarum, tum Romæ admirabile videatur*

liberalitate in ſorores? bonitate in ſuos? juſtitia in omnes? nota ſunt vobis: quam autem civitati carus fuerit, maerore funeris indicatum eſt. Quid igitur hunc paucorum annorum acceſſio juvare potuiſſet? ſenectus enim quamvis non ſit gravis, ut memini Catonem anno ante, quam mortuus eſt, mecum, & cum Scipione diſſerere, tamen aufert eam viriditatem, in qua etiam num erat Scipio. Quamobrem vita quidem talis fuit, vel fortuna, vel gloria, ut nihil poſſet accedere. moriendi autem ſenſum celeritas abſtulit. quo de genere mortis difficile dictu eſt: quid homines ſuſpicentur, videtis. Hoc tamen vere licet dicere, P. Scipioni, ex multis diebus, quos in vita celeberrimos laetiſſimoſque viderit, illum diem clariſſi-

tur eſſe, qua in urbe nemo ſponte alteri de ſuo quicquam donat. Addit deinde ab ejuſmodi initio virtutem P. Scipionis rumore omnium celebrari cœptum eſſe, utpote muliebri ſexu natura garrulo, & in omnibus rebus immoderato. Ceterum mater hæc Scipionis fuit Papiria, C. Papirii Maſonis, qui conſul fuit cum M. Papirio Mothone, filia.

Liberalitate in ſorores] Hanc quoque in eodem loco non paſſus eſt poſteros ignorare idem ſcriptor præſtantiſſimus: Μετήλλαξεν ἡ μήτηρ· ὁ δὲ τοσοῦτον ἀπέχετο τοῦ κομίσασθαι ὧν πρότερον ἐδωρήσατο, περὶ ὧν ἀρτίως εἶπον· ὥστε καὶ ταῦτα καὶ τὴν λοιπὴν οὐσίαν τὴν τῆς μητρὸς ἅπασαν ἀπέδωκε ταῖς ἀδελφαῖς, ἧς οὐδὲν αὐταῖς προσῆκε κατὰ τοὺς νόμους. διὸ πάλιν τῶν ἀδελφῶν παραλαβουσῶν τὸν ἐν τοῖς ἐξόδοις κόσμον καὶ τὴν περίστασιν τῆς Αἰμιλίας, πάλιν ἐκαινοποιήθη τὸ μεγαλόψυχον καὶ φιλοίκειον τῆς τοῦ Σκιπίωνος προαιρέσεως. ταῦτα μὲν οὖν προκατεσκευασμένος ἐκ τῆς πρώτης ἡλικίας Πύπλιος Σκιπίων προῆλθε πρὸς τὸ φιλοδοξεῖν σωφροσύνῃ καὶ καλοκἀγαθίᾳ. *Mater Scipionis deceſſit. Ex cujus bonis ille ea, quæ olim donaverat, de quibus ſuperius dixi, non modo non recepit, ſed & ea omnia, & univerſam matris hereditatem ſororibus remiſit, tametſi nulla pars hereditatis legibus ad eas pertineret. Proinde cum Scipionis ſorores rurſus cum ornatu paratuque Æmiliæ in ſollemni matronarum pompa procederent, iterum ejus in ſuos pietas ac magnitudo animi in memoriam famamque revocata eſt. His ab ineunte ætate ſtudiis uſus Scipio, modeſtiæ & elegantiæ famam eſt conſecutus.* Prolixiora quidem ſunt hæc loca, ſed quia inprimis ad hunc locum illuſtrandum pertinent, & alibi nuſquam leguntur, & liber hic in non multorum manibus verſatur, noluimus perituræ parcere chartæ.

Bonitate in ſuos] Hujus bonitatis in Scipionis Africani Majoris filias, patris adoptivi ſorores, quarum altera Tiberio Graccho, altera Scipioni Naſicæ nupſerat, ut & in Fabium fratrem exempla vide ibidem perpulchra, & Scipione digniſſima.

Quid igitur hunc paucorum annorum acceſſio juvare potuiſſet?] Mortuus eſt anno ætatis quinquageſimo ſexto, C. Sempronio Tuditano, & M. Aquillio Coſſ. a. v. c. DCXXIV.

Quo,

riſſimum fuiſſe, quo ſenato dimiſſo, domum reductus ad veſperum eſt, a patribus conſcriptis, a P.R. ſociis & Latinis, pridie quam exceſſit e vita: ut ex tam alto dignitatis gradu ad ſuperos videatur Deos potius, quam ad inferos perveniſſe. neque enim aſſentior iis, qui haec nuper diſſerere coeperunt, cum corporibus ſimul animos interire, atque omnia morte
4 deleri. Plus apud me antiquorum auctoritas valet, vel noſtrorum majorum, qui mortuis tam religioſa jura tribuerunt: quod non feciſſent profecto, ſi nihil ad eos pertinere arbitrarentur: vel eorum, qui in hac terra fuerunt, magnamque Graeciam (quae nunc quidem deleta eſt; tum florebat) inſtitutis & praeceptis ſuis erudierunt: vel ejus, qui Apollinis oraculo ſapientiſſimus eſt judicatus: qui non tum hoc, tum illud, ut in pleriſque, ſed idem dicebat ſemper, animos hominum eſſe divinos, iiſque, cum e corpore exceſſiſſent,

Quo, ſenatu dimiſſo] Optimus ille liber, *Senato dimiſſo.* ut Salluſt. *Senati conſulta*: & ita locutum Ciceronem teſtis eſt Soſipater. Vide Nonium. *C. Lang.* Guilielmius Langii & Gifanii libros ſecutus, ſcripſerat *Senato.* antique. idemque reddebat Livio lib. 3. *Vt ſi quis memorem libertatis vocem, aut in Senato aut in populo miſiſſet.* ita, inquit, legi in optimo & vetuſtiſſimo fragmento Colonienſi. *Gruter.*

Ad ſuperos videatur, potius] Libri vet. omnes, *ad ſuperos videatur deos potius quam ad inferos perveniſſe.* Lang. Sic & Pall. ſex (nec non Pith.) Horat. 1 od. 10 de Mercurio: *Superis Deorum gratus & imis.* Gruter.

Qui hac nuper diſſerere] Pomponii liber habet *aſſerere* pro *diſſerere.* F. Vrſinus. Placet etiam hoc Guilielmio ſed peſſime. Nam *aſſerere* pro affirmare *νεωτερισμὸς* eſt. Veteribus hæc hujus vocis notio ignoratur.

Qui mortuis tam religioſa jura tribuerunt] *Iura*, inquit hic Xyſtus, pro *juſta* notatu dignum eſt. Obſequia enim & parentalia intelligit. Hæc ille. Sed errat. loquitur enim de jure mortuorum, & ſepulchrorum quæ violare nefas erat, ut Cic. oſtendit de legibus. Graviſſima etiam pœna in violatores buſtorum fuit conſtituta in Cod. Iuſtiniani. Notatumque illud e Cic. in Antonium, ſepulchra ipſa & loca religioſa antiquitate ſanctiora fieri iiſque dirutis nihilominus religioſum locum eſſe: quippe ſepulchrorum ſanctitas in ipſo ſolo manet. ſed & de aliis, quæ mortuis tribuebantur jura vide Cicer. 11 de legibus. *Rogerius.* Videndus & Gutherius qui hoc argumentum de jure manium libris tribus eſt proſecutus.

Sed idem dicebat ſemper] Illud *dicebat* ſcripti pauci habent, imo ne quidem publicatus Victorio. itaque Guilielmius ambigebat, num ſupra reponendum foret, *cui non tum* &c. ut omnia referrentur ad illud quod ſequitur, *videbatur*. Gruter. In Pithæan. quoque *dicebat* non reperitur.

Cum ex corpore exceſſiſſent] Sic habent noſtri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ſent, reditum in coelum patere, optimoque & juſtiſſimo cuique expeditiſſimum. quod item Scipioni videbatur, qui quidem quaſi praeſagiret, perpaucis ante mortem diebus, cum & Philus, & Manilius adeſſent, & alii plures, tuque etiam Scaevola mecum veniſſes, triduum diſſeruit de republica: cujus diſputationis fuit extremum fere de immortalitate animorum: quae ſe in quiete per viſum ex Africano audiſſe dicebat. Id ſi ita eſt, ut optimi cujuſque animus in morte facillime evolet tamquam e cuſtodia vinculiſque corporis, cui cenſemus curſum ad deos faciliorem fuiſſe, quam Scipioni: quocirca moerere hoc ejus eventu, vereor ne invidi magis quam amici ſit. Sin autem illa veriora, ut idem interitus ſit animorum & corporum, nec ullus ſenſus maneat; ut

ioſtri libri veteres, cum vulgatis conruentes. Langius autem edidit, *exiſent*. Non diſſimulabo tamen in aliis liquot ſcriptum eſſe, *e corporibus*. ambin.

Qui idem præſagiret] Muretus: conciebat: *qui dum quaſi præſagiret*, ſe ioriturum ſcilicet, & animam ad ſueros redituram. Pith. & alii MSS. *uique idem*. unde recte Langius: *qui uidem*.

Philus] Fuit is P. Furius Philus, qui im S. Atilio Serrano Conſul fuit ano V. C. DCXVII.

Manilius] Fuit is M' Manilius, Iuconſultus inſignis, cujus meminit omponius de origine juris. Conſul it anno V. C. DCIV, cum L. Marcio enſorino.

Mecum veniſſes] Plerique libri hant, *mecum veniſſes*, ſed male. Nam m domus eſſet eadem Scipionis & lii, idem victus, iſque commu-, ut extremo hoc libro dicitur: ofii cauſſa forte ad Lælium tum adiſſe Scævolam veri ſimilius eſt. *C. ng.* *Mecum veniſſes*] Nihil mutanm eſt in codice Memmiano. quamrem nec ego hic quidquam muto: quamquam Langius edidit, *me conveniſſes*, ſecutus alios libros etiam manuſcriptos. *Lambin.* Langianam conjecturam merito rejicit Aldus Manutius.

Quæ ſe in quiete per viſum] Al. *Quæ ſe in quiete, viſo, ex Africano aud. diceb.* &c. fortaſſe *in quiete* ex Schotto irrepſit. *C. Lang.*

Mærere hoc ejus eventum] Sic ad Herennium in bonis libris, *facile ex aliorum eventis poſſunt ſuis rationibus conſulere.* Idem. *Mærere hoc ejus eventu*] Iuſſeram hic olim operas ſequi editionem Langianam, *mærere hoc ejus eventum*, &c. Nam noſtri libri cum vulgatis conſentientes habent, *hoc ejus eventu.* quod tamen æque probabile, & uſitatum eſt. Itaque nunc nihil muto. *Lambin.* Sic ſane & Pithæan.

Sin autem illa veriora] Malui iſtud Aldi Manutii, quam vulgatum *vereor*, licet repertum quoque in Pall. Guilielmius quod eſſet in Celberdenſi, *ſin autem haud illa vereor*, tres voces poſtremas parentheſi includi poſſe putabat: Palmerius vero omnino ibat deletum. *Gruter.*

ut nihil boni eſt in morte, ſic certe nihil mali. ſenſu enim amiſſo, fit idem, quaſi natus non eſſet omnino: quem tamen eſſe natum & nos gaudemus, & haec civitas dum erit laetabitur. Quamobrem cum illo quidem (ut ſupra dixi) actum optime eſt; mecum incommodius: quem fuerat aequius, ut prius introieram, ſic prius exire de vita. ſed tamen recordatione noſtrae amicitiae ſic fruor, ut beate vixiſſe videar, quia cum Scipione vixerim: quocum mihi conjuncta cura de re publica & de privata fuit, quocum & domus & militia communis; & id, in quo eſt omnis vis amicitiae, voluntatum, ſtudiorum, ſententiarum ſumma conſenſio. Itaque non tam iſta me ſapientiae, quam modo Fannius commemoravit, fama delectat, falſa praeſertim, quam quod amicitiae noſtrae memoriam ſpero ſempiternam fore. idque mihi eo magis eſt cordi, quod ex omnibus ſaeculis vix tria aut quattuor nominantur paria amicorum: quo

Quia cum Scipione vixerim] Nihil muto in tanto veterum codicum ſilentio. In animum tamen induxi ut credam, Ciceronem ſcripſiſſe, *ut beate vixiſſe videar, qui cum Scipione vixerim*, quod nemo Latine doctus infiſciabitur, credo. Alioqui Cicero ſcripſiſſet, *quia cum Scipione vixi*. Grævius.

Voluntatum] Boni libri, *voluntatium*; quo modo alibi *voluptatium*, memini legiſſe. & recte ex Priſciano. *Car. Lang.*

Fama delectat, falſa præſertim] Cum in omnibus libris etiam deſcriptis manu, legeretur, *fama, falſa præſertim*; nihil veritus ſum duobus poſtremis verbis ut adulterinis, Ariſtarchi pugionem infigere. Cum enim dicat, *non tam delectat*; attamen delectari ſe ſignificat: Tum vero etiam quis non delectetur fama & opinione ſapientiæ? Immo *ſapiens* & fuit, & ideo quia fuit, appellatus eſt Lælius. vide Plutarch. in Scipione. paullo infra vetuſtiſſimum unum exemplar habet, *nam & praclare eſt, & ſumus, ut dixit Fannius, otioſi*. quæ lectio mihi non diſplicet. *Idem.* *Fama delectat, falſa præſertim*] Has duas voces, *falſa præſertim*, delevit Langius pro ſuo jure, contra omnium librorum manuſc. auctoritatem: nos retinuimus. neque tamen Langii factum improbamus. quamvis enim poſſet aliquis dicere, Catonem hoc addidiſſe, invidiæ vitandæ cauſa, aut modeſtiæ, & pudoris gratia, tamen vix credibile eſt, Catonem tantum de ſe detrahere voluiſſe, ut famam, quæ de eo eſſet, tam præciſe falſam diceret. *Lambin.* Non delenda hæc ſunt *falſa præſertim* contra librorum omnium fidem. Eſt certe Lælianæ modeſtiæ, vivum detrectare *ſapientiæ* famam, ſicut & Pythagoras eam detrectavit. *Græv.*

Nominantur paria amicorum] Legendum puto libris omnibus invitis, *numeran-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

quo in genere ſperare videor Scipionis & Laelii ami-
citiam notam poſteritati fore. Fann. Iſtuc quidem,
Laeli, ita neceſſe eſt: ſed, quoniam amicitiae men-
tionem feciſti, & ſumus otioſi, pergratum mihi fe-
ceris, (ſpero item Scaevolae) ſi, quemadmodum ſo-
es, de ceteris rebus, cum ex te quaeruntur; ſic de
micitia diſputaris, quid ſentias, qualem exiſtimes,
uae praecepta des. Scaev. Mihi vero pergratum
rit: atque, idipſum cum tecum agere conarer,
annius ante vertit. quamobrem utrique noſtrum
ratum admodum feceris. Lael. Ego vero non gra- 5
arer, ſi mihi ipſe confiderem. nam & praeclara res
ſt, & ſumus, ut dixit Fannius, otioſi. ſed quis ego
um? aut quae in me eſt facultas? doctorum eſt iſta
onſuetudo, eaque Graecorum, ut iis ponatur de
uo diſputent quamvis ſubito. Magnum opus eſt, e-
etque exercitatione non parva. Quamobrem quae
iſputari de amicitia poſſunt, ab eis cenſeo petatis,
ui iſta profitentur. ego vos hortari tantum poſ-
im, ut amicitiam omnibus rebus humanis antepo-
atis. nihil eſt enim tam naturae aptum, tam conve-
ens ad res vel ſecundas, vel adverſas. Sed hoc pri-
mum

rantur. Lambin. Sed cauſſa non eſt, ab omnibus libris diſcedamus. m verbum repetitur in capite ſexto. *hen* ſæpe gloriam celebritatemque rat. *Gruter.*

Vt iis ponatur de quo diſputent] Sic ſcul. 1. in bonis exemplar. *Ponere ebam, de quo quis audire vellet:* & le oratore, *ſed quanquam ſatis iis aderant, ad id quod erat poſitum, di- n videbatur.* C. Lang. Eodem mo- Craſſus primo de oratore: *Quid i vos tanquam alicui Græco otioſo & aci, & fortaſſis docto atque erudi- quæſtiunculam, de qua meo arbitratu ar, ponitis. Quando enim me iſta ſſe aut cogitaſſe arbitramini? Non per irriſiſſe potius eorum hominum impudentiam, qui cum in ſchola aſſediſſent, ex magna hominum frequentia dicere jubebant, ſi quis quid quæret. Quod primum ferunt Leontinum feciſſe Gorgiam, qui permagnum quiddam ſuſcipere & profiteri videbatur, cum ſe ad omnia, de quibus quiſque audire vellet, eſſe paratum denunciaret.* vide ibi plura. *Roger.*

Tam conveniens ad res vel ſecundas, vel adverſas] Oſtendit hoc præclare Ariſtoteles VIII Eth. cap. 1. Ἄνευ φίλων οὐδεὶς ἂν ἕλοιτο ζῆν, ἔχων τὰ λοιπὰ ἀγαθὰ πάντα. καὶ γὰρ πλουτοῦσι καὶ ἀρχὰς καὶ δυναστείας κεκτημένοις δοκεῖ μάλιστα φίλων εἶναι χρεία. τί γὰρ ὄφελος τῆς τοιαύτης εὐετηρίας, ἀφαιρεθείσης εὐεργεσίας, ἣ γίγνεται μάλιστα καὶ ἐπαινετωτάτη πρὸς φίλους· ἢ πῶς

ἂν

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

mum ſentio, niſi in bonis amicitiam eſſe non poſſe: neque id ad vivum reſeco, ut illi, qui haec ſubtilius diſſerunt, fortaſſe vere, ſed ad communem utilitatem parum. negant enim quemquam virum bonum eſſe, niſi ſapientem. Sit ita ſane. ſed eam ſapientiam interpretantur, quam adhuc mortalis nemo eſt conſecutus. nos autem ea, quae ſunt in uſu vitaque communi, non ea, quae finguntur, aut optantur, ſpectare debemus. numquam ego dicam, C. Fabricium, M' Curium, T. Coruncanium, quos ſapientes noſtri majores judicabant, ad iſtorum normam fuiſſe ſapientes. Quare ſibi habeant ſapientiae nomen & invidioſum & obſcurum: concedantque; ut hi boni viri fuerint. Ne id quidem facient. negabunt id niſi ſapienti poſſe concedi. Agamus igitur pingui Minerva, ut ajunt. Qui ita ſe gerunt, ita vivunt,

ἂν τηρηθείη, καὶ σώζοιτο ἄνευ φίλων, ὅσῳ γὰρ πλείων, τοσούτῳ ἐπισφαλεστέρα. ἐν πενίᾳ τε, καὶ ταῖς λοιπαῖς δυστυχίαις, μόνην οἴονται καταφυγὴν εἶναι τοὺς φίλους. *Sine amicis nemo vivere velit, quamvis affluat reliquis bonis omnibus. Etenim divitibus & principatus ac poteſtates obtinentibus, videtur maxime amicis opus eſſe. Quæ namque utilitas eſt hujus proſperitatis, ſublata beneficentia, quæ potiſſimum exiſtit, maximeque laudabilis eſt adverſus amicos? aut quomodo cuſtodiretur ac ſervaretur abſque amicis? Quanto eſt enim amplior, tanto eſt periculoſior. In paupertate vero, atque rebus adverſis aliis unicum putant perfugium eſſe amicos.* Et ſcite Plutarchus in libello de adulatoris & amici diſcrimine: Ἡ φιλία οὐδὲν ἧττον τοῖς ἀγαθοῖς ἡδονὴν ἐπιφέρουσα καὶ χάριν, ἢ τῶν κακῶν ἀφαιροῦσα τὰς λύπας καὶ τὰς ἀπορίας παρέπεται. Καὶ καθάπερ ὁ Εὔηνος εἶπε τῶν ἡδυσμάτων τὸ πῦρ εἶναι κράτιστον, οὕτως τῷ βίῳ μίξας τὴν φιλίαν ὁ θεὸς, ἅπαντα φαιδρὰ καὶ γλυκέα καὶ προσηνῆ, ταύτης παρούσης καὶ συναπολαυούσης ἐποίησε. *Amicitia non minus rebus lætis voluptatem adjicit ac gratiam, quam adverſis dolores & difficultates adimit. Atque ut Evenus dixit omnium condimentorum optimum eſſe ignem: ita Deus amicitiam vitæ admiſcens, omnia læta, dulcia ac grata ut eſſent amico præſente atque fruente fecit.*

Niſi in bonis amicitiam eſſe non poſſe] Plato in Lyſide hujus rei rationem reddit, quia ſoli boni ſint ſimiles inter ſe, & ob id amici: mali autem inter ſe diſſimiles, ſtolidi, atque inſtabiles. Hinc & Seneca dicit, ſolum ſapientem ſcire amare, ſolum ſapientem amicum eſſe epiſt. 81. Et in VII de beneficiis c. 12: *Hoc conſortium ſolum inter ſapientes eſt, inter quos amicitia eſt. Ceteri non magis amici ſunt, quam ſocii.* Quomodo alios amet improbus, cum, ut vere dicit M. Antoninus lib. V non amat ſe ipſum. οὐ φιλεῖς σεαυτόν· ἐπεί τοι καὶ τὴν φύσιν ἂν σου καὶ τὸ βούλημα ταύτης ἐφίλεις. *Non temet ipſe amas*, improbe. *alioqui naturam tuam, quæque illa vult, diligeres.* Cur improbi ſe ipſos non ament, & ideo nec alios

vunt, ut eorum probetur fides, integritas, aequali-as, liberalitas; nec ſit in illis ulla cupiditas, vel li-ido, vel audacia; ſintque magna conſtantia, ut ii uerunt, modo quos nominavi; hos viros bonos, ut nabiti ſunt, ſic etiam appellandos putemus; quia ſe-uantur (quantum homines poſſunt) naturam, opti-nam bene vivendi ducem. ſic enim mihi perſpice-e videor, ita natos eſſe nos, ut inter omnes eſſet ocietas quaedam: major autem, ut quiſque proxi-ne accederet. itaque cives potiores, quam peregri-i; & propinqui, quam alieni. cum his enim amici-iam natura ipſa peperit: ſed ea non ſatis habet fir-nitatis. namque hoc praeſtat amicitia propinquitati, quod

os poſſint amare multis accurate do-t Ariſtoteles IX Eth. c. 4. Mali igi-r ſi conſentiunt, non eſt amicitia, d factio, ut egregie Memmius apud lluſtium oſtendit.

Integritas, æqualitas] *Æqualitas* ſte Lactantio æquitas, ſive juſti-e pars a Cicerone dicitur, quam men Lactantius interpretatur, ſe m cæteris coæquandi æquitatem. ic. I de orat. *in rebus cauſiſque civium ualitatis conſervatio.* Roger. Lam-nus oggeſſit *æquitas*, ſed contra tuſta exemplaria. & ſane *æqualitas*, ıripidi ἰσότης, maxime in amici-s requiritur. *Guilielmius.* Sed nihil cc æqualiras quæ amicitiæ mater , facit ad hunc locum. De aliis e-m loquitur virtutibus, quæ ſunt bo-viri. *Æqualitas* quod præferunt SS, etiam Pithæanus, aut eſt illa tus, quæ aliter *civilitas*; & *æquitas* citur, cum quis æquo jure cum ce-is civibus & amicis vivit, nec ſe ſupra os, aut leges effert: aut quæ *æquabi-as* dicitur I de off. cum quis ſibi in nni vita ſemper ſimilis eſt: *Præclara*, inquit, *æquabilitas in omni vita, & i-m ſemper vultus, eademque frons.* & ferius ibidem: *Æquabilitas univer-vitæ, tum ſingularum actionum maxi-t decora.* Seneca vocat *æqualitatem* ep. 120: *Cum aliquem hujus viderimus conſtantiæ, quidni ſubiret nos ſpecies inuſitatæ indolis? utique ſi hanc, ut dixi, magnitudinem veram eſſe oſtendebat æqualitas.* ut divine hunc locum reſtituit ὁ πάνυ Gronovius. Sed verius tamen puto, quia Lælius hic agit de virtutibus ad communem ſocietatem hominum pertinentibus, illam æquitatem intelligi, de qua ante dixi, qua Salluſtius in Catilinario dicit, ſe remque publicam curaſſe Romanos: *Duabus his artibus*, inquit, *audacia in bello, ubi pax evenerat, æquitate ſe remque publicam curabant.* quam qui colebant, dicebantur cultores æqui, ut ille apud Virgil. *ſervantiſſimus æqui.* Græv.

Quia ſequantur] Ita duo MSS. Guilielmii. recte. ex hac depravata eſt vulgata *qui aſſequuntur*; aut *qui aſſequantur.* Gruter.

Ita natos eſſe nos ut inter omnes eſſet ſocietas quædam] Vide I de officiis cap. 16.

Major autem, ut quiſque proximus accederet] Cicero in loco laudato: *Optime ſocietas hominum conjunctioque ſervabitur, ſi ut quiſque erit conjunctiſſimus, ita in eum benignitatis plurimum conferetur.* ſed vide ibidem paullo inferius copioſe de his Ciceronem diſputantem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

quod ex propinquitate benivolentia tolli poteſt, ex amicitia non poteſt. ſublata enim benivolentia amicitiae nomen tollitur, propinquitatis manet. Quanta autem vis amicitiae ſit, ex hoc intelligi maxime poteſt: quod ex infinita ſocietate generis humani, quam conciliavit ipſa natura, ita contracta res eſt & adducta in anguſtum, ut omnis caritas aut inter duos, aut
6 inter paucos jungeretur. Eſt autem amicitia nihil aliud niſi omnium divinarum humanarumque rerum cum benivolentia & caritate ſumma conſenſio: qua quidem haud ſcio, an, excepta ſapientia, quicquam melius homini ſit a diis immortalibus datum. divitias alii praeponunt, bonam alii valitudinem, alii potentiam, alii honores, multi etiam voluptates. beluarum hoc quidem extremum eſt: illa autem ſuperiora cadu-

Ex propinquitate benevolentia tolli poteſt, ex amicitia non poteſt] Exemplum eſt apud C. Nep. in vita Attici c. 5: *Cum quo* (M. Tullio Cicerone) *a condiſcipulatu vivebat conjunctiſſime, multo etiam familiarius, quam cum Quinto: ut judicari poſſit, plus in amicitia valere ſimilitudinem morum, quam affinitatem.* Sæpe tolli ex propinquitate benevolentiam declarat illud quoque Lucani, *rara eſt quoque gratia fratrum.* Sublata vero benevolentia, quæ coagulum eſt amicitiæ, acerbiora ſunt propinquorum odia, quam nulla cognatione conjunctorum, Tacit. IV Hiſt. 70: *Iulius Briganticus ſorore Civilis genitus, ut ferme acerrima proximorum odia ſunt, inviſus avunculo infeſtuſque.* Hinc & Quintil. declam. 19: *Poſſimus fortaſſis aliorum accidentium ſperare finem: non habent proximorum odia regreſſum. Quacunque nexus accepere naturæ, quæ & ſanguine viſceribuſque conſtricta ſunt, non laxantur diducta, ſed pereunt.* Rationem reddit Libanius Sophiſta: αἱ ἐκ φίλων εἰς φίλους γινόμεναι λύπαι, δυσθεράπευτοι λίαν τυγχάνουσι, καὶ μείζους τῶν ἐχθρῶν ἔχουσι τὰς ἐπηρείας. hoc eſt, *moleſtiæ, quæ ab amicis nobis exhibentur, difficiliores curatu ſolent eſſe, graviuſque quam hoſtium aut inimicorum contumeliæ offendunt.*

Inter duos aut inter paucos] Sic eſt emendatum in cod. Memm. *duo* autem uſurparunt veteres in quarto caſu, pro, *duos*, ut alias admonuimus, idque non ſemel. *Lambin.* Vera amicitia inter multos teſte Ariſtot. eſſe non poteſt.

Qua quidem haut ſcio an excepta ſapientia nihil melius] Sic legendum, *nihil melius*, &c. non *quidquam melius*, &c. Nam primum ſic habent omnes fere noſtri codices manuſcr. deinde conſuetudo Latini ſermonis, ut ita ſcribatur, poſtulat. Nam cum Latini volunt ſignificare, verbi gratia, *putare aliquid eſſe rectum*, ita fere loquuntur, *haud ſcio an hoc rectum ſit.* contra cum ſignificare volunt, verbi cauſa, *nihil eſſe virtute melius*, hoc modo: *haud ſcio an nihil ſit virtute melius.* nam, *haud ſcio*, ponit, & affirmat dubitando, ut hoc loco, *haud ſcio an nihil ſit amicitia melius, excepta ſapientia.* i. excepta ſapientia exiſtimo nihil eſſe amicitia melius. *Lambin.* Peſſime.

Et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

caduca & incerta, poſita non tam in noſtris conſiliis, quam in fortunae temeritate. Qui autem in virtute ſummum bonum ponunt, praeclare illi quidem: ſed haec ipſa virtus amicitiam & gignit & continet: nec ſine virtute amicitia eſſe ullo pacto poteſt. Iam virtutem ex conſuetudine vitae ſermoniſque noſtri interpretemur: nec eam, ut quidam docti, verborum magnificentia metiamur: viroſque bonos eos, qui habentur, numeremus, Paullos, Catones, Gallos, Scipiones, Philos. his communis vita contenta eſt. eos autem omittamus, qui omnino nuſquam reperiuntur. Tales igitur inter viros amicitia tantas opportunitates habet, quantas vix queo dicere. Principio, cui poteſt eſſe vita vitalis, ut ait Ennius, qui non in amici

Et MSS. & ratio, & recte loquenium conſuetudo Lambino adverſatur.

Virtus amicitiam gignit & continet] nde patet Ciceronem cum iis ſenſiſſe ui ſtatuebant amicitiam non eſſe virutem, ſed ex virtute provenire. Quod x inferius oſtendit: *Vos autem hortor, t ita virtutem locetis, ſine qua amiciia eſſe non poteſt, ut ea excepta, nihil micitia præſtabilius eſſe putetis.* Seneca ero virtutem eſſe cenſet, cum in epiola 9 ait: *Sapiens etiamſi contentus eſt , tamen habere amicum vult: ſi ob niil aliud, ut exerceat amicitiam, ne tam agna virtus jaceat.* Ariſtoteles dubiat, nec definit VIII Eth. I. Ἔςι γὰρ φιλία) ἀρετή τις, ἢ μετ᾽ ἀρετῆς. *Eſt utem* (amicitia) *virtus quædam aut cura irtute.* Nec Aſpaſius decidit hanc uæſtionem. Andronicus Rhodius, ve quicunque eſt antiquus illius paaphraſeos, quam Daniel Heinſius eidit, auctor virtutem eſſe contendit. ed rectius Cicero, cenſet virtute paari, virtute contineri amicitiam, non pſam virtutem eſſe. Sed ſit hoc in meio, ſi quis aliter ſentiat.

Vt quidam docti] Sic Pall. omnes liique MSS. intelligit autem Stoicos. nale vulgo *indocti.*

Qui poteſt eſſe vita] Vet. tres libri: *quæ.* C. Lang. *Principio quæ poteſt eſſe vita vitalis, &c.*] Sic habent aliquot e noſtris libris veteribus & recte. Licet tamen etiam legere, ut habent alii nonnulli, *qui poteſt eſſe vita vitalis, ut ait Ennius, quæ non &c.* Omnino alterutro modo, ſi libris veteribus ducibus in re aperta uti volumus, legendum eſt. nam omnes habent, *quæ, non in amici, &c.* nulli, *qui non in amici &c.* ex quo apparet, neque legi poſſe, *quis poteſt*, ut habent vulgati: neque ſi legamus, *qui poteſt*, accipiendum eſſe *qui*, pro, *quis*, ut putavit Langius. *Lambin.* *Principio quæ poteſt eſſe vita vitalis*] *Cui poteſt eſſe* habet liber manuſcriptus. in III de Officiis *utilis* legitur pro *vitalis.* F. Vrſin. Sic etiam Victorii editio: *cui poteſt*, ut & Pithæan. MS. quod omnino probo. Hæc vero ſola verba, *cui poteſt eſſe vita vitalis*, ſunt Ennii, non quæ ſequuntur, ut editores exiſtimant, *qui non in amici mutua benevolentia conquieſcat.* Hæc ſunt ipſius Ciceronis. Ariſtot. VIII Eth. I. ἀναγκαιότατον εἰς τὸν βίον· (ἡ φιλία) ἄνευ γὰρ φίλων οὐδεὶς ἂν ἕλοιτο ζῆν, ἔχων τὰ λοιπὰ ἀγαθὰ πάντα. *Maxime neceſſaria ad vi-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

amici mutua benevolentia conquieſcat? Quid dulcius, quam habere, quicum omnia audeas ſic loqui, ut tecum? Quis eſſet tantus fructus in proſperis rebus, niſi haberes, qui illis aeque, ac tu ipſe, gauderet? adverſas vero ferre difficile eſſet ſine eo, qui illas gravius etiam, quam tu, ferret. denique ceterae res, quae expetuntur, oportunae ſunt ſingulae rebus fere ſingulis: divitiae, ut utare, opes, ut colare, honores, ut laudere, voluptates, ut gaudeas, valetudo, ut dolore careas, & muneribus fungare corporis. Amicitia res plurimas continet: quoquo te verteris, praeſto eſt: nullo loco excluditur: numquam intempeſtiva, numquam moleſta eſt. Itaque non aqua, non igni, ut ajunt, pluribus locis utimur, quam amicitia, neque ego nunc de vulgari, aut de mediocri (quae tamen ipſa & delectat, & prodeſt) ſed de vera, & perfecta loquor, qualis eorum, qui pauci nominantur, fuit. nam & ſecundas res ſplendidiores facit amicitia, & adverſas partiens communicanſque leviores.
7 Cumque plurimas & maximas commoditates amicitia contineat, tum illa nimirum praeſtat omnibus,

quod

vitam eſt amicitia. Nam ſine amicis nemo velit vivere, quamvis habeat reliqua bona omnia. Itaque Democrates vere dixit: ζῆν οὐκ ἄξιος, ὅτῳ μηδείς ἐστι χρηστὸς φίλος. *Indignus eſt qui vivat, cui deeſt amicus bonus.* Grævius.

Quid dulcius quam habere, qui cum omnia audeas ſic loqui, ut tecum?] Egregie Seneca de tranquillitate animi c. 7: *Nihil æque oblectaverit animum, quam amicitia fidelis & dulcis. Quantum bonum eſt, ubi ſunt præparata pectora, in quæ tuto ſecretum omne deſcendat, quorum conſcientiam minus, quam tuam timeas, quorum ſermo ſollicitudinem leniat, ſententia conſilium expediat, hilaritas triſtitiam diſſipet, conſpectus ipſe delectet.* Roger.

Quis eſſet tantus fructus in proſperis rebus, niſi haberes &c.] Ariſtot. IX. Eth. 11. οἱ εὐτυχοῦντες δέονται συμβίων, καὶ οὓς εὖ ποιήσουσι. βούλονται γὰρ εὖ δρᾶν. *Qui proſpera fortuna utuntur indigent quibus cum vivant, & quos beneficio afficiant. Volunt enim benefacere.* Et ibidem inferius: ἡ ἐν ταῖς εὐτυχίαις τῶν φίλων παρουσία, τήν τε διαγωγὴν ἡδεῖαν ἔχει, καὶ τὴν ἔννοιαν ὅτι ἥδονται ἐπὶ τοῖς αὐτοῦ ἀγαθοῖς. *In rebus proſperis amicorum præſentia conſuetudinem jucundam habet, & jucunda hac cogitatione perſundit, gaudere illos noſtris bonis.* vide & cap. 2. illius libri.

Adverſas vero ferre difficile eſſet ſine eo] Vide Ariſtotelem loco laudato.

Non aqua, non igni, ut ajunt, pluribus locis utimur] Hactenus legebatur; *Non aqua, non igni, non aëre.* Sed duæ

extre-

quod bonam ſpem praelucet in poſterum: nec debilitari animos, aut cadere patitur. Verum etiam amicum qui intuetur, tamquam exemplar aliquod intuetur ſui. quocirca & abſentes adſunt, & egentes abundant, & imbecilles valent, &, quod difficilius dictu eſt, mortui vivunt: tantus eos honos, memoria, deſiderium proſequitur amicorum. ex quo illorum beata mors videtur: horum vita laudabilis. quod ſi exemeris ex natura rerum benivolentiae junctionem; nec domus ulla, nec urbs ſtare poterit: ne agri quidem

extremæ dictiones ab imperito adjectæ fuere. Nec in vet. libris habentur, & ſunt contra formulam proverbii: *Ignis* ſuperiora, *aqua* inferiora elementa complectitur. unde quidam, duo duntaxat conſtituerunt principia rerum. *C. Lang.*

Quod bona prælucet] Omnes vet. libri habent, *bonam ſpem prælucet*. Idem.

Bonam ſpem prælucet] Sic etiam noſtri libri habent. Omnino mirabiliter, & pereleganter dictum, pro eo, quod eſt, ſpem oſtendit, tanquam lucem quandam præferens. tranſlatum ab iis, qui lucem alicui præferunt, &, ut loquitur Lucretius, lumen præpandunt: ſic ille lib. 1 *Clara tuæ poſſim præpandere lumina menti.* Lambin.

Verum etiam amicum] Ita eſt in manuſcripto. *F. Vrſin.*

Tanquam exemplar aliquod intuetur ſui] Ὅτι ὁ φίλος ἄλλος αὐτός. quia amicus eſt alter ipſe. *Betulejus.*

Abſentes adſunt] Hinc illud *in oculis ferre.* Hoc nomine Iſocrates veros amicos a fictis diſtare teſtatur. Οἱ μὲν τοὺς φίλους παρόντας μόνον τιμῶσιν, οἱ δὲ μακρὰν ἀπόντας ἀγαπῶσι. *Hi quidem præſentes tantum diligunt, illi vero longe remotos etiam amant.* Betulejus.

Egentes abundant] Amicorum enim omnia communia. *Idem.*

Imbecilles valent] Ovid. lib. 1 ex Ponto ad Ruffinum:

Vtque Machaoniis Pæantius artibus heros
Lenito medicam vulnere ſenſit opem.
Sic ego mente jacens, & acerbo ſaucius ictu,
Admonitu cœpi fortior eſſe tuo.
En jam deficiens ſic ad tua verba revixi,
Vt ſolet inſuſo vena redire mero.

Idem.

Mortui vivunt] Ita Scipio Lælio mortuus vivit. *Idem.*

Benevolentiæ conjunctionem] Vet. lib. *benevolentiæ vinctionem.* quo verbo & Varro in IV de lingua Lat. uſus eſt. *C. Lang.* Facile crediderim in nonnullis codicibus eſſe vinctionem, ſed ſic Ciceronem ſcripſiſſe non credo. Nam in antiquis libris *junctio*, & *vinctio* eodem modo ſcribebantur, ut ſæpe alterum in alterius locum migrarit, quod multis exemplis docuit ad Ovidium ſuum Nicolaus Heinſius Vir & amicus noſter, cum in vivis eſſet ſummus. Vſus eſt hoc quoque vocabulo Tullius in prima Tuſculana: *Eſt enim interjectus quidam quaſi diſceſſus & ſecretio, ac diremptus earum partium, quæ ante interitum junctione aliqua tenebantur. Iunctio* ſane Pithæanus quoque liber in hoc Lælii loco præ ſe fert. Sic cap. ſequ. *amor ex quo amicitia nominata princeps eſt ad benevolentiam conjungendam.* Grævius.

Nec domus ulla, nec urbs ſtare poterit] Idem Servator dicit Matth. XII, 25. Sic Ariſtoteles ait VIII Eth. 1. civitates amicitia contineri, inde legiſlatores magis ſtudere ut amicitia colatur, quam juſtitia: Concordiam enim

dem cultus permanebit. id ſi minus intelligitur, quanta vis amicitiae concordiaeque ſit, ex diſſenſionibus atque diſcordiis percipi poteſt. Quae enim domus tam ſtabilis, quae tam firma civitas eſt, quae non odiis atque diſſidiis funditus poſſit everti? ex quo quantum boni ſit in amicitia judicari poteſt. Agrigentinum quidem, doctum quendam virum, carminibus Graecis vaticinatum ferunt: quae in rerum natura totoque mundo conſtarent, quaeque moverentur, ea contrahere amicitiam, diſſipare diſcordiam. atque hoc quidem omnes mortales & intelligunt & re probant. Itaque, ſi quando aliquod officium exſtitit amici in periculis aut adeundis, aut communicandis, quis eſt, qui id non maximis efferat laudibus? qui clamores tota cavea nuper in hoſpitis & amici mei, M. Pacuvii nova fabula: cum, ignorante rege, uter eorum eſſet Oreſtes, Pylades Oreſtem ſe eſſe diceret, ut pro illo necaretur: Oreſtes autem, ita ut erat, Oreſtem ſe eſſe perſeveraret? ſtantes plaudebant in re ficta: quid arbitramur in vera fuiſſe facturos? facile indicabat ipſa natura vim ſuam: cum homines, quod facere ipſi non poſſent, id recte fieri in

nim ſimile quid amicitiæ videri. *Roger.*

Quæ in rerum natura totoque mundo conſtaret] Hæc, ipſis verbis Empedoclis allatis, explicat Sextus Empiricus adverſus Mathematicos lib. VIII: Σὺν τοῖς τέσσαρσι στοιχείοις τὸ νεῖκος καὶ τὴν φιλίαν καταριθμεῖται (Ἐμπεδοκλῆς) τὴν μὲν φιλίαν, ὡς συναγωγὸν αἰτίαν, τὸ δὲ νεῖκος, ὡς διαλυτικήν,

Πῦρ (γὰρ φησὶ) καὶ ὕδωρ καὶ γαῖα καὶ ἠέρος ὕψος,
Νεῖκός τ' οὐλόμενον δίχα τῶν ἀτάλαντον ἁπάντῃ,
Καὶ φιλότης μετὰ τοῖσιν ἴσον μῆκός τε πλάτος τε.

Quatuor elementis annumerat contentionem & amicitiam Empedocles. Amicitiam quidem ut cauſſam contrahentem; contentionem autem ut diſſolventem. Dicit enim:

Ignis, aqua & tellus, clementiaque aëris alti,
Pernitioſa abſque iis, & quæ contentio par eſt
Vndique, amicitia ex æquo lata atque procera.

Diſſipare diſcordiam] *Diſſupare* ſcribendum eſt, cum ex antiq. libris, tum ex Sex. Pompejo, in verbo *ſuparo*. De hac autem Empedoclis ſententia prolixiſſime Simplicius in primum lib. de Phyſica auditione. Attigit etiam obiter auctor Nicomachicorum lib. VIII. ἐκ τῶν διαφερόντων, φησὶ καλλίστην ἁρμονίαν καὶ πάντα κατ' ἔριν γίνεσθαι.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

in altero judicarent. Hactenus mihi videor, de amicitia quid ſentirem, potuiſſe dicere. ſiqua praeterea ſunt (credo autem eſſe multa) ab iis, ſi videbitur, qui iſta diſputant, quaeritote. Fann. Nos autem a te potius: quamquam etiam ab iſtis ſaepe quaeſivi, & audivi, non invitus equidem: ſed aliud quoddam expetimus filum orationis tuae. Scaev. Tum magis id diceres, Fanni, ſi nuper in hortis Scipionis, cum eſt de Republica diſputatum, affuiſſes, qualis tum patronus juſtitiae fuit contra accuratam orationem Phili! Fann. Facile id quidem fuit, juſtitiam juſtiſſimo viro defendere. Scaev. Quid amicitiam? nonne facile ei, qui ob eam ſumma fide, conſtantia, juſtitiaque ſervatam, maximam gloriam ceperit? Lael.
Vim hoc quidem eſt afferre. quid enim refert, qua 8
me rogatione cogatis? cogitis certe. ſtudiis enim generorum, praeſertim in re bona, cum difficile eſt, tum ne aequum quidem, obſiſtere. Saepiſſime igitur mihi de amicitia cogitanti, maxime illud conſideran-

νεῶς. Poſt aliqua, vetuſtiſſ. liber habet, *maxumis præferat laudibus.* non male, ut puto, pro *efferat.* C. Langius.

Potiſſime dixiſſe] Pro, *potiſſime dixiſſe*, in omnibus antiq. libris reperio, *potuiſſe dicere.* contra in libris de Inventione, pro *potuiſſe dicere*, *potiſſime dicere.* Idem. *Potuiſſe dicere*] Etiam in codice Memmiano notata eſt hæc librorum antiquorum ſcriptura, *potuiſſe dicere*: quam non prætermiſit Langius: & ita habent ceteri codices veteres, quibus uſi ſumus, Pithæi, Danielis, Cujatianus quos nunc ſequor. nam, *potiſſime dixiſſe*, quod eſt in vulgatis, perſpicue mendoſum eſt. *Lambin.* Cum & ſic omnes Pall. habeant & Guilielmi, cur ei præferamus vulgatam contra membranas omnes. Quæ dixi de amicitia, inquit Lælius potui dicere ſine ullius reprehenſione, tanquam ſenator Romanus. Argute & ſubtiliter de his diſputare Græcorum eſt, qui ſcholas habent, ad quos ſuos ablegat amicos. *Grævius.*

Aliud quoddam filum orationis tuæ] Verbum, *expetimus*, quod eſt in vulgatis ante vocem, *filum*, abeſt fere ab omnibus libris manuſcriptis. itaque legendum videtur: *ſed aliud quoddam eſt filum* &c. Et ita fere edidit Langius. Codex Huraltinus tamen & Pithæanus, habent: *ſed aliud quoddam filum orationis tuæ exſpectamus*: quam rectam ſcripturam eſſe arbitror: & ita edi juſſeram: quamquam exiſtimant docti quidam hoc eſſe ex annotatione natum: & venuſtius verbum ſubintelligi, quam ſcribi. *Lambin.* Sed cum Aldus in ſeptem invenerit *expetimus*, in novem *expectamus*, quod & in Pithæano habetur, non eſt a vulgatis recedendum, cum tale quid ſententia deſideret, nec ſine ejus detrimento poſſit hic omitti. *Grav.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

derandum videri ſolet, num propter imbecillitatem atque inopiam deſiderata ſit amicitia: ut dandis recipiundiſque meritis, quod quiſque minus per ſe ipſe poſſet, id acciperet ab alio, viciſſimque redderet: an eſſet hoc quidem proprium amicitiae; ſed antiquior & pulchrior, & magis a natura ipſa profecta alia cauſa. amor enim (ex quo amicitia nominata,) princeps eſt ad benivolentiam conjungendam. nam utilitates quidem etiam ab iis percipiuntur ſaepe, qui ſimulatione amicitiae coluntur, & obſervantur cauſa tem-

Num propter imbecillitatem atque inopiam] Hoc eſt num propter utilitatem & indigentiam amicitia ſit orta. Quæ Platonis videtur eſſe ſententia in Lyſide, qui ait amicitiam eſſe appetitionem ejus, quod proprium & cognatum eſt, excitatam & commotam ex indigentia. Quin in convivio ex perſona Socratis addit πενίαν, hoc eſt, inopiam & indigentiam eſſe matrem amoris. Sed in eodem Lyſide ad conficiendam amicitiam, ait, deſiderari tam inopiam, quam copiam. Nimirum indigentia ſpectat potiſſimum finem, hoc eſt, illam honeſtæ vitæ conjunctionem, qua caremus, & quia caremus, expetimus, eamque ubi ſumus aſſecuti, conſervare cupimus. Hujus finis maxime indigentes & cupidos nos eſſe Ariſtoteles docet VIII ad Nicomach. 5. Nihil tam proprium amicorum eſt, quam vitæ ſocietas & communio: præſidia namque & adjumenta deſiderant inopes, vitæ ſocietatem ipſi quoque beati, quia ſolos eos eſſe minime convenit. Copia vero eſt quoque amicitiæ mater: quia rebus, quibus abundamus in amicos effundere, & cum iis impertiri expetimus: ut noſtra bona tum animi, tum corporis amico tradere cupiamus, nec aliud ex amicitia velimus, quam amici bonum, utilitatis noſtræ ratione non habita. Et quia hæc alienæ cura utilitatis, contemptus propriæ in ſolo viro probo cernitur, fit, ut qui probus non ſit, verus quoque amicus eſſe non poſſit. Cicero tamen non adverſatur Platoni, ſed iis, qui ex ſola indigentia & imbecillitate profluere amicitiam, hoc eſt propter ſolam utilitatem conſtitui arbitrantur, quod tribuunt Epicuro. Hanc ſententiam in ſequentibus rejicit. Nec tamen irridendus Cicero, ut Franciſcus Piccolomineus fecit, quod ab ortu amicitiæ removerit indigentiam, eamque voluerit ortam eſſe ex ſignificatione probitatis, quam in amico eſſe animadvertimus, quaſi patrem dederit, abſque matre, monſtroſoque partu amicitiam in lucem protraxerit. Sed Ciceroni fit injuria. Ille negat primo quidem ab indigentia non oriri, ſed ab inductione naturæ ac cognitione probitatis, quam in amico diligimus. id oſtendit, cum probat, amorem & amicitiam eſſe gratuitam. Nec tamen negat hanc indigentiam, a qua Plato ortam eſſe amicitiam dicit, aliquid ad eam contrahendam conferre, unde ſtatim ſequitur: *Antiquior & pulchrior, & magis a natura ipſa profecta alia cauſſa.* Primariam cauſſam dicit naturam eſſe, & probitatis opinionem, alias non plane rejicit. Tarquin. Gallutius.

Et magis a natura ipſa profecta] Quidam libri veteres habent: *a natura ipſa perfecta.* Ego ſive, *perfecta*, ſive, *profecta*, quis malit, delendum puto. *profecta* tamen, retineo. *Lambin.*

Amor enim ex quo amicitia nata] Vide Ciceronem II de finibus cap. 24, ubi

temporis. In amicitia autem nihil fictum, nihil ſimulatum; &, quidquid in ea eſt, id eſt verum & voluntarium. Quapropter a natura mihi videtur potius, quam ab indigentia orta amicitia, & applicatione magis animi cum quodam ſenſu amandi, quam cogitatione, quantum illa res utilitatis eſſet habitura. Quod quidem quale ſit, etiam in beſtiis quibuſdam animadverti poteſt: quae ex ſe natos ita amant ad quoddam tempus, & ab eis ita amantur, ut facile earum ſenſus appareat. quod in homine multo eſt evidentius. Primum ex ea caritate, quae eſt inter natos & parentes: quae dirimi niſi deteſtabili ſcelere non poteſt. Deinde, cum ſimilis ſenſus exſtitit amoris, ſi aliquem nacti ſumus, cujus cum moribus & natura congruamus, quod in eo quaſi lumen aliquod probitatis & virtutis perſpicere videamur. nihil eſt enim amabilius virtute: nihil, quod magis alliciat ad diligendum: quippe cum propter virtutem & probitatem eos etiam quos nunquam vidimus quodam modo diligamus. Quis

ubi copioſius hæc diſputat, ut & 1 de natura deorum cap. ultimo.

Quæ ex ſe natos ita amant] Ariſtot. VIII ad Nicom. 1. φύσει τ' ἐνυπάρχειν ἔοικε πρὸς τὸ γεγεννημένον τῷ γεννήσαντι, καὶ οὐ μόνον ἐν ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ ἐν ὀρνέοις, καὶ ἐν τοῖς πλείστοις τῶν ζώων, καὶ τοῖς ὁμοεθνέσι πρὸς ἄλληλα. *Natura videtur ineſſe gignenti amicitia erga genitum: ac non ſolum in hominibus, verum etiam in avibus, & pluribus animantium & iis, quæ ſunt ejuſdem generis inter ſe.* vid. Cic. 1 de off. 4.

Ad quoddam tempus] Vide Plutarchi librum de amore parentum erga liberos.

Ex ea caritate quæ eſt inter natos & parentes] Ariſt. d. l. οἱ γονεῖς μὲν γὰρ στέργουσι τὰ τέκνα ὡς ἑαυτὸν τι ὄντα, τὰ δὲ τέκνα τοὺς γονεῖς ὡς ἀπ' ἐκείνων τι ὄντα. *Parentes amant liberos tanquam aliquid quod a ſe ortum eſt, liberi vero parentes tanquam quid a quibus orti ſunt.* S. Betul.

Quæ dirimi niſi deteſtabili ſcelere] Perduellionis, majeſtatis; ut Sp. Caſſius pater filium regni affectatorem accuſavit, Brutus filios, proditores patriæ, hoſtes judicavit. Oreſtes matrem occidit ob id quod ipſa occiderat patrem. Sic Hippolytus a Phædra apud Theſeum patrem, falſo inceſtus delatus, in graviſſimum patris odium venit. Sic Cluentii in matrem odium. vide orat. pro Cluentio. *Idem.*

Nihil eſt enim amabilius virtute] Vide Cic. II de offic. 10.

Quos nunquam vidimus, quodammodo diligimus] Negat Ariſtoteles hoc eſſe amicitiam, niſi tacitam, quæ a nobis ſolum proficiſcatur. Eſſe autem benevolentiam, quæ cito naſcatur, principiumque eſſe amicitiæ. Hoc ipſum quoque ſenſit Cicero. Hinc dicit quodammodo diligimus.

Cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Quis eſt, qui C. Fabricii, M' Curii non cum caritate aliqua benevola memoriam uſurpet, quos nunquam viderit? quis autem eſt, qui Tarquinium Superbum, qui Sp. Caſſium, Sp. Maelium non oderit? Cum duobus ducibus de imperio in Italia decertatum, Pyrrho, & Hannibale. ab altero, propter probitatem ejus non nimis alienos animos habemus: alterum propter crudelitatem ſemper haec civitas oderit.

9 Quod ſi tanta vis probitatis eſt, ut eam vel in eis, quos numquam vidimus, vel, quod majus eſt, in hoſte etiam diligamus: quid mirum, ſi animi hominum moveantur, cum eorum, quibuſcum uſu conjuncti eſſe poſſunt, virtutem & bonitatem perſpicere videantur? Quamquam confirmatur amor & beneficio accepto, & ſtudio perſpecto, & conſuetudine adjuncta: quibus rebus ad illum primum motum animi & amoris adhibitis, admirabilis quaedam exardeſcit benivolentiae magnitudo: quam ſi qui putant ab imbecillitate proficiſci, ut ſit, per quem quiſque aſſequatur, quod deſideret, humilem ſane relinquunt, & minime generoſum, ut ita dicam, ortum amicitiae, quam ex inopia atque indigentia natam volunt. quod ſi ita eſſet; ut quiſque minimum in ſe eſſe arbitraretur, ita ad amicitiam eſſet aptiſſimus. quod longe ſecus eſt. ut enim quiſque ſibi plurimum confidit, & ut quiſque maxime virtute & ſapientia ſic munitus eſt, ut nullo egeat, ſuaque omnia in ſe ipſe poſita judicet, ita in amicitiis expetendis colendiſque maxi-

Cum caritate aliqua benevola] Sic diſpoſuerunt voces, omnes MSS. noſtri. legebat præterea cum duobus ſuis MSS. Guilielmius, *cum caritate benevola.* tertius, qui Metelli fuit, *caritate aliqua benevolentiæ.* & ſic quidem loquitur paullo poſt; *natura gigni ſenſum diligendi, & benevolentiæ caritatem.* ſed nihil loco movi, quod non diſſentirent Pall. niſi quatenus ſec. tolleret copulam *&* primus vero præferret *benevolentiaque*; quo ipſo tamen apparet non conveniſſe primi quaſi commatis exemplaria. *Gruter.* Pithæan. quoque: *cum charitate aliqua benivola*, & Langii, qui id in ſuis optimis codicibus reperit, editio, quam merito ſequor. *Grav.*

maxime excellit. Quid enim Africanus indigens mei? Minime hercle: ac ne ego quidem illius: ſed ego admiratione quadam virtutis ejus: ille viciſſim opinione fortaſſe nonnulla, quam de meis moribus habebat, me dilexit: auxit benivolentiam conſuetudo. Sed quamquam utilitates multae & magnae conſecutae ſunt, non ſunt tamen ab earum ſpe cauſae diligendi profectae. Vt enim benefici liberaleſque ſumus, non ut exigamus gratiam (neque enim beneficium faeneramur) ſed natura propenſi ad liberalitatem ſumus: ſic amicitiam non ſpe mercedis adducti, ſed quod omnis ejus fructus in ipſo amore ineſt, expetendam putamus. Ab iis, qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt, longe diſſentiunt; nec mirum. nihil enim altum, nihil magnificum ac divinum ſuſpicere poſſunt, qui ſuas omnes cogitationes abjecerunt in rem tam humilem, tamque contemtam. quamobrem hos quidem ab hoc ſermone removeamus: ipſi autem intelligamus, natura gigni ſenſum diligendi, & benivolentiae caritatem, facta ſignificatione probitatis: quam qui appetiverunt, applicant ſeſe & propius admovent, ut & uſu ejus, quem diligere coeperunt, fruantur, & moribus; ſintque pares in amore & aequales, propenſioreſque ad bene merendum, quam ad repoſcendum. At-

Ab iis qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt] Vide de amicitia quæ voluptatis ac delectationis cauſſa colitur, Ariſtot. lib. VIII ad Nicom. 3.

Longe diſſentiunt] Sic Guilielmius emendabat e duobus MSS. neque aliter S. Victoris liber. illis, inquit auctor, quæ de origine amicitiæ diſſerui, longe diſſentiunt Epicurei. ii enim utilitatis cauſa amicitias colendas aſſeverant. In quarto Palatino eſt *diſſentientes*, quod & in ſexto; habuerimque pro genuino, tali interpunctione: *putamus*; *ab iis* &c. *diſſentientes*. Gruter.

Sintque pares in amore & æquales] Nam omnis amicitia in æqualitate ſita eſt, etiam falſa, quæ aut voluptatis, aut utilitatis cauſſa ducitur aliquamdiu. vide Ariſtot. VIII ad Nicom. 6.

Propenſioreſque ad bene merendum] *Promerendum* eſt in libro Pomponii Læti, quod magis placet. *F. Vrſin.* *Ad bene merendum*] *Ad promerendum* fuiſſe

Atque haec inter eos ſit honeſta certatio. ſic & utilitates ex amicitia maximae capientur: & erit ejus ortus a natura, quam ab imbecillitate, & gravior, & verior. nam ſi utilitas amicitias conglutinaret, eadem commutata diſſolveret. ſed quia natura mutari non poteſt, idcirco verae amicitiae ſempiternae ſunt. Ortum quidem amicitiae videtis, niſi quid ad haec forte vultis. Fann. Tu vero perge, Laeli. pro hoc enim, qui minor eſt natu, meo jure reſpondeo. Scaev. Recte tu quidem. quamobrem audiamus.

10 Lael. Audite ergo, optimi viri, ea quae ſaepiſſime inter me, & Scipionem de amicitia diſſerebantur. quamquam ille quidem nihil difficilius eſſe dicebat, quam amicitiam uſque ad extremum vitae permanere. nam, vel ut non idem expediret utrique incidere ſaepe: vel ut de rep. non idem ſentirent: mutari etiam mores hominum ſaepe dicebat, alias adverſis rebus,

ſe in ſcripto Pomponii Læti prodidit Fulvius Vrſinus, placuitque Guilielmio. & vero *ad bene promerendum* ſcriptum in tribus Aldi Nepotis: Sed cum cetera exemplaria faveant vulgato, cur eis temere moveamus controverſiam ſtatus? *Gruter.*

Fann. Tu vero perge] Tranſpoſui perſonas volente ipſo Cicerone in Bruto, ubi ait Scævolam minorem natu Fannio; & faventibus Pall. duobus, quibus tantum perſonæ interponebantur. & ſic etiam faciendum ex binis MSS. ſuis, dudum monuit Rogerius, ſecutuſque ſolummodo Aldus Nepos. vulgati alii, heic collocant *Scævolam*; infraque *Fannium.* Idem. Quod firmat Pithæanus, & olim monuit Petrus Balduinus.

Ad extremum vitæ diem] In Pithæano & aliis MSS. recte omittitur *diem.* In aliis *tempus* pro *diem* legitur, quod indicio eſt pannum eſſe interpretis male adſutum. *Grævius.*

Vt non idem expediret utrique] Vox poſtrema non viſitur in editione Victoriana, non magis quam in Paſ. ſec. tert. quart. (nec in Langii editione) ſed quia receptam tuentur tot alii libri; neque quid aut Aldus aut Guilielmius annotaverunt de varietate ſuorum, nihil volui mutare (extat etiam in Pithæano) quemadmodum neque in proxime ſequ. *non idem ſentirent*; quamvis Pall. o. item tres Guilielmiani, nec non Rogeriani, *non idem ſentiretur*, quod item in editis a Victorio. *Gruter.*

Alias adverſis] Plerique libri veteres habent, *alios adverſ. r. alios*, &c. Ego vulgatam lectionem retineo. Quod ſi quid ſit mutandum, malim legi, *aliorum adverſ. reb. aliorum*, &c. *Lambin.* *Alios* præfert quoque Pithæan. poteſt ferri & explicari, *alios* ſc. mores eſſe *adverſis rebus*, *alios ætate ingraveſcente.* Grævius. Sic Tiberius Gracchus propter adverſas res in fœdere Numantino, in quo Quæſtor fuerat, trib. pl. factus, mutatus eſt, ita ut legem agrariam propter invidiam ferret, teſte Cicerone in Bruto. Et de aliis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

bus, alias aetate ingraveſcente. atque earum rerum exemplum ex ſimilitudine capiebat ineuntis aetatis, quod ſummi puerorum amores ſaepe una cum praetexta ponerentur. ſin autem ad adoleſcentiam perduxiſſent; dirimi tamen interdum contentione vel uxoriae con-

aliis etiam in oratione de aruſpicum reſponſis. *Rogerius.*

Alias ætate] Qua moroſi plerunque ſenes efficiuntur. Ii autem ad amicitiam non ſunt apti, niſi ad utilem, ut Ariſtot. ait VIII ad Nicomach. *Idem.*

Vna cum prætexta ponerentur] *Toga prætexta*, ad differentiam virilis & pu-tæ; quæ ſumebatur anno XVII. æta-is. Nam inepte prius legebatur *toga atque prætexta*. C. Lang. *Vna cum præ-exta ponerentur*] Ita ſcripſi cum Guielmio, fide membranarum Metelli, cui adſtruebant auctoritatem & Pal. ec. & Mauricianus, in quibus, *una um prætexta vel toga pon.* vulgati ha-tenus, *prætexta & toga deponerentur*; uod ferri non poteſt, niſi explicetur c ſi ſcriptum eſſet, *toga prætexta*, uomodo exſtat in Victoriana. ſed erte *prætexta* hic ſolummodo requi-itur. *Gruter.* Puerorum amores ad enectutem durant, ſi religioſa qua-am, ut inquit Fabius, neceſſitudine mbuantur. neque enim ſanctius quic-uam eſt, quam iiſdem ſtudiis initia-. Sed tamen ſæpe mutatur in pueris. ſi enim cito fiunt amici, & valde a-nant: ſed ut quæ cito fiunt, cito ereunt: ſic horum amicitia, quæ eſt b voluptatem, cito diſſolvitur. Vi-unt enim, teſte Ariſtot. ſequentes lum id quod jucundum eſt. ſolum accommodantes ad id quod præſens t. At cum mutatur ætas, alia fiunt ſis jucunda, cum ea, quibus antea ficiebantur, mutantur. Quare mu-ntur & ipſi. *Rogerius.*

Sin autem ad adoleſcentiam perduxiſ-nt] *Perveniſſent* vetus liber. *F. Vrſinus.*

Contentione luxuriæ, conditionis] Qui-m libri, *contentione vel luxurioſæ nditionis*, alii *contentione* luxuria con-tionis, alii *luxuriæ vel commodi ali-jus* omiſſo verbo *conditionis*. Sed ego illud in omnibus libris offendi. *Luxuria* autem eſt morum ſolutio. Feſtus. C. Lang. *Contentione vel uxoriæ conditionis*, &c.] Cum in codicibus veteribus fere omnibus ſcriptum reperiſſem, *vel luxuriæ conditionis*, pro quo vulgati habent, *vel luxuriæ*, *vel*, *conditionis*, *vel*, &c. ego conjectura ductus, *vel uxoriæ conditionis*, repoſui. Conditio autem uxoria eſt, in qua res uxoria agitur, ſeu res, quæ ad uxorem ducendam pertinet. & contentio rei uxoriæ eſt, cum duo eandem uxorem poſcunt. & in repudiis, hæc erat uſitata verborum formula, *tua conditione non utar.* Fuit autem facile librario imperito ex, *vel uxoriæ*, facere, *vel luxuriæ*, cum litteram *l*, bis ſcripſiſſet, & poſtea ex, *luxuriæ*, factum eſſet a ſciolis, *vel luxuria.* Omnino *luxuriæ* nomen ad hunc locum ineptum eſt, & inepti ſunt qui lectionem vulg. tuentur, ne dicam pingues, & hebetes. *Lamb.* Hujus loci pulcherrima emendatio debetur Turnebo, qui Adverſar. XIII, 5. ſic de illa diſputat. Hæc *contentione luxuria* candorem non referunt, nec nitorem eruditi illius ſeculi. Nam hic luxuriæ nomen ſignificationem quandam oſtendere videtur illi ætati ignotam. memini aliquando me in exemplari *vel luxuriæ* legiſſe, ut putem, in quo vitio frequentiſſimi ſunt libri antiqui, literam disjunctionis ultimam repetitam adhæſiſſe initio vocis ſequentis, qua detracta commodiſſime & elegantiſſime legetur: *contentione vel uxoriæ conditionis*, *vel commodi alicujus.* Diſtrahuntur enim amicitiæ adoleſcentium interdum, cum eandem vel virginem, vel mulierem uxorem proci petunt. *Conditionem* autem in nuptialibus & meretriciis amorum fœderibus poni, tam eſt omnibus notum, quam ſolem lucere. Hæc vir ille

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

conditionis, vel commodi alicujus, quod idem adipiſci uterque non poſſet. quod ſi qui longius in amicitia provecti eſſent, tamen ſaepe labefactari, ſi in honoris contentionem incidiſſent: peſtem enim majorem eſſe nullam in amicitiis, quam in pleriſque pecuniae cupiditatem; in optimis quibuſque honoris certamen & gloriae: ex quo inimicitias maximas ſaepe inter amiciſſimos exſtitiſſe. magna enim diſſidia, & plerumque juſta naſci, cum aliquid ab amicis, quod rectum non eſſet,

magnus veriſſime. Fuerunt autem hi libri Adverſariorum ante Lambini annotationes in Tullium editi.

Vel commodi alicujus] Vt poſtea inter Cæpionem & Druſum trib. pl. ex annulo in auctione inimicitiæ cœpere. *Roger.*

Si in honoris contentionem incidiſſent] Vt olim factum ſæpe inter æquales magiſtratuum competitores, ut inter Scaurum & Rutilium, dum peterent conſulatum; inter Pompejum & Sulpitium antea conjunctiſſimos. *Roger.* Adde Pompejum & Cæſarem.

Pecuniæ cupiditatem] Salluſt. Catilin. 10: *Avaritia fidem, probitatem, ceteraſque artes bonas ſubvertit; pro his ſuperbiam, crudelitatem, Deos negligere, omnia venalia habere edocuit.* Itaque Themiſtius in oratione de amicitia inter γνωρίσματα, ex quibus cognoſci poteſt ingenium hominis non eſſe aptum ad amicitiam colendam ponit avaritiam: Ἐναντιώτατος γὰρ τοῦ σμικρολογίᾳ ψυχῇ μελλούσῃ φιλίας ἀληθινῆς ἐπορέξασθαι· ὁρῶμεν γὰρ τοὺς καλουμένους φίλους, ὅτι τέως μὲν τὰς δεξιάς τε ἀλλήλοις συμβάλλουσι, καὶ συμπεριπατοῦσι, καὶ συνδιάγουσιν· ἐπειδὰν δ' ὀλίγα κέρματα μεταξὺ τύχῃ τις βάλῃ, ὥσπερ τὰ κυνάρια μεταλλόμενοι δάκνουσί τε ἀλλήλους καὶ σπαράττουσι. *Animo veram ac ſinceram amicitiam ſuſcepturo ſunt maxime contrariæ ſordes. Quippe eos ipſos videmus, qui amici dicuntur, quemadmodum antea quidem dextras ſibi invicem jungant, ſimul deambulent, mutuaque vivendi conſuetudine utantur: ſed ubi paucos nummos fortuna aliqua in medium injecerit catulorum more proſiliant, ſe invicem mordeant ac dilanient.* vide Lucianum, in dialogo qui ἁλιεὺς ἢ ἀναβιοῦντες inſcribitur, ubi de philoſophorum amicitia, quæ parvi lucri cauſſa dirimitur, & in odium implacabile converti tur, eadem utitur ſimilitudine, & alia de ſimiis ſaltantibus, quibus nuces objiciebantur.

In optimis quibuſque honoris certamen & gloriæ] Vt ambitio labefactet amicitias docet Salluſtius Catil. *Ambitio multos mortales falſos fieri ſubegit, aliud clauſum in pectore, aliud in lingua promtum habere, amicitias inimicitiaſque non ex re, ſed ex commodo æſtumare, magiſque vultum, quam ingenium bonum habere.* Itaque nec ambitioſos amicos capiendos eſſe ſuadet Themiſtius orat. de amicitia: Ἆρα εἰ φιλόδοξος εἴη καὶ πάνυ τοῦ προτιμᾶν ἐξηρτημένος, ἔσθ' ὅπου ἂν εὖ κοινωνήσων γένοιτο; καὶ τίς οὐκ οἶδεν ὅτι τὴν ἐκ φιλίας ἰσότητα οὐ σφόδρα ἀνέχεται φιλοτιμία; ὑπερόπτην δὴ καὶ ἀλαζόνα πολλὴν ἰσηγορίαν ζητοῦντι μήτε ἐγκρίνωμεν. *Gloriæ cupidus, & omnibus in rebus qui ſuperior eſſe pertinaciſſime ſtudet, ad communionem unquam & ſocietatem poterit eſſe idoneus? Quis ambitionem neſcit æqualitatem amicitiæ non admodum ferre poſſe? Quare ſuperbum & arrogantem hominem, qui nimium æquam in omnibus libertatem, juſque ſuum perſequitur, nunquam in amicitiam adſciſcamus.*

Cum aliquid ab amicis, quod rectum non eſſet, poſtularetur] Vide Ciceronem de officiis III, c. 10.

Eorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

eſſet, poſtularetur: ut aut libidinis miniſtri, aut adjutores eſſent ad injuriam. quod qui recuſarent, quamvis honeſte id facerent, jus tamen amicitiae deſerere arguerentur ab iis, quibus obſequi nollent: illos autem, qui quidvis ab amico auderent poſtulare, poſtulatione ipſa profiteri, omnia ſe amici cauſa eſſe facturos. eorum querela inveteratas non modo familiaritates exſtingui ſolere, ſed etiam odia gigni ſempiterna. Haec ita multa quaſi fata impendere amicitiis, ut omnia ſubterfugere non modo ſapientiae, ſed
etiam felicitatis diceret ſibi videri. Quamobrem id 11
primum videamus, ſi placet, quatenus amor in amicitia progredi debeat. num, ſi Coriolanus habuit amicos, ferre contra patriam arma illi cum Coriolano debuere? num Viſcellinum amici regnum appetentem, num Sp. Maelium debuerunt juvare? Ti. quidem Gracchum remp. vexantem, a Qu. Tuberone, aequalibuſque amicis derelictum videbamus. At

Eorum querela inveterata non modo familiaritates extingui] Quid eſt *querela inveterata?* Omnino legendum, quod in Palatino ſecundo invenitur, nec ſibi diſplicere Gruterus ait, *inveteratas familiaritates* hoc eſt longo uſu firmatas & ſtabilitas. *Grævius.*

Hæc ita multa quaſi fata impendere amicitiis] Sic habent noſtri libri manuſcripti, nec quidquam varietatis annotatum eſt in codicibus Memmian. Langius tamen edidit, *quaſi fato*: niſi forte typographi peccatum ſit. Nos, *fata* interpretamur Kῆρας, interitus, peſtes. *Lambin.* *Fata* lego in libris antiquis ut amicitiarum calamitates & incommoda exprimat. Nam *fato* neſcio quid languidius, & lentius minuſque ſignificans habet. H. Turnebus. Adverſ. XIII, 7. Firmat Pithæanus & quos evolvit Aldus Manutius.

Num Viſcellinum] Quidam libri *Viſcelinus*, alii *Vulſelinus*, alii aliter in Dionyſio ὐσκελῖνος ſed corrupte. In Dione βετιλλῖνος ſcribitur. Eſt autem Caſſiorum cognomen. quod cum hoc ex loco, tum ex Xiphilino lib. LIX. conſtat. *Sp. Caſſius Viſcelinus* poſt tertium conſulatum affectati regni damnatus, de ſaxo Tarpeio datus eſt. *C. Lang.* Varie, ut vides ſcribitur hæc vox. F. Vrſinus in libro de familiis Romanorum probat *Bicellinum*. In re obſcura duco ampliandum. Nam conjecturis dubiis & incertis ludere, eſt lectoribus illudere.

A Q. Tuberone] Hic fuit Stoicus, de quo Cic. in Bruto 30: *Q. Ælius Tubero fuit illo tempore, L. Paulli nepos, nullo in oratorum numero, ſed vita ſeverus, & congruens cum ea diſciplina, quam colebat: paullo etiam durior,* &c. paullo poſt: *ſed ut vita, ſic oratione durus, incultus, horridus. itaque honoribus majorum reſpondere non potuit. Fuit autem conſtans civis & fortis, & inprimis Graccho moleſtus, quod indicat*

At C. Bloſius Cumanus, hoſpes familiae veſtrae, Scaevola, cum ad me, qui aderam Laenati & Rupilio conſulibus in conſilio, deprecatum veniſſet, hanc, ut ſibi ignoſcerem, cauſam afferebat, quod tanti Ti. Gracchum feciſſet, ut, quidquid ille vellet, ſibi faciendum putaret. Tum ego, Etiamne, ſi te in Capitolium faces ferre vellet? Numquam, inquit, voluiſſet id quidem. Sed ſi voluiſſet? Paruiſſem. Videtis, quam nefaria vox. & hercle ita fecit, vel plus etiam quam dixit. non enim paruit ille Ti. Gracchi temeritati, ſed praefuit: nec ſe comitem illius furoris, ſed ducem praebuit. Itaque hac amentia, quaeſtione nova perterritus, in Aſiam profugit, ad hoſtes ſe contulit, poenas reip. graves juſtaſque perſolvit. Nulla eſt igitur excuſatio peccati, ſi amici cauſa peccaveris. nam cum conciliatrix amicitiae virtutis opinio fuerit, difficile eſt amicitiam manere, ſi a virtute defeceris. Quod ſi rectum ſtatuerimus, vel concedere amicis, quidquid velint, vel impetrare ab iis quidquid velimus, perfecta quidem ſapientia ſumus, ſi nihil habeat res vitii: ſed loquimur de iis amicis, qui ante oculos ſunt, quos videmus, aut de quibus me-

Gracchi in eum oratio. Sunt etiam in Grachum Tuberonis.

At C. Bloſius] Libri ſcripti habent *C. Biſſius.* in Plutarch. βλάςυς corrupte pro βλάσιος aut βλόσιος. Nam ceteri *Bloſium* vocant. Fuit Antipatri Tarſenſis diſcipulus: elapſus quæſtiones de Ti. Gracchi amicis habitas, ad Ariſtonicum Eumenis filium, Pergami regem fugit: cujus rebus afflictis mortem ſibi concivit, Cicero in Rullum. Hic notandum Naſicæ attribui a Plutarcho, quod Lælius ſe narrat feciſſe. Ciceronem Valer. ſequitur libr. IV. *Cum inquit, ſenatus Rupilio & Lænati coſ. mandaſſet, ut in eos qui cum Graccho conſenſerant, more majorum animadverterent; & ad Lælium, cujus præcipue conſilio coſ. utebantur, pro ſe C. Bloſius deprecatum veniſſet* &c. Ex quo loco apparet, hic, *Lænati*, legendum eſſe in tertio caſu. *C. Lang.*

Lænati & Rutilio] Legendum, *& Rupilio*: & ita olim edi juſſeram, non, & *Rutilio.* Lambin. P. Popillius Lænas, & P. Rupilius Conſules fuerunt anno V. C. DCXXI.

Sed ſi voluiſſet? Paruiſſem] Immiſi interrogationem, ut priora ſint Lælii, ultima Bloſii, quemadmodum fuit in aliquot MSS. Aldi Nepotis. & veroſimile ſit, ultro tale nihil dixiſſe, ſed interrogatione coactum. *Gruter.*

Perfecta quidem ſi ſapientia ſimus, nihil habeat res vitii] Aſſentior Cantero, qui ita legendum eſſe vidit, nam vul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

memoriam accepimus, aut quos novit vita communis. ex hoc numero nobis exempla ſumenda ſunt: & eorum quidem maxime, qui ad ſapientiam proxime accedunt. Videmus Papum Aemilium C. Luſcino familiarem fuiſſe (ſic a patribus accepimus) bis una conſules, & collegas in cenſura: tum & cum iis, & inter ſe conjunctiſſimos fuiſſe, M' Curium, & T. Coruncanium, memoriae proditum eſt. igitur ne ſuſpicari quidem poſſumus, quemquam horum ab amico quippiam contendiſſe, quod contra fidem, contra jusjurandum, contra remp. eſſet. nam hoc quidem in talibus viris quid attinet dicere? ſi contendiſſet, ſcio imperaturum non fuiſſe; cum illi ſanctiſſimi viri fuerint: aeque autem nefas ſit, tale aliquid & facere rogatum, & rogare. At vero Ti. Gracchum ſequebantur C. Carbo, C. Cato, & minimus tum quidem Cajus frater, nunc idem acerrimus. Haec igitur lex in 12
ami-

vulgata lectio, *perf. quidem ſapientia ſimus, ſi nihil habeat* &c. ferri non poteſt. *Lambin. Perfecta quidem ſapientia ſumus, ſi nihil habeat res vitii*] Canterus libro VII. Novar. lect. c. 14. legit valde probabiliter, *ſi ſimus, nihil habeat.* idque ſecuti ſunt Suffridus ac Lambinus; arridebatque Guilielmio, ſed contra omnes MSS. tamen; quos propugnat Aldus Nepos. *Gruter.* Nihil verius emendatione Canteri. quæ Aldus affert, ſunt nullius momenti. Sententia, ſi Canterum audimus, eſt liquidiſſima & planiſſima, ſed intricata & aſpera valde, ſi obſequimur Aldo. Sed tamen invitis omnibus libris, nihil ſum auſus immutare. *Grævius.*

Videmus Papum Æmilium] *Q. Æmilius Papus* coſ. cum C. Fabritio Luſcino, anno CDLXXI. Iterum IV. poſtea anno Cenſores una, anno CDLXXVIII. *C. Lang.* Sic olim reſtituendum Frontinum lib. I. cap. 4, ex. I. viris doctis perſuaſi, ubi male legebatur, ut hic *Æmilius Paullus*, ſicut & in eodem libro, cap. 2, ex. ſecundo I. Frid. Gronovius legendum viderat. *Grævius.* *Videmus* autem legendum eſſe pro *vidimus*, quod vulgati præ ſe ferant, oſtendit Rogerius, ex duobus MSS. antiquiſſimis, &c. ante illum Balduinus, nec non ex Ciceronis conſuetudine loquendi, qui *vidimus* utatur de tempore, in quo vixerunt ſermocinantes, *videmus*, de longe remotis a noſtræ ætate temporibus. ut in Bruto: *Videmus*, item, *inquit paucis annis poſt reges exactos, cum plebs prope ripam Anienis ad tertium milliarium conſediſſet.*

Minime tum quidem Cajus frater] Libri hic valde variant. Sed omnino legi debet, ut edidi; C. Gracchus furente agrariis legibus fratre Tiberio, ad Numantiam militavit, agens annum fere viceſimum: erat enim novem annis Tiberio minor, qui anno XXX. ætatis ſuæ interfectus eſt. Plutarch. Abſens tamen Cajus cum Ap. Claudio III. vir agris dividundis a fratre creatus eſt. Interfecto Ti. ita negotiis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

gotiis forenſibus viſus eſt abſtinere, ut vulgi ſermonibus fratris cæſi cauſſam negligere inceſſeretur, ut refert Cicero ex Cœlio lib. I. de divinat. Sed & ipſe quadam oratione ſcripſit, Tiberium fratrem dum ad bellum Numantinum iret Hoſtilio Mancino Quæſtor, videretque agros a barbaris & peregrinis coli; tum primum ad funeſtam ipſis actionem, & mille malorum cauſſam animum attendiſſe, ut Plutarch. refert. Interim C. Papirius Carbo, qui a Ti. partibus ſemper ſteterat, non deſiit cauſſam agrariam, quæ in populi animis penitus inſidebat, agitare: quam etiam confecit; ſenatu non magnopere reſiſtente, ad populum mitigandum: In Scipiones & alios Ti. adverſarios partim inſidiis, partim vi Tribunicia invadere, aliaque talia agere, quæ Caji cauſſa fieri nonnulli interpretabantur. a qua tamen ſuſpitione, reverſus de Sardinia, ubi Quæſtor Oreſti coſ. fuerat, ſe purgavit ad populum. Biennio poſtquam eſt reverſus, inviſus jam ab optimatibus, quibus metui erat acre ipſius ingenium & ſumma eloquentia, cœpit ſeſe erigere, palam cauſſam fratris agere mortem ejus apud populum deplorare. Tr. itaque pl. factus eſt anno DCXXX. P. V. C. quo anno hic ſermo habitus fingitur a Lælio. Dicit igitur, quod tunc fratrem ſuum non ſit ſecutus, vel per ætatem res non tam alte expendentem, vel metu inimicorum, vel certe invidiæ illis conflandæ cauſſa: poſtea vero eaſdem partes acerrime propugnaſſe: de Tribunatu ejus, qui ſucceſſus futurus eſſet, an ſimilis fraterno quamvis metueret, nolle augurari. Egiſſe certe eum cauſſam fraternam, etiam initio, conſtat ex ipſius oratione; qua Papiriam rogationem de reficiendis Tribunis plebi, ſuaſit: item ex altera in Popillium. Sed videtur non perſeveraſſe. Et hæc eſt vera hujus loci ſententia, quam interpretes non perceperunt. Nam dictio, *inimicus*, aut, *hoſtis*, hic inſerta, nuſquam extat in libris manu exaratis. Occiſus eſt autem *Cajus* jam Tribunicius; cum tertii Tribunatus repulſam tuliſſet, anno ætatis ſuæ XXXIII. Erant enim non parum qui in Tribunum eum interfectum ſcribunt, quibus Paterculus bene adverſatur, re ipſa diverſum probante. De *C. Catone* quo modo Ti. partes ſit ſecutus, nihil habeo explorati. Sane, cum Porcia gens domeſtica quadam ſeveritate, nobilium impotentiæ ſemper ſeſe oppoſuerit; & velut ſufflamen quoddam effrenatæ eorum libidini injecerit; non alienum ſit, C. Catonem tum annos natum fere XXV. Gracchos potius ſecutum quam Scipiones totis niſibus legi agrariæ adverſantes, quamvis ſanguine junctos (natus enim fuit hic ipſe Cato ex Æmiliani Scipionis ſorore, ut Cicer. & Vellejus teſtantur) nam & Cenſorius, hujus avus, contentiones cum Africano habuerat; quas eum etiam ſenem in Æmilianum extendiſſe Cor. Nepos in vita Catonis aſſerit. *C. Carbo* vir eloquentiſſimus, at ſeditioſus, qui & vivi & mortui Tiberii factionem perpetuo ſecutus erat; interfecto Cajo a L. Opimio, non modo jure cæſum eum dixit; ſed etiam Opimium ad populum defendit: ad optimates reverſus eſt: conſul etiam factus. Cicer. de oratore. *C. Langius.*

Et minimus tum quidem C. frater, nunc idem acerrimus] Vulgati prius, *minime, item acerrimus hoſtis*: Verum Mauritiana iſthæc lectio perſpicue eſt vera, ſi quid judicio, poſt cædem fratris agrariam legem jactaſſe C. Gracchum, locuples auctor Appianus lib. I. bell. civilium: nec diffitetur Langius; quem tamen non juvat, quod non perſeveravit. hoc enim eſt cur Lælius eum dicat minimum eorum qui Gracchum ſecuti ſunt, h. e. leniſſimum, minime vehementem: & poteſt ad ætatem reſpexiſſe. verum illud magis probat, quod adjicit, *nunc idem acerrimus.* Langii lectio erat, & *minime tunc quidem*; quam & ipſe in duobus libris reperi: ſed minus probo, ut hiſtoricæ veritati repugnantem. hæc Guilielmius, cujus voluntati hic obſecutus ſum, retinendo illud *minimus*; cum alioquin inter omnes criticos conſtaret, locum hunc minime ſanum, & in reliquis conveniret ei cum Pall. ceterorumque ſcriptis. *Gruter.* Quis hic auſit Guilielmium & Gruterum ſequi, qui reſtituerunt ex Mauriciano *mini-*

mus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

amicitia ſanciatur, ut neque rogemus res turpes, nec faciamus rogati. turpis enim excuſatio eſt, & minime accipienda, cum in ceteris peccatis, tum ſi quis contra rempub. ſe amici cauſa feciſſe fateatur. Etenim eo loco, Fanni, & Scaevola, locati ſumus, ut nos longe proſpicere oporteat futuros caſus reip. deflexit enim jam aliquantulum de ſpatio curriculoque conſuetudo majorum. T. Gracchus regnum occupare conatus eſt, vel regnavit is quidem paucos menſes. Num quid ſimile pop. R. audierat, aut viderat? Hunc etiam poſt mortem ſecuti amici & propinqui, quid in P. Naſicam Scipionem effecerint, ſine lachrymis non queo dicere. nam Carbonem quoquo modo potuimus, propter recentem poenam T. Gracchi, ſuſtinuimus. De C. Gracchi autem tribunatu, quid exſpectem, non libet augurari. ſerpit deinde res, quae proclivius ad perniciem, cum ſemel coepit, labitur. Videtis in tabella jam ante quanta ſit facta labes,

mus & exponunt leniſſimus, minime vehemens, contra Latinæ linguæ uſum. Recte hunc locum reſtituit Langius. *Cajus*, inquit Cic., fratrem minime ſequebatur tum, cum occideretur, ut egregie ex antiquis monumentis docet Langius, ideoque in voculas populi incurrebat, ſed nunc idem Cajus eſt acerrimus partium fratris propugnator. *Grævius.*

Quid in T. Scipionem effecerint] Quidam libri, *quid in P. Naſicam Scipionem.* alii, *quid in P. Naſicam.* quos ſecutus ſum. Eſt enim Naſica ſolorum Scipionum. P. Cornelius Naſica Scipio privatus Ti. Gracchum occidit, de ſociis ejus quæſivit, ſi Plutarcho credimus: in vincula eo nomine conjectus eſt a P. Curiatio Tr. pl. Cicero in Bruto. & III de legib. Tandem, libera legatione in Aſiam conceſſa, Pergami obiit. Paullo ſuperius in antiquiſſ. exemplari ad D. Iacobi ſcriptum eſt hoc modo; *Num quid ſimile, Scipio, hujus P. R. audierat, aut viderat.* Certe Ti. Graccus non minus appetivit regnum Romæ: idem fecerat Sp. Mælius. &c. *C. Lang.* Sp. Mælius affectarat quidem regnum, ſed non regnarat, uti Gracchus regnavit aliquot menſes.

Carbonem, quem modo poſuimus] Eſt apud me perantiquum exemplar Lælii, in quo ita eſt ſcriptum: *Nam Carbonem quoquo modo potuimus, propter* &c. quam omnino ſinceram ſcripturam exiſtimo. Fruſtra enim dicat, *quem modo poſuimus*, cum notiſſimus eſſet, & etiam tum, ut ante dixi, viveret. *C. Lang.* *Quoquo modo potuimus* Balduinus in plurimis MSS. Rogerius in uno invenerunt.

Propter recentem pœnam T. Gracchi] Ne plebs ex recente Gracchi interitu illius cæde nimium exaſperaretur.

In tabella jam quanta ſit facta labes] *Qui non ſentit*, inquit 3 de legibus, *auctoritatem omnem optimatium tabel-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

labes, primo Gabinia lege, biennio autem poſt, Caſſia. Videre jam videor populum a ſenatu disjunctum: multitudiniſque arbitrio res maximas agi. plures enim dicent, quemadmodum haec fiant, quam quemadmodum his reſiſtatur. Quorſum haec? quia ſine ſociis nemo quidquam tale conatur. Praecipiendum eſt igitur bonis, ut, ſi in ejuſmodi amicitias ignari caſu aliquo inciderint, ne exiſtiment, ita ſe alligatos, ut ab amicis magna aliqua re in remp. peccantibus non diſcedant: improbis autem poena ſtatuenda eſt: nec vero minor iis, qui ſequuti erunt alterum, quam iis, qui ipſi fuerint impietatis duces. Quis clarior in Graecia Themiſtocle? quis potentior? qui cum imperator bello Perſico ſervitute Graeciam liberaſſet, propterque invidiam in exſilium pulſus eſſet, ingratae patriae injuriam non tulit, quam ferre

lariam legem abſtuliſſe? quod multis declarat cap. 15, & 16 illius libri. & orat. pro Planco: *Populo grata eſt tabella, quæ frontes aperit hominum, mentes tegit, datque eam libertatem, ut quod velint faciant, promittant quod rogentur.* Improbat quoque tabellas Plin. III, ep. 20: *Eſt periculum ne tacitis ſuffragiis imprudentia obrepat. Nam quoto quiſque ſedet honeſtatis cura ſecreto, quæ palam? multi famam, conſcientiam pauci verentur.*

Gabinia lege] Gabinia tabellaria de magiſtratibus lata fuit a Gabinio tribuno plebis Cn. Calpurnio Piſone, M. Popilio Lænate Coſſ. anno V. C. DCXIV.

Caſſia] Lata fuit a L. Caſſio, M. Æmilio Lepido Porcina, & C. Hoſtilio Mancina Coſſ. anno V. C. DCXVI. vide utraque, ut & de duabus tabellariis legibus aliis Cic. III de legibus c. 16.

In magnam aliquam rem peccantibus] Plerique libri veteres habent, *in magnam aliquam remp.* & ita edidit Langius. quod laudo factum. *Lambin.* Vetus liber, *ut ab amicis in Rep. peccantibus non diſcedant.* F. Vrſinus. *In magnam aliquam rem peccantibus*] Ita omnino legendum cum Victoriana ed. aut *in rem publicam peccantibus*; quomodo eſt, in Pal. ſec. ac quart. nam quatuor ceteri, *in magnam aliquam rempubl. pecc.* Vulgati adhuc amplius, *in magna aliqua re in rempubl. peccantibus.* Gruter. Varietas ſcripturæ indicio eſt locum hunc aliquid labis contraxiſſe. nec tamen eam quam Victorius & Gruterus ſecuti ſunt, lectionem probare poſſum. Nam *in magnam rem peccare* quid ſit Latine ſciens non dixerit. Nihil videtur melius, quam id quod in editionibus pleriſque habetur, & Pithæano confirmatur: *ut ab amicis magna aliqua re in remp. peccantibus non diſcedant.* Cauſa hujus vitioſitatis videtur fuiſſe quod ſcribæ negligentia *in* adhæſerit τῷ *re*, unde legerunt *rem*, eaque vox cum repeteretur *in remp.* deleta eſt, & *magnam* alieno loco inſerta, mala hæc peperit, quæ veteres codices inquinaverunt. *Grævius.*

In exilium expulſus eſſet] Omnes libri manuſcripti, quos inſpicere mihi con-

ferre debuit. fecit idem quod XX annis ante apud nos fecerat Coriolanus. his adjutor contra patriam inventus eſt nemo. itaque mortem ſibi uterque conſcivit. Quare talis improborum conſenſio non modo excuſatione amicitiae tegenda non eſt, ſed potius omni ſupplicio vindicanda: ut ne quis ſibi conceſſum putet amicum, vel bellum patriae inferentem, ſequi. quod quidem, ut res coepit ire, haud ſcio, an aliquando futurum ſit. mihi autem non minori curae eſt, qualis reſpub. poſt mortem meam futura ſit, quam qualis hodie ſit. Haec igitur prima lex amicitiae ſanciatur, ut 13
ab amicis honeſta petamus, amicorum cauſa honeſta faciamus: nec exſpectemus quidem, dum rogemur: ſtudium ſemper adſit, cunctatio abſit: conſilium vero dare gaudeamus libere: plurimum in amicitia ami-

contigit, habent, *in exilium expulſus ſſet.* ego cum has variationes ſemper habeam ſuſpectas, credidi legi poſſe *in xilium iſſet.* quamquam non ignoro oſtraciſmo damnatum. Nam expellendi verbum duriuſculum eſt in Athenienium oſtraciſmo: maxime, cum tradant nonnulli voluntarium exſilium obiiſſe Themiſtoclem: niſi mavelis *in exilium pulſus iſſet.* C. Lang. Habetur quoque in Pithæano *expulſus eſſet.* & Victoriani duo. Cur damnemus conſenſum veterum codicum? Qui oſtraciſmo damnati coguntur patria excedere, an non æque, ac qui judicum ſententia id faciunt, *in exilium* dicuntur *pelli?* Sed ſic & Cicero loquitur 2 de orat. *Thucydides ſcripſit libros ſuos cum in exilium pulſus eſſet.* Græv.

Hæc igitur lex] *Prima* deeſt in manuſcripto. *F. Vrſin.*

Nec expectemus quidem, dum rogemur] Egregium in hanc rem præceptum eſt Themiſtii in oratione de amicitia: Πολεμήσεις τῷ ἀνδρὶ καλῷ ε καὶ ἀγαθῷ, ὥστε σοι πανταχόθεν ἀπορριπτέον τὸν ὄκνον, καὶ κοινωνητέον ὄνων τε καὶ ἀγρυπνιῶν, κινδύνων τε αὖ καὶ δαπάνης, καὶ ἀτιμίας, οὐ κληθῆναι [illegible] εἰς τὴν κοινωνίαν, ἀλλ' αὐτομάτῳ θέοντι, καὶ προμαντευομένῳ τοῦ καιροῦ πολλάκις, καὶ πειρωμένῳ πρὸς ἑκάστην χρείαν τοῦ φίλου τὸ πρόσωπον οἰκεῖον μεταλαμβάνειν, ἐν ἀρρωστίᾳ μὲν ἰατροῦ, ἐν δίκαις δὲ συνηγόρου, συμβούλου δὲ ἁπανταχοῦ, καὶ συνεργοῦ ἐπὶ τῇ γνώμῃ. *Cum honeſto proboque viro decertandum erit. Ita undequaque deponenda ignavia eſt, & in laborum vigiliarumque communionem veniendum, nec non periculorum, ſumtuum, atque infamiæ: non ut expectet dum ad earum calamitatum ſocietatem vocetur, ſed ut ſponte accurrat, & ante tempus ipſum ſæpe numero præſagiat, atque etiam conetur ad ſingulas amici neceſſitates accommodatam ſibi perſonam imponere, puta in adverſa valetudine medici; in litibus patroni; ubique conſiliarii, & poſt conſilium adjutoris & ſocii.*

Conſilium vero dare gaudeamus libere] Nam ἀψινθίου δριμὺ, καὶ λόγου τὴν παῤῥησίαν ἐκκόψαι ὅμοιον. *perinde eſt ex abſinthio tollere amarum, & ex ſermone libertatem,* ut Ariſtonymus ap. Stobæum ait. Itaque Euripides in Alceſtide:

amicorum bene ſuadentium valeat auctoritas: eaque & adhibeatur ad monendum non modo aperte, ſed etiam acriter, ſi res poſtulabit: & adhibitae pareatur. Nam quibuſdam, quos audio ſapientes habitos in Graecia, placuiſſe opinor mirabilia quaedam. ſed nihil eſt quod illi non perſequantur ſuis argutiis: partím fugiendas eſſe nimias amicitias, ne neceſſe ſit unum

Φίλον πρὸς ἄνδρα χρὴ λέγειν ἐλευθέρως
Ἄδμητε, μομφὰς δ' οὐχ' ὑπὸ σπλάγχνοις ἔχειν,
Σιγῶντ'.
Admete amicos libere affari decet,
Nec ſi quid intra viſcerum triſte eſt ſinus
Silentio occultare.

Hinc ille optat apud eundem poetam:

Ἐμοὶ γένοιτο πτωχὸς, εἰ δὲ βούλεται
Πτωχοῦ κακίων, ὅστις ὢν εὔνους ἐμοὶ
Φόβον παρελθὼν τ' ἀπὸ καρδίας ἐρεῖ.
Detur mihi, ſit ille mendicus licet,
Aut ſi quid infra eſt, qui mihi recte volens
Quod dictat animus promat amoto metu.

Sic vertit H. Grotius.

Sed etiam acriter ſi res poſtulabit] Ariſtoteles dixit, μὴ ἔλαττον ἡγοῦ τοῦ ἐπαινεῖσθαι τὸ νουθετεῖσθαι. *Admoneri tanti faciendum eſt, quanti laudari.* Chryſoſtomus autem in Collectaneis Maximi & Antonini: Συμφέρει δάκνεσθαι διὰ τῆς τῶν ῥημάτων ἀλγηδόνος τοὺς ἁμαρτάνοντας, ἵνα διὰ τῆς τῶν πραγμάτων αἰσχύνης ἀπαλλαγῶσιν. *Vtile eſt peccantes verborum acrimonia morderi, ut ipſa rerum turpitudine poſſint liberari.* Sed tamen admonitio iſta temperanda eſt ſuavitate & gratia, ut eleganter Baſilius apud eaſdem: Βίαιον γὰρ μάθημα οὐ πέφυκε παραμένειν. τὸ δὲ μετὰ τέρψεως καὶ χάριτος εἰσδυόμενον, μονιμώτερόν πως ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ἐνιζάνει. *Violenta diſciplina non ſolet eſſe permanens: quæ autem voluptate & gratia temperata eſt, conſtantius & diutius quodammodo in animis noſtris inſidet.* Itaque admonitione acriore non utendum, niſi cum tempus tulerit. Παῤῥησία, inquit Euſebius ap. Stobæum, ἀπὸ γνώμης ἐλευθέρας καὶ ἀλήθειαν ἀσπαζομένης προσέρχεται. πράξεται δὲ αὐτὴν ἀμώμητον, οὐ τὸ πᾶσι καὶ ὡς ἔτυχεν ἐπιτιμᾷν καὶ λοιδορεῖσθαι νομίζων τοῦτο εἶναι τὴν παῤῥησίαν. ἀλλ' εἰ πρὸς οὓς δεῖ, καὶ ὑπὲρ τίνων χρημάτων καὶ ἐν ᾧ χρὴ μετά τινος χρησίμου τῆς παρεστώσης ξὺν νόῳ προσδιαλέγοιο. *Oratio libera ex animo ingenuo & veritatis ſtudioſo procedit. Vteris autem ipſa ſine culpa, non exiſtimando ipſam eſſe reprehenſionem & convicium in quemvis abſque delectu: ſed illos quorum refert, quibuſque de rebus, idque ſuo tempore & loco, non ſine aſtantium utilitate prudenter alloquendo.*

Nihil eſt, quod illi non perſequantur ſuis argutiis] Libros vulgatos ſecutus ſum. Nam librorum veterum alii habent, *non perſequantur argutius*, alii, *non perſequantur ſuis argumentis.* Lambin. Pithæanus quoque: *nihil eſt, quod illi non perſequantur argutius.* non male ſane. *Grævius.*

Fugiendas eſſe nimias amicitias] Novi hanc quæſtionem diligentiſſime a Philoſophis quibuſdam eſſe tractatam, qui omnino πολυφιλίαν damnarunt, & multis de cauſſis fugiendam exiſtimarunt: ſed tamen Euripides in Hippolyto Coronato ita acute & eleganter hanc ſententiam perſequitur, ut putem illinc Ciceronem hunc locum accepiſſe. Ita enim ibi loquitur Phædræ nutrix.

Πολλὰ διδάσκει γάρ μ' ὁ πολὺς βίος.
Χρῆν

nnum ſollicitum eſſe pro pluribus: ſatis ſuperque eſſe ibi ſuarum cuique rerum: alienis nimis implicari noleſtum eſſe: commodiſſimum eſſe, quam laxiſſinas habenas habere amicitiae; quas vel adducas cum elis, vel remittas. caput enim eſſe ad beate vivenlum ſecuritatem; qua frui non poſſit animus, ſi tamuam parturiat unus pro pluribus. Alios autem dicee ajunt multo etiam inhumanius, (quem locum breiter perſtrinxi paullo ante) praeſidii adjumentique auſa, non benivolentiae, neque caritatis, amicitias ſſe expetendas. itaque ut quiſque minimum firmiatis habeat, minimumque virium, ita amicitias apetere maxime. ex eo fieri, ut mulierculae magis micitiarum praeſidia quaerant, quam viri; & inoes, quam opulenti; & calamitoſi, quam ii, qui utentur beati. O praeclaram ſapientiam! Solem nim e mundo tollere videntur, qui amicitiam e vita ollunt: qua a diis immortalibus nihil melius habeaus, nihil jucundius. quae eſt enim iſta ſecuritas? ſpecie

Χρεῶ γὰρ μετρίας ἀλλήλους
Φιλίας θνητοὺς ἀνακείνασθαι,
Καὶ μὴ πρὸς ἄκρον μυελὸν ψυχῆς,
Εὔλυτα δ' εἶναι στέργηθρα φρενῶν
Ἀπό τ' ὤσασθαι καὶ ξυντεῖναι.
Τὸ δ' ὑπὲρ δισσῶν μίαν ὠδίνειν
Ψυχὰν χαλεπὸν βάρος, ὡς κἀγὼ
Τῆς δ' ὑπεραλγῶ.

ctorius. Subjiciemus verſionem Gro-:

Ætas multum me multa docet.
Hominum inter ſe bene compoſitus
Servare modum debebat amor:
Non & in ipſas ire medullas;
Sed ita ut ſol vi vincula poſſent,
Et jam tendi jamque remitti.
Nimium, nimium eſt ponderis unum
Animum curas ferre duorum,
Ut ſollicitam me pro domina
Nunc mœror habet.

d nec Cicero nec Euripides de πο-φιλία loquitur, de qua Ariſtot. IX Nicom. & Plutarchus in libello de multorum amicitia, ſed de amicitia nimia quæ cum uno aut pluribus contrahitur, ut fias quaſi alter ego, & omnia amici bona malaque tua ducas. de qua loquitur etiam Martialis in trito illo epigrammate:

Si vitare velis acerba quædam,
Et triſtes animæ cavere morſus,
Nulli te facias nimis ſodalem:
Gaudebis minus, & minus dolebis.

Satis ſuperque eſſe ſibi ſuarum cuique rerum] Bona pars librorum veterum non habet vocem, curam, eamque deleviſſemus, niſi in uno & altero reperiſſemus. *Lambinus.*

Securitatem] Tranquillitatem animi, quam amici res adverſæ turbent, qua in ſententia videntur fuiſſe Cyrenaici.

Quam ii qui putentur beati] Hæc verba, *quam ii qui putantur beati*, quæ ſemper judicavi a ſciolo aliquo noſtræ religionis interpolata, auxitque hanc meam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ſpecie quidem, blanda, ſed reapſe multis locis repudianda. neque enim eſt conſentaneum, ullam honeſtam rem actionemve, ne ſollicitus ſis, aut non ſuſcipere, aut ſuſceptam deponere. quod ſi curam fugimus, virtus fugienda eſt; quae neceſſe eſt, cum aliqua cura res ſibi contrarias aſpernetur, atque oderit; ut bonitas malitiam, temperantia libidinem, ignaviam fortitudo. Itaque videas rebus injuſtis juſtos maxime dolere, imbecillibus fortes, flagitioſis modeſtos. Ergo hoc proprium eſt animi bene conſtituti, & laetari bonis rebus, & dolere contrariis. Quamobrem ſi cadit in ſapientem animi dolor qui profecto cadit, niſi ex ejus animo exſtirpatam humanitatem arbitremur, quae cauſa eſt, cur amicitiam funditus tollamus e vita, ne aliquas propter eam ſuſcipiamus moleſtias? Quid enim intereſt, motu animi ſublato, non dico inter hominem & pecudem: ſed inter hominem & ſaxum, aut truncum, aut quidvis generis ejuſdem? neque enim ſunt iſti audiendi, qui virtutem duram, & quaſi ferream eſſe volunt, quae quidem eſt cum multis in rebus, tum in amicitia, tenera atque tractabilis: ut & bonis amici quaſi diffundantur, & incommodis contrahantur. Quamobrem an-

meam opinionem antiquus liber qui apud me eſt, in quo ita ſcribitur, *quam hi qui videntur beati.* C. Lang.

Reapſe] *Reapſe*, in tribus libris ſcriptum offendi, verbum vetus & Lælio dignum. Eo uſum eſſe Ciceronem, annotatum eſt a Seneca. Vtitur autem & in III de legib. in V de finibus, & alibi. *Idem.*

Hoc proprium eſt animi bene conſtituti] *Inſtituti* pro *conſtituti* habet liber manuſcriptus. *F. Vrſin.*

Si cadit in ſapientem animi dolor] Vetuſtiſſimus liber habet, *quamobrem ſi cadit in ſapientem amici dolor.* quam lectionem non repudio. *C. Lang.*

Qui virtutem duram & quaſi ferream eſſe volunt] Vt Stoici, qui ſapientem nec miſereri, nec ingemiſcere aliorum malis, nec gaudere bonis volebant.

Vt & bonis amici quaſi diffundantur] Sic eſt in omnibus MSS. Locutio familiaris Ciceroni, Vt homines inter ſe *bonis amici*, id eſt amico ſuo obvenientibus *diffundantur*, id eſt lætitia quaſi effundantur animo. *C. Lang.* In eadem notione *diffundi* eſt apud Ovid. III Metam.

Forte Iovem memorant diffuſum nectare curas
Sepoſuiſſe graves, vacuaque agitaſſe remiſſos
Cum Iunone jocos.

Et

angor iſte, qui pro amico ſaepe capiundus eſt, non
tantum valet, ut tollat e vita amicitiam: non plus,
quam ut virtutes, quia nonnullas curas & moleſtias
afferunt, repudientur. Cum autem contrahat ami- 14
citiam, ut ſupra dixi, ſi qua ſignificatio virtutis elu-
ceat, ad quam ſe ſimilis animus applicet & adjun-
gat; id cum contingit, amor exoriatur neceſſe eſt.
quid enim tam abſurdum, quam delectari multis ina-
ibus rebus, ut honore, ut gloria, ut aedificio, ut
eſtitu, cultuque corporis: animo autem virtute
raedito, eo, qui vel amare, vel, ut ita dicam,
edamare poſſit, non admodum delectari? nihil eſt
nim remuneratione benevolentiae, nihil viciſſitudi-
ne ſtudiorum officiorumque jucundius. Quod ſi
tiam illud addimus, quod recte addi poteſt, nihil
ſſe, quod ad ſe rem ullam tam illiciat & tam attrahat,
uam ad amicitiam ſimilitudo: concedetur profecto
erum eſſe, ut bonos boni diligant, adſciſcantque
bi quaſi propinquitate conjunctos atque natura. ni-
il eſt enim appetentius ſimilium ſui, nihil rapacius,
uam natura. Quamobrem hoc quidem, Fanni &
caevola, conſtat, (ut opinor) bonis inter bonos
uaſi neceſſariam benivolentiam eſſe: qui eſt amici-
ae fons a natura conſtitutus. ſed eadem bonitas
tiam ad multitudinem pertinet. non eſt enim inhu-
ana virtus, neque immunis, neque ſuperba: quae
etiam

IV Metam.
Poſtquam epulis functi, generoſi munere Bacchi
Diffudere animos. Græv.

Neque immunis] Sex. Pompejus: *Im-nis, inquit, aliquando improbus.* utus, *immune eſt facinus.* ita ille. t autem in principio Trinummi. m Cicero, ut decorum in perſona tonis & Lælii obſervet, his dialo- non nihil aliquando inſpergit an- ui ſermonis. *Car. Lang.* *Neque immanis*] Omnes fere noſtri libri veteres habent, *immunis*: & ita edidit Langius: ita denique emendatum eſt in cod. Memm. immunis autem ſignificat interdum improbum, quemadmodum docet Nonius. & ita Plautus. quomodo fortaſſe etiam apud Horatium accipiendum eſt oda 23. lib. III. *Immunis aram ſi tetigit manus: Non ſumtuoſa blandior hoſtia Lenibit averſos penates Farre pio, & ſaliente mica.* Ego tamen nihil muto. *Lambin.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

etiam populos univerſos tueri, eiſque optime conſulere ſoleat: quod non faceret profecto, ſi a caritate vulgi abhorreret. Atque etiam mihi quidem videntur, qui utilitatis cauſa fingunt amicitias, amabiliſſimum nodum amicitiae tollere. non enim tam utilitas parta per amicum, quam amici amor ipſe delectat: tumque illud fit, quod ab amico eſt profectum, jucundum, ſi cum ſtudio eſt profectum: tantumque abeſt, ut amicitiae propter indigentiam colantur, ut ii, qui opibus & copiis, maximeque virtute praediti, in qua plurimum eſt praeſidii, minime alterius indigeant, liberaliſſimi ſint & beneficentiſſimi. Atque haud ſcio, an ne opus ſit quidem, nihil umquam omnino deeſſe amicis. Vbi enim ſtudia noſtra viguiſſent, ſi numquam conſilio, numquam opera noſtra nec domi, nec militiae Scipio eguiſſet? non igitur utilitatem amicitia, ſed utilitas amicitiam conſecu-

Lambin. Sed iſta ſignificatio vocis *immunis*, ſi unquam eam habuit, non poteſt accommodata eſſe huic loco. Quis enim ſanus dixerit virtutem improbam non eſſe. Qui enim quod improbum eſt, poteſt dici virtus? *Neque immunis*, ſignificat, non eſt otioſa, & ſuis tantum commodis intenta, alios non curans; ſed negotioſa eſt, & extenditur, hoc enim eſt *pertinet*, & late diffunditur ad totum populum, quem benevolentia complectitur, & cujus utilitatibus, quia ei bene cupit, invigilat. Locum Plauti & Horatii jam dudum recte viri docti expoſuerunt. *Græv*ius.

Si cum ſtudio] Hæ dictiones, *cum amore*, in veteri nullo exemplari repeNone riuntur. ſed nec paullo poſt dictio, *præditi: maxumeque virtute præditi in qua* &c. quæ locutio recepta eſt: ut infra, *quanquam miror illa ſuperbia* &c. Terent. Eunuch. *Eam ſe credit eſſe, ut eſt dementia.* C. Lang.

Maximeque virtute, in qua] Sic quidem Langium ſecutus edidit Gruterus multis codicibus antiquis conſentientibus. Sed profecto aliorum librorum, inter quos etiam eſt Pithæanus, & editionum ſcriptura non eſt repudianda. Nam hic aliquam deſiderari vocem non poteſt non quivis deprehendere, qui animum attendat. Nam licet Latini dicant, *ille, qua eſt eruditione, hæc præſtabit*: negabunt tamen recte loqui qui dicat, *ille, qui maxime eruditione, hæc præſtabit.* Sic recte in capite ſequente in Langii, Victorii & Gruteri editionibus legitur: *quanquam miror illa ſuperbia & importunitate* (ſc. tyrannum) *ſi quenquam habere potuit*, pro quo male in aliis editionibus: *in illa ſuperbia & importunitate.* Vulgatam igitur omnino retinendam hic cenſuimus. *Grævius.*

Nihil unquam omnino deeſſe amicis] Vet. liber qui apud me eſt, ita habet, *nihil unquam indigere amicos*: vetuſte, at ita tamen ut nulla duritate offendat aures. *Indigere* certe cum caſu accuſandi non modo Plautus, & M. Varro, ſed & alii dixere. *C. Lang.*

De-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ſecuta eſt. Non ergo erunt homines deliciis diffluentes audiendi, ſi quando de amicitia, quam nec uſu, nec ratione habent cognitam, diſputabunt. Nam quis eſt, pro deum fidem atque hominum, qui velit, ut neque diligat quemquam, nec ipſe ab ullo diligatur, circumfluere omnibus copiis, atque in omnium rerum abundantia vivere? haec enim eſt tyrannorum vita; in qua nimirum nulla fides, nulla caritas, nulla ſtabilis benevolentiae poteſt eſſe fiducia: omnia ſemper ſuſpecta, atque ſollicita: nullus locus amicitiae. quis enim aut eum diligat, quem metuit: aut eum, a quo ſe metui putat? Coluntur tamen ſimulatione duntaxat ad tempus. quod ſi forte (ut fit plerumque) ceciderint: tum intelligitur, quam fuerint inopes amicorum. quod Tarquinium dixiſſe ferunt tum exſulantem, ſe intellexiſſe, quos fidos amicos habuiſſet, quos infidos, cum jam neutris gratiam referre poſſet. quamquam miror illa ſuperbia & importunitate, ſi quemquam habere potuit. Atque ut

15

Deliciis diffluentes] In hoc conſen…unt inter ſe libri veteres, quod ha…ent ſine ulla varietate, *deliciis*, ubi …ulgati, *divitiis*: in eo diſcrepant, …uod alii cum vulgatis conſentientes, …abent, *affluentes*: alii, *diffluentes*, …uos ſecutus ſum. Sic dixit lib. I. de …ffic. *diffluere luxuria*, & lib. III de …ratore, *otio diffluentes*: & Terentius …eautont. *ut ejus animum, qui nunc …xuria & laſcivia diffluit, retundam, …digam, ut quo ſe vertat, neſciat.* …ambin.

Vt neque diligat quenquam, nec ipſe …ullo diligatur] Is non eſt dignus qui …vat, ſecundum Democratis dictum: …ν οὐκ ἄξιος ὅτῳ μηδείς ἐστι χρηστὸς …λος. *Indignus eſt qui vivat, cui nul… eſt amicus commodus.* Veriſſimum …oque eſt, quod idem ait, qui ne…nem amat, a nemine amari? οὐδ' …ἑνὸς φιλέεσθαι δοκέει μοι ὁ φιλέων …δένα. *A nemine amari exiſtimo quiſquis amat neminem.* Nam *ſi vis amari ama.*

Quis enim aut eum diligat, quem metuit] Veriſſime enim Ennius:

Quem metuunt oderunt.
Quem odit, quiſque periſſe expetit.

Vide Ciceronem II de officiis cap. 7, & quæ ibi notamus. Sapienter monet Demophilus: Θέλε μᾶλλον τοὺς συνόντας αἰδεῖσθαί σε ἢ φοβεῖσθαι. αἰδοῖ γὰρ προσέστι σέβας, φόβῳ δὲ μῖσος. *Da operam ut tui te familiares vereantur potius, quam metuant: nam verecundia venerationem, metus odium conjunctum habet.*

Tum exſulantem] Quidam libri, *ferunt, cum exſulem eſſe ſe intellexiſſet.* alii, *ferunt, cum vere exſulantem ſe intellexiſſet*: meliores, *ferunt: tum exſulantem ſe intellexiſſ.* C. Lang.

Si quenquam habere potuit] Non Tarquinii tantum, & tyranni, ſed & fere Reges omnes ac Principes fidos ami-

ut hujus, quem dixi, mores veros amicos parare non potuere: ſic multorum opes praepotentium excludunt amicitias fideles. non enim ſolum ipſa fortuna caeca eſt, ſed eos etiam plerumque efficit caecos, quos complexa eſt. Itaque efferuntur illi fere faſtidio & contumacia: neque quidquam inſipiente fortunato intolerabilius fieri poteſt. Atque hoc quidem videre licet, eos, qui antea commodis fuerunt moribus, imperio, poteſtate, proſperis rebus immutari, ſpernique ab iis veteres amicitias, indulgere novis. Quid autem ſtultius, quam, cum plurimum copiis, facultatibus, opibus poſſint, cetera parare, quae parantur pecunia, equos, famulos, veſtem egregiam, vaſa pretioſa: amicos non parare, opti-

amicos non habent. Vera ſunt utique illa in Hercule Oetæo apud Senecam:

Licet omne tua vulgus in aula
Centum pariter limina pulſet:
Cum tot populis ſtipatus eas,
In tot populis vix una fides.

Vt hujus, quem dixi, mores veros amicos parare non potuerunt] Quorum mores inepti ſint ad amicitiam ſive contrahendam ſive tuendam. vide apud Ariſtot. VIII ad Nicom. & Themiſtium orat. de amicitia, quæ eſt 22 in editione pulcherrima, quam nuper adornavit, vir & doctrinæ copia & ingenii elegantia conſpicuus, mihique peramicus, Ioannes Harduinus.

Vt eos etiam plerumque efficit cæcos, quos complexa eſt] Nihil certius. Etenim

Fortuna nimium quem fovet ſtultum facit.

ut ſcite P. Syrus mimus.

Itaque efferuntur illi fere faſtidio & contumacia] Vetuſtiſſ. liber, *efferantur.* non improbo tamen receptam lectionem. *C. Lang.* *Itaque efferuntur fere faſtidio*] Sic habent omnes noſtri codices: neque video ullum in hac ſcriptura vitium. Teſtatur tamen Langius ſe in uno ſcriptum reperiſſe, *efferantur:* & ita edidit: quamquam fatetur ſe vulgatam & receptam non improbare. Omnino, *efferantur*, hic non placet. *Lambin.* *Itaque efferuntur illi fere faſtidio* &c.] Sic MSS. & olim publicati. *efferri faſtidio*, jactare ſe & inculcare opes, ac præ ſe contemnere ceteros. *faſtidium* enim ſuperbia & contemptus aliorum eſt, a faſtu. Gloſſæ, *Faſtidioſus* ὑπερόπτης, σικχός. Plautus Bacchidibus: *Sed diveſne eſt iſthic Theotimus?* CH. *etiam rogas? qui ſoccis habeat auro ſuppactum ſolum.* NIC. *Cur ita faſtidit? tantas divitias habet. Neſcit auro quid faciat.* conſideraſſet hoc Langius, non mutaſſet in *efferantur*; quod crudelitatis eſt & ſævitiæ, de qua hic non agit. *Guilielmius.* Vide I. Fr. Gronov. obſerv. lib. IV, c. 10. Superbos autem & arrogantes non aptos eſſe ad amicitiam colendam oſtendit Themiſtius orat. de amicitia. Contumaces autem & arrogantes non ſolos amicos reddere felicitatem, ſed & civitates & reſpublicas docet Polybius lib. VI.

Veſtem egregiam] Quidam edunt & *gloriam.* Loco huic ſine omni exceptione malæ tractationis actio danda erat: Nam titulos, dignitates, honores, multi; *gloriam* vero quis emit unquam? *C. Lang.*

Opti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

optimam & pulcherrimam vitae, ut ita dicam ſupellectilem? etenim cetera cum parant, cui parent, neſciunt, nec cujus cauſa laborent. ejus enim eſt iſtorum quidque, qui vincit viribus: amicitiarum ſua cuique permanet ſtabilis, & certa poſſeſſio: ut, etiam ſi illa maneant, quae ſunt quaſi dona fortunae, tamen vita inculta, & deſerta ab amicis, non poſſit eſſe jucunda. Sed haec hactenus. Conſtituendi autem 16
ſunt, qui ſint in amicitia fines, & quaſi termini diligendi: de quibus tres video ſententias ferri; quarum nullam probo: unam, ut eodem modo erga amicum affecti ſimus, quo erga noſmetipſos: alteram, ut noſtra in amicos benivolentia illorum erga nos benivolentiae pariter aequaliterque reſpondeat: tertiam, ut, quanti quiſque ſeipſe facit, tanti fiat ab amicis. Harum trium ſententiarum nulli prorſus aſſentior. nec enim illa prima vera eſt, ut, quemadmodum in ſe quiſque, ſic in amicum ſit animatus. quam multa enim, quae noſtra cauſa numquam faceremus, facimus cauſa amicorum? precari ab indigno, ſupplicare; tum acerbius in aliquem invehi, inſectarique vehementius: quae in noſtris rebus non ſatis honeſte, in

Optimam & pulcherrimam vitæ ſupellectilem]. Vnde vetus Tragicus:
Ὀὐκ ἔστιν οὐδὲν κτῆμα κάλλιον φίλου.
Nulla eſt amico pulchrior poſſeſſio.
Nam
Φίλους ἔχων νόμιζε θησαυροὺς ἔχειν.
Tibi ſi eſt amicus, eſſe theſaurum puta;
ut veteris Tragici incertos verſus vertit H. Grotius.

Amicitiarum ſua cuique permanet ſtabilis] Parcenſe exemplar habet, *nam amicitiarum ſua cuique pertinet ſtabilis* &c. *C. Lang.*

Et quaſi termini diligendi] Sic MSS. hoc eſt amandi termini, ſeu amoris.

Vt quemadmodum in ſe quiſque ſic in amicum ſit animatus] Probat tamen hoc in tertia Tuſculana c. 29: *Præclarum illud eſt, &, ſi quæris, rectum quoque & verum, ut eos, qui nobis cariſſimi eſſe debeant, æque ac noſmetipſos amemus: at vero plus, fieri nullo modo poteſt. ne optandum quidem eſt in amicitia, ut me ille plus quam ſe, ego illum plus quam me. perturbatio vitæ, ſi ita ſit, atque officiorum omnium conſequatur.* Et hæc ſententia verior eſt, nec ei obſtant quæ mox affert Cicero. Nam ſi aliquid facio amici cauſſa, quod mea non facerem, non propterea magis illum quam me amo: Sed quia ſine reprehenſione licet mihi pro amico impudenti eſſe & ſupplicare indigno, quæ vitio mihi verterentur, ſi mei cauſſa ſuſciperem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

in amicorum fiunt honeſtiſſime: Multaeque res ſunt, in quibus de ſuis commodis viri boni multa detrahunt, detrahique patiuntur, ut iis amici potius, quam ipſi fruantur. Altera ſententia eſt, quae definit amicitiam paribus officiis ac voluntatibus. hoc quidem eſt nimis exigue & exiliter ad calculos vocare amicitiam, ut par ſit ratio acceptorum & datorum. Ditior mihi & affluentior videtur eſſe vera amicitia: nec obſervare reſtricte, ne plus reddat, quam acceperit. neque enim verendum eſt, ne quid excidat, aut ne quid in terram defluat, aut ne plus aequo quid in amicitiam congeratur. Tertius vero ille finis deterrimus, ut, quanti quiſque ſe ipſe faciat, tanti fiat ab amicis. ſaepe enim in quibuſdam aut animus abjectior eſt, aut ſpes amplificandae fortunae fractior. non eſt igitur amici, talem eſſe in eum, qualis ille in ſe eſt: ſed potius eniti & efficere, ut amici jacentem animum excitet, inducatque ſpem cogitationemque meliorem. Alius igitur finis verae amicitiae conſtituendus eſt, ſi prius, quid maxime reprehendere Scipio ſolitus ſit, edixero. Negabat ullam vocem inimiciorem amicitiae potuiſſe reperiri, quam ejus, qui dixiſſet, ita amare oportere, ut ſi aliquando eſſet oſurus. nec vero ſe adduci poſſe, ut hoc, quemadmodum putaretur, a Biante eſſe dictum crederet, qui ſapiens habitus eſſet unus e ſeptem, ſed impuri cujuſdam, aut

In amicitiam congeratur] Sic legendum, & ita ſcriptum eſt in duobus antiquiſſimis libris, longeque optimis. *Lambin.*

Ita amare oportere, ut ſi aliquando eſſet oſurus] Ariſtoteles lib. II. Rhet. ἐ δεῖ, ὥσπερ φασὶ, φιλεῖν ὡς μισήσοντα, ἀλλὰ μᾶλλον μισεῖν, ὡς φιλήσοντα. eadem ſententia uſus eſt Sophocles in Ajace. *F. Vrſin.* Male Cicero hic a Rogerio reprehenditur, & Chilonis ſententia laudatur. Cicero enim loquitur de vera & perfecta amicitia virorum bonorum, & virtute præditorum, in quam ſane hæc cadere non poſſunt, nec quicquam accidere, quod odium parere poſſit: quia ſapiens & vir bonus ſemper ſibi conſtat. de vulgari autem amicitia, ſi qualis vulgo colitur ab hominibus, ſi Bias loquitur, recte utique loquitur. *Fronti* enim *nulla fides.* Hinc & Auguſtinus in epiſtola ad Hieronymum: *Quis denique amans non formidetur quaſi ſuus-*

aut ambitioſi, aut omnia ad ſuam potentiam revocantis eſſe ſententiam. quonam enim modo quiſquam amicus eſſe poterit, cui ſe putabit inimicum eſſe poſſe? quinetiam neceſſe erit cupere & optare; ut quam ſaepiſſime peccet amicus, quo plures det ſibi tamquam anſas ad reprehendendum: rurſum autem recte factis commodiſque amicorum neceſſe erit angi, dolere, invidere. quare hoc quidem praeceptum, cujuſcumque eſt, ad tollendam amicitiam valet. Illud potius praecipiendum fuit, ut eam diligentiam adhiberemus in amicitiis comparandis, ut nequando amare inciperemus eum, quem aliquando odiſſe poſſemus. quinetiam ſi minus felices in deligendo fuiſſemus, ferendum id Scipio potius, quam inimicitiarum tempus cogitandum, putabat. His igitur fini- 17
bus utendum arbitror, ut, cum emendati mores amicorum ſint, tum ſit inter eos omnium rerum, conſiliorum, voluntatum, ſine ulla exceptione communitas:

turus inimicus, ſi potuit inter Hieronymum & Rufinum hoc quod nos plangimus exoriri. O miſera & miſeranda conditio! O infida in voluntatibus amicorum ſcientia praeſentium, ubi nulla eſt praeſcientia futurorum. qui locus Rogerio debetur.

Cupere & optare, ut quam ſaepiſſime peccet amicus] Hæc Ciceronis ratio non facit ad Biantem impugnandum. Nebit Bias ſe optare ut amicus, quem amat, tanquam accidere poſſet odio aliquando proſequatur, peccet, & occaſionem habeat eum reprehendendi: imo hoc non optabit, ſed amicus ſic vivat ut ſemper cum illo poſſit amicitiam initam colere ſine querela & reprehenſione: ſed tamen ſemper cogitabit eum, tanquam hominem non perfectum poſſe immutari, itaque nihil ei committendum eſſe, quod, ſi alienetur a te, tibi noxium, aut turpe poſſit eſſe.

Omnium rerum, conſiliorum, voluntatum, ſine ulla exceptione communitas] *Vere enim amicis*, ut ait Euripides, *proprium prorſus nihil.* Cicero pro Planco: *Vetus eſt illa lex juſtæ veræque amicitiæ, quæ mihi cum illo jam diu eſt, ut idem amici ſemper velint: neque eſt ullum certius amicitiæ vinculum, quam conſenſus & ſocietas conſiliorum & voluntatum.* Nam *idem velle, idemque nolle, ea demum eſt firma amicitia*, ut ille Catilina Salluſtianus ait. *Roger.* Cauſſam reddit Plinius in Panegyrico cur *idem velle* ſit vinculum amicitiæ, quia *in alio*, inquit c. 54, *ſua quemque natura delectat.* Pulchre igitur Thucydides lib. 3: εἰδότες οὔτε φιλίαν ἰδιώταις βέβαιον γιγνομένην, οὔτε κοινωνίαν πόλεσιν, ἐς οὐδὲν, εἰ μὴ μετ᾽ ἀρετῆς δοκούσης εἰς ἀλλήλους γίγνοιντο, καὶ τἄλλα ὁμοιότροποι εἶεν. *Scientes neque amicitiam inter privatos initam eſſe ſtabilem, neque conſortium inter civitates aliquid pollere, niſi mutua opinio intercedat virtutis, & circa cetera mo-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

nitas: ut etiam ſi qua fortuna acciderit, ut minus juſtae amicorum voluntates adjuvandae ſint, in quibus eorum aut caput agatur, aut fama, declinandum ſit de via, modo ne ſumma turpitudo ſequatur. eſt enim quatenus amicitiae dari venia poſſit. nec vero negligenda eſt fama: nec mediocre telum ad res gerendas exiſtimare oportet benivolentiam civium: quam blanditiis & aſſentando colligere turpe eſt. virtus, quam ſequitur caritas, minime repudianda eſt. Sed ſaepe (etenim redeo ad Scipionem, cujus omnis ſermo erat de amicitia) querebatur, quod omnibus in rebus homines diligentiores eſſent;

ut

morum vitæque ſimilitudo: vide de hac communitate amicorum Senecam VII de beneficiis cap. 12. & Ariſtot. ad Nicom. VIII, c. 9.

Vt minus juſtæ amicorum voluntates adjuvandæ ſint] Vid. III de Officiis cap. 10, & Gellium 1, 3.

In quibus eorum aut caput agatur, aut fama] Vtrumque Latine dicitur, *caput ejus*, vel *de capite ejus agitur:* prius in vetuſtioribus libris habetur; & item in Gellii manuſcripto exemplari lib. 1. cap. 3. ubi hic locus excutitur diligenter. quod caput dimidia amplius parte mutilum, cum aliquot aliis aliquando integrum edam. *C. Lang.*

Aut caput agatur, aut fama] Sic legendum: non, ut habent libri vulgati, *de capite:* quod non ſolum librorum veterum auctoritate, & Gellii teſtimonio, ſed etiam ratione pervincitur. Longe enim aliud dicit qui ita dicit, *agitur caput, res fortunæ, honor:* aliud qui, *agitur de capite, re, fortunis, honore.* Ille ſignificat, caput, rem, fortunas, honorem, in diſcrimen eſſe adducta: hic de capite, re, fortunis, honore conſultari, aut ſermonem haberi. hoc propter quendam annotavi, qui utroque idem ſignificari putat. *Lambin.*

Declinandum ſit de via] Sic Cicero declinavit de via, cum Milonem amicum ſuum defendit, quem ſciebat ea voluntate fuiſſe, ut Clodium occideret, ſi ſe Lanuvium ad prodendum Flaminem ituro in via offerret: eum tamen probavit inſidias non feciſſe. Sic M. Antonius orator C. Norbanum, qui tribunus plebis ſeditionem excitarat, contra P. Sulpitium, qu majeſtatis eúm accuſavit, defendit quia amicus ejus erat. vid. & Cicero nem in orat. pro Muræna cap. 3 co pioſe de hac amicitiæ lege & jur diſputantem.

Nec vero negligenda eſt fama] Cic 1 de officiis. *Negligere quid de ſe quiſque ſentiat, non ſolum arrogantis eſt ſed etiam omnino diſſoluti.*

Nec mediocre telum ad res gerenda exiſtimare oportet] Vide Cic. III d offic. cap. 6. & ſequ.

Blanditiis & aſſentando] Sic reſcrip ex editione Langii & veteribus libri Palatinis, in quibus legitur: *blanditi & aſſendando.* Gruterus prætulit *aſ ſectando.* Sed aſſectari bonos laudi du citur, non vitio. Sic 1 de orat. dici tur Servius Galba P. Craſſum ædili tatem petentem aſſectatus eſſe. & ir epiſtola Quinti de petitione Conſula tus, aſſectatorum copia laudatur. *Gra vius.*

Quod omnibus in rebus homines dili gentiores eſſent] Hæc Cicero ex Xeno phonte habuit, apud quem II ἀπο μνημον. Socrates de amicitia ſic lo

qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ut capras, & oves quot quiſque haberet dicere poſſet: amicos quot haberet, non poſſet dicere: & in illis quidem parandis adhibere curam, in amicis eligendis negligentes eſſe: nec habere quaſi ſigna quaedam & notas, quibus eos, qui ad amicitiam eſſent idonei, judi-

uitur: τοῦτο μὲν γὰρ δὴ πολλῶν ἔφη κούειν ὡς πάντων κτημάτων κράτιστον ν εἴη φίλος σαφὴς καὶ ἀγαθός. Ἐπιμελουμένους δὲ παντὸς μᾶλλον ὁρᾶν ἔφη πολλοὺς ἢ φίλων κτήσεως. καὶ γὰρ οἰκίας καὶ ἀγροὺς καὶ ἀνδράποδα καὶ βοσκήματα καὶ σκεύη κτωμένους τε ἐπιμελῶς ᾶν ἔφη, καὶ τὰ ὄντα σώζειν πειρωμένους· φίλον δὲ, ὃ μέγιστον ἀγαθὸν εἶναι φασὶν, ὁρᾶν ἔφη τοὺς πολλοὺς οὔτε ὅπως κτήσωνται φροντίζοντας, οὔτε ὅπως ὄντας τε ἑαυτοῖς σώζοντας. *A multis iebat ſe hoc audire, omnium poſſeſſionum præſtantiſſimam eſſe verum ac bonum amicum. Videre vero ſe quam plurimos quidvis potius ſectari, quam ſtuum comparandorum amicorum. Etenim s ſe videre dicebat, ut haberent domos, rros, & ſervos, & pecora & vaſa digenter providere, nec non ut parta conrvarent enixe ſtudere: de amico vero, uod maximum bonum eſſe dicunt, nec mparando, nec conſervando dixit ſe vire homines vulgo minime ſollicitos eſ-*

Vt capras & oves quot quiſque habet] Socrates in eodem loco paullo oſt: Ἔτι δὲ πρὸς τούτοις ὁρᾶν ἔφη τοὺς πολλοὺς τῶν μὲν ἄλλων κτημάτων, καὶ ένυ πολλῶν αὐτοῖς ὄντων, τὸ πλῆθος εἰδότας, τῶν τε φίλων ὀλίγων ὄντων οὐ μόνον τὸ πλῆθος ἀγνοοῦντας, ἀλλὰ καὶ τοῖς πυνθανομένοις τοῦτο καταγειν ἐγχειρήσαντας οὓς ἐν τοῖς φίλοις ἐθέασαντο, πάλιν τούτοις ἀνατίεσθαι. τοσοῦτον αὐτοὺς τῶν φίλων φροντίζειν. *Ad hac, inquit, ſe videre pleſque homines poſſeſſiones ſuas, quams multæ ſint, exacte poſſe, amicorum ro numerum, ignorare, etſi pauci ſint, terrogantibus quotnam, qualeſve haant, exponere non poſſe. Tantillam hant amicorum curam.*

Nec habere quaſi ſigna quadam & notas] Quaſdam ponit & docet Iſocrates ad Demonicum: Μηδένα φίλον ποιοῦ πρὶν ἂν ἐξετάσῃς, πῶς κέχρηται τοῖς προτέροις φίλοις. ἔλπιζε γὰρ αὐτὸν καὶ περὶ σοῦ γενέσθαι τοιοῦτον, οἷος καὶ περὶ ἐκείνους γέγονε. *Amicitiam cum nemine jungito, priuſquam exploraveris, quam bene prioribus amicis fuerit uſus. Talem enim in te futurum tibi perſuadere potes, qualis in eos fuerit.* Non longe abeunt hac nota, ex qua cognoſci poſſit, num quis idoneus ſit ad amicitiam, quæ in deligendis amicis obſervari præcipit Themiſtius orat. de amicitia: Πρῶτον μὲν οὖν ὁ δοκιμαζόμενος ἔσω φιλόστοργός τε φιλοίκειος ὅτι μάλιστα, καὶ φύσει τόδε τὸ κέντρον ἔχων ὡς παραίτιον τῆς ξυγκολλήσεως. εἰ οὖν φαίη μέ τις ληρεῖν ἐξ αὐτῶν τῶν προοιμίων, κελεύοντα πρὸ πείρας γινώσκειν ἃ μετὰ πείρας οἷόν τε μόνης· εὖ τοι γινωσκέτω μὴ δεήσεσθαι μαντικῆς· οὐδεὶς γὰρ ἡμῶν κατὰ τοὺς ποιητὰς

> Ἀπὸ δρυός ἐστι παλαιφάτου, οὐδ' ἀπὸ πέτρης.

Ἀλλ' ἑκάστῳ καὶ πατὴρ καὶ μήτηρ ἐστὶ καὶ ἀδελφὸς, ἴσως καὶ συγγενής· ὅταν οὖν ἐθέλῃς γινώσκειν, ὅπως σοι χρήσεται φίλῳ ἄνθρωπος οὗτος· γινώσκειν πρῶτον ὅπως ἐχρήσατο τῷ πατρὶ, ἢ ὅπως τῇ μητρὶ, ἢ ὅπως τἀδελφῷ χρῆται, ἢ ὅπως ἔχει πρὸς τὴν γυναῖκα. εἰ μὲν γὰρ τούτοις πρᾷόν τε εἴη καὶ εὔνους, ἐλπίζειν χρὴ καὶ πρὸς ἑαυτὸν τὰ ἀμείνω. εἰ δὲ χαλεπὸς καὶ δυσμενής, σοι πόῤῥωθεν ἂν εἴη φευκτός· ὁ γὰρ πρὸς τὰ ἔνδον πονηρὸς, οὐκ ἂν γένοιτο πρὸς τὰ ἔξω χρηστός. *Inprimis hic, quem exploramus in ſuorum charitatem propenſus eſto, & propinquorum amantiſſimus: naturaque inſitos ejuſmodi ſtimulos habeat, qui conglutinationem animorum ac conciliationem efficiant. Quod ſi me delirare quiſquam in primo ſtatim diſputationis*

judicarent. Sunt igitur firmi, & ſtabiles, & conſtantes eligendi: cujus generis eſt magna penuria: & judicare difficile eſt ſane niſi expertum. experiendum autem eſt in ipſa amicitia. ita praecurrit amicitia judicium, tollitque experiendi poteſtatem. Eſt igitur prudentis ſuſtinere; ut currum, ſic impetum benivolentiae: quo utamur quaſi equis tentatis, ſic amicitiis, aliqua parte periclitatis moribus amicorum. Qui-

tionis aditu dixerit, qui ante experimentum jubeam ea cognoſcere, quæ non niſi experimento facto aperta eſſe poſſunt: velim is intelligat, nihil ad hoc divinatione opus fore. Nemo enim noſtrum, ut poetæ dicunt,

De quercu eſt antiqua, ſaxove creatus.

Sed unicuique & pater eſt & mater, & frater, & fortaſſe conſanguineus. Quare cum id ſcire voles, quemadmodum ſe ſe erga te amicum geſturus ille ſit: vide inprimis quomodo ſe erga patrem geſſerit, aut matrem, aut quemadmodum erga fratrem ſe gerat, aut in uxorem ſit affectus, Nam ſi benevolus in hos ſit, ſperare de te meliora etiam potes. Sin moroſus atque infenſus ſit, longe eum fuge. Qui enim domi nequam eſt, foris nunquam bonus eſſe poterit.

Sane niſi expertum] *Sane*, caſtigantis eſt. ut III de legib. *Quæ res cum ſapientiſſime modeſtiſſimeque conſtituta eſſet a majoribus, nihil habui; ſane non multum, quod putarem novandum in legibus.* C. Lang.

Experiendum eſt in ipſa amicitia] Sed admodum caute. Quomodo autem experiendum ſit optime docet Iſocrates ad Demonicum: Μήτε μὲν βλάβης πειρῶ τῶν φίλων, μήτε ἄπειρος εἶναι τῶν ἑταίρων θέλε. τοῦτο δὲ ποιήσεις ἂν μὴ δεόμενος, τὸ δεῖσθαι προσποιῇ. περὶ τῶν ῥητῶν ὡς ἀπορρήτων ἀνακοίνου. μὴ τυχὼν μὲν γὰρ οὐδὲν βλαβήσῃ. τυχὼν δὲ μᾶλλον τὸν τρόπον αὐτῶν ἐπιστήσῃ. *Nec cum periculo mores amicorum periclitare, nec rudis & imperitus morum eorum iis te temere committas. Quod fiet ſi non egens egere te ſimules. Communica cum iis res non arcanas tanquam arcanas. Nam deceptus nihil detrimenti capies, & voti compos factus eorum mores habebis exploratiores.* Betul.

Quo utamur, quaſi equis tentatis] Quidam, *aquis tentatis*, legunt contra omnium vet. exemp. auctoritatem: quanquam non magnopere pugno. *Equum tentamus*, id eſt, ad curſum & alia ſummittimus; ut, periclitemur ſi curſu valet, ſi ſeſſorem patitur, ſi ore contumaci non eſt, ſi verſuras faciles præbet, ſi valet curſu, ſi ſuccuſſor non eſt, & alia ejuſmodi, quibus cognitis eo vel utamur, vel ipſum repudiemus. Sic amicorum mores periclitandi. *C. Lang. Quaſi equis tentatis*] Ego olim cum hic mihi videretur legendum, *quaſi aquis tentatis*, hæc, quæ ſequuntur, his ipſis verbis, adſcripſeram. Aliis aliter: mihi ita placet legi: *aquis tentatis*. Primum enim in diſſenſione librorum & varietate ſcripturæ licet mihi vel hanc, vel illam probare. quanquam in nullis codicibus antiquis reperi, *tentatis*: ſed in aliis, *temperatis*: quod corruptum eſt ex vitioſa ſcriptura, *temptatis*: in aliis hoc ipſum, *temptatis*. In altera autem voce valde diſcrepant codices. alii enim habent, *æquis*; alii, *equis*: alii, *aquis*. Deinde ſimilitudo aquarum tentatarum, quod eſt uſurpata a Platone lib. 10 de Legibus, mihi ad hunc locum accommodatior videtur. Eſt autem duabus fere paginis poſt principium lib. his verbis: σκοπεῖτε οὖν εἰ καθάπερ ποταμὸν ἡμᾶς ἔδει τρεῖς ὄντας διαβαίνειν ῥέοντα σφόδρα. νεώτατος ἐγὼ τυγχάνων ὑμῶν, καὶ πολλῶν ἐμπει-

ἔμπειρος ῥευμάτων, εἶπον, ὅτι πρῶτον ἐμὲ χρὴ πειραθῆναι κατ' ἐμαυτὸν, καὶ καταλιπόντας ἐν ἀσφαλεῖ σκέψασθαι εἰ διαβατός ἐστι πρεσβυτέροις ὅτι καὶ ὑμῖν ὑμᾶς, ἢ πῶς ἔχει, &c. id eſt, *Videte igitur, ſi, quemadmodum fluvium nos tres tranſire oporteret, rapide fluentem, ego cum eſſem natu minimus veſtrum, & multorum fluminum peritus, dicerem vobis me primum & ſolum periclitari, & videre oportere, eſſetne fluvius ad tranſeundum vobis quoque facilis natu grandioribus, cum vos in tuto reliquiſſem*, &c. Quin ita locutus eſt & lib. 2. de Legib. *nec enim ullum hoc frigidius flumen attigi, cum ad multa acceſſerim, ut vix pede tentare poſſim.* Hoc igitur olim ad hunc locum annotarem, cum in hac eſſem ſententia, ut hic legi deberet, *aquis tentatis.* Nunc, ſententia mutata, *equis tentatis*, potius mihi legendum videtur, maxime propter illa verba, quæ antecedunt, *ſuſtinere ut curſum*, ſeu, ut alii libri habent, *currum*, *ſic impetum benevol.* Ex verbis illis in hanc ſententiam nunc adducor, ut M. Tullium in eadem ſimilitudine manentem ſcripſiſſe putem, quaſi *equis tentatis* &c. Quod autem & quidam, *equis temperatis*, probant, ab eis diſſentio. neque tamen eorum aut judicium reprehendo, aut ingenium contemno. Omnino alterutro modo mihi legendum videtur, vel quaſi *aquis tentatis*, ut olim edidi: vel, *quaſi equis tentatis:* quod nunc magis probo. Nec hoc quidem diſſimulabo, mihi videri ſic eſſe legendum, quo utamur. quaſi *aquis tentatis: ſic in amicitiis, aliqua parte periclitatis moribus amicorum:* ut *periclitari mores amicorum*, & *tentare equos* inter ſe comparentur. *Lambin. Eſt igitur prudentis ſuſtinere ut curſum navis, ſic impetum benevolentiæ*] Ita videtur legendum ex auctoritate libri manuſcripti. in vulgatis autem deeſt *navis*, quæ vox neceſſaria videtur, ut ſimilitudo referatur ad Platonis locum in lib. x de legibus, in quo eſt: καὶ καθάπερ ποταμὸν ἡμᾶς ἔδει, &c. καὶ ἐν ἀσφαλεῖ σκέψασθαι εἰ διαβατὸς εἴη. *F. Vrſinus. Quaſi aquis tentatis*] Nolui abire a P. Victorii exemplaribus fidei probatiſſimæ. nam Pall. quinque, *quaſi aquis tempeſtatis*; ut & habet editio prima. ſolum in Pal. ſexto, inveni illud *equis temperatis.* Explicat hanc ſuam lectionem idem Victorius libro XXIV. Var. Lect. cap. 20. At Fr. Hotomano libri v. obſervat. cap. 24. emendandum videtur: *ut curſum equi quo utamur, aquis tentatis: ſic ineptum benevolentiæ in amicitia, periclitatis* &c. vultque ſimilitudinem ſumptam ab agitatoribus, qui (ut aliquoties vidit) in extremo curriculo, ubi equos ad curſum incitant, defoſſum habent lacum; ut ſi freno ſuſtinere currentis equi impetum non poſſint; tamen equus ſe ſua ſponte tentatis in eo lacu aquis, & earum altitudinem formidans, ſiſtat. Guilielmius ad hunc locum ita annotarat: legendum omnino, *quaſi equis temperatis*, volentibus libris; ut & paullo ante *currum.* ut auriga, inquit, tempeſtive equis temperat, ne ferantur effuſi; ita & nos ardori primo in amicitia temperabimus, donec periclitati ſimus amici mores. non improbo. *Gruterus. Equis tentatis* recte Langius eruit ex MSS & expoſuit. Theognides in ſententiis, ubi de eadem re, de qua hic Cicero diſputat, agit, eadem uſus eſt tranſlatione, ut nullus dubitandi locus ſit, ex illo fonte Ciceronem hoc hauſiſſe:

Κιβδήλου δ' ἀνδρὸς γνῶναι χαλεπώτερον οὐδὲν
 Κύρν', οὐδ' εὐλαβίης ἐστὶ περὶ πλέονος.
Χρυσοῦ κιβδήλοιο καὶ ἀργύρου ἀνχετὸς ἄτη
 Κύρνε καὶ ἐξευρεῖν ῥᾴδιον ἀνδρὶ σοφῷ.
Εἰ δὲ φίλου νόος ἀνδρὸν ἐνὶ στήθεσσι λέληθε
 Ψεδνὸς ἐὼν, δόλιον δ' ἐν φρεσὶν ἦτορ ἔχει,
Τοῦτο θεὸν κιβδηλότατον ποίησε βροτοῖσι
 Καὶ γνῶναι πάντων τοῦτ' ἀνιηρότατον.
Οὐ γὰρ ἂν εἰ δείης ἀνδρὸν νόον, οὔτε γυναικὸν
 Πρὶν πειραθείης ὥσπερ ὑποζυγίου.

Fucato viro cognitu difficilius nihil eſt.
 Cyrne, neque cautionis majoris.

Quidam ſaepe in parva pecunia perſpiciuntur, quam ſint leves: quidam, quos parva movere non potuit, cognoſcuntur in magna. ſin vero erunt aliqui reperti, qui pecuniam praeferre amicitiae, ſordidum exiſtiment: ubi eos inveniemus, qui honores, magiſtratus, imperia, poteſtates, opes amicitiae non anteponent? ut, cum ex altera parte propoſita haec ſint, ex altera jus amicitiae, non multo illa malint? imbecilla enim natura eſt ad contemnendam potentiam: quam etiam ſi neglecta amicitia conſecuti ſunt, obſcuratum iri ſe arbitrantur, quia non ſine magna cauſa

Auri adulterati & argenti tolerabile
eſt detrimentum,
Cyrne, & invenire facile eſt viro
prudenti.
Si autem amici viri mens in pectore
latet,
Obſcura exiſtens, doloſum autem in
pectore cor habet.
Hoc Deus fucatiſſimum fecit homini-
bus,
Et cognitu omnium hoc difficili-
mum.
Non enim poteris cognoſcere viri men-
tem, nec fœminæ.
Priuſquam tentaris tanquam equum,
ſeu jumentum.

Sic iſte locus eſt legendus. In ſecundo diſticho contra mentem poetæ vulgo legitur ἄχετος *intollerabile.* Vides autem Tullium idem dixiſſe quod Theognis dixerat, a quo nimirum & ſententiam & verba acceperat. *Grævius.*

Quidam ſæpe in parva pecunia perſpiciuntur] Ideo avaros non eſſe amicos deligendos docet Ariſtides in oratione de amicitia: Ὁρῶμεν γάρ που τοὺς καλουμένους φίλους, ὅτι τέως μὲν τὰς δεξιάς τε ἀλλήλοις συμβάλλουσι, καὶ συμπεριπατοῦσι, καὶ συνδιάγουσιν· ἐπειδὰν δ' ὀλίγα κέρματα μεταξὺ τύχη τις βάλῃ, ὥσπερ τὰ κυνάρια μεθαλλόμενοι δάκνουσί τε ἀλλήλους καὶ σπαράττουσι. *Videmus eos qui amici dicuntur, quemadmodum antea quidem dextras ſibi invicem jungunt, ſimul deambulent, mutuaque vivendi conſuetudine utantur: ſed ubi paucos nummos fortuna aliqua in medium injecerit, catulorum more proſilientes ſe invicem mordeant ac dilanient.*

Imbecilla enim natura eſt ad contemnendam pecuniam] Hinc & ambitioſos & gloriæ nimis cupidos fugiendos eſſe cenſet idem Ariſtides dicto loco: Τί οὖν ὁ πρᾶος καὶ εὔχαρις, μηδὲ φιλοχρήματος, μηδὲ βάσκανος; ἆρα εἰ φιλόδοξος εἴη καὶ πάνυ τοῦ περιττεύειν ἐξηρτημένος, ἔσθ' ὅπου ἂν δυσκοινώνητος γένοιτο; καὶ τίς οὐκ οἶδεν ὅτι τὴν ἐκ φιλίας ἰσότητα οὐ σφόδρα ἀνέχεται φιλοτιμία; ὑπερόπτην δὴ καὶ ἀλαζόνα πολλὴν ἰσηγορίαν ζητοῦντι μή τι ἐγκρίνωμεν. *Quid ille qui mitis alioqui & gratus, ſed & ab omni avaritia invidentiaque alienus eſt? an ſi gloriolæ cupidus ſit, & omnibus in rebus ſuperior eſſe pertinaciſſime ſtudeat, ad communionem unquam ac ſocietatem eſſe poſſet idoneus? Quis porro ambitionem neſcit æqualitatem amicitiæ non admodum ferre poſſe? Quare ſuperbum & arrogantem hominem, qui nimium æquam in omnibus libertatem, juſque ſuum perſequitur, nunquam in amicitiam adſciſcamur.*

Obſcuratum iri ſe arbitratur] In nonnullis libris, *obſcurari*; in pluribus, *obſcuratum iri*, legitur. q. d. emolumenti magnitudinem facile obtentui futuram accuſationi neglectæ amicitiæ. *C. Lang. Excuſatum iri ſe arbitratur*] Secutus ſum pleroſque libros vulgatos, quibuſcum duo manuſcr. conſen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

cauſa ſit neglecta amicitia. Itaque verae amicitiae difficillime reperiuntur in iis, qui in honoribus reque publica verſantur. Vbi enim iſtum invenias, qui honorem amici anteponat ſuo? Quid? haec ut omittam, quam graves, quam difficiles pleriſque videntur calamitatum ſocietates? ad quas non eſt facile inventu qui deſcendat. Quamquam Ennius recte:

Amicus certus in re incerta cernitur:

ta-

entiunt. Nam manuſcripti fere alii mnes habent partim, *obſcurari*, parm, *obſcuratum iri ſe*: & ita edidit angius. *Lambin.* *Obſcuratum iri* eſt uoque in Pithæano & Palatino ſexto. ententiam vidit Langius. Putant culam neglectæ amicitiæ honores, magiratus, potentiam obſcuratura eſſe & famiam illam extinctura, quia res agna ſit, propter quam amicitiam neigi non haberi indecorum.

Itaque veræ amicitiæ difficillime repeuntur in iis] De his queritur Cicero epiſtolis ad Atticum lib. IV, ep. 5: *on eſt credibile, quæ ſit perfidia in iſtis incipibus, ut nolunt eſſe, & ut eſſent quicquam haberent fidei. Senſeram, ram, inductus, relictus projectus ab : tamen hoc erat in animo, ut cum iis republica conſentirem.* & alibi frenter. Infinita in omnis memoriæ nalibus occurrunt exempla. Quis orat amicitiam & primorum & ſendorum triumvirorum infidam?

Calamitatum ſocietates] Nam ami-, in omni fortuna ſerviendum. atarchus περὶ πολυφιλίας: Ἐν τοῖς λοις χρήσιμον καὶ τὸ λειτουργεῖν πολς ἔνεστι, καὶ τὸ συναγωνιᾶν, καὶ τὸ υναχολεῖσθαι καὶ συγκάμνειν. *Amiarum utilitatibus hoc ineſt, quod iis fruitur, multis opus habet inſervire, occupationum, certaminum, laborum- multorum partem ſuſtinere.* ideoque illo poſt idem docet, eum qui mul amicos habeat, multos quoque bere inimicos. Αἱ ἔχθραι τῶν φιλίαις ὺς ἐπακολουθοῦσι καὶ συμπλέκονται. ἔστι φίλον μὴ συναδικεῖσθαι ἢ μὴ υναδοξεῖν καὶ συναπεχθάνεσθαι. οἱ ἐχθροὶ τὸν φίλον εὐθὺς ὑφορῶνται ἢ μισοῦσιν. *Inimicitiæ ſtatim comitantur amicitias, iiſque ſe implicant. neque fieri poteſt ut amici non fiant injuriarum, ignominiarum, odiorumque participes. Inimici enim amicum ejus, quem oderunt, ſuſpectum illico habent, maleque ei cupiunt.*

Ad quas non eſt facile inventu qui deſcendat] Sic ſcripti codices. Et ita Salluſt. III. hiſtor. locutus eſt, *non tu ſcis, ſi quas ædis ignis carpit acriter, haud facile ſunt defenſu, quin & comburantur proxumæ?* C. Lang. *Non eſt facile inventu*] Sic habent etiam noſtri codices: & ita emendatum eſt in codice Memm. ex auctoritate trium antiquorum. *inventu*, autem ſupinum eſt, eundem caſum regens, quem verbum, unde oritur, proinde ac ſi dixiſſet, non eſt facile eos invenire, qui deſc. Mendoſe autem hic operarii iſti olim excuderunt, *facìle*, cum accentu: cum, *facile*, legendum ſit ſine accentu. *Lambin.* Scite de re ipſa auctor Rhetor. ad Herennium lib. IV: *Vt hirundines æſtivo tempore præſto ſunt, frigore pulſæ recedunt, ita falſi amici ſereno vitæ tempore præſto ſunt, ſimul atque hyemem fortunæ viderint devolant omnes.* & Euripides in Electra:

Ὦ τέκνον, οὐδεὶς δυστυχοῦντί σοι φίλος.

Ah nemo amicus eſt tibi poſtquam es miſer
Fili.

Ovidius (vide inprimis eleg. 8 lib. I. Triſt.) aliique quoties de amicorum penuria in rebus adverſis queruntur?

In re incerta] Vet. libr. fere habent, *in re certa.* Nam rebus medio loco ſtantibus, & donec ſpes eſt etiam me-

tamen haec duo levitatis & infirmitatis pleroſque convincunt; aut ſi in bonis rebus contemnunt, aut in
18 malis deſerunt. Qui igitur utraque in re gravem, conſtantem, ſtabilem ſe in amicitia praeſtiterit, hunc ex maxime raro hominum genere judicare debemus, & paene divino. Firmamentum autem ſtabilitatis conſtantiaeque ejus, quam in amicitia quaerimus, fides eſt. Nihil enim ſtabile eſt, quod infidum eſt. Simplicem praeterea, & communem, & conſentientem, qui rebus iiſdem moveatur, eligi par eſt: quae omnia pertinent ad fidelitatem. neque enim fidum poteſt eſſe multiplex ingenium & tortuoſum: neque vero, qui non iiſdem rebus movetur, & natura conſentit, aut

liores fore, nemo non vult amicus videri: lapſis afflictis, qui ex animo amicus ſit, cernitur. Plautus tamen in *re dubia amicum cognoſci* dicit. Sed & *dubiæ res* ſæpe appellantur, tantum non deſperatæ. *C. Lang.*

Pleroſque convincunt] In optimo libro, *pleros:* verbum vetus, & Lælio dignum: nam, ut dixi, Cicero in his libellis, ſicut & in libris de repub. non abhorruit ab elocutionibus veterum, ſed data opera inſperſit, ita tamen diligenter, ut nulla ſcabritie aures offenderentur, quod haut ſcio an non diligentius Virgilio cautum eſt. *Idem.*

Qui utraque in re gravem, conſtantem, ſtabilem ſe in amicitia praſtiterit, hunc ex maxime raro] Plutarchus in fine libri περὶ πολυφιλίας. Ἡ φιλία στασιμόν τι ζητεῖ καὶ βέβαιον ἦθος, καὶ ἀμετάπτωτον ἐν μιᾷ χώρᾳ καὶ συνηθείᾳ· διὸ καὶ σπάνιον καὶ δυσεύρετόν ἐστι φίλος βέβαιος. *Amicitia ſtabile requirit quippiam, & immutabile ingenium, quod eandem retineat conſuetudinem. ideo rarus & inventu difficilis eſt conſtans amicus.*

Fides eſt] Ὡς γάρ ἐστιν ἄνευ πίστεως φιλία βέβαιος. *Nulla eſt firma amicitia ſine fide.* Auctore Ariſtotele, & rurſum ἄπιστος ὁ φαῦλος καὶ κακοήθης. *Malus & pravis moribus homo eſt infidus.* Nec mirum in amicitia tantum momenti habere fidem, cum etiam in hoſte probetur, de quo 1 de offic. *S. Betuleius.*

Communem & conſentientem] *Communis* eſt benevolus, & non arrogans ut ſuperius notatum ad Catonis cap. 17. *Conſentientem* autem, quia *idem velle & idem nolle firma demum amicitia eſt.* Nam ſimilitudo ingenii & morum amicitiam parit, & munit ac firmat, ut ſuperius vidimus. Ceterum veteres libri habent: *communem & conſentientem, hoc eſt, qui rebus.*

Neque enim fidum poteſt eſſe multiplex ingenium & tortuoſum] Ex Ariſtotele hoc ut multa alia expreſſit Cicero: Τότε γὰρ ἀγαθὸν ἁπλοῦς, τὸ δὲ κακὸν πολύμορφον. καὶ ἀγαθὸς ὅμοιος ἀεί, καὶ οὐ μεταβάλλεται τὸ ἦθος, ὁ δὲ φαῦλος καὶ ὁ ἄφρων οὐδὲν ἔοικεν ἕωθεν. *Bonum eſt ſimplex, malum multiplex. Bonus ſemper ſibi ſimilis eſt & mores non mutat, malus vero & ſtultus nuſquam ſibi ſimilis eſt.* S. Betul.

Qui non iiſdem rebus movetur & natura conſentit, aut fidus, aut ſtabilis poteſt eſſe] Egregie Plutarchus περὶ πολυφιλίας. Πῶς οἷόν τε φιλίαν ἤθεσι διαφόροις ἐγγενέσθαι καὶ πάθεσιν ἀνομοίοις καὶ βίοις ἑτέρας προαιρέσεως ἔχου-

aut fidus, aut ſtabilis poteſt eſſe. Addendum eodem eſt, ut ne criminibus, aut inferendis delectetur, aut credat oblatis: quae omnia pertinent ad eam, quam jamdudum tracto, conſtantiam: Ita fit verum illud, quod initio dixi, Amicitiam, niſi inter bonos eſſe non poſſe. eſt enim boni viri (quem eundem ſapientem licet dicere) haec duo tenere in amicitia: primum, nequid fictum ſit, neve ſimulatum: aperte enim vel odiſſe

[ἔ]χουσιν; ἡ μὲν γὰρ περὶ ψαλμοὺς καὶ [φ]όρμιγγας ἁρμονία δι' ἀντιφώνων ἔχει τὸ σύμφωνον, ὀξύτησιν καὶ βαρύτησιν [ἁ]μοσγέπως ὁμοιότητος ἐγγινομένης. τῆς [δ]ὲ φιλικῆς συμφωνίας ταύτης καὶ ἁρμο[ν]ίας οὐδὲν ἀνόμοιον, οὐδὲ ἀνώμαλον, [ο]ὐδὲ ἄδολον εἶναι μέρος, ἀλλ' ἐξ ἁπάν[των] ὁμοίως ἐχόντων ὁμολογεῖν καὶ ὁμοδοξεῖν, καὶ ὁμοβουλεῖν, καὶ συνομοπαθεῖν. ὥσπερ μιᾶς ψυχῆς ἐν πλείοσι διῃρημένης σώμασι. *Qui poteſt exiſtere amicitia ubi mores ſunt diverſi, affectus diſſimiles, vitaque inſtituta diſcrepantia? Nam concentus quidem nervorum ex contrariis ſonis conflatur, acutis & gravibus utcunque ſimilitudinem quandam gignentibus. Amicitiæ autem concentus nullam vult partem eſſe diſſimilem aut inaquarem: ſed oportet omnia dicta, ſenſa, conſilia & affectus inter ſe convenire, veluti uno animo in plura diffuſo corpora.* Itaque in ſequentibus oſtendit non poſſe cum multis contrahi amicitiam, quia paucorum conſentiat natura, magnaque ſit ingeniorum diverſitas.

Ne criminibus aut inferendis delectetur, aut oblatis credat] Nulla gravior peſtis eſt amicitiæ, quam calumnia [ὅ]που ἂν αἴσθηται, αὐτὴν εὐπραγοῦσαν ἠρέμα εἰσοικισαμένην, κατὰ σμικρὸν ὑπορύπτει καὶ ἐλέγχει τὸ ἄρρακτόν τε καὶ εὐθυνῆ. ἀποτειχιστέον οὖν αὐτὴν καὶ ἀποειρκτέον τῇ ἀπιστίᾳ ἰσχυρὸν ἐν ταῖς ἀκοαῖς οἰκοδομησαμένοις τὸ φυλακτήριον. ὥστε πόρρωθεν αὐτῆς ἀφιστάναι τὰς ἐπιβουλάς· καὶ μάλιστα μὲν ἀποκλείειν προσιοῦσαν καὶ ἀπωθεῖσθαι. εἰ δὲ οὖν σε λάθῃ παρεισδῦσα, μήτοι κατακρύπτειν εἰς δεξάμενος, μηδὲ ἐντὸς ἔχειν ἐργαζομένην, ἀλλ' εἰς φανερὸν προάγειν καὶ διελέγχειν. ὄψει γὰρ ἰλιγγιῶσαν εὐθέως, καὶ λιγγοζομένην, καὶ βατταρίζουσαν, καὶ οὐκ ἔχουσαν ὅτι χρήσεται. καὶ εἰ τοῦτο ὑπομείνειεν ἅπαξ, οὐ μή ποτε ἐνοχλήσει λοιπὸν, ἀλλ' οὐδ' ἂν ἀποπειράσειεν, οὐδ' ἂν προσέλθοι πλησίον. *Amicitiæ præ ceteris infeſtiſſima ſuapte natura eſt, & inſidioſiſſima. Quæ ubicunque ad votum ſuccedere conatus ſuos ſenſerit, perblande irrepens paulatim eum ſubruit, ac manifeſtum facit, qui nequaquam munitus ac imbecillus fuerit. Obſtruendum igitur illi eſt, atque incredulitate prohibendus aditus, valida in auribus noſtris arce conſtructa, ut procul illius impetus arceantur. Atque ut maxime in ipſo acceſſu rejicienda, ac propulſanda ſit: tamen ſi forte clam in interiora penetraverit, cave illam exceptam occulas, aut in ædes tuas admittere procures: ſed in apertum illico profer, ac redargue. Videbis enim illam ſubita vertigine correptam, ac tergiverſantem, & verbis hæſitantem, ac prorſus attonitam. Quod ſi ſemel perpeſſa fuerit, in poſterum moleſta eſſe deſinet: ſed ne tentabit quidem, nec propius accedet*, ut elegantiſſime Ariſtides præcipit in oratione ſæpius laudata de amicitia, ubi vide plura.

Ne quid fictum ſit, neve ſimulatum] Sine fuco & fallacia vera amicitia colitur. qualis fuit Achilles apud Ennium:

> *eo ego*, inquit, *ingenio*
> *Natus ſum, amicitiam atque inimicitiam in fronte promptam gerere.*

Hoc & in fratre ſuo Severo laudat, idque ab eo ſe didiciſſe prædicat M. Antoninus lib. I. nimirum τὸ πιστευτικὸν περὶ

odiſſe magis ingenui eſt, quam fronte occultare ſententiam: deinde, non ſolum ab aliquo allatas criminationes repellere, ſed ne ipſum quidem eſſe ſuſpicioſum, ſemper aliquid exiſtimantem ab amico eſſe violatum. Accedat huc ſuavitas quaedam oportet ſermonum atque morum; haudquaquam mediocre condimentum amicitiae. Triſtitia autem & in omni re ſeveritas, habet illa quidem gravitatem: ſed amicitia remiſſior eſſe debet, & liberior, & dulcior, & ad

περὶ τοῦ ὑπὸ τῶν φίλων φιλεῖσθαι. *De amicorum amore certum eſſe & non dubitare.* item τὸ ἀνεπίκρυπτον πρὸς τοὺς καταγνώσεως ὑπ' αὐτοῦ τυγχάνοντας. *Apertum illud in reprehendendo ſi qui amici reprehendendi erant*, nimirum quod palam & aperte ſine ulla ſimulatione caſtigarit in amicis, ſi quid commiſerant caſtigatione dignum. Idem in lib. XI τῶν περὶ ἑαυτοῦ, oſtendit putidum eſſe dicere, ſimpliciter tecum agere ſtatui, cum rebus id oſtendendum ſit, ὅλως δεῖ, addit, τὸν ἁπλοῦν καὶ ἀγαθὸν εἶναι, οἷον γράσωνα, ἵνα ὁ παραστὰς ἅμα τῷ προσελθεῖν, θέλει οὐ θέλει, αἴσθηται. *Talem ſimplicem bonumque eſſe oportet, qualis is, qui hircum olet, ut qui adſtiterit, ſimul acceſſerit, velit nolit ipſe perſentiſcat.*

Non ſolum ab aliquo allatas criminationes repellere] Itaque Appium cum hominibus Ciceronem criminantibus faciles præbuiſſet aures, caſtigat Cicero in epiſtola 8 lib. 3 ad familiares.

Sed ne ipſum quidem eſſe ſuſpicioſum] Hinc Seneca ep. 3: *Cum amico omnes curas, omnes cogitationes tuas miſce. Fidelem ſi putaveris facies. Nam multi fallere docuerunt, dum timent falli.* Amicitiam ſuſpicioſam Græci eleganter dicunt λυκοφιλίαν, lupinam amicitiam, de qua M. Antonin. lib. XI. οὐδέν ἐστιν αἴσχιον λυκοφιλίας. *Nihil eſt turpius amicitia lupina.*

Suavitas quædam ſermonum atque morum] Nec moroſi, nec queruli & μεμψίμοιροι commodi ſunt amici. Τὸ δύσκολον καὶ μεμψίμοιρον ἄφιλον καὶ ἀνομίλητον. *Moroſitas & ad quævis reprehendenda proclivitas ab amicitia eſt & conſuetudine aliena.* inquit Plutarch. Nec Seneca eos in amicitiam admittendos cenſet de tranquillitate animi c. 7: *Præcipue vitentur triſtes, & omnia deplorantes, quibus nulla non cauſſa in querelas placet. Conſtet illi licet fides & benevolentia, tranquillitati tamen inimicus eſt comes perturbatus, & omnia gemens.* vide Ariſtot. VIII ad Nicom. c. 6.

Triſtitia autem & in omni re ſeveritas, habet illa] Hic locus ſuo nitori reſtitutus eſt. *Severitas*, inquit, cum in omni re gravitatem habeat; in amicitia tamen debet eſſe remiſſior. *C. Lang.* Ariſtot. VIII ad Nicom. 5: οὐ φαίνονται δ' οὔθ' οἱ πρεσβῦται, οὔθ' οἱ στρυφνοὶ φιλικοὶ εἶναι. Βραχὺ γὰρ αὐτοῖς τὸ τῆς ἡδονῆς· οὐδεὶς γὰρ δύναται συνημερεύειν τῷ λυπηρῷ, οὐδὲ τῷ μὴ ἡδεῖ. μάλιστα γὰρ ἡ φύσις φαίνεται τὸ μὲν λυπηρὸν φεύγειν, ἐφίεσθαι δὲ τοῦ ἡδέος. *Non videntur tam ſenes quam triſtes ad amicitiam colendam eſſe idonei. Breve enim in ipſis eſt quod voluptatem efficit. Nemo autem poteſt diem vivere cum triſti, quique non ſit ſuavis. Maxime autem natura videtur id quod triſte eſt fugere, appetere autem id quod jucundum eſt.*

Sed amicitia remiſſior] Quidam detracta præpoſitione, *in*, legi volunt, *ſed amicitia*, &c. ut eſt in vulg. *Lambin.* Minime *in* inculcandum eſt. Elegans & minus protrita notio τοῦ *remiſſior* Lambinum fugit. Suet. Claud. 21:

nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ad omnem comitatem facilitatemque proclivior. Ex- 19
ſiſtit autem hoc loco quaedam quaeſtio ſubdifficilis: num quando amici novi, digni amicitia, veteribus ſint anteponendi, ut equis vetulis teneros anteponere ſolemus. Indigna homine dubitatio. non enim amicitiarum eſſe debent, ſicut aliarum rerum, ſatietates. Veterrima quaeque (ut ea vina, quae vetuſtatem ferunt) eſſe debent ſuaviſſima: verumque illud eſt, quod dicitur, multos modios ſalis ſimul edendos eſſe, ut amicitiae munus expletum ſit. novitates autem, ſi ſpem afferunt, ut tamquam in herbis non fallacibus fructus appareat, non ſunt illae quidem repudiandae: vetuſtas tamen ſuo loco conſervanda eſt. maxima eſt enim vis vetuſtatis & conſuetudinis. atqui in ipſo equo, cujus modo mentionem feci, ſi nulla res impediat, nemo eſt, qui non eo, quo conſuevit, libentius utatur, quam intractato & novo: nec modo in hoc, quod eſt animal, ſed in iis etiam, quae ſunt inanimata, conſuetudo valet: cum locis etiam ipſis montuoſis delectemur & ſilveſtribus, in quibus diutius commorati ſumus. Sed maximum eſt in amicitia, ſuperiorem parem eſſe inferiori. ſaepe enim ex-

ec ullo ſpectaculi genere communior aut miſſior erat. ſed hoc ſupra notatum. *ravius.*

Vt equis vetulis] Quos ſolebant doo pellere. Virg. III Georg.

> *Hinc quoque ubi aut morbo gravis, aut jam ſegnior annis*
> *Deficit, abde domo, nec turpi ignoſce ſenectæ.*

de ibi plura. *S. Betul.*

Sicut aliarum rerum ſatietates] Plerie omnes libri habent *ſocietates*, pro *tietates.* C. Lang.

Atqui in ipſo equo] Ita ſolum duo e x Palatinis. ceteri; *ut in ipſo equo*, iod malim. reperitque in ſex MSS. is Aldus Nepos. *Gruterus.* Pithæan. *uin ipſo equo.* Scripſiſſe videtur Cicero: *quin in ipſo equo. Atqui* non huic loco ſatis accommodatum. *Gravius.*

Cum locis etiam montuoſis delectemur & ſilveſtribus] Emphaſis & gratia orationi reſtituta eſt. *C. Lang.* Hanc cauſſam quoque reddit Florus cur Romam poſuerit Romulus ad Tiberim & in collibus: *Ipſe fluminis amator & montium, apud quos erat educatus.* vid. Cic. II de legibus cap. I.

Superiorem parem eſſe inferiori] Nulla poteſt eſſe amicitia ſine æqualitate quadam, quam Ariſtot. ἰσότητα dixit. de qua ſæpius actum. Sed inprimis qui hoc fiat, & quid inferior ſuperiori, & viciſſim ſuperior inferiori tribuere debeat in amicitia, ut paritas illa, quæ requiritur, exiſtat vide Ariſtot.

excellentiae quaedam ſunt: qualis erat Scipionis in noſtro, ut ita dicam, grege. Numquam ſe ille Philo, numquam Rupilio, numquam Mummio antepoſuit, numquam inferioris ordinis amicis. Q. vero Maximum fratrem, egregium virum, omnino ſibi nequaquam parem, quod is anteibat aetate, tamquam ſuperiorem colebat, ſuoſque omnes per ſe eſſe ampliores volebat. Quod faciendum imitandumque eſt omnibus: ut, ſi quam praeſtantiam virtutis, ingenii, fortunae conſecuti ſunt, impertiant eam ſuis, communicentque cum proximis: ut, ſi parentibus nati ſint humilibus, ſi propinquos habeant imbecilliores vel animo, vel fortuna, eorum augeant opes, eiſque honori ſint & dignitati: ut in fabulis, qui aliquandiu propter ignorationem ſtirpis, & generis in famulatu fuerint, cum cogniti ſunt, & aut deorum, aut regum filii inventi, retinent tamen caritatem

riſtot. VIII ad Nicom. cap. 13. & 14.

Per ſe poſſe eſſe ampliores] Vetus codex habet, *per ſe poſſe eſſeque ampliores*, &c. *F. Vrſin.* *Per ſe poſſe eſſe ampliores volebat*] Sic MSS. noſtri, nam antiquitus impreſſi, *eſſe poſſe*. Victorius omiſit illud *poſſe*. Camerarii editio ſex iſtas voces omiſit. Guilielmius annotat, in Mauric. legi, *præ ſe*. forte bene, ut dicat Scipionem voluiſſe ſuos vel ampliores ſe eſſe. ita alibi *præ nobis beatus*. idem alibi adſcripſit oræ, legere ſe e veſtigiis librorum, *præ ſe poſſe, eſſeque ampliores*. Gruterus. *Poſſe* in uno ſuorum non invenit Manutius. Rectius abeſt. Cic. orat. pro Quinctil. *propinquos ſuos & neceſſarios claros & honeſtos velle*. Lib. XI ad fam. ep. 2. *Quod velle probare vix quiſquam poſſe videtur, qui nos ſalvos & honeſtos velit.* in epiſt. ſequente: *Nos in hac ſententia ſumus, ut te cupiamus in libera republica magnum atque honeſtum eſſe.* Delevi itaque *poſſe* ſecutus Victorium & Langium, nec non Tullianam loquendi conſuetudinem. *Grævius.*

Quod faciendum imitandumque eſt omnibus] Suadet id quoque Ariſtides in oratione de amicitia, hanc rationem afferens: φιλία τὰ πολλὰ τὸ πλέον ὑπεροψίαν κατὰ τοῦ ἐλάσσονος ἐντίκτει. ὅθεν εἴ σε ἄγει προσωτέρω τούτων ἡ τύχη, συμπαρενεκτέον σοι καὶ τὸν φίλον· ἀπολειφθέντα γὰρ οὐ ῥᾳδίως ὄψει τοῖς ὀφθαλμοῖς. εἰ δὲ σὺ μὲν ἐφέλκοιο, τὸ δὲ ἂν ἀνάγκη τις ἀντισπῴη, δεῖ μάλα ἐπιστρέφεσθαι πρὸς * τὸ δὲ βλέμμα ὅμοιον τηρεῖν. *In amicitia plerumque quod excedit, contemtum inferioris generat. Cum te altius provexerit fortuna, una tecum amicus extollendus erit. Si enim infra te reliqueris, non facile iiſdem eum oculis reſpicies. Quod ſi tum illum attrahere niteris, aliqua ex adverſo neceſſitas retrahat, frequenter ad eum convertendi oculi erunt, ut in eodem ſemper vultu perſiſtas.*

Propter ignorantiam ſtirpis] Ex Nonio repoſui, *ignorationem*. Car. Langius.

Quos

em in paſtores, quos patres multos annos eſſe duxerunt. Quod quidem eſt multo profecto magis in veis patribus certiſque faciendum. fructus enim ingeii & virtutis, omniſque praeſtantiae, tum maxinus capitur, cum in proximum quemque conferur. Vt igitur ii, qui ſunt in amicitiae conjunctioniſue neceſſitudine ſuperiores, exaequare ſe cum inerioribus debent: ſic inferiores non dolere, ſe a ſuis ut ingenio, aut fortuna, aut dignitate ſuperari. uorum plerique aut queruntur ſemper aliquid, ut etiam exprobrant: eoque magis, ſi habere ſe utant, quod officioſe, & amice, & cum cura & bore aliquo ſuo factum queant dicere. Odiom ſane genus hominum officia exprobrantium: quae

Quos patres multos annos eſſe duxe-[r]it] Duo libri *dixerunt*, quod verius , ſi omittas iſtud *eſſe*, recenti manu ectum Carthuſiano. Ita loquun-, cum contra atque eſt, rem arrantur. Terentius Heauton: *Si ul- unquam tempus fuit mater, cum ego uptati tibi ſuerim dictus filius tuus* &c. ad eundem Thais: *Primum quod r eſt dicta*. Livius lib. III. *ut ſi fal- pater dictus ſum, æquiore animo hinc edam*. ita *Guilielmius*; acutius forte m verius, quamvis & ea lectio in Palatinorum. nam & alii duo *runt*. ſextus vero, *ore dixerunt*. iterus.

ructus enim ingenii] Martialis:
xtra fortunam eſt, quicquid donatur amicis.

Alexander quoque ſolebat dicere, quam tutius deponi pecuniam m apud amicos.

Aut queruntur ſemper aliquid] In ſtiſſimis libris, *querunt*, pro *queur*, inveni. Totus autem locus enendoſus. *C. Lang.* Querelas diere amicitias pluribus docet Ari. IX ad Nicomach. I. Ἐν τῇ ἐρω-, ἐνίοτε μὲν ὁ ἐραστὴς ἐγκαλεῖ, ὑπερφιλῶν οὐκ ἀντιφιλεῖται, οὐθὲν ἔ- φιλητὸν, εἰ οὕτως ἔτυχε πολλάκις δὲ ὁ ἐρώμενος, ὅτι πρότερον ἐπαγγελλόμενος πάντα, νῦν οὐθὲν ἐπιτελεῖ. συμβαίνει δὲ τὰ τοιαῦτα ἐπειδὰν ὁ μὲν δι' ἡδονὴν φιλῇ τὸν ἐρώμενον· ὁ δὲ διὰ τὸ χρήσιμον τὸν ἐραστήν. ταῦτα δὲ μὴ ἀμφοῖν ὑπάρχῃ. διὰ ταῦτα γὰρ τῆς φιλίας οὔσης, διάλυσις γίνεται, ἐπειδὰν μὴ γίνηται ὧν ἕνεκα ἐφίλουν. οὐ γὰρ αὐτοὺς ἔστεργον, ἀλλὰ τὰ ὑπάρχοντα οὐ μόνιμα ὄντα, διὸ τοιαῦται καὶ αἱ φιλίαι. *In amicitia vero interdum amator expoſtulat, quod ſupra modum amans non redametur, nihil tamen habens amabile, ſi ita contingit: ſæpe autem amatus, quod prius omnia pollicitus nunc nihil efficiat. Eveniunt vero talia cum hic quidem propter voluptatem diligit amatum, hic autem ob utilitatem. Sed hæc ambobus haut inſunt. Propter hæc enim cum amicitia conſtet, diſſolutio fit, cum non fiunt ea, quorum cauſſa diligebant. Non enim ſe amabant, ſed quæ inerant, minime ſtabilia. Quocirca tales etiam amicitiæ ſunt.* vide ſequentia & lib. VIII, cap. 13 & 14.

Aut cum labore aliquo ſuo factum] Recepi ex Pithæano: *& cum cura & labore aliquo ſuo factum*. Græv.

Odioſum ſane genus hominum officia exprobrantium] Vnde Demoſthenes περὶ στεφάνου. Τὸ τὰς ἰδίας εὐεργεσίας ἀ-

ναμι-

quae meminiſſe debet is, in quem collata ſunt, non commemorare, qui contulit. Quamobrem ut ii, qui ſuperiores ſunt, ſummittere ſe debent in amicitia: ſic quodam modo inferiores extollere. ſunt enim quidam, qui moleſtas amicitias faciunt, cum ipſi ſe contemni putant: quod non fere contingit, niſi iis, qui etiam contemnendos ſe arbitrantur: qui hac opinione non modo verbis, ſed etiam opere levandi ſunt. Tantum autem cuique tribuendum, primum, quantum ipſe efficere poſſis: deinde etiam, quantum ille, quem diligas atque adjuves, ſuſtinere. non enim tu poſſis, quantumvis licet excellas, omnes tuos ad honores ampliſſimos producere: ut Scipio P. Rutilium potuit conſulem efficere, fratrem ejus Lucium non potuit. quod ſi etiam poſſis quidvis deferre ad alterum, videndum eſt tamen, quid ille poſſit ſuſtinere. Omnino amicitiae, corroboratis jam confirmatiſque & in-

ναμιμνήσκειν, μικρȣ͂ δεῖ ὅμοιόν ἐςι τῷ ὀνειδίζειν. *Sua beneficia commemorare idem eſt quod convitiis proſcindere. quia iſta commemoratio quaſi exprobatio eſt immemoris beneficii*, ut ille ait apud Terent. Quod vero gravius convitium quam *ingrati?* Hunc omnes homines oderunt. Dein *lacerat animum & premit frequens meritorum commemoratio*, ut inquit Seneca II de benef. 20. ubi vide plura.

Quæ meminiſſe] Videtur reſpexiſſe ad Græcum proverbium, χαίρειν λαβὼν μέμνησο, ὁ δȣ̀ς ἐπιλάθȣ. *F. Vrſinus.*

Quantum ille, quem diligas atque juves, ſuſtinere] Nam ſi in indignum confertur honor, dignorum movetur indignatio, quæ ſeditionum, inteſtinorumque bellorum cauſſa ſolet eſſe, ut pluribus oſtendit Ariſtot. v. Polit. 2, & 3.

Licet excellas] *Excelleas*, in duobus exemplar. legitur. Sed & in Oratore ad Brutum, his locis vetus codex meus hoc verbi habet: *In oratoribus vero Græcis quidem*, inquit, *admirabile eſt quantum inter omnes unus excelleat.* Iterum, *ſunt enim*, inquit, *ſimilia illis quæ in amplo ornatu ſcenæ appellantur inſignia: non quod ſola ornent, ſed quod excelleant.* *Excello* certe & *excelleo* dici Priſcianus probat. *C. Lang.*

Ad honores ampliſſimos perducere] Optime Pithæan. *ad honores ampliſſimos producere.* proprium verbum de iis qui ad honores extolluntur. Cic. 3 de fin. *Vt enim nemo dicit in regia Regem ipſum quaſi productum eſſe.* Auguſtus in epiſtola apud Sueton. in Claud. 4. *Num ſi* eſt ἄρτιος, *& ut ita dicam* ὁλόκληρος, *quid eſt quod dubitemus, quin per eoſdem articulos & gradus producendus ſit, per quos frater ejus productus fuit?* Sic ex Viterbienſi codice reſcripſit Caſaubonus, cum & ibi ante legeretur *perductus.* Sic & alibi apud Ciceronem *produci ad dignitates*, eodem modo ut *provehi ad honores.* vulgo male dicuntur *promoveri ad honores.* Grævius.

Omnino amicitiæ, corroboratis jam con-

&c ingeniis & aetatibus, judicandae ſunt: nec, ſi qui ineunte aetate venandi, aut pilae ſtudioſi fue-rint, eos habere neceſſarios oportet, quos tum eo-dem ſtudio praeditos dilexerunt. iſto enim modo nu-trices, & paedagogi jure vetuſtatis plurimum beni-volentiae poſtulabunt: qui negligendi quidem non ſunt, ſed alio quodam modo. aliter amicitiae ſtabi-les permanere non poſſunt. diſpares enim mores diſparia ſtudia ſequuntur, quorum diſſimilitudo diſ-ſociat amicitias: nec ob aliam cauſam ullam boni im-probis, improbi bonis amici eſſe non poſſunt, niſi quod tanta eſt inter eos, quanta maxima poteſt eſſe, morum ſtudiorumque diſtantia. Recte etiam praeci-pi poteſt in amicitiis, ne intemperata quaedam beni-volentia (quod perſaepe fit) impediat magnas utili-tates amicorum. nec enim (ut ad fabulas redeam) Trojam Neoptolemus capere potuiſſet, ſi Lycome-dem, apud quem erat educatus, multis cum lacry-mis iter ſuum impedientem, audire voluiſſet. & ſae-pe incidunt magnae res, ut diſcedendum ſit ab ami-cis: quas qui impedire vult, quod deſiderium non facile ferat, is & infirmus eſt, molliſque natura, & ob

...firmatiſque ingeniis & ætatibus, ju-...ndæ] Cauſſam aperit Ariſtot. VIII ...Nicom. 3, nimirum quia ſuſcipian-...amicitiæ juvenum voluptatis cauſ-... Ætates autem diverſas, diverſas ...oque voluptates ſequi. διὸ ταχέως ...νονται φίλοι καὶ παύονται. *Celeriter ...citiam contrahunt, celeriter etiam ...lvunt.* vide & ſequentia.

...ed alio quodam modo colendi] Sic ...nes libri manuſcripti cum hic tum ...a: *Sed neſcio quo modo hoc eſt, quod ...Andria familiaris meus.* qualis locu-... & ſupra alicubi annotata eſt. Nam ...um, *eſt*, id notat, quaſi dicas, ...*m eſt.* Et, quod ſequitur, *aliter ...citia* &c. reſpicit præcedentem il-... ſententiam, *omnino amicitia* &c. cui ſuo more Cicero periodum hanc interjecit, *nec ſi qui ineunte ætate* &c. C. Lang. *Sed alio quodam modo colendi*] Sic duo Pall. alter *amandi.* alius *diligendi.* quæ diverſitas falſitatem ſcripturæ prodit. & vero in Pal. tert. ac ſexto reſtat, *modo eſt*, quod & in duobus ſuis invenit Guilielmius; fuitque in Langianis, inquit, omnibus. dictum putat ut illud Terentii: *Alia res eſt.* Aldus dicere videtur, novem ſuorum habere tantum, *ſed alio quodam modo.* hocque probat. *Gruterus.* Recte Aldus. Nec Pithæanus agnoſcit *colendi.* Grævius.

Trojam Neoptolemus] Quod de *Neoptolemo* Lælius ait, omnes de *Achille* narrant. Itaque vel errat per memo-

ob eam ipſam cauſam in amicitia parum juſtus. Atque in omni re conſiderandum eſt, & quid poſtules ab
21 amico, & quid patiare a te impetrari. Eſt etiam quaſi quaedam calamitas in amicitiis dimittendis nonnumquam neceſſaria: jam enim a ſapientium familiaritatibus ad vulgares amicitias oratio noſtra delabitur: erumpunt ſaepe vitia amicorum cum in ipſos amicos, tum in alienos; quorum tamen ad amicos redundet infamia. tales igitur amicitiae ſunt remiſſione uſus eluendae, & (ut Catonem dicere audivi) diſſuendae magis, quam diſcindendae. niſi quaedam admo-

riam Cicero: vel, quod potius credo, de induſtria Lælio, ut illa ætate, Græcanicarum fabularum ignorationem concedit: quod etiam in Catone Majore factum videmus; tametſi iſte jam ſenex Græcis litteris ſedulam operam navaverit. *Deſiderium* ſignificat abſentiam: ut Philipp. 2. *Quod deſiderium tui ferre non poſſet.* quo loco male vulgo ſcribitur, *deſiderium tui diſſidii.* Quid ſit enim *deſiderium diſſidii* vel *diſcidii*, ut alii libri habent. *C. Lang.*

Eſt etiam quaſi quædam calamitas] Dictio, *quaſi*, a manuſcript. libris abeſt. *Idem.*

Oratio noſtra delabitur] Quidam libri *delabitur*, ſed optimus *elabitur.* Idem.

Amicitiæ ſunt remiſſione uſus eluendæ] *Eluendæ*, in omnibus vetuſtis libris reperi ſcriptum. Quod ſequitur, *diſſuundæ* magis quam *diſcindundæ*: ita quidem hic omnes libri habebant, niſi quod in uno, *diſcutiundæ*, pro *diſcindundæ*, legebatur. Contra autem in libris de Officiis, omnes veteres libri, *diluundæ*, habent. *Idem.* *Remiſſione uſus eluendæ*] Sic habent noſtri libri veteres, & ita edidit Langius. Sic libro de Officiis 1. ubi libri vulgati habent, *ſenſim diſſuere, quam repente præcidere*, veteres habent partim, *ſenſim diluere*, partim, *ſenſim deluere.* quod fortaſſe natum eſt ex hoc libro, cum ſtudioſus aliquis litterarum ad illum locum lib. 1. de officiis adſcripſiſſet, *diluendæ*, aut ſupra, *diſſuendæ*, aut e regione. Rurſus fortaſſe hoc loco legendum eſt, *diluendæ*, ſeu, *deluendæ*, quamquam, *eluendæ*, non rejicio, *diluendæ* tamen malo: &, *diluendæ*, interpretor, *diſſolvendæ*, ut ſupra. Hoc præterea varietatis eſt in nonnullis libris noſtris, quod habent, *remiſſiore uſu*, pro eo, quod eſt in aliis, *remiſſione uſus.* Lambin. *Eluendæ*; eſt etiam in omnibus libris Guilielmii, item unus Palatinorum; ceteri enim favent vulgatis, habentque *elevandæ.* ſolum ſextus, *evellendæ.* Gifanio placebat *deluendæ.* mihi non diſpliceret *eludendæ.* nec abhorrerem ab illo *remiſſiore uſu*, ſi reperiretur in MSS. ut innuere videtur Lambinus. *Gruterus.* Pithæanus ſane: *remiſſiore uſu eluendæ.*

Diſſuendæ magis quam diſcindendæ] Ita laudat hunc locum D. Hieronymus Epiſtola ad Niceam. reſpicitque ad iſtud Catonis Tullius libro 1. de Offic. cap. 33. *Gruterus.* Sed de hac quæſtione, quando & quomodo ſint aut diſſuendæ, aut diſcindendæ amicitiæ pulchre diſputat Ariſtoteles IX ad Nicom. cap. 3: Καθάπερ φίλοις μᾶλλον ἢ ὀθνείοις οἰόμεθα δεῖν χαρίζεσθαι, οὕτω καὶ τοῖς γενομένοις ἀπονεμητέον τι, διὰ τὴν προγενομένην φιλίαν, ὅταν μὴ δι᾽ ὑπερβολὴν μοχθηρίας ἡ διάλυσις γένηται. *Quemadmodum amicis quam exteris magis gratificari oportere arbitramur: ita*

etiam

admodum intolerabilis injuria exarſerit, ut neque rectum, neque honeſtum ſit, neque fieri poſſit, ut non ſtatim alienatio disjunctioque facienda ſit. ſin autem aut morum, aut ſtudiorum commutatio quaedam (ut fieri ſolet) facta erit, aut in reip. partibus diſſenſio interceſſerit (loquor enim jam, ut paullo ante dixi, non de ſapientium, ſed de communibus amicitiis) cavendum erit, ne non ſolum amicitiae depoſitae, ſed inimicitiae etiam ſuſceptae videantur. nihil enim eſt turpius, quam cum eo bellum gerere, qui cum familiariter vixeris. Ab amicitia Q. Pompeji meo nomine ſe removerat (ut ſcitis) Scipio: propter diſſenſionem autem, quae erat in repub. alienatus eſt a collega noſtro Metello. utrumque egit graviter, auctoritate & offenſione animi non acerba. Quamobrem primum danda opera eſt, nequa amicorum diſcidia fiant: ſin tale aliquid evenerit, ut exſtinctae potius amicitiae, quam oppreſſae eſſe videantur. Cavendum vero, ne etiam in graves inimicitias convertant ſe amicitiae: ex quibus jurgia, maledicta, contumeliae gignuntur. quae tamen ſi tolerabilia erunt, feren-

...iam illis, qui nobis amici fuere, tri...endum eſt aliquid propter ante geſtam ...micitiam, quando non propter nimiam ...probitatem diſſolutio facta eſt.

A Collega noſtro Metello] Q. Cæci...ıs Macedonicus cum Q. Pompejo ...afo inimicitias acerrimas geſſit. Re...s itaque in Hiſpania pæne a ſe con...ctis, cum audiſſet Q. Pompejum ...cceſſorem ſibi mitti, victoriæ jam ...opemodum adeptæ palmam atque ...oriam ſibi præcepturum, omnes ...mmeatum miſſionemque petentes ...miſit, nec cauſſis excuſſis: horreis ...ſtodes ademit, arcus Cretenſes fran... abjicique juſſit, elefantis cibaria ...ri vetuit, inquit Valer. Id factum ...pionem, opinor, offendit ſtudio...ſimum Reip. quod privatam ſimultatem in necem Reip. derivaſſet. A Pompei vero amicitia receſſit Lælii gratia, ut hic dicitur. Cum eſſet enim Scipioni perfamiliaris, eique promiſiſſet pro Lælio conſulatus candidato prenſaturum, pro ſe ipſe prenſavit. Refert Plutarch. in apophteg. Id Scipionem ægre habuit, ut eſt ſimile veri. *Collegam* autem & Scipionis & ſuum vocat *Metellum*, quia Augur erat. *Car. Lang.*

Ne qua amicorum diſcidia fiant] Sic emendatum eſt in cod. Memm. & ita habent libri veteres omnes. *Diſcidium* autem nomen eſt a verbo *diſcindo* natum: ut *exſcidium* ab *exſcindo*, quemadmodum alias docuimus. *Lambin.*

Quæ tamen ſi tolerabilia erunt, ferenda ſunt] Secutus hic ſum Pithæaneum,

 quam-

ferenda ſunt: & hic honos veteri amicitiae tribuendus eſt, ut is in culpa ſit, qui faciat, non qui patiatur injuriam. Omnino omnium horum vitiorum atque incommodorum una cautio eſt, atque una proviſio, ut ne nimis cito diligere incipiant, neve non dignos. Digni autem ſunt amicitia, quibus in ipſis ineſt cauſa, cur diligantur. Rarum genus, & quidem omnia praeclara rara, nec quidquam difficilius, quam reperire, quod ſit omni ex parte in ſuo genere perfectum. ſed plerique neque in rebus humanis quidquam bonum norunt, niſi quod fructuoſum ſit: & amicos, tamquam pecudes, eos potiſſimum diligunt, ex quibus ſperant ſe maximum fructum eſſe captu-

quamvis vulgata, *quæ tamen ſi tolerabiles erunt, ferendæ ſunt*, æque ferri poſſit. *Græv.*

Vt ne nimis cito diligere incipiant, neve non dignos] *Non dignus, non idoneus*, ſemper in ſcriptis libris Ciceronis. *Indignus, inidoneus* neſcio ſi uſquam. Male etiam *incipiamus*, pro *incipiant*; Critici hic ſuppoſuerant. Eſt enim locutio illa Ciceroni & antiquis omnibus admodum uſitata, ut in tertia plurali nomen omittant, cum de univerſitate loquantur. Varro de ling. Lat. IV. *Maximum ædificium eſt oppidum, ab ope dictum; quod munitur opis cauſſa, ubi ſint.* Iterum: *Carcer a coërcendo; quod exire prohibentur.* C. Lang. In Pithæano approbatur etiam quod Langius probavit: *ne nimis cito diligere incipiant, neve non dignos.* De re ipſa Plutarchus etiam in libro περὶ πολυφιλίας. Τὸν φίλον ἡμεῖν μόνον μὲν οὐκ ἀξιοῦμεν εἶναι, μετ' ἄλλων τε τηλύγετός τις καὶ ὀψίγονος ἔστω· τὸν θρυλλούμενον ἐκεῖνον χρόνῳ τῶν ἁλῶν συγκατεδηκὼς μέδιμνον, οὐχ ὥσπερ νῦν πολλοὶ φίλοι λεγόμενοι συμπίνοντες ἅπαξ, ἢ σισφαιρίσαντες, ἢ συγκυβεύσαντες, ἢ συγκαταλύσαντες ἐκ πανδοκείου καὶ παλαίστρας καὶ ἀγορᾶς, φιλίας συλλέγουσιν. *Nos amicum quidem eſſe unicum non volumus. Sed inter reliquos ſit tarde comparatus, ac qui ſecundum proverbium vulgatum ſalis modium nobiſcum ederit: non ita adſcitur ut hodie, qui ſemel una potaverint, aut pila luſerint, vel alea, aut ex caupona, palæſtra forove una diſceſſerint, amici leguntur.*

Digni autem ſunt amicitia, quibus in ipſis ineſt cauſa, cur diligantur] Hinc Ariſtot. ait VIII ad Nicom. 2: δοκεῖ οὐ πᾶν φιλεῖσθαι, ἀλλὰ τὸ φιλητόν· τοῦτο δ' εἶναι ἀγαθὸν, ἢ ἡδὺ, ἢ χρήσιμον. *Videtur non omne amari. Sed quod amabile eſt. Hoc autem eſt vel bonum, vel jucundum, vel utile.* Et in cap. 8 ejuſdem libri ait ridiculos eſſe amatores, qui cum minus amabiles ſint, quam ii quos ipſi amant, tantopere tamen poſtulent ab iis amari, quantum illos ament. Eſſe æquam iſtorum poſtulationem, ut æque redamentur, ſi æque ipſi amabiles eſſent, & digni eodem amore forent. Sed cum nihil ejuſmodi habeant, inique id illos poſtulare, & merito irrideri.

Quod ſit omni ex parte in ſuo genere perfectum] Expunxi hæc verba, *in ſuo genere*, etiam adverſantibus omnibus libris. ſunt enim adulterina & inſita ab iſtis, qui ſe vocant Philoſophos. Idem facturus I. in. I. de Oratore, ad Q. Fratrem: ubi cum vulgo legatur, *agerent enim tecum primum omnes Pytha-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

capturos. ita pulcherrima illa & maxime naturali ca- ent amicitia, per ſe & propter ſe expetenda: nec pſi ſibi exemplo ſunt, haec vis amicitiae qualis & uanta ſit. Ipſe enim ſe quiſque diligit, non ut ali- uam a ſe ipſe mercedem exigat caritatis ſuae, ſed uod per ſe ſibi quiſque carus eſt. quod niſi idem in micitiam transferatur, verus amicus numquam repe- etur. eſt enim is quidem tamquam alter idem. Quod hoc apparet in beſtiis, volucribus, nantibus, a- reſtibus, cicuribus, feris, primum ut ſe ipſae di- gant, id enim pariter cum omni animante naſcitur: einde, ut requirant atque appetant, ad quas ſe ap- icent, ejuſdem generis animantes: idque faciunt um deſiderio, & quadam ſimilitudine amoris huma- ni:

gorei atque Democratici, ceterique in genere Phyſici vindicarent: ego, ſed veteri libro, *ceterique ſuo jure Phy- vindicarent*, repono. *Car. Lan-*
.

Maxime naturali carent amicitia] In antiſſimo illo Centronum codice, *rabili*, ſcriptum fuit; & idem in gine repetitum: ita enim nota- , ubi quæ dictio aut etiam oratio & inſolens occurrebat, ubique fe- . ſic *ſpiritabilis*, *lamentabilis*, i- Cicero alibi dixit. *C. Lang.* Quod t Langius ſe in uno libro manu- to ſcriptum reperiſſe, *naturabili*: item in Memmiano reperimus tum: & item in Huraltino ſcri , & Pithæano. *Lambin.* Diſpu- utem de hac re quoque Ariſtote- II ad Nicom. 3: οἱ μὲν οὖν διὰ ρήσιμον φιλοῦντες ἀλλήλους, οὐ αὐτοὺς φιλοῦσιν, ἀλλ' ᾗ γίγνεταί τοῖς παρ' ἀλλήλων ἀγαθόν. Ne *idem qui ſe invicem amant propter tem, non per ſe amant, ſed qua- aliquod bonum ipſis utrinque fiat.* quæ ſequuntur.

c ipſi ſibi exemplo ſunt] h. e. nec ſe intuentes & conſiderantes vi- , quæ ſit vera amicitia. Nemo enim ſe amat propter utilitatem, ſed per ſe ipſum. Hoc Ariſtoteles VIII ad Nicom. c. 8, oſtendit ex matrum amore, quæ natum infantem nec beneficia, nec benevolentiam intelligentem, amant propter ſe, ut jam notavit Sextus Betulejus. vide & lib. IX, cap. 4.

Ipſe enim ſe quiſque diligit] Ariſtoteles lib. IX ad Nicom. c. 4. omnia officia, quæ amicus præſtat amico, manare ab illo amore, quo naturæ munere ſe ipſe quiſque amat, oſtendit, quod multis egregie ibi proſequitur.

Eſt enim is amicus quidem tanquam alter idem] In uno libro eſt ad hunc modum, *eſt enim is quidem tanquam alter idem.* quæ ſequuntur erant corruptiſſima. *C. Lang.* *Eſt enim is quidem, tanquam*] Ita e Metelli libro Guilielmius, firmantque Pall. fere omnes. vulgati; *eſt enim is amicus quidem, qui eſt tanquam alter idem.* ſed noſtræ lectioni accedunt membranacei tredecim quos excuſſit Aldus Nepos. *Gruter.* Ariſtot. d. l. ἔστι γὰρ ὁ φίλος ἄλλος αὐτός. *Eſt enim amicus alter ipſe.* quod primus dixit Heſiodus.

Primum ut ſe ipſæ diligant] Vide I de offic. c. 4. & quæ ibi notantur.

ni: quanto id magis in homine ſit natura, qui & ſe
ipſe diligit, & alterum anquirit, cujus animum ita
cum ſuo miſceat, ut efficiat paene unum ex duo-
22 bus? Sed plerique perverſe, ne dicam impudenter,
amicum habere talem volunt, quales ipſi eſſe non
poſſunt: quaeque ipſi non tribuunt amicis, haec ab
iis deſiderant. Par eſt autem, primum ipſum eſſe vi-
rum bonum, tum alterum ſimilem ſui quaerere. E-
quidem in talibus ea, quam jamdudum tractamus,
ſtabilitas amicitiae, confirmari poteſt: cum homines
benevolentia conjuncti primum cupiditatibus iis, qui-
bus ceteri ſerviunt, imperabunt: deinde aequitate
juſtitiaque gaudebunt, omniaque alter pro altero
ſuſci-

Id magis in hominis ſit natura] Sic Mauricianus. Vulgati: *id magis in hominis ſit natura*. Gruter. Pith. *id magis in homine ſit natura*. quem ſequi præſtat. *Græv.*

Et alterum acquirit] *Inquirit* legit Pomponius Lætus in libro a ſe exſcripto: & infra *inquirat*, pro *acquirat*: & *inquirendi*, pro *acquirendi*. placet autem *anquirit*, *anquirat*, & *anquirendi*, ut eſt in alio manuſcripto. *F. Urſin.*

Amicum habere talem volunt] Pith. *amicos habere tales volunt*. mox idem: *Equidem in talibus ea, quam jamdudum tractamus, ſtabilitas amicitiæ confirmari poteſt*. In editis deſideratur *equidem*. paullo vero ante *alterum* non habet. Sic enim in illo ſcribitur: *tum ſimilem ſui quærere*. hæc omnia non male. *Gravius*,

Quæque ipſi non tribuunt amicis, hæc ab iis deſiderant] Hoc inprimis fit cum amicitia colitur utilitatis cauſſa, ut docet Ariſtot. VIII ad Nicom. 13: ἡ διὰ τὸ χρήσιμον ἐγκληματική. ἐπ' ὠφελείᾳ γὰρ χρώμενοι ἀλλήλοις, ἀεὶ τοῦ πλείονος δέονται, καὶ ἔλαττον ἔχειν οἴονται τοῦ προσήκοντος, καὶ μέμφονται ὅτι οὐχ ὅσων δέονται, τοσούτων τυγχάνουσι ἄξιοι ὄντες· οἱ δ' εὖ ποιοῦντες, οὐ δύνανται ἐπαρκεῖν τοσαῦτα ὅσων οἱ πάσχοντες δέονται. *Quæ vero eſt propter utilitatem amicitia, plena eſt querelarum. Ad emolumentum enim cum utantur ſe invicem, ſemper plus deſiderant & minus ſe habere putant, quam conveniat, & accuſant, quod non quæ ipſi deſiderant, conſequantur, cum digni exiſtant, qui vero beneficium dant, non poſſunt ſuppeditare tantum, quantum qui accipiunt deſiderant.* Vera autem amicitia magis in eo vertitur, ut amet, quam ametur. ut idem in cap. 8. ejuſdem libri oſtendit.

In talibus quam jam dudum tractamus ſtabilitas amicitiæ] Ariſtoteles in modo laudato loco: ἰσότης καὶ ὁμοιότης φιλότης. Καὶ μάλιστα μὲν ἡ τῶν κατ' ἀρετὴν ὁμοιότης· μόνιμοι γὰρ ὄντες καθ' αὑτοὺς καὶ πρὸς ἀλλήλους μένουσι, καὶ οὔτε δέονται φαύλων, οὔθ' ὑπηρετοῦσι τοιαῦτα, ἀλλ' ὡς εἰπεῖν καὶ διακωλύουσι· τῶν ἀγαθῶν γὰρ μήτ' αὐτοὺς ἁμαρτάνειν, μήτε τοῖς φίλοις ἐπιτρέπειν ὑπηρετεῖν. οἱ δὲ μοχθηροὶ τὸ μὲν βέβαιον οὐκ ἔχουσιν. οὐδὲ γὰρ αὑτοῖς διαμένουσιν ὅμοιοι ὄντες· ἐπ' ὀλίγον δὲ χρόνον γίγνονται φίλοι, χαίροντες τῇ ἀλλήλων μοχθηρίᾳ. *Æqualitas & ſimilitudo eſt amicitia. Et maxima quidem eorum, qui virtutem colunt, eſt ſimilitudo. Stabiles enim cum ſint ſecundum ſe, & invicem manent: & neque egent malo-*

uſcipiet: neque quidquam umquam niſi honeſtum, c rectum alter ab altero poſtulabit: neque ſolum co- ent inter ſe ac diligent, ſed etiam verebuntur. nam naximum ornamentum amicitiae tollit, qui ex ea ollit verecundiam. Itaque in iis pernicioſus eſt error, ui exiſtimant, libidinum peccatorumque omnium atere in amicitia licentiam. Virtutum amicitia adju- rix a natura data eſt, non vitiorum comes: ut, quo- iam ſolitaria non poſſet virtus ad ea, quae ſumma unt, pervenire, conjuncta & conſociata cum alte- pervenirent: quae ſi quos inter ſocietas aut eſt, aut uit, aut futura eſt, eorum eſt habendus ad ſum- num naturae bonum optimus beatiſſimuſque comi- tus. Haec eſt, inquam, ſocietas, in qua omnia ſunt, quae putant homines expetenda, honeſtas, loria, tranquillitas animi, atque jucunditas: ut, um haec adſint, beata vita ſit, & ſine his eſſe non oſſit. Quod cum optimum maximumque ſit, ſi id olumus adipiſci, virtuti opera danda eſt: ſine qua eque amicitiam, neque ullam rem expetendam onſequi poſſumus. ea vero neglecta, qui ſe amicos bere arbitrantur, tum ſe denique erraſſe ſentiunt, um eos gravis aliquis caſus experiri cogit. Quocirca (di-

lorum, neque miniſtrant talia, ſed ut dicam etiam prohibent. Proborum e- eſt neque ipſos peccare, neque ami- permittere, ut adminiſtri ſint talium. probi vero non habent id quod ſtabile : neque enim ſibi ipſis ſunt ſimiles. in guum autem tempus fiunt amici, gau- tes ſua invicem pravitate. vide & ca- tertium ejuſdem libri.

Neque ſolum colent inter ſe] Elegans , *amare inter ſe, amplexari inter ſe.* Lang. Cic. XIII ad Att. *poſthac e- poterimus colere inter nos in Tuſcu- o.* In Catilinam: *Sic furtim inter dſpiciebant, ut non jam ab aliis indi- i, ſed ipſi a ſe viderentur.* de nat. orum: *dii inter ſe diligunt.* Terent. *video eos ſapere, intelligere, in loco ve- reri, inter ſe amare.* Cic. de divinat. *Noſque inter nos eſſe complexos.* Roger.

Quoniam ſolitaria non poſſet virtus ad ea quæ ſumma ſunt pervenire] Id quoque innuit Ariſtot. VIII ad Nicom. 1. Τοῖς ἐν ἀκμῇ πρὸς τὰς καλὰς πράξεις

Σύν τε δύ' ἐρχομένω
καὶ γὰρ νοῆσαι καὶ πρᾶξαι δυνατώτεροι.

Amicitia prodeſt etiam iis qui ſunt in vigore ætatis ad honeſtas actiones.

Simul enim duo iter facientes
& cogitare & agere poſſunt magis.

Cum eos gravis aliquis caſus experiri cogit] Tum enim deſtituentur ab iis amicis, quos virtus non conjunxit, ve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

(dicendum eſt enim ſaepius) cum judicaveris, diligere oportet: non cum dilexeris, judicare. ſed cum multis in rebus negligentia plectimur: tum maxime in amicis & deligendis & colendis. praepoſteris enim utimur conſiliis, & acta agimus, quod vetamur veteri proverbio. Nam implicati ultro & citro vel uſu diuturno, vel etiam officiis, repente in medio curſu amicitias, exorta aliqua offenſione, dirumpimus.
23 Quo etiam magis vituperanda eſt rei maxime neceſſariae tanta incuria. Vna eſt enim amicitia in rebus humanis, de cujus utilitate omnes uno ore conſentiunt. quamquam a multis ipſa virtus contemnitur, & vendita-

verumque eſſe comperient, quod Ovidius cecinit:

Diligitur nemo, niſi cui fortuna ſecunda eſt,
Quæ ſimul intonuit proxima quæque fugat.

Quo etiam magis vituperanda eſt rei maxime neceſſariæ tanta incuria] Sic in Heautont. *Quam in minima ſpe ſitus erit, tam facillime patris pacem in leges conficiet ſuas.* & alibi: *Quam vos facillime agitis, quam eſtis maxime potentes, dites, fortunati, nobiles, tam maxime vos æquo animo æqua noſcere oportet.* Varro in Ruſt. *Quam pauciſſimos reliqueris, tam optumi in alendo fiunt.* C. Lang. *Rei maxime tam neceſſariæ*] In codice Memmiano, *tam*, deletum erat ex tribus veteribus codicibus: in aliis erat poſteriore loco poſitum, ut nos edidimus. nam vulgati habent, *rei tam maxime neceſſariæ.* quæ lectio ferri non poteſt. neque id ſimile genus eſt, quod affert Langius, *quam facillime, tam maxime*, &c. *quam in minima ſpe ſitus erit, tam facillime*, &c. nam in eis exemplis ineſt collatio, in hoc non item. Itaque vel legendum, *rei tam neceſſariæ*, vel *rei maxime neceſſariæ*, vel *rei maxime tam neceſſariæ.* Lambin. Ad amicitiam enim conſervandam magna cura eſt adhibenda, ut egregie quoque monſtrat Ariſtides in oratione περὶ φιλίας, καὶ μὲν δὴ ἅπαντα ἐπιμελείας μὲν ἀπολαύοντα, ἀμείνονά τε καὶ ὠφελιμώτερα γίνεται, αὐτά τε αὑτοῖς, καὶ τοῖς πεπαμμένοις. ἀμείνων γὰρ ἵππος, ἀμείνων δὲ βοῦς, ἀμείνων δὲ κύων, εἰ τὸν μὲν ἱπποκόμος, τὸν δὲ γεωργὸς θεραπεύοι, τὸν δὲ κυνηγέτης. ἀκομιςία δὲ οὐχ ἵππον μόνον καὶ κύνα, ἀλλὰ καὶ ἀσπίδα καὶ λύραν, καὶ δρέπανον διαλλύει. οὕτω δὴ καὶ φιλίαν ἐπιμέλεια μὲν εὖ διατίθησι, ῥαθυμία δὲ ἀκροσφαλῆ καὶ σαθρὰν ἀπεργάζεται. μὴ γὰρ δὴ οἴου, εἰ μὲν οἰκίαν οἰκονομήσαις, δεῖσθαι αὐτὴν καὶ συνεχοῦς θεραπείας, εἰ μὴ μέλλοι ταχέως διαρρυήσεσθαι· εἰ δὲ φίλον σεαυτῷ κατασκευάσαις, τοῦτον οὐ χρήζειν συντηρούσης ἐπιμελείας. *Omnia in qua cura diligentiaque impenditur, meliora utilioraque & ipſa ſibi, & iis, qui poſſident, effici ſolent. Nam & equus melior, & bos, & canis redditur, ſi illum equiſo, alterum colonus, hunc venator diligenter curet ac foveat: contra incuria non ſolum equum & canem, ſed & clypeum ac lyram & falcem corrumpit. Sic amicitiam ejus tuendæ cura optimo in ſtatu componit: negligentia caducam & vietam efficit. Cave enim exiſtimes, domum quidem adminiſtranti tibi, ne ea quam celerrime diſſolvatur, aſſidua cura, ac diligenti proviſione opus eſſe: amicum vero, ſi quem forte comparaveris, nullam,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

itatio quaedam atque oſtentatio eſſe dicitur. multi
ivitias deſpiciunt, quos parvo contentos tenuis vi-
tus cultuſque delectat: honores vero, quorum cupi-
itate quidam inflammantur, quam multi ita con-
emnunt, ut nihil inanius, nihil eſſe levius exiſti-
ment. itemque cetera, quae quibuſdam admirabilia
identur, permulti ſunt, qui pro nihilo putent. de
micitia omnes ad unum idem ſentiunt, & ii, qui ad
empub. ſe contulerunt: & ii, qui rerum cognitio-
e doctrinaque delectantur: & ii, qui ſuum nego-
ium gerunt otioſi: poſtremo ii, qui ſe totos tradi-
erunt voluptatibus, ſine amicitia vitam eſſe nullam
entiunt, ſi modo velint aliqua exparte liberaliter
ivere. ſerpit enim neſcio quomodo per omnium vi-
as amicitia: nec ullam aetatis degendae rationem
atitur eſſe expertem ſui. Quinetiam ſi quis ea aſpe-
tate eſt & immanitate naturae, congreſſus ut ho-
mi-

*m, qua conſervetur, diligentiam re-
irere.* vide quæ ſequuntur. digna ſa-
: ſunt quæ videas.

Atque oſtentatio eſſe conceditur] Sic
bebat exemplar ad D. Trudonis op-
do Centronum, Et eadem manu,
tera ſolum minutiore ſuperſcri-
um erat, *id eſt, eſſe dicitur*. Sic ſu-
a ubi, *anquirit*, erat in illo ipſo
emplari, ibi ad marginem annota-
:, eadem manu, librarius *anquirit*,
eſt anxie quærit. Liber vero qui apud
e eſt & ipſe pervetus, non *anquirit*,
d, *anxie quærit*, in contextum aſ-
mſit. Id ſæpenumero contingit, ut
erpretationes etiam frigidiſſimæ, a
tariis recipiantur pro littera, quod
itrentur notas ſeu emendationes
e, non interpretationes, maxime
in littera ipſa dictio ſcripta ſit, quam
i non intelligant eo exiſtimantes
endoſam eſſe. Sed ad rem: plus eſt,
ceditur, quam *eſſe dicitur*. q. d. Eo
n morum vitio ventum eſt, ut vir-
s non modo oſtentatio appelletur,
ncedatur etiam. Virtutes enim qui
oderunt, nuncupant proximis vitiorum hominibus. ut alicubi pulchre a Plutarcho diſputatum memini. ita capit & in Catone verbum, *conceditur: Quanquam eſt id quidem ſenile, ætatique noſtra conceditur.* Alia eſt hujus verbi ſignificatio in primo de Oratore: *Tenenda præterea eſt*, inquit, *omnis antiquitas, exemplorumque vis, neque legum aut Iuris civilis ſcientia concedenda eſt*. ita enim habet liber vetus eo loco, *concedenda non eſt*, id eſt, condonanda non eſt, gratia ejus facienda non eſt, ferendum non eſt, ut Ius civile ignoretur. *C. Lang.* Pro vulgata tamen ſtant ceteri omnes MSS. quos Guilielmius, Gruterus, Aldus, aliique viderunt.

Suum negotium gerunt otioſi] Codex Pithæanus habet, *otioſi*. Lamb. *Suum negotium gerunt otioſi*] Ita omnes libri ſcripti. recte. *otioſi* Latine qui a republica ſe removerunt. exempla in promptu ſunt. Guilielmius. ſicque antea Victorii ac Manutii Nepotis editio. antiquiores *otioſe*. Gruter. Hoc vitæ genus

minum fugiat atque oderit, qualem fuiſſe Athenis Timonem neſcio quem accepimus: tamen is pati non poſſit, ut non anquirat aliquem, apud quem evomat virus acerbitatis ſuae. Atque hoc maxime judicaretur, ſi quid tale poſſet contingere, ut aliquis nos deus ex hac hominum frequentia tolleret, & in ſolitudine uſpiam collocaret, atque ibi ſuppeditans omnium rerum, quas natura deſiderat, abundantiam, & copiam, hominis omnino adipiſcendi poteſtatem eriperet. quis tam eſſet ferreus, qui eam vitam ferre poſſet, cuique non auferret fructum voluptatum omnium ſolitudo? Verum ergo illud eſt, quod a Tarentino Archyta, ut opinor, dici ſolitum, noſtros ſenes commemorare audivi, ab aliis ſenibus auditum: Si quis in caelum aſcendiſſet naturamque mundi, & pulchritudinem ſiderum perſpexiſſet, inſuavem illam admirationem ei fore; quae jucundiſſima fuiſſet, ſi aliquem cui narraret, habuiſſet. Sic natura ſolitarium nihil amat, ſemperque ad aliquod tam-

nus Architæ Tarentino jucundiſſimum viſum. De illo Cic. 1 de off. *Sunt etiam, qui aut ſtudio rei familiaris tuendæ, aut odio quodam hominum ſuum ſe negotium agere dicunt: ne facere cuiquam videantur injuriam.* S. Betulejus.

Timonem neſcio quem] Codex Pithæanus habet, *Timonem quemdam*, quam ſcripturam rectam puto. *neſcio quem*, autem ex annotatione natum: quod videtur & Pithæo. *Lambin.*

Vt non acquirat aliquem] Sic malo hic legi, *non acquirat*, ſeu *non adquirat*, quam, ut Langius edidit, *non anquirat.* hoc enim ſignificat, hominem quantumvis a ſocietate, & congreſſu hominum abhorrentem, non paſſurum, ut non ſibi aliquem conciliet, comparet, adjungat, aſciſcat, quicum omnia ſua conſilia conferat, & communicet. *anquirere* autem aliud eſt. eſt enim undique & quoquo verſus quærere. quod minus ad hunc locum, atque ad hanc ſententiam, meo quidem judicio, quadrat. *Idem.* Recte ſane hic ſenſit Langius: perinde enim eſt ac ſi dixiſſet, is tamen pati ſeu durare non poſſet, ut non quærat aliquem, in quem evomat acerbitatis ſuæ virus. pro quo dixit in cap. 21, *requirere & appetere aliquem*, & ibidem *alterum anquirit.* Sed *acquirere aliquem*, pro comparare, ſeu adjungere ſibi aliquem nemo Latine doctus dixerit, nedum Tullius. Omnino igitur legendum *anquirat*, quod vulgo minus tritum vocabulum ubique fere a librariis & ſciolis mutatum eſt in *acquirat.* Grævius.

Quis tam eſſet ferreus, qui eam vitam ferre poſſet] Vid. 1 de off. 45.

Si aliquem cui narraret non habuiſſet] Ita eſt in manuſcripto, cum in aliis deſit particula *non*, ſine qua hujus loci ſententia percipi vix poteſt. *F. Vrſin.*

Si aliquem cui narraret habuiſſet] Perſpicua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

mquam adminiculum annititur: quod in amiciſſi-
o quoque dulciſſimum eſt. Sed cum tot ſignis ea- 24
em natura declaret, quid velit, anquirat, ac deſi-
eret: obſurdeſcimus tamen neſcio quomodo; nec
, quae ab ea monemur, audimus. eſt enim varius
multiplex uſus amicitiae, multaeque cauſae ſuſpi-
onum offenſionumque dantur: quas tum evitare,
m elevare, tum ferre, ſapientis eſt. una illa ſuble-
nda offenſio eſt, ut & veritas in amicitia, & fides
tineatur. nam & monendi amici ſaepe ſunt, & ob-
rgandi: & haec accipienda amice, cum benevole
unt. Sed neſcio quomodo verum eſt, quod in Andria
miliaris meus dicit:

Obſe-

cua ſententia; quam tamen defor-
abit negatio, quam in uno ſuo in-
nit Fulvius Vrſinus, exſtatque in
nnullis aliorum. *Guilielm.*
Tum elevare] Guilielmius ſubſtitue-
ex Mauritiano, *eluere.* ſic ſupra in-
it; *amicitiæ ſunt remiſſione uſus eluen-*
. Gruter.
Vna illa ſublevanda offenſio eſt] Il-
offenſio, quæ neceſſario ſuſcipien-
eſt in amicitia, cum liberius
onendi ſunt & objurgandi amici,
i monitiones tamen ferre non
ſſunt ſed iis offenduntur ut & uti-
atem illam capiamus ex amicitia,
iam nobis illa promittit, & ut fidi
nus amici, non adulatores, eſt mi-
ienda. Illa autem ut ſublevanda &
inuenda ſit docet non longe poſt,
mirum ſi *monitio acerbitate, objur-*
tio careat *contumelia.* Cicero orat.
o Cluentio: *Pater adoleſcentis, quem*
opter animi dolorem pertenuis ſuſpicio
tuiſſet ex illo loco teſtem in Aulum
uentium conſtituere, is hunc ſuo teſti-
onio ſublevat. Sic hic locus poteſt ex-
icari. Vt tamen ingenue dicam,
iid ſentiam, videtur is non eſſe pu-
is. Nam *ſublevanda*, præſertim cum
iodo præceſſerit *elevanda* locum ha-
ere vix videtur, etſi commoda inter-
etatione quadam poſſit quaſi mol-
liri. Dein quæ eſt illa una offenſio,
quæ eſt ſublevanda? nuſquam ejus
mentio fit? In ſequentibus rationem
reddit, cur ſit illa offenſio ſublevan-
da, uti patet ex ſubjecta particula *nam.*
Nam, inquit, *& monendi amici ſunt.*
Vereor ne aliquid exciderit vitio libra-
riorum, neve id ſine meliorum codi-
cum ope poſſit reſtitui. *Grævius.*

Vt & utilitas in amicitia] Omnes fe-
re libri veteres habent, *& utilitas in a-*
micitia. quos non ſequor. lego *veritas.*
Lambinus. *Vt & utilitas in amicitia*]
Haud ſecus editiones omnes ante
Lambinum, qui invitis libris ſubſti-
tuerat *veritas.* non recte. ceteræ, ait,
offenſiones vitandæ: una retinenda
quæ ex monitionibus ſuſpicienda erit,
ne fides & utilitas, quæ maxime hac
in re conſiſtunt, ab amicitia exſulent.
ea tamen ſublevanda eſt, hoc eſt, mi-
tiganda, & quod poteſt lenienda co-
mitate quadam. hæc hujus loci ſen-
tentia. *Guilielm.* Rectius Lambinus
præſertim cum duo Aldi Manutii *veri-*
tas quoque probent. Nam ſine verita-
te, ut in ſequente capite oſtendit, *ami-*
citiæ nomen valere non poteſt, quia ſi-
mulatio eſt peſtis amicitiæ veræ. *tollit*
enim judicium veri, idque adulterat. Si-
mulamus vero ſi laudamus amicum
peccantem, cum aliter animus ſentit
de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Obſequium amicos, veritas odium parit.
Moleſta veritas, ſi quidem ex ea naſcitur odium, quod eſt venenum amicitiae. ſed obſequium multo moleſtius, quod peccatis indulgens, praecipitem amicum ferri ſinit. maxima autem culpa in eo eſt, qui & veritatem aſpernatur, & in fraudem obſequio impellitur. Omni igitur hac in re habenda ratio & diligentia eſt: primum, ut monitio acerbitate, deinde objurgatio contumelia careat: in obſequio autem (quoniam Terentiano verbo lubenter utimur) comitas

de ejus factis, ac os præ ſe fert. *Grav.*

Veritas odium] Ideo *veritas* dicitur *amara*, quamvis ſit quoque dulcis, ut pulchre Auguſtinus in epiſt. ad Romulum: *Veritas & dulcis eſt & amara. Quando dulcis eſt parcit, quando amara curat.*

Vt monitio acerbitate &c.] In ſequente capite dixit *libere, non aſpere monendos amicos.* Non poſſum mihi imperare quin in hanc rem pulcherrimum locum ex Ariſtidis laudata ſæpius oratione adferam etſi prolixiorem περὶ φιλίας: Ὁ φίλος σοι μόνῳ προσέχει τὸν νοῦν, καὶ σοῦ μόνου ἤλω, καὶ βούλοιτο ἄν γε μηδὲν κακὸν ἔχειν. ἀφαιρετέον οὖν τὰ νοσήματα ἠρέμα, καὶ ὡς σφόδρα λυποῦντας, μηδὲ ἐνδιδόντας. ἀλλ' ὥσπερ οἱ ἰατροὶ τὸ μὲν σιδήρειον πολλάκις ἐῶσι, προστιθέμενοι δὲ φάρμακα ἄττα οὐκ ἔξω ἀλγηδόνι τὸ πάθος ἰῶνται. οὕτω καί σοι τὸν φίλον θεραπευτέον. ἔχειν δὲ καὶ σὺ φαρμάκοις ἀντὶ καύσεων καὶ τομῶν εἰς τὴν ἰατρείαν κεχρῆσθαι. τὰ δὲ φάρμακα ταῦτα λόγοι εἰσὶ μεστοὶ εὐνοίας καὶ παρρησίας, οὐχ οἱ γλυκεῖς καὶ πρὸς χάριν. οὗτοι μὲν γὰρ τρέφουσι καὶ ἄρδουσι τὸ νόσημα· ἀλλ' οἱ στρυφνοὶ καὶ ἀληθινοὶ καὶ μεστοὶ παρρησίας οὐκ ὀνειδίζουσι (πάμπολυ γὰρ διαφέρει νουθεσία μὲν λοιδορίας, ἐπίπληξις δὲ ὀνείδους, οὐ τῇ διανοίᾳ μόνῃ τοῦ λέγοντος, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ τῷ λόγῳ εὐνοίας καὶ παρρησίας) νουθετοῦντες οὐ λοιδορούμενοι. καὶ ἐπανορθοῦντες οὐκ ὀνειδίζοντες. φυλακτέον δὲ ἐν τῷ τοιῷδε μὴ ἀκράτους προσάγειν τοὺς δάκνοντας λόγους, ἀλλὰ προσπλέκοντα αὐτοῖς ἠπίου τινὸς καὶ προσηνοῦς· οἷον μέλιτος πικρῷ μὲν, ὠφελίμῳ δὲ πόματι. *Amicus te unum intuetur, tibique addictus uni eſt: nec quicquam tibi, ſi fieri poſſet, mali vellet contingere. Igitur paullatim curandi morbi ſunt, ut neque vehementiorem dolorem adferas, neque nimium in medendo indulgeas. Sed quemadmodum medici ferramento ſæpius omiſſo, adhibitis quibuſdam medicamentis citra dolorem morbis medentur: ita tu amicum ad ſanitatem revoca. Potes & ipſe medicamentis pro aduſtione ſectioneque ad eam curationem uti. Ejuſmodi porro medicamenta erunt pleni benivolentia atque libertate ſermones, non jucundi, & ad gratiam confic̄ti: ejuſmodi enim alitur & fovetur ægritudo: ſed qui tametſi auſteri atque veri ſint, & libertate pleni exprobratione & contumelia careant, (nam reprehenſio a convitio plurimum differt, & ab opprobrio increpatio, nec animo dumtaxat loquentis, ſed vel ipſo etiam ſermone a benevolentia ac libertate profecto) ejuſmodique ſint ut caſtigent quidem, minime tamen convitientur; corrigant, non probrum inferant. Igitur diligenter in ejuſmodi occaſione providendum eſt, ne acrem ac mordacem nimis orationem adhibeamus: quin potius ſuavitatis ei non nihil ac dulcedinis admiſceamus; velut mellis amara alioqui, ſed ſalutari potioni.* vide Lucianum in Demonacte p. 859 edit. Amſterodam.

Terentiano verbo luculenter utimur] Sic liber ad Trudonis. alii *lubenter.* quo verbo uſum Lælium neſcio an poſſim

as adſit: aſſentatio, vitiorum adjutrix, procul amo-
eatur: quae non modo amico, ſed ne libero quidem
igna eſt, aliter enim cum tyranno, aliter cum ami-
o vivitur. Cujus autem aures veritati clauſae ſunt,
t ab amico verum audire nequeat, hujus ſalus deſpe-
anda eſt. ſcitum eſt enim illud Catonis, ut multa;
Melius de quibuſdam acerbos inimicos mereri, quam
eos

oſſim credere. Cum *obſequii* ſignifi-
tio obſcœna fuerit, Ovid. II de Ar-
. & VI Faſtorum:

Arſerat obſequio Semele Iovis.

de Donatum in Terent. Eodem mo-
officium, de quo Seneca IV Con-
overſiarum. Hoc interim monere
olo libros, qui *declamationes* vulgo
ſcribuntur, a Seneca non eſſe editos.
d ab non docto aliquo homine
cta epitome eſt *controverſiarum* Sene-
: idque jejune & miſere: id cum
s ipſa, tum MS. exemplar, quod
beo, luculentiſſime probat. *C. Lang.*
ibenter utimur] Langius edidit, *lu-
lenter*, librum unum veterem ſecu-
s. Nos in omnibus noſtris, *luben-*
, ſcriptum reperimus: neque tamen
icquam adverſus ſcripturam illam
t dicimus, aut decernimus. *Lamb.*
eprehendit Tullium Donatus, quod
verbum tribuat Terentio, tanquam
imo ejus auctori, cum ante Teren-
m eo uſus ſit Plautus & Nævius,
amvis in Ciceronis ſententia, hoc
co inductus, ſit quoque Quintilia-
s VIII Inſtitut. Orat. cap. 3. ſed re-
Cicero defenditur a Ioachimo Ca-
erario in notis ad primam Tuſcula-
m & Parrhaſio in epiſtola 58.

Aſſentatio vitiorum adjutrix] Aſſen-
ores dicit Ariſtides ſimiles eſſe me-
is, qui nimis indulgent ægrotis,
morbum alunt, non curant. ὡς
εῖνον ἐπαινῶ τὸν ἅπαντα ἐπινεύοντα
κάμνοντι σιτία καὶ ποτὰ, τὰ αὐ-
ντα καὶ ποικίλλοντα τὴν νόσον, οἰνοχόον
τραπεζοποιὸν ἀντὶ θεραπευτοῦ γιγνό-
νον. *Non laudo qui ægroto indulgeat
orum genus omne potuſque, quæ in-
mentum morbo ac varietatem afferant:
quippe pincernæ, aut ſtructoris, non me-
dici ſibi perſonam imponat.*

Aliter enim cum tyranno] Cujus au-
res non ſunt radendæ mordaci vero
ut Satyricus ait. Hinc non nemo di-
xit, non niſi byſſinis verbis apud Re-
gem eſſe utendum.

Huius ſalus deſperanda eſt] Videtur
accepiſſe ab Heſiodo, qui in ἔργοις
de hoc hominum genere prodidit ea-
dem:

Οὗτος μὲν πανάριστος ὃς αὐτὸς πάν-
τα νοήσῃ,
Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰ-
πόντι πίθηται.
Ὃς δέ κε μήτ' αὐτὸς νοέῃ, μήτ' ἄλ-
λου ἀκούων
Ἐν θυμῷ βάλληται, ὃδ' ἀχρήϊος
ἀνήρ.

*Ille quidem longe optimus eſt, qui ipſe
omnia novit,
Sed bonus eſt etiam is qui paret recta
monenti.
At qui nec per ſe novit, nec ſi quem
alium audit,
Mentem adhibet, nullo is numero eſt,
nullo ordine habendus.*

vide Ariſtot. I ad Nicom. 4.

*Melius de quibuſdam acerbos inimicos
mereri, quam eos &c.*] Hoc accepit ab
Antiſthene, Cato. Plutarchus in libello
de utilitate ex inimicis capienda: Ὀρ-
θῶς ὁ Ἀντισθένης εἶπεν ὅτι τοῖς μέλλου-
σι σώζεσθαι, ἢ φίλων δεῖ γνησίων ἢ
διαπύρων ἐχθρῶν· οἱ μὲν γὰρ νουθετοῦν-
τες τοὺς ἁμαρτάνοντας, οἱ δὲ λοιδο-
ροῦντες ἀποτρέπουσι. Addit Plutarchus
ſcite: ἐπεὶ δὲ ἡ φιλία τανῦν ἰσχνόφω-
νος γέγονεν ἐν τῷ παῤῥησιάζεσθαι, καὶ
τὸ κολακεῦον αὐτῆς λάλον ἐστι, τὸ δὲ
νουθετοῦν ἄναυδον, ἀκουστέον ἐστὶ παρὰ τῶν
ἐχθρῶν

eos amicos, qui dulces videantur: illos verum ſaepe dicere, hos numquam. Atque illud abſurdum eſt, quod ii, qui monentur, eam moleſtiam, quam debent capere, non capiunt: eam capiunt, qua debent vacare. peccaſſe enim ſe non anguntur, objurgari moleſte ferunt: quod contra oportebat, delicto dolere, correctione gaudere. Vt igitur & monere, & moneri proprium eſt verae amicitiae: & alterum libere facere, non aſpere: alterum patienter accipere, non repugnanter: ſic habendum eſt, nullam in amicitiis peſtem eſſe majorem, quam adulationem, blanditiam, aſſentationem. quamvis enim multis nominibus eſt hoc vitium notandum, levium hominum atque

ἐχθρῶν ἀλήθειαν· ὡς γὰρ ὁ Τήλεφος οἰκείου μὴ τυγχάνων ἰατροῦ, τῷ πολεμικῷ δόρατι τὸ ἕλκος ὑπέθηκεν, οὕτως τοὺς ἀποροῦντας εὐνοίας νουθετούσης, ὑπομένειν ἀνάγκη μισοῦντος ἐχθροῦ λόγον, ἂν ἐλεγχῇ καὶ κολάζῃ τὴν κακίαν σκοποῦντας τὸ ἔργον, ἀλλὰ μὴ τὴν γνώμην τοῦ κακῶς λέγοντος. *Ab Antiſthene dictum eſt recte, eum qui ſalvus eſſe debeat, opus habere vel probis amicis, vel inimicis vehementiſſimis. quod illi admonendo peccantes, hi criminando a vitiis avertant. Sed quoniam noſtra ætate ad liberas reprehenſiones voce valde exili eſt prædita amicitia, loquax in adulando, muta in caſtigando, audienda eſt nobis ex inimicis veritas. Sicut enim Telephus domeſtico deſtitutus remedio, vulnus hoſtili haſtæ ſanandum præbuit: ita quos defecit benevolus caſtigator, ii ut inimici ſermonem audiant neceſſe eſt reprehendentis & punientis culpam, non animum maledicentis, ſed rem ipſam conſiderantes.* Sequuntur digna lectu, quæ ibi præſtat legere.

Correctione gaudere] Vet. libri habent, *correptione.* quo vocabulo Latini multi ſcriptores uſi ſunt ea ſignificatione. alii etiam *correctione.* C. Lang.

Objurgatione gaudere] Libri veteres habent partim, *correctione*, partim, *correptione gaudere.* Lambinus. *Correctione gaudere*] Sic omnes libri, (ut & Pithæan.) etiam vetuſtius editi; niſi quod ii *correptione.* recentiores *objurgatione.* non recte. objurgari ſe nemo gaudet, ſi nihil aliud inſit; at hoc modo corrigi, & errantem quaſi in ſemitam reduci, gaudere debet. *Gruter.*

Nullam in amicitiis peſtem eſſe majorem] Itaque dixit Antiſthenes: αἱρετώτερόν φησιν εἰς κόρακας ἐμπεσεῖν, ἢ εἰς κόλακας. οἱ μὲν γὰρ ἀποθανόντος τὸ σῶμα, οἱ δὲ ζῶντος τὴν ψυχὴν λυμαίνονται. *Satius eſſe in corvos quam in adulatores incidere. Hi enim viventis animum corrumpunt, illi ſolum mortui corpus.*

Adulationem, blanditiam, aſſentationem] *Adulatio* Græcis eſt proprie κολακεία; *blanditia & aſſentatio*, ἀρέσκεια. de utraque vide Characteres Theophraſti.

Quamvis enim multis nominibus] Vetus liber *quam multis enim nominibus.* & ita legendum puto. *F. Vrſinus.* *Quamvis enim multis nominibus*] Guilielmius ex Mauritiano ſuo, item Vrſiniano, emendaverat, *quam enim multis.* addiderat tamen; videndum anne alterum eleganter poneretur pro *admodum multis.* & vero illud *quam* exſtat in aliquot libris Aldi Nepotis, ſed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

tque fallacium, ad voluntatem loquentium omnia, ihil ad veritatem. Cum autem omnium rerum ſimu-
tio eſt vitioſa (tollit enim judicium veri, idque adulte-
at) tum amicitiae repugnat maxime: delet enim ve-
tatem, ſine qua nomen amicitiae valere non poteſt.
am cum amicitiae vis ſit in eo, ut unus quaſi ani-
nus fiat ex pluribus: qui id fieri poterit, ſi ne in uno
uidem quoque unus animus erit, idemque ſemper;
d varius, commutabilis, multiplex? Quid enim
oteſt eſſe tam flexibile, tam devium, quam ani-
us ejus, qui ad alterius non modo ſenſum ac vo-
lun-

l non eſt, cur ideo ei cedat *quam-*
, quod in totidem quoque invenit
SS. idem Manutius. *Gruter.*

Ad voluptatem loquentium] Poteſt
c ſcriptura ferri & explicari, lo-
entium, quæ grata ſunt cui adulan-
. ſed Pith. & alii MSS legunt: *ad*
untatem loquentium, quod omnino
ferendum, ut patet ex iis, quæ
n longe poſt ſequuntur: *qui ad al-*
us non modo ſenſum ac voluntatem,
etiam vultum, ac nutum convertitur.
m enim eſt quod hic *ad voluntatem*
ui. Græv.

um amicitiæ repugnat maxime] Vi-
ur verbum, *repugnat*, eſſe aliunde
fectum, neque a Cicerone poſi-
n. ſic enim videtur ſcripſiſſe Cice-
Cum autem omnium rerum ſimulatio
vitioſa: tollit enim judicium veri, id-
adulterat, tum amicitiæ maxime.
illo ante alii libri habent, *ad volun-*
m. Lambin.

Quid enim poteſt eſſe tam flexibile, tam
ium] Iſtud *devium* valde mihi a
a via videtur aberraſſe, & in alie-
imum locum illatum. Quid enim
quidem poteſt eſſe *devius animus?*
vi *hominem devium* qui errat, in
lipp. 2: *Homo amentiſſimus, atque*
ibus conſiliis præceps & devius. hoc
temerarius, & qui ſemper aber-
a vero, recto & honeſto, in omni-
conſiliis. Novi *vitam deviam* in
mento Ciceronis apud Lactantium VI Inſtitut. divin. *Quod ſi liceret, ut iis qui in itinere deerraviſſent, ſic vitam deviam ſecutos corrigere pœnitendo, felicior eſſet emendatio temeritatis.* hoc eſt, vitam a vera via virtutis averſam. Sed cum hic de animo inconſtante, & mutabili, qui cum quovis vento ut velum vertitur, loquatur Tullius, quid ſibi velit *devius* non video. Qui interpretantur tortum multiplex facile cuivis voci poſſunt quamvis affingere notionem. Mihi perſuaſi Ciceronem ſcripſiſſe: *quid enim poteſt eſſe tam flexibile, tam tenerum, quam animus ejus, qui ad alterius non modo ſenſum ac voluntatem, ſed etiam vultum atque nutum convertitur?* Plane hanc meam opinionem firmat locus iſte in oratione pro Milone: *Nihil enim eſt tam molle, tam tenerum, tam aut fragile, aut flexibile quam voluntas erga nos, ſenſuſque civium.* Sicut hic *tenera & flexibilis voluntas ac ſenſus* dicitur, qui facile immutatur, ſic ibi *flexibilis ac tener animus*, cui opponitur *firmus*, conſtans, ſtabilis. ſic apud Plaut. *firmus amicus*, & in hoc ipſo libello *immobilis, conſtans.* Quæ tenera ſunt facile poſſunt flecti, & frangi. Hinc & aliis in locis Cicero *flexibilis* & *tener* tanquam ſynonyma conjungit. De Claris orat. *Nihil tam tenerum, nihil tam flexibile, nihil quod magis ejus arbitrio fingeretur.* I de orat. *Tenerum flexibile, quod facile ſequatur quocunque ducas.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

luntatem, ſed etiam vultum atque nutum convertitur?

Negat quis? nego: ait? aio. poſtremo imperavi egomet mihi,

Omnia aſſentari,

ut ait idem Terentius: ſed ille ſub Gnathonis perſona: quod amici genus adhibere, omnino levitatis eſt. Multi autem Gnathonum ſimiles cum ſint, loco, fortuna, fama ſuperiores: horum eſt aſſentatio moleſta, cum ad vanitatem acceſſit auctoritas. ſecerni autem blandus amicus a vero, & internoſci tam poteſt, adhibita diligentia, quam omnia fucata & ſimulata a ſinceris atque veris. Concio, quae ex imperitiſſimis conſtat, tamen judicare ſolet, quid interſit inter popularem, id eſt, aſſentatorem, & levem civem, & inter conſtantem, ſeverum & gravem. Quibus blanditiis C. Papirius nuper influebat in aures concionis, cum

ducas. II de orat. *Oratio mollis & tenera, & iſta flexibilis, ut ſequatur quocunque torqueas.* In epiſtola ultima libri V ad famil. *animum tenerum* vocat qui facile movetur, & imbecillior eſt in rebus adverſis ferendis: *Teneriore mihi animo videbare, ſicut omnes fere, qui vita ingenua, in beata & libera civitate viximus*, paullo ante dixit *animum infirmiorem: ſed plane animus, qui du biis rebus forſitan fuerit infirmior, deſperatis confirmatus eſt multum.* Grævius.

Omnia aſſentiri] Sic legendum eſſe, ratio & veritas vincunt: quarum vocibus qui clauſas aures habent, quid in eis erudiendis inanem operam ſumam. Sed tamen hac de re plura in commentariis Plautinis. *Lambin.* Sed adverſatur omnium codicum conſenſus.

Vt ait idem Terentius] *Terentii* nomen ut tralatitium expunxi. *Car. Langius.*

Loco] Eſt natalibus, genere ut apud Iuſtin. XV, 3: *Erat Lyſimachus illuſtri quidem Macedonia loco natus.* & hinc Cic. XIV ep. 18: *Videte quid aliæ faciant iſto loco feminæ.* hoc quæ ſunt ejuſdem ſortis, generis, & conditionis, quæ ſunt ejuſdem ordinis, ut apud Terent. Eunuch. II, 2: *Mei loci atque ordinis homo.* Liv. 22: *Terentius Varro loco non ſolum humili, ſed etiam ſordido ortus.* Et lib. 26: *loco obſcuro tenuique fortuna ortus.*

C. Papirius nuper influebat] Contra vet. lib. fidem & contra omnem hiſtoriam Rom. hic legebatur, *C. Papirius Carbo coſ.* Nam cum hic ſermo ſit habitus priore Tribunatu C. Gracchi, ut ſupra oſtendi, quo modo de conſulatu C. Carbonis hic mentio fit, quem anno demum poſt Cajum interfectum geſſit? Cic. in III de Oratore. Intelligit autem Cicero eam orationem quam Carbo habuit C. Claudio M. Perperna coſ. decem amplius annis ante ſuum conſulatum, de qua ſic in epitome Livii: *Cum C. Carbo Tr. pl. rogationem tuliſſet, ut eundem Tr. pl. quoties vellet, creari liceret, rogationem ejus P. Africanus graviſſima* ora-

cum ferret legem de tribunis pleb. reficiendis? Diſſuaſimus nos. Sed nihil de me: de Scipione dicam libentius. Quanta illa, dii immortales! fuit gravitas, quanta in oratione majeſtas? ut facile ducem pop. Rom. non comitem diceres. ſed affuiſtis: & eſt in manibus oratio. itaque lex popularis ſuffragiis populi repudiata eſt. Atque, ut ad me redeam; meminiſtis, Q. Maximo, fratre Scipionis, & L. Mancino conſulibus, quam popularis lex de ſacerdotiis C. Licinii Craſſi videbatur? cooptatio enim collegiorum ad populi beneficium transferebatur. Atque is primum inſti-

oratione diſſuaſit: in qua dixit Ti. Gracchum jure caſum. C. Gracchus contra ſuaſit rogationem: ſed Scipio tenuit. Ex Cai oratione Chariſius hæc citat: *C. Gracchus, uti lex Papiria, accipiatur. Peſſumi fratrem meum optumum interfecerunt, hem videte quam par pari ſint.* Hujus orationis cauſſa Africanum a Carbone occiſum nocte ſequente, opinio fuit. de qua alibi Cicero. *C. Langius.*

Quanta in oratione majeſtas] Quidam libri veteres habent: *quantum in oratione majeſtatis.* Lambin. Sic & Pithæanus.

Vt facile ducem populi Romani non comitem diceres] Pithæanus egregie, inducto imperitorum hominum gloſſemate: *ut facile ducem populi Romani diceres.* Quid enim eſt *comes populi Romani? Comites, Regum, Imperatorum*, qui & *imperatorum amici dicebantur*, hoc eſt conſiliarii, noti ſunt, ut & poſt diviſionem imperii Romani, variorum generum *comites.* ſed qui ſit populi Romani comes fateor me non intelligere. Qui illum locum in hoc libello legit, *neque ſe comitem hujus furoris, ſed ducem præbuit*, huc quoque tranſtuliſſe hanc vocem, aut ex oratione pro Marcello: *Hujus rei ipſe dux eſt & comes:* ſed invito Tullio. Aſſentior codici optimo, in quo hæc verba non habentur. *Grævius.*

Q. Maximo] Q. Fabio Maximo Æmyliano. Fuit is annus V. C. DCVIII.

Lex de ſacerdotiis] Cum ante ſacerdotes omnes a ſuis collegiis cooptarentur, lege Licinia ad populi jus hoc beneficii transferebatur. Sed ea lex Lælio diſſuadente antiquata eſt; donec Cn. Domitius Mario iterum, & Fimbria coſ. eam reſuſcitavit. Paterculus & Sueton. in Nerone. Hæc eſt Lælii oratio *de Collegiis* inſcripta, de qua Cicero in Bruto: quanquam illic vulgo, *de Collegis*, ſcribitur. In exemplaribus optimis, *jubebatur*, non *videbatur*, reperi. Cic. pro Cornel. *Populus Rom. legem juſſit de civitate tribuenda.* Sed cum juſſa lex non ſit, ſed antiquata; nihil fuit, cur quicquam immutarem: Certe lex iſta popularis non videbatur, ſed omnino erat: multa videlicet in ſuperbiam & tyrannidem nobilium ſub ſpecie ſacerdotiorum auſpicia omnia, atque ita univerſum rerum ſtatum ſibi vindicantium. *C. Lang.*

C. Licinii Craſſi videbatur] Pighius præferebat *videbatur:* promulgata enim lex, non perlata. *Gruter.* Et ſic quoque MSS.

Ad populi beneficium transferebatur] Hoc eſt, poteſtas eos creandi in comitiis populo committebatur. Hæc vis eſt in voce *beneficium.* Hinc magiſtratus dicitur *beneficium populi.* Cic. pro Muræna: *Idem conſul eum veſtræ fidei commendat, qui antea diis immortali-*

inſtituit in forum verſus agere cum populo. tamen illius vendibilem orationem religio deorum immortalium,

bus commendavit, ut ejuſdem hominis voce & declaratus Conſul, & defenſus, beneficium pop. Romani cum veſtra atque omnium ſalute tueatur. Conſulatum ſcilicet. Erat enim deſignatus conſul, ſed accuſabatur ambitus. In capite ſequente: *Is potiſſimum Conſul, qui conſulem declaravit, auctor beneficii populi Romani, defenſorque periculi eſſe debebit.* & ſic ſæpius alibi, ut & Salluſtius. Hinc illud loquendi genus elegans *beneficii ſui facere functionem*, ſeu *magiſtratum*, poteſtatem creandi magiſtratum ſibi vindicare. Iuſt. XIII, 4: *Inter principes provincias divisit, ſimul ut & removeret æmulos, & munus imperii beneficii ſui faceret.* Et Sueton. Claud. 23: *Commeatus a ſenatu peti ſolitos beneficii ſui fecit.* Id. in Tib. 12: *Per quoſdam beneficii ſui centuriones*, h.e. quos provexerat ad Centurionatum. *Grævius.*

In forum verſus agere cum populo] Interpretes legunt, *verſibus agere* cum populo, id eſt ligata oratione. ſane quam indocte, ut ſæpe: debuerant enim meminiſſe verſibus prius actum eſſe cum populo quam proſa oratione. Sed quid ad rem, verſu an proſa egerit cum populo Craſſus? Itaque, *verſus*, lege. Antiquum eſt & elegans *ad forum verſus, ad orientem verſus.* Varro I. rei ruſt. *Quæ ſpectet ad orientem verſus.* & IV de ling. Lat. *Tum quendam Curtium virum fortem armatum adſcendiſſe equum & a Concordiæ verſum, cum equo in eum præcipitatum.* M. Cato, dierum dictarum de Conſulatu ſuo: *pone verſus hoſtes.* Et iterum, *pone verſum illac mare eſt.* vide Soſipatrem II. Grammat. Tributis autem & Curiatis comitiis (nam Centuriata in Campo habebantur) qui cum populo agebant, honoris ergo ad Senatum & Comitium verſus faciem convertere, ſpectareque conſueverant. At Craſſus Tr. pl. ut popularis ad forum & populum verſus conſtitit: ita hic Ciceronis locus accipiendus. Plutarchus non C. Craſſum, C. Gracchum id primum auſum ſcribit. quod mihi ſit veriſimilius, qui tantum C. Licinii in Senatum contemtum alibi non legerit. De C. Graccho palam eſt. Facilis & proclivis lapſus Ciceronis ex una littera vel altera. Nam, certe librario hic imputari nihil debet. Cicero enim hic omnino de C. Craſſo, Plutarchus de C. Graccho, in cujus vita hæc ſunt ipſius verba, hunc locum pulcherrime explicantia: Τοῦτον τὸν νόμον εἰσφέρων, τά τε ἄλλα λέγεται σπουδάσαι διαφερόντως. καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ πάντων δημαγωγῶν εἰς πρὸς τὴν σύγκλητον ἀφορώντων καὶ τὸ καλούμενον κομίτιον, πρῶτον τότε στραφεὶς ἔξω πρὸς τὴν ἀγορὰν δημηγορῆσαι· καὶ τὸ λοιπὸν οὕτω ποιεῖν. Ἐξ ἐκείνου μικρᾷ παρεγκλίσει καὶ μεταθέσει σχήματος, μέγα πρᾶγμα κινήσας, καὶ μετενεγκὼν τρόπον τινὰ τὴν πολιτείαν ἐκ τῆς ἀριστοκρατίας εἰς τὴν δημοκρατίαν, ὡς τῶν πολλῶν δέον, οὐ τῆς βουλῆς στοχάζεσθαι τοὺς λέγοντας. *C. Langius.*

In forum verſus, agere cum p.] Etiam noſtri fere omnes libri veteres ſic habent, ut in ſuis reperit Langius. Itaque, vulgatam ſcripturam, *verſibus agere cum pop.* ut corruptam, rejeci. *in forum verſus*, autem, interpretatur Plutarchus, *εἰς τὸ καλούμενον κομίτιον στραφείς. Lambin.* Sed erroris Tullium abſolvit Steph. Pighius in annalibus Romanorum, cujus verba hunc locum inſigniter illuſtrantia hæc ſunt: Orationem illam C. Lælii de collegiis non parum laudat Tullius in Bruto de claris, & libro de natura Deorum tertio, nobilem & aureolam orationculam appellat. De hoc tribuno plebis C. Licinio Craſſo M. Varronem de re ruſtica libro primo cap. ſecundo loqui exiſtimo, cum maxime in annorum ſupputatione cum Capitolinis Faſtis plane conſentiat. Ejus verba ſunt hæc, ubi de Liciniis loquitur: *Ejuſdem gentis C. Licinius tribunus plebis cum eſſet poſt Reges exactos anno*

lium, nobis defendentibus, facile vincebat. atque id actum eſt praetore me, quinquennio ante, quam conſul ſum factus. itaque rei veritate magis, quam ſumma auctoritate cauſa illa defenſa eſt. Quod

CCCLXV *primus populum ad leges accipiundas in ſeptem jugera forenſia e Comitio adduxit.* Id etenim omnino quod Tullius, M. Varro memorat. Nam concionabantur leges ſuaſuri, vel diſſuaſuri ante Curiam in Comitio ſitam in Roſtris, quod ſuggeſtum ſive templum erat Comitio ac Romano foro conterminum, & ut vult Aſcon. Pædianus curiæ prope junctum, atque propinquum adeo, ut Senatus in Curia præſens facile intelligere orantes poſſet. Qui more majorum ſemper facie in Curiam & Comitium verſi verba facientes cum populo agebant tam in foro, quam Comitio circum roſtra ſtante. Hic ergo primus C. Licinius popularem legem ſenatui ingratam perferri cupiens contra morem majorum a Comitio & ſenatu in Curia ſedenti in forum verſus verba fecit: eoque modo plebem audire volentem a Curia avertit, & e Comitio in forum verſus verba fecit: eoque modo plebem audire volentem a Curia avertit, & e Comitio in forum, vel ſeptem jugera forenſia duxit, quemadmodum Varro de re ruſtica ſcribens, forum Romanum ruſtice vocare voluit, cujus ea tunc amplitudo vel menſura ſine comitio fuiſſe videtur. Poſſum igitur difficulter pedibus in eorum ſententiam ire, qui volunt Ciceronem errore, quod de C. Graccho legerat, de hoc C. Craſſo tribuno plebis ſcripſiſſe Plutarchi auctoritate in hanc opinionem ducti. An vero primus omnium Gracchus hoc fecerit, ac non potius fuerit arrogantis iſtius in ſenatum contumeliæ poſt Craſſum imitator, videat Plutarchus, & penes ipſum hominem Græcum fides maneat. Nondum equidem in animum induxi, eloquentiæ Romanæ ſummum principem M. Tullium, hiſtoriæ & antiquitatis imperitia in iſtis duobus tribunis plebis, gente ac temporum intervallo longe diſtantibus, ſic temere lapſum fuiſſe. Quis enim credat? præſertim cum illi togatorum longe doctiſſimus M. Varro huic adſtipuletur adeo, ut in anno & nomine neutiquam diſcrepet, quemadmodum ex ejus verbis palam eſt. Annus poſt Romam conditam numeratur hic DCVIII. Subtrahe CCXLIII, quibus Romæ regnatum fuit, remanebit hic CCCLXV poſt Reges exactos, quo C. Licinium hunc Varro tribunum plebis fuiſſe teſtatur.

Nobis defendentibus] Optimi duo libri habebant, *deferentibus*: quod probavi. Nam cum eſſet prætor Lælius, ad collegium Augurum detulit, qui obnuntiaverunt. itaque rogatio eſt antiquata. Si quis tamen malit *defendentibus* cedam potius, quam manus conferam. *C. Lang.* *Nobis defendentibus*] Sic MSS. pall. omnes, & viginti aliquot Aldi Nep. probaveratque aliquando etiam ipſe Guilielmius tali notatione: Diſſuaſerat Lælius, & morem majorem in ſacerdotibus creandis defenderat. Langius ex duobus libris mavult, *deferentibus*, quod minus probo, hoc quidem loco. ita ille noſter. ſed poſtea eadem omnia cancellavit. 'nobis non datum fuit videre Langiana, rationeſque ejus examinare. vulgata tamen nihil videtur habere cur repudietur. *Gruter.*

Quam auctoritate] Guilielmius adjecit vocem *ſumma*, e MSS. ejus, quibus accedunt pall. omnes, & plerique Aldi *auctoritate defendebatur cauſa*, prætoria ſcilicet; ſumma non defendebatur, quæ erat Conſularis. *Idem.* Pithæan. agnoſcit etiam *ſumma*, ſed in illo præterea legitur: *Itaque rei veritate magis, quam ſumma auctoritate, cauſa illa defenſa eſt.* quod valde mihi arridet. *Rei veritas* eſt juſtitia cauſſæ;

qua

26 Quod ſi in ſcena, id eſt, in concione, in qua rebus fictis & adumbratis loci plurimum eſt, tamen verum valet (ſi modo id patefactum & illuſtratum eſt) quid in amicitia fieri oportet, quae tota veritate perpenditur? in qua niſi (ut dicitur) apertum pectus videas, tuumque oſtendas, nihil fidum, nihil exploratum habeas: ne amare quidem, aut amari; cum id, quam vere fiat, ignores. Quamquam iſta aſſentatio quamvis

qua magis quam auctoritate virorum ſummorum ac in rep. valde potentium, qui illam cauſſam agebant, vicimus. Sane *rei veritate* legendum eſſe ſequentia ſatis declarant. *Græv.*

Quod ſi in ſcena] Omnes vet. libri. *Si in ſcamna, id eſt, in concione vel in contentione.* Sed *ſcamna* pro *ſcæna*, proclivis error eſt: reliqua aſſuta erant ex indocta gloſſa. Reſpicit enim hic ad ea fabularum argumenta, quæ ſupra dixerat, de iis qui ignoratione parentum, cum diu in famulatu fuiſſent, tandem inveniuntur aut regum aut deorum filii: tunc plauſus excitari a populo exultante ad veritatem, quam poëta fingit patefactam. *C. Lang.* *In ſcena, id eſt in concione*] Propendet Turnebus in ſcripturam quam nonnulli prodiderant ſine ulla varietate legi in obſoletis libris, viſiturque in pal. ſexto, *in ſcamna.* eum vide lib. XIII. cap. 7. Guilielmius tuetur vulgatum, adducto Ciceronis loco ad Brutum Epiſt. 9. circa med. idem poſtea malebat legi cum codice S. Victoris, *in ſcena vel in concione:* ut reſpiciatur ad ea quæ præceſſerunt: nam de ſcena prius, & poſterius de concione dixiſſe Tullium. Si ſtandum non eſt omnino ſcripturæ priori, quæ in pleriſque pall. tunc putarim reſcribi poſſe, *in ſcena, in concione.* aut ſane *in ſcena, item in concione*, quomodo fere pal. ſec. & unus Aldi in quibus, *idem*, unde naſci potuit aliorum *id eſt*. Gruter. Delevit Langius merito in editione ſua, *id eſt, in concione*, quod abſurdiſſimum eſt gloſſema, niſi malis fatue dicere, quemvis conventum populi, quacunque de cauſſa dici poſſe concionem. Sed demus licet *concionem* ſic accipi, quid tamen ad rem hoc loco facit, in concione valere veritatem. An non id oſtenderat in præcedentibus quantum in concione valeret veritas cum propter eam a concione populi repudiatæ eſſent leges populares Licinii Craſſi, & C. Papirii? At jam alio utitur argumento, & quidem efficaciore, ad id probandum, a ſcena ſeu theatro petitum, ut Langius oſtendit. Hoc nihil ad concionem. Nullus igitur dubito verum vidiſſe Langium ſed tamen libris omnibus invitis, nihil auſus ſum immutare. *Grævius.*

Apertum pectus videas] Ejeci *amici* vocem, quæ comparet quidem in poſterioribus edd. ſed non in prioribus, aut MSS. pall. aliorumve. *Gruterus.* Totum pectus requiritur. Cic. I de leg. *Vbi illa ſancta amicitia, ſi non ipſe amicus per ſe amatur toto pectore.* Sext. Betul.

Ne amare quidem aut amari] Addunt alii *poſſunt*, ſed quampluribus MSS. Aldi ea vox abeſt, aliorumque omnibus. falſitatem autem ejus deprehendamus, ex pal. quinto; in quo, *nec ſcis amare quidem nec amari.* Gruterus.

Quanquam iſta aſſentatio quamvis ſit] Sic plerique libri; editioque Victorii & Lambini. Mallem tamen abeſſe dictionem primam *quamquam.* certe non comparet in pal. ſec. at ſextus non agnoſcit *quamvis.* Idem. Cave hic au-

vis pernicioſa ſit, nocere tamen nemini poteſt, niſi ei, qui eam recipit, atque ea delectatur. ita fit, ut is aſſentatoribus patefaciat aures ſuas maxime, qui ipſe ſibi aſſentetur, & ſe maxime ipſe delectet. Omnino eſt amans ſui virtus. optime enim ſe ipſa novit, quamque amabilis ſit, intelligit. ego autem non de virtute nunc loquor, ſed de virtutis opinione. virtue enim ipſa non tam multi praediti eſſe, quam videri volunt. Hos delectat aſſentatio: his fictus ad pſorum voluntatem ſermo cum adhibetur, orationem illam vanam teſtimonium eſſe laudum ſuarum utant. nulla eſt igitur haec amicitia, cum alter verum audire non vult, alter ad mentiendum paraus eſt. Nec paraſitorum in comoediis aſſentatio nobis

dias Gruterum. tolle potius diſtinionis notam poſt *aſſentatio*. *Quaniam iſta aſſentatio quamvis pernicioſa*, eſt, quanquam iſta aſſentatio valde pernicioſa. Cic. III de orat. 26: *are bene & præclare quamvis nobis ſæpe atur, belle & feſtive nimium ſæpe nolo.* c eſt, admodum ſæpe nobis dicatur *e & præclare.* cui opponitur *nimium e.* I Tuſc. 21: *Quamvis copioſe hæc eremus, ſi res poſtularet.* Varro de R. c. 5. *Homo quamvis humanus ac ſus.* Virg. VII Æn. v. 492:

Ipſe domum ſera quamvis ſe nocte ferebat.

æv.

Qui ipſe ſibi aſſentatur] Qui eſt valde αυτ☉, & ſe & ſua omnia mira- & amat nimis. Eadem ratione didus ille dives Athenis, qui a poo ſibilis conſcindebatur; ſibi ipſe adebat, cum arcam ſuam nummo- plenam inſpiceret, ut ipſe ait ap. rat.

populus me ſibilat: at mihi plaudo
pſe domi, ſimul ac nummos contemplor in arca.

mnino eſt amans ſui virtus] Vide ſtot. IX ad Nicom. cap. 4, ubi dovirum bonum ſe ipſum maxime amare, quia ſibi ipſi ea, quæ ſunt bona, & velit, & faciat, & omnia ſibi feliciter evenire cupiat: Itaque ſic ſe erga ſe ipſum habere, ut ſe habeat erga amicum. Cum amico vero quemlibet optare, ut ſibi convivere, atque una eſſe & habitare liceat. Virum bonum libenter etiam ſecum habitare, & ſecum vivere, propter voluptatem, quam capit ex meditationibus & agitatione animi, quam bonis rebus impendit. Contra ea virum improbum nec ſibi amicum eſſe, nec aliis. Sibi, quia ſectetur voluptates, quæ illi ſint pernicioſæ: dein quia deſſentiat a ſe ipſo, & modo hæc, modo illa velit, & quia videat meliora probetque, deteriora ſequatur: & quia conſcientia ſcelerum vitam ei reddat tam acerbam, ut eam odio habeat, & ſæpe ejus tædio ſibi manus inferat. Præterea non poſſe ſecum habitare improbum, ſed quærere ſodales, cum quibus garriat, ne ſolitudo ei memoriam ſcelerum refricet. Hinc & Seneca dicit: *niſi ſapienti ſua non placent: omnis ſtultitia laborat faſtidio ſui.* Qui autem ſe ipſum non amet, nec alios amare poſſe.

Fictus ad eorum voluntatem] Sic recte

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

nobis faceta videretur, niſi eſſent milites glorioſi.

Magnas vero agere gratias Thais mihi?

Satis erat reſpondere, Magnas: ingentes, inquit. ſemper auget aſſentator id, quod is, cujus ad voluntatem dicitur, vult eſſe magnum. Quamobrem, quamvis blanda iſta vanitas apud eos valeat, qui ipſi illam allectant & invitant: tamen etiam graviores conſtantioreſque admonendi ſunt, ut animadvertant, ne callida aſſentatione capiantur. aperte enim adulantem nemo non videt, niſi qui admodum eſt excors. callidus ille & occultus ne ſe inſinuet, ſtudioſe cavendum eſt. nec enim facillime agnoſcitur, quippe qui etiam adverſando ſaepe aſſentetur: & litigare ſe ſimulans blandiatur, atque ad extremum det manus, vincique ſe patiatur: ut is, qui illuſus ſit, plus vidiſſe videatur. quid autem turpius quam illudi? Quod ne accidat, magis cavendum eſt, ut in Epiclero:

Hodie me ante omnes comicos ſtultos ſenes

Ver-

cte duo Victoriani, & ſequentia ſic ſcripſiſſe Ciceronem innuunt.

Semper auget aſſentator] Iuvenalis:

Rides, majore cachinno
Concutitur, flet, ſi lacrymas inſpexit amici,
Nec dolet: Igniculum brumæ ſi tempore poſcas,
Accipit endromydem: ſi dixeris aſtuo ſudat.

& quæ ſequuntur.

Vt animadvertant] Verius Palatinus ſecundus: *ut animum advertant.* Sic ſæpe veteres libri, quod recentiores mutant in *animadverto.*

Plus vidiſſe videatur] Libri variant. quidam *viciſſe*, alii *valuiſſe*, alii *incidiſſe*, alii *vidiſſe*, quod recepi. ut lib. VII. epiſt. *Memini cum mihi deſipere videbare, nunc contra & vidiſſe mihi multum videris* &c. Exemplar meum ita habet, *plus vidiſſe fateatur*. Duæ hæ voces, *in Epicureo*, in libro nullo vet. extant. credidi aliquando, *in Epiclero*, legendum. *C. Lang.*

Hodie me ante omnes comicos ſtultos ſenes] Aliquot libri veteres, & quidem complures habent, *coamicos*: quam ſcripturam damno, poſt Petr. Victorium. *Comicos* enim *ſenes* appellat, qui in comœdiis inducuntur, ſtultos, leves, improvidos, futiles, obliviosos, credulos, &c. ut ſupra diximus, in Catone. paullo poſt, ſcripturæ veteris veſtigiis ducibus, legendum cenſeo, *inluſeris lautiſſime*. Lamb. Recte Lambinus & Victorius. Hi comici ſenes ſunt, quales in Comœdiis introduci ſolent, pilæ ſervorum, a quibus plerumque illis os ſublinitur. Gifanius ad Lucretium e MS. ſuo præfert *coamicos*. quod & ipſum Guilielmus retinet, confirmatque Plautin. *coepulones*. Sed nec mica ſalis in eo vocabulo eſt, & verſus interit. Qui etiam alia perit elegantia, qua luden-
g

Verſaris, atque luſeris lautiſſime.

Haec enim etiam in fabulis ſtultiſſima perſona eſt
improvidorum & credulorum ſenum. Sed neſcio quo 27
pacto ab amicitiis perfectorum hominum, id eſt, ſapientium (de hac dico ſapientia, quae videtur in hominem cadere poſſe) ad leves amicitias deflexit oratio. Quamobrem ad illa prima redeamus, eaque ipſa concludamus aliquando. Virtus, virtus inquam, C. Fanni, & tu, Q. Muci, & conciliat amicitias, & conſervat. in ea eſt enim convenientia rerum, in ea ſtabilitas, in ea conſtantia: quae cum ſe extulit, & oſtendit lumen ſuum, & idem aſpexit agnovitque in alio; ad id ſe admovet, viciſſimque accipit illud, quod

geſtiunt fabulatum ſcriptores, perſonis ſuis hujuſmodi verba tribuentes, quaſi ea comœdia non eſſet, ſed veritas. Vt Terentius Hecyra: *Placet, non fieri hic itidem, ut in Comœdiis, omnia ubi omnes reſciſcunt.* Afranius Emancipato:

quam beatæ ſcenicæ
Videntur mihi mulieres, quæ jurgio
Et benevolentia terrent deſubito viros.

Quaſi, quæ hoc dicit, ſcenica non eſſet. *I. Fr. Gronovius.* Obſerv. in Eccleſ. hiſt. cap. 2, ubi plura vide.

Atque luſeris lautiſſime] Vet. libri, *atque ut juſſeris lautiſſime.* excepto uno, in quo, *atque uti vixeris lautiſſ.* docti conjiciant. De Comicis ſenibus Pet. Victorium vide in Variis lib. VIII, c. 12. *C. Lang.* Ego cenſeo veram ſcripturam Pacuvii retinuiſſe Palatinum primum, *verſaris atque unxeris lautiſſime.* Vtrumque verbum tranſlatum eſt a piſcibus, qui, cum aſſuntur, verſantur & unguntur. Accepit a Pacuvio Plautus, aut uterque potius e Græco Comico. Hic ſane in Aſinar. I, 3:

Quaſi piſcis, itidem eſt amator lenæ; nequam eſt, niſi recens.
Is habet ſuccum, is ſuavitatem: eum quovis pacto condias;
Vel patinarium, vel aſſum: verſes quo pacto lubet.

Exemplum ſenis, qui verſatur & laute ungitur eſt in Nicobulo, apud eundem Comicum Bacchid. IV, 51 idque illi ante in actu V minatur ſervus:

Sed nunc truculento mihi atque ſævo uſus ſene eſt.
Nam non conducit huic Sycophantiæ
Senem tranquillum eſſe, ubi me adſpexerit.
Verſabo ego illum hodie, ſi vivo, probe
Tam frictum ego illum reddam, quam frictum eſt cicer.

Sicut a læna dicitur condiri amator & verſari; ſenex a nequam ſervo *verſari, & frigi*, ſic hic a Pacuvio ſenes Comici dicuntur *verſari & laute ungi*, qui exagitantur & verſantur lepidiſſime, ſeu, quibus ſcite os ſublinitur. Solent piſces qui in craticula verſantur, & aſſantur, ungi. Prope quoque ad hujus libri ſcripturam accedit ille, quem Langius; nec non alius, quem Aldus vidit, in quibus legebatur: *atque uti vixeris lautiſſime*, in alio vero, *viſeris*, pro *unxeris*. Grævius.

Virtus, virtus, inquam] In tribus exempl. reperi, *virtus; virtus inquam.* C. Lang. Sic & Pithæan. & quatuor Guilielmi.

quod in altero eſt: ex quo eorum exardeſcit ſive amor, ſive amicitia utrumque enim dictum eſt ab amando. amare autem nihil aliud eſt, niſi eum ipſum diligere, quem ames, nulla indigentia, nulla utilitate quaeſita. quae tamen ipſa efflореſcit ex amicitia, etiam ſi tu eam minus ſequutus ſis. hac nos adoleſcentes benivolentia ſenes illos L. Paullum, M. Catonem, C. Gallum, P. Naſicam, T. Gracchum, Scipionis noſtri ſocerum, dileximus. haec etiam magis elucet inter aequales, ut inter me & Scipionem, L. Furium, P. Rupilium, Sp. Mummium. viciſſim autem ſenes in adoleſcentium caritate acquieſcimus; ut in veſtra, ut in Q. Tuberonis: equidem etiam admo-

L. Paullum] Fuit is filius Paulli ejus qui Conſul in Cannenſi ignominia periit. *Roger.*

M. Catonem] Is eſt familiæ princeps, Conſularis & Cenſorius vir, cujus collega fuit Flaccus. *Idem.*

C. Gallum] C. Sulpicium Gallum Aſtrologum, qui Conſul fuit cum Marcello, de quo ſuperius.

P. Naſicam] P. Cornelium Scipionem Naſicam, qui vir optimus eſt dictus, & eſt ICtus, de quo Pomponius & Cic. Ejus filius fuit P. Cornelius Scipio Naſica, bis conſul, ob ſapientiam *Corculum* dictus. Vxor fuit Cornelia P. Scipionis Africani majoris filia, ex qua tulit Scipionem Naſicam Serapionem. Hæc ideo notantur, quia cum a veteribus, tum a recentibus duo Naſicæ, vir optimus, & Corculum ſæpe confunduntur, ut oſtendit Cl. Rupertus ad enchiridion Pomponii.

T. Gracchum] Fuit hic pater Gracchorum. Pater ejus bis conſulatum geſſit. Duxit Corneliam minorem Africani majoris filiam. Ideo Scipionem Naſicam Serapionem Conſobrinum Gracchorum appellat Vellejus Paterculus. Semproniam filiam ejus ſtultam & deformem Scipio Æmylianus duxit. *Roger.*

Sp. Mummium] Fratrem L. vel forte *L.* legendum. Sp. autem Mummius, cujus meminit in Bruto Cicero, fuit antiquus & adſtrictior quam frater, doctuſque ex diſciplina Stoicorum. Hunc fuiſſe fratris legatum ad Corinthum tandem non dubitat Cicero in epiſt. ad Att. *Roger.*

In Q. Tuberonis] Q. Ælius Q. F. Tubero L. Paulli Macedonici ex filia nepos, vivo avo ſuo præturam petens, repulſam tulit: ut Cicero in Bruto & pro Murena, teſtatur & Valer. lib. VII. Debuit autem per legem annalem tum minimum triginta octo annorum eſſe. Paullus vero eſt mortuus anno poſt v. c. DXC. a quo anno uſque in priorem C. Gracchi Tribunatum, de quo hic ſermo habetur, anni ſunt XL. quomodo igitur adoleſcens Q. Tubero? viderit Cicero an exacte rationem temporum duxerit. Nam quem alium Q. Tuberonem intelligere poſſit nondum deprehendi, niſi quis conjiciat hujus aliquem filium Quinctum etiam *fuiſſe*, vel certe pro *Q.* hic L. legendum. L. enim Tubero hujus filius, Græcis & Latinis litteris eruditiſſimus, & antiquitatis peritus habitus eſt, ut ait Cicero in Bruto. Sed rurſus obſtat, quod ſupra *Q. Ælium Tuberonem Ti. Gracci aqualem fuiſſe dixerat.*

P. Ru-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

modum adoleſcentis, P. Rutilii, A. Virginii familiaritate delector. Quoniamque ita ratio comparata eſt vitae naturaeque noſtrae, ut alia aetas oriatur; maxime quidem optandum eſt, ut cum aequalibus poſſis, quibus cum tamquam e carceribus emiſſus ſis, cum iiſdem ad calcem, ut dicitur, pervenire. Sed quoniam res humanae fragiles caducaeque ſunt, ſemper aliqui anquirendi ſunt, quos diligamus, & a quibus diligamur. caritate enim benivolentiaque ſublata, omnis eſt e vita ſublata jucunditas. Mihi quidem Scipio, quamquam eſt ſubito ereptus, vivit tamen, ſemperque vivet: virtutem enim amavi illius viri, quae exſtincta non eſt. nec mihi ſoli verſatur ante oculos, qui illam ſemper in manibus habui, ſed etiam poſteris erit clara, & inſignis. nemo umquam animo, aut ſpe majora ſuſcipiet, qui ſibi non illius memoriam atque imaginem proponendam putet. Equidem ex omnibus rebus, quas mihi aut fortuna, aut natura tribuit, nihil habeo, quod cum amicitia Scipionis poſſim comparare. In hac mihi de repub. conſenſus, in hac rerum privatarum conſilium; in eadem requies plena oblectationis fuit.

num-

P. Rutilius M. F. Rufus, adoleſcens fuit. Nam xxxv. annis poſt Lælii conſulatum, cum Tribunatum petens repelleretur, conſul factus eſt, annis duodeviginti poſt hunc ſermonem habitum. Cicero pro Plancio, pro *A. Virginio*, cujus nomen huc ab inferis revocavi. quidam libri habent, *Virginiani*, alii *Augurii*, alii *Virginii*, ſine prænomine. In quo diu me torſi, donec integre & recte ſcriptum offendi in exemplari ad P. Leonardi, in hac urbe: deinde etiam in meo, quod ſero nactus eram. Meminit ejus. Q. Pomponius titulo de orig. juris, ſed ibi mendoſe, *Paullus Virginius*, etiam in Etruſco exemplari. *C. Lang.*

P. Rutilii, A. Virginii] Vide notam præcedentem. *P. Rutilii A. Virginii*] Vetus liber habet *P. Rutilii Virginiani*, ut ſit Virginius adoptatus a P. Rutilio. *F. Vrſin.* *P. Rutili, A. Virginii*] Verum arbitror quod reperit Fulvius, *P. Rutilii Virginiani*; ut hic Publius adoptione Rutilius ſit ex Virginio. ſed quærendum. nam de *Virginio*, qui quidem clarus poſtea fuerit, nihil horum temporum hiſtoriæ. editio vetus *Anni Virginii*. Vetuſtiſſima, *P. Rutilii Virginii*. & ſane genus ſermonis indicat de uno loqui Catonem. *Guilielmius.* Pighius in Faſtis ad annum DCXXXIV, refert in vetuſtiſſimo exemplari fuiſſe, *P. Rutili Virgini Augulini.* ipſe verò concinnat, *P. Virginii Rutili A F. familiariter &c.* Gruterus.

Vt alia ætas oriatur ex alia] Hæ voces,

numquam illum ne minima quidem re offendi, quod quidem ſenſerim: nihil audivi ex eo ipſe, quod nollem. una domus erat, idem victus, iſque communis: neque ſolum militia, ſed etiam peregrinationes, ruſticationeſque communes. Nam quid ego de ſtudiis dicam cognoſcendi ſemper aliquid atque diſcendi? in quibus remoti ab oculis populi, omne otioſum tempus contrivimus? Quarum rerum recordatio & memoria ſi una cum illo occidiſſet, deſiderium conjunctiſſimi atque amantiſſimi viri ferre nullo modo poſſem. ſed nec illa extincta ſunt, aluntur que potius & augentur cogitatione & memoria: & ſi illis plane orbatus eſſem; magnum tamen afferret mihi aetas ipſa ſolatium: diutius enim jam in hoc deſiderio eſſe non poſſum. Omnia autem brevia, tolerabilia eſſe debent, etiam ſi magna ſint. Haec habui, de amicitia quae dicerem. Vos autem hortor, ut ita virtutem locetis, ſine qua amicitia eſſe non poteſt, ut ea excepta, nihil amicitia praeſtabilius putetis.

ces, *ex alia*, in vet. libro nullo extant. & ni fallor rectè. *C. Lang.*

Nunquam illum ne minima quidem re offendi] Hoc veri amici eſt. Nam

Amicum lædere ne joco licet.

Omne otioſum tempus contrivimus] A reipubl. videlicet negotiis. ſic ſupra, *qui ſuum negotium gerunt otioſi.* porrò ſic omnes libri ſcripti. *Guilielm.* neque aliter pall. ſex. ſecutuſque fuit in editione ſua Petrus Victorius examinator codicum plutea riorum moroſiſſimus. vulgati, *omne otium tempuſque*; haud abſurda lectione, ac quam ferè præpoſuerim alteri. *Gruter.*

Vt ita virtutem locetis] *Locare mentem, operam, tempus in aliquid* leguntur apud Tullium & alios. Sed *virtutem locare* non memini quenquam dixiſſe, nec quo ſenſu dici poſſit, niſi addatur res, in quam locetur virtus, video. Vereor ne ex litterarum trajectione labes orta ſit, quæ hunc locum fœdavit. legendum ſuſpicor *ita virtutem colatis.* Grævius.

M. TVL-

M. TVLLII CICERONIS PARADOXA

AD MARCVM BRVTVM.

ANimadverti, Brute, ſaepe Catonem, a- 1
vunculum tuum, cum in ſenatu ſententiam
diceret, locos graves ex philoſophia tra-
ctare, abhorrentes ab hoc uſu forenſi &
publico: ſed dicendo conſequi tamen, ut illa etiam
populo probabilia viderentur. quod eo majus eſt illi,
quam aut tibi, aut nobis: quia nos ea philoſophia
plus utimur, quae peperit dicendi copiam, & in
qua dicuntur ea, quae non multum diſcrepant ab opi-
nione populari. Cato autem perfectus (mea ſententia)
Stoicus, & ea ſentit, quae non ſane probantur in
vulgus: & in ea eſt haereſi, quae nullum ſequitur flo-
rem

CAtonem avunculum tuum] Servilia Bruti mater, Catonis minoris ſoror fuit, ut ait Aſconius Pædianus. Scribit Plutarchus hunc Brutum referre genus paternum ad Brutum eum, qui Tarquinios ex urbe ejecit, & maternum ad Servilium Ahalam, quo magiſtro equitum Sp. Mælius occiſus eſt. *Fr. Sylvius.*

Ea philoſophia plus utimur, quæ peperit dicendi copiam] Academica, & Peripatetica. Hinc de claris oratoribus dicit: *Peripateticorum & Academicorum conſuetudo in ratione dicendi talis eſt, ut nec perficere oratorem poſſit ipſa per ſeſe, nec ſine ea orator eſſe perfectus.* Idem. Hinc ibidem egregie in hanc ſententiam ſcribit Cicero: *Quod ſi omnia à philoſophis eſſent petenda, Peripateticorum inſtitutis commodius fingeretur oratio. quo magis tuum Bruti judicium probo, qui eorum, id eſt ex vetere academia philoſophorum ſectam ſecutus es, quorum in doctrina atque præceptis diſſerendi ratio conjungitur cum ſuavitate dicendi & copia.*

Quæ non multum diſcrepant ab opinione vulgi] Peripatetici & Academici corporis & fortunæ bona eſſe dicunt. Negant Stoici quicquam eſſe bonum præter virtutem. Vitia eſſe paria hi dicunt, illi negant: Aliaque innumerabilia ſunt, de quibus non convenit inter Stoicos & Academicos, & Peripateticos. In quibus hi dicunt ea, quæ non multum diſcrepant ab opinione populari. *Fr. Sylvius.*

In ea eſt hæreſi] Id eſt ſecta, Stoicorum ſcilicet. Hæreſis accipitur in bonam partem pro ſecta philoſophorum. vide Luciani dialogum *περὶ αἱρέσεων.*

Quæ nullum ſequitur orationis florem] Stoici enim ſunt inelegantes, quanquam ut ait Cicero de finibus lib. IV,
ſcripſit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

rem orationis, neque dilatat argumentum: minutis interrogatiunculis, quaſi punctis, quod propoſuit, efficit. Sed nihil eſt tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile: nihil tam horridum, tam incultum, quod non ſplendeſcat oratione, & tamquam excolatur. quod cum ita putarem, feci etiam audacius, quam ille ipſe, de quo loquor. Cato enim duntaxat de magnitudine animi, de continentia, de morte,

ſcripſit artem Rhetoricam Cleanthes, Chryſippus etiam: ſed ſic ut ſi quis obmuteſcere concupierit, nihil aliud legere debeat. Fr. Sylvius. Idem Cic. de claris oratoribus dicit Stoicorum orationem aliquanto contractiorem eſſe, quam aures populi requirant; Peripateticorum vero & Academicorum liberiorem & latiorem, quam patiatur conſuetudo judiciorum & fori. & III de orat. *Orationis genus Stoici habent fortaſſe ſubtile, & certe acutum: ſed ut in oratore exile, inuſitatum, abhorrens ab auribus vulgi, obſcurum, inane, jejunum: attamen ejuſmodi, quo uti apud vulgus nullo modo poſſis.* Quintil. x, 1: *Minus indulſerunt eloquentiæ Stoici veteres, ſed cum honeſta ſuaſerunt, tum in colligendo probandoque quæ inſtituerant, plurimum valuerunt: rebus tamen acuti magis, quam, id quod ſane non affectarunt, oratione magnifici.*

Minutis interrogatiunculis & quaſi punctis, quod propoſuit, efficit] Catonem tamen eloquentem fuiſſe Cicero de claris oratoribus tradit: *Hoc idem in noſtris contingere intelligo, quod in Græcis. Omnes ut fere Stoici prudentiſſimi in diſſerendo ſint, & id arte faciant, ſintque architecti pene verborum: idem traducti a diſputando ad dicendum inopes reperiantur, unum excipio Catonem, in quo perfectiſſimo Stoico ſummam eloquentiam non deſiderem: quam exiguam in Fannio, ne in Rutilio quidem magnam, in Tuberone nullam video fuiſſe.* addit dein hanc rationem, quod iſtorum in dialecticis omnis cura conſumatur, vagum illud orationis & fuſum & multiplex non adhibeatur. Catonem autem a Stoicis id, quod ab illis petendum fuerit, ſed dicere didiciſſe a dicendi magiſtris, eorumque more ſe exercuiſſe. *Fr. Sylvius.*

Minutis interrogatiunculis] Quod de finibus IV, ſic explicat: *Pungunt quaſi aculeis, & interrogatiunculis anguſtis, quibus etiam qui aſſentiuntur, nihil commutantur animo, & iidem abeunt, qui venerant.* I de orat. *laqueos diſputationum & interrogationum vocat.* Idem.

Et quaſi punctis] H. e. rebus breviſſimis. Punctum enim quod breve admodum eſt, dicitur a pungendo. Quia ſpinæ pungunt, orationis genus quo Stoici utuntur, ſpinoſum appellat Cicero in 5 de finibus. & *dumeta* IV Academ. *Cum ſit campus in quo exultare poſſit oratio, cur eam in tantas anguſtias, & Stoicorum dumeta compellimus?* Exemplum autem habes talium punctorum Stoicorum apud Cic. III de finibus: *Conſectari me Stoicorum brevia & acuta delectat. Concluduntur igitur eorum argumenta ſic. Quod eſt bonum omne laudabile eſt: Quod autem laudabile eſt, omne eſt honeſtum: Bonum igitur quod eſt, honeſtum eſt.* Idem. Pith. rectius omiſſa copula, *minutis interrogatiunculis, quaſi punctis.* Ipſas interrogationes puncta dicit, hoc eſt acuta & brevia dicta. *Grævius.*

Quod propoſuit efficit] MS. *quod poſſint.* Guilielmio certum eſt Ciceronem ſcripſiſſe *quod poſuit.* Gruter. Minime gentium. *quod propoſuit efficit* eſt, quod vult perſuadere & aliis probare, id conſequitur illis minutis interrogatiunculis.

Nullis

te, de omni laude virtutis, de diis immortalibus, de caritate patriae, Stoice ſolet, oratoriis ornamentis adhibitis, dicere. Ego vero illa ipſa, quae vix in gymnaſiis & in otio Stoici probant, ludens conjeci in communes locos. quae quia ſunt admirabilia, contraque opinionem omnium, ab ipſis etiam παράδοξα appellantur. Tentare volui, poſſentne proferre in lucem, id eſt, in forum, & ita dici, ut probarentur: an alia quaedam eſſet erudita, alia popularis oratio: eoque ſcripſi libentius, quod mihi iſta παράδοξα, quae appellant, maxime videntur eſſe Socratica, longeque veriſſima. Accipies igitur hoc parvum opuſculum, lucubratum his jam contractioribus noctibus: quoniam illud majorum vigiliarum munus in tuo nomine apparuit. & deguſtabis genus hoc exercitationum earum, quibus uti conſuevi, cum ea, quae dicuntur in ſcholis θετικά, ad noſtrum hoc oratorium transfero dicendi genus. Hoc tamen opus in acceptum ut referas nihil poſtulo. non

Nullis oratoriis ornamentis adhibitis] A libris fere omnibus veteribus abeſt, *nullis.* in uno eſt, *vel, pro nullis:* ex quo ſuſpicor, *nullis*, librariorum culpa e libris veteribus evanuiſſe: quod reſtitui. Idque eo fidentius feci, quod in uno, eoque antiquiſſimo, *Stoice ſolet oratoriis ornamentis non adhibitis*, quamquam *non*, tranſverſa linea a neſcio quo confoſſum erat. *Lambin.* *Oratoriis ornamentis adhibitis*] Plerique cuſi præmittebant *nullis*, quod non viſitur in melioribus membranis, miror que agnoſcere pro genuino auctoris Lambinum; cum id ipſum ſpernat ratio; & dicendi artem tribuat Catoni Tullius in Bruto capit. 31. fine, ut adnotaverat Guilielmius: qui cum eſſet in Ma. *hortatoriis.* id hic locum habere poſſe putabat. *Gruterus.* *Nullis* recte deleverant jam ante Gruterum, Langius & Manutius, adplaudente Pithæano, & libris aliis vetuſtioribus. Hanc ſcripturam aſſerit vocula *duntaxat*, quæ præcedit, quæ notat ſaltem, minimum. *Cato enim duntaxat de magnitudine animi*, hoc eſt, ſi non de ceteris, *de* magnitudine animi ſaltem dicere ſolebat adhibitis ornamentis oratoriis. Nam Catonem diſertum fuiſſe modo oſtenſum. *Gravius.*

Maxime viderentur eſſe Σωκρατικά] Auctore Cicerone lib. IV. Academ. c. 44. *Sunt Socratica pleraque mirabilia Stoicorum, quæ παράδοξα nominantur.* vide quid de his Paradoxis Stoicorum cum Cicero in aliis locis, tum alii Philoſophi, qui non erant ex familia Zenonis, ſenſerint, Lipſium diſputantem lib. III Manuduct. ad Stoicam Philoſophiam diſſert. 2.

In apertum ut referas] Manuſcripti libri omnes, *referas*, habent. quidam *apertum*, alii *acceptum* q. d. Tantulum eſt, ut acceptum ferre non debeas.

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

non eſt enim, ut in arce poni poſſit, quaſi illa Minerva Phidiae: ſed tamen, ut ex eadem officina exiſſe appareat.

PARADOXON I.

Ὅτι μόνον ἀγαθὸν, τὸ καλόν.

Quod honeſtum ſit, id ſolum bonum eſſe.

2 Vereor, ne cui veſtrum ex Stoicorum hominum diſputationibus, non ex meo ſenſu depromta haec videatur oratio: dicam tamen quod ſentio: & dicam brevius, quam res tanta dici poſcit. Numquam ego hercule neque pecunias iſtorum, neque tecta magnifica, neque opes, neque imperia, neque eas, quibus maxi-

De Minerva eborca Phidiæ Thucyd. lib. II. & Plutarch. in Pericle. *C. Langius.* *In acceptum ut referas, &c.*] Sic & olim edidi, & maneo nunc in ſententia. movet me complurium codicum manuſcript. auctoritas, qui cum vulg. conſentientes, habent, *referas*, non, *proferas*. *referre in acceptum* autem videtur dixiſſe, pro *referre in codicem accepti*. quod non intellectum a ſciolis, credibile eſt ab eis eſſe depravatum. *Lambin.* *In acceptum ut referas*] Lambinus ſic protulit e MSS. ſuis; inventumque idem Guilielmio in Maur. ac Fabr. item Metellano. vulgati prius, *in apertum ut proferas*, quod etiam damnabat codex ſcriptus quem contulit Giſanius; ut indicat ipſe in Obſervationibus ſuis linguæ Latinæ, hærentibus paſſim in manibus ſtudioſæ juventutis, quarumque copiam mihi fecit noſtrarum artium vir primarius Mich. Piccartus. *Gruter.*

Non eſt enim] Vocem *tale* interpoſitam paſſim delevit Guilielmius e libri Mauriciani fide: tanquam abundaret, & venuſtius ſubintelligeretur. *Idem.*

Ὅτι μόνον ἀγαθὸν, τὸ καλὸν] In veter. exemplaribus inſcriptiones nullæ Latinæ extant. Sunt enim axiomata Stoica, quam ſectam Græci condiderunt. *C. Lang.* Cicero alibi hoc Paradoxum ad Zenonem auctorem refert, Laertius ad Hecatonem & Chryſippum. Sic enim hic in Chryſippo: Λέγουσι δὲ μόνον τὸ καλὸν ἀγαθὸν εἶναι, καθά φησιν Ἑκάτων ἐν τῷ τρίτῳ περὶ ἀγαθῶν, καὶ Χρύσιππος ἐν τοῖς περὶ τοῦ καλοῦ. Εἶναι δὲ τοῦτο ἀρετὴν, καὶ τὸ μετέχον ἀρετῆς· ᾧ ἐστιν ἴσον τὸ πᾶν ἀγαθὸν καλὸν εἶναι, καὶ τὸ ἰσοδυναμεῖν τῷ καλῷ τὸ ἀγαθόν· ὅπερ ἴσον ἐστὶ τούτῳ. ἐπεὶ γάρ ἐστιν ἀγαθὸν καλόν ἐστιν· ἔστι δὲ καλὸν, ἀγαθὸν ἄρα ἐστί. *Dicunt quod honeſtum ſit, id ſolum eſſe bonum, ut Hecato in primo de bonis ait, & Chryſippus in libro de honeſto. Id autem eſſe virtutem, & quod ſit virtutis particeps: cui aquale illud eſt, bonum omne quod ſit, id etiam honeſtum eſſe. Honeſtum autem ac bonum tantundem valere. Id autem huic ſimile. Quia bonum eſt, honeſtum eſt: eſt autem honeſtum, bonum ergo eſt.*

Res tanta dici poſcit] Ita Camerarii editio. Victorii & antiquæ, *poteſt.* ſed enim cum in pal. ſec. aliiſque reſtet *poſſit*, viam nobis oſtendit ad ſcripturam alteram. *Gruter.* Sic etiam C. Langii editio, ut Gruteri.

Nunquam ego hercule] Sic ex Pithæaneo reſcripſi quod ſane non aſpernabuntur, qui aures habent Ciceronia-nis

maxime adſtricti ſunt, voluptates in bonis rebus aut expetendis eſſe duxi: quippe cum viderem, rebus his circumfluentibus, ea tamen deſiderare maxime, quibus abundarent. neque enim expletur umquam, nec ſatiatur cupiditatis ſitis: neque ſolum ea qui habent, libidine augendi cruciantur, ſed etiam amittendi metu. in quo equidem continentiſſimorum hominum, majorum noſtrorum, ſaepe requiro prudentiam, qui haec imbecilla & commutabilia pecuniae membra, verbo bona putaverunt appellanda, cum re, ac factis longe aliter judicaviſſent. Poteſtne bonum cuiquam malo eſſe? aut poteſt quiſquam in abundantia bonorum ipſe eſſe non bonus? Atqui iſta omnia talia videmus, ut etiam improbi habeant, & obſint probis. Quamobrem licet irrideat, ſi quis vult: plus apud me tamen vera ratio valebit, quam vulgi opinio. neque ego umquam bona perdidiſſe dicam, ſi

nis numeris imbutas. Vulgo: *nunquam me hercule ego.* Græv.

Rebus his circumfluentes] Sic Lambinus & Gruterus. ſed neuter tamen antiqui codicis auctoritate ſic ſcribi ait. Vereor ut Lambinus, aut eo antiquior ex ingenio hæc ſic refinxerit. Nam Pithæan. & al. codex, cujus excerpta penes me ſunt, nec non editiones emendatiſſimæ Langii & Victorii, *rebus his circumfluentibus*, quod eſt in magna rerum iſtarum copia. Id invitis libris veteribus non eſt immutandum. Illi ſi addixerint, non refragabimur. ad *deſiderare* autem *iſtos* ἀπὸ κοινοῦ referendum ex præcedentibus, quod cum non intelligerent correctores, intruſere *homines*. Mirum autem quam in his Paradoxis graſſati ſint ſcioli, & interpolatores, quos centones undique aſſuerint, quia terebuntur plurimorum manibus, qui pro captu ingenii & doctrinæ multa immutarunt, multa adjecerunt, quæ ipſis videbantur deſiderari. *Græv.*

Neque enim expletur unquam, nec ſatiatur cupiditatis ſitis] Ariſtoteles lib. II, 5. Pol. ἔτι δ' ἡ πονηρία ἀνθρώπων, ἄπληστον. καὶ τὸ πρῶτον μὲν ἱκανὸν διαβόλω μόνον. ὅταν δ' ἤδη τοῦτ' ᾖ πάτριον, ἀεὶ δέονται τοῦ πλείονος, ἕως εἰς ἄπειρον ἔλθωσιν. ἄπειρος γὰρ ἡ ἐπιθυμίας φύσις. *Hominum improbitas eſt inexplebilis: atque bipondius quidem primo eſt ſatis: hoc autem poſtquam uſitatum jam fuerit, ſemper plus petunt, donec ad infinitum veniant. Eſt enim infinita cupiditatis natura.* F. Vrſin.

Imbecilla & commutabilia pecuniæ membra] Incertas iſtas poſſeſſiones rerum corporalium, quas fortunæ debemus, quæque facile ut fortuna mutari poſſunt. Pecuniæ nomine omnia intelliguntur, quæ in bonis ſunt, præcipue corporalia, quorum multa ſunt membra.

Poteſtne bonum cuiquam malo eſſe] At quot perdiderunt, divitiæ, honores, forma, nobilitas?

Vt etiam improbi habeant] Senec. ep. 117: *Id medium atque indifferens*, (hoc eſt, nec bonum, nec malum) *vocamus;* quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ſi quis pecus, aut ſupellectilem amiſerit: neque non
ſaepe laudabo ſapientem illum, Biantem, ut opinor,
qui numeratur in ſeptem: cujus cum patriam Prienen
cepiſſet hoſtis, ceterique ita fugerent, ut multa de
ſuis rebus ſecum aſportarent: cum eſſet admonitus
a quodam, ut idem ipſe faceret: Ego vero, inquit,
facio. Nam omnia mea porto mecum. Ille haec lu-
dibria fortunae ne ſua quidem putavit, quae nos
appellamus etiam bona. Quid eſt igitur, quaeret ali-
quis, bonum? ſi quid recte fit, & honeſte, & cum
virtute, id bene fieri vere dicitur: &, quod rectum,
& honeſtum, & cum virtute eſt, id ſolum opinor
3 bonum. Sed haec videri poſſunt obſcuriora, cum
lentius diſputantur. vita atque factis illuſtranda ſunt
ſummorum virorum haec, quae verbis ſubtilius,
quam

quod tam malo contingere, quam bono poteſt, tanquam pecunia, forma, nobilitas.

Qui enumeratur in ſeptem] Ex Pithæano codice reſcripſi ſine cunctatione *qui numerantur in ſeptem.* Nam *enumerare* in hoc ſenſu non invenies apud ullum bonæ notæ ætatiſque ſcriptorem, ſed *numerare*, pro æſtimare, habere, millies. Cic. I ad fam. 9: *Itaque tota jam ſapientum civium, qualem me & eſſe & numerari volo, & ſententia & voluntas mutata eſſe debet.* In XII, ep. 2: *Reliquos, exceptis deſignatis, ignoſce mihi, ſi non numero Conſulares.* Id. VII, I: *Me autem uterque numerat ſuum.* h. e. exiſtimat me ſuarum partium eſſe. *Grævius.*

Ut multa de ſuis rebus ſecum aſportarent] Videtur legendum, vel *ut multa de ſuis aſportarent &c.* vel, *ut multas de ſuis rebus aſport.* verumtamen nihil mutare auſim. Satis habui admonere lectorem minus attentum duriuſculum eſſe ita loqui, *multa aſportare de ſuis rebus.* Lambin. Cur duriuſculum? Cic. VI actione in Verrem: *Hoc* (ſimulacrum Dianæ) *verrem demoliendum & aſportandum, nomenque omnino P. Scipionis delendum tollendumque curaſſe.* Itemque: *Qua Ditem patrem ferunt repente cum curru extitiſſe, abreptamque ex eo loco virginem ſecum aſportaſſe.*

Quod rectum honeſtum & cum virtute eſt, id ſolum opinor bonum] Senec. ep. 71: *Summum bonum eſt, quod honeſtum eſt, & quod magis admireris, unum bonum eſt, quod honeſtum eſt. Cetera falſa & adulterina bona ſunt.* & epiſt. 76: *Omnia pro honeſto patienda ſunt; quod non erat faciendum, ſi eſſet ullum aliud bonum quam honeſtum.* vide ibi plura.

Sed hæc videntur obſcuriora, cum ſine expoſitione exemplorum lentius diſputantur] In codice Memmiano hoc totum, *ſine expoſitione*, ſive, *ſine appoſitione exemplorum*, ut eſt in vulgatis, ex codicum veterum auctoritate deletum erat, neque Langius in ſuis habuit. In uno duntaxat reperi, *ſine expoſitione exemplorum:* quod magis probo, quam *ſine appoſitione exemp.* Quin, ut, quod ſentio, libere dicam, utrumque mihi ſuſpectum eſt. Præterea, pro *lentius diſputantur*, quidam legi volunt, *latius diſp.* Lambin. Merito gloſſemata hæc fœda non habent Pith.

quam ſatis eſt, diſputari videntur. Quaero enim a vobis, num ullam cogitationem habuiſſe videantur ii, qui hanc remp. tam praeclare fundatam nobis reliquerunt, aut argenti ad avaritiam, aut amoenitatum ad delectationem, aut ſuppellectilis ad delicias, aut epularum ad voluptates? Ponite ante oculos unumquemque regum. Vultis a Romulo? vultis poſt liberam civitatem, ab iis ipſis, qui liberaverunt eam? Quibus tandem gradibus Romulus aſcendit in caelum? iiſne, quae iſti bona appellant? an rebus geſtis, atque virtutibus? Quid a Numa Pompilio, minuſne gratas diis immortalibus capedines, ac fictiles urnulas fuiſſe, quam filicatas aliorum pate-

'ith. aliique MSS. nec editiones optinæ Langii, Victorii, Gruteri.

Aut auri, aut argenti ad avaritiam] *Aut auri* non haberi in quatuor MSS. nelioribus, auctores ſunt Guilielmus c Gruterus; nec habetur in Pithæao, jureque abeſt, quod a ſciolo eſt nſertum, qui neſciebat *argentum* aud antiquos uſurpari pro omni peunia, ſive ſit æꝛea, ſive argentea, ve aurea. Terent. Heaut. II, 3: *arntum, quod illi es pollicitus, inveniam.* delph. III, 4: *Non tu hoc argentum rdis, ſed vitam tuam.* Exempla ingerere putidum eſt. *Grævius.*

Vultis incipiam a Romulo] Vox *inpiam* non eſt in pal. ſec. tert. ſexto. no ne quidem in F. aut M. & vero litione ſua excludit Victorius. V. & il. pr. ejus loco habent *incipere. ruter.* Recte ſane Victorius delevit *cipiam*, ſecundum optimos codices. ec extat ea vox in Pithæano. *Vultis a omulo?* ſc. exemplum. Mirum hic on auditum Victoriam & codices, m in ſtatim ſequentibus, recte cocum fidem ſequuti ſint Gruterus & ii: *Quid? a Numa Pompilio.* Græus.

Quid? a Numa Pompilio] Sic optii MSS. & ed. Langii, Victorii, ruteri. Et ſic Græci τὰς παρὰ τῷ Νεμᾶ ὑδρίας, ut oſtendit H. Wolfius. Vulgati: *Quid autem Numa Pompilius?* ſunt qui malint *Quid? Numa Pompilii minus*, &c. ſed ſic nulli MSS. noſtri, nulli Aldi Nepotis. *Gruterus.*

Capedines ac fictiles urnulas] Duo alioqui optimi libri, *capudines*: Marſus, *capides*. *Capedunculæ Numæ* in III. de nat. Deorum leguntur. *Car. Lang.* *Capis, capedo, capula, capedun-cula*, dicitur vas anſatum ligneum, aut fictile, quo olim in ſacris utebantur, auctore Varrone IV de L. L. aliiſque.

Quam filicatas aliorum pateras] In quibuſdam libris, *delicatas*, legitur. unde quidam, *deliacas*, ſcriptum fuiſſe ſuſpicantur; quorum vaſorum mentio eſt pro Seſtio, & in Verrem. Sed plures, *felicatas*, habent: quarum meminit Sex. Pompejus a felice herba, quæ & felix & felicula Catoni. *Car. Langius.* *Deliacas* probat etiam H. Iun. II animadverſ. 2. *Quam filicatas iſtorum pat.*] Sic reſtitutus eſt hic locus multis jam ante annis ex auctoritate codicum antiquorum. quamquam nonnulli legi volunt, *deliacas*. Sed pluris eſt veritas, quam conjectura. ſupra autem proxime, pro, *fictiles urnulas*, nonnulli

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

pateras arbitramur? Omitto reliquos: ſunt enim omnes pares inter ſe, praeter Superbum. Brutum ſi quis roget, quid egerit in patria liberanda: ſi quis item reliquos ejuſdem conſilii ſocios, quid ſpectaverint, quid ſecuti ſint: num quis exſiſtet, cui voluptas, cui divitiae, cui denique praeter officium fortis & magni viri, quidquam aliud propoſitum fuiſſe videatur? Quae res ad necem Porſennae C. Mucium impulit, ſine ulla ſpe ſalutis ſuae? Quae vis Coclitem contra omnes hoſtium copias tenuit in ponte ſolum? quae patrem Decium, qui filium devotavit, atque immiſit in armatas hoſtium copias? Quid continentia C. Fabricii, quid tenuitas victus M'. Curii ſequebatur? Quid duo propugnacula belli Punici, Cn. & P. Scipiones, qui Karthaginienſium adventum corporibus ſuis intercludendum putaverunt? quid Africanus major? quid minor? quid inter horum aetates interjectus Cato? quid innumerabiles alii, nam domeſticis exemplis abundamus? cogitaſſe quidquam putamus in vita ſibi expetendum, niſi quod
4 laudabile & praeclarum eſſe videretur? Veniant igitur iſti irriſores hujus orationis, ac ſententiae: & jam

libri veteres, in iis, Pithæanus, & Cujatianus, & Huraltinus, habent, *fictiles hirnulas*. Eſt autem *hirnula*, ſeu, *irnula*, vaſis genus, cujus erat uſus in ſacris, ut docet Feſtus. *Lambinus.* Recte *filicatas* legerunt viri docti. Sic & *filicatæ*, aut *ſelicatæ lances* in ep. I. lib. VI ad Atticum, ſunt cælatæ. vide quæ ibi notantur.

C. Mucium impulit] Scripſit *C. Mucium* Guilielmus, quod ſic nominaretur a Livio, a Plutarcho: neque aliter ſane editio prima, membranæque M. ac. V. poſterius vulgati *Quintum* maluere; quod demiratur viros doctos non examinaſſe. *Gruter.*

Qui filium devotavit] Omnes libri veteres habent, *devotavit*, *atque immiſit*: itaque emendatum eſt in codice Memm. ex tribus veteribus. Ego putabam olim *legendum*, *devotos immiſit* &c. ſed nunc veteres libros ſequor. *Lambin.* *Devotavit*] Invenit iſtud in ſuis Langius; neque aliter M. F. V. imo ſic quoque editio princeps. ſequentes, *devovit*. Gruter.

Abundamus, cogitaſſe quidquam in vita ſibi expetendum] Sic Palatinus ſecundus. neque receſſit editio Victorii, quam quod ſine parentheſi expreſſerit, *abundamus. an cogitaſſe &c.* aliæ introtruſere, *abundamus. An putamus quemquam horum cogitaſſe quidquam in vita &c.* Gruter. Secutus ſum editionem optimam Langii, quæ *an* delet, ſed *putamus* retinet, quæ vox abeſſe non

jam vel ipſi judicent, utrum ſe horum alicujus, qui marmoreis tectis, ebore, & auro fulgentibus, qui ſignis, qui tabulis, qui caelato auro, & argento, qui Corinthiis operibus abundant, an C. Fabricii, qui nihil eorum habuit, nihil habere voluit, ſimiles eſſe malint? Atque haec quidem, quae modo huc, modo illuc transferuntur, facile adduci ſolent, ut in rebus bonis eſſe negent: illud tamen arcte tenent, accurateque defendunt, voluptatem eſſe ſummum bonum. quae quidem mihi vox pecudum videtur eſſe non hominum. Tu, cum tibi ſive deus, ſive mater (ut ita dicam) rerum omnium, natura, dederit animum, quo nihil eſt praeſtantius, neque divinius: ſic te ipſe abjicies atque proſternes, ut nihil inter te, atque quadrupedem aliquam putes intereſſe? Quidquam bonum eſt, quod non eum, qui id poſſidet, meliorem facit? Vt enim quiſque eſt maxime boni particeps, ita & laudabilis maxime: neque eſt ullum bonum, de quo non is, qui id habeat, honeſte poſſit gloriari. quid autem eſt horum in voluptate? Melioremne efficit, aut laudabiliorem virum? an quiſquam in potiundis voluptatibus gloriando ſeſe, & praedicatione effert? Atqui ſi voluptas, quae plurimorum patrociniis defenditur, in rebus bonis ha-

non poteſt. *an* damnat etiam Pithœanus. *Grav.*

Facile adduci ſolent] Nonnulli: id eſt, ſunt nonnulli, qui facile credunt haec bona non eſſe. *Sylvius.*

Quidquam bonum eſt, quod non eum, qui id poſſidet, meliorem facit] Senec. Ep. 87: *Quod bonum eſt bonos facit: fortuita bonum non faciunt. ergo non ſunt bona.* vide ibi plura. Baſilius Magnus in Pſalmum 1. Τέτων ὐδὲν ἐστιν ἀγαθὸν τῇ ἑαυτῦ φύσει, ὐ μόνον καθότι ῥᾳδίαν ἔχει τὴν πρὸς τὰ ἐναντία περιτροπὴν, ἀλλ᾽ ὅτι μηδὲ ἀγαθὺς δύναται τὺς κεκτημένυς ἀποτελεῖν. *Horum nihil eſt bonum natura ſua, non ſolum quia facile poteſt verti in contrarium, ſed & quia poſſidentes non bonos reddit.*

Gloriatione ſe & prædicatione extollit] Nonnulli libri habent, *effert?* Lambinus. *Gloriatione ſeſe & prædicatione extollit*] Antiquus liber habet, *gloriando ſe etiam prædicatione effert.* F. Vrſinus. Recte Langius ex ſuis cod. edidit *gloriando ſe & prædicatione extollit.* Gruterus & Aldus Manutius. *Gloria ſeſe & prædicatione effert.* cum tamen Aldus teſtatur in unico tantum ſe *gloria* reperiſſe, ſed *gloriando* in ſeptemdecim codicibus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

habenda non eſt: eaque, quo eſt major, eo magis mentem e ſua ſede & ſtatu dimovet: profecto nihil eſt aliud bene & beate vivere, niſi honeſte & recte vivere.

PARADOXON II.

Ὅτι αὐτάρκης ἡ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίαν.

In quo virtus ſit, ei nihil deeſſe ad beate vivendum.

1 Nec vero ego M. Regulum aerumnoſum, nec infelicem, nec miſerum, umquam putavi. non enim magnitudo animi ejus cruciabatur a Poenis, non gravitas, non fides, non conſtantia, non ulla virtus, non denique animus ipſe: qui tot virtutum praeſidio, tantoque comitatu, cum corpus ejus caperetur, capi

Ὅτι αὐτάρκης ἡ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίαν] Αὐτάρκης *ſufficientem* vulgo interpretantur, καὶ τὴν αὐτάρκειαν *ſufficientiam*. quam tamen vocem Latina puritas reſpuit. Hæc in Platon. definitionibus ſic definitur: αὐτάρκεια ἕξις, καθ' ἣν οἱ ἔχοντες αὐτῶν ἄρχουσιν. Eſt quidem hæc Zenonis, Chryſippi, Hecatonis ſententia. Laert. in Chryſippo, μόνον τὸ καλὸν εἰδότες ἀγαθὸν, αὐτάρκη τε εἶναι αὐτὴν πρὸς εὐδαιμονίαν καθά φησι Ζήνων, καὶ Χρύσιππος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ἀρετῶν, καὶ ἑκάτων ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ ἀγαθῶν. Id ut probare conentur argumentis ex partibus ad totum vide ibidem. Nec tamen omnium Stoicorum hæc eſt ſententia; Panætius enim & Poſidonius diſſentiunt qui præter virtutem ad beatam vitam contendunt requiri bonam valetudinem & vires corporis ut Laertius ibidem docet. Academici quoque probant hanc iſtorum Stoicorum ſententiam, quam hic Cicero defendit. vid. Tuſculanam Quintam. Plato multas in hunc ſenſum habet ſententias, ſed Catholica Chriſtianorum doctrina omnino diſſentit, hominem ſuis præſidiis exuens, τήν τε αὐτάρκειαν in ſolum patrem cœleſtem collocat. vide Paulum in epiſtola poſteriore ad Corinth. cap. IX. Probat autem aliam αὐτάρκειαν, qua homo ſua ſorte contentus eſt ad Philipp. c. IV. *Betulejus.*

Nec vero ego] Melius puto legi, ut in antiquo codice ſcriptum eſt, *nec ego vero.* Sylvius. de Reguli morte vide Gall. IV, 6. & Cic. III. de off.

Tot virtutum præſidio] Cum hic quidam libri *ſeptus*, alii *munitus*, alii aliud haberent, & in duobus vetuſtiſſimis nihil horum legeretur, judicavi ſic eſſe locutum Ciceronem, ut in ſuperiore libro: *quanquam miror illa ſuperbia & importunitate, ſi quenquam habere potuit.* Et in II Philipp. *his igitur majoribus*, ubi vulgo *orti* additum eſt contra vet. cod. *Car. Langius.* *Tot virtutum præſidio munitus*] In nullo codice vetere, *munitus*, reperitur: quin etiam, *ſæptus*, quod paullo poſt ſequitur, abeſt a pleriſque. *Lambinus.* Itaque Gruterus has voces merito delevit in editione ſua, nec conſpiciuntur in Pithæano.

Cum corpus ejus caperetur] Sic & Pithæan. & alii codices plurimi. Vulgo *carperetur.* Carperetur] Placet mihi Moriſoti lectio ὅταν ἐκείνου σῶμα αἰχμα-

capi certe ipſe non potuit. Cajum vero Marium vidimus, qui mihi ſecundis rebus unus ex fortunatis hominibus, adverſis unus ex ſummis viris videbatur, quo beatius eſſe mortali nihil poteſt. Neſcis, inſane, neſcis, quantas vires virtus habeat, nomen tantum virtutis uſurpas: quid ipſa valeat, ignoras. Nemo poteſt non beatiſſimus eſſe, qui eſt totus aptus ex ſeſe, quique in ſe uno ſua ponit omnia. cui ſpes omnis, & ratio, & cogitatio pendet ex fortuna; huic nihil poteſt eſſe certi; nihil quod exploratum habeat permanſurum ſibi unum diem. Eum tu hominem terreto, ſi quem eris nactus, iſtis mortis, aut exſilii minis. mihi vero quidquid acciderit in tam ingrata civitate, ne recuſanti quidem evenerit, non modo non repugnanti. Quid enim ego laboravi, aut quid egi,

...μαλωτίζηται. & huic rei confirmandæ ſerviet Paradoxum quintum, ὅταν ...άντες οἱ σοφοὶ ἐλεύθεροι. *Betul.*

Capi certe ipſe] Animus Reguli. Hominem animum eſſe, ſed qui ſit in corpore, Ciceronis ſententia quoque eſt. *Sylvius.*

Nemo poteſt non beatiſſimus eſſe, qui eſt totus aptus ex ſeſe] Eſt hoc ſcitum Stoicum tritiſſimum: *Sapientis felicitatem pendere a ſe ipſo, non a rebus externis & fortuitis, eumque in ſe omnia poſita habere.* M. Antonin. lib. II: ...ῖς μὲν καθ' ἀλήθειαν κακοῖς, ἵνα μὴ ...εμπίπτῃ ὁ ἄνθρωπος, ἐπ' αὐτῷ τὸ ...ὰν ἔθεντο, ſc. θεοί. *Ne in ea, quæ vere mala ſunt, incidat quiſquam, in ipſo omne poſuerunt* nimirum dii. quod non hoc tantum loco Cicero præcipit. ſed & in Tuſculana v. *Cui viro ex ſe ipſo apta ſunt omnia, quæ ad beate vivendum ferunt, nec ſuſpenſa aliorum aut bono caſu aut contrario, pendere ex alterius eventis & errare coguntur; huic optime vivendi ratio comparata eſt, &c. quod ſemper in ſeipſo omnem ſpem reponat ...i.* & ante in eodem libro: *clariſſima voce profiteri* ſc. ſapientem, *ſe neque fortunæ impetu, nec multitudinis opinione, nec dolore, neque paupertate terreri omniaque ſibi in ſeſe eſſe poſita, neque eſſe quidquam extra ſuam poteſtatem, quod ducant in bonis.* Idem lib. v ad fam. 13. *Quam laudem ſapientiæ ſtatuo eſſe maximam, non aliunde pendere, nec extrinſecus aut bene aut male vivendi rationes ſuſpenſas habere.* vide & lib. I. ep. 5. & Epicteti Enchiridion. 1, 2, 3.

Nihil quo exploratum habeat, permanſurum ſibi unum diem] Eſt a duobus pall. ſententia tam expedita, ut de ejus veritate verbum facere, ſupervacuum ſit. Editi, *nihilque quod exploratum habeat permanſurum ſibi ne unum quidem diem.* Gruter. Sic & Pithæanus. Sed ſententia poſtulat ut cum vulgatis *quod* retineatur. hoc enim ait, nihil quod permanſurum ſibi diem unum exploratum habeat. *Gravius.*

Iſtis mortis] Magnifica eſt illa vox Theodori Cyrenæi, qui Lyſimacho regi ſibi mortem minitanti, *enimvero,* inquit, *magnifica res tibi contigit, quia cantharidis vim aſſecutus es. Cumque hoc dicto iratior factus, cruci eum affigi juſſiſſet: Terribilis hæc,* inquit, *ſit purpuratis tuis: mea quidem nihil intereſt, humine an in ſublimi putreſcam.* auctor

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

egi, aut in quo evigilaverunt curae & cogitationes meae, ſi quidem nihil peperi tale, nihil conſecutus ſum, ut eo ſtatu eſſem, quem neque fortunae temeritas, neque inimicorum labefactaret injuria? Mortemne mihi minitaris, ut omnino ab hominibus: an exſilium, ut ab improbis demigrandum ſit? mors terribilis eſt iis, quorum cum vita omnia extinguuntur: non iis, quorum laus emori non poteſt: exſilium autem illis, quibus quaſi circumſcriptus eſt habitandi locus: non iis, qui omnem orbem terrarum unam urbem eſſe ducunt. Te miſeriae, te aerumnae premunt, qui te beatum, qui florentem putas: tuae libidines te torquent: tu dies noctesque cruciaris; cui nec ſat eſt, quod eſt, & idipſum ne non ſit diuturnum times: te conſcientiae ſtimulant maleficiorum tuorum: te metus exanimant judiciorum, atque legum: quocumque adſpexiſti, ut furiae, ſic tuae tibi

eſt Valerius Maximus lib. VI. de libere dictis. *Sylvius.*

Mors terribilis eſt iis, quorum cum vita omnia extinguuntur] Id eſt, qui nihil unquam in vita geſſerunt, quod apud poſteritarem ulla laude dignum eſſet; quorum memoria, ut dici ſolet, perit cum ſonitu. Ea autem laus apud poſteritatem permanſura virtute paratur. Inde eſt illud Virgil. Æn. 10:

breve & irreperabile tempus
Omnibus eſt vitæ, ſed famam extendere factis
Hoc virtutis opus.

Sylvius. Nimirum iis eſt mors terribilis, qui vitam ſilentio tranſeunt, veluti pecora, ut ait Salluſtius. de morte, & de exilio pluribus egit in hanc ſententiam in v Tuſculana.

Qui omnem orbem terrarum unam urbem eſſe ducunt] Vt Socrates, qui *cum interrogaretur, cujatem ſe eſſe diceret, Mundanum dixit. Totius enim mundi ſe incolam & civem arbitrabatur.* Cicer. Tuſculana 5. *Sylvius.* Eodem modo Diogenes Cynicus apud Laert. in ejus vita interrogatus, unde eſſet, reſpondit ſum Κοσμοπολίτης. Epictetus diſſert. II, 10: *πολίτης εἶ τοῦ κόσμου, καὶ μέρος αὐτοῦ. Mundi civis, ejuſdemque pars es.* Idem lib. III, 29. *ὅτι ὁ κόσμος οὗτος μία πόλις ἐστί. totus mundus una eſt civitas.* Sic & Chriſtiani. Minuc. Octav. *Non poſſis pulchre gerere rem civilem, niſi cognoveris hanc communem omnium mundi civitatem.* Verba antecedentia in Pithæano, ſic ſcribuntur: *quibus quaſi circumſcriptus eſt inhabitandi locus.*

Cui nec ſat eſt, quod eſt] Quia
Luxuriæ deſunt multa, avaritiæ omnia.
ut ait P. Syrus mimus.

Te conſcientiæ ſtimulant maleficiorum tuorum] Cic. or. in Piſonem: *Nolite putare P. C. ut in ſcena videtis homines conſceleratos impulſu Deorum terreri, furiarum tædis ardentibus: ſua quemque fraus, ſuum facinus, ſuum ſcelus, ſua audacia de ſanitate ac mente deturbat. Hæ ſunt impiorum furiæ, hæ flammæ, hæ faces.* ſ. Conſcientiæ ſtimulus quan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

tibi occurrunt injuriae, quae te reſpirare non ſinunt. Quamobrem ut improbo, & ſtulto, & inerti nemini bene eſſe poteſt: ſic bonus vir, & fortis, & ſapiens, miſer eſſe non poteſt. Nec vero cujus virtus, moreſque laudandi ſunt, ejus non laudanda vita eſt: neque porro fugienda vita, quae laudanda eſt. eſſet autem fugienda, ſi eſſet miſera. Quamobrem quidquid eſt laudabile, idem & beatum, & florens, & expetendum videri debet.

PARADOXON III.

Ὅτι ἴσα τὰ ἁμαρτήματα, καὶ τὰ κατορθώματα.

Æqualia eſſe peccata, & recte facta.

Parva, inquis, res eſt: at magna culpa. nec enim 1
peccata rerum eventu, ſed vitiis hominum metienda ſunt.

quantum hominem quieſcere non ſinat, quantum ejus mentem vexet. Macrobius per fabulam eam de Tytio gigante, quæ eſt apud Virg. VI Æn. ſignificari dicit in lib. de Somnio Scipionis: *Nihil*, inquit, *aliud intelligi voluerunt quam tormenta conſcientiæ flagitio obnoxia, viſcera interiora rimantis, & ipſa vitalia indefeſſa admiſſi ſceleris admonitione laniantis, ſemperque curas, ſi requieſcere forte tentaverint, excitantis, tanquam fibris renaſcentibus inhærendo, nec ulla ſibi miſeratione parcentis: lege hac, qua ſe judice nemo nocens abſolvitur, nec de ſe ſuam poteſt vitare ſententiam.* Sylvius.

Quæ te reſpirare non ſinunt] In codice Memmiano ex uno vetere codice adſcriptum eſt: *ſuperare non poſſunt*: ex alio, *ſuſpirare*, ex alio, *ſpirare*. Ego, *ſpirare*, non improbo: ſed vulgatam lectionem, *reſpirare*, ut damnarem, inducere animum non potui. *Lambin.*

Ὅτι ἴσα τὰ ἁμαρτήματα καὶ τὰ ὀρθώματα] Hanc theſim in omnibus exempl. ita ſcriptam reperi, uno demto in quo: ΟΤΙ ΚΑΤΑ ΑΜΑΡΤΗΜΑΤΑ ΚΑΙ ΤΑ ΚΑΤΟΡΘΩΜΑΤΑ. *C. Lang.* Sic & Pithæan. ſed recte jam emendarunt docti viri ὅτι ἴσα τὰ ἁμαρτήματα & τὰ κατορθώματα. Hoc Paradoxum eſt Stoicorum. Hi enim peccata paria exiſtimant, ut Chryſippus ait in quarto Naturalium quæſtionum, & Perſeus & Zeno. Nam ſi verum vero majus non eſt, nec falſum falſo majus erit. Ita nec fraus fraude, nec peccato peccatum. Nam & qui centum ſtadia abeſt a Canopo, & qui unum, æque in Canopo non ſunt. Itaque & qui minus peccat, & qui amplius, æque in recto opere non ſunt, auctore Cicerone lib. de Finib. 4. *Stoici peccata paria probantes, negant honeſto quicquam honeſtius, atque turpi turpius. Vt, inquiunt, in fidibus plurimis, ſi nulla earum ita contenta numeris ſit, ut concentum ſervare poſſit, omnes æque incontentæ ſint: ſic peccata, quia diſcrepant, æque diſcrepant, paria ſunt.* Itemque: *Quoniam, inquiunt, omne peccatum imbecillitatis & inconſtantiæ eſt: hæc autem vitia in omnibus ſtultis æque magna ſunt, neceſſe eſt eſſe peccata paria.* Eo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ſunt. In quo peccatur, id poteſt aliud alio majus eſſe, aut minus: ipſum quidem illud peccare, quoquo verteris, unum eſt. Auri navem evertat gubernator, an paleae; in re aliquantulum, in gubernatoris inſcitia nihil intereſt. Lapſa eſt libido in muliere ignota: dolor ad pauciores pertinet, quam ſi petulans fuiſſet in aliqua generoſa ac nobili virgine: peccavit vero nihilominus, ſi quidem eſt peccare, tamquam tranſilire lineas: quod cum feceris, culpa commiſſa eſt: quam longe progrediare, cum ſemel tranſieris, ad augendam culpam nihil pertinet. Peccare certe licet nemini. Quod autem non licet, id hoc uno tenetur, ſi arguitur non licere. Id ſi nec majus, nec minus umquam fieri poteſt, quoniam in eo eſt peccatum, ſi non licuit; quod ſemper unum, & idem eſt, quae ex eo peccata naſcuntur, aequalia ſint oportet.

Quod

dem auctore eodem libro, *Stoici eos qui natura doctrinaque longe ad virtutem præceßiſſent, niſi eam plane conſecuti eſſent, ſumme eſſe miſeros dicunt, nec inter eorum vitam, ac improbißimorum quicquam omnino intereſſe. Vt Plato tantus ille vir, ſi ſapiens non fuerit, nihilo melius, quam quivis improbiſſimus, nec beatius vixerit.* Idem Stoici dicunt, ut eſt apud eundem pro L. Muræna, *non minus delinquere eum, qui gallum gallinaceum, quum opus non fuerit, quam eum qui patrem ſuffocaverit.* Item pro Milone, ut ad judicia hoc quoque Paradoxum pervenire cognoſcas: *Non alio*, inquit, *facinore clari homines, alio obſcuri necantur. Interſit inter vitæ dignitatem ſummorum atque infimorum: mors quidem illata per ſcelus iiſdem pœnis teneatur.* Sylvius. Iovianus in hoc Stoicorum fuit errore, ut Auguſtinus teſtatur ad Hieronymum περὶ τοῦ *Fauſtus eſt omnium reus*, ubi hoc dogma improbat, improbat item contra mendacium ad Conſentium. *Betuleius.*

Peccavit vero nihilominus] *Peccatum*, eſt in libro manuſcripto, & fortaſſe melius. *F. Vrſin.*

Tanquam tranſilire lineas] Quod erat curſorum in ſtadio. Duæ erant in ſtadio lineæ. Altera erat in longum cavata in limine ſtadii, cui curſores inſiſtebant, ut ex æquo limite progrederentur. Si qui ultra lineam vellent evagari, & limitem præcipere voce præconis revocari ſolet, βαλβῖδα ἀπόδος, θὲς πόδα παρὰ, *lineam redde, ad lineam pedem pone.* Inde illæ apud Tertullianum crebræ locutiones, *lineæ inſiſtere, ad lineam dimicare, intra lineas gradum colligere*, & ſimiles. Erat & alia linea in fine ſtadii, quæ dicebatur ultima linea, ad quam curſus finiebatur. *Salmaſius.* Primam hic reſpicit Cicero, quam qui tranſilibat, ante ſignum datum peccabat.

Ad augendam tranſeundi culpam] Notat Gruterus in Pal. ſecundo non inveniri vocem *tranſeundi*, eamque eſſe otioſam. quod veriſſimum. *Grævius.*

Si arguitur non licere] Id eſt, ſi oſtenditur, non licere. Id autem licere

non

Quod ſi virtutes pares ſunt inter ſe, paria eſſe etiam vitia neceſſe eſt. Atqui pares eſſe virtutes, nec bono viro meliorem, nec temperante temperantiorem, nec forti fortiorem, nec ſapiente ſapientiorem poſſe fieri, facillime poteſt perſpici. An virum bonum dices, qui depoſitum nullo teſte, cum lucrari impune poſſet, auri pondo decem reddiderit: ſi idem in decem millibus pondo non idem fecerit? aut temperantem eum, qui ſe in aliqua libidine continuerit, in aliqua effuderit? Vna virtus eſt, conſentiens cum ratione & perpetua conſtantia. nihil huic addi poteſt, quo magis virtus ſit: nihil demi, ut virtutis nomen relinquatur. etenim ſi benefacta recte facta ſunt, & nihil

non majus quidem eſt, nec minus. ut, non licet tibi magis occidere hominem alienum, quam alii patrem. *Sylvius.*

Quod ſi virtutes pares ſunt inter ſe] Plut. de Stoic. contrar. *μήτε ἀρετὴν ἀρετῆς ὑπερέχουσαν εἶ), μήτε κατόρθωσιν κατορθώσεως. Neque virtutem virtute majorem eſſe, neque recte factum recte facto.* Seneca id clarius & efficacius ep. 66: *Nihil invenies rectius recto: non magis, quam vero verius, temperato temperatius. Omnis in modo eſt virtus: modus certa menſura eſt. Conſtantia non habet quo procedat: non magis quam fiducia, aut veritas, aut fides. Quid accedere profecto poteſt? nihil.* I. Lipſius manuduct. ad Stoic. Philoſ. lib. III, diſſert. 4. ubi vide plura de hoc argumento, quod luculente ibi exequitur. & Senecam in epiſtola laudata.

Nec bono viro meliorem] Stoici negant, quemquam virum bonum eſſe, niſi ſapientem. Sapientem autem dicunt eum qui perfectus eſt & abſolutus, ut omnes virtutis numeros habeat, quam ſapientiam adhuc mortalis nemo eſt conſecutus, ut ait Cicero in Lælio. In iis autem, in quibus ſapientia perfecta non eſt, ipſum illud quidem perfectum honeſtum nullo modo eſſe poteſt, ſed ſimilitudines honeſti eſſe poſſunt, ut ait III de offic. Bono igitur viro melior eſſe non poteſt, ſi is demum bonus eſt, qui omnes virtutis numeros habet. Nam plures alius habere non poteſt. *Sylvius.* Scholæ Stoicæ pronunciant, omnes qui non ſunt ſapientes, eſſe ſtultos, nihil eſſe medium, peccata enim non diſtingui, ſed eſſe æqualia. Sapientem autem nulla ex parte eſſe, niſi qui totus ſapiat, quia virtutes ſe mutuo conſequantur, ut qui unam habeat, omnes habere ſit neceſſe, & qui una careat, omnibus nudatum eſſe neceſſario. Il. Caſaubonus ad Sat. V. Perſii. vide ibi plura.

Vna virtus eſt conſentiens cum ratione, & perpetua conſtantia] Libri tam manu exarati, quam editi hic omnes conſentiunt. Quo diligentius tamen & accuratius hunc locum expendo, tanto clarius mihi videre videor, τὸ *&* eſſe ab imperito adjectum, non a Ciceronis manu profectum, ſcribendumque, *Vna virtus eſt, conſentiens cum ratione perpetua conſtantia. Vna*, inquit Cicero, *virtus eſt*, ſemper virtus una eademque ſibi par & ſimilis eſt, quod ſequentibus verbis quaſi explanat, *conſentiens cum ratione perpetua conſtantia.* Illa virtus, quæ ſemper una eſt, eſt conſtantia perpetua

nihil recto rectius: certe ne bono quidem melius quidquam inveniri poteſt. Sequitur igitur, ut etiam vitia ſint paria: ſiquidem pravitates animi recte vitia dicuntur. Atqui quoniam pares virtutes ſunt, recte facta, quando a virtutibus proficiſcuntur, paria eſſe debent: itemque peccata, quoniam ex vitiis manant, ſint aequalia neceſſe eſt.
2 A philoſophis, inquis, iſta ſumis. Metuebam, ne a lenonibus diceres. Socrates diſputabat iſto modo. Bene hercle narras. nam iſtum doctum & ſapientem virum fuiſſe, memoriae traditum eſt. Sed tamen quaero ex te (quando verbis inter nos contendimus, non pugnis) utrum bonis eſt quaerendum, quid bajuli atque operarii, an quid homines doctiſſimi ſenſerint? praeſertim cum hac ſententia non modo verior, ſed ne utilior quidem hominum vitae reperiri ulla poſſit. Quae vis enim eſt, quae magis arceat homines ab improbitate omni, quam ſi ſenſerint, nullum in delictis eſſe diſcrimen? aeque peccare ſe, ſi privatis, ac ſi magiſtratibus manus adferant? quamcumque in domum ſtuprum intulerint, eandem eſſe labem libidinis? Nihilne igitur intereſt (nam hoc dicet aliquis) patrem quis enecet, an ſervum? Nuda iſta ſi ponas, judicari qualia ſint non facile poſſunt. patrem vita privare, ſi per ſe ſcelus eſt, Saguntini, qui parentes ſuos liberos emori, quam ſervos vivere maluerunt, parricidae fuerunt. ergo & parenti nonnumquam adimi vita ſine ſcelere poteſt: & ſervo ſaepe ſine injuria non poteſt. Cauſa igitur haec, non natura diſtinguit: quae quando utro acceſſit, id fit propenſius; ſi

cum ratione conſentiens. h. e. ſemper ſibi conſtans nunquam a ratione diſcedit. Hinc Socrates dixit apud Stobæum: Τοῦ βίου καθάπερ ἀγάλματος πάντα τὰ μέρη καλὰ εἶναι δεῖ. *In vita perinde ut in ſimulachro omnes partes pulchras eſſe oportet.* Grævius.

Saguntini] Vide Florum II, 6. Liv. XXI, 14. Polyb. III, 17.

Quæ quando utro acceſſit] Locus hic turpiſſime erat maculatus, non tam a librariis, quam a ſciolis iſtis; quod igno-

ſi utroque adjuncta ſit, paria fiant, neceſſe eſt. illud tamen intereſt, quod in ſervo necando, ſi adſit injuria, ſemel peccatur. in patris vita violanda, multa peccantur. violatur is, qui procreavit; is, qui aluit; is, qui erudivit; is, qui in ſede, ac domo, atque in rep. collocavit. multitudine peccatorum praeſtat, eoque poena majore dignus eſt. Sed nos in vita, non quae cuique peccato poena ſit, ſed quantum cuique liceat, ſpectare debemus. quidquid non oportet, ſcelus eſſe: quidquid non licet, nefas putare debemus. Etiamne in minimis rebus? etiam: ſi quidem rerum modum fingere non poſſumus; animorum modum tenere poſſumus. Hiſtrio ſi paullum ſe movit extra numerum, aut ſi verſus pronuntiatus eſt ſyllaba una brevior, aut longior, exſibilatur & exploditur: in vita tu, qui omni geſtu moderatior, omni verſu aptior eſſe debes, ut in ſyllaba te peccare dices? poetam non audio in nugis: in vitae ſocietate audiam civem, digitis peccata dimetientem ſua? quae ſi viſa ſunt breviora, leviora qui poſſint videri, cum quid-

ignorarent *uter*, pro *utervis* dici. *Car. Langius.* *Quæ quando altero acceſſit*] *Altero*, id eſt *ad alterum.* Sic ſuperiore pagina malim legi, *nihil huc addi poteſt.* Lambinus. Sed pro *utro* Victorii ſtat editio, & membranæ S. Victoris & Metenſes, teſte Guilielmio. Pithæanæ & reliquæ *ultro.* Vulgo *quæ quando alteri acceſſit.* Gruter.

Rerum modum fingere non poſſum] *Fingere*, omnes quidem habent libri: ſed videri poſſit legendum, *figere.* Sic Horat. oda 15. lib. III. *Tandem nequitiæ fige modum tuæ.* Lambin.

Si paullum ſe movit extra numerum] Hoc eſt, ſi non commode ſaltavit, aut in ſaltando peccavit contra leges ſaltationis. *Numeri* tam ad Muſicam pertinent, quam ad ſaltationem. de Muſicis Virgil.

Numeros memini, ſi verba tenerem.

de ſaltationum numeris Perſius Sat. V.

nec cum ſis cetera foſſor
Tres tantum ad numeros Satyri moveare Bathylli.

Sic enim hunc locum recte reſtituit Caſaubonus, quem vide *Moveri ad numerum eſt ſaltare.* Lucret. lib. 2.

Ludunt in numerumque exultant ſanguine læti.

Ut in ſyllaba peccare] Et hic acuti illi viri malam manum adhibuerant. Particula, *ut*; ibi, *ut in ſyllaba*, in nullo veteri libro extat: ſiquidem recte, *in ſyllaba peccare* figurate dictum ſit, pro in aliqua vel minima particula ejus. qui ſenſus tolerari poſſit. *Car. Langius.*

Quæ ſi viſa ſint breviora] Verba ſunt ejus, quem auctor fingit ſibi reſpondere & objicere. *Si viſa ſunt*, inquit, *breviora*, hoc eſt minora; judi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

quidquid peccatur, perturbatione peccetur rationis atque ordinis? perturbata autem ſemel ratione & ordine, nihil poſſit addi, quo magis peccari poſſe videatur.

PARADOXON IV.

Ὅτι πᾶς ἄφρων μαίνεται.

Omnem ſtultum inſanire.

1 Ego vero te non ſtultum, ut ſaepe, non imbrobum, ut ſemper, ſed dementem, & inſanum rebus vincam neceſſariis. Sapientis animus magnitudine conſilii, tole-

judicentur etiam leviora. *Breve* pro exiguo, ubique obvium eſt. quo vocabulo uſus eſt propter inſtitutam comparationem de ſyllabarum quantitate. *Idem.* *Viſa ſint breviora: leviora qui poſſint* &c.] Recta quidem videtur hæc ſcriptura: ſed ne ea quidem rejicienda eſt, quam in codice Memmiano adſcriptam reperi: *Si viſa ſunt breviora: leviora qui poſſint?* Lambin.

Ὅτι πᾶς ἄφρων μαίνεται] Hic quoque poſitionem mutavi de libris ſcriptis: & ita a Diogene Laertio recenſetur πάντας τοὺς ἄφρονας μαίνεσθαι. Eſt in III Tuſculan. ex Alcibiade altero Platonis. Invehitur autem hic in P. Clodium, ut II Paradoxo in M. Antonium. *C. Lang.* Vt in morbis corporis multo levior ſtultitia, quam inſania exiſtimari ſolet: ita in morbis animi inſania multo gravior exiſtimata eſt, quam ſtultus dicatur, qui etiam leve aliquod crimen admiſit, etiam ex imprudentia. Inſanus vero qui multis criminibus, vel graviſſimis dedita opera ſuſceptis, ita ſe implicavit, ut hoc ipſum peccare eum delectet, etiamſi nulla peccandi cauſſa ſit. Stoici vero ut omnia peccata exiſtimant æqualia, ita ſtultitiam inſaniæ parem faciunt. Hoc autem Paradoxon non tam probat Cicero, quam docet P. Clodium inſanum eſſe, eumque multis legibus damnatum exulem fuiſſe, quamvis ſolum non mutaverit: ſe vero exulem fuiſſe negat, quamvis ut Clodiano furori cederet, ex urbe exiverit. *Sylvius.*

Rebus addicam neceſſariis] Libri manu deſcripti admodum hic variant. quidam, *dementem judico. Siquidem in rebus ad victum neceſſariis invictum poteſt.* alii, *ſed dementem inſanire rebus addictum neceſſariis, eſſe invictum poteſt.* alii proxime ad germanam lectionem; *ſed dementem & inſanum rebus addicam neceſſariis.* Vnde aliquando exiſtimavi legi debere, *ſed dementem & inſanum addicam neceſſariis.* Quia in ſanorum cura ad agnatos pertineret XII Tab. idque videbatur a prætore, teſte in Epiſtol. Horat. Sed cum hæc dictio, *rebus*, in omnibus exemplaribus legatur, vero ſimilius eſt, ex *rn̄ibus* vel *rībus*, quod eſt *rationibus*, factam eſſe rebus, ut alibi ex *ſpē*, id eſt, *ſpecie*, *ſpe*: ex *ſn̄tia* id id, *ſententia*, *ſcientia.* Verbum autem *addicam*, neſcio quid mihi adhuc ſuſpectum eſt. Scio eſſe prætorium. Sed quid ad hunc locum? Sex Pompejus ſcribit *addicere*, eſſe, alterius ſententiam ſequi & approbare, ea figura, qua, *acquirere*, *allaborare*, de quibus alibi dixi. Sed ne hac quidem ſignificatione adjuvamur. Videndum an *adducam*, ſcribi poſſit, id eſt, probabo, oſtendam adductis argumentis. Placeret, *vincam*, ſi quo in libro repe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

tolerantia rerum humanarum, contemtione fortunae, virtutibus denique omnibus, ut moenibus ſeptus, vincetur, & expugnabitur, qui ne civitate quidem pelli poteſt? quae eſt enim civitas? Omniſ-

reperiſſem: quamquam non nimis longe abeſt quod quidam libri habent *ad victum*. C. Lang. Siquis locus eſt in Paradoxis corruptus, hic eſt: quem Langius (nam ceteros, qui huic ulceri manus admoverunt, omitto) ſic emendare conatus eſt, *ſed dementem & inſanum, addicam neceſſariis*. *Addicam neceſſariis*, autem, id eſt mittam ad agnatos, inquit ille, ad quos mente captorum tutela pertinet. Sed ego hanc emendationem probare nullo modo poſſum. Nam primum in omnibus libris reperitur vox, *rebus*, quam Langius delet. deinde quorſum hoc, ego te ad agnatos ut dementem, mittam? Deinde ſi certum eſt, mente captum eſſe, non dubium quin ad agnatos mittendus ſit: ſin incertum, id demonſtrandum eſt. Poſtremo in omnibus fere libris ſcriptis reperitur vox, *invictum*, partim in locum verbi, *addicam*: partim una cum eo ipſo verbo. Pauci habent, *ad victum*, pro, *addicam*: nonnulli, *addictum*, unde intelligere licet mendum eſſe in verbo, *addicam*. Adde quod nonnulli libri habent infinitivum, *eſſe*, cum verbo, *invictum*. Ego igitur conjectura ductus, ſententiamque Ciceronis ſecutus, ſic emendandum hunc locum puto: *Inſanum eſſe rationibus evincam*, ſeu *advincam*, ſeu *vincam neceſſariis*. Conjecturam meam adjuvant verba ejus, quod proxime ſequitur, paradoxi, extrema: *cum eum ne liberum quidem eſſe ratio & veritas ipſa convincat*. Iam quod, *rationibus*, pro, *rebus*, edi juſſi, non videor nimis longe diſcedere a ſcriptura recepta. nam, *rebus*, factum fortaſſe eſt ex, *roïbus*. *roïbus* autem ex *rationibus*. ſiquis tamen, *rebus* retinere volet, non repugnabo. *Lambin.* *Rationibus vincam neceſſariis*] In manuſcripto eſt *advincam*, pro quo amicus meus reponebat, *convincam*. F. Vrſinus. Merito Langius reſpuit priorem ſententiam. Nam τοῦ *addicam* nullus hic locus eſt, ut ipſe poſtea vidit. Cum vero *vincam* repererit in quibuſdam libris Manutius, in aliis cum ipſe, tum Giffanius, Lambinus, Vrſinus, *advincam*, cur non amplectimur certiſſimam & veriſſimam ſcripturam, *rebus vincam neceſſariis*, hoc eſt evincam invictis argumentis. Nam *res* ſæpe ſunt rationes, argumenta. Iulianus IC: *Multa jure civili contra rationem diſputandi pro utilitate communi recepta eſſe innumerabilibus rebus probari poteſt.* Cæl. Aurel. *Sed horum deliratio manifeſtis rebus probatur.* Apul. Met. 10: *Quibus autem verbis accuſator egerit, quibus rebus diluerit rem.* Hinc *res* & *ratio* tamquam ſynonyma junguntur Ciceroni, ut dudum obſervavit Giffanius, orat. pro leg. Manil. *Sed in hac cauſa tametſi cognoſcitis auctoritates contrarias fortiſſimorum & clariſſimorum virorum, tametſi omiſſis auctoritatibus ipſa re & ratione exquirere poſſumus veritatem.* *Vincere* autem pro *evincere* tritiſſimum Ciceroni. Matius in lib. XI ad fam. ep. 28: *At debeo pro civili parte remp. velle ſalvam. Id quidem me cupere, niſi & ante acta vita, & reliqua mea ſpes, tacente me probat, dicendo vincere me non poſtulo.* Superius in ead. epiſt. *perinde ac ſi jam vicerint obitum ejus reip. fuiſſe utilem.* Cic. pro Cluent. *Vince deinde virum bonum fuiſſe Oppianicum.* Iuſtin. 11, 13: *Cum vincere conſilio ceteros non poſſet.* Græv.

Tolerantia rerum humanarum] Hoc eſt, patientia earum rerum, quæ adverſæ hominibus eveniunt. 1 de off. vocat *rerum externarum deſpicientiam*. Sylvius.

Contemtione fortunæ] *Contemtionem* a Cicerone ſæpe, *contemtum* raro dici invenias. *Idem.*

Omnis

Omniſne conventus etiam furum & immanium? omniſne etiam fugitivorum ac latronum congregata unum in locum multitudo? certe negabis. Non igitur erat illa tum civitas, cum leges in ea nihil valebant: cum judicia jacebant: cum mos patrius occiderat: cum ferro pulſis magiſtratibus, ſenatus nomen in rep. non erat. Praedonum ille concurſus, & te duce latrocinium in foro conſtitutum, & reliquiae con-

Omnis ne conventus etiam furum] Ita pal. pr. ac. tert. item Mauric. v. Fab. quorum ultimus *etiam furium*, quod Guilielmio aptius viſum, ad illud quod mox infert, *fugitivorum.* Vulgati, *omnis ne conventus ferorum.* Victoriani, *o. c. etiam ferorum.* Gruterus.

Non igitur erat illa tum civitas, cum leges in ea nihil valebant] Quia *civitas eſt*, ut II de off. docuit, *eorum, qui legibus obtemperant.*

Cum leges in ea nihil valebant] Non hoc ſolum fecit Clodius eo anno, quo fuit tribunus plebis, ut leges nihil valerent, ſed etiam multas leges reip. pernicioſas tulit, quas enumerat Cic. pro P. Seſtio. Vbi idem ſcripſit legem Æliam & Fuſiam a Clodio ſublatam. *Sylvius.*

Senatus nomen in rep. non erat] Nam auctoritas ſenatui detracta erat a Tribuno & Conſulibus. Quin etiam Conſul Gabinius in concione dixerat, errare homines, ſi etiam tum ſenatum aliquid in rep. poſſe arbitrarentur. *Idem.* Hunc locum fœdiſſima labe deturpatum eſſe mecum fatebuntur qui accuratius eum examinabunt, & non hoſpites ſunt in antiquorum litteris, ut de his poſſint ferre ſententiam. *Nomen ſenatus* pro auctoritate ſenatus, ut viri docti exponunt, accipi nullo modo poteſt. Quin *nomen ſenatus* aut *magiſtratuum* opponitur ſemper illorum poteſtati, & auctoritati. Liv. lib. III, c. 65: *Dein ne ipſi quidem* (tribuni) *inviolati erant, utique poſtremis menſibus, cum & per coitiones potentiorum injuria fieret, & vis poteſtatis omnis aliquanto poſteriore anni parte languidior ferme eſſet: jamque plebs ita in tribunatu ponere aliquid ſpei, ſi ſimiles Icilio tribunos haberet: nomina tantum ſe biennio habuiſſe.* Sic enim recte veteres editiones, & nonnulli bonæ notæ MSS. Vulgati: *nomine tantum ſe biennio habuiſſe.* Idem lib. VII, 29: *Campani magis nomen ad præſidium ſociorum, quam vires cum attuliſſent.* Vides *nomen* opponi *viribus* in hoc loco; in ſuperiore vero cum dicit Livius, biennio tribunos fuiſſe tantum *nomina*, ut clariſſime patet, ſignificat nulla eos poteſtate & auctoritate fuiſſe, qualis fuerit in Icelio: ſed fuiſſe tantum inania nomina. Cic. V ad Att. 15: *Cum exercitum noſter amicus habeat, tantum me nomen habere duarum legionum exilium?* Idem de claris oratoribus: *Hic nomen honoris adeptus eſt, non honorem.* Tac. *nomen magis exercitus, quam robur.* Idem IV Hiſt. 75: *Muciani ac Domitiani vana & ſine viribus nomina.* Ovid.

Quid Pandioniæ reſtant niſi nomen Athenæ?

Infinita poſſem congerere exempla, ubi *nomen* opponitur rei. Perſuaſiſſimum itaque habeo Tullium ſcripſiſſe, licet libri veteres omnes repugnent, *Cum ferro pulſis magiſtratibus ſenatus nomen in republica erat.* hoc eſt, ſenatus quidem erat, ſed nullæ vires, nulla poteſtas, nulla auctoritas. Si ſcripſiſſet Cicero, uti ſcribitur in editis, *ſenatus nomen in rep. non erat*, ſignificaſſet, ſenatum plane fuiſſe deletum, & extinctum, ac e medio ſublatum; nullum ſenatum fuiſſe in re-

conjurationis a Catilinae furiis ad tuum ſcelus, furoremque converſae, non civitas erat? Itaque pulſus ego civitate non ſum, quae nulla erat, arceſſitus in civitatem ſum, cum eſſet in rep. conſul, qui tum nullus fuerat: eſſet ſenatus, qui tum occiderat: eſſet conſenſus populi liberi: eſſet juris, & aequitatis, (quae vincla ſunt civitatis) repetita memoria. At vide, quam iſta tui latrocinii tela contemſerim. jactam & immiſſam a te nefariam in me injuriam ſemper duxi: perveniſſe ad me numquam putavi: niſi forte, cum parietes diſturbabas, aut cum tectis ſceleratas faces inferebas, meorum aliquid ruere, aut deflagrare arbi-

republica. Iuſtin. v, 6. *Vt Atheníenſium deletum non imperium tantum, verum etiam nomen videretur.* Sed Cicero ait ſenatum quidem fuiſſe, ſed nomine tantum, ut vulgo loquuntur, ſine vi, ſine auctoritate. *Non* inſertum eſt a ſciolo, qui non intelligebat quid eſſet, *ſenatus nomen erat.* Si quis tamen vulgatam tuendam exiſtimet, & Ciceronem ſic locutum eſſe contendat, ut exaggeret temporis illius iniquitatem, ſicuti paullo poſt dixerit, *ſenatus occiderat, civitas non erat, conſul non erat*, per me licet fruatur ſententia ſua. *Græv.*

A Catilinæ furiis] Cic. orat. in Piſonem. *Quid interfuit inter Catilinam & eum, cui tu ſenatus autoritatem, ſalutem civitatis, totam rempublicam provinciæ præmio vendidiſti. Quæ enim L. Catilinam conantem Coſ. prohibui, ea P. Clodium facientem conſules adjuverunt.* Betulejus.

Cum eſſet in rep. conſul] P. Lentulus. Is enim cum Qu. Metello conſul anno proximo poſt Gabinium & Piſonem ad ſenatum retulit de Cicerone revocando. *Sylvius.*

Qui tum nullus fuerat] Cic. in Piſonem: *Te fuiſſe Romæ conſulem dicere audebis. Quid? tu in lictoribus, in toga, in prætexta eſſe conſulatum putas? quæ ornamenta etiam in Sext. Clodio te conſule eſſe voluiſti. Hujus tu Clodiani canis inſignibus conſulatum declarari putas? Animo conſulem eſſe oportet, conſilio, fide, gravitate, vigilantia, cura, toto denique munere conſulatus, omni officio.* vide ibi plura. *Betulejus.*

Eſſet conſenſus populi liber] Id eſt, cum populus Romanus legem libere tuliſſet, uno conſenſu de meo reditu. *Sylvius.*

Populi liberi] Qui Piſone & Galinio Coſſ. liber non fuerat. *Idem.*

Quæ vincula ſunt civitatis] Vt in oratione pro Cluentio: *Hoc*, inquit, *vinculum eſt hujus dignitatis, qua fruimur in rep. Hoc fundamentum libertatis, hic fons æquitatis. Mens & animus & conſilium, & ſententia civitatis poſita eſt in legibus. Vt corpora noſtra ſine mente, ſic civitas ſuis partibus, nervis, ac ſanguine, & membris uti non poteſt.* Sylvius.

Iactam & immiſſam a te] Mediolanenſis editio habet *latam*. *Illatam* fortaſſe legi poſſet. Eſt hoc Stoicum, qui credunt, nihil ſapienti nocere, ne fortunam quidem poſſe. *Betulejus.*

Cum parietes diſturbabas] Quo die Cicero ex urbe diſceſſit, P. Clodius domum ejus, quæ in palatio erat, incendit, parietes diſturbavit, ut in eo loco Deæ libertatis templum ædificaret, tanquam Ciceronis exilium Romanæ civitati libertatem afferret. *Sylvius.*

Nihil

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

arbitrabare. Nihil neque meum eſt, neque cujuſquam, quod auferri, quod eripi, quod amitti poteſt. Si mihi eripuiſſes divinam animi mei conſtantiam, meas curas, vigilias, conſilia, quibus reſpublica te invitiſſimo ſtat; ſi hujus aeterni beneficii immortalem memoriam deleviſſes: multo etiam magis ſi illam mentem, unde haec conſilia manarunt, mihi eripuiſſes: tum ego accepiſſe me confiterer injuriam. Sed ſi haec nec feciſti, nec facere potuiſti: reditum mihi glorioſum injuria tua dedit, non exitum calamitoſum: Ergo ego ſemper civis; & tum maxime, cum meam ſalutem ſenatus exteris nationibus, ut civis optimi, commendabat; tu ne nunc quidem, niſi forte idem eſſe hoſtis, & civis poteſt. An tu civem ab hoſte natura ac loco, non animo factiſque diſtinguis? Caedem in foro feciſti: armatis latronibus tem-

Nihil neque meum eſt, neque cujuſquam] Eſt enim hoc Stoicum, ut ſupra Biantis exemplo intelleximus. Nam ſecundum Epictetum quædam in nobis ſunt, quædam non ſunt in nobis. In nobis eſſe dicit quæ noſtra ſunt, ὑπόληψιν, ὁρμὴν, ὄρεξιν, ἔγκλισιν; non in nobis eſſe, quæ non ſunt noſtra, τὸ σῶμα, τὴν κτῆσιν, δόξας, ἀρχάς. *Betulejus.*

Quibus reſpublica te invitiſſimo ſtat] Eſt Lambini, ſed mutuo fere ſumptum a Victoriana, quæ mire tamen diſcedit a vulgatis. Pall. horum nihil omnino habent; expreſſere enim fere, *vigilias, conſilia in rempubl. ſi hujus &c.* quomodo fere in editione prima; nempe, *conſilia ſi remp. ſi hujus.* Guilielmius promſit ex Metelli libro, *ſi modo inventa in rep.* unde, ſi auſit, libens fecerit, *ſi monumenta in rep.* verum deſperatis potius abſtineamus. *Gruter.* Liber Pith. *conſilia ſi mẽ rẽ p̄.* Alius ejuſd. *conſilia in remp.* Ed. Gryphii: *conſilia quibus reſp. invicta ſtat.* Receptam tamen e Grutero lectionem, olim Langius quoque in ſua tenet editione emendatiſſima.

Illam mentem] Quam ſe accepiſſe a diis immortalibus dicit. *Betul.*

Vt civis optimi] A duobus vetuſtiſſimis libris abeſt particula *ut* & haut ſcio an male, videtur ex formula eſſe, *civis bonus, civis optimus.* C. Langius.

Vt civis optimi] Nonnulli libri veteres non habent particulam, *ut*, quos ſecutus eſt Langius. In uno pro, *civis optimi*, ſcriptum eſt, *civis optimus.* mendoſe. *Lambin.* Deeſt etiam *ut* in Pith. & in Lang. ed.

Tu ne nunc quidem] Vulgati, *quidem es civis*; ſed delevi ſuaſu pal. tertii, S. Victoris item auctoritate editionis Victorinæ. *Gruter.*

Non animo factiſque] Civis pernicioſus hoſtis potius, quam civis habendus eſt. Itaque Cicero in prima invectivarum in Catilinam, negat eos, qui a rep. defecerunt, unquam jura civium tenuiſſe. *Sylvius.*

Cædem in foro feciſti] Cum Clodiani armati VIII Kalend. Februarii, forum, curiam, comitium occuparunt, tam

templa tenuiſti : privatorum domos, aedes ſacras incendiſti. Cur hoſtis Spartacus, ſi tu civis? potes autem eſſe tu civis, propter quem aliquando civitas non fuit? & me tuo nomine appellas, cum omnes meo diſceſſu exſulaſſe rempublicam putent? Nunquamne, homo amentiſſime, te circumſpicies? nunquamne quid facias conſiderabis, nec quid loquare? neſcis, exſilium ſcelerum eſſe poenam? meum illud iter ob praeclariſſimas res a me geſtas eſſe ſuſceptum? Omnes ſcelerati atque impii, quorum tu te ducem eſſe profiteris, quos leges exſilio affici volunt, exſules ſunt, etiam ſi ſolum non mutarunt. an cum omnes leges te exſulem eſſe jubeant, non eris tu exſul? Num appellatur inimicus, qui cum telo fuerit? ante

m multos fuiſſe ab his occiſos Cice- dixit pro Seſtio, ut corporibus ci- um Tyberis repletus, & cloacæ re- rtæ fuerint. *Sylvius.*

Templa tenuiſti] Templum Caſtoris telligit, quod armatis hominibus, ſervis Clodius occupavit, ne ferretur de Ciceronis reditu. *Idem.*

Spartacus] Vide Flor. III, 20. Liv. it. 95, 96, 97.

Et me exſulem tuo nomine appellas] ctio, *exulem*, in aliquot libris non tat. recte, ni fallor. *Car. Langius.* Quattuor libri veteres non habent vo- m, *exſulem* : eamque Langius de- dam cenſet: cui aſſentior. *Lambin.* *o nomine* eſt quo nomine tu appel- dus es. *Sylvius.*

Meum illud iter] Meus diſceſſus. *Idem.*

Ob praclariſſimas res a me geſtas] In primenda conjuratione, & civitate vanda. Nam propter conjuratos , de quibus ultimum ſupplicium carcere ſumſit Cicero, abire coa- s eſt, quod indemnatos eos fuiſſe odius diceret. eos enim populus manus non damnaverat, cujus in- ſu non licebat lege Sempronia de capite civis Romani ſupplicium ſumere. *Idem.*

Etiamſi ſolum non mutarunt] Vrbem non reliquerunt. *Idem.*

Num appelletur inimicus] Vitioſiſſima hoc loco Victorii editio : ceteræ tolerabiliores. itaque ſecutus ſum retro vulgatos, niſi quod ex veteribus noſtris membranis pinxi *appelletur* pro *appellatur*, atque auctoritate Palat. tertii ac ſexti. *Non* refinxerim in *num* : argumentatur quippe a minori ad majus. Si inimicus eſt, qui deprenſus alicubi cum telo; quid tu, cujus ſica penetravit in ſanctiſſimum Vrbis locum curiam? ſi inimicus, qui unicum occidit; quid tu, qui plurimos? ſi inimicus, qui incendio graſſatur, &c. ſunt enim liquidiora, quam ut debeam inculcare. *Gruter.*

Qui cum telo fuerit] Lege Cornelia de ſicariis teneri eum, qui hominis occidendi cauſſa cum telo ambulaverit Martianus ſcribit Digeſtorum 48 ad legem Corneliam de ſicariis. Auctore autem Cajo Iuriſconſulto d. 47 de furtis, teli appellatione, & fuſtis, & ferrum, & lapis, omne denique, quod nocendi cauſſa habetur, ſignificatur. *Idem.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ante ſenatum tua ſica deprehenſa eſt. qui hominem occiderit? tu plurimos occidiſti. qui incendium fecerit? aedis Nympharum manu tua deflagravit. qui templa occupaverit? in foro caſtra poſuiſti. Sed quid ego communes leges profero, quibus omnibus es exſul? Familiariſſimus tuus de te privilegium tulit, ut, ſi in opertum Bonae Deae acceſſiſſes, exſulares. At te id feciſſe etiam gloriari ſoles. Quomodo igitur tot legibus in exſilium ejectus, nomen exſulis non perhorreſcis? Romae ſum, inquis. & quidem in operto fuiſti. Non igitur ubi quiſque erit, ejus loci jus tenebit, ſi ibi eum legibus eſſe non oportebit.

PARADOXON V.

Ὅτι μόνος ὁ σοφὸς ἐλεύθερος, καὶ πᾶς ἄφρων δοῦλος.

Solum ſapientem liberum eſſe, & ſtultum omnem ſervum.

Lau-

Ante ſenatum tua ſica deprehenſa eſt] Auctore Cicerone pro Milone, comprehenſus eſt in templo Caſtoris ſervus P. Clodii, quem ille ad Cn. Pompejum interficiendum collocarat; extorta eſt confitenti ſica de manibus. Idem paullo poſt: *Inſidiator in foro collocatus, atque in veſtibulo ipſo ſenatus.* Gruter.

Ædis Nympharum tua manu deflagravit] Vet. libri, *Ædis Nympharum tua manus deflagravit.* Profecto, *fana deflagrata, & imperium flagratum*, alibi dixit. Et Cæſar Strabo oratione, qua Sulpicio Tr. plebis reſpondit: *Deinde propinquos noſtros Meſſallas domo deflagrata penore volebatis privare.* C. Langius.

Qui templa occupaverit] Indocti adjecerant, *deorum.* *Templa* enim ſunt loca ſub divo patentia, auſpiciis capiundis apta. Varro de lingua Lat. Cicer. in Rhetoricis. *Idem.*

In foro caſtra poſuiſti] Non ſolum Caſtoris templum armatis hominibus occupaſti, ſed etiam in eo caſtra poſuiſti. *Sylv.*

Familiariſſimus tuus] Q. Cornificius. vide Manut.

Si in opertum Bonæ Deæ] In ſacrificium, quod Bonæ Deæ in domo Cæſaris Conſulis fiebat. *Sylv.*

In operto fuiſti] Clariſſima eſt ſententia, ſi legatur *in operto*, ſcilicet Bonæ deæ. De privilegio iſto, Q. Cornificio referente, facto; & quo pacto Piſonis opera antiquatum ſit, vide librum I. ad Att. *C. Lang.* *Et tu quidem in operto fuiſti*] Sic habent omnes libri vulgati, quos quidem viderim: quibuſcum nonnulli veteres conſentiunt. nonnulli, *in portu*: alii, *in ponto.* Ego, *in ponto*, tueor, ac retineo. *Lambinus.*

Ὅτι μόνος σοφὸς ἐλεύθερος] Diogenes in Zenone ponit & cauſſam apponit: μόνον τὸν σοφὸν ἐλεύθερον· τοὺς δὲ φαύλους, δούλους. εἶναι γὰρ ἐλευθερίαν ἐξουσίαν αὐτοπραγίας. *Solum ſapientem liberum, omnes malos ſervos. Eſſe enim libertatem non aliud, quam poteſtatem agendi quid velis: ſervitutem contra privationem ejuſmodi auctionis.* Hoc ipſum paullo fuſius Epictetus IV diſſert. cap.

Laudetur vero hic imperator, aut etiam appelle- 1
ur, aut hoc nomine dignus putetur. quo modo, aut
ui tandem hic libero imperabit, qui non poteſt cupi-
itatibus ſuis imperare? Refrenet primum libidines,
ernat voluptates, iracundiam teneat, coerceat ava-
tiam, ceteras animi labes repellat, tum incipiat
aliis

p. I. Ἐλεύθερός ἐστι ὁ ζῶν ὡς βούλε-
, ὃν οὔτ' ἀναγκάσαι ἐστὶν, οὔτε κω-
ειν, οὔτε βιάσασθαι. *Liber eſt, qui vi-
ut vult, quem neque cogere eſt, ne-
e prohibere, neque vim adferre.* I. Li-
us manuduct. ad Philoſ. Stoic. lib.
I, c. 12, ubi vide plura. Cato ſe
icæ interemturus de hoc Paradoxo
titer diſſeruit. Plutarchus in ejus
a: καὶ μετὰ τὸ δεῖπνον, ὁ πότος ἔσχε
σιν πολλὴν καὶ χάριν ἄλλων ἐπ' ἄλ-
ς λόγων φιλοσόφων κυκλούντων. ἄχρι
περιῆλθεν ἡ ζήτησις εἰς ταῦτα δὴ τὰ
ράδοξα καλούμενα τῶν Στωικῶν, τὸ,
ον εἶναι τὸν ἀγαθὸν ἐλεύθερον, δούλους
οὺς φαύλους ἅπαντας. ἐνταῦθα δὴ
εἰκὸς) ἀντιβάντος τοῦ περιπατη-
ῦ, σφοδρὸς ἐμπεσὼν ὁ Κάτων, καὶ
ον προσθεὶς καὶ τραχύτητα φωνῆς
τεινε πορρωτάτω τὸν λόγον, ἀγῶνι
μαστῷ χρησάμενος. *Sub cænam
ta fuit inter pocula erudita confabu-
& feſtivitas, aliaſque ex aliis diſpu-
ones philoſophicas verſarunt. Dum
utat, devenit ad hæc Stoicorum ad-
ibilia, quæ Paradoxa vocantur. So-
bonum virum liberum eſſe, omnes
s ſervos. Ibi jam inſurgenti peripa-
o acriter objiciens ſe Cato, contenta
ſpera voce produxit in longum diſpu-
nem, ac mirifice pugnavit, ut ne-
m falleret, ſtatuiſſe eum vitæ finem
nere, ſeque ex præſentibus explicare
ſtiis.* Eadem fuit ſententia Chri-
orum. D. Auguſt. lib. IV de ci-
dei cap. 3: *Proinde bonus etiamſi
at liber eſt, malus autem etiamſi
et, ſervus eſt. Nec unius hominis,
uod eſt gravius tot dominorum, quot
rum.* De quibus cum ageret ſcriptu-
vina: *a quo enim quis, inquit, de-
s eſt, huic & ſervus addictus eſt.*
lejus. Egregius etiam extat liber
Philonis, cujus index, omnem probum eſſe liberum. quem vide.

Laudetur vero hic Imperator] In M. Antonium hoc dictum videri poteſt. Antonius gubernacula reip. Romanæ ſibi ſumſit, tantum abfuit ab imperio, ut non modo non imperator, ſed ne liber quidem, imo ſervus inſuper turpiſſimus fuerit. Niſi hæc de Sylla, vel Tarquinio magis intelligere velis. Nam de utroque veſtigia apud Ciceronem III de finibus, ſub finem, quem vide. *Betulejus.*

Libero] Antiquo jure Romanorum ſervis militare non licebat. Itaque ſecundo bello Punico inopia liberorum hominum, octo millia juvenum validorum ex ſervitiis prius emerunt, & libertate donarunt. Liv. 22. Auctore Martiano Iuriſconſulto lib. D. 49 de re militari, ab omni militia ſervi prohibentur, alioqui capite puniantur. Imperator igitur niſi liberis non imperat, ſed ne ipſe quidem imperator eſſe poteſt, niſi liber ſit. *Sylvius.*

Qui non poteſt cupiditatibus ſuis imperare] Lactantius libro divinarum inſtitutionum primo, Herculem fuiſſe fortem negat, quod cupiditatibus ſuis imperare non potuerit. *Non*, inquit, *fortior judicandus eſt, qui leonem, quam qui violentam, & in ſeipſo incluſam feram ſuperat iracundiam: aut qui rapaciſſimas volucres dejicit, quam qui cupiditates avidiſſimas coërcet, aut qui Amazonem bellatricem, quam qui libidinem vincit, pudoris ac famæ debellatricem: aut qui fimum de ſtabulo, quam qui vitia de corde ſuo egerit. Quæ magis ſunt pernicioſa, quia domeſtica & propria mala ſunt, quam illa quæ poterant vitari & caveri.* Vide Cicer.
lib.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

aliis imperare, cum ipſe improbiſſimis dominis, dedecori ac turpitudini parere deſierit. dum quidem his obediet, non modo imperator, ſed liber habendus omnino non erit. praeclare enim eſt hoc uſurpatum a doctiſſimis, quorum auctoritate non uterer, ſi mihi apud aliquos agreſtes haec habenda eſſet oratio. cum vero apud prudentiſſimos loquar, quibus haec inaudita non ſunt, cur ego ſimulem, me, ſi quid in his ſtudiis operae poſuerim, perdidiſſe? Dictum eſt igitur ab eruditiſſimis viris, niſi ſapientem, liberum eſſe neminem. Quid eſt enim libertas? poteſtas vivendi ut velis. Quis igitur vivit, ut vult, niſi

lib. III de Finib. ſub finem. *Sylvius.*

Improbiſſimis dominis, parere] Nam vitia dominorum inſtar imperant iis, qui eis ſunt dediti. Perſius Sat. V:

Liber ego. Vnde tantum hoc ſumis tot ſubdite rebus?
An dominum ignoras, niſi quem vindicta relaxat?
Te nihil impellit, nec quicquam extrinſecus intrat,
Quod nervos agitet: ſed ſi intus & in jecore aegro
Naſcuntur domini, quae tu impunitior exis
Atque hic, quem ad ſtrigiles ſcutica & metus egit heriles.

Vide totam Satyram, in qua hoc argumentum perſequitur, & in eam Iſaac. Caſaubonum.

Sed liber omnino habendus non eſt] Egregie Claudianus IV Conſol. Honorii:

Tu licet extremos late dominere per Indos
Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorent:
Si metuis, ſi prava cupis, ſi duceris ira,
Servitii patiere jugum, tollerabis iniquas
Interius leges.

Extremam ſervitutem vocat Boethius V de Conſolat. Philoſ. cap. 2: *Extrema eſt ſervitus cum animae humanae, vitiis deditae, rationis propriae poſſeſſione ceciderunt.* vid. C. Barthium, virum nobiliſſimum, olim adoleſcentiae noſtrae fautorem in notis ad d. l. Claudiani.

Quid eſt enim libertas niſi poteſtas vivendi ut velis] Ita legitur in antiquo, & recte; cum in aliis deſit adverbium, *niſi*. F. Vrſinus. *Eſt poteſta[s] vivendi ut velis*] Epictetus IV diſſert. I: ἐλεύθερός ἐστιν ὁ ζῶν ὡς βούλεται, ὃν οὔτ' ἀναγκάσαι ἐστὶν, οὔτε κωλύειν, οὔτε βιάσασθαι. *Liber eſt, qui vivit ut vult, quem neque cogere eſt neque prohibere, neque vim adferre.* Lipſius. Eadem ſententia perſcripta eſt I de offic. *Vixerunt nonnulli in agris delectati re ſua familiari. His idem propoſitum fuit quod & Regibus, ut ne qua r[e] egerent, ne cui parerent, libertate uterentur, cujus proprium eſt, vivere ut velis.* Sylvius.

Vt velis] Non ut libido ſuadet, ſe[d] ratio dictitat. Nam hac ſignification[e] Stoici hoc verbo utuntur. Auctoren[m] habeo ipſum Ciceronem, qui i[n] IV Tuſcul. c. 6. ſic ſcribit: *Quamobre[m] ſi ſimul objecta ſpecies cujuſpiam eſt quod bonum videatur, ad id adipiſcen[dum] impellit ipſa natura: id enim con[ſtanter] ſtanter prudenterque fit, ejuſmodi app[etitionem] titionem Stoici* βούλησιν, *appellant*, n[os] a[...]

iſi qui recta ſequitur, qui gaudet officio, cui vi-endi via conſiderata atque proviſa eſt? qui legibus quidem non propter metum paret, ſed eas ſequitur tque colit, quia id ſalutare maxime eſſe judicat: ui nihil dicit, nihil facit, nihil cogitat denique, niſi benter ac libere: cujus omnia conſilia, reſque omnes,

pellamus voluntatem. Eam illi putant ſolo eſſe ſapiente, quam ſic definiunt: luntas eſt, quæ quid cum ratione deſi-rat. quæ autem adverſus rationem in-ata eſt vehementius, ea libido eſt, vel iditas effrenata quæ in omnibus ſtultis venitur. Vnde noſter Cicero libidi-s refrænandas ſæpe monet. *Betulejus.* de pulchre differentem de hac defi-ione libertatis Dionem Chryſoſto-am diſſertatione XIV, quæ eſt de vitute & libertate.

Qui recta ſequitur] Is enim rex eſt. rat. II od. 2.

Latius regnes avidum domando
Spiritum, quam ſi Libyam remotis
Gadibus jungas, & uterque Pœnus
ſerviat uni.

Cui vivendi via conſiderata atque pro- a eſt] Hoc eſt qui diu cogitarunt & n conſtituerunt, quod vitæ genus antur, ad quem finem, tanquam ſcopum, omnes vitæ ſuæ actiones gant. Nam, ut egregie Seneca in-t, ep. 71: *Ideo peccamus, quia de ibus vitæ omnes deliberamus, de tota o.* Etenim *vita ſine ſcopo vaga eſt*, dem ait ep. 95. quod clarius expli-ep. 71. *Scire debet, quid petat ille, ſagittam vult mittere, & tunc diri-, & moderari manu telum: errant ilia noſtra, quia non habent quo diri-tur.* Hinc philoſophi præcipiunt per in omnibus finem ſpectan-n. Ariſtot. Eudem. l. 2: Δεῖ ἅ-ντα τὸν δυνάμενον ζῆν κατὰ τὴν αὑ-προαίρεσιν θέσθαι τινὰ σκοπὸν τοῦ ῶς ζῆν, πρὸς ὃν ἀποβλέπων, ποιή-ται πάσας τὰς πράξεις· ὡς τό γε συντετάχθαι τὸν βίον πρός τι τέ-, ἀφροσύνης πολλῆς σημεῖόν ἐστι. *rtet quemvis, qui vult vivere ſecun-ſuum propoſitum, habere ſcopum recte vivendi, ad quem reſpiciens omnes actiones dirigat. Cum vero quis nullum vitæ finem habet, magnum magnæ argu-mentum eſt ſtultitiæ.*

Qui legibus quidem non propter metum paret] Libri veteres habent, *qui ne le-gibus quidem propter metum &c.* Lamb. Auctore Cicerone pro A. Cluentio, *legum idcirco omnes ſervi ſumus ut liberi eſſe poſſimus.* Sylvius. Hinc Demonax Cynicus apud Lucian. οἱ ἀγαθοὶ νόμων οὐ δέονται. *boni non egent legibus.* quia, ut Salamon dicit, *ſapiens ſibi ipſe lex eſt.* Et Ariſtippus cum interrogaretur, qua re præſtaret Philoſophus aliis ho-minibus, ἐὰν πάντες οἱ νόμοι ἀναιρε-θῶσιν, ὁμοίως βιώσομεν. *eodem quo nunc modo vivunt victuros philoſophos, etiamſi leges omnes tollerentur*, teſte Diogene Laertio. Tritiſſimum eſt il-lius poetæ:

Oderunt peccare boni virtutis amore:
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Nihil cogitat denique niſi libenter & libere] Nam bonus vir æque ratio-nem habet cogitationum, ac dicto-rum, & factorum. de quo egregie M. Antoninus præcepit III τῶν εἰς ἑαυτὸν. ἐθιστέον ἑαυτὸν, μόνα φαντάζεσθαι, περὶ ὧν εἴ τις ἄφνω διανέροιτο, τί νῦν δια-νοῇ; μετὰ παρρησίας παραχρῆμα ἂν ἀ-ποκρίναιο ὅτι τὸ, καὶ τό. ὡς ἐξ αὐτῶν εὐθὺς δῆλα εἶναι, ὅτι πάντα ἁπλᾶ, καὶ εὐμενῆ, καὶ ζώου κοινωνικοῦ, καὶ ἀμελοῦντος ἡδονικῶν, ἢ καθάπαξ ἀπολαυστικῶν φαντασμάτων, ἢ φιλονεικίας τινός. *Aſſuefacere te debes, ut ea duntaxat co-gites, de quibus ſi quis ſubito te requiſi-verit, quid nunc in animo verſas? libere ſtatim reſpondere queas, iſtud, vel illud. Vnde palam fiat ex templo, eſſe omnia apud te ſimplicia, benevolaque animalis ſicut ſocialis, & cogitatione nullas ad-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

omnes, quas gerit, ab ipſo proficiſcuntur, eodemque feruntur: nec eſt ulla res, quae plus apud eum polleat, quam ipſius voluntas atque judicium: cui quidem etiam (quae vim habere maximam dicitur) Fortuna ipſa cedit: ſicut ſapiens poeta dixit; ſuis ea cuique fingitur moribus. Soli igitur hoc contingit ſa-

mittentis, quæcunque voluptatem aut luxum ullo modo reſpiciant, aut æmulationem etiam aut invidentiam, & ſuſpicionem, aut aliud quidlibet, de quo proloqui pudeat, hoc te vel illud in animo habuiſſe. addit: ὁ γὰρ τοι ἀνὴρ ὁ τοιοῦτος, οὐκ ἔτι ὑπερτιθέμενος τὸ ὡς ἐν ἀρίστοις ἤδη εἶναι, ἱερεύς τις ἐστι καὶ ὑπουργὸς θεῶν, χρώμενος τῷ ἔνδον ἱδρυμένῳ αὐτοῦ, ὃ παρέχεται τὸν ἄνθρωπον ἄχραντον ἡδονῶν. *Vir ita compoſitus quo minus in optimorum numero cenſeatur, jam nihil eſt, cum deorum ſacerdos ac miniſter quidam exiſtat, eoque quod intra ſe gerit, numine rite utatur. quod hominem utique præſtat intaminatum voluptatibus.* vide ibi plura, & quæ ſupra notavimus ad III. de off.

Ab ipſo proficiſcuntur] Hoc eſt ab ipſius animo, non cupiditatibus. *Sylvius.*

Quæ plus apud eum polleat] Quidam libri, *eum apud.* & ſic etiam Varro utitur. *Sic quos inter, memoriam præter*, ſupra notavi: *omnibus ex*, Livius: *Tiberim contra, eo coram*, Tacitus dixit. *C. Lang.*

Quæ vim habere maximam dicitur] Fortuna eſt domina rerum & externarum, & ad corpus pertinentium ut ait Cicero in libr. Tuſculanarum quæſtionum quinto. qui in libro de Offic. 2. magnam vim eſſe in fortuna dicit, in utramque partem, vel ſecundas ad res, vel adverſas. Nam & quum proſpero flatu ejus utimur, ad optatos exitus provehimur, & quum reflavit, affligimur. De vi fortunæ, quia alii multi ſcriptores tradiderunt, illud ſolum adſcribamus, quod eſt apud Plin. cap. 7. lib. 2. *Toto, inquit, mundo, & locis omnibus omnibuſque horis omnium vocibus fortuna ſola invocatur, & una nominatur, una accuſatur, una agitur rea, una cogitatur, ſola laudatur, ſola arguitur, & cum convitiis colitur. Volubilis a pleriſque, & cæca etiam exiſtimata, vaga, inconſtans, incerta, varia, indignorumque fautrix, huic omnia expenſa, huic omnia feruntur accepta, & in tota ratione mortalium ſola utramque paginam facit.* Sylv.

Fortuna ipſa cedit] Nihil enim bonum, niſi virtutem ſapiens exiſtimat, virtus autem nullum habet cum fortuna commercium, quin potius virtuti fortuna cedit, igitur & ſapienti. Id adeo verum eſt, ut Metrodorus Epicureus (quoniam ſine virtute beate vivi poſſe Epicurus negabat) illa dicat apud Ciceronem libr. Tuſculan. quæſt. 5. *Occupavi te fortuna, atque cepi, omneſque aditus tuos intercluſi, ut ad me aſpirare non poſſes.* Idem.

Sapiens poeta] Hunc arbitror eſſe Appium, de quo Saluſt. in oratione ad C. Cæſarem de Rep. ordinanda, *Res*, inquit, *docuit id verum eſſe, quod in carminibus Appius ait, Fabrum eſſe quemque fortunæ.* Idem.

Suis ea cuique fingitur moribus] M. Antoninus lib. III τῶν εἰς ἑαυτὸν, Εὔμοιρος ἀγαθὴν μοῖραν σεαυτῷ ἀπονείμας. *Fortunatus eſt, qui ſibi bonam fingit fortunam.* Iuvenalis recte dicit, fortunam nullum eſſe Numen, ſed prudentiam: ſtultitia hominum inter deas referri fortunam. Sat. x:

Nullum numen abeſt, ſi ſit prudentia. Nos te
Nos facimus, Fortuna, Deum, cœloque locamus.

Idem.

Soli igitur hoc contingit ſapienti, ut nihil faciat invitus] Ideo monet Seneca

ſapienti, ut nihil faciat invitus, nihil dolens, nihil coactus. quod etſi ita eſſe, pluribus verbis diſſerendum eſt, illud tamen & breve & confitendum eſt, niſi qui ita ſit affectus, eſſe liberum neminem. Servi igitur omnes improbi. nec hoc tam re eſt, quam dictu inopinatum atque mirabile. non enim ita dicunt, eos eſſe ſervos, ut mancipia, quae ſunt dominorum facta nexu, aut aliquo jure civili: ſed, ſi ſervitus ſit, ſicut eſt, obedientia fracti animi, & abjecti, & arbitrio carentis ſuo, quis neget, omnes leves, omnes cupidos, omnes denique improbos, eſſe ſervos? An

a philoſophiæ ſerviendum, ut fias iber in epiſtola 8: *Philoſophiæ ſervias portet, ut tibi contingat vera libertas. non differtur in diem, qui ſe illi ſubjecit & tradidit. ſtatim circumagitur. hoc enim ipſum philoſophiæ ſervire libertas eſt.* deo vocat artem vitæ Epictetus lib. 3: Τί ἐστι τὸ ποιοῦν ἀκώλυτον τὸν ἄνθρωπον ὶ αὐτεξούσιον; πλοῦτος γὰρ οὐ ποιεῖ, ὐδ' ὑπατεία, οὐδ' ἐπαρχία, οὐδὲ βασιλεία· ἀλλὰ δεῖ τι ἄλλο εὑρεθῆναι. ί οὖν ἐστι τὸ ἐν τῷ γράφειν ἀκώλυτον οιοῦν καὶ ἀπαραπόδιστον; ἡ ἐπιστήμη οῦ γράφειν. τί δ' ἐν τῷ κιθαρίζειν; ἡ πιστήμη τοῦ κιθαρίζειν. οὐκοῦν καὶ ἐν τῷ ιοῦν, ἡ ἐπιστήμη τοῦ βιοῦν. *Quid illud ſt quod facit hominem liberum & ſui juis? Divitiæ enim non faciunt, neque onſulatus, neque provincia, neque renum. ſed oportet aliud quid inveniri. uid igitur illud eſt, quod ſcribentem eddit expeditum, & nulli moræ vel impedimento obnoxium? ars utique vel peria ſcribendi. quid citharœdum? ars uendi cithara. & vitam igitur quod facit iberam, eſt ars vitæ.* Dio autem Chryoſtomus oratione XIV, dicit τὴν ἐλευερίαν ἐπιστήμην εἶναι τῶν ἐφειμένων καὶ τῶν εκωλυμένων· τὴν δὲ δουλείαν ἄγνοιαν ὧν τε ἔξεστι καὶ ὧν μή. *Libertatem eſſe cientiam rerum licitarum, & vetitarum, t ſervitutem ignorantiam eorum, quæ icent, & quæ non licent.* Itaque dicit in præcedentibus: φρόνιμοι ὅσα βούλονται πράττειν, ἔξεστιν αὐτοῖς· οἱ δὲ ἄφρονες, ἃ βούλονται, οὐκ ἐξὸν ἐπιχειροῦσι πράττειν. ὥστε ἀνάγκη τοὺς μὲν φρονίμους ἐλευθέρους τε εἶναι, καὶ ἐξεῖναι αὐτοῖς ποιεῖν ὡς ἐθέλουσι· τοὺς δὲ ἀνοήτους, δούλους τε εἶναι, καὶ ἃ μὴ ἔξεστιν αὐτοῖς ταῦτα ποιεῖν. *Prudentibus quæcunque volunt facere licet: contra imprudentibus, quæ volunt non licet facere. Itaque neceſſe eſt, prudentes & eſſe liberos, & licere illis facere ut volunt: fatuos autem & ſervos eſſe, & quæ non licent illis, ea facere.*

Illud tamen brevi confitendum eſt] Ita eſt emendatum in codice Memmiano ex libris veteribus, & ita edidit Langius. alii noſtri codices habent, *illud tamen breve, & confitendum eſt.* quod probo. *Lambin. Illud tamen & breve, & confitendum eſt*] Sic Maur. & pal. tert. & duæ ed. vet. imo ipſamet Victoriana. Vulgata, *illud tamen brevi conficiendum eſt.* Gruterus. Firmat lectionem a Grutero probatam codex Pithæi.

Quæ ſunt dominorum facta nexu] Optimi libri, *nexo.* vide Budæum in Pandectas. *C. Lang. Quæ ſunt dominorum facta nexu*] Omnes libri veteres ad unum, quos quidem viderim, habent, *nexo:* quod probo, atque ita cenſeo legendum. *Lambin. Nexu* hoc eſt, quæ mancipio vendita ſunt, id eſt, quæ ſic vendita ſunt, ut evictionis periculum in ſe reciperet & præſtaret venditor. Nexus eſt obligatio.

2 An ille mihi liber, cui mulier imperat? cui leges imponit, praeſcribit, jubet, vetat quod videtur? qui nihil imperanti negare poteſt, nihil recuſare audet? poſcit? dandum eſt: vocat? veniendum: ejicit? abeundum: minatur? extimeſcendum. Ego vero iſtum non modo ſervum, ſed nequiſſimum ſervum, etiam ſi in ampliſſima familia natus ſit, appellandum puto. Atque ut in magna familia ſunt alii lautiores, ut ſibi videntur, ſervi, ſed tamen ſervi, atrienſes ac topiarii: pari ſtultitia ſunt, quos ſigna, quos tabulae, quos

tio. vide notas ad VII ad fam. ep. 30.

An ille mihi liber, cui mulier imperat] Tam turpiter enim Antonius Cleopatræ ſervivit, quam Hercules Omphalæ. Et quanquam Cicero Antonii cæcum in Cleopatram amorem videre non potuit, præbuit tamen ante ſpecimen in Fulvia conjuge, quæ Clodio prius nupta fuerat, quæ, ut erat imperioſa, ita eum finxit, ut Cleopatræ jugum facilius ferre poſſit. *Betulejus.*

Atque ut in magna ſtultorum familia] Locus vexatiſſimus ſi quiſquam in Cicerone. nos repræſentavimus editionem Victorii, proxime accedentem ad exemplaria calamo exarata; cui & acquieſcebat Guilielmius. Aldus Nepos pedibus ibat in conjecturam Gifanii, quam expreſſit in Notis ſuis Suffridus; quæ videantur. Ego poſt tot ariolos capillum non dimitto. *Gruter.*

Sed tamen ſervi, atrienſes] Mirum quam hic varient exemplaria. quædam, *atrienſes acto pari ſtultitiæ ſuæ, quos ſigna* &c. alias, *atrienſes actu pari ſtultitiæ, quos ſigna* &c. alia, *atrienſes actu pari ſtultitiæ ſunt, quæ ſunt ſigna* &c. Putavi aliquando ita ſcribi poſſe, *atrienſes ac topiarii ſtultitiæ ſuæ, quos ſigna* &c. Nam cum in atriis ponerentur longa ſerie imagines gentiliciæ, ſtatuæ, picturæ, & alia ejuſmodi, ut Philippica 2. teſtatur & Iuvenal. ea cura ad atrienſem ſpectabat; cujus in familia primus locus erat, ut ex Plauto patet: ſicut hortorum poliendorum & varie exornandorum ad *topiarios.* Fortaſſis autem ſic rectius, *aque ut in magna familia, ſunt aliis alii lautiores, ut ſibi videntur ſervi: ſed tamen ſervi. Atrienſes ac tu pari ſtultitia ſunt, quos ſigna* &c. Sed, ut ſemel, dicam; non me extrico. *C. Langius.*

Sed tamen ſervi, ut atrienſes] Locus eſt admodum corruptus, etiam in exemplaribus antiquis, quorum alia habent, *atrienſes actu pari ſtultitiæ ſuæ:* alia, *auctui pari ſtult.* &c. alia, *atrienſes acto pari* &c. quibus ſcripturis tam diſſimilibus inter ſe, quidam ita mederi conati ſunt, ut exiſtimarent partim legendum, *atrienſes ac topiarii:* partim, *atrienſes actuarii* &c. ſed fruſtra. Omnino quædam deeſſe videntur. putabam hanc eſſe ſententiam Ciceronis, eamque his verbis exprimi poſſe, *atque ut in magna familia ſunt alii honeſtiores ac lautiores, ut ſibi videntur, ſervi: ſed tamen ſervi, ut atrienſes: ſic ſtulti omnes, ut tu, pares inter ſe ſtultitia ſunt: ſed tamen inſignior eorum ſtultitia eſt, quos ſigna,* &c. Quid ſi hoc modo legamus? *Atque ut in magna familia ſunt alii lautiores, ut ſibi videntur, ſervi: ſed tamen ſervi, ut medici, anagnoſtæ, atrienſes: alii inferiore loco, ut mediaſtini: ita copioſiores illi quidem & abundantiores, ſed pari ſtultitia ſunt, quos* &c. *Lambin.*

Lo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

quos caelatum argentum, quos Corinthia opera, quos aedificia magnifica nimio opere delectant. At ſumus, inquiunt, civitates principes. Vos vero ne conſervorum quidem veſtrorum principes eſtis. Sed ut in familia, qui tractant iſta, qui tergunt, qui ungunt, qui verrunt, qui ſpargunt, non honeſtiſſimum locum ſervitutis tenent: ſic in civitate, qui ſe iſtarum rerum cupiditatibus dediderunt, ipſius

Locus hic vexatiſſimus ſic legendus: *Atque ut in magna familia ſunt alii lautiores, ut ſibi videntur, ſervi, ſed tamen ſervi: paris ſtultitiæ ſunt, quos ſigna, quos tabulæ*, &c. ita vetus liber, niſi quod pro *pari* fecerim *paris*, adſumto *ſ* quod ſine dubio perierat, ut ſæpe alias, quod ſtatim eadem exceperat id verbum littera. Deinde illa, quæ in vulg. & v. l. varie exſtant, *atrienſes actu, ac tu, acto* abjeci, ut e gloſſa profecta, qui haut ſcio an fuerint honeſtiores, cum Vlpianus eos in mediaſtinis numeret. Et ut fuerint ex honeſtiorum numero, (ex quo certe erant columellæ, cancellarii, ſeu tabelliones, actores, diſpenſatores &c.) hinc tamen ut canes e balneo pellendi ſunt, id eſt, item ſeu itidem ſeu conſimiliter ſtulti ſunt, quos tabulæ pictæ &c. nimium delectant. Nam quia ſupellectilem habent lautiorem, quidam ſe efferunt in r. p. viri, uti ſervi in familia opera fungentes honeſtiore ſuperbiunt. *Obertus Giffanius.* Cum in Victoriana & Gruteriana legatur ſine ſententia *atrienſes ac topiarii ſtultitiæ ſuæ, quos ſigna.* nec melius in optima Langii: *ſervi. Atrienſes ac tu pari ſtultitia ſunt*, utraque tamen veſtigia veræ lectionis retineat, reſcripſi ex utraque *ſervi, atrienſes ac topiarii, pari ſtultitia ſunt, quos ſigna, quos tabulæ* &c. Hæ duæ voces *topiarii* & *pari* propter eaſdem litteras, τ͂ *parii* & *pari* cauſſa fuerunt tantæ depravationis. In aliis codicibus perierat *topiarii*, ut ex Langiana conſtat, in aliis *pari*, ut in Victoriana. Ex utraque veram ſcripturam, ut exiſtimo, hic reſtituimus & repoſuimus, deleto quoque cum Langio τῷ *ſtultorum*, quæ ineptiſſime inculcata fuit a librariis & editoribus in initio periodi. Quod obducit Giffanius *atrienſes* non fuiſſe ſervos honeſtiores aliis, quia mediaſtinis accenſeantur, id vero eſt futile, & dudum exploſum a Laur. Pignorio in Commentario de ſervis. *Grævius.*

Qui tergunt, qui ungunt] Nimirum ſigna, ut magis niteant, & ne rubigo aut ærugo incommodum afferat. *Sylv.* Quod in primis faciebant ſolemnibus & feſtis diebus. quamvis poſſis etiam intelligere de ſervis, quorum opera utebantur in balneis. *Alipta* ſane ſive *unctores* ſunt notiſſimi. Nec dubito fuiſſe ſervos quoque, qui tergerent dominos, ſicut erunt, qui tonderent. Zeno de invitatione ad fontem ſerm. II. *Iam balneatos præcinctus expectat, quod unctui, quod terſui opus eſt præbiturus.* Hinc lintea apud Iuvenalem Sat. 3 quibus ſcilicet tergebantur a ſervis.

patellas
Iam lavet, & bucca foculum excitat, & ſonat unctis
Strigilibus plena componit lintea gutto.

Hoc eſt, ſed componite lintea, partim quibus tergatur dominus, Plauto eſt in Curc. IV, 4, *linteum exterſui*, quo corpus extergebant. partim quibus poſt balneum involvatur. *Græv.*

Qui ſpargunt] Vt ille apud Phædrum lib. II:

ipſius ſervitutis locum paene infimum obtinent. Magna, inquis, bella geſſi: magnis imperiis, & provinciis praefui. Gere igitur animum laude dignum. Echionis tabula te ſtupidum detinet, aut ſignum aliquod Polycleti. Omitto, unde ſuſtuleris, & quomodo habeas. intuentem te, admirantem, clamores tollentem cum video, ſervum te eſſe ineptiarum omnium judico. Nonne igitur ſunt iſta feſtiva? Sunt. nam nos quoque oculos eruditos habemus. ſed obſecro te, ita venuſta habeantur iſta, non ut vincula virorum ſint, ſed ut oblectamenta puerorum. Quid enim cenſes? ſi L. Mummius aliquem iſtorum videret matellionem Corinthium cupidiſſime tractantem, cum ipſe totam Corinthum contemſiſſet: utrum illum civem excellentem, an atrienſem diligentem putaret? Reviviſcat M' Curius, aut eorum aliquis, quorum in villa, ac domo nihil ſplendidum, nihil ornatum fuit, praeter ipſos; & videat aliquem ſummis populi beneficiis uſum barbatulos mullos exceptantem de piſcina,

Perambulante læta domino viridaria
Alveolo cœpit ligneo conſpargere
Humum æſtuantem.

Qui verrebant, dicebantur *ſcoparii.* Grævius.

Ipſius civitatis locum pene infimum gerunt] Multi MSS, teſte Suffrido, & Manutio, *ipſius ſervitutis.* quod & pro varia lectione in Pithæano conſpiciebatur. Nihil vero certius eſt hac ſcriptura. Non enim cum civibus comparat viros nobiles his cupiditatibus deditos, ſed cum ſervis. Nam civilium ultimos, ſed ſervorum ultimos illos eſſe dicit. Inde dixit in præcedentibus: *Sumus, inquiunt, principes civitatis. vos vero ne conſervorum veſtrorum principes.* Et in ſequentibus probat. Mummius ſi talem vidiſſet, *utrum illum civem excellentem, an atrienſem diligentem putaret?* atrienſes non erant cives. & paullo poſt *M' Curius* &c. *videat aliquem ſummis populi beneficiis uſum,* &c. *nonne hunc hominem ita ſervum judicet* (non civem) *ut ne in familia quidem dignum majore aliquo negotio putet?* Nihil certius. Veram itaque ſcripturam Tullio reddidi. *Grævius.*

Echionis tabula] Sic legendum, non, ut vulgo, *Actæonis tab.* neque ut olim edidi, *Aëtionis tab.* Pictorem Echionem commemorat Cicero in Bruto: commemorat & Plinius lib. XXXV. cap. 10. *Lambin.*

Matellionem Corinthium] *Matellio*, ut ait Sextus Pompejus, vas urinæ eſt. *Sylvius.*

Totum Corinthum contemſiſſet] Fuit enim abſtinentiſſimus, & lautitiarum contemtor vid. Flor. II, 16. Plin. XXXIV, 7. & XXXV, 4. & XXXVII, 1.

Barbatulos mullos exceptantem de piſcina] Quidam Lucullum & Hortenſium,

na, & pertractantem, & muraenarum copia glorian-
tem: nonne hunc hominem ita ſervum judicet, ut
ne in familia quidem dignum majore aliquo negotio
putet? An eorum ſervitus dubia eſt, qui cupiditate
peculii nullam conditionem recuſant duriſſimae ſer-
vitutis? hereditatis ſpes quid iniquitatis in ſerviendo
non ſuſcipit? quem nutum locupletis orbi ſenis non
obſervat? loquitur ad voluntatem: quidquid denun-
ciatum ſit, facit: aſſectatur, aſſidet, muneratur.
quid horum eſt liberi? quid non denique ſervi iner-
tis? Quid? jam illa cupiditas (quae videtur eſſe libe- 3
ralior) honoris, imperii, provinciarum, quam dura
eſt domina! quam imperioſa! quam vehemens! Ce-
thego homini non probatiſſimo ſervire coegit eos,
qui ſibi eſſe ampliſſimi videbantur; munera mitte-
re, noctu venire domum ad eum, precari, denique
ſupplicare. quae ſervitus eſt, ſi haec libertas exiſti-
mari poteſt? Quid? cum cupiditatum dominatus ex-
ceſſit, & alius eſt dominus exortus ex conſcientia
peccatorum, timor? quam eſt illa miſera, quam
dura

ſium, & alios putant intelligendos, quos *piſcinarios* Cic. I ad Atticum vocat. vid. Plin. IX, 54 & ſeq. Macrob. III Sat. 15. Cic. II ad Att. I. *Betulejus.*

Exceptantem de piſcina] Non carpo; ſed tamen communicanda videtur cum publico ſcriptura pal. ſec. quæ, *excitantem*; ut innuat mullos iſtos ad domini vocem ultro acceſſiſſe ad ejus manum. *Gruter.*

Cupiditate peculii] Hoc eſt patrimonii, facultatum augendarum. Vocat autem peculium, quia eſt pecunia quam mancipium domino, aut filius familias, patre indulgente, poſſidet. Hos vero heredipetas Cicero peſſimorum ſervorum in numero habet.

Hereditatis ſpes, quid iniquitatis in ſerviendo non ſuſcipit] Hos heredipetas exagitant lepide Iuvenalis, Martialis & Lucianus.

Loquitur ad voluntatem] Quidam libri habent, *ad voluptatem.* Lambinus.

Aſſidet, muneratur] Libri veteres alii habent, *munera*, alii *numerat*, alii ut edendum curavimus, *munerat*: quo modo & Langius edidit. In codice Memmiano omnes hæ diſſimilitudines adſcriptæ ſunt, & præterea docti cujuſdam conjectura, *munera dat.* Lambin. Gruter. ex Victoriana. *muneratur*, quia MSS. quidam teſte Aldo, *numeratur*, alii, ut & Pithæanus *numerat*, unde Langius edidit *munerat.* vulgatæ, *aſſidet, miratur.*

Cethego non homini probatiſſimo ſervire coëgit eos] *Coëgit*, ſcilicet cupiditas honorum. Nam dictio, *res*, male hic inſerta erat. Notat Lucullum: vide Plu-

dura ſervitus! adoleſcentibus paullo loquacioribus eſt ſerviendum: omnes, qui aliquid ſcire videntur, tamquam domini timentur. Iudex vero quantum habet dominatum? quo timore nocentes afficit? an non eſt omnis metus ſervitus? Quid valet igitur illa eloquentiſſimi viri, L. Craſſi, copioſa magis, quam ſapiens oratio? eripite nos ex ſervitute. quae eſt iſta ſervitus tam claro homini, tamque nobili? Omnis animi debilitati, & humilis, & fracti timiditas, ſervitus eſt. Nolite ſinere nos cuiquam ſervire. In libertatem vindicari vult: minime. Quid enim adjungit? niſi vobis univerſis. Dominum mutare, non liber eſſe vult. quibus & poſſumus & debemus. Nos vero, ſiquidem animo excelſo, & alto, & virtutibus exaggerato ſumus, nec debemus, nec poſſumus. Tu poſſe te dicito, quoniam quidem potes: debere ne dixeris: quoniam nihil quiſquam debet niſi quod eſt turpe non

Plutarch. in vita ipſius. *Car. Langius.* Lucullus, cum Ciliciam provinciam affectaret, non ſolum Cethego, ſed ejus amicæ Preciæ ſerviebat. vide Plut. in Lucullo. *Sylv.*

Adoleſcentibus paullo loquacioribus eſt ſerviendum] Quia adoleſcentes ex magnorum virorum accuſatione probitatis & eloquentiæ laudem capeſſere ſolebant, ut Cic. 2. de off. Laurent. Valla.

Omnes qui aliquid ſcire videntur, tanquam domini timentur] Iuven. Sat. 3:

Quis nunc diligitur, niſi conſcius? & cui fervens
Æſtuat occultis animus, ſemperque tacendis?
Nil tibi ſe debere, nil conferet unquam
Participem qui te ſecreti fecit honeſti.
Clarus erit Verri, qui Verrem tempore quo vult
Accuſare poteſt.

Sylvius.

Iudex vero] Legendum putant docti quidam, *index vero*: quibus propemodum aſſentior. *Lambin.*

Omnis metus ſervitus] Xenophon. οὐδὲν οὕτω πέφυκε δουλοῦσθαι τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων, ὥσπερ ὁ σφοδρὸς φόβος. Nihil *animos humanos tantopere cogit ſervire, quam magnus metus.* H. Wolfius.

L. Craſſi copioſa oratio] Vide Ald. Manut.

Omnis animi debilitati, &c.] Libri veteres habent partim, *omnis animi debilitata, & humilis, & fracta timiditas*: & ita emendatum eſt in codice Memmiano: itaque edidit Langius. partim, *omnis animi debilitas, & humilis, &c. Lambin.*

Dominum mutare] In emendatiſſimo libro Centronum, *mutitare*, ſcriptum fuit: quod tanquam non temere ſcriptum, retinui. quod frequentativi verbi ſignificatio, inconſtantiam auget. *Mutitare*, receptum verbum fuit in cenis ſodalitiariis, quod ſubinde alius eas aliuſque exhiberet. meminit A. Gellius. De hoc loco vide procemium lib. III de oratore. *C. Lang.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

non reddere. Sed haec hactenus. Ille videat, quomodo imperator eſſe poſſit: cum eum ne liberum quidem eſſe ratio, & veritas ipſa convincat.

PARADOXON VI.

Ὅτι μόνος ὁ σοφὸς πλούσιος.

Solum ſapientem eſſe divitem.

Quae eſt iſta in commemoranda pecunia tua tam 1
inſolens oſtentatio? ſoluſne tu dives? Pro dii immortales. egone me audiviſſe aliquid; & didiciſſe non gaudeam? Soluſne dives? Quid ſi ne dives quidem? quid ſi pauper etiam? Quem enim intelligimus divitem? aut hoc verbum in quo homine ponimus? opinor in eo, cui tanta poſſeſſio eſt, ut ad liberaliter vivendum facile contentus ſit: qui nihil quaerat, nihil appetat, nihil optet amplius. Animus oportet tuus te judicet divitem, non hominum ſermo, neque

Ὅτι μόνος ὁ σοφὸς πλούσιος] Hoc quoque Paradoxum Socraticum eſt. Sacrates enim apud Platonem in Phædro deos orat, ut ſapientem ſolum divitem exiſtiment. Idem rogatus an quiſquam Crœſo, qui regum omnium opulentiſſimus erat, beatior eſſet, neſcire ſe quantum haberet virtutis, reſpondit. Significabat enim ne divitem quidem eum eſſe, niſi ſapiens eſſet. Auctore Valer. Max. lib. VII de ſapienter dictis & factis, Gyges regno Lydiæ armis & divitiis abundantiſſimo inflatus, Apollinem Pythium ſciſcitatum venit, an quiſquam mortalium ſe eſſet felicior, Deus ex abdito ſacrarii ſpecu voce miſſa Aglaum Pſophidium ei prætulit. Is erat Arcadum pauperrimus, ſed ætate jam ſenior terminos agelli ſui nunquam exceſſerat, parvuli ruris fructibus contentus. In hoc autem Paradoxo primum probat Cicero eum eſſe divitem, non qui multa poſſidet, ſed qui ſuis rebus contentus ſit: deinde eum vere divitem eſſe, qui virtutem habeat. *Sylvius.*

Quæ eſt iſta in commemoranda] Ad M. Craſſum Divitem orationem dirigit. vide Plut. in vita Ciceronis. Ipſe Cic. III de finibus: *Rectius ſapiens appellabitur dives, quam Craſſus, qui niſi eguiſſet, nunquam Euphratem nulla belli cauſſa tranſire voluiſſet.* Ad hunc pertinere poſſit, quod multo ante ſcripſerat Cato de liberis educandis, ut eſt apud Non. Marcellum: *perſpicuum eſt majorem curam habere nos marſupii, quam vitæ noſtræ.* Idem.

Qui nihil quærat] Valer. Max. IV, 4, cum exemplo Corneliæ Gracchorum matris oſtendiſſet, ornamenta matronarum eſſe liberos, addit: *Omnia nimirum habet, qui nihil concupiſcit: eo quidem certius, quam qui cuncta poſſidet: quia dominium rerum collabi ſolet, bonæ mentis uſurpatio nullum triſtioris fortunæ recipit incurſum.* Idem.

Animus oportet tuus ſe judicet divitem] Inepte ſic legitur in omnibus editioni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

que poſſeſſiones tuae : nihil ſibi deeſſe putet, nihil curet amplius. ſatiatus eſt, aut contentus etiam pecunia? concedo, dives es. ſin autem propter aviditatem pecuniae nullum quaeſtum turpem putas, cum iſti ordini ne honeſtus quidem poſſit eſſe ullus : ſi quotidie fraudas, decipis, poſcis, paciſceris, aufers, eripis : ſi ſocios ſpolias, aerarium expilas : ſi teſtamenta amicorum expectas, aut ne expectas quidem, atque ipſe ſupponis : haec utrum abundantis, an egen-

tionibus. Animæ divitiæ ſunt virtutes, non poſſeſſiones, & facultates, de quibus hic agitur. Optime Pithæanus, & alius, cujus excerpta penes me ſunt: *Animus oportet tuus te judicet divitem.* Si animo tuo dives es, revera dives es, etiam in fortunarum mediocritate. Paullo poſt quidem dicit, *animus hominis dives, non arca appellari ſolet.* ſed hoc eſt, is homo dives dicitur, cujus animus eum judicat divitem eſſe, contentum iis, quæ poſſidet. *Grævius.*

Tuæ : nihil ſibi deeſſe putet, nihil curet amplius. ſatiatus eſt, aut &c.] Ita MSS. pall. & quos conſuluit Guilielmius. prius editi : *tuæ. qui ſi tibi nihil deeſſe putas, nihil curas amplius, ſatiatus es, aut &c.* noſtræ ſcripturæ acceſſit editio Victorii, niſi quod ea, *putat* item *curat.* Gruter.

Cum iſti ordini ne honeſtus quidem poſſit eſſe ullus] Senatorio, ex quo tu es. Auctore T. Livio lib. XXII, *Q. Claudius tribunus plebis legem tulit, ne quis ſenator, quive ſenatoris pater fuiſſet, maritimam navem, qua pluſquam trecentarum amphorum eſſet, haberet. Id ſatis habitum ad fructus ex agris vectandos.* His verbis ſignificat, mercaturam, omnemque alium quæſtum ſenatori turpem eſſe. *Fr. Sylvius.*

Ærarium expilas] M. Craſſum ſuo & Pompeji conſulatu tertio, rapuiſſe duo millia pondo auri e Capitolino Iovis ſolio, a Camillo ibi condita Plinius auctor eſt cap. I. lib. XXXIII. Vt ne ærario quidem abſtinuiſſe credas, qui tali ſacrilegio ſe obſtrinxit. *Idem.*

Si teſtamenta amicorum expectas] Fortaſſis, *expectu*; id eſt, aſtu quodam extorques. ut cum dicimur *anulum expectere de digito* : eritque contemte & invidioſe dictum. Nam ſi, *exſpectas*, legimus ; quid ſibi volent iſta verba, *at ipſe ſupponis?* an ſi ſupponere volet, eo minus erit mors exſpectanda? quod vero ſcelus eſt exſpectare teſtamenta amicorum? certe vis eſt in verbo, *exſpectare.* Odioſa eſt enim illa aviditas. & fortaſſis huc facit quod Rutilius Lupus in ſchematibus, refert de verbo : *Cum Proculeius filium ſuum hortaretur, audacter de rebus ſuis ſumtum faceret, etiam ſe vivo : filiuſque reſpondiſſet, non eſſe ea adhortatione opus ; Non enim expectare ſe patris mortem : Imo vero, inquit, oro, mortem meam expectes, ne properes mori, ut velocius moriar.* C. Langius. Nollem hic hæſitaſſe virum elegantis ingenii, & peracris judicii. *Expectare teſtamentum*, dicitur hic utique invidioſe, ut *expectare mortem.* Proprium in hac re verbum eſt, quod uſurpant de iis, qui optant ut aliquis moriatur. Terent. Adelph. V, 4: *Illum ut vivat, optant, meam autem mortem expectant.* optant ut moriar. Hecyra IV, 2:

Hæc mihi nunc eſt cura maxima, ut ne cui mea
Longinquitas ætatis obſtet, mortemve expectet meam.

Proculei dictum ſic extulit Quintil. lib.

egentis ſigna ſunt? Animus hominis dives, non arca appellari ſolet. quamvis illa ſit plena, dum te inanem videbo, divitem non putabo. etenim ex eo, quantum cuique ſatis eſt, metiuntur homines divitiarum modum. Filiam quis habet? pecunia eſt opus. duas? majore. plures? majore etiam. & ſi, ut ajunt, Danai quinquaginta ſint filiae, tot dotes magnam quaerunt pecuniam. quantum enim cuique opus eſt, ad id accommodatur, ut ante dixi, divitiarum modus. qui igitur non filias plures, ſed innumerabiles cupiditates habet, quae brevi tempore maximas copias exhaurire poſſint; hunc quo modo ego appellabo divitem, cum ipſe etiam egere ſe ſentiat? multi ex te audierunt, cum diceres, neminem eſſe divitem, niſi qui exercitum alere poſſet ſuis fructibus: quod populus Romanus tantis vectigalibus jampridem vix poteſt. ergo hoc propoſito, numquam eris dives ante, quam tibi ex tuis poſſeſſionibus tantum eficiatur, ut ex eo tueri ſex legiones, & magna equitum, ac peditum auxilia poſſis. Iam fateris igitur non eſſe te divitem, cui tantum deſit, ut expleas id, quod exoptas. itaque iſtam paupertatem, vel potius egeſtatem, ac mendicitatem tuam numquam obſcure tuliſti. Nam ut iis, qui honeſte rem quaerunt mer- 2
caturis faciendis, operis dandis, publicis ſumendis, intelligimus opus eſſe quaeſito: ſic, qui videt domi

tuae

b. IX, c. 4: *Cum Proculeius quereretur filio, quod is mortem ſuam expectaret, ille dixiſſet ſe vero non expectare. Immo, inquit, rogo expectes.* Pro hoc Ovidius dixit I Metam.

Filius ante diem patrios inquirit in annos.

Hic igitur *expectare teſtamentum*, eſt optare, ut quis moriatur: ut tu hereditatem cernas, aut legatum promiſſum conſequaris. *Supponere* vero *teſtamentum*, eſt teſtamentum falſum fingere, & pro vero ſubſtituere, quod eſt falſariorum. *Gravius.*

Operis dandis] Aldus exponit, mercedis cauſſa inſerviendo aliis. Fr. Sylvius, operas ſuas locando. Sed hoc nimis φυσικῶς. Cogitabam aliquando *operas dare* eſſe, mancipem operarum eſſe, qualis Veſpaſiani imperatoris proavus Flavius Petro fuiſſe credebatur de quo Sueton. in Veſpaſ. *Iactatum a quibuſdam, Petronis patrem e regione Tranſpadana fuiſſe mancipem operarum, qua ex*

Vm-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

tuae pariter accuſatorum atque judicum conſociatos greges; qui nocentes & pecunioſos reos eodem te auctore corruptelam judicii molientes, qui tuas mercedum pactiones in patrociniis, interceſſiones pecuniarum in coitionibus candidatorum, dimiſſiones liberto-

Vmbria in Sabinos ad culturam agrorum quotannis commeare ſolerent. Operæ ſunt operarii. Horat.

Accedes opera agro nona Sabino.

Sed tamen rectius puto *operas dare* hic eſſe publicanis ſervire, aut eſſe publicanum, Cic. ep. 65 lib. XIII ad fam. *Cum T. Terentio Hiſpone, qui operas in ſcriptura pro magiſtro dat, mihi ſumma familiaritas conſuetudoque eſt.* h. e. qui vicarius eſt magiſtri illius ſocietatis orat. II in Verr. c. 10: *Canuleius vero qui in portu Syracuſis operam dabat.* hoc eſt, qui erat inter publicanos qui Syracuſis portorium exigebant. Sic & alibi Cicero. *Grav.*

Accuſatorum atque judicum conſociatos greges] Hic plane legendum cenſeo, *accuſatorum atque indicum:* multoque adeo magis quam ſupra. *Index vero quantum habet dominatum?* Lambinus. Miror Gruterum hic ſecutum eſſe Lambini conjecturam contra codicum omnium fidem. accuſatores & indices jungi nec rarum, nec flagitium eſt. quin ſemper jungebantur. Accuſatores enim indicum teſtimoniis nitebantur. Sed accuſatores & judices coire flagitioſum eſt. Iudex enim nec partes facere, nec ſequi debet. Conveniebant autem, ut corrumperentur judices ad damnandos reos, quorum bonis inhiabant. In Pithæano codice, & alio MS: *domi tuæ*, & pro *pariter* ſcribitur *partem.* hoc modo: *qui videt domi tuæ partem accuſatorum judicum conſociatos greges.* Grævius.

Nocentes & pecunioſos reos] Vtrumque valet ad judicum corruptelam. Nam qui innocens eſt, judices non vult corrumpere, qui pecunioſus non eſt, non poteſt. Vtrumque expreſſit Cic. act. 2 in Verrem: *Inveteravit,* inquit, *jam opinio pernicioſa reip. nobiſque periculoſa, quæ non modo Romæ, ſed & apud exteras nationes omnium ſermone percrebuit, his judiciis, quæ nunc ſint, pecunioſum hominem, quamvis ſit nocens, neminem poſſe damnari.* Sylvius.

Qui tuas mercedum pactiones in patrociniis] M. Craſſus orator fuit. Multorum cauſſas etiam cum Cicerone defendit, ut L. Murenæ, & L. Cornelii Balbi. Idem Craſſus improborum hominum patrocinia ſuſcipere ſolebat, ut Salluſtius in Catilina. Lege autem Cincia pœna ſtatuebatur adverſus eos, qui pretio cauſſas oraviſſent. *Idem.*

Interciſas, pecuniarum in coitionibus candidatorum] Libri manuſcripti omnes habent, *intercidas*; pro, *interceſſiones:* alii conjiciant. Nam *interceſſionum* ſignificatio hic apte quadrat. *Operas dare*, quod paullo ſupra dixit, eſt ſervorum operas locare: quod Cato in bono patrefamilias laudat. Id Craſſum feciſſe notat Plinius. *C. Lang. Interceſſiones pecuniarum*] *Interceſſus*, emendandum cenſeo, propius accedens ad ſcripturam veterem, quam Langius, qui reponit, *interceſſiones:* quod idem valet. *Lambin.* Aſſentirer Lambino, ſi *interceſſus* legi, & in hac notione reperiri conſtaret. Itaque recepi cum Langio, Lambino, Manutiis, *interceſſiones*, hoc eſt ſponſiones, interpoſita fide ſua, ſe ſoluturum pro iis, ni ipſi ſolverent, quam promittebant pecuniam, ut fecit, cum creditores C. Iul. Cæſarem, a prætura in Hiſpaniam ulteriorem iturum retinerent, quos interventu Craſſi inprimis removit teſte Plat. in ejus vita. In Gruteriano nullus ſenſus ex his verbis, ut ibi jacent, poteſt elici, nec eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

pertorum ad defaenerandas diripiendaſque provinciias: qui expulſiones vicinorum, qui latrocinia in gris, qui cum ſervis, cum libertis, cum clientibus ſocietates, qui poſſeſſiones vacuas, qui proſcriptiones locupletium, qui caedes municipiorum, qui lam Sullani temporis meſſem recordetur, qui teſtamenta ſubjecta, qui ſublatos tot homines; qui denique omnia venalia, dilectum, decretum, alienam, ſuam

t unde pendeat *pecuniarum.* Sic enim illa habetur, *qui tuas mercedum paiones in patrociniis intercisas, pecuniam in coitionibus candidatorum.* Hæc c ipſe Loxias Apollo intelligat. *Græus.*

Expulſiones vicinorum] Ex agris, quos cuparant potentiores & opulentios, aut vi & calumniarum metu, aut etio non juſto, aut uſurpatione & rto. Hinc illa latifundia Romanom nobilium, de quibus multa mul- in locis apud Plutarchum. Inde & or. III, 14, de Graccho: *depulſam ris ſuis plebem miſeratus eſt.*

Qui latrocinia in agris] Nimirum genuos homines excipiendo, & in gaſtula conjiciendo, ut inſtar maniorum opus facerent. Hinc poſtea cognovit Auguſtus ergaſtula. Suet. ig. 32. *Rapti per agros viatores ſine crimine liberi ſervique, ergaſtulis poſforum ſupprimebantur.* Sic hunc lom intelligendum exiſtimo. Non en credibile alia latrocinia exercuiſſe omanos proceres in agris. *Grævius.*

Cum clientibus ſocietates] Negotiatios cauſſa. de quibus ſocietatibus vide ſtin. 3 Inſtitut. *Sylvius.* Vnde titus apud Iuriſconſultos pro ſocio. *Beejus.*

Qui poſſeſſiones vacuas] Vnde ejecti mini ſunt, præcipue in furioſa illa inhumana Sullæ proſcriptione. *Sylus.*

Qui proſcriptiones locupletium] Cum lla victor proſcriberet eos, qui Manas partes ſecuti erant, multos ex cupletibus ſimul proſcripſit, ut eom bona publicarentur. Qu. Aurelius nullis ſe negotiis implicans forum ingreſſus proſcriptorum nomina legit, in quibus cum ſeipſum comperiſſet, Albana, inquit, villa me proſcripſit. Paullum progreſſus jugulatus eſt. *Idem.*

Cædes municipiorum] Non Romanos ſolum proſcripſit Sulla, ſed etiam in municipia, colonias, præfecturas Italiæ ſæviit, quæ adverſas partes adjuverant. Aliorum enim oppidorum arces demoliebantur, aliorum muros evertebat, aliis publicam multam imponebat, alios tributis gravioribus opprimebat, ut auctor eſt Appian. I de bellis civilibus. Aut *cædes municipiorum*, id eſt, municipum, ut ſit intellectio. *Idem.*

Illam Sullani temporis meſſem] Cum Sulla civium Romanorum bona vendens, ſuam ſe prædam vendere diceret, M. Craſſus ex iis permulta parvo emit. Cum idem Sulla magnam urbis partem incendio vaſtaſſet, areas multas, earum domini partim egeſtate compulſi, partim nihil audentes petenti negare, Craſſo vendiderunt exiguo pretio. Qua ratione magnam urbis partem emit. Servos ad quingentos emit fabrilis artis & architecturæ peritos, quibus ad domos in areis vacuis ædificandas uteretur: quorum operas locabat iis, qui a ſe areas emerant. Hac ratione grandem pecuniam ſibi comparavit. Plutarchus in vita Craſſi, ubi de his amplius. *Idem.*

Dilectum, decretum] Miror non eſſe ita editum a Langio: *dilectum*, inquam, cum ita ſcriptum ſit in exem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ſuam ſententiam, forum, domum, vocem, ſilentium: quis hunc non putet confiteri, ſibi quaeſito opus eſſe? Cui autem quaeſito opus ſit, quis umquam hunc vere dixerit divitem? Et enim divitiarum fructus in copia eſt: copiam autem declarat ſatietas rerum atque abundantia: quam tu quoniam nunquam aſſequere, numquam omnino es futurus dives. Meam autem quoniam pecuniam contemnis, & recte (eſt enim ad vulgi opinionem mediocris; ad tuam, nulla; ad meam, modica) de me ſilebo, de re loquar. Si cenſenda nobis, atque aeſtimanda res ſit, utrum tandem pluris aeſtimemus pecuniam Pyrrhi, quam Fabricio dabat, an continentiam Fabricii, qui illam pecuniam repudiabat? utrum aurum Samnitum, an reſponſum M' Curii? hereditatem L. Paulli, an liberalitatem Africani, qui ejus hereditatis Q. Maximo fratri partem ſuam conceſſit? Haec

plaribus omnibus antiquis, ut teſtatur emendatio hujus loci adſcripta ad marginem codicis Memmiani. *Lambinus.* Atqui edidit Langius, æque ac Lambinus, *delectum.* Guilielmus conjiciebat *edictum.* pal.tert. habet *delicium.* Mihi vulgata lectio ſatisfacit; ut dicat ad militiam adſcitos vel non adſcitos prout demeruerant vel non demeruerant præſidem pecunia doniſque. Wolfius accommodat venditioni functionum earum quæ lucroſæ erant. *Gruterus.* Si ſic ſcripſit Cicero, nihil aliud ſignificat, quam in dilectu habendo, in decretis faciendis nihil valuiſſe, niſi pecuniam, ut ii militum numeris non adſcriberentur, aut ordinibus inſererentur honeſtioribus, quibus erant indigni, utque decreta iniqua in eorum gratiam interponerentur, qui plus obtuliſſent pecuniæ.

De te loquar] Sic omnes editi. Sed in ſequentibus non loquitur de Craſſo, ſed comparat virtutem cum divitiis. Recte Pithæan. codex, *de re loquar.* ut oſtendunt ſequentia. Nam ſtatim ſubnectit: *ſi cenſenda nobis atque aſtimanda res ſit.* Grævius.

Continentiam Fabricii] Vide Plutarch. in vita Pyrrhi. Hinc eleganter de Fabricio Valer. Max. IV, 3, & appoſite ad hunc locum: *Continentia ſua beneficio ſine pecunia prædives, ſine uſu familiæ, abunde comitatus: quia locupletem illum faciebat non multa poſſidere, ſed modica deſiderare. Ergo domus ejus, quemadmodum ære & argento & mancipiis Samnitium vacua, ita gloria ex his contemtis parta referta fuit.*

Reſponſum M' Curii] Vide Plutarch. in vita Catonis Majoris. Plin. XVIII, 3 & XVI, 39.

Q. Maximo fratri] Scipio Africanus minor L. Paulli filius, a P. Scipione Africani majoris filio adoptatus eſt. Itaque Scipio adoptatus eſt, quemadmodum ejus frater Qu. F. Maximus appellatus eſt, quod in Fabiorum familiam adoptatus ſit. *Sylvius.* Dictus fuit Q. Fabius Maximus Aimilianus, uti frater P. Cornelius Scipio Aimilianus, qui poſtea minor Africanus eſt dictus.

Partem ſuam conceſſit] De ejus liberali-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Haec profecto, quae ſunt ſummarum virtutum, plu-
ris aeſtimanda ſunt, quam illa, quae ſunt pecuniae.
Quis igitur (ſi quidem, ut quiſque, quod plurimi
ſit, poſſideat, ita ditiſſimus habendus ſit) dubitet,
quin in virtute divitiae ſint? quoniam nulla poſſeſ-
io, nulla vis auri, & argenti, pluris quam virtus
eſtimanda eſt. O dii immortales: non intelligunt 3
omines, quam magnum vectigal ſit parſimonia!
enio enim jam ad ſumptuoſos: relinquo iſtum quae-
tuoſum. Capit ille ex ſuis praediis ſexcenta ſeſtertia:
go centena ex meis: illi aurata tecta in villis, &
la marmorea facienti, & ſigna, tabulas, ſupelle-
tilem, & veſtem infinite concupiſcenti, non modo
d fructum ille eſt ſumptus, ſed etiam ad faenus,
exi-

litate in fratrem Plutarchus: τὴν δὲ
ίαν αὐτοῦ μόλις ἑπτὰ καὶ τριάκοντα
ειάδων γενέσθαι λέγουσιν, ἧς αὐτὸς
ἀμφοτέρους τοὺς υἱοὺς ἀπέλιπε κλη-
όμους. ὁ δὲ νεώτερος Σκιπίων τῷ ἀ-
λφῷ πᾶσαν ἔχειν συνεχώρησεν, αὐ-
εἰς οἶκον εὐπορώτερον τοῦ Ἀφρικα-
δεδόμενος. *Facultates ejus vix tri-*
orum ſeptuaginta millium denarium
unt fuiſſe, quarum ambos filios reli-
t heredes. Ceterum hereditatem minor
pio, qui in domum locupletiorem ado-
tus erat Africani, fratri conceſſit ſo-
m. Betulejus.

Summarum virtutum, pluris æſtiman-
ſunt, quam illa quæ ſunt pecuniæ]
æ maxime firmat & probat Plu-
chus in vita Æmilii Paulli, cum
lidiſſet pompa funebri eximia, &
ſtantiſſimis ac feliciſſimis exequiis
oratam fuiſſe Paulli virtutem ad-
: ταῦτα δ᾽ ἦν οὐ χρυσὸς οὐδ᾽ ἐλέ-
, οὐδ᾽ ἡ λοιπὴ πολυτέλεια καὶ φι-
μία τῆς παρασκευῆς, ἀλλ᾽ εὔνοια
τιμὴ, καὶ χάρις, οὐ μόνον παρὰ τῶν
ιτῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν πολεμίων. *Erant*
(exequiæ) *non aurum, non ebur,*
reliquus ſplendor & nitor apparatus,
benevolentia, ſed honor, ſed ſtu-
n non civium modo, verum & hoſtium.
luris quam virtus æſtimanda eſt]

Sic & Plato ſentiebat apud Apul. de Philoſoph. *Divitem hunc ſolum, quippe cum theſauris omnibus pretioſiores ſolus videatur poſſidere virtutes.* & Philo Iudæus de Plantat. Noæ: ὁ δὲ σοφὸς οὐ πλούσιος, ἀλλὰ πάμπλουτος ἐν ἀφθόνοις καὶ γνησίοις, οὐ χρόνῳ παλαιουμένοις, καινουμένοις δὲ καὶ ἡβῶσιν ἀεὶ, τρυφῶν ἀγαθοῖς μόνος. *Sapiens non dives ſolum, ſed ſuperfluens, ut qui ſemper delicietur verſeturque in bonis uberibus & germanis, non ævo inveteraſcentibus, ſed magis vireſcentibus florentibuſque,* id eſt, illis animi, quas virtutes vocamus. Eſtque ipſa ratio, quam Stoici noſtri inter primas ſignificant, ſtricte ſic & ſcholaſtice apud Empiricum expreſſa adverſus Mathem. *Qui ea poſſidet quæ ſunt magnæ æſtimationis & magni pretii, eſt dives: Virtus autem eſt magni pretii & æſtimationis: ſoluſque ſapiens eam poſſidet: ſolus ergo eſt dives.* I. Lipſius.

Et ſola marmorea facienti] Verbum *facienti* abeſt ab antiquo libro, & certe videtur eſſe gloſſema. *F. Urſin.*

Non modo ad ſumtum ille eſt fructus] Omnes libri veteres habent, *non modo ad fructum ille eſt ſumtus*, &c. ego tamen lectionem vulgatam retineo. *Lambin.* *Non modo ad fructum ille eſt*

ſum-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

exiguus. ex meo tenui vectigali, detractis ſumtibus cupiditatis, aliquid etiam redundabit. Vter igitur eſt ditior, cui deeſt, an cui ſuperat? qui eget, an qui abundat? cujus poſſeſſio quo eſt major, eo plus requirit ad ſe tuendam: an quae ſuis ſe viribus ſuſtinet? Sed quid ego de me loquor, qui morum ac temporum vitio aliquantum etiam ipſe fortaſſe in hujus saeculi errore verſer? M' Manilius patrum noſtrorum memoria (ne ſemper Curios, & Luſcinos loquamur) pauper tandem fuit. habuit enim aediculas in Carinis, & fundum in Labicano. Nos igitur divitiores, qui plura habemus? utinam quidem. ſed non aeſtimatione cenſus, verum victu atque cultu terminatur pecuniae modus. non eſſe cupidum, pecunia eſt: non eſſe emacem, vectigal eſt. contentum vero ſuis rebus eſſe, maximae ſunt certiſſimaeque divitiae. Etenim ſi iſti callidi rerum aeſtimatores prata & areas quaſdam magno aeſtimant, quod

ſumptus &c.] Sic editi antiquitus, ſic MSS. noſtri aliorumque. voluit tamen Lambinus, *non modo ad ſumptum ille fructus*; arripuitque Aldus Nepos, quaſi inventum in unis membranis, cum tamen viginti & amplius tuerentur ſcripturam priorem, quæ hoc vult, tantum abeſſe ut ſexcenta illa ſufficiant ad ſumtus domeſticos, ut ne quidem ſatis ſint ad diſſolvendum fænus. *Gruter.*

M' Manilius] Is eſt, qui cum Africano minore, Lælio, Philo, Scævola, aliiſque diſputat de republica in libris, quos de rep. Cicero conſcripſit, qui temporum injuria non extant. *Sylvius.*

In Labicano] Liber ad D. Drudonis *in Lacopo*. alii, *in Labicano*. C. Lang. *Labicanum* non *Lavicanum* dici, ſcripſi pro Cn. Plancio, a Labico vetuſto oppido, quod prope Tuſculum fuit, non procul ab Vrbe Roma Labicanum dictum eſt. idque pro prædio Labicano, ut Tuſculanum, Pompejanum, Formianum, aliaque ejuſdem generis. *Sylvius. Labicum*, & *Lavicum* promiſcue dicebatur. Quos alii *Labicanos*, imo iidem ſcriptores, alibi *Lavicanos* nominant. *Labicum* a. hodie dicitur. *Columna.*

Nos igitur divitiores, qui plura habemus? utinam quidem] Ita primæ edd. & MSS. noſtri omnes. ſubſequentes enim, *ditiores ſumus q. p. h.? u. quidem eſſemus.* ſupervacanee. *Gruterus.* Pithæanus codex conſentit MSS. Gruteri.

Certiſſimaque divitiæ] Liber ad D. Drudonis, *comtiſſimaque*. Car. Langius.

Callidi rerum æſtimatores] Sunt qui *ad ſuum quæſtum ſunt callidi* Plaut. Aſin. 1, 3. h. e. qui optime norunt & intelligunt quærendi artes.

Prata & areas quaſdam magno] Liber ad D. Drudonis, *areas quiddam magni æſtimant*, pro *quaſdam magno*; quod neſcio quomodo auribus meis bene ſonat. *C. Lang.*

Quod

quod ei generi poſſeſſionum minime quaſi noceri poteſt: quanti eſt aeſtimanda virtus, quae nec eripi, nec ſurripi poteſt umquam: neque naufragio, neque incendio amittitur: nec tempeſtatum, nec temporum perturbatione mutatur? qua praediti qui ſunt, ſoli ſunt divites. Soli enim poſſident res & fructuoſas & ſempiternas: ſolique (quod eſt proprium divitiarum) contenti rebus ſuis, ſatis eſſe putant, quod eſt: nihil appetunt, nulla re egent, nihil ſibi deeſſe ſentiunt, nihil requirunt. Improbi autem & avari, quoniam incertas, atque in caſu poſitas habent, & plus ſemper appetunt, nec eorum quiſquam adhuc inventus eſt, cui, quod haberet, eſſet ſatis; non modo non copioſi ac divites, ſed etiam inopes ac pauperes exiſtimandi ſunt.

Quod ei generi poſſeſſionum minime ſi noceri poteſt] Idem liber & item r hoc modo: *Minime quaſi no- poteſt; neque naufragio nec incen- amittitur: quanti eſt æſtimanda vir-, quæ neque eripi nec ſurripi poteſt, tempeſtatum* &c. *C. Lang. Minime ſi noceri poſſit*] Guilielmius conji- bat, *caſu noceri.* neſcio an vere. *ſi* enim notat etiam fere, ut mul- oſtendit Manutius Nepos. *Gruter.*

Nec tempeſtatum, nec temporum perturbatione mutatur] Haud ſecus olim editi: & ſic pall. omnes, item plerique Aldi Nepotis codices. Guilielmio probabatur veteris editionis lectio, *perturbatione movetur.* in pal. pr. exſtat, *nec vi tempeſtatum*, quod & in uno Manutiano. *Idem. Perturbatione* eſt quoque in Pithæano.

Contenti rebus ſuis, ſatis eſſe putant] Sic reſcripſi & interpunxi, ſecutus Pithæanum MS. Vulg. *contenti ſunt rebus ſuis. ſatis eſſe putant.* Grævius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

M. TVLLII CICERONIS

SOMNIVM SCIPIONIS.

PETRI RAMI PRÆFATIO IN SOMNIVM SCIPIONIS.

Marcus Tullius Cicero ſex libris de Republica optimæ civitatis ſtatum informaverat. Qui ſive perierint, ſive ſub ſigno clauſtriſque (quod audio) a certis hominibus in Republica nimium religioſis tanquam Sibyllini libri retineantur, magna ſane publicæ utilitatis jactura deſiderantur. E quorum ſexto Scipionis ſomnium, unica ſcilicet de univerſo naufragio tabula ſupereſt. de quo priuſquam dicamus, arbitror ante nobis exponenda ea eſſe, quæ de libris illis partim e Cicerone ipſo, partim ex D. Auguſtino cognovimus, & quo tempore, & ad quorum imitationem, & per quas perſonas, & quam vario conſilio ſubinde ſcripti ac reſcripti, & quarum rerum explicationem quamque laudabilem continuerint. De tempore & imitatione Cic. ſic in ſecundo libro de divinatione, cum de libris philoſophicis loquitur: *Atque iis libris annumerandi ſunt ſex de Republica, quos tunc ſcripſimus, quum gubernacula Reipublicæ tenebamus. magnus locus philoſophiæ proprius, a Platone, Ariſtotele, Theophraſto, totaque Peripateticorum familia tractatus uberrime.* Quæ diſputatio in quorum hominum perſonam inſtituta & quomodo aliter initio diſtributa fuerit, idem perſcribit epiſt. ad fratrem lib. III. *Quod quæris quid de iſtis libris egerim, quos cum eſſem in Cumano ſcribere inſtitui, non ceſſavi, neque ceſſo, ſed ſæpe jam ſcribendi totum conſilium rationemque mutavi. Nam jam duobus feci libris, in quibus novendialibus iis feriis, quæ fuerunt Tuditano & Aquilio Coſſ. ſermo eſt a me inſtitutus Africani paulo ante mortem & Lælii, Phili, Manliique, Tuberonis, & Lælii generorum Fannii & Scævolæ. Sermo autem in novem & dies & libros diſtributus, de optimo ſtatu civitatis & de optimo cive ſane texebatur opus luculenter, hominumque dignitas aliquantum orationi ponderis afferebat. Ii libri cum in Tuſculano mihi legerentur audiente Saluſtio, admonitus ſum ab illo, multo majore autoritate illis de rebus dici poſſe ſi ipſe loquerer de Repub. præſertim cum eſſem non Heraclides Ponticus, ſed conſularis, & is qui in maximis verſatus in Republica rebus eſſem, quæ tam antiquis hominibus attribuerem, ea viſu mirifica eſſe: Oratorum ſermonem in illis noſtris libris, quid eſſet de ratione dicendi, belle a me removiſſe, ad eos tamen retuliſſe, quos ipſe vidiſſem. Ariſtotelem denique, quum de Repub. & præſtante viro ſcribat, ipſum loqui, commovit me, & eo magis, quod maximos motus noſtræ civitatis attingere non poteram, quod erant inferiores, quam illorum ætas, qui loquebantur. Ego autem id ipſum tum eram ſecutus, ne in noſtra tempora incurrens, offenderem quempiam: nunc & id vitabo, & loquar ipſe tecum, & tamen illa quæ inſtitueram, ad te, ſi Romam venerim, mittam. Puto enim te æſtimaturum a me libros illos non ſine aliquo meo ſtomacho eſſe relictos.* Ex iis Ciceronis verbis intelligi poteſt aliam primum partitionem fuiſſe, quam quæ poſtea fuit, & cogitatum eſſe de mutandis perſonis, quod tamen effectum non eſt: nam de libris iiſdem editis in lucem prolatiſque, cum Atticus quereretur Varronem in aliquem locum diſputationis non veniſſe, ad eum lib. IV. ita ſcribitur: *Nunc pergam ad cætera: Varro de quo ad me ſcribis, inducetur in aliquem locum, ſi modo erit locus. ſed noſti genus dialogorum meorum, ut in Oratoriis, quos tu in cælum fers, non mentio potuit fieri cujuſquam ab iis qui diſputant, niſi ejus qui illis notus aut auditus eſſet. Hanc ego de Repub.*

quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

quam inſtitui diſputationem, in Africa-
ni perſonam, & Phili, & Lælii, &
Manlii contuli, adjunxi adoleſcentes Q.
Tuberonem, P. Rutilium, duos Lælii ge-
eros Scævolam & Fannium. Itaque co-
itabam, quoniam in ſingulis libris utor
roœmiis, ut Ariſtoteles in his quos
ξοτερικὺς vocat, aliquid efficere, ut
on ſine cauſa iſtum appellarem, id quod
ntelligo tibi placere, utinam modo cona-
i efficere poſſim: Rem enim (quod te non
ugit) magnam complexus ſum & gra-
em, & plurimi otii quo ego maxime
geo. Atque hæc de vario perſonarum
nſilio. De operis autem univerſi ar-
umento ſignificationes quædam ſunt
on obſcuræ tum in Ciceronis tum in
uguſt. libris. Nam definita Reſpub.
ima diſputatione, tum in genera
einceps parteſque diſtributa, & omnes
xcellentis in Repub. viri artes erant
ndem explicatæ. Primis ſiquidem
bris definitiones & partitiones illas
dhibitas, jam locus hic Auguſt. de-
onſtrabit cap. 21. lib. 2. de Civitate
ei. Sed ſi contemnitur qui Roman.
emp. peſſimam & flagitioſiſſimam dixit
le Saluſtio paulo ante mentio fue-
t) nec curant iſti quanta morum peſſi-
orum ac flagitioſorum labe ac dedecore
mpleatur, ſed tantummodo ut conſiſtat
maneat: audiant enim non (ut Salu-
us narrat) peſſimam ac flagitioſiſſimam
ctam, ſed ſicut Cicero diſputat, jam
nc prorſus periiſſe, & nullam omnino
manſiſſe Remp. Inducit enim Scipio-
m, eum ipſum qui Carthaginem extin-
rat, de Republica diſputantem: quan-
præſentiebatur ea corruptione quam
ſcribit Saluſtius, jam jamque peritura.
quippe tempore diſputabatur quo jam
us Gracchorum occiſus fuit, a quo
ibit ſeditiones graves cœpiſſe Saluſtius.
am mortis ejus ſit in iiſdem libris com-
emoratio. Cum autem Scipio in ſecundi
ri fine dixiſſet: Vt in fidibus ac tibiis
que cantu ipſo ac vocibus concentus eſt
idam tenendus ex diſtinctis ſonis, quem
mutatum ac diſcrepantem aures erudi-
ferre non poſſunt, iſque concentus ex
ſimillimarum vocum moderatione con-
s tamen efficitur & congruens: ſic ex
mmis & mediis & infimis interjectis
dinibus ut ſonis, moderata ratione civi-
tem conſenſu diſſimillimorum concine-

re: & quæ harmonia a muſicis dicitur in cantu, eam eſſe in civitate concordiam, arctiſſimum atque optimum omni in republica vinculum incolumitatis, eamque ſine juſtitia nullo pacto eſſe poſſe. Ac deinde cum aliquanto latius & uberius diſſeruiſſet, quantum prodeſſet juſtitia civitati, quantumque obeſſet, ſi abfuiſſet: ſuſcepit deinde Philus unus eorum qui diſputationi aderant, & popoſcit ut hæc ipſa quæſtio diligentius tractaretur, ac de juſtitia plura dicerentur, propter illud quod jam vulgo ferebatur, Remp. regi ſine injuria non poſſe. Hanc proinde quæſtionem diſcutiendam & enodandam eſſe, aſſenſus eſt Scipio: reſponditque nihil eſſe, quod adhuc de Repub. putaret dictum, & quo poſſent longius progredi, niſi eſſet confirmatum, non modo falſum eſſe illud ſine injuria regi non poſſe: ſed hoc veriſſimum eſſe, ſine ſumma juſtitia rempublicam regi non poſſe. Cujus quæſtionis explicatio cum in diem conſequentem dilata eſſet, in III lib. magna conflictatione res acta eſt. Suſcepit enim Philus ipſe diſputationem eorum qui ſentirent ſine injuſtitia regi non poſſe rempublicam: purgans ſe præcipue ne hoc ipſe ſentire crederetur. Egitque ſedulo pro injuſtitia contra juſtitiam, ut hanc eſſe utilem reipub. illam vero inutilem veriſimilibus rationibus & exemplis velut conaretur oſtendere. Tum Lælius rogantibus omnibus juſtitiam defendere aggreſſus, aſſeruit quantum potuit, nihil tam inimicum quam injuſtitiam civitati, nec omnino niſi magna juſtitia geri aut ſtare poſſe rempublicam. Qua quæſtione quantum ſatis viſum eſt pertractata, Scipio ad intermiſſa revertitur, recolitque ſuam atque commendat brevem reipub. definitionem, qua dixerat eam eſſe rem populi. Populum autem non omnem cœtum multitudinis, ſed cœtum juris conſenſu & utilitatis communione ſociatum eſſe determinat. Docet deinde quanta ſit in diſputando definitionis utilitas: atque ex illis ſuis definitionibus colligit tunc eſſe rempub. id eſt, rem populi, cum bene ac juſte geritur, ſive ab uno rege, ſive a paucis optimatibus, ſive ab univerſo populo. Cum vero injuſtus eſt rex, quem Tyrannum more Græco appellavit: aut injuſti optimates, quorum conſenſum dixit eſſe factionem: aut injuſtus ipſe populus, cui

nomen uſitatum non reperit, niſi ut etiam ipſum tyrannum vocaret, non jam vitioſam, ſicut pridie fuerat diſputatum, ſed ſicut ratio ex illis definitionibus connexa docuiſſet, omnino nullam eſſe Remp. quoniam non eſſet res populi, oum tyrannus eam factione capeſſeret, nec ipſe populus jam populus eſſet, ſi eſſet injuſtus, quoniam non eſſet multitudo juris conſenſu & utilitatis communione ſociata, ſicut populus fuerat definitus. Hæc Aug. apud quem libro ejuſdem operis XIX. cap. 21. locus alter eſt eadem de re, quem vide. Hinc intelligimus non ſolum definitas rationes, ſed de Dialectica diſſerendi utilitate admonita perutilia fuiſſe: tum diviſionem generum conjunctam magnum & clarum lumen attuliſſe, qualis Platonis fere diſputatio eſt primo ſecundoque libro de Repub. definientis juſtitiam, eamque tum acriter accuſantis, tum fortiter ſtudioſeque defendentis. Quarto autem Ciceronis libro, ut Platonis 2. 3. & 10. deſcriptionem quandam civium eſſe factam percipimus ex alio ejuſdem Auguſtini loco lib. 2. cap. 9. ejuſdem operis. *Quid autem hinc ſenſerint Romani veteres, Cicero teſtatur in libris quos de repub. ſcripſit, ubi Scipio diſputans ait:* Nunquam *comœdiæ, niſi conſuetudo vitæ pateretur, probare ſua theatris flagitia potuiſſent. Et Græci quidem antiquiores vitioſæ ſuæ opinionis quandam convenientiam ſervaverunt, apud quos fuit etiam lege conceſſum, ut quod vellet comœdia nominatim, vel de quo vellet, diceret. Itaque ſicut in eiſdem libris loquitur Africanus, quem illa non attigit, vel potius quem non vexavit? cui pepercit? Eſto, homines populares improbos in Repub. ſeditioſos, Cleonem, Cleophontem, Hyperbolum læſit. Patiamur,* inquit, *etſi hujuſmodi cives a cenſore melius eſt, quam a poëta notari: ſed Periclem cum jam ſuæ civitati maxima autoritate plurimos annos domi & belli præfuiſſet, violari verſibus, & eos agi in ſcena, non plus decuit, quam ſi Plautus, inquit, noſter voluiſſet, aut Nævius Publio & Cneo Scipioni, aut Cæcilius Marco Catoni maledicere.* Deinde paulo poſt: *Noſtræ, inquit, contra duodecim tabulæ cum perpaucas res capite ſanxiſſent, in his hanc quoque ſanciendam putaverunt, ſi quis actitaviſſet, ſive carmen condidiſſet, quod infamiam faceret, flagitiumve alteri precaretur. Iudicis enim ac magiſtratuum diſceptationibus legitimis propoſitam vitam, non poëtarum ingentis habere debemus, nec probrum audire, niſi ea lege ut reſpondere liceat, & judicio defendere. Hæc ex Ciceronis quarto de Rep. lib. ad verbum excerpenda arbitratus ſum, nonnullis propter faciliorem intellectum vel prætermiſſis, vel paululum commutatis: multum enim ad rem pertinent, quam molior explicare, ſi potero. Dicit deinde alia, & ſic concludit hunc locum, ut oſtendat veteribus diſplicuiſſe Romanis, vel laudari quenquam in ſcena vivum hominem, vel vituperari.* vide ibi plura. Quibus ex verbis conjicimus factam eſſe quarto lib. Cic. quandam deſcriptionem civium, & de poëtis præſertim ſermonem eum tractatum, quem videmus a Platone diſputari x. lib. Quinto autem libro, ſi prooemii argumentum ſequemur, collatio quædam rerumpublicarum fuit, ut apud Platonem eſt 8. & 9. de repub. in quo requirebatur ubinam eſſet ea vera reſpub. quam Cic. per Scipionem conſtituiſſet: prooemium hoc eſt apud Aug. lib. 2. cap. 21. in continua reprehenſione. *Quando ergo Reſpub. Romana talis erat, qualem illam deſcripſit Saluſtius? non jam peſſima ac flagitioſiſſima, ſicut ipſe ait, ſed omnino nulla erat, ſecundum iſtam rationem, quam diſputatio de Rep. inter magnos ejus tum principes habita patefecit. Sicut etiam ipſe Tullius non Scipionis, nec cujuſquam alterius, ſed ſuo ſermone loquens, in principio 5. lib. demonſtravit, commemorato prius Ennii poëtæ verſu, quo dixerat:*

Moribus antiquis res ſtat Romana viriſque.

Quem quidem ille verſum, inquit, *vel brevitate, vel veritate tanquam ex oraculo mihi quodam eſſe effatus videtur. Nam neque viri niſi ita morata civitas fuiſſet: neque mores, niſi hi viri præfuiſſent, aut fundare, aut tam diu tenere potuiſſent tantam & tam juſte lateque imperantem Rempub. Itaque ante noſtram memoriam, & mos ipſe patrius præſtantes viros adhibebat, & veterum*

morem ac majorum inſtituta retinebant
excellentes viri. Noſtra vero ætas, cum
Remp. ſicut picturam accepiſſet egregiam,
ſed evaneſcentem vetuſtate, non modo
eam coloribus iiſdem, quibus fuerat, re-
novare neglexit, ſed ne id quidem cura-
vit, ut formam ſaltem ejus & extrema
tanquam lineamenta ſervaret. Quid e-
nim manet ex antiquis moribus, quibus
ille dixit rem ſtare Romanam: quos ita
oblivione obſoletos videmus, ut non mo-
do non colantur, ſed etiam ignorentur?
Nam de viris quid dicam? Mores enim
ipſi interièrunt, virorum penuria. Cujus
tanti mali non modo reddenda ratio no-
bis, ſed etiam tanquam reis capitis
quodammodo dicenda cauſa eſt. Noſtris
enim vitiis non caſu aliquo Remp. verbo
retinemus, reipſa vero tam pridem amiſi-
mus. Hæc Cicero fatebatur longe quidem
poſt mortem Africani, quem in ſuis li-
bris fecit de Repub. diſputare, adhuc ta-
men ante adventum Chriſti. Quæ ſi diſ-
ſamata & prævaleſcente religione Chri-
ſtiana ſentirentur atque dicerentur, quis
non iſtorum ea Chriſtianis imputanda eſſe
cenſeret? Quamobrem cur non curarunt
dii eorum, ne tunc periret atque amitte-
retur illa Reſpub. quam Cicero longe an-
tequam Chriſtus in cruce veniſſet, tam
ugubriter deplorat amiſſam? ſed ſequen-
ia quoque inſpicienda. Sic Auguſti-
nus, argumentum quoddam libri IX.
nobis aperuit. Locus eſt Ciceronis in
piſtolis ad Atticum ex quinto libro
umptus: ubi aliquid ſimiliter oſten-
ditur: *Quod me magno animi motu per-*
urbatum putas, ſum equidem: ſed non
am magno, quam tibi fortaſſe videor.
Levatur enim omnis cura, cum aut conſi-
it conſilium, aut cogitando nihil expli-
atur. Lamentari autem licet: illud ta-
men totos dies; ſed vereor ne nihil cum
roficiam, etiam dedecori ſim. In ſtudiis
c literis noſtris conſumo omne tempus,
onſiderans quanta vis ſit illius viri,
uem noſtris libris ſatis diligenter (ut tibi
uidem videmur) expreſſimus. Teneſne
gitur moderatorem illum reipub. quo re-
erre volumus omnia? nam ſic quinto,
t opinor, in libro loquitur Scipio. Vt
nim gubernatori curſus ſecundus, medi-
o ſalus, imperatori victoria: ſic huic
moderatori reipub. beata civium vita pro-
oſita eſt, ut opibus firma, copiis locu-
ples, gloria ampla, virtute honeſta ſit.
Hujus enim operis maximi inter homines
atque optimi illum eſſe effectorem volo.
Ac de quinto libro hæc habuimus.
Sexto autem libro princeps reipub.
erat informatus, & ſuis legitimis mo-
ribus ornatus, quod ex libro ad Atti-
cum ſeptimo perſpicitur, ubi ſcriptum
eſt: *Quod ſi iſta nobis cogitatio de trium-*
pho injecta non eſſet, quam tu quoque
approbas, næ tu haud multum requireres
illum virum, qui in ſexto libro informa-
tus eſt. quid enim tibi faciam, qui libros
illos devoraſti? Hanc principis inſtitu-
tionem copioſius Plato tractavit 3. 4.
5. 6. 7. libris de repub. Verum Ci-
ceroni propoſitum id non fuerat, ut
Platonis veſtigia perpetuo ſequeretur:
multa ſiquidem ex Ariſtotele, Theo-
phraſto, cæteriſque philoſophis tranſtu-
lerat, multa addiderat de Romana re-
publica, multo plura ſuo ingenio ju-
dicioque pepererat, quemadmodum
ex reliquiis, quæ in ſomnio ſunt,
intelligi poterit. Qualis autem diſpu-
tatio iſta, quamque probata fuerit,
VI. lib. ad Atticum ſic ſcriptum eſt:
Heus mihi meam famam commendaſti.
qua epiſtola tua eſt, in qua mentionem
non facias? Itaque iraſcatur qui volet,
patiar, τὸ γὰρ εὖ μετ᾽ ἐμοῦ, *præſertim*
cum ſex libris tanquam prædibus meipſum
obſtrinxerim, quos tibi tam valde pro-
bari gaudeo, e quibus unum ἱστορικὸν
requiris de Cn. Flavio Annii filio: ille ve-
ro ante decemviros non fuit, quippe qui
Ædilis curulis fuerit, qui magiſtratus
multis annis poſt decemviros inſtitutus eſt.
quid ergo profuit quod protulit faſtos?
Occultatam putant quodam tempore iſtam
tabulam, ut dies agendi paterent paucis.
Nec vero pauci ſunt authores, Cn. Fla-
vium ſcribam faſtos protuliſſe, actionesſ-
que compoſuiſſe. nec me hoc, vel potius
Africanum (is enim loquitur) commen-
tum putes, οὐκ ἔλαθες. Produxi locum
paulo longius, ut admonitiunculam
de hiſtoriæ dubitatione, non alienam
hac commentatione adjungerem. At-
que hæc pauca ex ſex libris Ciceronis
de repub. (quæ memoria tenui) pro-
pterea exiſtimavi proponenda ante-
quam ad Somnii explicationem per-
veniſſem, unde ſuſpicari ſaltem ali-
quid de optatiſſimo opere poſſemus.

Ad Somnium igitur venio. In extremo 6. de repub. libro cum jam perorandi tempus eſſet, quæſtus eſt Lælius Naſicæ ſtatuas nullas in interfecti tyranni (Tiberium enim labefactantem ſtatum reipub. necaverat) remunerationem locatas. qua motus (ut apud Macrobium eſt) conqueſtione Scipio, *quanquam*, inquit, *ſapientibus conſcientia ipſa factorum egregiorum ampliſſimum virtutis eſt præmium, tamen illa divina virtus non ſtatuas plumbo inhærentes, nec triumphos areſcentibus laureis, ſed ſtabiliora quædam & viridiora præmiorum genera deſiderat. Quæ tamen iſta ſunt? inquit Lælius. Tum Scipio, Patimini me, inquit, quoniam jam tertium diem feriati ſumus, & cætera proſequi.* Hinc ſumpta occaſio cohortationis ad colendam juſtitiam, conſervandumque (qui deſcriptus fuerat) optimæ civitatis ſtatum, propoſitis æternis in cælo præmiis: quod quo majore cum auctoritate fieret, Cicero fingit Africano minori, in cujus perſona oratio iſta conſtituitur, a patris Pauli & avi Africani beatis animis in cælo ipſo narrari. *Genus enim hoc ſermonum* (ut eſt in Lælio) *poſitum in hominum veterum autoritate & eorum illuſtrium, plus neſcio quomodo videtur habere gravitatis.* Hinc legum latores leges ſuas ad autorem aliquem Deum retulerunt, Zoroaſtes ad Oromaſin, Trimegiſtus ad Mercurium, Minos ad Iovem, Charondas ad Saturnum, Lycurgus ad Apollinem, Solon ad Minervam. Quo in genere cum Platonem ab Epicureis reprehenſum Cicero meminiſſet, ut ex Macrobio perſpicimus, dixiſſetque ſe minime vereri, ne id ſibi contingeret, Platonis conſilium de perſuaſione juſtitiæ divinæ ſequutus eſt, fingendi genus eſt aſpernatus. Plato enim 10. de Repub. libro, mortuum quendam militem ſuſcitavit, qui gaudia piorum & juſtorum in cælo, impiorum & injuſtorum apud inferos ſupplicia memoraret. Hanc fictionem Colothes Epicureus ſcripta oratione coarguit (ut Macrobius author eſt) aitque a philoſopho fabulam non oportuiſſe confingi, quoniam nullum fingendi genus veri profeſſoribus conveniret. Etenim (ait) ſi rerum cæleſtium notionem, ſi habitum nos animarum docere voluiſti, cur non ſimplici & abſoluta hoc inſinuatione curatum eſt? Sed quæſita perſona caſuſque excogitata novitas & compoſita advocati ſcena figmenti ipſam quærendi veri januam mendacio pollueret? Platonicam itaque fabulam ſic ab Epicureo illo Colothe reprehenſam, tametſi Cic. non improbaret, ſed calumniatorem imperitum Colothem judicaret, ſequi tamen noluit: verum aliam figmenti rationem iniit. exiſtimavit, opinor, & aptius ad dignitatem, & ad probabilitatem elegantius, inducere in hunc ſermonem virum in Repub. ſumma cum laude diutiſſime verſatum, & iis de rebus ſomniantem, quæ notæ illi illuſtresque eſſent, quam militem contra omnes naturæ leges reviviſcentem & poëtarum more fabulas narrantem, comminiſci. Sed de perſonis ficti militis & veri imperatoris ſatis: ad rem tandem veniamus, in qua, ut imperatores facere ſolent, cum milites inſtruxerunt ad pugnam, quo reddant eos alacriores ad dimicandum, præmia futuræ fortunæ amplificant, præſentemque extenuant, ita Ciceronianus hic Scipio, cum cives ſuos ad juſtitiam inſtituiſſet, quo magis ejus amore incenderet, pulcherrimam jucundiſſimamque cæli poſſeſſionem, & remunerationem oſtentat, terrarum habitationem raram & anguſtam, & brevem ac caducam deſpicit: quoque ſpe firmiore propoſitis tantis præmiis boni cives excitentur, animos immortales eſſe docet, & illic ævum cum diis ſempiternum acturos. Quod priuſquam efficiat, comparat ſe ex naturalibus cauſſis ad futurum ſomnium, ne quid indecore tantus princeps videlicet ageret. Honeſtiſſimi autem ſermones de Repub. deque Reipub. principibus cauſſæ illæ Somnii fuerunt. *P. Ramus.* Scipio qui loquitur fuit Publius Scipio Æmilianus. Nam Pub. Æmilius hic, Pauli Æmilii junioris filius fuit adoptatus a Pub. Æmilio Scipione Africani majoris filio, ob corporis imbecillitatem, & inde de nomine patris adoptivi cognominatus

Sci-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

SCIPIO LOQVITVR.

CVm in Africam veniſſem, M'. Manilio conſuli ad quartam legionem tribunus (ut ſcitis) militum; nihil mihi potius fuit, quam ut Maſiniſſam convenirem, regem familiae noſtrae juſtis de cauſis amiciſſimum. Ad quem ut

Scipio Æmilianus: vir magni nominis in Rep. quia Carthaginem delevit & Numantiam evertit, ex quo ſibi Africani minoris nomen meruit. Huic ſomnianti Africanus avus & Pub. Æmilius junior pater cum reliquis heroibus apparent: qui ſolita prudentia Pub. Scipionem hortantur, ut talem in tuenda Repub. ſe præſtet, quales ſe majores ejus præbuerint. Proponunt remunerationem, futurum, ut illuc ille proficiſcatur, quo ipſius majores omni virtute & gloria contenderint. Vt autem quo profecturus ſit habeat, deſcribunt locum beatorum, in quo ipſi cum bonis omnibus ævo fruuntur ſempiterno. Hic enim eſt ſcopus hujus libelli. Deſumptus eſt autem ex ſexto de Repub. libro, qui injuria temporis hodie deſiderantur. quibus eam deſcripſit Rempublicam Cicero, quæ Democratiæ, Ariſtocratiæ, & Monarchiæ temperatione conſtaret, eſſetque juſtiſſima, qualis antiqua fuit Romana, & tam in otio quam negotio palmam haberet. Sed ut homines ad illam juſtitiæ conſervationem magis excitaret, libro ſexto diſputavit de animorum immortalitate, præmiiſque juſtorum. Quam rem explicat per fabulam more Platonis, ſed enim fabula Ciceronis veriſimilior eſt. Nam fingit Plato ad finem librorum de Repub. Erum quendam militem revixiſſe. Solent enim Philoſophi fabula uti, cum vel de anima, vel de aëris poteſtatibus, vel de diis ipſis loquuntur: ea autem quæ eſt ad ſolam voluptatem comparata, minime utentes. Vtuntur & alia quæ eſt ad exhortationem ad virtutem, aut dehortationem a vitio. Hanc autem Cicero ideo induxit, ut vitaret ſtolidæ reprehenſionis exemplum. *Anonymus.*

M'. Manilio] M'. Manilio conſuli in Africa Trib. mil. fuit Æmilianus, anno DCIV. haud ſcio an hunc ipſum M'. Manilium ſupra in Paradoxis intellexit. Nam certe virum aliquem magnum ibi ſignificat, qualem hunc ipſum Manilium in ſuis Rep. libris loquentem inducit, ut ipſe teſtatur libro IV. epiſtolarum. Mendoſe in epitome Liviana libr. 50. M. Æmilius, vocatur. *Car. Lang.* Corrupte legi in pleriſque libris M. Manlio, cum ſcribendum ſit *M'. Manilio*, aut, potius *Marcio Manilioque*, ut uterque Conſul denotetur, L. Marcius Cenſorinus, & M' Manilius Nepos, ſecundum tritam loquendi formulam annum notantem apud Romanos, auctor eſt Pighius in faſtis Romanis ad annum V. C. DCIV.

Vt Maſiniſſam convenirem] Maſiniſſa Rex Maſæſylorum reſtitutus fuit in regnum Numidiæ ab Africano majore, ex eoque hunc Scipionem nepotem amavit, adeo ut cum anno nonageſimo ſeptimo moreretur, relictis quadraginta quatuor filiis, hunc inter eos diviſorem tutoremque eſſe voluerit. *Comment.*

Ad quem ut veni] Adventantem Scipionem Maſiniſſa ſingulari animi lætitia excipit, nec præ gaudio loqui poteſt, paulo tamen poſt cum ſe collegiſſet ad ſeque rediiſſet, gratias diis habet immortalibus, gratulatione videlicet humanas gratias ſuperante.

At-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ut veni, complexus me ſenex collacrimavit, aliquantoque poſt ſuſpexit in caelum: & grates, inquit, tibi ago, ſumme Sol, vobiſque reliqui caeliteſ, quod ante quam ex hac vita migro, conſpicio in meo regno, & his tectis P. Cornelium Scipionem, cujus ego nomine ipſo recreor: ita numquam ex animo meo deſcendit illius optimi atque invictiſſimi viri memoria. Deinde ego illum de ſuo regno, ille me de

Atque hic imprimis obſervandum arbitror, quanta dignitate regi ſeni facta ſit hæc oratio, quam paucis verbis, quam gravem altamque ſententiam complexis. In verbis poeticum illud *(grates)* nonne cujuſdam gravitatis & authoritatis pondus habet? Sic Virgilianus Æneas, ut nunc rex iſte ſenex:

Grates perſolvere dignas, Non opis eſt noſtræ, Dido.

Solem reliquaſque ſtellas, deos appellat. nec enim tota illa rudis antiquitas pro diis habuit, niſi id a quo homines adjuvarentur. Deus eſt mortali, inquit Plin. lib. 2. cap. 7. juvare mortalem, & hæc ad æternam gloriam via. Ac ne ipſi quidem philoſophi cum multa quæſierint, aliud fere in deorum numerum retulerunt, quam mundum & ſtellas, ut ex ſingulorum ſententiis Cic. in dialogis de natura deorum docuit. Summum vero ſolem primum affatur, qui paulo poſt dux & princeps, & moderator reliquorum luminum appellabitur. tam vero gratum eſſe Scipionem ipſum præſentem quid mirum? cum nomen ipſum Scipionum per ſe ſit gratiſſimum, ob ſempiternam Africani & domeſticis, & bellicis laudibus clariſſimi memoriam. *Ramus.*

Aliquantoque poſt ſuſpexit in cœlum] Repreſſo fletu, animoque paullum compoſito, ut jam loqui poſſe cœpiſſet, ſuſpexit in cœlum, quod omnes homines καὶ βάρβαροι καὶ ἕλληνες, inquit Ariſtoteles libro primo de cœlo, & in libro de mundo ad Alexandrum, quorum mentes aliquæ Deorum opinio imbuit, Dei locum & ſedem eſſe crediderunt. *Vinetus.*

Summe Sol] Virg.

Summe Deum ſancti cuſtos Soractis Apollo.

Eidem dicitur *altus*,

Quibus altus Apollo Præſidet. Paſſeratius. *Summum*, quod idem Cicero in Tuſculana ſecunda definit, quo nihil ſit ſuperius, & medium, & infimum, intelligi debent, non modo diſcluſione & diſpoſitione loci, verum etiam naturæ dignitate, quemadmodum ſcribit Apulejus in libro de Socratis dæmonio. Sol ergo, quanquam longe quidem abeſt a terra, tamen non ſummam cœli obtinet regionem, ut poſtea dicet Africanus. Sed is cum ſit dux, princeps & moderator luminum reliquorum, mens mundi, & temperatio, cuncta luſtrans ſua luce & complens, ex hoc potius dictus eſſe ſummus videtur. Aut certe Solem Maſiniſſa ſummum non alia ratione dixerit, quam quod unuſquiſque ſummum putat eum, quem colit, ut ait Servius in 1 Æn. cum non ſolum Iovem, verum etiam Iovis filium Apollinem, & alios Deos, ſummos eſſe dictos obſervaſſet.

Reliqui cœlites] H. e. lunam ceteros planetas, & quotquot in ſupremo cœlo ſtellæ ſunt, veterum plerique deos eſſe crediderunt, quomodo Cicero in Academicis, & de natura locorum Lactantius & alii teſtantur. *Vinetus.* Lactantius 11 de falſa relig. c. 5. *Sed quid mirum, ſi aut barbari, aut imperiti homines errant, cum etiam ipſi*

de noſtra rep. percontatus eſt. multiſque verbis ultro, citroque habitis, ille nobis conſumtus eſt dies. poſt autem regio apparatu accepti, ſermonem in multam noctem produximus, cum ſenex nihil niſi de Africano loqueretur, omniaque ejus non facta ſolum, ſed etiam dicta meminiſſet. deinde, ut cubitum diſceſſimus, me & de via, & qui ad multam noctem vigilaſſem, arctior, quam ſolebat ſomnus complexus eſt. Hic mihi (credo equidem ex hoc, quod eramus locuti: fit enim fere, ut cogitationes, ſermoneſque noſtri pariant aliquid in ſomno tale, quale

ipſi philoſophi Stoici in eadem ſint opinione, ut omnia cœleſtia, quæ moventur, in Deorum numero habenda eſſe cenſeant : ſiquidem Lucillius Stoicus apud Ciceronem ſic loquitur : Hanc igitur in ſtellis conſtantiam, hanc tantam in tam variis curſibus, in omni æternitate temporum convenientiam non poſſum intelligere, ſine mente, ratione, & conſilio. Quæ cum in ſyderibus eſſe videamus non poſſumus ea ipſa non in Deorum numero ponere. Plato autem maxime in Cratylo ridet veteres illos, qui aſtra & ſolem pro diis colebant. dicit enim ibi: φαίνονταί μοι οἱ πρῶτοι τῶν ἀνθρώπων τῶν περὶ ἑλλάδα τούτους μόνους Θεοὺς ἡγεῖσθαι, ὥσπερ ἥλιον καὶ σελήνην, καὶ γῆν, καὶ ἄστρα καὶ οὐρανόν &c. *Videntur mihi Græcorum priſci deos ſolos putaſſe eos, quos etiam hiſce temporibus barbarorum plurimi arbitrantur, Solem, Lunam, terram, ſtellas & cœlum.* &c. *Gerard. Voſſius.*

Me & de via] Indoctus aliquis, *feſſum de via* ſcripſerat. *C. Lang.* Fatetur in ſuis libris non reperiri vocem *feſſum* Langius, neque nos reperimus in noſtris. quare delenda eſt. *Lambin.*

Me & de via, & qui] Auſus ſum exprimere quod ajunt a Langio produtum, quoniam ſic quoque extabat in Palatino pr. vulgati amplius, *me & feſſum de via*; quomodo & Ciceronem locutum ſcio prima Academica: ſed haud id etiam inveniſſe in membranis ſuis Theodorum Gazam, prodit loci illius verſio. *Gruter.*

Arctior quam ſolebat, ſomnus complexus eſt] Duæ arctioris ſomni cauſſa labor itineris, & vigilia. Lucret. lib. IV.

Multo ſopor ille graviſſimus extat
Quem ſatur, aut laſſus capias, quia plurima tum ſe
Corpora conturbant, magno contuſa labore.

Dicitur autem ſomnus complecti homines, quia membra ſomno pœne conſtricta tenentur, quia munia nulla obire poſſunt. Inde Catull. *dulci devinctam lumina ſomno.* Sic enim leg. non *devictam.* & contra in fine ſomnii: *ſomno ego ſolutus ſum.*

Fit enim fere, ut cogitationes] Hoc egregie Lucretius explicat lib. IV:

Et cui quiſque fere ſtudio devinctus adhæret,
Aut quibus in rebus multum ſumus ante morati,
Atque in qua ratione fuit contenta magis mens;
In ſomnis eadem plerumque videmur obire:
Cauſidici cauſſas agere, & componere leges
Induperatores pugnare & prælia obire.

Et Ennius:

Quæ in vita uſurpant homines, cogitant, curant, vident,

Quæ

quale de Homero ſcribit Ennius, de quo videlicet ſaepiſſime vigilans ſolebat cogitare, & loqui) Africanus ſe oſtendit illa forma, quae mihi ex imagine ejus, quam ex ipſo, erat notior. quem ut agnovi, equidem cohorrui. ſed ille, Ades, inquit, animo, & omitte timorem, Scipio, & quae dicam trade me-
2 moriae. Videſne illam urbem, quae parere populo R. coacta per me, renovat priſtina bella, nec poteſt quie-

Quaeque agunt vigilantes, agitantque,
ea ſi cui in ſomnio accidunt
Minus mirum eſt.

Et Claudianus:

Omnia quæ ſenſa volvuntur vota diurno
Pectore ſopito reddit amica quies.
Venator defeſſa toro cum membra reponit,
Mens tamen ad ſilvas & ſua luſtra redit.
Iudicibus lites, aurigæ ſomnia currus;
Vanaque nocturnis meta cavetur equis.

Lambin. Ejuſmodi ſomniorum rationem reddit Cicero 2 de divinat. *Animus dum languore corporis, nec membris uti, nec ſenſibus poteſt, incidit in viſa varia & incerta ex reliquiis inhærentibus earum rerum, quas vigilans geſſerit aut cogitarit,* &c. *G. Voſſius.*

Quale de Homero ſcribit Ennius] Cum enim Ennius Homeri verſus legeret, meditaretur, ediſceret, imitaretur, totumque ſe ad illius imitationem componeret, ſomniavit ſe Homerum eſſe factum, animaque Homeri, juxta Pythagoricum dogma, animatum. hinc illud Horatii in epiſtolis:

Ennius & ſapiens, & fortis, & alter Homerus,
Vt Critici dicunt, leviter curare videtur,
Vt promiſſa cadant, & ſomnia Pythagorea.

Idem Perſius notavit:

Cor jubet hoc Enni, poſtquam deſtertuit eſſe
Mæonides, quintus pavone ex Pythagoreo.

Locus autem Ennii, ubi ſomnium illud narrabatur, videtur illo hemiſtichio ſignificari, quod in Lucullo Ciceronis eſt,

——— *Viſus Homerus adeſſe poëta.*

Hæ cauſſæ ſomnii ſunt, de quibus Socrates apud Platonem 9. de Repub. magnifice philoſophatur. Cicero locum iis verbis primo de Divinatione tranſtulit, vide lib. 1. c. 29. *Ramus.*

Ex imagine ejus] Imagines gentiliciæ in atriis deponebantur: quæ in pompis circumferebantur. *Car. Lang.* Livius 39 cenſorem fuiſſe Marcum Porcium Catonem, Publio Claudio Pulchro, Lucio Porcio Licinio Conſulibus, qui putatur A. v. c. 570. Ipſe Cato autem in libro de ſenectute dicit Scipionem Africanum priorem, anno ante mortuum eſſe, quam ipſe fuiſſet cenſor. Obiit igitur Scipio anno v. c. 569. Scipio vero Æmilianus, deceſſit Manio Aquillio, C. Sempronio Coſſ. A. v. c. 625. Vixit anno 56, quos ſi ſubduxeris ex 625, reliquus erit A. v. c. 569: quo anno mortuus ſit Africanus avus, & natus nepos Africanus. Sic & Vellejus Paterculus ſcribit Africanum nepotem fuiſſe primum Conſulem anno ætatis 36, qui Conſulatus incidit in annum v. c. 607, ex his ſi deducantur 36, relinquent anni v. 571. Igitur quando deceſſit Scipio avus, Scipio Æmilianus nepos duobus annis major non fuit, qua ætate, ſuum avum Africanum non vidit, ut meminiſſe potuerit, ac eum cognoſcere, poſt triginta quinque fere annos: quot erat natus, cum apud Maſiniſſam tribunus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

quieſcere? (oſtendebat autem Karthaginem de excelſo, & pleno ſtellarum, illuſtri, & claro quodam loco) ad quam tu oppugnandam nunc venis paene miles? hanc hoc biennio conſul evertes, eritque cognomen id tibi per te partum quod habes adhuc a nobis hereditarium. Cum autem Karthaginem deleveris, triumphum egeris, cenſorque fueris, &

bunus militum ſecundo bello Punico omniavit: verum viri tanti imaginibus & ſtatuis erat plena Roma: ex quibus illum ſe dicit agnoviſſe. Plin. xxxv, 2. *Vinetus.* De imaginibus autem cereis aut marmoreis in atrio poſitis illud eſt Iuvenalis:

Tota licet veteres exornent undique ceræ
Atria, nobilitas ſola eſt atque unica virtus.

Et Ciceronis illud in Piſonem: *Obrepſiſti ad honores errore hominum, commendatione fumoſarum imaginum, quarum ſimile habes nihil, præter colorem.* Ramus.

De excelſo & pleno ſtellarum, illuſtri & claro quodam loco] Africanus ex lacteo circulo loquitur, qui eſt inter æthereas ſtellarum flammas ſplendidiſſimus, propter confertam ſtellularum, ut Ariſtoteles & Ptolemæus ajunt, multitudinem: unde γαλαξία a Græcis propter lactis ſimilitudinem nuncupatur: multa vero de hac regione cæli, & poetæ fabulantur, & docti philoſophantur. Poetæ enim ajunt Iunonii lactis effuſione lacteum illum candorem, alboremque ſplendentem extitiſſe: Philoſophi, ut Pythagorei, Solaris quondam currus exuſtione. Theophraſtus commiſſuram quandam, compagemque mundi cohærentium partium cenſuit eſſe. Diodorus credit non commiſturam, ſed rimam quandam interſiſtentium hemiſphæriorum. Poſſidonius exiſtimat ætherei caloris abundantiam: idcirco contra zodiaci iterobliquatam, ut temperaret reliquas mundi partes, ad quas zodiacus non pertingeret. Verum Ariſtotelis, Ptolemæique ſententia verior eſt habita ſtatuentium lacteum illum candorem cæli ex conferta ſtellularum multitudine effici. *Idem.*

Pæne miles] Natus annos plus minus XXIX. Cum autem toga virilis ſumeretur anno ſeptimodecimo; ac decennio militandum eſſet iis qui honores erant petituri. fuit hic annus primus, ut alter a perfuncta militia. Nonnullis poſt annis conſul factus ante tempus ad bellum Carthaginienſe profectus eſt. Carthaginem ipſam anno ſequenti evertit, non coſ. ut hic dicitur, ſed procos. *Car. Lang.* Tribunus militum, & ſic paullo major milite. *Vinetus.* Poteſtatem tribunorum militum exiguam fuiſſe inde apparet, quod Liv. lib. 29 ſcribit, tribunos militum virgis a legato cæſos. *Paſſerat.*

Hanc hoc biennio Conſul evertes] A. V. C. 606. P. Scipio Æmilianus, cum ædilitatem tantum peteret, ante annos legitimos conſul creatus eſt, & provinciam Africam Senatus populique juſſu extra ſortem accepit, quam anno ſequente delevit. *Idem.*

Eritque cognomen id per te partum] Paries, inquit Africanus, o Æmiliane, & comparabis tibi tua virtute cognomentum, quod ad hoc uſque tempus habes a me avo tuo hereditarium. P. enim Cornelius Scipio, confecto bello Punico ſecundo, primus ex Romanis Imperatoribus nomine *victæ a ſe gentis eſt nobilitatus*, ut Liv. XXX, extremo. *Exemplo deinde hujus, nequaquam victoria pares, inſignes imaginum titulos, claraque cognomina familiæ fecere.* Vinetus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

& obieris legatus Ægyptum, Syriam, Aſiam, Graeciam, deligere iterum coſ. abſens, bellumque maximum conficies, Numantiam exſcindes. Sed cum eris curru Capitolium invectus, offendes remp. perturbatam conſiliis nepotis mei.

Hic

Et obieris legatus Ægyptum] De legatione Plinius judicare aliquid videtur, cum ait ad reges adeundos miſſum. Iuſtinus lib. 38. ait Africanum cum Spurio Mummio & L. Metello ad inſpicienda ſociorum regna veniſſe. Cic. in Lucullo rurſum meminit: Africani, inquit, hiſtoriæ loquuntur, in legatione illa nobili (quam ante cenſuram obiit) Panætium unum omnino comitem fuiſſe: quanquam hoc loco deſcriptum illum ordinem temporis, vates hic Africanus non ſequitur. *obiit*, inquit Cic. in Lucullo, *legationem ante cenſuram:* at hic contra, cum dixiſſet, *Cenſor fueris*, addidit, tanquam poſtea futurum, & obieris legatus Ægyptum, Syriam, &c. Sed hoc *μνημονικὸν ἁμάρτημα* doctis hominibus non inſolitum. Conſulatus alter 14. poſt anno contigit, ut Livius 56. In quo miror quid ſibi velit Livius cum ſolutum legibus Africanum ait: Nil enim contra leges tum contigit annales, quæ vetabant intra decem annos eundem magiſtratum capere. *Ramus.* Valerius tamen Maximus etiam lib. IV, 3: *Scipio Æmilianus*, inquit, *poſt duos inclytos conſulatus, totidemque ſuæ præcipuæ gloriæ triumphos, ſeptem ſervis ſequentibus officio legationis functus eſt.* Videtur ſane miſſus fuiſſe in Ægyptum, cum magnis motibus jactaretur, pulſo propter inceſtus atque parricidia ab Alexandrinis Ptolemæo Euergete rege, anno V. C. 623.

Deligere iterum Conſul] Libri veteres habent *dilegere*, quod rectum eſt. ex quo *dilectus*, ut *dilectus militum.* Lambin.

Deligere iterum Coſ. abſens] Valer. Max. VIII, ult. cap. tradit Scipionem, cum Quæſtoriis comitiis ſuffragator Quinctii Fabii Maximi, fratris filii, in campum deſcendiſſet, Conſulem factum. Sed *abſentem* dicit Cicero, qui Conſulatum non petiit, nec in campum Martium candidatus cum aliis deſcendit. Quin ſcribit idem Cicero in Lælio, hunc Æmilianum Conſulatum petiiſſe nunquam, factum fuiſſe Conſulem bis, primum ante tempus, iterumque ſibi ſuo tempore, reip. pœne ſero. *Vinetus.*

Cum eris curru Capitolium invectus] Poſtquam triumphaveris. Cic. de provinciis Conſularibus: *Si in Capitolium invehi victor cum illa inſigni laurea geſtiret.* Vinetus. Virg.

Capitolia ad alta
Victor aget currum.

Offendes remp. perturbatam conſiliis nepotis mei] Quo tempore Scipio bellum gerebat Numantinum, Tib. Gracchus Trib. pl. cum legem agrariam invitis patribus promulgare vellet, interfectus a Scipione Naſica, maximos excitavit tumultus: nec tamen ejus morte factiones compoſitæ ſunt, ſed Fulvio Flacco, Papyrio Carbone & C. Graccho fratre Tiberii exemplo promulgationem adornantibus, iterum ingens ſeditio exorta eſt: Carbone legem ferente, ut cuique quoties liberet, tribunum fieri liceret: qua lege lata, Tiberii necem ulciſci ſtatuit. Itaque coacti tam patres quam plebs, ad Scipionem tanquam ad tutiſſimum propugnaculum confugere, orantes ne urbem in tanto periculo deſereret. Scipio Romam reverſus, Carbonis legem diſſuaſit. *Anonym.*

Nepotis mei] Ti. Gracchum vult dicere: cujus Tribuniciis furoribus ſe Æmilianus objecerat. vide Plutarch. Vel certe C. Gracchum: cujus fraude manu tantum Carbonis, vel ut alii,

Sem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Hic tu, Africane, oſtendas oportebit patriae, lumen animi, ingenii, conſiliique tui. Sed ejus temporis ancipitem video quaſi fatorum viam. nam cum aetas tua ſeptenos octies ſolis anfractus, reditusſque converterit, duoque hi numeri, quorum uterque plenus, alter altera

empronię conjugis ſtrangulatus Scio creditus eſt. *C. Lang.* *Nepotis mei*] Nam Tiberius Gracchus ſenior Corneliam Africani majoris filiam duxit xorem, ex qua duos hos ſuſcepit lieros, Tiber. & C. Gracchos fratres. *Anonym.*

Hic tu, Africane, oſtendas oportebit atriæ lumen animi] Poſt interitum Tierii Gracchi, Fulvio Flacco, Papyo Carbone, & C. Graccho Tiberii atre triumviris Agrariis, promulgaonem legis adornantibus, maximus urbe fuit ſtrepitus. coacti tam paes quam plebs, ad Scipionem Æilianum, tanquam ad tutiſſimum opugnaculum confugere, orantes ne bem deſereret tam diſcordem. *Ovar.*

Sed ejus temporis ancipitem video quaſi torum viam] Eo tempore quo fata rgant neſcio. Virg.

Iuppiter ipſe duas æquato examine lances
Suſtulit, & fixa imponit diverſa duorum,
Quem damnet labor, & quo vergat pondere lethum.

volucris verborum futuram morm tegit, ex arte. Futura enim obſcuverbis ab oraculis & vatibus denunntur.

Cum ætas tua ſeptenos octies ſolis anctus] Cicero enim, quod vulgo, ithmetici bis duo, ter tria, ſepties to dicunt, idem dicit per numerum um diſtributionis, quem grammai vocant, *bis bina*, ut 2. lib. de atur. deorum, *cum de phyſicis Epiculoquitur: quæ ſi bis bina quot eſſent, iciſſet Epicurus, certe non diceret.* & *ſepties octonos*, non ſepties octo: am ſermonis elegantiam ex Lazaro yſio viro ætatis noſtræ longe doctiſſimo didici, quod poſtea multis exemplis veriſſimum cognovi. Sic Livius lib. 7. decad. 3. *Ter novenæ virgines Ennii carmen canebant.* Quamvis poetæ jus ſuum plerumque teneant, & carminis gratia nonnunquam aliter loquantur. Recte igitur Virgilius,

Bis denis Phrygium conſcendi navibus æquor.

Et,

Aſpice bis ſenos lætantes agmine cygnos.

Et,

Bis quinos ſilet ille dies.

Attamen idem contra,

Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore nymphæ.

Item Ovidius,

Tempus ad hoc luſtris jam bis mihi quinque peractis.

Anfractus ſolis nominatur propter obliquitatem orbis zodiaci, per quem ſol modo ad Septentrionem inflectitur, modo relabitur ad meridiem: ſinuoſas enim & flexuoſas vias, anfractus appellamus, ut fluminum, ut littorum ſolent eſſe. *Ramus.* Solis anfractum & reditum annum vocat, *anfractum*, propter zodiaci obliqui circuli ambitum, quem ſol trecentis ſexaginta quinque diebus cum quadrante conficit, quod tempus annuum vocant. reditum vero, ait Macrobius, *quia eadem ſigna per annos ſingulos certa lege ſol metitur.* Vinetus.

Quorum uterque plenus alter altera de cauſſa habetur] Duo vero numeri, ſeptenarius & octonarius, alter altera de cauſa pleni dicuntur a Pythagoreis, & Pythagoreos multis philoſophis ſequutis. Macrobius multa de ſeptenario ex partibus, unitate, & ſenario, binario, & quinario, ternario, & quaternario: quarum partium perfectio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ctionem omnem vult etiam ſeptenario contineri, tum multa genera colligit rerum ſeptenario comprehenſarum, conceptionem hominis ſeptem horis, ſeptem diebus formationem, ſeptem menſibus partum, multaque alia per bis, ter, quater, quinquies, ſexies, ſepties, octies, decies ſeptena. Deinde ad ſimplices ſeptenarios revertitur: nigra membra hominis dicit eſſe ſeptem, linguam, cor, pulmonem, jecur, lienem, & renes duos. item ſeptem cibi & ſpiritus membra, guttur, ſtomachum, alvum, veſicam, inteſtina principalia tria: ſeptem organa ſenſuum, linguam, oculos, nares, aures, ac pleraque ejuſmodi: addit & animam mundanam ab illo Deo Platonico ſeptenis numerorum limitibus eſſe compoſitam, & ſeptem planetas, & quater ſeptenis diebus curſum lunæ diſtingui, & bis ſeptenis Oceani motus: denique hunc numerum Palladi ſacrum, quia neque gignatur, niſi ab uno, ut Pallas a ſolo patre Iove abſque mulieris ſemine. Similia quædam apud Cenſorinum de die natali recenſentur, quod per omnem vitam ſeptimus quiſque annus ſit criſimus & periculoſus, & climactericus vocetur, & alii aliis difficiliores a genethliacis obſervati ſint. Hac igitur tam multiplici ſubductione exemplorum credidit Macrobius aliquid ſacrum de hoc numero ſe docuiſſe, cum pleraque tamen horum falſa ſint, ut cum ait ter ſepteno menſe puerum loqui, & quater ſepteno ambulare, & quinquies ſepteno lac horreſcere, cum ſæpe illa ante tempus hoc, & poſtea contingant, & illis exemplis quicquam ad hujus numeri perfectionem contineri valde ſuperſtitioſum videatur exiſtimare: quin licet infinita alia ſeptenarii exempla colligere, ſeptem montes Romæ, ſeptem oſtia Nili, ſeptem peccata mortalia, quæ dicuntur ſeptem dormientes in Gallia, & per cæteros numeros ſimilia licet exempla commemorare. quid tamen propterea? quæ vis hujus numeri demonſtrabitur? A Galeno acerrimi judicii medico video fabuloſa iſta Pythagoreorum ſomnia merito deriſa in Criticis libris: non enim ſi qua vis Lunæ motuſque aliarum cauſarum tempore certo ad eventus deſtinatos progreditur, & tempus illud numero concludatur, ideo vis iſta non naturalium legitimarumque cauſarum eſt potius quam numerorum: numerus ſiquidem vis animi eſt, qua confuſam multitudinem diſtinguimus, quaque magnas rationes & implicatas abſolvimus: & ſi quid certis numeris efficeretur, non numerus id, ſed homo perficeret: ſed ſi quid Deus ſeptenario numero definierit, ut ſabbathum, ut libertatem ſervorum, ut agrorum ceſſationem, ideo vis iſta numeri ſeptenarii fuit, non illius numerantis & ratiocinantis Dei. Ad octonarium venio, quem Pythagorei juſtitiæ numerum vocant, quia par ſit pariter par, & in partes particulaſque pares dividatur, ſi similitudo quæreretur ad explicandam perpetuam juſtitiæ æquabilitatem, ut quemadmodum octonarius in quaternarios duos, iique in binarios, tandem illi in unitates, partes perpetuo pares dividantur: ſic juſtum virum in omni cauſa parem, non in hanc aut illam partem magis propenſum eſſe oportere, eſſet hæc aliqua docendi non negligenda utilitas: docere autem divinitus in illo numero arcanum neſcio quod juſtitiæ ſymbolum occultari, nullam interpretari cauſam, quamobrem id ita fiat, Pythagoricum magis eſt, quam philoſophicum. Pythagorei enim nullam ſententiæ ſuæ rationem reddebant, philoſopho autem turpe ſit ſine ratione loqui. Addit Macrobius aliam plenitudinis cauſam in octonario, quia cubus ſit, & ſolidus: neque iſtud omnino quicquam plenitudinis nobis oſtendit: omnes ſiquidem numeri cubos ex ſeſe procreant, quare etiam plenos. nec ideo excellentiæ quicquam octonario dabitur. Galenus cum ſeptenarium in morbis regem appellaſſet, quod tanquam bonus princeps aut miſericordia ægrotos velut reos liberaret, aut magnam partem morbi, quaſi ſupplicii detraheret, ſenarium contrariis nominibus tyrannum vocavit, eiſque octonarium perſimilem fecit, neque tamen hanc ipſam poteſtatem numeris attribuit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

era de cauſa, habetur, circuitu naturali ſummam
ibi fatalem confecerint: in te unum, atque in tuum
nomen, ſe tota convertet civitas: te ſenatus, te omnes
boni, te ſocii, te Latini intuebuntur: tu eris unus,
n quo nitatur civitatis ſalus; ac ne multa, dictator
remp. conſtituas oportet, ſi impias propinquorum
manus effugeris. Hic cum exclamaſſet Laelius, inge-
muiſſentque ceteri vehementius: leniter arridens Sci-
pio, Quaeſo, inquit, ne me e ſomno excitetis, &
arum rebus: audite cetera. Sed quo ſis, Africa- 3
e, alacrior ad tutandum remp. ſic habeto: Omni-
bus,

l cæleſtibus motibus, qui ſua vir-
e mutationes iſtas in corporibus ef-
ant. Audio vero perlibenter Eucli-
n de perfectis numeris differentem,
iis magnas utilitates explicantem,
quarum nihil ſeptenario, nihil octo-
io poſſit omnino convenire: per-
tus enim numerus definitur ab eo
VII. elementorum, qui partibus
ſit æqualis, ut ſenarius æqualis eſt
tati, binario, ternario, a quibus
s numeratur: ſeptenarius non eſt
unitati, a qua ſola numeratur:
onarius non eſt par unitati binario
ternario, a quibus ſolis numera-
: imo vero impares & ii numeri,
Arithmeticis imperfecti vocantur.
re jam licet per nos ſive genethlia-
Chriſtianis ſæpe publicis decretis
nati, ſive Pythagorei a reliquis
loſophis frequenter irriſi, cum nu-
orum fictis ſomniis valeant. *Ra-*

te unum atque in tuum nomen] Sic
ur in manuſcripto codice, & me-
, ut videtur, quam in vulgatis.
rſin.

ic cum exclamaſſet] Lælius qui una
Republica in his libris diſputave-
dolore perturbatus, exclamavit,
eteri, Scævola, Fannius, Tube-
Manlius, Philus vehementius de
a indignitate atque acerbitate in-
uerunt. Eſt autem principi forti-
viro valde decorum, quod ſequi-
tur: pericula Scipionis a Scipione ipſo narrantur, quorum auditione cæteri qui adſunt, commoventur: ipſe vero, ad quem pertinent, immotus, imperterritus, conſtanſque permanet, aut (quod de Ænea Virgilius,)

——— *curiſque ingentibus æger*
Spem vultu ſimulat, premit altum
corde dolorem.

Æmilium enim εἴρωνα Cicero in Lucullo teſtis eſt fuiſſe. *Libenter* (ait de Socrate) *uti ſolitus eſt ea diſſimulatione, quam Græci εἰρωνείαν vocant, quam ait etiam in Africano fuiſſe Fannius, idque propterea vitioſum in illo non putandum, quod idem fuerit in Socrate.* Quare Æmilianus ex illa diſſimulatione leniter arridet & feſtive jocatur, *ne me e ſomno excitetis*, ſomnium memineritis me, non hiſtoriam vobis narrare: *pax ſit rebus*, tacete, & audite cætera. *Ramus.*

Pax ſit rebus] In omnibus vet. libris quos mihi contigit videre, *parum rebus*, ſcriptum eſt. Eſtque, ni fallor, germana lectio. *Parum rebus*, ſcilicet concedite; hoc eſt date aliquid temporis & otii rebus tam arduis cognoſcendis. hoc enim rei appellatione venit. ad Att. XIII. *Hui quamdiu de nugis; de re enim nihil habeo quod loquar.* Et ſupra I de Officiis: *Quæ omnes artes in veri veſtigatione verſantur, cujus ſtudio a rebus gerundis abduci, contra officium eſt.* Martial. lib. VIII.

bus, qui patriam conſervarint, adjuverint, auxerint, certum eſſe in caelo definitum locum, ubi beati

Poſſe Deum rebus pariter Muſiſque vacare

Scimus. Sic dictator rei gerundæ. Langius. Et *parum rebus.* Sic habent libri veteres, non, ut vulgo, *pax ſit rebus*, aut *pacem rebus*, præciſa locutio, quæ ſic integra ſit, *parum rebus temporis tribuite.* Lambin. *Et parum rebus, audite cetera.* Sic enim lego in Gemblacenſi, & reliquis meis omnibus MS. codicibus. *Suffridus Petri.* Vides hunc locum interpolatum eſſe contra veterum codicum fidem, proculdubio a noſtrorum ſacrorum conſortibus, qui ſæpius audierant *pax vobiſcum, pax huic domui*, quod loquendi genus Hebraicum in ſacris litteris frequenter occurrit. Extare tamen in duobus codicibus *pax ſit rebus* teſtatur Manutius, addens in uno deeſſe *ſit.* In aliis MSS. vero *parum rebus. Et, ſit, rebus* inculcata ſunt a ſciolis imperitis, & a librariis. in *parum* latet vera ſcriptura, cujus veſtigia retinuerunt quidam libri, in quibus recte ſcribitur *pax.* Ciceronis manus fuit: *Quæſo, inquit, ne me e ſomno excitetis. pax! verum audite cetera.* h. e. tacete, & deſinite ingemiſcere, & exclamare. Notum eſt vocula hac *pax* uti Græcos & Romanos, cum aut ſibi, aut aliis ſilentium indicunt, Priſcian. *Pax Græcum eſt quando ſignificat tantummodo.* Terent. Heaut. IV, 3: *pax. nihil amplius.* Plaut. Mil. Glorioſ. III. I.

PL. *quam nominem?*
PA. *Glyceram.* PL. *nempe eandem, quæ dudum conſtituta eſt.* PA. *Pax, abi.*

Hæc mea de hoc loco ſententia eſt. Sed quod in pleriſque codicibus habetur *parum rebus*, quamvis nec hoc mihi probetur, & Langii & Lambini explicatio ſit longius petita, quam ut Ciceronis ſtudioſo poſſit placere, malui retinere, cum Langio, Lambino, aliiſque quam peſſime interpolatam, *& pax ſit rebus*, quæ fuco ſani coloris incauto lectori imponit, & in vulgatis editionibus pleriſque, etiam ipſa Gruteriana, male retinetur. *Grævius.*

Certum eſſe in cælo ac definitum locum] *Deſtinatum* pro *definitum* habet liber manuſcriptus. *F. Vrſin.* Gemblacenſis codex particulam *ac* non habet, ut ſit *definitum* idem quod præparatum, deſtinatum, circumſcriptum: quo modo legit & Langius, quem ſequor. *Suffridus.* Adhuc Cicero Platonis nil niſi numeros Pythagoreos imitatus eſt, neque iſta de loco in cœlo definito Platonica ſunt. Plato enim Pythagoram ſequutus, cum animas 10. lib. de Repub. feciſſet immortales, ait eaſdem ſemper eſſe, nunquam plures, nunquam pauciores. Idemque in Timæo & Phædro confirmat animarum numerum aſtris parem ab initio genitum, & ſingulis ſuum aſtrum attributum, ad quod certis temporum intervallis revertantur: deinde in alia corpora demigrent. Cicero vero ſemper in cælo permanſuras eſſe confirmat, quod & religioni Romanæ aptius illi videbatur, & ad veritatem congruentius: Crediderunt enim Romani viam lacteam (quæ paulo ante excelſus & plenus ſtellarum, illuſtris & clarus locus appellabatur, & aliquanto poſt rurſus appellabitur) ſedem eſſe fortunatorum ac beatorum. Vt Ovidius primo Metamorph.

Eſt via ſublimis cælo manifeſta ſereno,
Lactea nomen habet, candore notabilis ipſo,
Hac iter eſt ſuperis ad magni tecta tonantis.

Quod idem Manilius lib. I. de hoc circulo ſcribens ait:

An fortes animæ, dignataque nomina cælo,
Corporibus reſoluta ſuis, terraque remiſſa,
Huc migrant ex orbe, ſuumque habitantia cælum
Æthereos vivunt annos, mundoque fruuntur?

Quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

beati aevo ſempiterno fruantur. nihil eſt enim illi principi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat, acceptius, quam concilia coetuſque hominum jure ſociati, quae civitates appellantur: harum rectores, & conſervatores hinc profecti, huc revertuntur. Hic ego, etſi eram perterritus, non tam metu mortis, quam inſidiarum a meis,

…uod ipſum ad Chriſtianæ, id eſt, …riſſimæ religionis pietatem magis …cedere videretur, niſi poſtea quid…m deterius adderetur. Confirmatio … cæleſtis fœlicitatis ex authore Deo, …i civilem juſtitiam, pietatem in pa…um charam habet. Cum enim dua…s legibus omnem bene beateque vi…ndi ſpem concluſerit, alteram in …igione & pietate erga Deum: alte…a in amore propinquorum civium… noſtrorum conſtituit: Ergo Deo …a gratum eſſe non poteſt, ſi legi… ejus obtemperemus, ejuſque ſan…ſimæ voluntati morem geramus: …minum igitur conſervatores, qui …n tantum ſeipſos illi immortali …ncipique Deo, ſed cives ſuos juſtos …perantes, liberales, pios præſtite…, ut a cæleſti poteſtate virtuteque …fecti, ita ad eam revertentur. *Ra-*

…*ncilia cœtuſque hominum jure ſocia-… quæ civitates appellantur*] Recte ad…ur *jure ſociati.* Nam & *ſervilis* …*dam & gladiatoria manus*, ut recte …it Macrobius, *concilia cœtuſque* …*num fuerunt, ſed non jure ſociati: …utem ſola eſt juſta multitudo, cujus …erſitas in legum conſentit obſequium.* …e hæc definitio a Platone poni… lib. de repub. & ab Ariſtot. III …t. 1. 2, & 4. *Gerard. Voſſius.* Ita …ilium & cœtum alibi quoque jun… Cicero, ut in libro de Senectute: …*eclarum diem cum ad illud divinum …orum concilium cœtumque profi-*… . Vinetus.

…inc profecti] Paulo poſt explica…idem ponitur, *hominibus datos eſ-…umes ex illis ſempiternis ignibus, quæ ſydera & ſtellas nos appellamus.* Chaldaica ſententia iſtà eſt, quam Heraclitus, Plato, Ariſtoteles, reliquique fere philoſophi ſunt imitati: Chaldæi ignem, Deum rerum omnium conſtituerunt. Heraclitus ſimiliter ex igne conſtare dixit omnia, & Deum ipſum, & animas hominum. Plato in Timæo, cum omnem cæleſtem regionem igneam eſſe confirmet, naturamque mundi, & illos ſecundarios, quaſi minorum gentium deos ex eo faciat, in eodem rurſus cratere ſuperioris permiſtionis reliquias aggregando, animas hominum componit. Ariſtoteles tametſi ſuis uti decretis videri vult, eandem tamen ſententiam ſequitur: quinetiam quandam naturam quatuor elementorum diſſimilem cenſuit eſſe, unde eſſent aſtra, menteſque hominum ſingulares, ut Cicero in Academicis & Tuſculanis quæſtionibus author eſt. Stoici, Zenonis ſectatores & æmuli ſtatuerunt ignem eſſe, qui quidque gigneret, mentem atque ſenſus. Itaque cum omnia illa ſupera ignea facerent, ut ſuapte natura omnia levia ſurſum, ſic igneos animos nulla vitiorum fæce coinquinatos veteres exiſtimaverunt, cum a corporibus laxati eſſent, in ſublimem illam æthereamque regionem ferri. hos poetæ ſequuti, ſimilia nobis tradiderunt. Vnde ſunt illa Virgilii 6. Æneid.

Igneus eſt ollis vigor, & cæleſtis origo
Seminibus, quantum non noxia corpora tardant:
Terrenique hebetant artus, moribundaque membra.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

meis, quaeſivi tamen, viveretne ipſe & Paullus pater, & alii, quos nos extinctos arbitraremur. Immo vero, inquit, ii vivunt, qui ex corporum vinculis, tamquam e car-

Hinc & illud Iuvenalis 15. Satyra, cum de ratione loquitur:

——— Separat hæc nos
A grege mutorum, atque ideo venerabile ſoli
Sortiti ingenium, divinorumque capaces,
Atque exercendis, capiendiſque artibus apti,
Senſum a cæleſti demiſſum traximus arce.

Ergo Philoſophi animam eſſe naturæ cæleſtis crediderunt. *Ramus.* Cicero cum Platone ſentiens dicit omnes eos, qui rebuſpublicis bene præfuerint, poſt ſuum ex hac vita diſceſſum, recta in cœlum veluti domicilium, germanamque ſuam patriam redire, ex qua in hoc miſerum orbis theatrum tanquam in exſulium miſſi ſunt. Eſt ſiquidem animorum origo cœleſtis (ſecundum eos) non ex terra, quos procreator ille mundi (ut dicit Cicero) e ſua mente, & divinitate genuit. Hoc ipſum & v. Tuſc. Quæſt. ſenſiſſe videtur, dum ait: *Humanus animus decerptus ex mente divina, cum alio nullo, niſi cum ipſo Deo, ſi hoc fas eſt dictu, comparari poteſt. Hic igitur ſi eſt excultus, & ſi ejus acies ita eſt curata, ut ne cæcetur erroribus, ſit perfecta mens, id eſt abſoluta ratio, quod eſt idem virtus.* vide & ſuperius librum de ſenectute, & de amicitia. *G. Voſſius.*

Viveretne ipſe & Paullus pater, & alii] Propoſitis juſtæ & innocentis vitæ præmiis, duæ quæſtiones occurrunt, an mortui vivant: tum ſi vivant in tanta lætitia, cur tam diuturnam vitam trahimus? Quærit igitur Æmilianus, an vivant, qui vulgo putantur extincti: quia & vita & anima ignea quædam vis credatur, quæ una cum corpore extingui exiſtimetur: id breviter affirmatur propoſito in exemplum quæſtionis Pauli patris animo, ad cujus aſpectum & effuſæ lachrymæ, & complexus illius, & oſcula pietatem ſummam declarant, ut diu loqui Æmilianus nequiverit. *Ramus.*

Ex corporum vinculis tanquam e carcere evolaverunt] Hæc ſunt plane Socratica. Ipſe Socrates in Phædone Platonis, bibiturus cicutam, inter alia, quæ de anima præſentibus diſcipulis diſputavit, illud adduxit, corpus animi eſſe carcerem: agere in eo animum dixit non ſponte, ſed vi quadam: non eſſe locum illum animi naturalem, ſed puriorem, videlicet cœlum: mortem ſolutionem eſſe a corpore, & reditum ad cœleſtia. *Olivar.* Seneca ad Helviam matrem de conſolatione: *Corpuſculum hoc, cuſtodia & vinculum animi huc atque illuc jactatur.* vide & Cic. de Senectute c. 22. Cicero vero hæc hauſit ex Socrate, cui in Phædo ne Platonis, Cratylo, & alibi, cor pus δεσμὰ, id eſt, vincula animi ap pellari, & δεσμωτήριον, id eſt carce rem. Sunt vero, qui putant δέμας id eſt corpus, ex eo dictum, quod ſi δεσμὸς, id eſt, vinculum animi, cor porique quod ſit συνδεδεμένη ψυχὴ id eſt, colligatus animus. abs qua ver bi δέμας etymologia, neque multum abeſt alia, cujus meminit Euſtathiu in librum VII Iliados, δέμας, δῶμ quoddam eſſe, id eſt, domum & ha bitaculum animi. Quod autem ha bent Græci aliud corporis vocabulum nempe σῶμα, id Socrates in Platon Cratyllo & Georgia, dictum puta quaſi quoddam animi noſtri σῆμα id eſt monumentum & ſepulchrum in quo ſit nunc animus veluti ſepu tus. Alii in eodem Cratylo, σῶμ trahunt, ἀπὸ τοῦ σώζεσθαι, quod ſerv tur, cuſtodiatur animus in corpor ſicut maleficus quiſpiam in carcere, vinculis: donec debitas pœnas perſ verit. *Vinetus.*

Veſt

e carcere, evolaverunt: veſtra vero, quae dicitur vita, mors eſt. quin tu aſpicias ad te venientem Paullum patrem. Quem ubi vidi, equidem vim lacrimarum profudi. Ille autem me complexus atque oſculans flere prohibebat. Atque ego ut primum, fletu repreſſo, loqui poſſe coepi, Quaeſo, inquam, pater ſanctiſſime atque optime, quoniam haec eſt vita, (ut Africanum audio dicere) quid moror in terris quin hinc ad vos venire propero? Non eſt ita, inquit ille. niſi Deus is, cujus hoc templum eſt omne, quod conſpicis, iſtis te corpore cuſtodiis liberaverit, huc tibi aditus patere non poteſt. homines enim ſunt hac lege generati, qui tuerentur illum globum, quem in hoc templo medium vides, quae terra

Veſtra vero quæ dicitur vita mors eſt] Illud ipſum quaſi ad verbum refert in Platonis Georgia Socrates: *Quis* (inquit) *novit, utrum vivere quidem mori ſit, mori autem vivere: & nos forte revera mortui ſumus, audivi jam equidem a ſapiente quodam, nos nunc mortuos eſſe, corpuſque noſtrum ſepulchrum eſſe nobis.* G. Voſſius. Manil. lib. I.

Fata regunt orbem, certa ſtant omnia lege.
Naſcentes morimur, finiſque ab origine pendet.

ic & Chriſtiani. Hildebertus Cenoman. Serm. I. *Vectigal peccati eſt, quod d mortem mortibus innumeris perveniabus.*

Quid moror in terris?] Quid moror n terris, ſi vita noſtra mors eſt? *mul- extitere*, ait Plin. lib. VII. *qui non aſci optimum cenſerent, aut quam ocyſme aboleri.* Ramus.

Cujus hoc templum eſt omne] Templum Dei omne cœlum quod conſpiitur appellat: & proprie cœlum, *temlum* dicitur, a tuendo: Hinc eſt illud nnii:

Contremuit templum magnum Iovis altitonantis.

it quemadmodum in terris ſacræ ædes, templa: ita cœlitum domicilia, templa nominantur. Et ſimiliter paulo poſt, *nonne aſpicis, quæ in templa veneris?* Templa igitur deorum cœlum nominat. *Idem.* Loca quæ ab omni parte adſpici, vel ex quibus omnis pars videri poteſt, ut a tuendo dictum templum putet Varro, & ab ipſo *contemplari* verbum. Hinc loca augurii, aut auſpicii cauſſa, quibuſdam conceptis verbis finita, ſicut apud Livium, *Palatium Romulus Aventinum ad inaugurandum templa capiunt.* Templa etiam dicuntur ſub terra, ut *Acheruſia templa* apud antiquum poetam, loca infera, & dei inferni regna. Templa denique dicuntur in cœlo, & cœlum ipſum templum eſt, ut in actu tertio Eunuchi Terentianæ:

At quem deum! qui templa cœli ſumma ſonitu concutit.

& inferius: *Nonne adſpicis quæ in templa veneris?* &, *cum Romuli animus hac ipſa in templa penetravit.* Hoc vero loco, & cum mox ſubdit, *terram in hoc templo mediam* eſſe, mundum univerſum accipit Macrobius. *Vinetus.*

Quem in hoc templo medium vides] Communis eſt veterum ſententia in totius univerſi centro tellurem no-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

terra dicitur: hiſque animus datus eſt ex illis ſempiternis ignibus, quae ſidera, & ſtellas vocatis. quae globoſae, & rotundae, divinis animatae mentibus,

ſtram poſitam eſſe, ita ut in medio ſit omnium ſtellarum & planetarum. Sed hæc ſententia philoſophis ætatis noſtræ accuratioribus dudum eſt exploſa. Non magis in univerſi medio eſt, quam Saturnus aut ſtella quævis fixa. Ceterum mundum hunc templum dicebant Stoici. Senec. VII de benef. 8: *Totum mundum deorum eſſe templum, ſolum quidem amplitudine illorum ac magnificentia dignum.* & epiſt. 90: *Per quæ non municipale ſacrum, ſed ingens omnium Deorum templum mundus reſeratur.* Lipſius Phyſiolog. Stoic. II, 7. ubi vide plura.

Hiſque animus datus eſt ex illis ſempiternis ignibus] Hominibus datus eſt animus a deo ex ſtellis & ſyderibus, igneis corporibus. vide Plutarch. lib. IV de placitis Philoſophorum. Stoici omnia ex igne conſtare dicebant, & omnia aliquando conflagratura, animum eſſe πνεῦμα θερμὸν, id eſt, ſpiritum calidum. Democritus ignitum etiam neſcio quid: ſed quam vana ſint omnia illa veterum philoſophorum ſomnia de animo diſce ex Tertulliano, Aurelio, Lactantio, Auguſtino. Sempiternos ignes vocat ſtellas, quia ſecundum Stoicorum placita, *ſunt ſtellæ*, ut Lucillius Balbus 2 de nat. deor. ait, *natura flammæ, quocirca terræ, maris, aquarum vaporibus aluntur.* Quod Stoicorum dogma falſum convincit Ariſtoteles 2 de cœlo. Sempiterni autem ignes dicuntur, quod ſemper luceant, quod perpetuo moveantur, & quod ætherem Pythagoras, Plato, ac Ariſtoteles æternum & nunquam interiturum eſſe dixerunt. *Vinetus.* *Ignibus*] Non vult dicere illos ſempiternos ignes animaſſe homines: corpus enim etiamſi divinum ſit, animare non poteſt: ſed vult homines accepiſſe animum a mente: unde illa ignea corpora ſint animata. ab eodem ergo principio animam homo & ſtellæ accipiunt. *Anonymus.*

Quæ globoſæ] Stellas globoſas eſſe Ariſtoteles exiſtimat, tum quia nuſquam progrediantur, nec aliam idcirco formam requirant: tum quia veriſimile ſit Lunæ, quæ ſtella item ſit, reliquas ſtellas forma ſimiles eſſe. Stoici eadem ratione tributam ſyderibus iſtam formam crediderunt, ut 2 de Natura deorum Cicero, qua mundo univerſo: quia nil ſit ea figura pulchrius, quæ ſola omnes alias figuras complexa continet, quæque nil aſperitatis habeat, nil offenſionis, nil inciſum angulis, nil anfractibus, nil eminens, nil lacunoſum. *Ramus.*

Divinis animatæ mentibus] Divinis animatas eſſe mentibus ſtellas ex Platonico dogmate eſt: minores ſiquidem ſunt illi dii, quos fingit in Timæo Plato a ſummo Deo factos, & immortalitate donatos: quod Ariſtoteles in libris de cælo & iis voluminibus quæ τὰ μετὰ τὰ φυσικά nominatur, ſecutus videtur: cælum enim animal appellat, & 55. deos, rectores totidem cæleſtium orbium conſtituit, naturas æternas & cœleſtium principia motionum vocat. Et Themiſtius Ariſtotelis interpres in lib. de anima, dicit animalium tria eſſe genera, cœleſtium, quæ perfectiſſima ſunt: terreſtrium, quæ maxime contra ſunt imperfecta: medium collocat hominem, utriuſque participem extremi. Arabes & ſcholaſtici homines quidam non animalia nominarunt, ſed intelligentias etiam nominibus appellatas ſyderibus affixerunt, Saturno Caſſielem, Iovi Zacielem, Marti Samuelem, Veneri Anaëlem, Mercurio Raphaëlem, Lunæ Gabrielem, quæ cujuſmodi ſint, ſcholaſticis altercationibus æſtimanda relinquo. *Ramus.* Cicero lib. I de nat. deorum multos nominat philoſophos, qui ſtel-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

pus, circos ſuos, orbeſque conficiunt celeritate mirabili. Quare & tibi, Publi, & piis omnibus retinendus eſt animus in cuſtodia corporis: nec injuſſu ejus, a quo ille eſt vobis datus, ex hominum vita migrandum eſt, ne munus humanum aſſignatum a Deo defugiſſe videamini. Sed ſic, Scipio, ut avus hic tuus, ut ego, qui te genui, juſtitiam cole, & pieta-

ellas in Deos retulerunt, adverſum uos diſputat Lactantius II divinarum inſtitutionum. In Platonis Timæo & in Epinomide aſtra dicuntur μψυχα, id eſt, animo prædita, dicuntur & ζῶα, id eſt, animantia, ique θεῖα, id eſt, divina. ſed vide lacrob.

Circos ſuos orbeſque conficiunt celerita- mirabili] Gemblacenſis codex & lartinius habent *circos*, & *circus*, quoes hoc vocabulum occurrit. Itaque icero in Arato:

Vidiſti magnum candentem ſerpere circum,
Lacteus hic nimio candens fulgore notatur.

angius etiam cum Gemblacenſi coce conſentit, quem ſequor. *P. Suffidi.* *Circos* inveni hic pro *circulos* in ibuſdam exemplaribus: atque ita detur legiſſe Macrobius. *Circum* quoe *lucentem* mox dicet Paullus, non *culum*. Vinetus. Quanta celeritate rculos ſuos dii illi conficiant, ſolis rſus indicare poteſt, qui cum viginquatuor horis 360. gradus orbis perrrat ſingulis diebus, ſi uni gradui . millia paſſuum duntaxat (ut ter gradibus attribui ſolent) attribuas, mel & vicies ſupra ſexcentena ſenae millia paſſuum ſingulis diebus nficiet. *Ramus.*

Retinendus eſt animus in cuſtodia corris] Quæret autem hic aliquis, qua tione igitur Cato, Brutus, Caſſius bi manus attulerunt, ſi non liceat aperatoris Dei injuſſu demigrare? ideo equidem quid pro Catone Ciro tanquam divinæ voluntatis inrpres reſponderit: Ait enim prima Tuſculana, *Cato ſic exceſſit e vita, ut cauſam moriendi nactum ſe eſſe gauderet: vetat enim dominans ille Deus injuſſu hinc nos ſuo demigrare: cum vero cauſam juſtam Deus ipſe dederit, ut tunc Socrati, nunc Catoni, ſæpe multis, næ ille medius fidius vir ſapiens lætus ex iis tenebris in lucem illam exceſſerit, nec tam illa carceris vincula ruperit: leges enim vetant, ſed tanquam a magiſtratu aut a poteſtate aliqua legitima, ſic a Deo evocatus atque emiſſus exierit.* verum huic ſubtilitati graviter occurritur & a Philoſophis diſſerentibus mortem ſibi ipſi conſciſcere, fugientem vel inopiam, vel amorem, vel moleſtiam, fortis, magnique animi non eſſe, ſed timidi potius & anguſti, & a divinæ legis contrario mandato, *non occides.* Quod ſi pro libidine militi liceat conſilia imperatoris interpretari: quænam tandem ſtabiles & firmæ cuſtodiæ retinerentur? Martialem vero hic multo libentius, quam Ciceronem audio:

Quod magni Traſea, conſummatique Catonis
Dogmata ſic ſequeris, ſalvus ut eſſe velis:
Corpore nec nudo ſtrictos incurris in enſes,
Quod feciſſe velim te, Deciane facis.
Nolo virum facili redimit qui ſanguine famam:
Hunc volo laudari, qui ſine morte poteſt.

Ergo retinenda nobis vita eſt, & cuſtodia nobis commiſſa tuenda eſt, ne defugiſſe munus a Deo datum videamur. *Ramus.* Superius de ſenectute hoc tribuit Pythagoræ: *Ita fit, ut illud*

pietatem: quae, cum ſit magna in parentibus, & propinquis, tum in patria maxima eſt: ea vita via eſt in caelum, & in hunc coetum eorum, qui jam vixerunt, & corpore laxati, illum incolunt locum, quem vides: erat autem is ſplendidiſſimo candore inter flammas circus elucens, quem vos, ut a Grajis accepiſtis, orbem lacteum nuncupatis: ex quo omnia mihi contemplanti praeclara cetera, & mirabilia videbantur. erant autem eae ſtellae, quas numquam ex hoc loco vidimus: & eae magnitudines omnium, quas eſſe numquam ſuſpicati ſumus: ex quibus erat illa minima, quae ultima coelo, citima terris, luce lucebat aliena. ſtellarum autem globi terrae magnitudinem facile vincebant. Iam ipſa terra ita mihi parva viſa

breve vitæ reliquum, nec avide appetendum ſenibus, nec ſine cauſſa deſerendum ſit: vetatque Pythagoras, injuſſu imperatoris, id eſt, Dei, de præſidio & ſtatione vitæ decedere. Vinetus. vide quæ ad hunc locum notantur.

In patria] In Platonis Critone, & lib. v de legibus, ut Dea quæpiam anteponitur patri, matri, & aliis omnibus propinquis. *Eſt enim communis omnium parens noſtra patria*, ait Cicero in Catilinam. vid. orat. pro Pub. Seſtio. *Vinetus.*

Illum incolunt locum] Circulum lacteum intelligit, in quo ſequitur Platonem & alios Phyſicos, qui hunc ſedem beatorum eſſe volunt, animaſque e cœlo per cancrum delabi, in cœlum remeare per capricornum, eaſque demum vivere in lacteo circulo, ibique ſempiterna perfrui contemplatione. Alii ajunt animos remigrare in cœlum, non ſolum in circulum lacteum, ſed & in alias paſſim ſtellas. *Anonymus.* Sic & Manilius, in libro primo ejuſdem rei commeminit, ubi quærit, quæ candoris in circulo lacteo poſſit eſſe.

An fortes animæ dignataque nomina cœlo,
Corporibus reſoluta ſuis, terræque remiſſa,
Huc migrant ex orbe: ſuumque habitantia cœlum
Ætherios vivunt animos, mundoque fruuntur.

Vinetus.

Erat autem is ſplendidiſſimo candore inter flammas circus elucens] Fuit hæc ſententia Democriti, quam ſic expreſſit Manilius:

An major denſa ſtellarum turba corona
Contexit flammas, & Craſſo lumine candet,
Ex fulgore nitet collato clarior orbis.

Quod Democritus vetereſque conjectura ſagaciter ſunt aſſecuti, hoc noſtro tempore teleſcopia ſic detexerunt, ut doctis omnem ſcrupulum eripuerint.

Eæ magnitudines omnium] Ab omnibus veteribus codicibus abeſt vox *omnium.* Ex quo ſic legendum arbitror: *erant autem eæ ſtellæ, quas nunquam ex hoc loco vidimus, ea magnitudine, qua eſſe nunquam ſuſpicati ſumus*, vel *quam nunquam ſuſpicati ſumus.* Lambinus. *Erant autem eæ ſtellæ quas numquam ex hoc loco vidimus: & eæ magnitudines omnium*

viſa eſt, ut me imperii noſtri, quo quaſi punctum
ejus attingimus, poeniteret. Quam cum magis in- 4
tuerer, quaeſo, inquit Africanus, quouſque humi
defixa tua mens erit? nonne adſpicis, quae in templa
veneris? novem tibi orbibus, vel potius globis con-
nexa ſunt omnia: quorum unus eſt caeleſtis, extimus,

omnium quas eſſe nunquam ſuſpicati ſumus] In manuſcripto hic locus aliter legitur: *Erant autem eæ ſtellæ, quas numquam vidimus: & eæ magnitudines, quas nunquam ſuſpicati ſumus.* F. Vrſin.

Novem tibi orbibus vel potius globis connexa ſunt omnia] Duæ formæ præſtantes ſunt ex ſolidis globis (ſic enim σφαίρας interpretari placet) ait Cicero 2. de natura deorum, ex planis circulus, aut orbis, qui κύκλος Græce dicitur: proprie ſolida illa corpora globi, non orbes nominantur, quos octo duntaxat antiquitas omnis eſſe ſenſit, orbem ſtelliferum extimum, ſubjectoſque ei planetas ſeptem. Verum Hipparchus & Ptolemæus, hoſque deinceps Aſtrologi ſequuti, cum triplicem in orbe ſtellifero motum animadvertiſſent, primum ab ortu per meridiem ad occaſum, ſecundum circa principia Arietis & Libræ a Septentrione ad Meridiem, contraque tertium ab occaſu per Meridiem ad ortum: decimum globum authorem primi motus, nonum ſecundi ſtatuerunt, tertium qui triginta ſex millibus annorum abſolveretur, ſtellifero orbi tradiderunt: tametſi neque deſint hodie vetuſtatis defenſores, quique & tranſverſum illum a Septentrionibus motum nullum eſſe confirment, & primum qui 24. horis efficitur, univerſi cæli eſſe proprium, deinde in ſingularibus globis, item ſuum, in primo orbe ſexies & tricies millenorum annorum: in Saturno, Marte, Iove, cæteriſque ſimiliter certis temporibus definitum: atque id a Ptolomæo ſumere ſe diſputant. Quam quæſtionem Auguſtinus Ricius ſubtiliter & acute tractavit. *Ramus.* Antiquiſſimi Philoſophi ſphæras plures quam octo non videntur cognoviſſe, in infimo ætheris orbe lunam collocarunt, in ſequentem Mercurium, in tertium Venerem, in quartum Solem, in quintum Iovem, in ſextum Saturnum, in ſeptimum ſtellarum inerrantium, in octavum omnes reliquas, innumerabiles, ut numerus octenarius univerſum ætherem ſphæris compleat. Sed poſteriores Phyſici addiderunt alias, eaſque ſupra octavum collocarunt, ἀνάστρους, id eſt, ſtellis vacantes. Vacare enim ſtellis exiſtimantur, ſi qui ſint illic orbes, quod nondum fuerit quiſquam ita lynceus, qui ſupra octavam ſphæram ſidus aliquod ſe vidiſſe confirmarit. At poſteriores, cum motus duos in octava ſphæra obſervaſſent, æque ut in ceteris, quod ſcilicet non ſolum ab oriente in occidentem convertatur, ſed etiam ab occidente in orientem, unam ſupra octavam poſuerunt ſphæram, quam nonam & ſupremam dixerunt cuique attribuerunt, quem primum ſolent appellare motum, quo aſtra omnia ab oriente ad occaſum ferri videmus: octavæ, motum huic contrarium, quo ipſa cum ſubjectis planetarum orbibus ab occidente feratur in orientem. Sed Cicero putavit non temere aſſentiendum in re, quæ ad ſui cognitionem plus temporis poſtularet, itaque non plures ſphæras poſuit, quam quot ſubjectas eſſent ſenſui, & Pythagorica probaret Muſica, ac plerique omnes antiqui Philoſophi traderent. *Vinetus.*

Quorum unus eſt cæleſtis, extimus, qui reliquos omnes complectitur, ſummus ipſe Deus] Octava ſphæra, ſupra appellata. Cœlum ipſum proprie dictum, tot ſtellis cælatum & ornatum, ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

mus, qui reliquos omnes complectitur, ſummus ipſe Deus, arcens, & continens ceteros: in quo infixi ſunt illi, qui volvuntur, ſtellarum curſus ſempiterni: cui ſubjecti ſunt ſeptem, qui verſantur retro contrario motu,

ut paullo poſt, cui ſubjecti ſunt ſeptem, *qui verſantur retro contrario motu atque cœlum.* & lib. 2 de divinatione: *Quanta humilitate Luna feratur, terram pœne contingens, quantum abſit a proxima Mercurii ſtella, multo autem longius a Veneris: deinde alio intervallo diſtet a ſole, cujus lumine colluſtrari putatur. Reliqua vero tria intervalla infinita, & immenſa, a Sole ad Martis, inde ad Iovis, ab eo ad Saturni ſtellam, inde ad cœlum ipſum, quod extremum atque ultimum mundi eſt.* Vinetus.

Qui reliquos omnes complectitur] Major & exterior orbis minores & inferiores continet, ac ambit. *Idem.*

Summus ipſe Deus] Supremus & ultimus, quia ſupra octavum orbem aliam non ponebant ſphæram antiqui. Deum autem non ſolum appellaſſe videtur propter excellentiam inter reliquos globos, ut ſit metaphora, ſed etiam quod Deum quidam dixerint, & eſſe crediderint. Vellius apud Ciceronem lib. 1 de nat. Deorum: *Idem* (de Platone loquitur) *& in Timæo dicit & in legibus, & mundum deum eſſe, & cœlum, & aſtra, & terram, & animos.* & paullo poſt de Xenocrate: *Deos enim octo eſſe dicit: quinque eos, qui in ſtellis vagis nominantur: unum qui ex omnibus ſyderibus quæ infixa cœlo ſunt, ex diſperſis quaſi membris, ſimplex ſit putandus Deus, ſeptimum Solem adjungit: octavam Lunam.* Idem etiam paullo poſt: *Cleanthes autem, qui Zenonem audivit, una cum eo, quem proxime nominavi, tum ipſum mundum Deum dicit eſſe, tum totius naturæ menti atque animo tribuit hoc nomen: tum ultimum & altiſſimum, atque undique circumfuſum, & extremum, omnia cingentem, atque complexum ardorem, qui αἰθὴρ nominetur, certiſſimum Deum indicat.* vide autem, ſi vacat, quibus rationibus iſtas Stoicorum opiniones refellat Lactantius 11 divin. Inſtitut. *Idem.* Duo vero genera deorum veteres coluere: unum æternum, ut cælum & ſtellas: alterum ab hominibus conſecratum, partim magnitudine beneficiorum, ut Herculem, Romulum: partim excellentia, ut mentem, virtutem, victoriam: partim ratione phyſica, ut Cererem, Neptunum, Bacchum, quemadmodum Cicero docet in Natura deorum. Ex æternis igitur diis ſtellifer orbis princeps & ſummus deus habitus eſt, qui more potentiſſimorum in terris regum ad comitatus ſcilicet honorem atque dignitatem ſtellas tam multas (quam cernimus) aſſumpſit: ſeptem autem ſubjectis ſingulis ſuos globos aſſignavit, qui falſo planetæ erranteſque nominantur. Nihil enim errat, quod in omni æternitate conſervat progreſſus & regreſſus, reliquoſque motus conſtantes & ratos. Quod eo eſt admirabilius in his ſtellis, quas diximus, quia tum occultantur, tum rurſus aperiuntur, tum abeunt, tum recedunt, tum antecedunt, tum autem ſubſequuntur, tum celerius moventur, tum tardius, tum omnino ne moventur quidem, ſed ad quoddam tempus inſiſtunt. *Ramus.*

Arcens & continens ceteros] *Coërcens & cingens* alio loco hoc dicit Cicero. *Idem.* *Arcere* hic eſt coërcere, ut in ſecunda Tuſculana: *Ergo hos quidem ut famulos vinclis ac cuſtodia arcemus.* & apud Virg. 11 Æneidos:

Ad cœlum tendens ardentia lumina fruſtra:
Lumina; nam teneras arcebant vincula palmas.

Feſtus: *arcere eſt continere.* Vnde & *arcas in ædificiis dictus eſt, quia ſeipſum continet.* poſt: *unde & coërcere continere dicimus.* Grævius.

Qui verſantur retro contrario motu, atque

motu, atque coelum, ex quibus unum globum poſſidet illa, quam in terris Saturniam nominant. deinde eſt hominum generi proſperus & ſalutaris ille

atque cœlum] Quam cœleſtis globus xtimus. *atque* pro quam ut *ac* quoque pro eodem poſt idem nomen. I Verrina: *Alias inter alios contrarium ne ulla religione decernebat, ac proximis paullo ante decreverat.* Cœlum hic ſt octava ſphæra, cujus motui, ſolis reliquorum erronum motus contrarius eſt. *Vinetus.* Hoc vero ſimilidine quadam explanat Tatius in hænom. c. 20, p. 140, φέρεσϑαι ἢ ἥλιόν φασι τὴν ἐναντίαν &c. *Solem ajunt*, quit ille Petavio interprete, *contra- o ſtellis inerrantibus, ac proprio motu b occaſu in ortum ferri, interim dum ab errantium ſphæra ab ortivis partibus occiduas rapitur.... Etenim quemadodum ſi formica in exteriore rotæ amtu, contraria atque illa progreſſione ab caſu moveatur in orientem, accidet id idem, uti rotæ circuitione ab oriente piatur occaſum verſus: ſuopte vero mo- ab occaſu in ortum: at nos proprium ius motum, quod leniſſimus ſit, agre ſcernimus: ob id oculos noſtros effugit rmica progreſſio, quod ſit converſio illa tæ citatior. Eodem modo & de ſole cotandum eſt, ut is formicæ inſtar ſit, lum rotæ.* Rem alia ſimilitudine dearat Hyginus in Aſtronom. I: IV, c. e ſole. p. 104. I. Harduinus ad Plin. , cap. 8. Porro F. Vrſinus notavit vetere libro ſcribi *contra cœlum*, o *contrario motu atque cœlum.*

Quam in terris Saturniam] Saturni ellam, errantium altiſſimam: quæ ίνων dicitur Græcis. Auſon.

Tempora qua Stilbon volvat, qua ſæcula Phanon.

utarch. II de placitis philoſophom. *Vinetus.* Saturnia ſtella gelidæ ac gentis naturæ, unde ſenum ſydus iſtimatum, qui moroſi idcirco ſunt difficiles: orbem ſuum conficit . annis, diebus 162. horis 12. ob am motus tarditatem Saturnus, rane quadam Phyſica, appellatus eſt, quod ſaturetur annis, ut ait Cicero ſecundo de Nat. quodque conſumat ætas temporum ſpatia, anniſque præteritis inſaturabiliter expleatur. *Ramus.* Ricciolus in Almegiſto curſui Saturni tribuit annos 29 dies fere 190.

Proſperus & ſalutaris ille fulgor] Sic habent omnes libri veteres, atque ita legendum. Sic enim loquebantur veteres. imo vero uſitatius eſt *proſperus*, quam *proſper*: quemadmodum *exterus, ſuperus, inferus* & ſimilia, quam *exter., ſuper, infer*, &c. *Proſperus* pro *proſper* habent omnes antiqui libri. & ſic legit Priſcianus lib. VI: *Domitianus in ſenatu pro ſe. Vt proſper dicendi ſucceſſus oſtenderet, auditorum benivolentia creſcere dicentium facultatem.* Cicero tamen *proſperus* protulit VI *de republica. Deinde eſt hominum generi proſperus & ſalutaris.* Græcis hoc Iovis Sydus vocatur φαέϑων. ſcribit autem Plinius 114 ex Chaldæorum doctrina Saturni ſtellam gelidæ ac rigentis eſſe naturæ: Martis Sydus igneæ ac ardentis, ideoque hujus ardore nimio & rigore Saturni, interjectum ambobus Iovem, ex utroque temperari, ſalutaremque nobis fieri. *Vinetus.* Ipſum Iovis nomen a manſueta clementique ſyderis natura formatum eſt. Iupiter enim, id eſt, juvans pater, ait ibidem Cicero, quem converſis caſibus appellamus, a juvando, Iovem: a poëtis pater deumque hominumque dicitur: a veteribus autem Romanis optimus & maximus, & quidem ante optimus quam maximus, quia majus eſt, certeque gratius prodeſſe omnibus, quam opes magnas habere. Alligaſſe Saturnum in fabulis dicitur, quia immoderata Saturni frigora temperat. Hinc illud Perſii:

Saturnumque gravem noſtro Iove frangimus una.

Curſum ſuum abſolvit 11. annis, diebus 313. horis 20. *Ramus.*

Ille

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ille fulgor, qui dicitur Iovis: tum rutilus horribiliſque terris, quem Martium dicitis: deinde ſubter mediam fere regionem Sol obtinet, dux & princeps, &

Ille fulgor] Poſt ſolem, lunam, & ſtellam Veneris vix in æthere toto ſidus notes Iovis ſtella majus, clarius, lucidius, pulchrius. *Vinetus.*

Qui dicitur Iovis] Poteſt *Iovis* eſſe genitivi caſus, ut fulgorem Iovis accipiamus, poteſt & nominativi, ut ſit ſenſus, quæ fulgida ſtella appellatur Iupiter. Nam in uſu fuit etiam rectus caſus *Iovis*, ut probat Priſc. l. VI. Ennius:

Iuno Veſta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Iovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Tum rutilus horribiliſque terris] Horrorem metumque incutiens & nocens terris & hominibus eas incolentibus. Iidem enim Chaldæi *κακοποιὸν* Martem vocant, id eſt, maleficum, quod ſit calidæ & perquam aridæ naturæ: ſicque putent diſcordiarum, bellorum, cædium incendiorum, aviditatum auctorem eſſe. *Vinetus.* *Tum rutilus horribiliſque terris*] Ligneus ſiquidem eſt, & rapidus, unde ardores animorum ad præliandum, atque hac de cauſa bellorum deus habitus. Hinc pro bello,

——— *Martemque accendere cantu.*

ait Virg. *Ramus.*

Quem Martium dicitis] Romani. Græcis etiam Ἄρης, id eſt, Mars, & Ἡρακλῆς, Hercules, Ariſt. de mundo, & antiquus Apollonii Argonaut. interpres (adde Plinium II Hiſt. Nat. 8. & quæ ibi notat I. Harduinus) & *πυρόεις*, ut apud Plut. II de placitis, ab igne, qui *πῦρ* appellatur. Auſon.

Quos Pyrois habeat, quos Iuppiter igne benigno.

Binis fere annis orbem ſuum conficit. *Vinetus.*

Subter mediam fere regionem Sol obtinet] Anaximandro, Metrodoro Chio, & Crateti Solem ſupremo ætheri conſtituendi rationes quæ fuerint neſcio: ſed Cicero etiam ab eo, quem interpretatus eſt, Platonis ſui Timæo, diſſentit de loco ſolis & ordine planetarum. Plato enim ſolem ab infima luna ſecundum eſſe judicabat, quod ab Ægyptiis didiciſſe ſcribit Macrobius. Idem cum Platone ſenſiſſe Eudoxum & Ariſtotelem, Proculus, auctor eſt, Timæi interpres: in eademque fuiſſe ſententia Ciceronianus ille Stoicus videtur libro ſecundo de natura Deorum. Archimedes vero, Cleomedes, Ptolemæus nono magnæ ſynaxeos, & omnes fere Mathematici quartum locum aſſeruerunt ſoli. *Vinetus.*

Dux & moderator luminum reliquorum] In Tuſculana prima: *Tum viciſſitudines dierum atque noctium commutationeſque temporum quadripartitas ad maturitatem frugum, & temperationem corporum aptas, eorumque omnium moderatorem ac ducem ſolem.* Idem Cic. in Lucullo: *Zenoni & reliquis fere Stoicis Æther videtur ſummus Deus, mente præditus, qua omnia regantur. Cleanthes, qui quaſi majorum eſt gentium Stoicus, Zenonis auditor, Solem dominari & rerum potiri putat.* Et II de Nat. Deor. *Primuſque Sol, qui aſtrorum tenet principatum, ita movetur, ut cum terras longa luce compleverit, eaſdem modo his, modo illis ex partibus opacet.* vide Plin. II, c. 6. Fuerunt, qui non ſolum lunam, ſed etiam ſtellas omnes a ſole illuminari putarent, ut Metrodorus Philoſophus, auctore Plutarcho, II de placitis Philoſoph. Macrobius tamen vult Ciceronem hic omnibus aſtris, præterquam lunæ ſuum proprium lumen tribuere, ſed maximum ſoli. Quem ideo ducem reliquorum luminum & aſtrorum dixerit, quia omnia alia lumina majeſtate præcedat. *Principem*, quia ita eminent, ut propterea quod ſolus talis appareat, *Sol* quaſi ſolus vocetur, ſicut etiam diſſerit Balbus II de nat. Deo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

: moderator luminum reliquorum, mens mundi, & :mperatio, tanta magnitudine, ut cuncta ſua luce illu-

:orum. ac Lactant. 11 div. Inſtitut. *netus.*

Moderatorem reliquorum luminum] nia ipſe eorum curſus, recurſuſque ta definitione ſpatii moderatur. *em.*

Mens mundi] Animadverte in hac igine deorum & veræ religionis oratione, quam varie ferantur in- nia de diis ſuis ſcribentium. Paulo e ſtellifer orbis ſummus ipſe Deus bellatus eſt, nunc ſol princeps reli- orum luminum: & initio rex Ma- iſſa non ſtelliferum orbem, ſed ſo- n ſummum ſalutavit, (Grates ago i ſumme ſol, vobiſque reliqui cæ- s) Mens mundi nominatur, de n Virgilius Æneid. 6:

Principio cælum ac terras, campoſque liquentes,
Lucentemque globum Lunæ, Titaniaque aſtra
Spiritus intus alit: totamque infuſa per artus
Mens agitat molem, & pleno ſe corpore miſcet.
nde hominum pecudumque genus, vitæque volantum:
t quæ marmoreo fert monſtra ſub æquore pontus.

tamen Virgilius ſpiritum ani- mque mundi, ſoli præcipue non ibuit, ut hic Cicero: nec ipſe Ci- o in Academicis vim ſolis animum t eſſe mundi: ſic autem de Acade- orum ſententia loquitur. *Parteis m eſſe mundi omnia quæ inſint, in eo natura ſentiente teneantur, in qua perfecta inſit, quæ ſit eadem ſem- na. Nihil enim valentius eſſe a quo reat, quam vim dicunt animum eſſe di, eandemque eſſe mentem, ſapien- que perfectam, quem Deum appel- , omniumque rerum, quæ ſunt ei ecta, quaſi prudentiam quandam rantem cæleſtia maxime: deinde in s ea quæ pertinent ad homines: quam dum eandem neceſſitatem appellant, nihil aliter poſſit, atque ab ea con- ſtitutum ſit, contra quaſi fatalem & immutabilem continuationem ordinis ſempiterni: nonnunquam quidem eandem fortunam, quod efficiat multa improviſa, hæc nec opinata nobis propter obſcuritatem, ignorationemque cauſarum.* Hæc Cicero. Quid ergo, inquies, mens mundi modo ſol erat, modo Deus, non ſoli duntaxat, ſed omnibus mundi partibus infuſus appellatur: quid, inquam, ab igna s & in religionis veritate caligantibus hominibus hic conſtantiam requiramus? fuit hæc inconſtantia confeſſio quædam ignorationis. *Ramus.* Plin. 11, 6. *Hunc mundi eſſe totius animum, ac planius mentem: Hunc principale naturæ regimen, ac numen credere decet, opera ejus æſtimantes.* Animum vocat, quod rebus hiſce inferioribus per radios, ceu ſpiritus quoſdam, vitam impertiat: mentem, quod conſilio & ſapientia, & rata lege cœleſtia terrenaque regere & moderari videatur. *I. Harduinus.*

Et temperatio] Quod cœlum & terram ſuo calore temperat. *Vinetus.* Legendum *mens mundi & temperator*, non, ut vulgo, *mens mundi & temperatio.* Lambinus. Male *temperatio* hic ponitur pro temperatore, ut *ſervitium* pro ſervo, *matrimonium* pro uxore & mille talia. *Grævius.*

Tanta magnitudine] Epicurus ſolem tantulum eſſe dicebat, quantulus apparet: ſed ejus hominis ineptias permulti riſerunt, & Heracliti, qui pedali latitudine eſſe cenſebat. Anaxagoras Peloponneſo multis partibus majorem, Anaximander orbi terræ æqualem ſolem eſſe volebat. Plut. 11 de plac. Philoſ. Mathematici, auctore Cicerone in Lucullo, ſolem amplius & decem & octo partibus confirmarunt majorem eſſe, quam terram. Macrobius octies duntaxat majorem colligit. Cleomedes libro ſecundo diſputat contra Epicurum de ſolis amplitudine, ubi leges ab Hipparcho confirmatum fuiſſe, ſolem, mille

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

illuſtret, & compleat. hunc ut comites conſequuntur, alter Veneris, alter Mercurii curſus: in infimoque orbe Luna, radiis ſolis accenſa, convertitur. infra autem jam nihil eſt, niſi mortale & caducum, praeter animos generi hominum, munere deorum datos. ſupra lunam ſunt aeterna omnia. nam ea, quae eſt media, & nona tellus, neque movetur & infima eſt,

le & quadraginta novem partibus majorem eſſe quam terram. Ptolemæi denique rationes, extant lib. v magnæ Syntaxeos, quibus probatur Sol minor quidem longe, quam Hipparcho viſus fuerat, ſed multo tamen major, quam Anaximander, Anaxagoras, Macrobius, & Mathematici, quos dixit Cicero, indicaverant, major ſcilicet ille, centum & ſexaginta ſex partibus, ſeu, quomodo ſæpius loquimur, centies & ſexagies ſexies, quam terra univerſa. *Vinetus.*

Hunc ut comites conſequuntur, Veneris alter, alter Mercurii curſus] Veneris & Mercurii ſtellæ curſum habent ſolis celeritati parem. Anno enim uno fere ambitum zodiaci conficiunt. Adhæc a ſole tum ſubſequentes, tum antecedentes, non longe ſeparantur, tanquam ſi juſſæ ſint eum obſervare, comitari, deducere, quocunque eat. Legimus namque apud Ciceronem lib. II de nat. Deorum, Venerem a ſole non diſcedere longius duorum ſignorum intervallo, quæ eſt pars ſexta ambitus cœli: apud Cleomedem quinquaginta partibus, apud Plinium ex Timæi auctoritate, ſex atque quadraginta. Mercurium vero apud eundem Ciceronem non remotius uno ſigno, quæ pars eſt duodecima ejuſdem circuli: apud Cleomedem & Plinium viginti partibus, quas nunc vulgo gradus vocitamus. Anno 1553 poſt Chriſtum natum, XVIII Kal. menſis Iulii circiter horam a meridie nonam, Burdigalæ ex aurea florentiſſimi Gymnaſii Aquitanici, Veneris defectionem ſpectavimus. Extant rerum geſtarum Pipini, Caroli Magni, & Ludovici Auguſti annales, incerto quidem auctore, ſed monacho tamen Aſtrologiæ perito, qui ſcribit anno Chriſti 807, XVI Kal. April. viſam eſſe ſtellam Mercurii in ſole, quaſi parvam maculam nigram, paullum ſupra medium centrum ipſius ſolis: eam ſe octo diebus conſpicatum eſſe, ſed quando ſubire ſolem, & ab eo digredi cœpiſſet, minime notare potuiſſe per nubiloſum aërem. Horum autem duorum aſtrorum appellatur alterum non ſolum Mercurii, ſed & Apollinis quoque ſtella, Græcis etiam στίλβων, alterum non tantum Veneris, ſed etiam Iunonis, & Iſidis, & Matris Deûm. Præterea cum ſolem prævenit ἑωσφόρος & φωσφόρος, Lucifer, ut ſol alter diem maturans; contra ab occaſu refulgens paullo poſt conditum ſolem ἕσπερος, Veſper, dicitur. *Vinetus.* vide Plin. II, 8.

In infimoque orbe Luna radiis ſolis accenſa, convertitur] Vide Plin. II, 9.

Quæ eſt media] In mundi medio & centro, quæ & centrum ipſum, & mundi medium punctum, ut Cleomedes, Plinius, Ptolemæus & alii confirmant. *Vinetus.* Hæc tamen ſententia jam exploſa eſt ab accuratioribus Philoſophis & Mathematicis, nec magis terra in medio eſt univerſi, ſeu mundi, quam ſol, aut luna, aut alius erro.

Neque movetur] Fuerunt quondam Philoſophi, & noſtris temporibus Nicolaus Copernicus, qui confirmarent eam moveri. Philolaus Pythagoreus, teſte Plut. de placitis Philoſ. circum ignem ipſam converti voluit, obliquo circulo ſimiliter Soli & Lunæ. Heraclides

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ſt, & in eam feruntur omnia ſuo nutu pondera. Quae um intuerer ſtupens, ut me recepi, Quid? hic, inuam, quis eſt, qui complet aures meas tantus, & m dulcis ſonus? Hic eſt, inquit ille, qui intervallis con-

des Ponticus, & Ecphantus Pythaeus, movebant quidem terram, um non ut e loco migrarit, ſed æ inſtar ab occaſu ad ortum, circum prium ſuum centrum. Democritus principio vagatam quidem fuiſſe am dicebat, tum quod parva, tum od levis eſſet, ſed procedente teme denſatam & gravem factam coniſſe. Alterius terram verſantis meit Cicero in Lucullo his verbis: *etas Syracuſius, ut ait Theophraſtus, m, ſolem, lunam, ſtellas, ſupera que omnia ſtare cenſet, neque præter m, rem ullam in mundo moveri: cum circa axem ſumma ſe celeritate vertat, & torqueat, eadem effici ia, quæ, ſi ſtante terra, cœlum motur. Atque hoc etiam Platonem in o dicere quidam arbitrantur, ſed lo obſcurius.* Vinetus.

t in eam feruntur omnia nutu ſuo era] Cic. Tuſculana prima: *Eam naturam eſſe quatuor omnia gignen corporum, ut quaſi partita habeant ſe, & diviſa momenta, ut terrena, umida ſuopte nutu, & ſuo pondere, ares angulos in terram & in mare tur: reliquæ duæ partes, una ignea, animalis, ut illæ ſuperiores in me locum mundi gravitate ferantur, ndere, ſic hæ rurſum, rectis lineis leſtem locum ſubvolant, ſive ipſa a ſuperiora appetente, ſive quod a oribus leviora natura repellantur.* tus. Male quidam legunt *ſuo moudera. Suo nutu* eſt ſua ſponte & natura. Cic. 2 de nat. Deor. *ſuis us in ſe globata terra.* & in loco, Vinetus attulit ex 1 Tuſcul. *ut a & humida ſuopte nutu & ſuo pond pares angulos in terram & in mantur.* Grævius.

us hic inquam, quis eſt] Gemblacodex & Martinius ita: *Quid? quam quis eſt?* Quod ſequor. *P. Suffridi.* *Quid? hic inquam quis eſt &c.*] Ita e noſtris libri quinque, invenitque item in ſuis Manutius Nepos. Vulgati *quis hic, inquam, quis &c.* Gruter.

Qui intervallis conjunctus imparibus] Intervallum ſonorum definitur Severino Boëtio *ſoni acuti graviſque diſtantia.* Veluti *ut* & *re*, verbi gratia duo ſunt ſoni, ſeu, quomodo vulgo appellantur, voces: *ut* gravis, *re* acuta: *ut* velut inferior ſonus, *re* ſuperior. Sic *ut* & *la* ſoni duo: *ut* ſicut diximus, gravis, *la* acutus, & idem *la* etiam acutior quam *re*, ita ut *re* comparatus cum *ut* ſit acutus & ſuperior; cum *la* vero gravis & inferior. Quod igitur intereſt inter *ut* & *re* inferam & ſuperam vocem, tanquam inter duos ſcalarum gradus, id intervallum appellatur. Eodem modo inter *ut* & *la* accipiendum intervallum, ſed hoc longe majus, quam eſt inter *ut* & *re.* quia *la*, ut diximus, multo acutius ſonat quam *re.* Sic fiunt intervallorum multa & varia genera, veluti τόνος, ἡμιτόνιον, διτόνιον, διὰ τεσσάρων, διὰ πέντε, διὰ πασῶν, & alia. *Tonus* id intervallum dicitur, quod eſt inter *ut* & *re*, inter *re* & *mi*, *fa* & *ſol*, *ſol* & *la.* *Hemitonium* dimidium toni ſignificat, id agnoſcunt noſtri cantores inter *mi* & *fa:* majus nuſquam inter prædictos ſex ſonos. *Trithemitonium*, tria hemitonia ſunt, hoc eſt, tonus & hemitonium, quod eſt intervallum ſonorum *re* & *fa.* Eſt enim tonus inter *re* & *mi*, hemitonium minus inter *mi* & *fa.* Eodem intervallo trithemitonio diſtat *mi* & *ſol*, *Diatonium*, duo toni, quot ſunt inter *ut* & *mi*, ac inter *fa* & *la.* *Dia teſſaron* duo toni, & hemitonium minus, quod eſt intervallum ſonorum *ut* & *fa*, *re* & *ſol*, *mi* & *la.* Invenit nomen a quatuor ſonorum numero, vulgo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

conjunctus imparibus, ſed tamen pro rata portione diſtin-

quartam appellant. *Dia pente* tres toni cum eodem hemitonio minore, intervallum ſonorum, *ut* & *ſol*, *re* & *la*. *Quintam* nunc cantores dicunt. *Dia paſon* tanquam ex *dia teſſaron* & *dia pente* fiat, quinque toni ſunt, & duo hemitonia minora, quæ tonum non complent: aut ſex omnino integri toni, quemadmodum contra Pythagoreos diſputavit Ariſtoxenus Muſicus inſignis. Soni æquales, & quæ uniſonæ voces vulgo appellantur, quanquam conſonant & concordant, tamen conſonantia non ſolet ea appellari, ſed definitur conſonantia (ita Græcorum *συμφωνίαν* dicit Severus) vocum, ſive ſonorum inæqualium inter ſe junctorum dulcis concentus. Sonorum autem inæqualitas varia eſt, poſtquam ſonorum multiplicia ſunt intervalla, nec diſpares ſoni quilibet eum concentum efficere poſſunt: ſed certa quædam ſunt intervalla, quibus efficiatur *συμφωνία*, ut quæ *διὰ τεσσάρων*, *διὰ πέντε*, & *διὰ πασῶν* dicta ſunt. Pythagoras ſtatuebat orbes cœleſtes conſonare & concinere, & intervallis Muſicis intervalla ſphærarum convenire oſtendebat. A terra ad lunam putabat eſſe tonum, a Mercurio ad Venerem hemitonium. vide Plin. 11, & 22, Cenſorin. de die natali. c. 13. Orbium multorum qui eum ſonum edunt, multa ſunt intervalla, eaque inæqualia: Quam autem rationem habent inter ſe orbium intervalla, eandem inter ſe quoque retinere ſonorum, quos ipſi edunt, intervalla volebat Pythagoras. Sonorum intervalla ſunt ubi ſoni ſunt impares, hoc eſt graves alii, alii acuti, quæ ſonorum inæqualitas conſtituit conſonantiam. *Vinetus.* Non ſolum Pythagoræ, ſed & Platonis opinio erat, circumvolutione orbium cæleſtium concitatiſſima admirandum excitari concentum. Ob quem Dorilaus apud Cenſorin. c. 13 mundum vocabat *organum Dei*, & Varro *Divûm lyram* in Sat. ὄνος λύρας:

Quam mobilem Divûm lyram Sol
ἁρμογῇ
Quadam gubernans motibus diis veget.

Solem enim cenſebant in medio collocatum motus moderari ſydereos, quæ & Orphei fuit ſententia in Orphicis hym. in Apoll. Sed hujuſmodi harmonia refellit Ariſtoteles 11 de cœlo, cap. 9. Imo ne illud quidem an complures reapſe ſint orbes cœleſtes, controverſia caret. Gerhard. Ioh. Voſſius 11 de Idololat. orig. 37.

Conjunctus] In Macrobio ſcribitur *disjunctis*, quod ſit, concentum illum ex multis ſonis eſſe compoſitum, quos diſtinguant & diſcernant varia intervalla: ſed magis probo tamen *conjunctus*, quod verbo hoc in iſta re utatur Severinus, quem unum fere hujus generis ſcriptorem Latini habent. *Conſonantia dia teſſaron*, inquit, *ex duobus tonis, ſemitonioque conjungitur.* & *arguitur dia teſſaron minime tonis duobus, ac ſemitonio conjungi.* Iungi autem, etiam copulari, conſtare, & conſiſtere uſurpat pro illo *conjungi*. Vinetus. Doctus quidam idemque amicus meus, legendum putat *disjunctus*, non *conjunctus*. quia, inquit, intervalla disjungunt. ſed ego contendo, nihil eſſe mutandum. nam ſymphonia ſeu concentus, ſi conſtat, conjunctus eſt ex intervallis imparibus, verbi gratia ex *διὰ τεσσάρων*, *διὰ πέντε*, *διὰ πασῶν*. quemadmodum cinnus conſtat ex multis diſſimilibus rebus, & color aliquis componi poteſt ex multis diſtantibus ac diverſis coloribus. *Lambin.*

Pro rata portione] Legitur & *pro rata partium ratione*, & *rata parte ratione*, ac in Macrob. *rata ratione*. Verum quomodocunque ſcripſerit Cicero, hoc puto, voluit dicere, inæqualia illa intervalla diſtincta eſſe, & definita certa quadam ratione, & proportione, unde ſonorum fiat convenientia & concentus. Non enim ſunt concentui apta quælibet intervalla, ſed ex multis paucula quædam. *Vinetus* Vetus: *pro partium ratione diſtinctis* bene

diſtinctis, impulſu & motu ipſorum orbium conficitur: qui acuta cum gravibus temperans, varios aequabiliter concentus efficit. nec enim ſilentio tanti motus incitari poſſunt, & natura fert, ut extrema ex altera parte graviter, ex altera autem acute ſonent. Quam ob cauſam ſummus ille coeli ſtellifer curſus, cujus converſio eſt concitatior, acuto & excitato mo-

ene. *C. Langius.* Favonius Eulogius detur legiſſe *pro rata partium ratione*, uamvis in editis corrupte ſcribatur, *o rata parte ratione*, quod eſt pro fixa : immutabili lege & natura intervalrum. *Grævius.*

Impulſu & motu ipſorum orbium] Pla- x de rep. ſingulis orbibus ſingulas renas inſidere dixit, quæ cum ſuis bibus ſimul verſentur, & canant. lii Sirenas iſtas non audiverunt, nee volunt orbium eſſe iſtum ſonim, ſed aſtrorum ipſorum, quæ in bibus infixa convertuntur. vide Atot. II de cœlo c. 9. Plin. II Hiſt. at. 3. *Vinetus.*

Qui acuta cum gravibus temperans] ec eſt conſonantia, quæ ex inæquaus fit ſonis, acutis & gravibus. *Im.*

Varios aquabiliter concentus efficit] rias conſonantias dia teſſaron, dia nte, dia paſon in orbium harmonia thagoras audiebat. Impares autem ii cum ita conveniunt, & concornt, ex ea inæqualitate æquabilitas ædam fieri videtur. *Idem.*

Nec enim ſilentio tanti motus] Sic racinabantur Pythagorei. Quæ hic ad nos moventur, ut lapis, funda, itta arcu emiſſa ſonitum edunt, mque tanto majorem, quanto illa rint majora, & majore vi impeltur. Atque ætherei orbes longe mani ſunt, & inenarrabili celeritate nvertuntur. Neceſſe igitur eſt, ut otus illi immenſum efficiant ſonum. Pythagorei, ex quibus eſſet quædum, quidnam definiant ſonum. enim ſonus eſt, qui non fit aliter, am ex corporum colliſione, & ære percuſſo, ſicut vulgo definitur, vix poterit illic eſſe ſonus, ubi nulla colliſio, nulla æris percuſſio. Sed lege quæ contra hoc Pythagoreorum commentum diſputat Ariſtoteles II de cœlo. *Idem.*

Ut extrema ex altera parte graviter] Ejuſdem nervi extrema eodem modo percuſſa, non audio diſpares ſonos edere: ſed in muſicis inſtrumentis ſoni hoc modo ſolent diſponi, ut altera ex parte graves, ex altera acuti temperentur, ſicut natura conſtituiſſe, gradatim ſurſum verſus adſcendentes a graviſſimo ad acutiſſimum. *Idem.*

Summus ille cœli ſtellifer curſus] Octava ſphæra, in qua fixæ ſunt ſtellæ, cunctas præter ſeptem errantes appellatas, cujus converſio & motus eſt velocior, quo ab oriente ad occidentem illam fieri videmus, (eſt enim hic motus, ex quo ſuos ſonos & Muſicos concentus Pythagorei eliciebant; altero huic contrario, ob ſuam ſcilicet lentitudinem nihil reſonante) acuto, inquit, illa ſono, excitato & penetrantiore movetur: graviſſimo vero lentior lunæ curſus & terræ proximus. Servius tamen cum lyræ Orphei ſeptem diſcrimina vocum interpretatur in VI Æn. verſ. 645, videtur orbi lunæ ſonitum adjicere. Porro voces & ſoni ſequuntur ſuorum inſtrumentorum modum. Quarum chordarum par eſt longitudo, craſſitudo, intentio, percuſſio, & motus, earum & ſoni pares ſunt. Nervus vero longior, craſſior, remiſſior, & leniore etiam modo percuſſus, graviorem emittit ſonum. In gutturibus quoque ac tibiis varia magnitudo, cavum, ſpiritus, inæ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

movetur ſono: graviſſimo autem hic lunaris atque infimus. nam terra, nona, immobilis manens, ima ſede ſemper haeret, complexa medium mundi locum. illi autem octo curſus, in quibus eadem vis eſt duorum, ſeptem efficiunt diſtinctos intervallis ſonos: qui

inæquabiles reddit voces & ſonitus. Hæc cum in rebus notaſſent iſti cœleſtium ſonorum artifices, dubitarunt utri extremorum acutum ſonum, aſſignarent, utri gravem. Quod lunaris globus minor ſit, octava ſphæra longe major, acutior ſonus lunæ deberi videtur, ut breviori & tenuiori nervo, aut tibiæ : gravior ſtellis fixis, tanquam majori & craſſiori chordæ. At contra longe celerius ſeſe verſat cœli ſtelliferi curſus, quam lunaris. Contemplaris namque hodie lunam cum aliqua ex ſtellis fixis ſimul occidere, quam cras aut perendie poſt illam eandem ſtellam non exiguo temporis ſpatio occidere admiraberis. Præterea ſi ponamus etiam ſphæras lunæ, & ſtellarum fixarum, pari temporis ſpatio converſiones ſuas abſolvere, profecto par eſſe videtur, ut major orbis majore vi & celerius moveantur. Motus autem celerior, ſicut percuſſio & flatus vehementior acutiorem excitat ſonum. Acutius ergo ſonat ſupremum cœlum, gravius lunare infimum. Sic Ciceronem ab aliis hic diſſentire meminit Severinus lib. 1 de Muſica. *Idem.* *Cœli ſtelliferi curſus*] Eruditiſſimus adoleſcens Franciſcus Martinius legit, *cœli ſtellifer curſus.* Et ſic habet, inquit, cod. MS. atque hoc modo laudatur hic locus a Boethio 1 de Muſ. 27, eamque lectionem liber meus Boethii MS. confirmat. *Suffrid. Petri.* *Cœli ſtellifer curſus*] MSS. noſtri omnes habent *ſtellifer*;ut & teſtatus eſt Aldus de ſuis tribus; affirmatque item legi in Boethii membranis Suffridus Petri. Publicati *ſtelliferi*, minus lepide. *Gruter.*

Nam terra nona immobilis manens] Nonam etiam terram paullo ante dixit ex novem orbibus omnia connectentibus. Hæc autem quanquam Lunam ſequitur, & extrema eſt ex ea parte, qua graves ſonos conſtituimus, tamen nemini mirum ſit, inquit, quod lunari orbi graviſſimum ſonum damus. Terra enim ſoni eſt expers: quæ immobilis manet apud ipſum Vniverſitatis centrum, ut etiam ante dictum eſt, aliis orbibus ſonitum non aliunde habentibus, quam ex ſuo motu. *Vinetus.* Vtrumque falſum eſſe, terram non moveri, eamque in centro univerſitatis ſitam, omnes eruditi Mathematici hoc ſeculo, vi veri victi, teſtantur & credunt.

Illi autem octo curſus, in quibus eadem vis eſt duorum, ſeptem efficiunt diſtinctos intervallis ſonos] Langius & plerique alii voces iſtas *Mercurii & Veneris* non habent. neque ego in meis MSS. reperio. Plantinus & Gryphius, ut gloſſam in margine extra contextum rejecerunt. Porro pro *duorum* plerique habent *modorum.* Suffrid. Petri. *Duorum Mercurii & Veneris, ſeptem*] Obſecutus ſum Palatino primo ſic habenti ejiciunt alii *Mercurii & Veneris*, quæ & aliquot MSS. noſtris abſunt. ſed non video cur haberi debeant pro gloſſa. ſine eis enim locus omnibus eſt obſcuriſſimus, niſi aſtronomis. recentius vulgati præferunt, *duorum Mercurii & Veneris modorum*; ſed ea poſtrema vox abeſt & noſtris & Guilielmianis omnibus. *Gruter.* Eulogius etiam oſtendit in ſuis codicibus non extitiſſe *Mercurii & Veneris*, qui eum ſic explicat. *Cum ex alia parte acutum perſonet mundus, ex alia grave, temperantur hæc mediis, & ita gradatim univerſa miſcentur, ut ſit in ceteris vis duorum acuti ſcilicet atque gravis: ut acuto Zodiacus circulus, gravi lunaris, illudque dicatur νήτη, hoc ὑπάτη, ſono Dorio* mo-

qui numerus rerum omnium fere nodus eſt. quod docti homines nervis imitati, atque cantibus, aperuere

moveatur. Et nihil certius. Quid enim abſurdius, quam hic inſerere *Mercurii & Veneris.* in quibus eadem vis eſt ſcilicet ſonorum acuti & gravis. Octo, inquit ſunt ſphæræ, quæ moventur & ſonitum edunt, nona eſt terra, quæ nec movetur, nec ſonitum edit. Sed illæ octo ſphæræ, quæ moventur, in quibus eſt vis duorum horum ſonorum acuti & gravis, efficiunt horum ſonorum temperata ratione illam mundi harmoniam. Hæc quamvis certiſſima ſint, libet tamen ſubtexere quæ Vinetus ad hunc locum notavit, ut videas quomodo viri doctiſſimi ſe torſerint, cum *duorum* retulerint non ad ſonos, ſed ad curſus planetarum. *Gravius.* *Illi autem octo curſus, in quibus eadem vis eſt duorum, ſeptem efficiunt diſtinctos intervallis ſonos, qui numerus fere omnium rerum nodus eſt.* Sic in exemplaribus ſcriptis iiſque antiquiſſimis locum hunc purum & integrum invenimus. Theodorus Gaza, ſive ut alii volunt, Maximus Planudes, Græcus interpres, Deſiderius Eraſmus, & quidam alii fœde corruptum legerunt. fœdius depravarunt, qui ſcripſerunt, *in quibus eadem vis eſt extremorum, ſeptem efficiunt diſtinctis intervalla ſonis.* Octo ſunt ſphæræ, quæ moventur & ſonant, ſuntque ſoni totidem: tamen hi octo ſoni ad ſeptem ſonos, inquit, reducuntur. Nam duo ex illis curſibus & globis, eandem vim habent, eundem impetum, & motum, & inde eandem vocem, & parem ſonitum. quare duo hi ſoni pro uno ſono accipiendi ſunt: atque ita ex octo ſonis fiunt dumtaxat ſeptem ſoni, qui intervallis diſtinguantur, id eſt, qui diverſi ſint, & inæquales ſoni. Sic numerus *ſeptem* ad *ſonos*, non ad *intervallis* referri debet, neque hic aliud eſt, *ſonos intervallis diſtingui*, quam diſpares eſſe ſonos, alios acutos, alios graves. Quos a. duos orbes vult Africanus eandem vim habere & ſonum, Macrobio aſſentior, Veneris & Mercurii orbes eſſe. Cicero namque ſonos iſtos ex motu potius, quam ex magnitudine ſphærarum hic conſtituit. Veneris autem & Mercurii curſus, cum paullo ante ſolis Comites, & tanquam ſatellites diceret, ſatis innuit, quid de ratione motus eorum ſentiret. Illos Pythagorei disjunxerunt quidem, ſed modico intervallo, ut Cicero prorſus negligendum duxerit. Primum vero curſum & octavum, intervallo dia paſon remotos a ſe, quamvis ea ſit conſonantiarum pleniſſima, graviſſimum & acutiſſimum ſonum, Cicero dixerit eandem vim habere, & nullo intervallo disjunctos? Octo ergo ſoni octo ſphærarum ad ſonos hic ſeptem adducuntur, ſeu id Pythagoreorum aliquando aliquis probaverit, ſeu id ipſe commentus ſit Cicero: ut eo pacto numerorum vires eorum prædicare pergeret, qui conficiebant annorum ſummam a fatis ætati Æmyliani præſcriptam. Soni vero ſi fuerint tantum ſeptem, intervalla ſex tantum erunt: quemadmodum quinque digitorum manus videas intervalla eſſe ſolum quatuor. Severinus autem qui Africani muſicam conſtituere voluiſſe videtur, & qui ſonos octo, ac ſic ſeptem neceſſario intervalla, agnoſcit, 1 de Muſica c. 27 neſcio quomodo hunc locum intellexerit. *Vinetus.*

Rerum omnium fere nodus eſt] Omnia fere nodat, connectit, continet. *Idem.*

Quod docti homines nervis imitati] Quinctil. 1, 10: *Claros nomine ſapientia viros nemo dubitaverit ſtudioſos Muſices fuiſſe, cum Pythagoras, atque eum ſecuti acceptam ſine dubio antiquitus opinionem vulgaverint, mundum ipſum ejus ratione eſſe compoſitum, quam poſtea ſit lyra imitata.* A ſeptem chordarum numero ἑπτάχορδον Græci dixerunt inſtrumentum Muſicum, cujus inventor videris an ſit Mercurius apud Lucianum, an Apollo apud Macrobium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ruere ſibi reditum in hunc locum: ſicut alii, qui praeſtantibus ingeniis in vita humana divina ſtudia coluerunt. Hoc ſonitu oppletae aures hominum obſurduerunt: nec eſt ullus hebetior ſenſus in vobis: ſicut ubi Nilus ad illa, quae Catadupa nominantur, praecipitat ex altiſſimis montibus, ea gens, quae illum locum accolit, propter magnitudinem ſonitus, ſenſu

I Satur. an Terpander apud Severinum I de Muſ. Veteres hoc heptachordo uſi ſunt, ut video, ac animadverterunt Argivi ac Lacones in eos, qui alios nervos addiderunt. Ob id enim Lacones Timotheum Muſicum exegerunt, teſte Severino, & Plutarcho de Muſica, & Lacon. Apophtegm. Macrobius & Severinus putant iſto ſeptenario chordarum numero ſeptem Planetarum motus intellexiſſe priſcos: Africanus ſeptem ſonos octo orbium accipit. *Vinetus.*

Hoc ſonitu oppletæ aures hominum obſurduerunt] Reſponſio eſt ad objectionem. Quoniam videbatur abſurdum, ſi ſonarent ſphæræ, nos eam vocem non exaudire dicebant Pythagorei, jam inde a primo ortu noſtro ſonum, adeſſe perpetuum, qui ita obſideat ac oppleat aures noſtras, ut ipſum a ſilentio internoſcere non poſſimus. Vox enim & ſilentium inter ſe comparata dignoſcuntur, diſcernunturque maxime, ſicut motus & quies, candor & nigror, ſed qui perpetuum audit ſtrepitum, quid de ſilentio judicare poteſt? Πυθαγορίζων itaque hoc loco Africanus dicit, primum aures noſtras hoc ſono oppletas ita obſurduiſſe, ut de eo judicare nihil poſſint, deinde eum ſonum tam magnum eſſe, ut aures noſtræ, anguſtæ ſcilicet hæ nimium, eum capere nequeant. Sed vide contra hæc diſputantem Ariſtotelem II de cœlo. *Idem.* Pythagoreorum ratio ad hanc quæſtionem ex intimo naturæ fonte ſumitur. Colores, odores, ſapores, calores, ſi valde remiſſi, languidique, aut contra nimis vehementes, & incitati, ſenſus hominis vel effugiunt, vel hebetant: ſic ſoni, ſi pertenues fuerint, non ſentiuntur: ut ille auribus noſtris a natura perpetuo quodam ſuſurro concluſus: ſi graves & valde magni, ſenſum offundunt atque obruunt, nec percipi poſſunt. *Ramus.*

Nec eſt ullus hebetior ſenſus] Omnem ſenſum hominum multo antecellere ſenſibus beſtiarum conatur quidam demonſtrare apud Ciceronem II de nat. deorum. Plin. x, 69 ſcribit hominem cæteris animantibus ſenſu tangendi & guſtandi præſtare, reliquis tribus videndi, audiendi, odorandi a multis ſuperari. *Vinetus.* De tribus contentio iſta reliqua fuerit, qui maxime ſit hebes omnium. De oculis & auribus Ariſtoteles in lib. de Senſu, & iis quæ percipiuntur ſenſu, ait, auditum ſenſum eſſe diſciplinæ: & quamvis plura rerum genera deprehendantur oculis, quam auribus, tamen quod omnia doceamur auribus, hac adventitia ratione fieri, ut oculi vincantur ab auribus. Conſtat igitur Ariſtotelis judicio, etiam aures hebetiores oculis eſſe. De odoratu quæſtio ſupereſt, eone hebetior ſit auditus in homine. *Ramus.*

Quæ catadupa nominantur] Vide Plin. v. Hiſt. Nat. 9. Sunt ad ultimum cataractem, ab iis Nilus incipit & Ægyptus. Æthiopes etiam ad catadupa colentes dicuntur catadupi. vide Herodot. in Euterpe, & Senec. IV Nat. Quæſt. cap. 2.

Propter magnitudinem ſonitus] Nam ut Ariſtoteles ait in extremo libro II de animo, τῶν αἰσθητῶν αἱ ὑπερβολαὶ φθείρουσιν τὰ αἰσθητήρια. id eſt, *quæ ſentiuntur, ſi modum excedunt inſtrumenta*

ſenſu audiendi caret. Hic vero tantus eſt totius mundi incitatiſſima converſione ſonitus, ut cum aures hominum capere non poſſint: ſicut intueri ſolem adverſum nequitis, ejuſque radiis acies veſtra ſenſuſque vincitur. Haec ego admirans, referebam tamen oculos ad terram identidem. Tum 6
Africanus, Sentio, inquit, te ſedem etiam nunc hominum ac domum contemplari: quae ſi tibi parva, ut eſt, ita videtur, haec caeleſtia ſemper ſpectato: illa humana contemnito. Tu enim quam celebritatem ſermonis hominum, aut quam expetendam gloriam conſequi potes? vides habitari in terra raris & anguſtis in locis: & in ipſis quaſi maculis, ubi

menta ſenſuum corrumpunt. & de ſomniis, *Γίνονται δὲ καὶ ἀπὸ τῶν μεγάλων ψόφων δύσκωφοι. Vinetus.*

Cum eum aures hominum capere non poſſint] Quaſi ſint nimium anguſtæ. Plin. 11, 3. *Idem.*

Sicut intueri ſolem adverſum nequitis] Eſt haliætus aquilæ genus, quod adverſos ſolis radios intueri poteſt. Plin. , 3. *Idem.*

Quæ ſi tibi parva ut eſt ita videtur] Abeſt ab antiquo codice adverbium, *ta*, & recte, ut puto. *F. Vrſin.*

Quam expetendam gloriam conſequi potes] Nihil muto, neque quicquam mmutatum eſt in codice Memmiano um tribus codicibus antiquis comparato, quamvis Langius ediderit *quam xpetendo.* ego quam cum accentu leo, pro, quam valde, ſeu quantoere. hoc tantum. *Lambin.* Cic. 11 de nventione ſcribit *gloriam frequentem e aliquo famam cum laude.* In Tuſcul. 11, *conſentientem laudem bonorum, in rruptam vocem bene judicantium de exllente virtute.* Multos invenias qui loriæ cupiditatem damnent, ſed non eſinit tamen illa amatores ſui quamlurimos habere, atque in iis etiam llos, qui libros de contemnenda gloia ſcribunt. Ita trahimur omnes *ſtuio laudis*, inquit idem auctor oratione pro Archia, & *optimus quiſque maxime gloria ducitur.* Vix invenitur, qui laboribus ſuſceptis, periculiſque aditis, non quaſi mercedem eorum deſideret gloriam. Idem Cicero in his ipſis libris de republica, ubi locus eſſet de inſtituendo principe civitatis, eum dixit alendum gloria; commemoravitque majores ſuos mira multa atque præclara gloriæ cupiditate feciſſe. Sic Romani huic vitio non ſolum non reſiſtebant, inquit Auguſt. v de Civ. Dei 13, *verum etiam id excitandum & accendendum eſſe cenſebant.* quod putarent hoc utile eſſe reipublicæ. Non igitur hoc loco Africanus gloriæ cupiditatem omnino damnaverit, ſed quia maxima quæque gloria humana, anguſtiſſimis cogitur finibus, & non modo non æterna eſt, ſed ne diuturna quidem, eam ſimul cum terrenis rebus juſſerit contemnere, & cœleſtia ſemper ſpectare. Quam, inquit, o Æmiliane potes conſequi gloriam, quæ digna ſit, quæ expetatur. *Vinetus.*

In ipſis quaſi maculis] Cum terræ quaſi tubera quædam ſuper mare eminuerunt, cum propius terræ locus ſit ſub aqua & mari, ad ipſum mundi centrum, illa, quaſi maculas Africanus appellat: eaſque maculas Macrobius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ubi habitatur vaſtas ſolitudines interjectas: hoſque qui incolunt terram, non modo interruptos ita eſſe, ut

bius accipit quatuor orbis terræ partes. *Vinetus.*

Vbi habitatur vaſtas ſolitudines interjectas] Raris & auguſtis habitatæ terræ maculis hoc etiam accidit, quod non totæ habitentur; ſunt enim in eis vaſtæ ſolitudines interjectæ. Nam terræ regiones incolere nos non ſinunt non ſolum harenæ ſteriles & petræ, multum ac maleficum genus animalium, & peſtilens aër, verum etiam æſtus vehementior, & frigus. Quare ſub ſole ſunt loca, quæ propter ardorem; ſub polis mundi, quæ propter rigorem habitari nequeunt. Perexigua igitur terræ portiuncula habitatur: & ſic admodum parva, gloria humana maneat neceſſe eſt. *Idem.*

Hoſque qui incolunt terram, non modo interruptos] Antiqui ſibi perſuaſerunt terram aqua in quatuor partes hoc modo diviſam eſſe. Mare per Septentrionem, Orientem, Auſtrum, Occidentem, cingere terram, & eam in duas dividere, ſuperam noſtram & inferam. Rurſus idem mare utraſque has terras, in alias totidem ſecare, ab ortu & occaſu illas ingreſſum, ſecundum zonæ torridæ tractum. Ad hunc modum illi terram dividebant quadrifariam, in duas ſuperas, & inferas totidem, ſeptentrionales duas, & totidem Auſtrales: exiſtimabantque, quemadmodum Hyginus meminit, Trajani ille, non Octaviani Auguſti libertus, hominibus ultra quartam partem orbis terræ, in qua nati ſunt, ire non permitti. Corpora humana, rigorem extremarum zonarum ferre non poſſe, earumque regionum maria gelu perpetuo manere durata, ut navigiis ea penetrari nequeant. In medio autem orbis terræ, ardere omnia, & eum medium pelago aperiri: cujus navigationem etiam ſi æſtus permittat, nemo tentare audeat propter vaſtitatem. Phyſicorum namque quorundam opinio fuit, ſicut ſcribit Cleomedes, partem illius magni maris maximam, zonæ torridæ ſubjici, alendorum ſiderum gratia. Quæ denique maria, per ortum & occaſum temperantes zonas diſterminant, ea adeo lata, & ſæva eſſe, ac ut ipſe Cleomedis verbo utar, θηριώδη, id eſt, multarum & immanium belluarum capacia, ut ingredi nemo auſit. Sed toto illi cœlo errabant, ut tempora noſtra compererunt. Primum enim nullum mare per ortum & occaſum, nullum per zonam calidam, ita dividit terram quemadmodum opinabantur. Deinde, quæ maria, ubi ubi ſunt, niſi forte ſub ipſis mundi verticibus frigore perpetuo concreta maneant, omnia ſunt navigabilia. Strabo Amaſenſis, nobilis ille Geographus, Herodoto, Heraclidi Pontico, Poſidonio, Cornelio Nepoti, non credidit, qui ſcripſerant quoſdam ab India ad Gaoles, & uſque in Germaniæ littora navigaſſe. At eo itenere Luſitani Anno Chriſti milleſimo quadringenteſimo & nonageſimo ſeptimo, navigare in Indiam ingreſſi, exinde illuc quotannis navigant: deſperatam illam Macrobio zonam invenerunt, & mediam habitari compererunt, ſicut Iuba, idem Poſſidonius, Polybius, & quidam alii ante Ptolemæum oſtenderant: quorum argumenta & rationes fere repetunt Strabo & Cleomedes. Refertam namque zonam torridam ſuis hominibus invenerunt: noſtroſque temperato cœlo natos, iſtis ignibus tandem reſiſtere ſinit. Sunt enim jam in ea infinitæ Hiſpanorum coloniæ, ut quod Scythæ gens ſeptentrionibus vicina, de generis vetuſtate cum Ægyptiis contendentes, dicebant apud Trogum, id ita plane habere conſpiciatur. Naturam, quæ calore & frigore regiones deſtinxiſſet, ad locorum patientiam homines quoque & alia animalia generaſſe. *Vinetus.*

Vt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ut nihil inter ipſos ab aliis ad alios manare poſſit: ſed partim obliquos, partim averſos, partim etiam adverſos ſtare vobis: a quibus exſpectare gloriam certe nullam poteſtis. Cernis autem eandem terram, quaſi quibuſdam redimitam & circumdatam cingulis: e qui-

Vt nihil inter ipſos ab aliis ad alios manare poſſit] Verbum *poſſit* a vetuſtiſſimo libro abeſt, in altero *queat* pro eo ſcriptum eſt. *Car. Langius.*

Sed partim obliquos, partim traverſos, partim etiam adverſos] Manuſcriptus habet, *ſed partim obliquos, partim averſos, partim etiam adverſos.* F. Vrſinus. Pro *partim traverſos*, alii libri vulgati habent, *partim averſos.* ſed veteres noſtri codices, neque, *partim traverſos*, neque, *partim averſos* habent. *Lambin.*

Partim averſos, partim etiam adverſos] Palat. pr. non agnoſcit duas voces primas. Victorius aliique expreſſere, *partim verſos.* ſunt qui habent *tranſverſos*; a quibus ſtant codices Petri Danielis & Pavilionis, & pal. ſec. & placuit Guilielmio. *Gruterus.* *Obliquos* Græci vocant περιοίκους, qui circum quaſi habitare dicuntur. Habent enim nobiſcum eundem parallelum & meridianum. *Averſi* Græcis ſunt ἄντοικοι, aliter ἄντωμοι, quaſi oppoſitis humeris, ſiti enim ſunt ſub oppoſitis parallelis, ac diverſos reſpiciunt polos. *Averſi* ſunt ἀντίποδες, qui & ἀντίχθονες dicuntur, qui ſunt ſub Meridianis oppoſitis, & ſub adverſis parallelis. De Periœcis & antipodibus quæſtio fuit olim, ſint ne ulli. vide Plin. 11, 65. Cum Cicerone & Plinio Cleomedes, Strabo, Mela, Solinus ſentiunt Antipodas eſſe, & hodie patefactis omnibus terræ latebris apertiſque in Æthiopiam ultimam, in Indiam, in novas terras, navigationibus obliquos, averſos, adverſos populos oculis ipſis judicibus aſſecuti ſumus. Auguſtinus in civitate Dei fabulas incredibiles eſſe exiſtimat, quæ de Antipodibus afferuntur. Lactantius idiotas ridiculos facit, qui credant eſſe homines, quorum veſtigia ſint ſuperiora, quam capita. E recentioribus Galeotus in hanc eandem ſententiam adductus eſt, cujus erroris cauſſa eſſe potuit, quod inferius hemiſphærium terræ totum aquis occupatum crederent: ideoque nullos Periœcos, nullos Antipodas eſſe. Verum premimur, atque violenter urgemur a nautis & mercatoribus, ab hiſque in rem præſentem deducimur, ut illis potius licet imperitis & ignaris literarum, quam doctiſſimis illis, graviſſimiſque authoribus aſſentiamur: neque tantum credamus eſſe quoſdam obliquos nobis, averſos quoſdam, quoſdam penitus adverſos, ut Cicero ſcribit: ſed Ciceroni ipſi repugnemus, non interruptos ita eos eſſe, quin ab aliis ad alios permulta tum navigiis, tum vehiculis exportari poſſint: nec ab his tantum laudem & honorem, cum de noſtris rebus geſtis loquentur, ſed etiam fructus & utilitates plurimarum, maximarumque rerum ſingulares expectare poſſimus. Quod autem exiſtimarit Cicero, hic interruptos eſſe, qui adverſi eſſent, effecit quædam vetus opinio ex fabuloſis Atlantici maris æſtibus concepta: crediderunt enim veteres, cum mare mediterraneum trajeciſſent, uberiora illa immenſi pelagi æquora navigabilia non eſſe. Et apud Platonem in Timæo, Ægyptius quidam ſacerdos affirmat mare illud quondam terram continentem fuiſſe, in eaque reges admirabilis potentiæ fuiſſe: ſed ingenti terræmotu in aquas mariaque eſſe demerſam. Quæ cauſſa fuerit, ut propter relictum abſorptæ terræ limum, mare illud innavigabile redderetur. *Ramus.*

Quibuſdam redimitam & circumdatam cingulis] Quinque zonas dicit de qui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

quibus duos maxime inter ſe diverſos, & coeli verticibus ipſis ex utraque parte ſubnixos, obriguiſſe pruina vides, medium autem illum, & maximum, ſolis ardore torreri. duo ſunt habitabiles: quorum auſtralis ille, in quo qui inſiſtunt, adverſa vobis urgent veſtigia, nihil ad veſtrum genus: hic autem alter ſubjectus aquiloni, quem incolitis, cerne, quam tenui vos parte contingat. omnis

quibus Ovid. I Metam. 43. & Virgil. I Georg. v. 234.

Duos maxime inter ſe diverſos] Circulum nimirum Arcticum & Antarcticum.

Cœli verticibus] Græcis poli dicuntur, puncta circa quæ cœlum convertitur ab oriente ad occidentem. Virgilius quoque vertices dixit II Georg. & Cic. in Arato:

Extremuſque adeo duplici de cardine vertex
Dicitur eſſe polus.

De zonis frigidis vide Plin. II, 68. *Vinetus.*

Obriguiſſe pruina] Infeſtari frigore. Idem Cic. I de nat. deor. *Terræ maximas regiones inhabitabiles atque incultas videmus, quod pars earum appulſu ſolis excurſerit: pars obriguerit nive, pruinaque, longinquo ſolis abſceſſu.* Idem.

Medium autem illum & maximum] Medius vero cingulus ille, & maximus intra tropicos quadraginta octo partes patet, ac trecentas ſexaginta in longum porrectus eſt, ſi totum circulum metiare. Nullus autem eſt ardor, nullus ſolis æſtus, quin ſingularis temperies vel in medio ejus loco, ex æqualitate dierum, noctiumque. Illic enim cum dies æquales ſint noctibus, neceſſe eſt diurnos calores nocturnis frigoribus temperari: & terræ illæ cognitæ magnis argumentis ſuam temperiem demonſtrant. celebris & locuples inſula eſt Taprobane, quam tamen ſatis conſtat æquatori ſubnixam eſſe, quales multæ ſunt regiones in Americis terris, hoc ſeculo repertæ navigationibus Hiſpanorum. *Ramus.* Vid. Plin. II, 68. Quod autem ſit omnium cingulorum maximus hic ex zonarum pictura & deſcriptione cognoſces. Eſt enim omnium longiſſimus, & latitudine nullus aliorum eum ſuperat. *Vinet.*

Adverſa vobis urgent veſtigia] Sic in Lucullo Cicero, *non etiam dicitis eſſe e regione nobis a contraria parte, qui adverſis veſtigiis ſtent contra noſtra veſtigia, quos antipodas vocatis?* Locus autem hic ſic intelligendus, non ut omnes illius zonæ homines nobis ſint antipodes: quidam enim ſunt nobis duntaxat averſi, & antœci, ſed antipodas illius zonæ in noſtra eſſe zona, noſtræ zonæ viciſſim antipodas non niſi in illa zona eſſe. Ad illos vero a nobis, & ab illis ad nos viciſſim viæ multiplices apertæ, ut jam monui, ut ex eodem errore id ſit, ex quo & illa ſuperiora de obliquis & adverſis: hic autem ſubjectus & ſubnixus aquiloni. Par ſuperiori definitio, ex vento nempe ſumpta, qui flat a ſeptentrione contrariis ventis. *Ramus.*

Hic autem alter ſubjectus Aquiloni] Zona ſeptentrionalis temperata. Septentrio eſt urſa, ſidus, & ventus, & unus ex quatuor cœli cardinibus, & polorum alter. Inter hunc ſeptentrionem & eum locum, unde Sol æſtate oritur, cum eſt ſolſtitium ponit Plin. II, 47 Aquilonem ventum, & cœli regionem, unde hic flat, & Gellius II, 22 Aquilonem ab ipſa æſtiva & ſolſtitiali orientis meta venire dicit. Hæc a. loca quoniam ſeptentrioni vicina ſunt, Aquïlo pro ſeptentrione crebro uſurpatur. *Vinetus.*

Quam tenui vos parte contingat] Quam parva ejus pars imperio Romano pareat,

omnis enim terra, quae colitur a vobis, anguſta verticibus, lateribus latior, parva quaedam inſula eſt, circumfuſa illo mari, quod Atlanticum, quod magnum, quod Oceanum appellatis in terris: qui tamen tanto nomine, quam ſit parvus, vides. Ex his ipſis

areat, & ejus ſit ditionis. *Vineus.*

Anguſta verticibus] Polo mundi, & Arctico orbi propinqua. *Idem.*

Lateribus latior] Veteres Græci terræ longitudinem, ab uno mundi vertice ad alterum, latitudinem ab ortu d occaſum definiebant, ut Ariſtotees 2 de cælo. quam ſententiam hic Cicero ſequitur, cum latitudinem ab rtu ad occaſum, longitudinem intra olos interpretatur. Zona autem notra intra vertices & polos eſt anguſta ropter interjectum màre mediterraeum: tum quia per ſe ſex gradibus ninor ſit media: lateribus latior, cenım octoginta gradus cultæ & habitaæ hujus zonæ Ptolemæus in geograhia monſtravit, & multo plus hoc eculo cognitum eſt. Plinius lib. 2. abitatæ terræ longitudinem maxinam ab ortu ad occaſum, hoc eſt ab ndia ad Herculis columnas octuagies uinquies centena ſeptuaginta millia aſſuum. Latitudinem autem a Mediano ſitu ad ſeptentrionem dimidio ere minorem colligit quinquagies uater centena ſexaginta duo millia. *amus.* Accipitur latitudo etiam pro atio ab ortu in occaſum; longitudo ero a polo ad polum. Ariſtot. II de elo cap. 2: λέγω δὲ μῆκος αὐτοῦ τὸ ἐπὶ τῶν πόλων διάστημα. Et ſane putaant illi longitudinem ſemper eſſe, uæ ſit inter vertices mundi. Latera itur vocabant partes inter ortum & ccaſum ſibi oppoſitas. & ſic Cicero oc loco accepit. Hinc factum eſt ut extras mundi partes plurimi ad oentes collocarint, ſiniſtras vero ad ccaſum. *Iſaacus Voſſius.*

Parva quædam inſula eſt] Id vero de oſtra zona vix, ac ne vix quidem robari poteſt: de univerſa terra verius id affirmari ſolet. Strabo libro primo de cælo, Ariſtoteles de mundo, quicunque Ariſtoteles is fuit (neque enim hic Platonis auditor eſſe potuit, qui terras explicet nondum illis cognitas temporibus) ſed tamen Ariſtoteles cum duo genera ſtatuit inſularum, majores quaſdam, quaſdam minores, totam terram a nobis cognitam, unam quandam e majoribus inſulam facit. *Ramus.*

Circumfuſa mari illo] Quod Atlanticum, quod magnum, quod oceanum appellatis in terris. Atlas Mauritaniæ in Africa & mons, & rex fuit. Hic propter Aſtronomiam a ſe inventam, ille propter altitudinem ſtellifer vocatur. Virgilius ſexto Æneidos,

——— Iacet extra ſydera tellus,
Extra anni ſoliſque vias, ubi caliſer Atlas
Axem humeris torquet ſtellis ardentibus aptum.

Ab eo igitur monte, quem alluit, mare dicitur atlanticum. *Idem.*

Quod magnum] Μεγάλην θάλατταν etiam Græci, ut Cleomedes lib. I, quod terram circumdat, unde oriri videntur minora illa maria, quæ intrant terram veluti quod internum frequentius Latinis, quam mediterraneum vocatur. *Idem.*

Quam ſit parvus vides] Si quis vero noſtrum e cælo terram oceano circumfuſam cerneret, formicam ſtilla tenui guttulaque immerſam ſe videre exiſtimaret. Vt cum ſolvimus ex aliquo nobilis & amplæ civitatis portu, primo civitatem ipſam, a qua diſcedimus, ex altiore loco totam magnitudinem, & latitudinem, & longitudinem ſitus ſpectamus: cum vero in mare longius invecti ſumus, oppiduli ſpe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ipſis cultis notiſque terris, num aut tuum aut cujuſquam noſtrum nomen, vel Caucaſum hunc, quem cernis, tranſcendere potuit, vel illum Gangem transnatare? quis in reliquis Orientis, aut obeuntis ſolis ultimis aut aquilonis, auſtrive partibus tuum nomen audiet? quibus amputatis, cernis profecto, quantis in anguſtiis veſtra gloria ſe dilatari velit. Ipſi autem, qui de vobis loquuntur, quamdiu loquen-
7 tur? Quinetiam, ſi cupiat proles illa futurorum hominum deinceps laudes uniuſcujuſque noſtrum a patribus acceptas poſteris prodere, tamen propter eluviones exuſtioneſque terrarum, quas accidere tempore certo neceſſe eſt, non modo aeternam, ſed ne diu-

ſpeciem tantum intuemur: tum domus velut exiguam quandam formam paulatim hebeſcente oculorum acie cernimus, tandem tumulum quendam in littore duntaxat aſpicimus: poſtremo magna illa civitas omnem oculorum obtutum effugiet: Sic cum e terra (fingamus enim animis, quoniam cogitationes liberæ ſunt) ſurſum animus evolabit in cælum, cum aëris ſupremam regionem attigerit, oceanus magna quædam palus diffuſa ſpectanti videbitur: cum ſe ad orbem Lunæ extulerit, lacus quidam perangustus: cum vero immenſa illa regionum ſpatia per orbem Mercurii, Veneris, Solis, Martis, Iovis, Saturni tranſcenderit, ſedemque illam beatorum attigerit, quid oceanum contemplanti, cujus tandem aquulæ foſſulam aſpecturum arbitramur? Certe non ſolum, ſicut ait Africanus, parvus oceanus, ſed vix exiguus rivulus eſſe videbitur: cum enim tota terra cæleſti globo comparata, puncti duntaxat in tanta mole locum teneat: quid quæſo cum puncti nulla diſtractio, nullaque diremptio cogitari poſſit, totumque id quod terram mariaque dicimus, individuum quoddam in cæli complexu ambituque eſſe ſtatuamus, quonam pacto e ſummo globi, ſupremoque loco ſpectanti oceanus, id eſt, pars hujuſce puncti diſtingui conſpicive poterit? Verendum equidem potius eſſe arbitror, ne ex illo ſublimi loco potius amplificare, quæ tenuiſſima ſunt, quam ampliſſima quæ ſunt extenuare Africanus videatur. *Ramus.* Quem globulum terra ac mare conſtituerent, adeo parvus eſt, ut e cœlo videri poſſe negent Geometræ: tantum abeſt ut ſolum mare videre potuerit Æmilianus, & multo minorem Gangem, & Caucaſum, niſi ſomnians. *Vinetus.*

Aut abeuntis ſolis] Rectius Langii & aliæ vetuſtiores editiones: *aut obeuntis ſolis*. Obire enim dicuntur ſydera. Cic. I de nat. *Luna obit.* Catullus de coma Berenices:

Omnia qui magni diſpexit lumina mundi,
Qui ſtellarum ortus comperit, atque obitus.

Græviius.

Propter eluviones exuſtioneſque terrarum] Alterum eſt argumentum extenuandæ fœlicitatis humanæ ex adjunctis temporis, quod omnis noſtra gloria breviſſima ſit: homines enim non ſolum brevi, ſed etiam incerta conditione vivimus: *natura ſiquidem dedit hominibus uſuram vitæ tanquam pecu-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

pecunia, nulla præſtituta die, ait prima
Tuſcul. Cicero. Quæ gloriæ brevitas
magnis & certis argumentis confir-
matur, non modo ſingulorum homi-
num brevis eſt vita, ſed etiam univer-
ſorum quædam eſt mors, & interne-
cio neceſſaria: nec enim literæ, quæ
poſteritatis cauſſa repertæ ſunt, ut
ubſidio oblivioni eſſe poſſint, (ut
pro Sylla Cicero) neque hiſtoria,
quamvis teſtis temporum, lux verita-
is, vita memoriæ, magiſtra vitæ,
nuntia vetuſtatis, ut idem ſecundo
oratorio inquit, vindicare hominum
audes ab interitu poſſunt, cum ipſæ
na cum auctoribus & literæ & hi-
toriæ prorſus intereant. Qua de re di-
erta eſt apud Platonis Timæum ſenis
acerdotis Ægyptii narratio, Græcos
b vetuſtatis ignorationem pueros ap-
ellantis: O Solon Solon, Græci
ueri ſemper eſtis, nec quiſquam e
Græcia ſenex. Cur iſtud diceret per-
ontante Solone reſpondiſſe ſacerdo-
em: Quia juvenis ſemper vobis eſt
nimus, in quo nulla eſt ex vetuſtatis
ommemoratione priſca opinio, nul-
a cana ſcientia. Quod ideo vobis con-
ngit, quia multa & varia hominum
itia fuerunt, eruntque: Maxima
uidem aut ignis conflagratione, aut
quæ inundationibus pervenire ne-
eſſe eſt, minora vero aliis quibus-
bet calamitatibus fieri. Nam quod
ud vos fertur Phaëthontem quon-
am ſolis filium currus aſcendiſſe pa-
rnos, nec patris aurigatione ſervata
uſſiſſe terrena, ipſumque flammis
leſtibus conflagraſſe quamvis fabu-
ſum videatur, verum quodammo-
o eſſe putandum eſt. Fit enim longo
mporis intervallo cæleſtis circuitus
rmutatio quædam, quam inflam-
ationis vaſtitas neceſſario ſequitur.
unc ii qui edita & arida incolunt lo-
, magis pereunt, quam mari, flu-
iſque vicini. Nobis porro Nilus cum
pleriſque ſalutaris eſt, tum hujuſ-
odi a nobis arcet exitium. Quando
ro dii aquarum colluvione terræ
rdes diluunt, paſtores ovium, at-
e bubulci, qui juga montium ha-
ant, periculum illud evadunt: ve-
æ autem civitates in planitie ſitæ,
petu fluminum ad maria rapiuntur. Sed in hac noſtra regione, neque tunc, neque alias unquam aqua in agros ſuperne deſcendit: contra vero ſurſum e terræ viſceribus ſcaturit. Quam ob rem antiquiſſimarum rerum apud nos monumenta ſervantur. Proinde ubicunque nec imbrium tempeſtas nimia, nec incendium ingens contingit, licet alias pauciores, alias plures, ſemper tamen homines ſunt. Quæcunque vero a noſtris, ſive a veſtris, ſive aliis nationibus geſta ſunt memoratu digna, modo ad aures noſtrorum pervenerint, noſtris in templis deſcripta ſervantur: apud vos & alias gentes res geſtæ nuper literis monumentiſque traduntur, ſed certis temporum curriculis eluvies immiſſa cælitus omnia populatur: ideo qui ſuccedunt, & literis & muſis orbati ſunt, Quo fit, ut quaſi juvenes iterum ſitis, & rudes præteritarum rerum omnium prorſus ignari. Hæc Ficinus ita convertit. Stoici vero cauſſas conflagrationis afferunt, quæ ſunt apud Ciceronem ſecundo de Natura deorum. *Sunt autem ſtella natura flammea: quocirca terræ maris aquarum vaporibus aluntur iis, qui a ſole ex agris tepefactis & ex aquis excitantur, quibus altæ renovataque ſtellæ atque omnis æther refundunt eadem, & rurſum trahunt in idem, nihil ut fere intereat, aut admodum paulum, quod aſtrorum ignis & ætheris flamma conſumat, ex quo eventurum noſtri putant, id de quo Panætium addubitare dicebant, ut ad extremum omnis mundus igneſceret, cum humore conſumpto neque terra ali poſſet, neque remearet aër: cujus ortus aqua omni exhauſta eſſe non poteſt. Ita relinqui nihil præter ignem, a quo rurſum animante a Deo renovatio mundi fieret, atque idem ornatus oriretur.* Aſtrologi cauſſas exuſtionum atque eluvionum iſtarum ad aſtra, ſed alio modo referunt, quod certis conjunctionibus modo terras exuri, modo inundari putant. Hac eadem de re ſcriptum idem fere reliquit Ariſtoteles, cum omnium genitarum rerum certas velut ætates conſtituit, ut naſcantur, alantur, adoleſcant, conſeneſcant, tandemque certis temporum intervallis intereant. Maria in terras, ter-

ræque

diuturnam quidem gloriam aſſequi poſſumus. Quid autem intereſt, ab iis, qui poſtea naſcentur, ſermonem fore de te, cum ab iis nullus fuerit. qui ante nati ſint? qui nec pauciores, & certe meliores fuerunt viri: cum praeſertim apud eos ipſos, a quibus audiri nomen noſtrum poteſt, nemo unius anni memoriam conſequi poſſit: homines enim populariter annum

ræque viciſſim in maria commutantur,

Vidi ego quod fuerat quondam ſolidiſſima tellus
Eſſe fretum, vidi factas ex æquore terras.

ait Ovidius quintodecimo Metamorphoſeon. Hinc aridi alvei, quæ flumina fuerant: hinc perennes fluvii, quæ cultæ fuerant aratæque terræ: hinc quemadmodum quadripertita anni tempora naturali viciſſitudine diſtincta cernimus, ſic univerſi mundi certas ac partitas leges exiſtimare debemus: quarum hyemes, inundationes aquarum & colluviones efficiant: æſtates vero contra ſuſcitent exuſtiones & incendia terrarum: quam legem naturamque mundi primus ille generis humani propagator Adamus (ut Ioſephus in antiquitate Iudaica teſtis eſt) perſpexerat ac prædixerat duplicem labem terrarum, vaſtitatemque venturam: alteram inundationibus aquarum, alteram ignium flammarumque ardoribus. Quod idem ſacris noſtris literis teſtatum conſignatumque tenemus. De inundatione Geneſis ſeptimo cap. teſtimonium eſt ampliſſimum, quemadmodum perennes quadraginta dierum pluviæ tanta altitudine excreverint, ut omnes ſub cælo montes quindecim cubitis ſuperarentur. De futura conflagratione mundi, horribilis eſt illa vox Petri Apoſtoli: *veniet autem dies domini ſicut fur in nocte, qua cæli procellæ in morem tranſibunt: elementa vero æſtuantia ſolventur: terraque, & quæ in ea ſunt opera exurentur. Cum igitur hæc omnia ſolvantur, quales oportet eſſe vos in ſanctis converſationibus ac pietatibus, expectantes & accelerantes adventum diei Dei, per quem cæli incenſi ſolventur, & elementa æſtuantia liqueſcent? Sed cælos novos, ac terram novam juxta promiſſum illius expectamus, in quibus juſtitia inhabitat.* Quamobrem cum non hominum tantum ſingulorum, ſed univerſi hominum generis, ſed cæli terrarumque certos interitus occaſuſque ratis temporum ſpatiis definitos agnoſcamus: in hac vita non modo æternam, ſed ne diuturnam quidem gloriam conſequi poſſumus. *Quid enim eſt omnino hoc ipſum diu* (ait Cicero pro Marcello) *in quo eſt aliquid extremum, quod cum venerit, omnis voluptas præterita pro nihilo eſt habenda, quia poſtea nulla futura ſit?* Ramus. Vide Lipſi Phyſiologiæ Stoicorum II, diſſertat 20, 21, 22.

Certe meliores fuerunt] Cum plure & meliores viri (qui mortui ſunt & extincti) te non laudant, quid labo ras, ut pauciores ac nequiores de t loquantur? *Lætus ſum laudari me, inquit Hector, opinor apud Nævium, ab te pater laudato viro: Ea eſt enim profecto jucunda laus, quæ ab his proficiſci tur, qui ipſi in laude vixerint*, ut Cicero ad Catonem. *Ramus.* Heſiodu & Ovidius ex aliquot generibus hominum, quæ deſcribunt, primum & antiquiſſimum, optimum ſanctiſſi mumque faciunt, & diis ipſis plan par: ultimum peſſimum miſerrimum que. Antiquos mores commendar auctores cuncti. Optimum autem e ab optimis & laudatis laudari, teſt Cicerone. *Vinetus.*

Homines enim populariter annum ta tur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

annum tantummodo ſolis, id eſt, unius aſtri reditu metiuntur: cum autem ad idem, unde ſemel profecta

ummodo ſolis] In omnibus manu leſcriptis exemplaribus reperi, *loque-eriter*, pro *populariter*. quam vocem ropter Ciceronianos, neque civitate lono; nec propter antiquarios & li-rorum fidem, lege Penni ejicio. Dio-nedes enim, & ante eum Probus, liique veteres Grammatici præpoſi-iones quaſdam *loquslares* appellant. t Sex. Pompejus *am* inquit, *præpoſitio quelaris ſignificat circum*. Et Varro de ng. Lat. 5. *Hinc quidam loquelam di-erunt, verbum quod in loquendo effe-mus*. Equidem intellectu comprehen-ere nequeo, cur, *loquelariter*, voca-ulum tam inſolens potius quam, *po-ılariter*, librarii ſcripſiſſent; niſi ita ffendiſſent in prototypis. quod con-a ſolent, pro inſuetis ac non intel-ctis, aliena ſupponere. Paullo poſt o *quandocunque*, *quandoque* dixit, quod non rarum eſt apud veteres, ut *iſque* pro *quiſquis*. & ſimilia. *C. Lang.* egendum putat Adr. Turnebus *ho-ines enim jocılariter*, libris ſane omni-is reclamantibus, & recentioribus antiquis: quorum hi quidem ha-nt *loquelariter*, illi vero *populariter:* l & prudentius & propius antiquam ipturam, quam qui repoſuerunt *po-lariter*. Nam *loquelariter* factum eſt *locılariter*; *locılariter* ex *jocılariter*, m *I* ſcriptum eſſet pro *i*, quod ſæ-peccabatur a librariis illis. *Lambin.*

pulariter annum &c.] Sic & noſtri anuſcripti. conjecit Turnebus *jocu-ıter*, ſecutus veſtigia fugientium rographorum, in quibus *loquelari-*: quod vocabulum quamvis flocci tet, haud temere ſpreverim; cum tet item in Dan. & Pavil. MSS. af-metque Scaliger ad Feſtum, ita legi am in membranis aliis, certe Lan-nis, videturque fuiſſe primitus in lat. ſecundo. *Gruter.* Cicero *popu-iter* uſus eſt eadem ſignificatione le leg. *Quoniam in populari ratione nis noſtra verſatur oratio, populariter erdum loqui neceſſe erit: & eam legem, qua ſcripto ſancit, quod vult, aut jubendo, aut vetando, ut vulgus, appellare.* Vinetus.

Annum tantummodo ſolis, id eſt, unius aſtri reditu metiuntur] Ita *reditu* in Macrobio reperio non *reditum*. Cum ergo ad eundem zodiaci locum & punctum Sol redierit, annum eſſe dicimus. quem peragi putant Aſtronomi 365 diebus, & quarta fere diei parte. *Vinetus.* Exigua certe laudis expectatio, quæ ſpem unius anni conſequi non poſſit: homines enim populariter annum tantummodo ſolis, id eſt unius aſtri reditu metiuntur. Annus autem, ut grammatici docent, dictus eſt quaſi annulus, quod in ſe redeat: unde eſt illud Maronis 2 Georg.

Atque in ſe ſua per veſtigia volvitur
annus.

Ramus.

Cum autem ad idem] *Ad idem*, eſt εἰς τὸ αὐτὸ Græcorum, ſignificatque ad eandem partem, locum, punctum. Hujus autem alterius anni multi meminerunt, quem magnum vocant, Macrobius mundanum. Stoicus apud Cic. II de nat. deorum: *Quarum* (de ſtellis errantibus loquebatur) *ex diſparibus motionibus magnum annum Mathematici nominaverunt, qui tum efficitur, cum ſolis & lunæ, & quinque errantium ad eandem inter ſe comparationem, confectis omnium ſpatiis, eſt facta converſio, qua quam longa ſit, magna eſt quæſtio.* Tacitus in dialogo de oratoribus, ſeu quiſquis ejus libri auctor ſit c. 16: *Sicut Cicero in Hortenſio ſcribit, is eſt magnus & verus annus, quo eadem poſitio cœli ſyderumque, quæ cum maxime eſt, rurſum exiſtet, iſque annus horum, quos vocamus, annorum* XII M DCCCLIV *complectitur.* Quingenti ſunt pro his octingentis apud Servium ad I Æn. v. 273. ſed nongenti ad III Æn. v. 284. vide Cenſorinum de die natali c. 18, de variis annis magnis, & hoc maximo quoque. *Vinetus.*

Cum-

fecta ſunt, cuncta aſtra redierint, eandemque totius anni deſcriptionem longis intervallis retulerint, tum ille vere vertens annus appellari poteſt: in quo vix dicere audeo, quam multa ſaecula hominum teneantur. namque, ut olim deficere ſol hominibus, exſtinguique viſus eſt, cum Romuli animus haec ipſa in templa penetravit: ita quandoque eadem parte ſol, eodem-

Cuncta aſtra redierint, eandemque] Annotavit Guilielm. legi in Panil. adhuc *red. ut eademque.* forte, inquit, *vi.* Gruterus.

Tum ille vere vertens annus] *Vertens annus* Cenſorino eſt annus ſolis dierum 365, & ſex fere horarum, ut & Cic. II de nat. Deorum: *Anno fere vertente ſigniferum luſtrat orbem*, de ſtella Mercurii. Et in litteris Marci Antonii Philipp. 13: *Apparuiſſe numen Deorum intra finem anni vertentis.* Qui ideo vertens annus eſt appellatus, eodem Cenſorino & Macrobio auctore, quod id ſit temporis ſpatium, quod peragitur, dum Sol ad id ſignum denuo vertit, ex quo digreſſus eſt. Verum non ſolum annus, ſed & menſis vertens dicebatur. Plautus Perſa: *Nunquam hercle hunc menſem vertentem, credo, ſervibit tibi.* Vitruv. IX: *Sol autem ſigni ſpatium, quod eſt duodecima pars mundi, menſe vertente vadens, tranſit. ita duodecim menſibus duodecim ſignorum intervalla pervagando, cum redit ad id ſignum unde cœperit, perficit ſpatium vertentis anni.* Sed dies quoque, qui perpetuo revertuntur, vertentes appellavit Auſonius de nominibus dierum:

Nomina quæ ſeptem vertentibus apta diebus
Annus habet, totidem errantes fecere planetæ.

Africanus vero cenſet annum magnum dici rectius annum vertentem, tanquam verum & plenum, quam qui annus vulgo appellatur, unius aſtri reditus: cum hic omnium aſtrorum curſus ſit perfectus. *Vinetus.*

Multa ſæcula hominum] *Sæculum*, inquit Cenſor. *eſt ſpatium vitæ humanæ longiſſimum, partu & morte definitum.* Idem.

Namque ut olim deficere ſol hominibus extinguique viſus eſt] *Sicut annus ſolis*, inquit Macrobius, *non ſolum a Calendis Ianuariis, uſque ad eaſdem vocamus, ſed a ſequente poſt Kalendas die uſque ad eundem diem, & a quocunque cujuslibet menſis die uſque in diem eundem reditus, annus vocatur:* ita anni magni initium quiſque facit, quodcunque voluerit: ut hoc loco Cicero defectum ſolis, qui in Romuli morte contigit. Dicitur autem defectus ſolis, cum ſol interventu lunæ occultatur, adimiturque terris, non autem ſi qua nubes, aut aliquid aliud conſpectum ejus nobis auferat. Legimus a. apud Dionyſium & Plutarchum, ſolem defeciſſe non ſolum cum mortuus eſt Romulus, verum etiam quo tempore mater ejus Ilia Rhea Silvia a Marte compreſſa fuit: & hujus defectionis ſolis Marco Terentio Varroni Lucium Tarutium fuiſſe auctorem Mathematicum nobiliſſimum. *Idem.* Sed diverſas de morte Romuli opiniones vide apud Liv. lib. I & Plutarch.

Ita quandoque eadem parte ſol] *Quandoque* legitur in libro manuſcripto, & ita omnino legendum eſſe multis exemplis confirmare poſſum. nec in Ciceronis tantum ſcripta invaſit hic error, ſed in alios etiam ſcriptores, apud quos *quandocunque* irrepſit ſæpe, pro *quandoque.* F. Vrſin. Particula *ita* non fuit in antiquis noſtris codicibus, nec *quandocunque*, ſed *quando*, vel, ut etiam in editione Roberti Stephani, *quan-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

eodemque tempore iterum defecerit, tum ſignis omnibus ad idem principium ſtelliſque revocatis, expletum annum habeto. hujus quidem anni nondum viceſimam partem ſcito eſſe converſam. Quocirca ſi reditum in hunc locum deſperaveris, in quo omnia ſunt magnis, & praeſtantibus viris: quanti tandem eſt iſta hominum gloria, quae pertinere vix ad unius anni partem exiguam poteſt? Igitur alte ſpectare ſi voles, atque hanc ſedem, & aeternam domum

quandoque, quod pro *quandocunque* nonnunquam ponitur. Horat.

Indignor quandoque bonus dormitat
Homerus.

Vinetus.

Expletum annum habeto] Scito annum eſſe confectum, & completum, qui vere annus eſt. *Idem.*

Hujus quidem anni nondum viceſimam partem ſcito eſſe converſam] Hujus quidem anni ſcito nondum viceſimam partem eſſe converſam. Macrobius hoc loco motus, in ſuſpicionem quandam venit, annum magnum quindecim millibus annorum a Cicerone definitum eſſe: & phyſicos quoſdam (non enim hæc Platonis aut Ariſtotelis de anno magno ſententia eſt) opinionis hujus authores habet. Si autem quindecim millia per viginti dividas, pars erit viceſima ſeptingentorum quinquaginta, quot anni a Romuli morte ad Somnii hujus tempus nondum interceſſerant: anni enim ſunt duntaxat ad Martium & Manlium conſules (quibus conſulibus hoc omnium habitum fingitur) a morte Romuli quingenti ſexaginta ſeptem. Verum ſubtilis & arguta magis, quam vera videtur Macrobii hæc interpretatio: neque hoc Cicero voluit: legerat enim Platonem in Timæo affirmantem tempus illud multitudine infinita præditum eſſe, nec ab Ariſtotele didicerat naturales illas terrarum aquarumque mutationes tempore hoc definitas eſſe, & ipſe ſecundo de natura deorum magnam quidem, ſed incertam quæſtionem hanc eſſe confirmavit. Non igitur quindecim annorum millibus magnum annum definire Cicero voluit, ſed uſitato tropo uſus eſt, cum numerum certum pro incerto poſuit, & viceſimam partem quaſi minimam dixit: ſicut paulo poſt ait de hominis gloria, quæ pertinere vix ad unius anni partem exiguam poteſt, ut totum illud Romanorum nomen a Romulo ad hoc tempus vix partem anni magni exiguam compleat. *Ramus.*

Quocirca ſi reditum in hunc locum deſperaveris] Recentiores. *ſperaveris*, contra codices calamo depictos, editioneſque priſcas. *Gruterus.*

In quo omnia ſunt magnis & præſtantibus viris] In quo loco & cœlo, in qua re, præclara & excellentia ingenia habent, & reponunt omnes ſpes ſuas, eo ſolum ſpectant, ad eum ſolum finem adſpirant, & illuc pervenire obnixe ſtudent. *Vinetus.*

Igitur alte ſpectare ſi voles] Vniverſæ cohortationis complexio diſputatis antecedentibus concluditur. Igitur ſi animum ad cæleſtem vitam gloriamque illam æternam retuleris, ſi alta illa ſpectaveris, nec ſermones vulgi, nec popularem auram ſectaberis: *ea enim imitatrix veræ gloriæ temeraria & inconſiderata* (ut tertia Tuſc. Cicero) *& plerumque peccatorum vitiorumque laudatrix fama popularis ſimulatione honeſtatis formam ejus pulchritudinemque corrumpit: qua cæcitate homines cum quadam etiam præclare cuperent, eaque*

neſci-

domum contueri: neque te ſermonibus vulgi dederis, nec in praemiis humanis ſpem poſueris rerum tuarum: ſuis te oportet illecebris ipſa virtus trahat ad verum decus. quid de te alii loquantur, ipſi videant: ſed loquentur tamen. Sermo autem omnis ille, & anguſtiis cingitur iis regionum, quas vides; nec umquam de ullo perennis fuit; & obruitur hominum interitu; & oblivione poſteritatis extingui-
8 tur. Quae cum dixiſſet, Ego vero inquam, o Africane, ſi quidem bene meritis de patria quaſi limes ad caeli aditum patet, quamquam a pueritia veſtigiis

neſcirent, neo ubi, nec qualia eſſent, fund tus alii everterunt ſuas civitates, alii ipſi occiderunt. Quare cum tantum mali ſit in vanitate gloriæ, ne dedideris te vulgi ſermonibus, nec in præmiis humanis ſpem poſueris rerum tuarum. Epicurei in corpore ſummum bonum ſtatuunt, cum ejus voluptates & illecebras perſequuntur. Stoici in animo, cum ejus virtutem beatæ vitæ effectricem faciunt. Peripatetici in corporis & animi cumulatis & affluentibus bonis idem illud extremum ſummumque bonum collocant: contra quos omnes oppoſiti Platonici magnificentius quiddam ſentiunt, neque in corpore collocandum eſſe extremum illud humanæ vitæ bonum, quia communis ſit ea pars noſtri cum belluis: neque in animo, cum in ea nulla virtus, nullaque perfectio inſit: aut ſi quid in eo laudabile videatur, id totum ex radiis quibuſdam a divinæ virtutis ſplendore profectis in eo relucere exiſtimant. Itaque quia illinc initia humanæ perfectionis oriantur, eodem ſumma extremaque referri putant oportere. Africanus igitur, Platonis videlicet æmulator ſectatorque, monet ne in præmiis humanis, ſed divinis ſpem poſueris rerum tuarum: ſuis te illecebris oportet ipſa virtus trahat ad verum decus: nam ut ait Horatius:

Oderunt peccare boni virtutis amore.

Ramus.

Neque te ſermonibus vulgi dederis] Frequens eſt, *ſermoni dare*, *honori dare*, *ſenectuti dare*, pro aliquid concedere & largiri. *C. Lang.*

Quid de te alii loquantur ipſi videant] Ergo virtus ipſa ſuo nos amore capiat & incendat, nec tamen ſeipſa contenta ſit, ſed ſublimia illa ſpectet. Quanquam enim ſapientibus conſcientia ipſa (ut initio ſermonis hujus Æmilianus ait) factorum egregiorum ampliſſimum virtutis eſt præmium: tamen illa divina virtus non ſtatuas plumbo inhærentes, nec triumphos areſcentibus laureis, ſed ſtabiliora in cœlo & viridiora præmiorum genera deſiderat. Quid de te alii loquantur, ipſi videant: tametſi enim arrogantis eſt negligere, quid de ſe quiſque ſentiat: fortis tamen animi eſt, rumuſculis vulgi non commoveri. præclareque apud Ennium Fabius ille cunctator laudatur:

Vnus homo nobis cunctando reſtituit
rem:
Non ponebat enim rumores ante ſalutem:
Ergo poſtque magiſque viri nunc gloria
claret.

Ramus.

Quaſi limes ad cœli aditum patet] Sicut dixit ſupra cultum juſtitiæ & pietatis eſſe viam in cœlum. *Limites* dicunt Siculus Flaccus, Hygenus, Aggenus ſemitas & vias quaſdam, quæ agros

giis ingreſſus patriis, & tuis, decori veſtro non defui: nunc tamen, tanto praemio propoſito, enitar multo vigilantius. & ille, Tu vero enitere, & ſic habeto, non eſſe te mortalem, ſed corpus hoc. nec enim tu es, quem forma iſta declarat: ſed mens cujuſque, is eſt quiſque: non ea figura, quae digito de-

gros diviſos dirimant. *Vinetus.* Fra-
menta terminalia in corpuſculo ſcri-
torum rei agrariæ editionis Gœſia-
æ: *omnes limites itineri publico ſervire*
ebebant, qui dextra & ſiniſtra fines pri-
atos dividunt, & in medio iter publi-
um. Grævius.

Tanto præmio propoſito] Mei codices
abent *expoſito*, ſicut & Langius edi-
it. *P. Suffrid.* *Tanto præmio propoſito*]
all. & Danielis, *expoſito*; quomodo
c tres Aldini. adeo ut videndum ve-
iat, ſitne genuinum auctoris. *Gru-*
rus.

Non eſſe te mortalem, ſed corpus hoc]
evertitur Africanus ad intermiſſam
uæſtionem de animæ immortalitate,
uſque quam quæſtio illa recipit, ef-
cere conatur: hominem quippe &
nmortalem, & deum eſſe. ſic, in-
uit, habeto, te non eſſe mortalem,
d corpus hoc: cum enim corpus hu-
anum ex diſcrepantibus inter ſe na-
ris compoſitum & coagmentatum
:, calore igneo, aëreo humore, fri-
ore aqueo, terrena ſiccitate: quo-
m temperatio, moderatioque quan-
ocunque diſſolvetur, corpus ipſum
ſſolvi diſſiparique neceſſe eſt: quo
genere hominis natura minime
nſtat: neque enim homo eſt ea mo-
s corporis, materieſque, quam for-
a coloribus & lineamentis diſtincta
clarat, ſed mens cujuſque is eſt
iiſque. mens hominis vitiis ſi cor-
pta depravataque ſit, hominem per-
rſum vitioſumque dicimus: ſit ea-
m fortitudine, patientia, æquitate,
udentia, cæteriſque virtutibus in-
ucta & ornata, bonum & hone-
am virum judicamus. Neque vero
t Socrates cum Alcibiade diſputat)
em eſt inſtrumentum, atque id ipſum quod inſtrumento utitur: manibus autem, pedibus, reliquiſque corporis partibus tanquam inſtrumentis homo utitur: aliud itaque homo, aliud corpus eſt hominis, recteque hominem mentem eſſe confitemur: ac cum Apollinis oraculum monet γνῶθι σεαυτὸν, non id præcipit, ut membra noſtra aut ſtaturam figuramve, ſed animum noſtrum noſcamus, meritoque ridendi, qui corpore hominem definitum exiſtimant. *Ramus.*

Nec enim tu es quem forma iſta declarat, ſed mens cujuſque, is eſt quiſque] Sic optime Langiana. Vulgati: *nec enim is es, quem forma iſta declarat.* Gruteriana: *nec enim is, quem forma iſta declarat.* Græv. Socrates apud Platonem Alcibiadi ſuo probat, hominem neque ſolum corpus eſſe, nec ſimul corpus cum mente, ſed ſolum mentem. Idem in Axiocho poſtquam, inquit, ſoluta ſemel compage, mens in propriam ſuam ſedem reſtituta fuerit, relictum corpus, quod terrenum eſt, & rationis expers, non eſt, quod dicitur homo. Ἡμεῖς μὲν γάρ ἐσμεν ψυχὴ, ζῶον ἀθάνατον, ἐν θνητῷ καθειργμένον φρουρίῳ. *Nos enim ſumus mens animal immortale, in loco mortali munito clauſum.* Arnobius II adverſus gentes, dictam Ciceroni animam mentem appellans: *Porro autem conſpicimus homines, id eſt, animas ipſas (quid enim ſumus homines, niſi animæ corporibus illigatæ?) ſævitate innumerabili vitiorum* &c. Lactantius ejus, ut audio diſcipulus II Inſtitut. divin. *Hoc enim quod oculis ſubjectum eſt, non homo, ſed hominis receptaculum eſt.* Et lib. de opificio Dei: *Errat enim, quiſquis hominem carne metitur. Nam corpuſculum hoc, quo induti ſumus, homi-*

nis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

demonſtrari poteſt. Deum te igitur ſcito eſſe: ſiquidem Deus eſt, qui viget, qui ſentit, qui meminit, qui providet, qui tam regit, & moderatur, & movet id corpus, cui praepoſitus eſt, quam hunc mundum ille

nis receptaculum eſt. Nam ipſe homo neque tangi, neque adſpici, neque comprehendi poteſt: quia latet intra hoc quod videtur. M. autem Varr. apud Auguſtinum XIX de Civ. Dei c. 3. nec animam ſolum, nec ſolum corpus, ſed animam ſimul & corpus eſſe arbitrabatur. *Vinetus.*

Deum te igitur ſcito eſſe] Vndenam (quæret aliquis) iſta conſecutio? nempe inquam, ex illis antecedentibus immortalitatis argumentis, homo eſt immortalis, neque enim corpus, ſed mens: deus eſt igitur. Homines enim ac dii animalia ratione conſilioque prædita philoſophis viſa ſunt, ſed immortalitatis excellentia homines a diis ſuperari. Ne ſint igitur mortales homines, ſed immortales ſunto, diſcrimen inter homines deoſque reliquum nullum erit. Hæc Euripidis poetæ ſententia eſt, de quo Cicero Tuſcul. 1. *Ergo animus, ut ego dico, divinus, aut, ut Euripides audet dicere, deus eſt.* Non multum ab Euripide Ovidius diſcrepat 6. Faſtorum:

Eſt deus in nobis, agitante caleſcimus illo,
Impetus hic ſacræ ſemina mentis habet.

Verum aliud eſt longe hominem præpotentis, æternique dei ſimilitudinem & imaginem quandam eſſe, animumque divinum credi, quam deum eſſe: tametſi hanc etiam ſententiam video Ariſtoteli a ſuis quibuſdam interpretibus attributam eſſe, quibus Themiſtius Peripateticus iraſcitur: qualia opinionum monſtra fortaſſe eorum ſunt, qui ſtatuunt unicum eſſe dei ſpiritum, qui in omni natura vigeat, animas hominum nihil eſſe, nihil dæmonas, nil cæleſtes angelorum mentes, ſed divinam illam vim ſimplicem ſolitariamque ad omnes cœli terrarumque oras pertingentem, cujuſmodi deus eſſet ille Virgilianus lib. VI Æneid.

Principio cœlum ac terras, campoſque liquentes,
Lucentemque globum Lunæ, Titaniaque aſtra
Spiritus intus alit, totamque infuſa per artus
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.

Vt in corpore noſtro unicam eſſe confitemur animam, cujus vis tamen ad omnes artus, omniaque membra pertineat, quorum ſi quod vulneratum, ſauciatum, amputatum fuerit, non mutari tamen animam, nec interire dicimus, ſed in ſe recipi. Sed ne tam abſurdum quidem tamque hebes commentum exiſtimo Ciceroni unquam in mentem veniſſe: ſed ut cognatione conjunctos cum diis immortalibus homines oſtenderet, eaque perſuaſione vehementius ad amorem juſtitiæ inflammaret atque accenderet, animos non tantum divinos, ſed deos quoque affirmaſſe, quod a Romana tamen religione nihil abhorreret, cum veteres Romani Romulum, Herculem, Caſtorem in numerum deorum retulerint, quod animi eſſent optimi atque æterni. *Ramus.* Ad imaginem & ſimilitudinem Dei facti ſumus, ut ſcribitur 1 Geneſ. Nec principium, nec finem habet, id quod Deus eſt. Animæ vero noſtræ initium temporis habent, inquit Aug. x, 3 de Civ. Dei, quamvis finem non ſint habituræ.

Siquidem Deus eſt qui viget] Quænam, inquies, aut quomodo de tanta quæſtione & deorum & animorum diſputatio certa ulla eſſe poteſt? neque enim deum, neque mentem cernimus: mentem autem hominis, quamvis non videamus, ut deum non videmus, tamen ut deum agnoſcimus ex operibus ejus: ſic ex memoria rerum &c

ille princeps Deus: & ut mundum ex quadam parte mortalem ipſe Deus aeternus, ſic fragile corpus animus ſempiternus movet. Nam quod ſemper movetur, aeternum eſt: quod autem motum affert alicui, quodque agitatur aliunde; quando finem habet motus,

& inventione, & celeritate motus, omnique pulchritudine virtutis vim ivinæ mentis agnoſcimus. ſpectemus gitur deorum hominumque facta atue opera, quibus hominem deum ſſe ſibi Africanus perſuaſit: ſiquidem eus eſt qui viget, qui ſentit, qui meninit, qui providet. At vitam in homine & ſenſum & memoriam, & rovidentiam perſpicimus: deus igir homo eſt. At mundum regit deus, omnes ejus partes ſua providentia etur. quid homo? an non idem ac r efficit? qui tam regit, & moderar, & movet id corpus, cui præpoſis eſt, id eſt, mundum illum molis rporeæ, cui tanquam cuſtos præeſt, bernat, quam hunc mundum prinps ille deus. An non denique iſta nilia ſunt? & ut ipſum mundum quadam parte mortalem ipſe deus ernus, ſic fragile corpus animus npiternus movet. In mundo ſupra nam, ut antea dictum eſt, omnia nt æterna: infra autem nil niſi more, præter animos hominum generi orum munere datos. Mundum igitanquam corpus dei Africanus apllat, ut poëta cum ait:

——— *Totamque infuſa per artus*
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.

ominum deorumque cognatio nos adhuc informata eſt: deus eſt imortalis, homo eſt immortalis: deus et, ſentit, meminit, providet: mo viget, ſentit, meminit, proet: deus mundum, homo corpus m regit & moderatur: deus mundm quadam ex parte mortalem mo, homo fragile & diſſipabile cors agitat: denique cum interiore illa ituſque inſita animi natura tum poris qualitate deus homoque conſentiant, ut mundus corpus ſit dei, & corpus mundus ſit hominis, & deus homo, & homo deus eſſe videbitur. *Ramus*. Vetuſtiores Theologi dicebant Dei corpus eſt mundum, & membra ejus quatuor elementa. vide Sçaligerum in Manil. lib. I.

Nam quod ſemper movetur, æternum eſt] Te non eſſe mortalem, diligentius & accuratius explicemus: nec hominem a deo mortalitatis ratione ſeparari doceamus. Res (ita me deus ipſe, de quo loquimur, amet) difficilis & obſcura, aciem in oculos contra quam natura fert, retorquere atque convertere, animo animum penitus inſpicere, vireſque ejus, proprietates, motus comprehendere. Sed tamen Platonem tanquam aliquem philoſophorum deum licet audiamus, ex cujus Phædro, non autem ex libris de Republica, Ciceronis hæc oratio deſumpta eſt, cujus quæſtio eſt, an animus ſit æternus. argumentum ſummum eſt ex effectis, quia ſeipſum moveat: ſyllogiſmus ita concluditur, quod ſeipſum movet, æternum eſt: Animus autem ſeipſum movet: Animus igitur eſt æternus. Præcipuum certamen eſt in propoſitione, quod ſeipſum movet, æternum ſit, ſemperque moveatur: ideoque advocantur in auxilium tum contraria, quod aliunde mota, mortalia ſunt. Quare quæ a ſeipſis agitantur, immortalia ſunt: tum adjuncta, & quod natura neque ſe deſerat, ſed ſe diligentiſſime tueatur, & quod a ſe mota principia ſunt ſui motus, ideoque æterna. Ad aſſumptionem argumentum eſt unum ex adverſis: quæ moventur aliunde, in anima ſunt: quare animata, quæ a ſeipſis moventur. Hæc præſidia ſunt & propoſitionis & aſſumptionis ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

motus, vivendi finem habeat neceſſe eſt. ſolum igitur, quod ſeſe movet, quia nunquam deſeritur a ſe; nunquam ne moveri quidem deſinit: quin etiam ceteris, quae moventur, hic fons, hoc principium eſt mo-

illum principem ſyllogiſmum accommodata. *Ramus.* Idem Cicero Tuſc. I. hujus loci meminit his verbis: *Ex quo illa ratio nata eſt Platonis, quæ a Socrate eſt in Phædro explicata, a me autem poſita in ſexto libro de republica. Quod ſemper movetur id æternum eſt, & reliqua.* vide & expenſam Platonis ſententiam apud Lactantium lib. VII. *Vinetus.*

Quod ſeſe movet nunquam ne moveri quidem deſinit] Partes ergo videamus univerſæ diſputationis, quamobrem ſempiternus animus eſſe videatur. Prima confirmatio principalis propoſitionis eſt pleno concluſa ſyllogiſmo: Quod ſemper movetur, æternum eſt: Quod ſeſe movet, ſemper movetur: Quod igitur ſeſe movet, æternum eſt. Cujus concluſionis pars illa prima, Quod ſemper movetur, æternum eſt, pompæ ſpeciem ſimilem quandam obtinet: ad ſeriam enim contentionem non multum valet, ſed quoniam indubitata eſt, prætereatur: ad aſſumptionem veniamus. Quod ſeſe movet, ſemper movetur: quid ita? nempe quod contraria contrariorum conſequentia eſſe videantur: ut ſi laudanda virtus, vituperanda ſane turpitudo ſit. Sic quia quæ moventur aliunde, caduca mortaliaque ſunt: quæ ſuo impulſu nativoque agitantur, ſtabilia atque immortalia ſint neceſſe eſt. Age vero, quia neque deſeritur a ſe animus, ne moveri quidem deſinit. quid iſta ratio? quid habet argumenti? Enimvero attendendum, in tenuibus tanquam foliis incluſum admirabile phyſici cujuſdam numinis oraculum: ſi animus a ſe moveatur, nunquam profecto ſe deſeret. Omnis enim natura vult eſſe conſervatrix ſui, ut in quam optimo ſui generis ſtatu retineatur. Itaque nec partem ullam ſui, nec habitum, nec motum, nec ſtatum deſerit: eumque quaſi finem propoſitum habet, in quo omnia ſtudia, omneſque contentiones ſuas adhibeat. Ex hoc fonte illa funduntur oracula philoſophorum, naturam nihil temere fruſtraque conari, naturam incredibili amore ſibi conciliari. Itaque ſi poſſit, ut poſſe confirmatur, dum dicitur non aliunde, ſed a ſeipſa moveri, & velit (ut intelligimus) ſeipſam tueri, ſine dubio nunquam ſe deſeret: ſed ſtatum motumque ſuum in perpetuum retinebit: quinetiam cæteris, quæ moventur, hic fons, hoc principium eſt movendi: principii autem nulla eſt origo. *Ramus.*

Quia nunquam deſeritur a ſe] Ita animus *nunquam ſe ipſe ſit relicturus* ait Cato ap. eundem Ciceronem in extrema diſputatione de ſenectute. *Vinetus.*

Quin etiam ceteris, quæ moventur, hic fons, hoc principium eſt movendi] Tertia confirmatio eſt illius orationis Quod ſeipſum movet, æternum eſt, ex adjunctis ſumpta, quod ea vis ſe movendi principium ſit, ubi plenus & integer ſyllogiſmus contexitur Principium eſt æternum: Quod ſeipſum movet, principium eſt: Quod igitur ſeipſum movet, eſt æternum. Aſſumptio primo loco eſt: quinetiam cæteris quæ moventur, hic fons, hoc principium eſt movendi: nec tantum quod ſeipſum movet, eſt principium ſui motus, ſed cæteris rebus, quæ aliunde moventur. Propoſitio eſt ſecundo loco: Principium caret origine, caret interitu. Pars prior definitione principii declaratur. Principium ſiquidem (ut phyſici definiunt) eſt e quo oriuntur omnia, ipſum autem nulla ex re alia fieri poteſt: nec enim eſſet principium, quod gigneretur aliunde: definitio enim repugnat, ap-

pro-

movendi. principio autem nulla eſt origo. nam ex principio oriuntur omnia: ipſum autem nulla ex re: nec enim eſſet principium, quod gigneretur aliunde: quod ſi numquam oritur, ne occidit quidem umquam. nam principium extinctum, nec ipſum ab alio renaſcetur, nec ex ſe aliud creabit: ſiquidem neceſſe eſt a principio oriri omnia. Ita fit, ut motus principium ex eo ſit, quod ipſum a ſe movetur: id autem nec naſci poteſt, nec mori: vel con-

probatio partis ſecundæ conſequitur. Principium caret interitu, ratio ex eadem definitione & ex adjunctis ſumitur, extincto diſſipatoque principio univerſus omnium rerum conſequeretur interitus: nihil enim gigneretur, cum omnia a principio oriantur: nec omnino principium ipſum renaſceretur: natura enim ejus originem non capit, nec ex ſe aliud procrearet, quia extinctum eſſet. *Ramus.*

Principio autem nulla eſt origo] *Principii* pro *principio* Tuſcul. 1. & in Macrob. commentariis. Græca ſunt ἀρχὴ καὶ ἀγένητον.

Ipſum autem nulla ex re alia oriri poteſt] Ita Lambin. Eſt autem magna diverſitas lectionis hoc loco. Gembl. cod. meus & Martinius legunt: *ipſum autem nulla ex re alia naſci poteſt.* Seb. Gryphius: *ipſum autem nulla ex re fieri poteſt.* Langius ita ſimpliciter: *ipſum autem nulla ex re.* Magnus codex Erphard: *ipſum autem nulla fieri ex re, naſcive poteſt.* quod nos ſequemur. *Suffridus. Nulla ex re alia naſci poteſt*] Eſt a libro Danielis & Pal. firmatque editio Victorii. publicati: *nulla ex re fieri poteſt.* quomodo nulli Manutiani. *Gruterus.* Rectius ſecutus eſſet Langium, virum doctiſſimum, qui nihil ſine codicum auctoritate immutavit.

Ita fit, ut motus principium ex eo ſit, quod ipſum a ſe movetur] Quidam libri habent: *ita fit ut motus principium ex eo ſit, & a ſe aquetur.* C. Langius. Aſſumptio propoſitioque poſitæ antea repetuntur. Aſſumptio obſcurius a Cicerone Latine reddita eſt, quam Græce a Platone explicata. Cicero ait, *ita fit, ut motus principium ex eo ſit, quod ipſum a ſe movetur.* Plato autem paulo ſecus, οὕτω δὴ κινήσεως μὲν ἀρχὴ τὸ αὐτὸ κινοῦν. quæ verba ita reddi poſſunt, *ſic ergo principium motus eſt, quod ſeipſum movet.* Ciceronis autem oratio videtur ſignificare cauſam quamobrem aliquid principium motus dicatur, nempe quod ſeipſum moveat: niſi forte phraſim illam, *ex eo ſit*, intelligas pro, *id ſit.* Propoſitio magis alienum a Platonis ſententia (quæ in exemplaribus Græcis hodie legitur) ſenſum habet: Principium, ait Plato, nec naſci poteſt, nec mori: principii nulla eſt origo, nullus interitus, vel conſequetur interitus rerum omnium. Extincto enim principio, neceſſe eſt concidat omne cœlum, omniſque natura, nec unquam poſt habeat unde motum nacta gignatur: principium enim ſi nullum ſit, unde motus erit initium? In Ciceronis oratione verbum *conſiſtat* tranſlatitium & alienum eſt: nec Plato ſic loquitur cum ait, τοῦτο δ' οὔτ' ἀπόλλυσθαι, οὔτε γίγνεσθαι δυνατὸν, ἢ πάντα τε οὐρανὸν, πᾶσάν τε γῆν συμπεσοῦσαν στῆναι, καὶ μή ποτε αὖθις ἔχειν στῆναι, ὅθεν κινηθέντα γενήσεται. qui locus Latine ſic reddi poteſt, *hoc autem neque mori, neque naſci poteſt, vel omne cœlum, omniſque terra concidant neceſſe eſt: nec unquam rurſus exiſtere quicquam poſſit, unde mota atque agitata*

concidat omne coelum, omniſque natura conſi-
ſtat neceſſe eſt, nec vim ullam nanciſcatur, quae
9 a primo impulſu moveatur. Cum pateat igitur
aeternum id eſſe, quod a ſeipſo moveatur, quis
eſt, qui hanc naturam animis eſſe tributam neget?
ina-

tata gignantur. Participium, κινηθέντα pluralis numeri, ad caſum ſingularem ἀρχῇ referri non poteſt. Quod ſi putabis neglecta Platonis ſententia Ciceronem non deterius quiddam ſequi voluiſſe: quaſi dixerit principium neque naſci, neque mori poteſt, conſiſtatque neceſſe eſt, licet cœlum terraque concidat, nec principium aliud principium nanciſcitur, a quo primum moveatur, primoque impulſu agitetur: tu videris, qui Ciceronis ingenium tam religioſe tuendum ſuſceperis. Nobis magis placet, nulla neceſſitate interpoſita, libere ſentiendi poteſtas: in convertendis authoribus ut non annumeranda verba, ſic ſane retinendas ſententias minimeque immutandas exiſtimo: ſed tamen in hac defenſione malim credere Ciceronem alio exemplari uſum eſſe, quam ab eo ſponte ſenſum authoris inverſum, præſertim cum Græce optime & luculentiſſime ſcierit. *Ramus.*

Omniſque natura conſiſtat neceſſe eſt] Vet. libri; *omniſque natura & conſiſtat* &c. Sed ex Platonis Phædro, unde hæc ſunt ſumta, pro *natura*, repoſui, *terra.* Verba Platonis hæc ſunt: ἢ πάντα τε οὐρανὸν πᾶσάν τε γῆν συμπεσοῦσαν στῆναι καὶ μήποτε αὖθις ἔχειν στῆναι ὅθεν κινηθέντα γενήσεται. *C. Lang.* Vetuſtam lectionem probo, quæ habet, *vel concidat omne cœlum, omniſque natura & conſiſtat, neceſſe eſt.* Cœlum enim, & natura in Græcis Platonis ad idem verbum στῆναι, hoc eſt ſtare, pertinent. Et interpres Cicero, quum participium συμπεσοῦσαν, id eſt concaſuram, in verbum *concidat* tranſtuliſſet, aliqua copulandi particula duo verba conjungeret, neceſſe fuit. Sed vereor, ut ne ſine mendo ſint Græca illa. ἢ πάντα τε οὐρανὸν, πᾶσάν τε γῆν συμπεσοῦσαν στῆναι, καὶ μήποτε αὖθις ἔχειν στῆναι, ὅθεν κινηθέντα γενήσεται. Primum enim, quid hic agit στῆναι iſtud poſterius? Quod in Latinis Ciceronis agnoſcere non poſſum. Deinde iſtam γῆν id eſt terram, quomodo Cicero naturam reddiderit? Quam equidem voculam corruptam eſſe ſuſpicor, & pro ea in Platonis Phædro emendandum γένεσιν, ſicut legiſſe videtur Græcus Ciceronis interpres, qui hoc ſic Græce vertit. ἢ πάντα τε οὐρανὸν πᾶσάν τε γένεσιν συμπεσοῦσαν στῆναι. Naturam quidem Latini, Græcorum φύσιν, dixerunt, ut idem Cicero paulo poſt, *hæc eſt propria natura animi, atque vis*, dixit ex his Græcis, ὡς ταύτης οὔσης φύσεως ψυχῆς. γένεσιν vero idem Cicero in Timæi interpretatione, ortum. Τί τὸ ὂν μὲν ἀεὶ, γένεσιν δὲ οὐκ ἔχον. *Quid eſt, quod ſemper ſit: neque ullum habet ortum.* Ceterum quum verba naſcor, unde natura: & γίγνομαι, unde γένεσις, idem plerumque ſignificent, cur iſta γένεσις, ortus & generatio rerum non etiam natura interdum recte poſſe reddi videatur. *Vinetus.*

Cum pareat igitur] Id eſt, appareat. Mendoſe autem hic *pateat* habent libri vulgati. *Lambinus.* Sed MSS. quos inſpexere Langius, Suffridus, Gruterus alii, omnes *pateat* præ ſe ferunt.

Qui hanc naturam animis eſſe tributam neget?] Vno ſuo Cicero duo Platonis verba complexus eſt. Naturam enim ipſe dixit Platonis οὐσίαν & λόγον. quorum prior *ſubſtantia* & *eſſentia* a philoſophis noſtris vulgo vertitur, alterum ratio, proprietas, definitio. Sed hujus loci Græca opponam ut conferantur. Ἀθανάτου δὲ πεφασμένου, τοῦ ὑφ' ἑαυτοῦ κινουμένου, ψυχῆς τε οὐσίαν
καὶ

inanimum eſt enim omne, quod pulſu agitatur externo:

χαὶ λόγον τῦτο αὐτό τις λέγων, ἐκ αἰσχυνεῖται. quorum hæc videtur ſententia. Poſtquam monſtratum eſt, id eſſe immortale, quod ſeipſum moveat, nemo, ut arbitror verebitur dicere eſſentiam & naturam animi eſſe hoc ipſum, hoc eſt, æternum eſſe & immortalem animum, qui ſe ipſe ſemper moveat. *Vinetus.*

Inanimum eſt enim omne, quod pulſu agitatur externo] Ita habent omnia fere noſtra exemplaria, & non *inanimatum*. *Inanimatum* autem fuit cum Ciceronianum verbum eſſe putaremus. Legebamus enim id pueri in libris de officiis, de amicitia, de natura Deorum, & alibi: habebantque philoſophiæ Profeſſores frequens in ore *corpus animatum, corpus inanimatum*, ſed qui nuper diligentius antiquiora exemplaria conferre cœperunt, quod *inanimatum* erat, ad *inanimum* ubique contraxerunt. *Vinetus.*

Quod pulſu agitatur externo] Quod ab alio movetur, quam a ſeipſo, ut ipis. Cic. II de nat. deorum: *Audiamus enim Platonem quaſi quendam eum Philoſophorum, cui duo placet eſſe motus, unum ſuum, alterum externum ſe autem divinius, quod ipſum ex ſua ſponte moveatur, quam quod pulſu agitur alieno*, &c. *pulſu* autem hic non *impulſu* legitur, *impulſu* ſupra. *Idem.* Confirmato illo fundamento ratiocinationis, *quod ſeipſum movet, æternum eſt*, conficit ad extremum quæſtionis concluſionem ſummum ſic: Quod ſeipſum movet, æternum eſt: Animus autem ſeipſum movet: Animus igitur eſt æternus. Aſſumptio reis contrariis addicitur, *inanimatum quod impulſu agitatur externo.* Ergo animatum motu cietur interiore ac o. Animæ vero motus quos appelverit Plato lib. 10. de legibus interetatur, cum ait, univerſa ergo quæ cœlo ſunt, quæ in terra, quæ in ari, ſuis motibus anima ducit: quius nomina ſunt, velle, conſiderare, rare, recte & non recte opinari, tari, dolere, audere, metuere, odiſſe, diligere. Quos motus Ariſtoteles Platonem præceptorem imitatus non ſolum animo tribuit, ſed & ejus naturam diſquirit ac definit. *Ariſtoteles* (inquit 1 Tuſcul. Cicero) *longe omnibus (Platonem ſemper excipio) præſtans & ingenio & diligentia, cum quatuor nota illa genera principiorum eſſet complexus, e quibus omnia orirentur, quintam quandam naturam cenſet eſſe, e qua ſit mens. Cogitare enim & providere, & diſcere, & docere, & invenire aliquid, & tam multa alia, meminiſſe, amare, odiſſe, cupere, timere, angi, lætari, hæc & ſimilia eorum, in horum quatuor generum nullo ineſſe putat. Quintum genus adhibet vacans nomine, & ſic ipſum animum* ἐντελέχειαν *appellat novo nomine, quaſi quandam continuatam motionem & perennem.* Quibus ex verbis intelligimus cum Platone Ariſtotelem hos animæ motus affirmaſſe. Tametſi in phyſicis quæ Ariſtoteli tribuuntur, magnis & variis argutiis diſputatur nullos animæ motus eſſe, nec a ſe moveri poſſe, quibus Platonici permulti, ac Macrobius in hujus interpretatione ſomnii diligenter & accurate reſpondent. Immortalitatem vero animæ Ariſtoteles videtur noluiſſe eodem argumento in libris de anima confirmare, quod ſeipſum moveret, quod per ſe diſputaret, meminiſſet, provideret, intelligeret, ſed quod ſine corporis ope id ipſum præſtaret atque efficeret. quod ſine ſpecie quadam diſſimile Platonicæ rationis primo videatur, revera ac veritate prorſus idem. A ſe enim, ac per ſe moveri, ſine externo auxilio Plato ſignificat. Quare jam credo Platonicis Ariſtotelem calumniatorem appellantibus, quod præceptoris ſententiam tot ſophiſmatis labefactare contenderit, quam poſtea mutato nomine ſibi vendicarit. Sed ad Platonem redeamus, qui etiam in Menone inſitas in animis noſtris exiſtimat & æternas eſſe rerum omnium notiones, unde appareat animam æternam eſſe. quod & in Phædone de reminiſcentia copioſius

no: quod autem animal eſt, id motu cietur interiore, & ſuo. nam haec eſt natura propria animi atque vis. Quae ſi eſt una ex omnibus, quae ſeſe moveat, neque nata eſt certe, & aeterna eſt. hanc tu exerce in optimis rebus: ſunt autem optimae, curae de ſalute patriae:

ſius exequitur. In quo libro quam mirabilis eſt, quam acuta Socratis ratio? ſi non eſt vanus & inanis ingeneratus in animis noſtris amor ſapientiæ, profecto animus aliquando ſapientiam conſequetur. At illud; Hoc igitur. Non conſequetur autem in hac vita: in aliqua igitur. Tum vero quærit idem Socrates eodem loco, num poſſit animus noſter quadam immortalium cognatione teneri ipſe non immortalis. In repub. idem rurſus ait, interitus id expers omne, quod tametſi quamplurimis malis prematur, diſſolvi tamen propterea non poſſit. Animum autem quamvis omnibus vitiorum generibus coinquinetur & labefactetur, propterea tamen minime extingui: æternum igitur & immortalem eſſe neceſſe ſit. Quibus tam multis rationibus Plato velle cæteris, ſibi certe perſuaſiſſe animos immortales videatur. Verum, inquies, quid iſtæ immortalitatis Platonicæ rationes? quid efficiunt? quid concludunt? Hic nil quæſtione iſta opus fuiſſe arbitrarer, ſi ſatis eſſent antecedentia animo memoriaque retenta: nam cum Plato 10 de Repub. ſtatuerit animas ab æterno ſine origine ulla fuiſſe, neque plures fuiſſe neque plures futuras eſſe, huic errori conſentaneum erat exiſtimare animi motus ab animo ipſo non aliunde proficiſci. Hoc igitur erroris principium, hic fons fallacis & captioſæ concluſionis fuit. Nil vero eſt præter unicum ſempiternumque Deum, qui modo illo moveatur, quo moveri animum Plato exiſtimavit, qui ſui ſit author princepſque motus, qui nil aliunde ſumpſerit, qui totus aptus ſit ex ſeſe, atque intra ſe ſua complectatur omnia. *Ramus.*

Quod autem animal eſt] Lambinus habet *animal eſt*, ſed rectius in manuſcripto *animans*. F. Vrſin. *Animal* non autem *anima* legendum, neque *animatum*, ut pleraque omnia habent exemplaria. Quod enim Plato σῶμα ἄψυχον & ἔμψυχον dixit, id eſt, corpus inanimatum, & animatum, ut recentiores locuti ſunt Philoſophi, id Cicero *inanimum* & *animal* hic dicit; Lactantius *inanimum* & *animans* 11 Inſtitut. divinarum. *Vinetus.*

Nam hac eſt natura propria animi atque vis] Sic *animi* non *anima* antiqui codices, etiam ii, in quibus *anima* pro *animal* ſcriptum fuerat. Cum enim *animam* vulgo dicimus, quærunt ſermonis Latini ſtudioſi, an aliter appellarit Cicero, quam *mentem* & *animum* ſecunda inflexione. Quæ autem ſequuntur fœminina vocabula, *quæ, una, nata, æterna*, eſt *vis*, quæ illis genere concordet, neque inepte puto, natura & vis animi æterna dicta fuerit, pro ipſo animo æterno. *Idem.*

Neque nata eſt certe] Platonicum hoc non Chriſtianum. *Idem.*

Hanc tu exerce in optimis rebus] Belle ſane res habet. ſublato ex animis omni mortis metu, ne interire animi noſtri videantur, ſed ævo ſempiterno frui: quid reliquum eſt niſi ut juſtitiam, pietatem, religionem colamus, non ſolum ut ſemper, ſed potius ut beati vivamus? Exerceatur igitur anima in optimis rebus, in defendenda patria, reddendo unicuique quod ſuum eſt, in augendis & amplificandis bonis communibus. Quo enim ſimus alacriores ad tutandam Rempublicam, jam perſuaſum eſt omnibus, qui patriam conſervarint, adjuverint, auxerint, certum eſſe in cœlo ac definitum locum, ubi beati ævo ſempiterno

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

patriae: quibus agitatus & exercitatus animus, velocius in hanc ſedem & domum ſuam pervolabit: idque ocyus faciet, ſi jam tum, cum erit incluſus in corpore, eminebit foras, & ea, quae extra erunt, contemplans, quam maxime ſe a corpore abſtrahet. Nam eorum animi, qui ſe corporis voluptatibus dediderunt, earumque ſe quaſi miniſtros praebuerunt, impulſuque libidinum voluptatibus obedientium, Deorum, & hominum jura violaverunt: corporibus elapſi circum terram ipſam volutantur, nec hunc in locum,

no fruantur. Neque tamen viribus & acertis via tantum reditusque nobis n cœlum paratur, vigilando, laborando, bellando, forenſia civiliaque negotia tractando, omnes corporis nimique vires in humanis commodis conſtituendis adhibendo: ſed multo magis ſublimia illa & cæleſtia ſpectando, res æternas & divinas contemplando, ut incredibili dei bonitate, providentiaque mundus hic non onditus ſolum ſit, ſed regatur & dminiſtretur: vitæ enim illius degendæ ratio (quæ in contemplatione & cognitione rerum poſita eſt) cum leorum vitæ ſimillima ſit, digniſſima erte eſt judicanda. Ergo celerius animus in cœlum pervolabit, ſi ſe a corporis cura & humanis rebus avocaveit. *Ramus.*

Velociter in hanc ſedem] Legendum *velocius*, ut eſt in antiquo codice. *F. Vrſinus.*

Circum terram ipſam volutantur] Quam in vita nimium amaverunt. Ita Socrates in Phædone Platonis dixit περὶ μνήματα καὶ τοὺς τάφους κυλινδεῖσθαι, id eſt, *circum monumenta & ſepulchra volutari*, & illic eorum umbras ideri. *Vinetus.* Ne fruſtra tanta ſpes njecta ſit de animi in cœlum reditu, confirmatur id ex contrariis. Improbi ac libidinoſi ſunt miſeri: probi gitur & virtutis ſtudioſi ſunt beati. Quid autem eſt illud, circum terram volutantur, unde ſumptum? Platonicum, inquam, iſtud eſt. Socrates enim in Phædone improborum & impurorum hominum animas ait grave quiddam terrenumque ex corporis contagione & libidinoſis affectibus contraxiſſe, ac earum poſt mortem circa ſepulchra monumentaque umbras & viſa conſpici. Ergo (inquit) flagitioſorum animæ circa tumulos volutantur, nec in cœlum, niſi multis exagitatæ ſeculis, revertuntur. Quod item Platonicum eſt: In Phædro enim multa Pythagorea decreta ſequutus Plato ſcribit animam, ſi vitam deorum imitari perpetuo poſſit, ſui ſimillimam ſemper fore: ſin vero, primo ortu philoſophum, ſecundo regem, tertio mercatorem, quarto athletam, quinto ſacerdotem, ſexto poëtam, ſeptimo agricolam, octavo ſophiſtam, nono tyrannum. In quibus tam variis generibus, qui juſte vixerit ſortem poſtea nanciſcetur meliorem, qui injuſte, deteriorem: in idem enim unde profectus eſt animus non revertitur, niſi confectis decem annorum millibus. Hæc in Phædro Socrates multaque ſimilia, qualia de purgationibus animarum apud inferos Virgilius ſcribit:

Quiſque ſuos patimur manes: exinde per amplum
Mittimur Elyſium, & pauci læta arva tenemus:
Donec longa dies perfecto temporis orbe
Concretam exemit labem, purumque reliquit

Æthe-

locum, niſi multis exagitati ſeculis, revertuntur. Ille diſceſſit: ego ſomno ſolutus ſum.

Ætherium ſenſum, atque aurai ſimplicis ignem.
Has omnes, ubi mille rotam volvere per annos,
Lethæum ad fluvium deus evocat agmine magno:
Scilicet immemores ſupera ut convexa reviſant,
Rurſus & incipiant in corpora velle reverti.

Quæ Pythagorea Cicero parum religioſe coluit: non enim admodum quæ de purgationibus illis animarum dicebantur a poëtis & philoſophis, credidit: poſtea in prima Tuſculana deriſit, *rationis*, inquit, *ignoratio finxit inferos, eaſque formidines, quas tu contemnere non ſine cauſa videbare*, &c. Quamobrem Pythagoreas animæ purgationes (quas hoc loco videtur probare Cicero) non perpetuo probavit. Cætera autem illa quæ ſunt apud Platonem decimo de Republica in Heri militis (qui excitatur ab inferis) narratione, contempſit, de duplici hiatu, altero ad cœlum, altero ad inferos ducente. De infernis cacodæmonibus, de prato beatarum animarum, requie, de neceſſitate & ejus filiabus: reliquaque, quia poëtarum magis ſimilia quam philoſophorum viderentur, prudens, opinor, ac ſciens omiſit. *Ramus.*

Ille diſceſſit] Hic ſomnii exitus fuit, vocatis ad contemplandum cœlum animis, deterritis ab humanæ ſpe gloriæ, immortalem naturam ſuam perſuaſis & edoctis, præmiorum denique cæleſtium mercede accenſis & inflammatis. *Idem.*

V A-

VARIAE LECTIONES IN CIC. DE OFFICIIS.

LIBER PRIMVS.

Capvt I.

DE officiis. al. *officiorum.*

Abundare oportet. Mſſ. *abundare oporteat.*

Propter ſummam & doctoris. v. c. *& propter ſummam doctoris.*

Quorum alter. v. c. *quorum alterum.*

Idem tibi cenſeo. al. codd. *item tibi cenſeo.* al. *itidem tibi cenſeo.* al. *identidem tibi cenſeo.*

Faciendum. v. c. *faciundum.*

Ad dicendum. Mſſ. Pall. Guilielmi ex, Pithæi, Græv. *ad diſcendum.*

Quoniam utrique. al. *quoniam utique.*

Qui ſe jam illis fere æquarunt. al. *qui jam illis fere æquarunt.* al. *qui jam illis fere æquarunt.*

Apte, diſtincte, ornate dicere. Sic Mſſ. Græv. & aliorum, nec non edd. Lang. Fabric. vulgo: *apte, diſtincte ornateque dicere.*

Vis enim dicendi major eſt in illis. al. *vis enim major in illis dicendi.*

Orationis genus. Mſ. P. *orationum genus.*

In utroque genere laboraret. Mſ. P. *in utroque genere laboraſſet.*

Sequereturque & illud. Mſ. Græv. *ſequereturque illud.*

Phalereus. Mſ. P. & G. *Phalerius.*

Dulcis tamen ut Theophraſti. Mſ. P. *dulcis tamen tantum ut Theophraſti.*

Si genus forenſe dicendi. Sic Mſſ. edd. meliores. al. *ſi genus id forenſe.*

Capvt II.

ALiquid hoc tempore ad te ſcribere. Mſ. P. *aliquid ad te ſcribere tempore.*

Ab eo ordiri volui maxime. Sic Mſſ. Vulg. *ab eo exordiri maxime volui.*

Et auctoritati meæ. Nam. Sic Mſſ. Pall. Græv. aliique, nec non Pith. Vict. edd. Vulgo: *auctoritati meæ graviſſimum. Nam.*

Tradita ab illis & præcepta. edd. vett. *tradita ab illis præcepta.*

In eoque colendo. Mſſ. & edd. *in eoque excolendo.* al. *in eoque & colendo.*

Sita vitæ eſt honeſtas. Mſ. P. *Sita eſt vitæ honeſtas.*

Et in negligendo turpitudo. Mſ. G. *& in negligendo turpitudo omnis.*

Officium omne pervertunt. Mſſ. *officium omne pervertant.*

Vincatur neque amicitiam colere. Fulv. Urſin. & edd. vulgg. *vincatur, fit ut neque amicitiam colere.* Sed hæc verba *fit ut* deſunt in Mſſ. Pall. Guilielm. Græv. Pith. aliiſque codd. melioribus. In Pith. pro *amicitiam* legitur *amicitias.*

Hæ quanquam ita ſunt. Mſſ. P. & G. *hæ quanquam ita ſint.*

Hæ diſciplinæ igitur. Pith. *hæ igitur diſciplinæ.*

Stoicorum, & Peripateticorum, & Academicorum. copula deeſt in Pith. Herilli P. *Erilli.* Pyrrhonis & Herilli. in v. c. deeſt *&.*

Si rerum aliquem delectum. al. *ſi rerum aliquem delectum.*

Exploſa ſententia eſt. deeſt in P. *eſt.*

Sequemur igitur. al. *ſequimur igitur.*

Quantum quoque modo videbitur. al. *quantumcunque videbitur.* Mſ. *quantum quoquo modo videbitur.* al. *quantum quoque modo videbitur.*

C A-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

CAPVT III.

IN omnis partes. al. *in omnes partes.*

Vſus vitæ conformari. edd. *uſus vitæ confirmari.*

Quanquam pertinent. Gr. *quanquam pertineant.*

Perfectum officium rectum. edd. *perfectum autem officium.*

Hoc autem commune καθῆκον vocant. al. *hoc autem commune, quod ii καθῆκον vocant.* al. *hoc autem commune quod καθῆκον vocant.* Mſ. *hoc autem commune officium vocant.*

Sic definiunt. Mſ. *ſic diffiniunt.*

Nam honeſtumne factu ſit an turpe dubitant. Gr. *nam aut honeſtumne factu ſit, aut turpe dubitatur.* ed. Lang. *nam, aut honeſtumne ſit, an turpe, dubitant.*

Tum autem inquirunt. al. *tum autem anquirunt.*

Tertium dubitandi genus eſt. Wolf. *tertium diſputandi genus eſt.*

Hac diviſione. Sic Mſſ. & edd. al. *hac in diviſione.*

Ita quam ille triplicem. Mſ. *itaque quam.* al. *itaque ille triplicem.*

Rationem, in quinque. al. *rationem, quæ in quinque.*

CAPVT IV.

ET a natura tributum. al. *eſt a natura attributum.*

Declinetque ea quæ nocitura. Mſ. P. *declinetque, quæ ei nocitura.* al. *declinet ea quæ.*

Omniaque quæcunque. al. Mſ. P. *omnia quæque.*

Ad vivendum neceſſaria. In Pal. prim. non legitur: *ad vivendum.*

Anquirat & paret. al. *acquirat & paret.* al. *inquirat & paret.*

Alia generis ejuſdem. Sic Pith. vulg. *alia ejuſdem generis.*

Commune autem animantium. al. *commune item animantium.*

Inter hominem & belluam. al. *inter homines & belluam.*

Hæc tantum quantum ſenſu movetur. al. *hæc tantum ſenſu movetur.* Pith. *hæc quantum ſenſu movetur.*

Homo autem quod rationis eſt particeps. Sic Mſſ. al. *homo autem quoniam rationis eſt particeps.* Lang. ed. & prim. Pal. *homo autem qui rationis eſt particeps.* ed. Fr. Fabr. *homo autem qui rationis eſt particeps.*

Et cauſſas rerum videt. Sic Mſſ. vulgg. *principia & cauſſas rerum videt.*

Earumque progreſſus & anteceſſiones. edd. Lamb. & Fr. Fabr. & nonnulli Mſſ. *earumque prægreſſus & anteceſſiones.*

Similitudines comparat. Mſſ. *ſed ſimilitudines comparat.* al. *& ſimilitudines comparat.*

Ad eamque degendam. Mſ. Pith. *ad eamque regendam.*

Præparat res neceſſarias. v. c. *præparat res neceſſarius.*

Eademque natura. al. *eadem natura.*

Impellitque ut hominum cœtus & celebrationes eſſe, & a ſe obiri. al. *impellitque ut hominum cœtus celebrari inter ſe, & a ſe obedire.* alii aliter. vid. notas.

Audire, addiſcere. al. *audire ac diſcere.*

Ad beate vivendum. Sic Mſſ. ſed edd. *ad bene beateque vivendum.*

Veri inquiſitio. Lang. ed. *veri anquiſitio.*

Niſi præcipienti aut docenti. al. *niſi aut præcipienti & docenti.*

Humanarumque contemtio. al. *humanarumque rerum contentio.*

Vnum hoc animal ſentit. Mſ. Pith. *unum hoc animal ſenſit.*

Quid ſit ordo, quid ſit quod deceat, in factis dictiſque qui ſit modus. Lang. ed. *qui ſit ordo quid ſit quod deceat in factis dictiſque, qui ſit modus,* al. *quid ſit ordo, quid deceat in factis, dictiſque qui ſit modus.* Pal. ſec. omittit *quid ſit ordo, quid ſit.* In Mſ. legitur etiam *qui modus*, omiſſo *ſit.*

In conſiliis factiſque conſervandum. Mſ. Pith. *in conſiliis factiſque obſervandum.* al. Mſſ. *in conſiliis factiſque conſervandam.*

CAPVT V.

FOrmam quidem ipſam. Mſ. Pith. *formam quidem ipſe.*

Et tanquam faciem. Vet. ed. *etiam tanquam faciem*, quod male probant Guilielm. & Gruterus.

Perſpicientia veri. Mſ. Pith. *inſpicientia veri.*

Tribuendoque ſuum cuique. Mſ. Pith. & edd. *tribuendoque quod ſuum eſt cuique.*

In quo ineſt modeſtia & temperantia. Pal. prim. *in quo vis eſt modeſtiæ & temperantiæ.*

Et videre & explicare rationem. Pal. r. *& videre & explicare ratione.* Mſ. Erfurt. *& videre & explicare oratione.* Pith. *& explicare rationem*, omiſſis *& videre.*

CAPVT VI.

C. Sulpitium audivimus. al. *Cajum . Sulpitium audimus.*

In veri inveſtigatione. ed. prim. Lang. & Mſſ. *in veri veſtigatione.*

A rebus gerundis. Sic Mſſ. & edd. prim. Lang. Bald. al. *a rebus agen-s.*

A qua tamen fit intermiſſio ſæpe. Mſ. *a qua tamen fit intermiſſione ſæpe.*

Cognitioniſque verſatur. Pith. *cognitioniſque verſabitur.*

Officii fonte diximus. Mſ. *officii nte ſatis diximus.*

CAPVT VII.

Beneficientia. Sic Mſſ. & edd. al. *beneficentia.*

Aut victoria, ut qui bello potiti nt. Mſ. & Lamb. & Fr. Fabr. edd. *t bello, ut qui victoria potiti ſunt.*

Aut lege, pactione, conditione, tte. al. *aut lege, aut pactione, conione ſorte.* Mſ. *aut lege, aut conſuedine, aut pactione, conditione, ſorte.*

E quo ſi quis ſibi appetet. al. *eo ſi is ſibi plus appetit.* Sed *plus* aberat in ſſ. Lang. Lamb. Pall. & alii. In iis am *ex quo.*

Partem patria vindicat, partem aci. al. *partem patria vindicat, par- parentes, partem amici.*

Atque ut placet Stoicis. edd. aliq. *que placet Stoicis.*

Mutatione officiorum. al. *mutuatio- officiorum.*

Manus afferre videtur ſocio. Vulgg. *manus violenter afferre videtur ſocio.* Sed *violenter* non extat in Mſſ. Pall. nec in quinque Guilielmi, nec in primis edd. nec in Langii, aliiſque emendatioribus.

A metu proficiſcuntur, cum is. Vulgg. *a metu proficiſcuntur, ut is.*

Timet, ne niſi id fecerit. Pal. prim. *timet ne, ſi id non fecerit.*

Aggrediuntur ut adipiſcantur. Sic plurimi Mſſ. Lang. Guilielm. Lamb. Pall. Vulgati vero: *aggrediuntur nonnulli ut adipiſcantur.*

Quæ concupiverunt. Vulgg. *quæ concupierunt.*

CAPVT VIII.

AD perfruendas voluptates. v. c. *ad perſruundas voluptates.*

Cujus fructibus exercitum. Sic Mſſ. & opt. edd. aliæ: *qui ſuis fructibus.*

Delectant etiam magnifici. al. *delectant enim.*

Vt infinita pecuniæ cupiditas. Erfurt. Mſ. *ut infinita cupiditas.*

Temeritas C. Cæſaris. Sic Mſſ. ſed Manut. ed. ex Mſſ. nonnullis *tempeſtas C. Cæſaris.*

Divina atque humana pervertit. Pith. *divina atque humana ſubvertit.*

Cogitata fiat injuria. Mſ. *cogitatu fiat injuria.* edd. *cogitato fiat injuria.*

CAPVT IX.

QVos tutari. al. *quos tueri.*

Suis ſtudiis quibuſdam, occupationibuſve. edd. nonnullæ *ſuis ſtudiis, quibuſdamve occupationibus.*

In veri inveſtigatione. Mſ. *in veri veſtigatione.*

Pro nihilo ducant. Mſ. *pro nihilo putent.*

Propterea juſtos eſſe. Pith.

Nam alterum juſtitiæ genus aſſequuntur, inferenda ne cui noceant injuria. edd. *nam dum alterum juſtitiæ genus aſſequuntur, in inferunda ne cui noceant injuria.* Alii aliter. Multa enim eſt varietas hujus loci in editis & ſcriptis libris, quam vide in notis.

In alterum incidunt. edd. *in alterum injuſtitiæ incidunt.*

Vo-

Voluntate fieri. Pith. *voluntarie fieri.*

Itaque eos ad remp. ne acceſſuros quidem. Mſ. *itaque nos ne ad remp. acceſſuros.*

Qui altero juſtitiæ genere. edd. *qui dum altero juſtitiæ genere.* In Fr. Vrſini Mſ. *ii dum altero juſtitiæ genere.*

Nihil operæ. Pithæan. *nihil operum.*

Quoniam igitur duobus. Pith. *quando igitur duobus.*

Aliter de illis ac de nobis. Pithæan. *aliter de illis, aliter de nobis.*

CAPVT X.

VT reddere propoſitum, promiſſum facere. al. *ut non reddere præpoſitum, etiamne furioſo promiſſum facere.* al. *ut reddere depoſitum, etiamne furioſo? facere promiſſum.*

Quæ propoſui in principio. al. *quæ poſui in principio.*

Cum tempora mutantur. al. *cum tempore mutantur.*

Ex tribus optatis, ut ſcribitur. al. *ex tribus optatis, ut dicitur.*

Majus non anteponi minori. edd. *majus damnum anteponi minori.*

Sed malitioſa juris interpretatione. Pith. *ſeu malitioſa interpretatione.* ed. prim. *ſeu malitioſa juris interpretatione.*

Induciæ pactæ. multi Mſſ. *induciæ factæ.*

Triginta dierum induciæ. edd. vett. *centum triginta dierum.*

De finibus a ſenatu datum. Sic Pall. & IV Guilielm. & Græv. Sed edd. *de finibus agri a ſenatu datum.*

Cum utriſque ſeparatim locutum. Pith. *cum utriſque locutum.*

Ne cupide quid agerent, ne appetenter. Pith. *ne cupide quid agerent, ne appetentur.* edd. *ne cupide quid agerent, nec appeterent.* al. *ne cupide quid agerent, neve appeterent.*

Vtrique feciſſent. Mſ. *utrinque feciſſent.*

CAPVT XI.

NE quid tale poſt hac. & ceteri. Vulgg. *ne quid tale poſt hac committat, & ceteri.* alii libri aliter. vide not. Manut.

Conſervandi ii qui non crudeles in bello, non immanes fuerunt. al. *conſervandi ii, qui non crudeles in bello nec immanes fuerunt.* al. *conſervandi ſunt ii, qui non crudeles in bello nec immanes fuerunt.* Mſ. Pal. & Pith. *conſervandi ii, qui non crudeles fuerunt.*

Sed credo aliquid ſecutos, opportunitatem. al. *ſed credo aliquid ſecutos opportunitatem.* al. *ſed credo aliquos ſecutos opportunitatem.* al. *ſed credo illos ſecutos opportunitatem.*

In quo ſi mihi eſſet obtemperatum. Mſ. *in quo mihi eſſet obtemperatum.*

Et cum iis quos vi deviceris. ed. vet. *& cum iis quos vi dejeceris.* Pall. *& cum iis quos vi viceris.*

Popillius imperator. al. *Pompilius imperator.*

Si eum pateretur. Mſſ. *ſi eum patitur.*

Secundo eum obligaret. Mſſ. *ſecundo eum obliget.*

Eum miſſum factum eſſe. Mſſ. nonnulli: *eum dimiſſum factum eſſe.*

CAPVT XII.

LEnitate verbi triſtitiam rei mitigante. Mſſ. *lenitate verbi rei triſtitiam mitigatam.*

Indicant XII tabb. Sic edd. prim. Poſteriores vero *indicant enim XII tabb.* Pal. prim. *indicant hoc XII tabb.*

Qui cum bellum geras. Pith. *qui cum bellum geras.*

Tam molli nomine appellari. Vulgg. *tam molli nomine appellare.*

Iam effecit vetuſtas. Mſ. *efficit jam vetuſtas.*

A peregrino enim jam receſſit. Vulgg. *a peregrino enim receſſit.*

Qui arma contra ferret. al. *qui ferret arma contra.*

De captivis reddendis illa præclar[a] Sic Pith. aliique Mſſ. & edd. melior[es] Lang. Fabrit. Gruter. vulgatæ: *de captivis reddendis illa præclara ſententi[a]* Sed jam dudum Petrus Balduin. not[a]vit *ſententia* non haberi in Mſſ. [...] quodam Mſ. eſſe *illa præclara ſunt verb[a]*

Vitam cernamus utrique. Mſſ. nonnulli *vitam cernamus uterque.*

Nec cauponantes bellum. Pal. pri[m.] *non cauponantes bellum.*

Hea

Hera quidve ferat fors. Vulg. *Hera, quidve ferat ſors.*

Dono, ducite. al. *dono ducite.*

Volentibus cum magnis diis. Nonnulli libri, *volentibus id magnis diis.*

Æacidarum genere. al. *Æacidarum gente.*

CAPVT XIII.

SEcundo autem Punico bello &c. uſque ad hæc verba, cum ſcelere adprobavit. non habentur in Mſſ. pluimis & edd. vett.

Qui pejeraſſent. Mſ. *quod pejeraſſent.*

Semper autem in fide. al. *ſemper enim in fide.*

Vt mercenariis operam exigendam. Vulgg. *ut mercenarius ad operam exigendum.*

Vtrumque homine alieniſſimus. Sic Mſſ. Pall. & Guilielm. vulgg. *utrumque a homine alieniſſimum.*

Nulla capitalior eſt, quam eorum. Mſſ. Guilielm. & Pithæan. *nulla capitalior, quam eorum.*

CAPVT XIV.

MAjor benignitas ſit quam facultates. Sic Mſſ. Guilielm. Pal. Pith. Sed edd. *ne major benignitas ſit quam facultas.*

Id enim eſt juſtitiæ. Pith. *idem eſt juſtitiæ fundamentum.*

Pernicioſi aſſentatores. Mſſ. quidam: *pernicioſi & aſſentatores.* Pith. *pernicioſa aſſentatione.*

Vt in alios liberales ſint. Pith. *ut in ſuis liberales ſint.*

Tantum abeſt officio. Sic Mſſ. al. *tantum abeſt ab officio.*

Vt nihil magis officio poſſit eſſe contrarium. Pith. *ut poſſit eſſe contrarium.*

Quod non idem juſtum. Sic Mſſ. Pall. Pith. Græv. duo. Sed vulgg. *quod non idem ſit juſtum.*

Quæ proficiſci ab oſtentatione magis quam a voluntate videantur. Sic omnes Mſſ. Guilielm. Pall. Pithæan. Sed vulgg. *quæ videntur ab oſtentatione magis quam a voluntate proficiſci.*

CAPVT XV.

PLeneque ſapientibus. Mſ. *planeque ſapientibus.*

In quibus præclare agitur ſi ſunt. Mſſ. *quibus cum præclare agitur ſi ſint.* al. *cum quibus præclare agitur, ſi inſunt.* Pal. ſec. *ſed cum civibus: præclare agitur ſi ſunt.* al. *cum quibus non præclare agitur, ſed ſunt.*

Illæ virtutes bonum virum videntur potius attingere. al. *illæ vero virtutes b. v. v. p. a.* al. *illæ virtutes bonorum virorum videntur propius attingere.*

Atque hæc in moribus. Sic Mſſ. & edd. vett. Sed vulgg. *atque hæc in moribus conſiderantur.*

Si modo poſſis. Mſ. *ſi modo poſſit.*

An imitari agros fertiles. al. *an non imitari.*

Multo plus efferunt. al. *multo plus afferunt.* Mſſ. aliquot *multo plus offerunt.*

Sine judicio vel morbo. al. *ſine judicio vel modo.*

Repentino quodam, quaſi vento, impetu animi incitati. al. *ſic diſtinguat, repentino, quodam quaſi vento, impetu animi incitati.*

Si cætera paria ſint. al. *ſi cætera paria ſunt.*

CAPVT XVI.

QVæ natura principia. edd. *quæ naturæ principia.*

Cernitur in univerſi. Mſ. *cernitur univerſi.*

Communia hominum videntur. Mſ. *communia omnium videntur.*

Quæ ſunt generis ejus. edd. *quæ ſunt generis ejuſdem.*

Transferri in permultas. al. *transferri per multas.* vid. not. Manut.

Homo qui erranti. al. *ut homo qui erranti.*

Nihilominus ipſi lucet. Mſſ. & edd. plerique: *nihilominus ipſi luceat.* al. *ut nihilominus ipſi luceat.* al. *nihilominus ipſi ut luceat.*

Vna enim ex re ſatis præcipitur. Mſſ. duo Grævii: *una enim ex re ſatis præcipit.* Sic & edd. Gryphii, Lang. Fabrit.

 Id

Id tribuatur vel ignoto. edd. vett. *id tribuatur cuique vel ignoto.*

Pati ab igne ignem capere: Si quis velit. al. *pati ab igne ignem capere, ſi qui velit.*

Nihilominus ipſi lucet. al. *nihilominus ipſi luceat.*

CAPUT XVII.

AB infinita diſcedatur. Sic Mſſ. al. *ab infinitate diſcedatur.*

Interius etiam eſt. al. *interior etiam eſt.*

Ejuſdem eſſe civitatis. al. *ejuſdem civitatis.* ed. vet. *interius etiam ejuſdem civitatis.*

Multæque cum multis res. Palat. tres Guilielm. Pithæan. ut & Lamb. ed. *multiſque cum multis res.*

Commune animantium. Vulgg. *commune animantium omnium.*

Deinde una domus, communia omnia. Mſ. *deinde una domus, cui ſunt communia omnia.* Pal. prim. *deinde una domus, & communia omnia.*

Atque illi in quo id ineſſe videtur. Pal. prim. *atque illi in quo ineſſe videtur.* edd. Rom. prim. *atque illi quo ineſſe videtur.* unde Gruterus conjicit: *atque illi quoi ineſſe videtur.*

Nos ad ſe alliciat faciatque. Sic duo Mſſ. Suffrid. Pithæan. edd. primæ. Vulgg. *nos ad ſe allicit facitque.*

Nec copulatius. Mſſ. nonnulli: *nec copulantius.*

Ut unus fiat e pluribus. Pal. prim. *ut unum fiat e pluribus.*

Ultro citro datis acceptis. Mſſ. & edd. *ultro citroque datis acceptiſque.* al. *ultro citroque datis & acceptis.*

Nulla eſt gravior, nulla carior. Sic Mſſ. Vulgg. *nulla gratior, nulla carior.*

Principes ſint. Vulgg. *principes ſunt.*

Habere perfugium. Mſſ. & edd. multi *habere profugium.* Pith. *habere refugium.*

In amicitiis vigent maxime: eſtque ea jucund. Sic vett. edd. & Mſſ. Pal. *in amicitiis viget, eſtque ea jucund.* Mſ. *in amicitiis vigent: maximeque eſt ea jucund.* edd. Vulg. *in amicis vigent: maximeque eſt ea jucund.*

CAPUT XVIII.

QUid quiſque vel ſine nobis poſſit conſequi. Sic Mſſ. & edd. Lang. & Fr. Fabr. Vulgati: *quid quiſque nobiſcum vel ſine nobis.*

Suntque officia. Mſ. *ſintque officia.*

In fructibus percipiendis. Sic edd. vett. & Mſſ. Pall. aliique. Vulg. *in frugibus percipiendis.*

Addendo deducendoque. Mſſ. & edd. *addendo ducendoque.* vid. not.

Ut facimus ipſi. Sic Mſſ. & edit. Langii. Vulgg. *ut faciamus ipſi.*

Aptum eſt officium. Sic Mſſ. al. *actum eſt officium.* edd. *ortum eſt officium.*

Animo magno elatoque. In Mſ. Balduini non legitur *elatoque.*

Animum geritis muliebrem. Sic Mſſ. & edd. prim. Vulgatæ vero, *animos geritis muliebres.*

Illa virago viri. al. *illaque virgo viri.*

Salmaci da ſpolia. Mſſ. & edd. pleræque: *ſalmacida ſpolia.*

Sine ſudore & ſanguine. al. *ſine ſanguine & ſudore.*

Pleniore ore. edd. vett. *pleno ore.*

Leuctris. hinc ſunt Cocles. edd. multæ *Leuctris Stratocle: hinc noſter Cocles.* al. *Leuctris Stratoque. hinc Decii.* vid. not.

CAPUT XIX.

PRopugnantem pro æquitate. Quidam vetus codex Lambini *pugnantem pro æquitate eſt.*

Viros fortes magnanimos. Sic Mſſ. Guilielm. Pall. Pith. Græv. primæ edd. Sed Vulgg. *viros fortes & magnanimos.*

Eoſdem bonos & ſimplices. al. *eoſdemque bonos & ſimplices.* Mſ. *eoſdem bonos & ſimplicis veritatis amicos.*

Animi magnitudine maxime excellit. Mſſ. *animi magnitudine maxime excellet.*

Princeps omnium vel potius. Mſ. *princeps omnium maxime, vel potius.* Vulgg. *princeps omnium eſſe vel potius.*

Et gloriæ cupiditate. Sic Mſſ. fere omnes. pauciſſimi, *& gloriæ cupidus.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

vix unus & alter: *gloriæ cupido.* Græv. prim. *& gloria & cupiditate.* ſec. *& loria cupiditate.*

CAPVT XX.

SEd & vehementer arduas. Sic Mſſ. edd. *ſed ut vehementer arduas.* Pith. *d velut vehementer arduas.* al. *ſed ve-ementer arduas.*

Cum vitæ, tum multarum aliarum rum. Sic Mſſ. Vulgg. *tum vitæ, tum ultarum rerum cauſſa.* Pith. *tum alia-m cauſſa rerum.*

Et hæc videnda. Sic Mſſ. Vulgg. *& c vitanda.*

Ad beneficientiam. Sic Pall. duo uilielm. & Græv. prim. al. *ad bene-entiam.*

Ac potius non accipienda interdum, t deponenda nonnunquam. Rom. it. prim. *at potius non accipienda, aut onenda nonnunquam.* Mſ. *a. p. n. a. i. t non deponenda.*

Vt tranquillitas & ſecuritas adſit. h. *ut tranquillitas animi & ſecuritas ſit.* Vulgg. *ut tranquillitas adſit & ſe-itas.*

Removerint ad otiumque perfuge-t. Sic Pal. prim. quatuor Guilielm. æv. duo edit. Rom. prima, Victo-n. Vulgg. *removerunt ad otiumque ſugerunt.*

Ferre potuerunt. Mſ. *ferre potentes.*

CAPVT XXI.

EXcellenti ingenio doctrinæ ſe. Vulgg. *excellenti ingenio otio do-næque ſe.* Pithæan. *excellenti ingenio ſe.*

Nulla eſt cauſa. Mſſ. & edd. *nulla auſa.*

Videntur labores & moleſtias. Pith. . & Gryph. ed. *videntur tum labores moleſtias.*

Tum offenſionum, tum repulſa-n. Mſſ. & edd. *tum offenſionum & lſarum.* ed. Lang. *cum offenſionum repulſarum.*

Adipiſcendi magiſtratus & gerenda. Mſſ. al. *adipiſcendi magiſtratus t, & gerenda.*

Majoraque efficienda. Mſſ. & edd. nulli: *majoraque efficiendi.* Pith. *majora efficiendi.* al. *majorque cura ef-ficiendi.*

Sed etiam ut habeat. al. *id etiam ut habeat.*

CAPVT XXII.

QVo primum conſtituit. Mſ. *in quo primum conſtituit.*

At ille vere, ab ſe adjutum Themi-ſtoclem. al. *at ille adjuvit Themiſto-clem.* vid. not.

Lacedæmoniis dilatatum putatur. ed. Gruter. & multi Mſſ. *Lacedæmoniis putatur.* ed. Lambin. & Fr. Fabrit. *Lacedæmoniis partum putatur.* vid. not.

Parentiores. Sic Mſſ. al. *paratiores.* al. *promtiores.*

Attingit etiam bellicam. Sic Mſſ. & ed. Vict. al. *ſed attingit etiam bellicam.* al. edd. *attingit enim & bellicam.*

In quod invadi. Sic Mſſ. al. *in quo me invadi.*

Concedat laurea laudi. al. *concedat laurea linguæ.*

Nec majus otium. al. *nec majus o-dium.*

CAPVT XXIII.

ITa afficiendum. P. Vict. ed. *ita ef-ficiendum eſt.*

Nonnunquam etiam illata. al. *non-nunquam autem illata.*

Vt M. Catonis bellum. Mſ. *ut M. Catonis conſilio bellum.*

Quam decertandi fortitudo. Sed. edd. Lang. Lamb. Fabrit. *quam decer-tandi. Sed.*

Fortis vero & conſtantis eſt. Mſſ. omnes *fortis vero animi & conſtantis eſt.*

Præſenti animo uti & conſilio. Sic Mſſ. & edd. al. *præſentis animi uti con-ſilio*, alii aliter. vid. not. Manut.

Et aliquanto ante conſtituere. Mſſ. omnes *& aliquando ante conſtituere.*

Magni animi & excelſi. Pal. *magni & excelſi animi.* al. *magni animi & ex-cellentis.*

Sed cum tempus neceſſitaſque. edd. *ſed cum tempus eſt, neceſſitaſque.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

CAPVT XXIV.

NE quid crudeliter. idque. edd. *ne quid crudeliter fiat. idque.*

Idque eſt viri magni rebus agitatis. Mſſ. *idque eſt viri, magnis rebus agitatis.*

Calida conſilia. edd. *callida conſilia.*

Quietis cogitationibus & ſplendidiora. Sic Mſſ. Palat. prim. *quietis & cogitationibus ſplendidiora.* ed. Rom. & Pal. ſec. & *quietis & cogitationis ſplendidiora.* al. *quietis & cogitatis ſplendidiora.*

Leniter curant. Sic Mſſ. & edd. optimæ. Alii *leviter curant.*

Vt Callicratidas. al. *ut Callicratides.*

Plaga mediocris: illa. Sic Mſſ. edd. vero *plaga mediocris fuit: illa.*

Qu. Maximus melius. edd. *Qu. Fabius Maximus melius.*

Vnus homo nobis. Sic Mſſ. & edd. prim. Vulgg. *unus qui nobis.*

Non ponebat enim. Mſſ. *non enim ponebat.* Mſ. *non hic ponebat.*

Ergo poſtque magiſque. al. *ergo magiſque magiſque.*

CAPVT XXV.

QVæcunque agunt. Sic Mſſ. Vulgati: *quicquid agunt.*

Magnæ diſcordiæ, in noſtra. Sic Mſſ. Vulg. *magnæ diſcordiæ ortæ, in noſtra,*

Quibus commiſſa eſt, gerenda eſt. al. *quibus commiſſi, gerenda eſt.* al. *quibus commiſſa gerenda eſt.*

Dum ea conſervet. al. *dum eam conſervet.*

Quamvis graviter offendat. Sic Mſſ. Sed edd. Victor. & Lang. *quemvis graviter offendat.*

Mortemque oppetat. al. *mortemque appetat.* nonnulli Mſſ. *mortem oppetat.*

Qui arma contra ferant. Mſ. *qui arma conferant.*

Inimicis putabant. Sic Mſſ. & ed. Roman. 1471. Vulgg. *inimicis putant.* Palat. ſec. *putabant.*

Viri eſſe cenſebunt. Mſſ. & ed. Rom. *viri eſſe cenſent.* Palat. ſec. *viri eſſe cenſebitur.*

Altitudo animi. al. *lenitudo animi.*

Impudenter rogantibus. al. *imprudenter rogantibus.*

CAPVT XXVI.

AD voluntatem noſtram fluentibus. v. c. *ad voluptatem noſtram fluentibus.*

Superbiam, faſtidium, arrogantiam, magno opere fugiamus. v. c. *ſuperbiam magno opere, faſtidium arrogantiamque fugiamus.*

Item de C. Lælio accepimus. v. c. *de C. Lælio accepimus.*

Propter crebras contentiones prœliorum. Palat. ſec. *propter crebras contentiones plerumque præliorum.*

Sibique præfidentes. In v. c. non habetur *ſibique.*

Vt perſpicerent rerum humanarum. v. c. *ut proſpicerent rerum humanarum.*

Ne aſſentatoribus patefaciamus. v. c. *ne aſſentationi patefaciamus.*

Nec adulari nos ſinamus. v. c. *nec adulari nobis ſinamus.* al. *ne adulari nos ſinamus.*

Bene parata. al. *bene parta.*

Et beneficentiæ pateat. Mſſ. *& beneficentiæ pareat.*

Qui reſp. regant. al. *qui remp. regant.*

Vitæque hominum amice. Mſſ. *vere hominum amice.* al. *& vita hominum amice.*

CAPVT XXVII.

QVid ſit veri. Pith. *quid ſit verum.* Videre & tueri. Pith. *videre & intueri.*

Vt venuſtas & pulchritudo. al. *ut venuſtas & pulchritudo.*

A valitudine. al. *a valetudine.*

CAPVT XXVIII.

HÆc ita intelligi exiſtimare poſſimus. Ita Pith. Græv. & omnes libri vett. Vulgati: *hæc ita intelligi Philoſophis exiſtimare poſſumus.*

Ex decoro. Pith. & Græv. prim. *e decore.*

Quod poetæ ſequuntur. Pal. prim. *quod poetæ exſecuntur.*

Nat

Natis ſepulcro ipſe eſt. Sic edd. vett. ſic Mſſ. ſed Palat. & Græv. prim. *ſatis ſepulcro ipſe*. Vulgg. *natu ſepulcrum ipſe.*

At Atreo dicente. Quidam libri veteres, quos Lambinus inſpexit, non habent particulam *at*. Græv. prim. *atbatreo dicente.*

Animantium reliquarum. al. *animantium reliquorum.*

Non ſolum arrogantis. v. c. *non modo arrogantis.*

In hominum ratione habenda. al. *in omni ratione habenda.*

Perſpicitur vis decori. v. c. *vis perbicitur decori.*

Sequemurque & id. Pal. *conſequemurque & id.*

Ad hominum conſociationem. Sic plerique Mſſ. ſed ed. prim. *ad hominum conſolationem.* ſec. *ad hominum conſervationem.* Pal. prim. cum multis edd. *ad hominum ſocietatem.*

Quid faciendum fugiendumve ſit. Sic Mſſ. nonnulli. Alii cum edd. *quid faciendum fugiendumque ſit.* Pal. prim. *quid fugiendum ſit.*

CAPVT XXIX.

APpetitus obtemperet. Sic Mſſ. complures. edd. *appetitus vero obtemperet.* prim. Pal. *& appetitus obtemperet.*

Omnium vultus, voces, motus, ſtatus mutuatur. Fabr. cod. *omnium vultus, voces, geſtus, motus, ſtatus mutantur.*

Vti illo quidem licet. Sic Mſſ. Vulgg. *uti illis quidem licet.*

Somno & quietibus cæteris. ed. Lang. & Mſ. *ſomno & cæteris.*

Gravibus ſeriiſque rebus. Pith. *gravioribus ſeveriſque rebus.*

Aliquod probi ingenii. edd. vett. *aliquid probi ingenii.*

Quæ vocant ἀποφθέγματα. Sic Mſſ. & prim. edd. ſed Vulgg. *quæ vocantur* ἀποφθέγματα.

Si tempore fit. Pithæan. *ſi tempore fiat.*

Ac remiſſo animo. Mſſ. & Lang. & fr. Fabrit. ed. *ut remiſſo animo.*

Homine dignus, alter ne libero quidem. Sic Mſſ & edd. prim. ſed Manut. & Lambin. aliæque edd. *libero dignus, alter ne homine quidem.*

Ne nimis omnia profundamus. Mſ. & Lang. ed. *ne nimis animo profundamus.* al. vet. lib. *ne nimis profundamue.* al. *ne nimis joca profundamus.*

CAPVT XXX.

REliquiſque belluis antecedat. Sic Mſſ. edd. *reliquiſque beſtiis antecedat.* al. *reliquiſque beſtiis antecellat.*

Occultat & diſſimulat appetitum voluptatis. Mſſ. *occultat & diſſimulat appetitum.*

Itaque victus cultuſque corporis. Mſ. *itaque fructus victuſque corporis.*

Ad virtutem referantur. Mſ. *ad virtutem referatur.*

Atque in omni oratione. al. *atque in omni ratione.*

Quem εἴρωνα Græci nominaverunt. Pal. prim. & Baſilic. Græv. prim. *quem* εἴρωνα *Græci.* τὸ *nominaverunt* non agnoſcunt.

Contra Pythagoram. Pith. *e contra Pythagoram.*

Themiſtoclem & Pheræum Iaſonem. al. *Themiſtoclem Athenienſem & Pheræum Iaſonem.*

Furere ſe ſimulavit. Pal. prim. *furere ſimulavit.*

Nihil ex inſidiis agere. Mſſ. Grævii & plures alii: *nihil de inſidiis agere.*

Callitratidam. edd. *Callicratidem.*

Præfectus claſſi. al. *præfectus claſſis.*

Alium quemque quamvis. edd. *alium quidem videmus.* aliter alii. vid. not.

Itemque Q. Mucio Mancia. Sic Mſſ. ſed edd. *Q. Mucio Numantino*, vel *Numantio.* al. *Q. Mucio Mancino.*

Ne Xenocratem quidem. Sic Mſſ. edd. *nec non Xenocratem,*

CAPVT XXXI.

ADmodum autem tenenda ſunt. Sic Mſſ. præter plures alios, Grævii. Editio prima cum multis *admodum autem tuenda ſunt.*

Sed tamen propria. Sic Mſſ. Aldi Manutii cum multis qui eum ſequuntur: *ſed tantum propria.*

Propriam naturam ſequamur. Mſſ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Græv. & alii *propriam noſtram ſequamur*. Pall. *noſtram ſequamur propriam*. Pith. *propriam ſequamur naturam*.

Studia noſtra naturæ regula metiamur. al. *ſtudia noſtræ naturæ regula metiamur*. Pith. *ad ſtudia naturæ regula metiamur*.

Neque etiam attinet. Mſ. *atque etiam attinet*.

Supplantare : qui ſtadium currit, ſupplantare eum, quicum certet, au manu depellere nullo modo debe 31
Supponis teſtamenta. 57
S premum tempus ætatis. 44
Suſcepiſti onus grave, & Athenarum & Cratippi. 29
Suſcipere aliquas propter rem aliquar moleſtias. 49
Suſpexit in cælum. 59
Suſpicere : eos viros ſuſpiciunt, m ximiſque efferunt laudibus, in qu bus exiſtimant, ſe excellentes qua dam, & ſingulares virtutes perſp cere. 2
Suſpicere : nihil altum, nihil magn ficum, nihil divinum ſuſpicere pc ſunt, qui omnes ſuas cogitation abjecerunt in voluptatem. 4
Suſtines non parvam exſpectatione imitandæ induſtriæ noſtræ. 2
Suſtinere dignitatem, & decus civit tis. 1

Suſ

Suſtinere onus Ætna gravius. 387
Suſtinere ſe ſuis viribus, cujus poſſeſſio quo eſt major, eo plus requirit ad ſe tuendam, is minus dives eſt, quam cujus poſſeſſio ſuis ſe viribus ſuſtinet. 582
Suſtinere: Senectus vacat iis muneribus, quæ non poſſunt ſine viribus ſuſtineri. 413
Suſtinere: tantum cuique tribuendum, primum quantum ipſe efficere poſſis, deinde quantum ille, quem diligas, atque adjuves ſuſtinere. 514
Suſtinere, ut curſum, ſic impetum benevolentiæ, prudentis eſt. 504
Suum cuique incommodum ferendum eſt potius quam de alterius commodis detrahendum. 303
Sylla auſus eſt dicere, haſta poſita, cum bona in foro venderet, & bonorum virorum, & locupletum, & certe civium, prædam ſe ſuam vendere. 212
Sympoſium Xenophontis. 422

T.

Tabulæ novæ quid habent argumenti, niſi ut emas mea pecunia fundum, eum tu habeas, ego pecuniam non habeam? 273
Tali, & teſſeræ. 433
Tantalus, & Pelops.: regnum a Tantalo, & Pelope proditum. 353
Tanti eſt: eſtne ulla res tanti, &c. 350
Tarquinius Collatinus Bruti collega. 312
Tarquinius exſulans dixiſſe fertur ſe tum intellexiſſe, quos fidos amicos habuiſſet, quos infidos, cum jam neutris gratiam referre poſſet. 497
Tarteſſiorum regis ætas. 441
Tecta marmorea, ebore, & auro fulgentia. 549
Tecta, quibus & frigorum vis pellitur, & calorum moleſtiæ ſedantur. 197
Tegere improborum conſentionem contra patriam, excuſatione amicitiæ. 491
Telum: benevolentia civium non eſt mediocre telum ad res gerendas. 502
Temperans acuta cum gravibus ſonus, varios æquabiliter concentus efficit. 613
Temperantia, modeſtia, verecundia, & quaſi quidam ornatus vitæ. 99
Tempeſtatem adverſam in tranquillo optare, dementis eſt: ſubvenire autem tempeſtati quavis ratione, ſapientis. 87
Tempeſtiva convivia. 421
Tempus actionis oportunum, Græce εὐκαιρία, Latine appellatur occaſio. 165
Tempus præteritum non revertitur. 441
Temporis, & loci magna vis eſt. 166
Temporis inſcientia. 167
Tempore: ad cenam tempore venit Canius. 325
Tempora: laus non hominis, ſed temporum. 374
Tendere plagas. 338
Tenebat non modo auctoritatem, ſed etiam imperium in ſuos. 415
Tenere iracundiam. 565
Tenere manu: tenere ratione, & intelligentia. 338
Tenere populum concionibus. 130
Tenere ſua, hanc ob cauſſam maxime ut ſua tenerentur, reſp. civitateſque conſtitutæ ſunt. 262
Tenere ſuum: in primis videndum erit ei, qui remp. adminiſtrabit, ut ſuum quiſque teneat. 262. 263
Teneat ſuum: operam dabunt ii, qui remp. tuebuntur, ut juris, & judiciorum æquitate ſuum quiſque teneat. 275
Tenetur: quod non licet, id non uno tenetur, ſi arguitur non licere. 554
Tenebatur imperium populi Romani beneficiis, non injuriis. 211
Tenebantur multa hereditatibus, multa emptionibus, multa dotibus. 271
Tenebantur omnia dominatu. 189
Terentianus Chremes humani nihil a ſe alienum putat. 37
Terentius in Andria: obſequium amicos, &c. 526
Terentius: ut ait Terentius. 175
Tergiverſari: non incallide in his tergiverſatur. 380
Terminare gloriam iiſdem finibus,

quibus vitam. 451
Terra nona, immobilis manens, ima ſede ſemper hærens, complexa medium mundi locum. 614
Terra numquam recuſat imperium, nec umquam ſine uſura reddit, quod accepit, ſed alias minore, plerumque majore cum fenore. 426
Terra omnis, quæ colitur a nobis, anguſta verticibus, lateribus latior, parva quædam inſula eſt, circumfuſa illo mari, quod Atlanticum, quod magnum, quem Oceanum appellamus. 621
Terra quam parva ſit e cælo deſpicienti. 604. & 621
Terra: qui incolunt terram, non modo interruptos ita eſſe, ut nihil inter ipſos ab aliis ad alios manare poſſit, ſed partim obliquos, partim tranſverſos, partim etiam adverſos ſtare nobis. 618
Terra, ſeu tellus, quæ eſt media, & nona, neque movetur, ſed infirma eſt, & in eam feruntur omnia ſuo nutu pondera. 611. 612
Terra: vides habitari in terra raris & anguſtis in locis, & in ipſis quaſi maculis, vaſtas ſolitudines interjectas, &c. 617
Terram videre, & aliquando in portum ex longa navigatione venturum eſſe. 442
Teſtamentum L. Minucii Baſili falſum e Græcia Romam a quibuſdam allatum. 341. 342
Teſtamenta ſubjecta. 579
Teſtis locuples. 285
Thebe Alexandri Pheræi uxor. 209
Themiſtocles, & Iaſon Pheræus callidi. 119
Themiſtocles, imperator bello Perſico Græciam ſervitute liberavit: idem cum propter invidiam in exſilium pulſus eſſet ingratæ patriæ injuriam non tulit, quam ferre debuit. 490
Themiſtocles, conſultus utrum bono viro pauperi, an minus probato diviti filiam collocaret: malo, inquit, virum, qui pecunia egeat, quam pecuniam, quæ viro. 260
Themiſtocles mortem ſibi concivit. 491
Themiſtocles omnium civium perceperat nomina. 403
Themiſtocles poſt victoriam ad Salaminem, conſilium, quod erat reip. ſalutare, cum Ariſtide communicavit, quod cum ei viſum eſſet inhoneſtum, a populo repudiatum eſt. 318
Themiſtoclis nomen illuſtrius, quam Solonis. 79
Themiſtoclis reſponſum Seriphio cuidam. 391
Theophraſtus multus eſt in laudanda magnificentia, & apparitione popularium munerum. 243
Theophraſtus: recte a Theophraſto laudata eſt hoſpitalitas. 255
Theophraſtus ſcribit Cimonem Athenis etiam in ſuos curiales Laciadas hoſpitalem fuiſſe. *ibid.*
Theopompus hiſtoricus. 224
Theſeus exegit promiſſum a Neptuno. 362
Theſeus filio ſuo Hippolyto non eſſet orbatus, ſi Neptunus promiſſum non feciſſet. 40
Θετικά: quæ dicuntur in ſcholis. 543
Threiciæ notæ: compunctus notis Threiciis, al. Threciis. al. Threcidicis. 209
Ti. Gracchus P. Filius tamdiu laudabitur, dum memoria rerum R. manebit, at ejus filii nec vivi probabantur a bonis, & mortui no men obtinent jure cæſorum. 228
Ti. Gracchus regnum occupare conatus eſt, vel regnavit is quidem paucos menſes. 489
Ti. Gracchum remp. vexantem Q. Tubero, æqualeſque amici dereliquerunt. 485
Ti. Gracchum ſequebantur C. Carbo, C. Cato. 487
Ti. Numicius, Q. Melius tribuni pleb. dediti. 372
Timefacta libertas. 207
Timon Athenienſis. 524
Timotheus, Cononis filius. 126
Tithonus: Ariſto Chius Titonum facit de ſenectute diſputantem. 386
Titillantes: multitudinis levitatem voluptate quaſi titillantium. 253
T. Claudius Centimalus. 334
T. Coruncanus. 407

T. Man-

T. Manlius Torquatus. 376
T. Veturius, & Sp. Poſtumius coſ. hoſpitibus dediti. 371
Toga: nec vero in armis præſtantior, quam in toga. 395
Tollerabilia eſſe debent omnia brevia, etiam ſi magna ſunt. 540
Tollerantia rerum humanarum. 559
Tollere clamores. 572
Tollere hominem ex homine. 300
Tolleretur in currum. 361. 362
Tortuoſum ingenium, & multiplex. 508
Tractare: cum tractaretur Atreus, perſonæ ſerviendum fuit. 370
Tradidit reliquis bellum facile. 224
Tradiderunt ſe totos voluptatibus. 523
Trade memoriæ quæ dicam. 592
Traducere otioſam ætatem, & quietam ſine ullo aut labore, aut contentione. 452
Tranare Gangem, tranſcendere Caucaſum non poteſt cujuſdam nomen. 622
Tranquillitas: multi ſunt, & fuerunt, qui tranquillitatem animi expetentes a negotiis publicis ſe removerunt. 75
Tranquillum: in tranquillo tempeſtatem adverſam optare, dementis eſt. 87
Tranſcendere Caucaſum, Gangem tranare. 622
Tranſire finem, & modum. 106
Tranſlatio pecuniarum L. Sullæ, C. Cæſaris a juſtis dominis ad alienos, non debet liberalis videri. 53
Tribuit adoleſcens philoſophiæ Cicero multum temporis. 190
Tribuere libris aliquantum temporis. 382
Tribuendus eſt hic honos veteri amicitiæ, ut is in culpa ſit, qui faciat, non qui patiatur injuriam. 518
Tribuendum eſt officium primo loco patriæ, & parentibus, quorum beneficiis maxime obligati ſumus. 64
Tributum conferre: danda opera eſt, ne propter ærarii tenuitatem, aſſiduitatemque bellorum tributum ſit conferendum. 263
Triſtitia in omni re, & ſeveritas habet illa quidem gravitatem, ſed in amicitia remiſſior eſſe debet. 510
Tuditano, & Cethego coſ. 394
Turpe: quod turpe eſt, id quamvis occultetur, tamen honeſtum fieri nullo modo poteſt. 346. 347
Turpificati animi fœditas. 369
Turpio Ambivius. 424
Turpitudine nullum majus malum eſt. 369
Tyrannus fere nullus ſimilem exitum effugit, cædit a Cæſaris. 207
Tyrannus: hoc omne genus peſtiferum, atque impium ex hominum communitate exterminandum eſt. 304
Tyrannus: nulla nobis ſocietas cum tyrannis, ſed potius ſumma diſtractio eſt. *ibid.*
Tyrannus: num ſe obſtrinxit ſcelere, qui tyrannum occidit, quamvis familiarem? 292
Tyrannorum vita, in qua nulla fides, nulla caritas, nulla ſtabilis benevolentiæ poteſt eſſe fiducia. 497

V.

Vacandum eſt omni animi perturbatione. 75
Vagari errore: non ſumus ii, quorum animus vagetur errore. 193
Vagire in cunis. 452
Valuit Reguli auctoritas. 366
Valere: hoc præceptum ad amicitiam valet. 201
Valere: jacere: opp. jaceat utilitatis ſpecies, valeat honeſtas. 316
Valere: hoc verbum quid valeat, non vident. 311
Valetudinis, & pecuniæ curatio. 276
Valetudo expetitur, ut gaudeas & muneribus fruare corporis. 474
Valetudo ſuſtentatur notitia ſui corporis, & obſervatione quæ res aut prodeſſe ſoleant, aut obeſſe, & continentia in victu, &c. 276
Vallo ariſtarum munitur contra minorum avium morſum. 427
Vanitate nihil turpius. 174
Vadimonia conſtituta. 403
Vectigal: non eſſe emacem, vectigal eſt. 582
Vectigal: magnum vectigal eſt parcimonia. 581

Vectigalis : piratas immunes, ſocios vectigales habemus. 318
Venandi, aut pilæ ſtudioſi. 515
Venditatio, atque oſtentatio. 523
Venenum amicitiæ odium. 526
Venenum fugiens. al. vinum. 358
Venire advocatum cuipiam in rem præſentem. 41
Venire in contentionem : ſi res veniet in contentionem. 259
Veneris fulgor alter, alter Mercurii, Solem ut comites conſequuntur. 610
Veneris partem ab Apelle inchoatam nemo pictor eſt inventus, qui abſolveret. 286
Venuſtas, muliebris dicenda eſt. 142
Ver tamquam adoleſcentia, ſignificat, oſtenditque fructus futuros. 442
Verba juris civilis ex naturæ principiis orta. 339
Verecundia hominum naturam eſt imitata. 139
Vereri, & diligere eos, quibuſcum ſermonem conferimus, curandum eſt, ut videamus. 155
Veritas : cujus aures ita clauſæ veritati ſunt, ut ab amico verum audire nequeat, hujus ſalus deſperanda eſt. 527
Veritas : moleſta veritas eſt, ſiquidem ex ea naſcitur odium, quod eſt venenum amicitiæ. 526
Veritas : ſine veritate nomen amicitiæ valere non poteſt. 529
Veritas, quaſi materia, prudentiæ ſubjecta eſt, quam tractet. 23
Verſatur mihi ante oculos illius viri virtus. 539
Verſari in clariſſima luce. 230
Verſari in hominum ignoratione. *ibid.*
Verſari in ſæculi præſentis errore temporum vitio. 582
Vertices cæli duo. 620
Verto : amicitia, quoquo te verteris, præſto eſt. 474
Vertens annus quando vere poſſit appellari. 626
Verſutus, obſcurus, aſtutus, fallax, malitioſus, callidus, veterator, vafer. 324
Verſus ſi pronunciatus eſt una ſyllaba aut brevior, aut longior, exſibilatur, & exploditur hiſtrio. 557
Verſutos homines, & callidos quidam admirantes, malitiam, ſapientiam judicant. 195
Verum audire nolle. 535
Verum, ſimplex, ſincerum naturæ hominis aptiſſimum. 19
Veri inquiſitio, & inveſtigatio in primis hominis propria. 18
Veſeris fl. : Latini ad Veſerim fuſi. 376
Veſtigatio veri. 25
Veſtita pampinis uva, nec modico tempore caret, & nimios ſolis defendit ardores. 428
Veſtitus : in veſtitu ut in pleriſque rebus mediocritas optima eſt. 145
Veſtitus quænam ratio ſit adhibenda 144
Veterator & callidus. 37
Vetulis equis teneros anteponere ſolemus. 51
Vetuſtatis, & conſuetudinis maxim vis eſt. *ibi*
Via ad gloriam proxima, & qua compendiaria. 22
Viatores unde nominati ſunt. 43
Vicinum citius adjuveris in fructibu percipiendis, quam aut fratrem aut familiarem. 5
Viciſſitudine ſtudiorum, officiorun que jucundius. 4
Videri : quomodo conſequi poſſ mus, ut tales eſſe videamur, qu les ſimus. 2
Vietum, & caducum. 3
Vigere : ubi ſtudia noſtra viguiſſen &c. 4
Vilitas tritici. 3
Vincat reip. utilitas. 3
Vincam rationibus neceſſariis te in num eſſe. al. advincam. 5
Victus tenuis, cultuſque. 5
Victus : etiam victis conſulendu
Vinctio benevolentiæ. 4
Vincla virorum : non vincla viroru ſed oblectamenta puerorum deb eſſe tabulæ pictæ.
Vindicare : videor id meo jure q dam modo vindicare.
Vindicare : ne ſenectutem ab om bus vitiis videar vindicare.
Vindicari in libertatem.
Violare alterum : qui alterum lat, ut ipſe aliquid commodi c ſeq

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ſequatur, &c. 299

Violare alterum lege naturæ prohibemur. 301

Vir bonus eſt, qui prodeſt quibus poteſt, nocet ne[m]ini 344. 345

Viris, equiſque decertandum cum Cyrenaicis. 379

Virum bonum eſſe aliquem ſtatuere difficile eſt, cum ea res innumerabilibus officiis, & laudibus contineatur. 345

Virum bonum negant eſſe quemquam, niſi ſapientem, Stoici. 470

Viros bonos quos appellandos putet Lælius apud Ciceronem. 471

Virago: vos etenim juvenes animum geritis muliebrem, illa virago viri. 67

Virgula divina: ſi omnia nobis, quæ ad victum, cultumque pertinent, quaſi virgula divina ſuppeditarent, &c. 185

Viriathus Luſitanus. 224

Viritim: agrum Picentem, & Gallicum viritim dividenti Carvilio reſiſtit Q. Fabius Maximus. 396

Virtus a multis contemnitur, & venditatio quædam, atque oſtentatio eſſe dicitur. 522. 523

Virtus amicitiam gignit, & continet. 473

Virtus: nec ſine virtute amicitia eſſe ullo pacto poteſt. 473

Virtus cum multis in rebus, tum in amicitia, tenera eſt, & tractabilis. 494

Virtus eſt amans ſui, optime enim ſe ipſa novit, quamque amabilis ſit intelligit. 535

Virtus, & recte facta: tantum remanet id quod virtute, & recte factis conſecutus ſis. 441

Virtus & conciliat amicitias, & conſervat. 537

Virtus: humanos caſus eſſe inferiores virtute. 460

Virtus: in virtute eſt convenientia rerum, in ea ſtabilitas, in ea conſtantia. 537

Virtus non eſt dura, & quaſi ferrea. 494

Virtus non eſt inhumana, neque immanis (alias immunis) neque ſuperba. 495

Virtus: nulla poſſeſſio, nulla vis auri, & argenti pluris, quam virtus, æſtimanda eſt. 581

Virtus omnis nos ad ſe allicit. 62

Virtus: qui unam virtutem habet, omnes habet. 219

Virtus ſolitaria ad ea, quæ ſumma ſunt, pervenire non poteſt, conjuncta, & conſociata cum altera poteſt. 521

Virtus te trahat oportet ſuis illecebris ad verum decus, alte ſpectare ſi voles. 628

Virtutis diſciplina eſt aliqua, ea autem philoſophia eſt. 192

Virtutis laus omnis in actione conſiſtit. 25

Virtutis miſerrimus famulatus ſervientis voluptati. 379

Virtutis opinio, amicitiæ conciliatrix, eſt inter viros bonos. 486

Virtutis ſignificatio aliqua elucens amicitiam contrahit. 495

Virtutis vires quantæ. 551

Virtuti opera danda eſt: ſine qua neque amicitiam, neque ullam rem expetendam conſequi poſſumus. 521

Virtutem ex conſuetudine vitæ, ſermoniſque noſtri interpretemur: nec eam, ut quidam docti, verborum magnificentia metiamur: viroſque bonos, &c. 473

Virtute nihil eſt amabilius, nihil quod magis alliciat ad diligendum. 479

Virtute non tam præditi multi eſſe volunt, quam videri volunt. 535

Virtutes in ſe pares ſunt: ergo & vitia paria ſunt. 555

Virtutes leniores, modeſtia, temperantia, juſtitia. 55

Virtutes quattuor, ex quibus conflatur honeſtum. 21

Virtutes, quæ pertinent ad verecundiam, & ad eorum approbationem, quibuſcum vivimus. 166

Virtutes, quæ pertinent ad manſuetudinem morum, & facilitatem. 217

Virus acerbitatis ſuæ apud aliquem evomere. 524

Vis adhiberi forti viro non poteſt. 373

Vis eſt major dicendi in orationibus, quam in libris philoſophicis. 5

Vis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Vis, & fraus ab homine alieniſſima, ſed fraus odio digna majore. 51
Vis, quaſi leonis videtur. *ibid.*
Vim lachrimarum profudi. 601
Virium moderatio. 411
Viſcelinum amici regnum appetentem amici juvare non debuerunt. 485
Viſcerationes, gladiatorum munera, ludorum, venationumque apparatus. 243
Vita brevis : breve tempus ætatis ſatis longum eſt ad bene honeſteque vivendum. 441
Vita : diſcedo ex hac vita tamquam ex hoſpitio, non tamquam ex domo. 453
Vita inculta, & deſerta ab amicis. 499
Vita omni geſtu moderatior, omni verſu aptior eſſe debet. 557
Vita : quid eſt in hominis vita diu? 441
Vita : veſtra quæ dicitur vita, mors eſt. 601
Vita vitalis : quæ poteſt eſſe vita vitalis, ut ait Ennius, quæ non in amici mutua benevolentia conquieſcat? 473
Vitæ, naturæque noſtræ ratio ita comparata eſt, ut alia ætas oriatur ex alia. 539
Vitæ tempus incertum. quis eſt tam ſtultus, quamvis ſi adoleſcens, cui ſit exploratum ſe ad veſperum eſſe victurum? 439
Vitis natura caduca eſt, & niſi fulta ſit, fertur ad terram. 428
Vitia duo, quæ vitanda ſunt ei, qui cognitionis, & ſcientiæ ſtudio ducitur. 24
Vitia, quæ nota eſſent venditori in prædiis vendendis, dicenda fuiſſe emptori. 333
Viximus quondam in maxima celebritate, atque in oculis civium. 282
Vixerat cum eo conjunctiſſime, & amantiſſime. 456
Vivere : quamdiu victuri ſimus, incertum : quis eſt tam ſtultus, quamvis ſit adoleſcens, cui ſit exploratum ſe ad veſperum eſſe victurum. 439
Vivere vitam, quæ eſt ſola vita nominanda, claros viros, mortuos. 447
Vivitur non cum perfectis hominibus. 54
Vivendi finis optimus, quis. 443
Viviradices, propagines, &c. 448
Vlyſſes ſimulatione inſaniæ militiam ſubterfugiſſe inſimulatur a tragœdiis. 364
Vmbra, & imaginibus, juſtitiæ utimur. 331
Vnguentarii, ſaltatores, totuſque ludus talarius. 175
Vnus de multis. 12(
Vocare aliquem in odium, aut invidiam criminibus falſis. 9(
Vocare nimis exſiliter ad calculos amicitiam. 50(
Voluptas condimenti fortaſſe nonnihil, utilitatis certe nihil habet. 38
Voluptas conſilium impedit, rationi inimica, ac mentis ut ita dicam præſtinguit oculos. 41
Voluptas corporis : nulla capitalior peſtis, quam voluptas corporis, hominibus a natura eſt data : mult hic ibidem de voluptate. 41
Voluptas cum major eſt, atque longior, omne animi lumen extinguitur. 41
Voluptas eſca malorum, quod e homines capiantur, ut hamo piſce 42
Voluptas : in voluptatis regno virtutem non poſſe conſiſtere. 41
Voluptas : multi divitias amiciti præponunt, alii potentiam, alii voluptatem. belluarum hoc quiden extremum eſt. 47
Voluptas neque meliorem, nequ laudabiliorem efficit quemquan 54
Voluptas non ſatis digna eſt homin præſtantia. 11
Voluptas nullum habet cum virtu commercium. 41
Voluptas omnis, honeſtati contrar eſt. 38
Voluptas : pecudum ritu omnia voluptatem referre. 48
Voluptas : quam miſer virtutis famu latus ſervientis voluptati? 37
Voluptas quo eſt major, eo mag mentem e ſua ſede, & ſtatu dim vet. 5

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

oluptatis appetitum occultant, ac diſſimulant omnes propter verecundiam, niſi quis ſit ex pecudum genere. 113

oluptatis quidam fortaſſe eſt naturalis modus. 422

oluptatem eſſe ſummum bonum: vox pecudum, non hominum. 549

oluptas agricolarum. 426

oluptates blandiſſimæ dominæ, ſæpe majores partes animi a virtute detorquent. 221

ɔx amicitiæ inimiciſſima, ita amare oportere, ut ſi aliquando ſis oſurus. 500

ɔx clara, & ſuavis eſſe debet. 149

ɔx magnifica, & magno viro & ſapiente digna. 281

ɔx Milonis Crotoniatæ valde contempta. 407

ɔx nec languens, nec canora. 150

ɔx nefaria C. Bloſii Cumani. 486

ɔx, orationis index. 149

ɔes: de evertendis, diripiendiſque urbibus valde conſiderandum eſt, ne quid temere, ne quid crudeliter. 86

ɔes ſine hominum cœtu non poſſent, nec ædificari, nec frequentari. 199

gere: jus Craſſus urgebat. 337

gentis, aut certe adverſantis ſenectutis onus. 385

re, & ſecare: ad urendum & ſecandum raro, invitique veniunt medici. 156

ura: terra numquam ſine uſura reddit quod accepit. 426

rpare alicujus memoriam, cum aritate aliqua, & benevolentia. 480

s ſummi populi beneficiis. 572

inter bonos bene agier. 330

quiſque ætate antecellit, ita ſententiæ principatum tenet in collegio augurum. 438

quiſque ſibi plurimum confidit, ut quiſque maxime virtute, & apientia ſic munitus eſt, ut nullo geat, &c. ita in amicitiis expeendis, colendiſque maxime excelt. 480

uiſque animi magnitudine maxime excellit, ita maxime vult princeps omnium eſſe, vel potius ſolus. 70

Vt quiſque eſt maxime boni particeps, ita & laudabilis maxime. 549

Vtcumque aderunt. 154

Vtendus, a, um: de utenda pecunia 279

Vtendum accipere: ea, quæ utenda acceperis, majore menſura jubet reddere Heſiodus, modo poſſis. 55

Vtendum eſt ea liberalitate, quæ proſit amicis, noceat nemini. 53

Vtendum eſt excuſatione adverſus eos, quos invitus offendas. 257

Vtile: in hoc verbo lapſa conſuetudo deflexit de via. 199

Vtile nihil eſt, niſi quod honeſtum. 394

Vtile non debet videri, quod turpe eſt. 346. 347

Vtile: numquam eſt utile peccare, quia ſemper eſt turpe: & quia ſemper eſt honeſtum, virum bonum eſſe, ſemper eſt utile. 333

Vtilia: quæ ad hominum vitam tuendam pertinent, partim ſunt inanima, partim animalia. 595

Vtilitas: honeſtas: incidunt ſæpe cauſſæ, cum repugnare utilitas honeſtati videatur, &c. 319

Vtilitas honeſtate dirigenda eſt. 352

Vtilitas non conglutinat amicitias, alioqui eademque commutata diſſolveret. 482

Vtilitas: omnes expetimus utilitatem, ad eam rapimur. 367

Vtilitas parta per amicum. 496

Vtilitas: vincat utilitas. 355

Vtilitatis ſpecie in rep. ſæpiſſime peccatur. 316

Vtilitatem ab honeſtate ſejungentes, fundamenta naturæ pervertunt. 367

Vtilitate magis putat Hecato officium dirigi quam humanitate. 355

Vtilitates noſtræ nobis non ſunt omittendæ, aliiſque tradendæ. 313

Vva a gemma oriens ſeſe oſtendit. 428

X.

XAnthippus Lacedæmonius. 365

Xenocrates ſenex. 404

Xenocrates ſeveriſſimus philoſophorum. 121
Xenophon Socraticus eas res perſecutus eſt in Oeconomico, quibus rebus res familiaris quæritur, conſervatur, augetur. 277
Xenophontis libri multas ad res perutiles ſunt. 433

Z.

Zonæ: terram quaſi quibuſdam redimitam, & circumdatam cin gulis: e quibus duos maxime inte ſe diverſos, & cæli verticibus ipſis e utraque parte ſubnixos, obriguiſ pruina vides: medium autem illum & maximum, ſolis ardore torreri 619. 62

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ALDI MANVTII
COMMENTARIVS
IN
M. TVLLII CICERONIS
TRES LIBROS
DE OFFICIIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

IN M. T. CICERONIS DE OFFICIIS LIBROS TRES

Aldi Manuccii, Pauli F. Aldi N. Commentarius.

ARGVMENTVM LIB. I.

EVerſa rep. civili bello Cæſaris, & Pompeji, rebus omnibus ex unius arbitrio, nutuque pendentibus, cum leges, & judicia jacerent, non in curia, non in foro locus eſſet: retulit animum Cicero, quaſi medicinam doloris, & ſolatium adverſæ fortunæ quærens, ad intermiſſa philoſophiæ ſtudia: nec vero tantum, ut unus, ipſe ſibi legendo prodeſſet: verum etiam, ut Latinorum hominum ingenia quantum in ſo eſſet, ad earum artium, quarum plerique rudes, ignarique adhuc erant, ſcri- endo excitaret. Explicata igitur, & magna jam ex parte Latinis litteris illuſtrata ilosophia, contulit ſe ad pulcherrimam omniumque nobiliſſimam de Officiis com- entationem: utpote qua nec ad commodum humanæ vitæ, nec ad ornamentum quæ- io magis ulla pertineat. Quæ vero ſcribendi potiſſimum cauſſa fuit, ut abſenti filio, Athenis liberales diſciplinas colenti, prodeſſet, ab ea initium ſumit. Et, quo- iam duas perſonas ſuſtinet, patris unam, præceptoris alteram: orditur a paterno re, hortaturque filium, atque admonet, ut, quamquam philoſopho clariſſimo, uſque ætatis Peripateticorum principi, Cratippo operam det: nec dubitandum ſit, uin, eo doctore, annuo præſertim jam ſtudio, tantum profecerit ut iis præceptis, que inſtitutis, quibus ad ſapientiam vita dirigitur, non modo non egeat, verum iam abundet: ſua tamen Latina ſcripta non aſpernetur: idque non tam propter ctrinam, a Peripateticorum præceptis interdum, ſed tamen haud ita multum diſſi- ntem, quam ut, dum Græcas tractat artes, Latinæ ſimul facultatem augeat ora- onis. Atque hoc loco, ipſe ſibi videlicet egregie notus, in ſuas laudes digreditur: rum modeſte, dicet aliquis: ita, ſi cum aliis loqueretur: ſed, quia cum filio, cuſationem laudatio, vera præſertim, habere juſtam videtur. certe enim hoc ne- e negabit quiſquam, neque negare jure poſſit, viciſſe eum in oratoria laude Latinos nnes, Græcos adæquaſſe. Græcis quidem ipſis in eo etiam præſtitit, quod illi uno ntum induſtriæ genere floruerant, ut Plato, Ariſtoteles, Theophraſtus tradendis ilosophiæ præceptis, Demoſthenes, Æſchines, Iſocrates oratoria facultate: ipſe tem cum in forenſi genere dicendi ita verſatus eſt, ut omnium conceſſu palmam tu- rit: tum etiam, oppreſſa rep. otium in communi calamitate nactus, ne prorſus ihil ageret, ſuis in villulis, omiſſa plane rerum urbanarum cura, ſcripſit egregios e philoſophia libros: quorum alii nunc exſtant, teruntur que manibus eorum, qui- us & ſapere, & bene dicere ſimul curæ eſt: alios vel temporum, vel hominum in- ria conſumpſit. Hoc igitur, quod ad Græcos attinet. nam Latinos quin utroque riter genere, & agendis cauſſis, & præceptis de philoſophia tradendis, longo poſt omnes intervallo reliquerit, eſſe neminem arbitror, qui negare audeat, aut poſſit. ac abſoluta parte, cauſſas exponit, quibus hoc potiſſimum argumentum delegerit. e duæ ſunt, una, quod adoleſcentem iis maxime deceat præceptis erudiri, præſertim patre, quibus inſtructus, in reliqua ætate dedecus, ac turpitudinem vitet, lau- em, ac dignitatem ſequatur: altera, quod ſibi, maximis in rebus, cauſſiſque reip. erſato, ſummis magiſtratibus, & honoribus perfuncto, nulla magis quæſtio, quam uæ ad inveſtigandam officii notitiam pertinet, convenire videbatur. ſiquidem hac otitia nihil eſſe fructuoſius, aut præſtantius, ex eo conſtet, quod nulla prorſus, qua fficio vacet, vitæ pars eſt: ut, ſi quis officium ignoret, is nec amicitiam, nec ul-

lam plane virtutem colere poſſit. Tertio loco aggreditur ad id, quod ei propoſitum eſt,
ut de officio diſputet: & eo quidem ordine narrationem inſtituit, ut nihil illuſtrius,
nihil commodius, nihil omnino ad intelligentiam aptius eſſe videatur. Quod quiſqu
velit, ſentiat: liberum eſt enim: ego ne ipſius quidem Ariſtotelis ordinem, quen
ſervavit in Ethicis, cum hoc Ciceronis ordine contulerim: aut, ſi contulerim, no
prætulerim certe. Hic quattuor initio virtutes proponuntur, Prudentia, Iuſtitia
Fortitudo, Temperantia. ex his deinde, tamquam ex quattuor fontibus, honeſtum
& ex honeſto officium deducitur, ac derivatur. Quid elegantius? quid etiam hujuſ
doctrinæ cupido lectori jucundius? Ipſas vero virtutes ita ornat ſingulas, ita ſu
quaſi coloribus pingit, atque illuſtrat, non modo ut formam cujuſque, ac ſpeciem
ſed vim etiam, atque utilitatem ſeparatim liceat intueri. Neque hac diligentia con
tentus, adjuvat doctrinam exemplis. quæ, quis eſt, qui non cum voluptate legat
ſumpta præſertim a claris viris, aut a notis gentibus? Hoc in genere, ſi neceſſariu
eſt, parcus, & ſiccus Ariſtoteles: ſi non eſt, gravis, & magnificus, qui totus ha
reat in rebus ipſis, reliqua tanquam inania contemnat. ſed tamen varietatem inte
dum aliquam, ad vitandam ſatietatem, ſubtilior quoque doctrina deſiderat: &
magis, quod obſcuriorem ſua natura rem illuſtrari ſæpe videmus exemplo. quod qu
præter ceteros unus animadvertiſſe, ac noviſſe Cicero videtur, propterea non unum
aut alterum amatorem habet, ſed omnibus fere, qui elegantiore ſunt ingenio, in d
liciis eſt: omnium ſinu excipitur, omnibus in otio perjucundus, nemini ne in neg
tio quidem gravis, aut moleſtus eſt. Hanc diſputationem excipit illa dubitatio, du
bus propoſitis honeſtis, utrum ſit anteponendum. de quo ita ſtatuitur: ſi honeſtu
illud, quod ad omnes, aut ad multos pertinet, cum eo concurrat, quod ad unum
aut ad paucos: non eſſe dubitandum, quin communis honeſti major habenda ratio ſi
quam privati: quod ſi communia plura ſint, in ipſa communitate cautionem qua
dam requiri, & gradus obſervari quoſdam officiorum oportere: ne, ſi paria pute
tur, peccetur in delectu, & honeſtum illud commune, alteri communi honeſto inj
ria antelatum, honeſtum eſſe deſinat, &, quod per ſe laudabile eſt, ex comparatio
vitioſum, ac turpe videatur. nam, ut inter communes, privataſque res, evenit ſ
pe, ut honeſta duo concurrant: ſic in ipſa communitate poteſt honeſtorum duoru
exoriri eadem illa contentio. Sed, ſi cogitabitur, primam a nobis caritatem, ben
volentiamque diis immortalibus, alteram patriæ, tertiam parentibus, gradati
deinde reliquis deberi: erroris occaſio penitus auferetur omnis. licebit enim perſpicer
quæ cujuſque dignitas officii ſit, & qui cuique locus in ipſa etiam communitate a
beatur. Atque hæc libro primo, diſtincta partibus, exornata verbis, aucta, & ar
plificata ſententiis, Cicero perſequitur.

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

Militaris induſtria primas partes, alteras litterarum ſcientia Rom
tulit. armorum ſtudium, ut alia fere ex aliis bella oriebantur, a
numquam, aut raro admodum intermiſſum, tanto in honore fui
quanto decuit eſſe illam artem, cujus munere ceteræ coluntur arte
& quæ niſi ſit, reliqua, quæ ſunt, diutius eſſe non poſſint. Nec ſua litte
adjumenta defuerunt, cum enim poſt Punica bella, ſublato jam hoſtili met
pax, & otium ad elegantiam doctrinarum, & ad mitiora ſtudia civium a
mos convertiſſet, exſtitit præclarus ille mos, ut adoleſcentes erudiendi gra
Athenas mitterentur: quemadmodum hodie Patavium, Bononiam alio
confluere multos videmus, ut mox, pulcherrimarum artium ſcientia ornat
atque inſtructi, ad ſuos redeant, ſibique, ac familiæ rem, decuſque pare
Hæc igitur Ciceroni præter ceteros mens, cupiditaſque fuit, ut Marcum
lium ſtudiis philoſophiæ, ſine quibus eloquentiam eſſe nullam, aut certe d
bilem, aut mancam intelligebat, ſummis doctoribus erudiendum trader
itaque miſit eum Athenas paullo ante bellum Hiſpanienſe, quod inter Cæſ

rem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

m, & Pompeji liberos geſtum eſt. nam civilis belli principiis, cum in Phar-
lia duce Pompejo Magno pugnatum eſt, non interfuiſſe tantum Ciceronem
ium, ſed turmis etiam equitum præfuiſſe, facile eſt ex iis verbis intelligere
). II. Offic. *Tua ætas incidit in id bellum, cujus altera pars ſceleris nimium ha-
it, altera felicitatis parum. quo tamen in bello, cum te Pompejus alæ alteri præ-
iſſet, magnam laudem & a ſummo viro, & ab exercitu conſequebare, equitan-
, jaculando, omnia militari labore tolerando.* Iviſſe autem Athenas Cicero-
m adoleſcentem paullo ante, quam Cæſar contra Pompeji liberos in Hiſpa-
am proficiſceretur, ſatis illa ipſa prima verba declarant lib. I. *Annum jam
dientem Cratippum.* Annuum enim ſpatium intercedit ab initio Hiſpanienſis
lli ad illud tempus, quo Cicero hos Officiorum libros cœpit ſcribere. cœ-
t enim ſtatim poſt Cæſaris necem. nam, ubi de injuſtitia loquitur, *declara-
t*, inquit, *id modo temeritas C. Cæſaris, qui omnia jura divina, & humana per-
rtit, propter eum, quem ſibi ipſe opinionis errore finxerat, principatum.* Acce-
nt epiſtolarum ad Att. teſtimonia: quæ quia ſunt in promptu, omnibuſque
tent, omittantur. Miſſo igitur Athenas filio, dabat operam ſcribendis de
ilosophia libris, abjecta prorſus & ſenatorii muneris, & forenſium cauſſa-
m cura. Interim, orta civium nobiliſſimorum conjuratione, in Pompeji
ria Cæſar eſt interfectus: & facta ſunt, M. Antonio conſule ſenatum ha-
nte, S. C. duo, unum in ſententiam Ciceronis, ut omnis veterum diſcor-
arum memoria, pacis inter cives conſtituendæ gratia, oblivione ſempiterna
leretur: alterum, ipſo referente Antonio, ut Dictatoris nomen, quod ſæ-
juſtum fuerat, ob recentem perpetuæ dictaturæ memoriam funditus e rep.
lleretur. mutata publicarum rerum forma videbatur, ſic, ut in ſpem liber-
is antiquæ minime dubiam erigerentur animi civium bene de rep. ſentien-
im. ſed eam brevi ſpem eripuit Antonii conſulis concordiæ publicæ ſemper
fenſa, diſſimulata paucis diebus improbitas. nam, cum ſe in illo S. C. pa-
onum libertatis, potentiæ vero, ſingularis, ad quam, recenti C. Cæſaris
emplo, tacite viam affectabat, adverſarium acerrimum profeſſus jam eſſet:
ſtea, orationis in funere Cæſaris habendæ munere ſuſcepto, commemora-
ejus rebus geſtis, maximiſque erga populum Romanum meritis, veſte de-
um C. Cæſaris, multis gladiorum ictibus, perfoſſa, ad commovendam
iſerationem, explicata, in eum furorem populum impulit, ut ad ædes con-
ratorum per univerſam urbem cum facibus, teliſque ſtatim diſcurreret. ita,
rum omnium tamquam orbe repente converſo, M. Antonius, & reliqui
æſarianarum partium duces, in urbe dominabantur, ita contemptis legi-
is, ac judiciis, ut, ſublato tyranno, tyrannidis tamen omnia ſigna cerne-
ntur. Brutus, & Caſſius, quique cum eis præclarum illud facinus conſciverant,
ncitati populi metu, ex urbe profugerunt: boni cives in ſenatum venire, &
ntentiam pro rep. dicere, magna militum manu ipſam curiam, juſſu Antonii
nſulis, obſidente, non audebant. Tum Cicero, deſperata libertate, primum in
ræciam ad filium navigare cœpit: deinde, ex medio curſu ab ipſa rep. revoca-
is: poſtremo, rurſus amiſſa communis concordiæ ſpe, totus ad litteras conver-
is, libros Officiorum compoſuit, ita ſane diligenter: ut ne inter Græcos qui-
em præſtantius quidquam, aut moribus hominum conformandis accommo-
atius eſſe videatur. Quid autem acciderit, ut, mutata ſententia, Cicero in ur-
em redierit, ipſo narrante oſtendam. Phil. I. ſic: *Cum Brundiſium, iterque illud,
uod tritum in Græciam eſt, non ſine cauſſa vitaviſſem, Kalendis Sext. veni Syracuſas,
uod ab ea urbe tranſmiſſio in Græciam laudabatur. quæ tamen urbs, mihi conjunctiſſi-
a, plus una me nocte cupiens retinere non potuit. veritus ſum, ne meus repentinus ad
eos neceſſarios adventus ſuſpicionis aliquid afferret, ſi eſſem commoratus. Cum autem
e ex Sicilia ad Leucopetram, quod eſt promontorium Rhegini agri, venti detuliſſent,
b eo loco conſcendi, ut tranſmitterem: nec ita multum provectus, rejectus Auſtro ſum
eum ipſum locum, unde conſcenderam. cumque intempeſta nox eſſet, manſiſſemque in
illa P. Vallerii, comitis, & familiaris mei, poſtridieque apud eundem, ventum exſpe-*

 ctans,

ctans, manerem, municipes Rhegini complures ad me venerunt, ex iis quidam Roma re-
centes: a quibus primum accipio M. Antonii concionem: quæ mihi ita placuit, ut, ea
lecta, de reverſione primum cœperim cogitare. Nec ita multo poſt, edictum Bruti affer-
tur, & Caſſii: quod mihi, fortaſſe, quod eos plus etiam reip. quam familiaritatis gratia
diligo, plenum æquitatis videbatur. Addebant præterea (fit enim plerumque, ut ii, qui
boni quid volunt afferre, affigant aliquid, quo faciant id, quod nunciant, lætius) rem
conventuram, Kalendis Sext. ſenatum frequentem fore, Antonium, repudiatis malis
ſuaſoribus, remiſſis provinciis Galliis, ad auctoritatem ſenatus eſſe rediturum. Tum ve-
ro tanta ſum cupiditate incenſus ad reditum, ut mihi nulli neque remi, neque venti ſa-
tisfacerent. Et in ep. ad Cornificium: Ego tuorum conſiliorum auctor, dignitatiſqu
fautor, iratus temporibus, in Græciam, deſperata libertate, rapiebar: cum me Eteſiæ,
quaſi boni cives relinquentem remp. proſequi noluerunt: Auſterque adverſus maxim
flatu me ad tribules tuos Rhegium retulit: atque inde ventis, remiſque in patriam omn
feſtinatione properavi: poſtridieque in ſumma reliquorum ſervitute liber unus fui. E
ad M. Brutum: Cum teneri urbem a parricidis viderem, nec te in ea, nec Caſſium tut
eſſe poſſe, eamque armis oppreſſam ab Antonio: mihi quoque ipſi excedendum putavi
tætrum enim ſpectaculum, oppreſſa ab impiis civitas, opitulandi poteſtate præciſa. ſe
animus idem, qui ſemper, infixus in patriæ caritate, diſceſſum ab ejus periculis ferre no
potuit. itaque in medio Achaico curſu cum Eteſiarum diebus Auſter me in Italiam, qua
diſſuaſor mei conſilii retuliſſet, te vidi Veliæ. Et, ut erat gloriæ cupidus, amplificatio
ne interdum utens, reip. voce ſe dicit eſſe revocatum. ad Plancum enim cu
ſcriberet, Abſui, inquit, proficiſcens in Græciam: &, poſteaquam de medio curſu ſu
reip. voce revocatus, numquam per M. Antonium quietus fui. In extremo autem lil
III. Off. ita cum filio loquitur: Sed ut, ſi ipſe veniſſem Athenas: quod quidem e
ſet factum, niſi me de medio curſu clara voce patria revocaſſet: aliquando me quoq
audires; ſic, quoniam his voluminibus ad te profecta vox mea eſt, tribues his tempori
quantum poteris, poteris autem, quantum voles. Reverſus igitur in urbem Cicer
animadverſa, ut dixi, contra quam ſperaverat, reip. perturbatione, rurſus ur
egreſſus, in villis ſuis libros hos de Officiis, ut reliquos de philoſophia, comp
ſuit. Miſit autem eos ad filium, ut, quem cariſſimum, unicumque habebat, ej
animum ſaluberrimis ad omnem honeſtatem, omnemque laudem præcep
imbueret. Sed neſcio quo pæne communi filiorum morbo, a præclaris paren
bus degenerantium, Cicero filius, ſive id naturæ vitio, ſive voluntatis acciden
a patris gloria longe deflexit. Pater a prima adoleſcentia ſobrie, continenterq
vixit, diu, noctuque ſtudiis deditus bonarum artium, nihil omnino gulæ,
inhoneſtis voluptatibus indulgens, totus virtutis amore flagrans. filius, quaſi
eum ſimul cum re familiari paternæ virtutis gloria, nullo ſuo labore, pervent
eſſet, imitatione domeſticæ induſtriæ neglecta, vino, ebrietatibus, luxuri
totum tradidit. Et, ut alia omittantur, uno Plinii majoris exemplo conten
ero. Tergilla, inquit, M. Ciceronem filium binos congios ſimul haurire ſolitum ipſi o
cit, Marcoque Agrippæ a temulento ſcyphum impactum. etenim hæc ſunt ebrietatis
ra. ſed nimirum hanc gloriam auferre Cicero voluit interfectori patris ſui M. Anto
is enim ante eum avidiſſime apprehenderat hanc palmam. Hæc Plinius. Pater tam
quod ad eum attinuit, filii gloriæ, quantum in ipſo fuit, dum viveret, conſul
ut etiam blanditiis, ac fere precibus cum ipſo de ſua laude agat. in extremo e
tertio libro, Vale, inquit, mi Cicero, tibique perſuade, te mihi quidem eſſe cariſſim
ſed multo fore cariorem, ſi talibus monumentis, præceptiſque lætabere. Iam in epiſt
quam diligenter eum, Athenis operam Cratippo dantem, Attico commen
ne quid ei deeſſet, quod ad victum, & cultum ſpectaret, omnibus intelliger
cile eſt, qui epiſtolas ipſas legerint. Non optime tamen, ut erat in primis acu
longeque in poſterum proſpiciente ingenio, de filii indole videtur exiſtim
cujus dubitationis exſtat ſignum illud, ep. 46. lib. XIII ad Att. Turpe eſt nobis
lum, qualiſcumque eſt, hoc primo anno egere. Et ep. 16. lib. XV. Leonidas retinet
ſuum, Adhuc quod eſt dubitantis, non fidentis, teſtimonium. Sed hæc quaſi πάρεργ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

M. TVLLII CICERONIS DE OFFICIIS AD MARCVM FILIVM

LIBER PRIMVS.

INſcriptionem, de Officiis, quia plenior eſſe videtur, quam, de Officio, propterea magis probavit: licet Panætius, quem ſe fa-etur imitari, cum in eodem verſare-ur argumento, ſuos libros inſcripſiſſet, περὶ τοῦ καθήκοντος: quod eſt, de Officio. qua de re Ciceronem ipſum audiamus. ad Attic. epiſt. 13. lib. XV. *Nos hic* φιλοσοφοῦμεθα: *quid enim aliud?* & τὰ περὶ τοῦ καθήκοντος *magnifice explicamus;* προσφωνοῦμενq. *Ciceroni: qua de re enim potius pater filio?* Et epiſt. XI. lib. XVI. τὰ περὶ τοῦ καθήκοντος, *quatenus Panætius, abſolvi duobus; illius tres ſunt.* Ibidem, infra: *Quod de inſcriptione quæris: non dubito, quin* τὸ καθῆκον *officium ſit: niſi quid tu aliud: ſed inſcriptio plenior de Officiis.* προσφωνῶ *autem Ciceroni filio.* Hæc ille. Sed accedit illa quoque ratio: quod, ut ſæpe ipſe gloriatur, plura tractat officiorum genera, quam Panætius. recte igitur, *de Officiis*, ob ea, quæ perſecutus eſt, a Panætio prætermiſſa. quamquam (ut aliquid pro Panætio dicam) niſi me fallit aurium judicium, in Græco ſonat aptius, & omnino videtur elegantius, περὶ τοῦ καθήκοντος, quam, περὶ τῶν καθηκόντων. nam, quod ad ſignificationem attinet æque omnia, quamvis multa, complecti ſingularis numerus & poteſt, & ſolet. itaque, cum eſſent plura divinandi genera, de divinatione tamen inſcribere Cicero maluit, quam, de divinationibus: quæ plenior inſcriptio fuiſſet.

Officiales libros appellat Lactantius lib. VI. cap XI. & 18. De Panætio autem vide Plinium in Præfatione, & Agellium. Scripſerat & Brutus librum περὶ καθήκοντος. auctor Seneca Epiſt. lib. XV. & Chryſippus libros περὶ κατορθωμάτων. Plut. in Opuſc. & alibi. Citat & eundem Chryſippum ἐν τῷ περὶ καθήκοντος, tum alibi, tum in ſeptimo. Cleanthes ſcripſit lib. tres περὶ καθήκοντος, Citatur & Poſidonius ἐν τῷ πρώτῳ περὶ καθήκοντος. Laertius. & Hecato Rhodius. idem Laertius. Sed primus ſcripſit Zeno Citiæus, auctore eodem Laertio, & Suda. Sed & Epictetus in Enchiridio quiddam ſcripſit. Et Ariſtotelem de Officiis ſcripſiſſe D. Ambroſius tradit: qui totam hanc materiam Chriſtianis exemplis mirifice illuſtravit.

CAPVT I.

QVamquam te Marce fili] Paucis verbis egregium artificium in cohortando ad philoſophiam filio licet animadvertere. nam & Cratippum, & Athenas ideo nominat, ac laudat, ut oſtendat, qui talem doctorem ſit nactus, in ea præſertim urbe, quæ præſtantiſſimorum philoſophorum copia ſemper floruerit, claroſque viros, liberalibus diſciplinis excultos, in omnes fere orbis terræ partes diverſis temporibus emiſerit, & turpe admodum eſſe, vertique vitio jure poſſe, ſi, tam præclaris non commotus exemplis, optimarum doctrinarum expers, inaniſque domum redeat. His duabus cauſſis tertiam adjungit, ſpatium temporis, quo eum doctorem, in ea urbe audiat. nam, cum ait, *Annum jam*, admonitio quædam eſt, quid annuo ſtudio præſtare debuerit. Ex qui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

quibus tribus cauſſis intulit verbum, *oportet.* non enim, Arbitror, aut ſimile quippiam, ſatis eſſe duxit, ſed, Oportet: cum antecedant illa, Audire Cratippum, Audire Athenis, Audire multis menſibus. quo efficitur, niſi valde jam profecerit, culpam, & infamiam vitare non poſſe. Athenas, & Cratippum conjungit etiam in proœmio lib. III.

Annum jam] Annuum tempus conficiebatur poſt Kal. Apr. ut patet ex lib. xv. ep. ad Att.

Audientem] Quod magis eſt, quam privatim ſtudere. Proverbium eſt: Ζώσης φωνῆς μείζω τὴν ἐνέργειαν εἶ). id eſt: Vivæ voci majorem vim ineſſe.

Cratippum] Hic Peripatetica ſcientia claruit. Infra: *Diſces tu quidem a principe hujus ætatis philoſophorum.* Et lib. II. *In antiquiſſima, nobiliſſimaque philoſophia Cratippo auctore verſaris, iis ſimillimo, qui iſta præclara pepererant.* Et lib. III. *A Cratippo noſtro, principe hujus ætatis philoſophorum, hoc te audire, atque accipere confido.* Hic Mitylenæus fuit: proque eo Cicero apud Cæſarem egit, cum rerum potitus eſſet, ut civis R. adſcriberetur: perſuaſitque ſenatui Areopagitarum apud Athenienſes, ut inſtituendæ juventuti præficeretur. De eo vide, quid dicat Cicero filius in ep. ad Tironem lib. XVI. Pompejum, e Pharſalica clade aufugientem, apud Mitylenem occurrens, ſolatus eſt argumentis e philoſophia depromptis.

Athenis] Olim civitate libera nec indiga ullius præconii amplius, tanta claritas ſuperfluit, ut inquit Plinius. Plato φιλόλογον, & πολύνοιαν appellat. Cicero pro Flacco ab ea ait humanitatem, doctrinam, fruges, jura, leges ortas, atque in omnes terras diſtributas. Vide Xenophontem in dictis, & factis Socratis, Iſocratem in Panegyrico, Cicero de Fato, de Leg. II. de Oratore, Iuſtinum libro ſecundo. Florum lib. III. capite quinto. Plutarchum in Cimone, Pauſaniam in Atticis.

Abundare] Non modo non egere, ſed etiam abundare.

Oportet] Par eſt, credibile eſt: prorſus ratio poſtulat, ut abundes: nec
liter credendum videtur.

Præceptis, inſtitutiſque philoſophia
Perpendenda interdum ſingula ſu
verba: ne Ciceronis elocutio, apta
ſententiis, utilemque copiam ſupp
ditans, non intelligentibus inanis,
ſupervacanea videatur. Inſtituere pl
eſt, quam Præcipere. præcepta eni
docent, quid agendum ſit: nec tam
omnes, quibus præcipitur, ita ſe g
runt, ut præceptorum ſententiam v
ta, & moribus exprimant. inſtitu
vero plane formant, & fingunt eoru
animos, quibus præcepta traduntu
ſic, ut a præceptorum regula nihil a
minimum diſcedant. quo major
Ciceronis cohortatione vis eſt, qui
lium admoneat, non eum noſſe ta
tum oportere, quæ philoſophia pr
cipiat, ſed ita etiam inſtitutum eſſ
ut ea, quæ noverit, ſimul agenda ſi
eſſe conſtituat.

Propter ſummam & doctoris aucto
tatem, & urbis] Vrbis, ob exempl
Doctoris, ob ſcientiam. Auctorit
eam vim habet, ut ipſa per ſe, vel
ratio nulla, cur aliquid agamus, a
feratur, nos tamen ad agendum in
pellat. ratio autem, ſi auctoritate c
reat, ſæpe languet. Eſt enim auctor
tas in eo, de cujus virtute, prudenti
bonitate ſic exiſtimamus, ut eum
delectu rerum haudquaquam falli p
ſe judicemus. Inanimatæ rei aucto
tas non eſt: ſed eam urbi Cicero t
buit, propter illos viros qui, cul
in ea philoſophiæ ſtudiis, doctrina
ac ſapientiæ laude præſtiterant. Mo
re te debet inquit, & doctoris, & u
bis auctoritas, cogitantem, quid C
tippo doctore, quid in urbe Athen
rum præſtare te deceat. Nicias ap
Platonem in Lachete, a bono tantu
præceptore, Socrate maxime, inſ
tui voluit, ne, perpetuo diſcen
δυσμαθὴς, hoc eſt dediſcens, vide
tur. Philippus Macedo diis gratias
gebat, quod ſibi Alexander Ariſtot
lis tempore natus eſſet. Plato etia
iiſdem gratias agebat, primum, qu
homo potius, quam brutum natus
ſet: ſecundo, quod Athenis: terti
quod temporibus Socratis.

Augere] Augent nos ea, unde fr
ctu

ctum capimus : itaque, augeri ſcientia, honoribus, re familiari, proprie dicimus: malis rebus augeri aliquem, non dicimus. nam, ſi quis improborum conſiliis, & conſuetudine depravatur, quis eum vitiis auctum eſſe dixerit? cum ea minuantur potius, quibus, Augere, verbum, adjungimus, res domeſtica, exiſtimatio, virtus.

Exemplis] Senecæ verba ſunt epiſtolarum lib. XIV. *Nulla res magis animos honeſtate induit, dubioſoſque & in pravum inclinabiles revocat ad rectum, quam bonorum virorum converſatio. paullatim enim deſcendit in pectora, & vim præceptorum obtinet, frequenter audiri, adſpici frequenter. occurſus mehercle ipſe ſapientium juvat: & eſt aliquid, quod ex magno viro vel tacente proficias.*

Vt ipſe ad meam utilitatem ſemper cum Græcis Latina conjunxi] Monet filium, exemplo ſuo, ne Latinam linguam a Græca disjungat: (cum id maxime conducat: ut in ipſo Cicerone intueri licet, & locus eſt ab utili: nam in genere deliberativo utilitatem proponere debemus, & ſine Græca eruditione, quæ de philoſophia ſcripta ſunt, intelligi perfecte non poſſunt:) veritus, ne, cum aſſidue Cratippum audiat Græco ſermone philoſophiæ præcepta explicantem, Latinæ ſtudium negligat orationis. hoc eo pertinet, ut ſua ſcripta legenda ſibi putet, ſi minus ob res ipſas, in quibus eum Cratippo tradiderat excolendum: cui ſcientiam philoſophandi non concedere arrogantis eſſe videbatur: ſaltem ob Latinam linguam: in qua ſatis eum conſtabat ceteris antecellere: nec eam ipſe laudem reſpuit, ſed jure quodam ſuo, nihil metuens arrogantiæ ſuſpicionem, ſibi vindicat. Ob meam utilitatem, dicit, quia ſemper id ſpectavit, ut in eloquentia palmam obtineret: quod aſſecutus eſt, numquam intermiſſa, ne cum philoſophiæ quidem operam dabat, Latini ſermonis exercitatione. Ad Atticum ſcribens, lib. I. gloriatur, ſe præter ceteros φιλελλήνιωα & eſſe, & haberi. Et I de Oratore: *Summorum oratorum Græcas orationes explicabam: quibus lectis, hoc aſſequebar, ut, cum ea quæ legerem Græce, Latine redderem, non ſolum optimis verbis uterer, & tamen uſitatis: ſed etiam exprimerem quædam verba imitando, quæ rara noſtris eſſent, dummodo eſſent idonea.* Plutarchus in ejus vita ait, cum Græce apud Rhodum declamaret, eum Apollonii Molonis F. maximum in oratoria præceptorem Græcis eloquentiæ, & doctrinæ palmam præripuiſſe, dixiſſe. Quinctilianus ſtudiorum auſpicia a Græcis fieri voluit: ſed de iis loquebatur, qui Latinam linguam una cum lacte materno imbibebant. nos tum Græcam diſcere debemus, cum Latine analogiam per nos callere incipimus.

Semper] Non tantum adoleſcens.

Neque id in philoſophia ſolum, ſed etiam in dicendi exercitatione feci] Ambigua ſententia. quæri enim poteſt, utrum Latinam, an Græcam linguam, & in philoſophia, & in dicendi exercitatione a ſe cultam eſſe dicat. Si Græcam: adverſantur ea, quæ ſequuntur: in quibus apertiſſime filium ad Latinam amplectendam hortatur: ut cum ait: *Orationem autem Latinam profecto legendis noſtris efficies pleniorem.* Si Latinam: ordo non placet: dicendum enim potius videbatur: Neque id in dicendi exercitatione ſolum, ſed etiam in philoſophia feci: ut oſtenderet, non modo ſe feciſſe, quod ab iis fieri neceſſe eſt, qui ad eloquentiæ laudem ſpectant, ſed etiam, quod neceſſe minus erat. exerceri enim Romano ſermone in ea philoſophia, quæ tum Græcis litteris tota continebatur, quis neget, multo minus, quam in oratoriæ ſtudio facultatis, utile fuiſſe? Veritas igitur ſententiæ quærenda: quam quidem hanc eſſe non dubito. Ita cum Græcis Latina conjungere mihi ſemper curæ fuit, ut Latini ſermonis uſum, ne cum philoſophiæ quidem operam dabam: Græci, ne cum Latine quidem exercebar, unquam dimiſerim. Et, quia minus mirum videri potuiſſet, pluris a ſe factam eſſe patriam linguam, quam Græcam: ideoque & in philoſophia, & in dicendi exercitatione cultam eſſe: non, inquit, id modo feci, ut Latinam linguam in philoſophia exercerem, ſed illud etiam, ut in Latina

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

exercitatione Græcam non omitterem. Quinctilianus in Præfatione. oratorem, & philoſophum eundem eſſe tradit. Cicero in Oratore, non tantum ſe debere ſcholis rhetorum teſtatur, quantum Academiæ ſpatiis. Idem Quinct. lib. XII. cap. 2. oratorem philoſophia inſtructum eſſe vult: cum non intelligi poſſit eloquentia hominis optima neſcientis, ſicque Periclem Anaxagoræ, Demoſthenem Platoni operam dediſſe. In philoſopho quoque eloquentiam requiri, affirmat Cicero in Præfatione Tuſculanarum, cum ait: *Hanc perfectam philoſophiam ſemper judicavi, quæ de maximis quæſtionibus copioſe poſſet, ornateque dicere. in quam exercitationem ita nos ſtudioſe operam dedimus, ut jam etiam ſcholas Græcorum more habere auderemus.*

Dicendi exercitatione] Quales declamationes exſtant, de Latinis, Quinctiliani, Senecæ: de Græcis, Libanii, Ariſtidis: & aliorum.

Cenſeo] Paternam auctoritatem redolet hoc verbum. nam, Arbitror, aut ſimile quiddam, levius erat. Cenſeo, autem, qui dicit, non modo ſuadet, verum etiam pæne jubet. Fecit autem filius, quod pater juſſit. ad Tironem enim ſcribens, ſe apud Caſſium Græce, apud Brutum Latine declamitare.

Vtriuſque orationis] Græcæ, & Latinæ: philoſophicæ, & oratoriæ.

Quam quidem ad rem] Quam? nimirum eam, de qua proxime locutus eſt: pares ut eſſe poſſent Romani homines in utriuſque orationis facultate. quod aliqua dubitatione non caret. longe enim pauciora Græce, quam Latine, Cicero compoſuit: ut gloriari prorſus ei non liceat, æque ſe magnum in utraque lingua Romanis hominibus adjumentum attuliſſe. Quærenda igitur eſt, quæ cum Ciceronis mente conſentiat, interpretatio. Et fortaſſe dicit hoc de Libris, quos de arte oratoria & de rep. & poſtremo de philoſophia multos ediderat, ſic a ſe locupletatam eſſe Latinam linguam, ut, ex ea Romani homines Græcæ jam æquata, non minorem in poſterum ſperare gloriam poſſent, quaſi excellerent in Græca, tot ſæculorum ſpatiis, tot ſummorum oratorum laboribus abſoluta. pares igitur eſſe poterant in utriuſque orationis facultate, quod ad Latinam linguam attinebat: quæ ne Græcæ concederet, industria ſua præſtitiſſe ſibi Cicero videbatur. nam, ſi Latina fuiſſet inferior quis in utraque par eſſe poſſet, cur pares ipſæ non eſſent?

Vt videmur] Hoc poſuit ad vitan dam arrogantiæ ſuſpicionem: parum perque minuit, quod ait ſequentibu verbis, *magnum attulimus adjumentu hominibus noſtris.* nam, *ut videmur* arbitrantis eſt, non affirmantis.

Magnum adjumentum] In Præfa Tuſc. *Philoſophia latuit uſque in ha ætatem, nec ullum habuit lumen litter rum Latinarum: quæ illuſtranda & ex citanda nobis eſt, ut, ſi, occupati, pr fuimus aliquid civibus noſtris, proſim etiam, ſi poſſimus, otioſi.*

Hominibus noſtris] Romanis, & L tinis.

Vt non modo Græcarum litterarum r des] Proxima ſuperiora ad Latina tantum linguam pertinent: quæ ſ quuntur, etiam ad res ipſas: qu cum Græcis litteris traditæ eſſent, a tamen ita explicatas oſtendit Lati ſermone, non modo ut ii, qui Gr ce neſcirent, ſed etiam qui optin ſcirent, eaſque poſſent e Græcis lib cognoſcere, mallent ſua ſcripta le re, ex quibus aliquem ſe fructum pere arbitrarentur. nam, ſi & hæ & ſuperiora æque de Latina tantu lingua dicerentur: non conſentire ipſe Cicero videretur, qui, cum dix ſet, *magnum adjumentum*, ſubjun ret, *aliquantulum.*

Docti] Abſolute dictum: non, *d litterarum:* ut inepte quidam opina tur.

Aliquantulum] Non, ad dicendu quod pertinet ad Latinam linguam: qua ſe jam dixit non aliquantulu ſed multum Romanis hominibus p fuiſſe. Ad judicandum igitur: qu non ad Latinam linguam, ſed ad p loſophiæ præcepta, ab ipſo Latine t dita, pertinet. in quo ne Græcis p loſophis, qui ea multis libris egre perſecuti erant, detrahere velle vide-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

tur, *aliquantulum*, dixit: quo modeſtius dicere non potuit.

Et ad dicendum] Augetur enim Latina lingua, non modo cum oratoria præclare tractat, ſed etiam, cum ad explicanda philoſophiæ ſenſa transfertur: quod ante Ciceronem præſtiterat nemo: ut ipſe dixit loco ſupra recitato.

Et ad judicandum] Philoſophus enim de rebus judicat, in verbis non immoratur: judicat autem, quid agendum, vitandumve ſit: quæque obſcuriora ſunt, erroribuſque multis humanas mentes involvunt, judicii ſui præſtantia illuſtrat, ac patefacit. Poſſunt igitur, inquit, noſtrorum librorum lectione Romani homines non augeri ſolum Latina lingua, ſed judicandi quoque ſcientiam conſequi: &, quamvis Græcos de philoſophia libros legant, aliquem tamen ex induſtria quoque noſtra fructum capere.

Quamobrem diſces tu quidem] Concludit, quod ei propoſitum eſſe jam diximus, legenda filio ſua ſcripta, ſi non doctrinæ, quam ejus judicio permittit, orationis certe Latinæ gratia.

Hujus ætatis] *Hujus memoriæ*, ait lib. III. Ita autem dicit, ut aſſentationem cavere videatur.

Diſces, quam diu voles] Quod ſuæ poteſtatis eſt, filio largitur: ut ſtatuat ipſe Cratippi tempus audiendi. Sed, quod largitur, adſtringit paullum ſequentibus verbis. Sino tuam voluntatem, inquit, liberam eſſe, cum hoc tamen, ut eam doctrinæ regat, ac moderetur utilitas. quamdiu enim Cratippo magiſtro proficere te intelliges, tamdiu dandam ei operam eſſe, exiſtimare debebis. Et hic quædam latet admonitio. nam, quem proxime philoſophorum principem nominavit, poſſe, qui eum vel diutiſſime audiat, ſemper aliquid diſcere, omnino ſignificat.

Quam diu voles: tam diu autem velle debebis] Infra: *Quod vitium qui effugere volet (omnes autem velle debebunt)* &c. Eodem modo locutus Fam. lib. 2. ep. XI. *Quidquid erit, tibi erit.* Et ep. 18. e. l. *Sin quid offenderit, ſibi totum, nihil tibi offenderit.* Lib. III. ep. 2. *Quibuſcumque rebus potes, (potes autem plurimis.)* Lib. VI. ep. 5. *Quotieſcumque filium tuum video, (video autem fere quotidie.)* Et ep. 6. e. l. *Quidquid valebo vel auctoritate, vel gratia, valebo tibi.* Et lib. IX. ep. 14. *Neminem conveni, (convenio autem quotidie plurimos.)* Et ep. 17. e. l. *Fiet, quodcumque volent, qui valebunt: valebunt autem ſemper arma.* Et lib. X. ep. 6. *Quos adhuc gradus dignitatis conſecutus es, (es autem adeptus ampliſſimos.)* Et lib. XIII. ep. 41. *Quotieſcunque me videt, (videt autem ſæpiſſime.)* Et ep. 53. e. l. *Quo ad fides tua, dignitaſque patietur: patietur autem in omnibus.* In Piſonem: *Videre te volui, vidi.* Phil. I. *Huc ſi quid acceſſerit, non tam mihi, quam vobis, reique pub. acceſſerit.* Simile quid habent & illa. Lib. I. ep. I. *Regis cauſſa ſi qui ſunt, qui velint: qui pauci ſunt.* Lib. 2. ep. 18. *Quæ mihi veniebant in mentem, quæ ad te pertinere arbitrabar*, &c. Lib. IV. ep. 7. *Hoc idem omnes, qui te diligunt, ſentiunt: quorum eſt magna multitudo.*

Non pœnitebit] Non parum videbitur, Ter. Heaut. Quinctilianus: *Multi ad ſumma pervenirent, niſi, ſe jam eo perveniſſe, perſuaſum haberent.* Et Bion dixit, τὴν οἴησιν εἶπε τῆς προκοπῆς ἐγκοπήν. hoc eſt, Opinionem felicitatem præcidere. Proverbium eſt: *Senex ſemper aliquid addiſcet.* Solon, apud Platonem de rep. VII. & in dial. de Philoſophia, & in Lachete: Γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος, i. Diſcenti aſſidue multa, ſenecta venit. Et, apud Agellium: *Uſus me genuit, peperit mater memoria.* Seneca ad Lucilium: *Tam diu diſcendum eſt, quam diu neſcias: &, ſi proverbio credimus, quam diu vivas.* Demea Terentianus:

Numquam ita quiſquam bene ſubducta ratione ad vitam fuit,
Quin res, ætas, uſus ſemper aliquid apportet novi,
Aliquid moneat, ut illa, quæ te ſcire credas, neſcias,
Et, quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies.

Et Senecæ verſiculus ille: *Diſcipulus eſt prioris poſterior dies.* Imitandus ille, (Iuliano juriſconſulto auctore) qui, vel ſi alterum pedem in ſepulcro habe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

beret, tamen adhuc velle diſcere profitebatur. Plato quoque cuidam otioſo, & voluptatibus dedito, percontanti, Quoad puer eſſe vellet? quod cum diſcendo non minus, quam docendo, videret occupari: reſpondiſſe fertur: Quoad, quantum doctrina, & virtute augear, me non pœnitebit.

Non multum a Peripateticis diſſidentia] Oſtendendum eſt, in quo diſſideant, & quantum diſſideant a Peripatetica doctrina Officiorum libri. Peripatetici virtutem, & honeſtum ceteris rebus omnibus longe præferri debere judicabant, ſola tamen felicitatem poſſe conficere nequaquam arbitrabantur. quod ſi accederent opes, honores, valetudo, quæque alia ſunt ejuſmodi, ut iis deſtituta humana vita laboraret: tum vero felicitatem abſolvi, cum accidere nihil poſſet, quod moleſtiam animo, corpori afferret incommodum. Stoici, contra, felicitatem una virtute metiebantur: ſi quis honeſte, & cum virtute vitam duceret, nihil præterea deſiderare: ſapientem, id eſt virtute præditum, ſolum eſſe divitem, pulchrum, honoratum, omnibus denique rebus, quæ falſo vocabulo bona dicerentur, ſolum abundare. Hanc diſſenſionem paucis verbis attingit Cicero lib. III. ita ſcribens: *A te poſtulo, mi Cicero, ut mihi concedas, ſi potes, nihil, præter id, quod honeſtum ſit, eſſe propter ſe expetendum: ſin hoc non licet propter Cratippum: at illud certe dabis quod honeſtum ſit, id eſſe maxime propter ſe expetendum.* Hæc igitur inter eos diſſenſio fuit, magna prorſus, & quæ diverſiſſima vitæ genera induceret. aliud eſt enim, honeſto quidem plurimum tribuere, ceteris tamen rebus, quæ ad commoda corporis, atque ad animi delectationem pertinent, locum relinquere, iiſque, ſi abſint, comparandis operam dare: ſi adſint, frui quantum deceat: aliud, in uno honeſto omnia ponere: cetera, ſi cum eo jungantur, paupertatem, ignominiam, morbum, tormenta ipſa cara habere, & ſuavia eſſe dicere: ſi disjungantur ab eo, divitias, gloriam, bonam valetudinem, commoda denique omnia, non modo, quaſi ad felicitatem nihil afferant, contemnere, ſed etiam, quaſi felicitati repugnent, inter mala numerare. Hoc Stoici cum ſentirent, acerrimeque defenderent: quæri poteſt, cur Cicero, qui ſe in his libris potiſſimum ſequi Stoicos profitetur, ſua ſcripta dicat a Peripateticorum ſententia non admodum diſcrepare. Huic dubitationi occurritur hoc modo. Præcepta officiorum Cicero de Stoicorum fontibus hauriebat: ea dicit oriri ab honeſtate, honeſtatem ipſam ex quattuor virtutibus, prudentia, juſtitia, fortitudine, temperantia. in hoc nihil a Peripateticis Cicero diſſidebat. nulla enim fuit, ad hanc quidem partem quod attinet, inter Stoicos, & Peripateticos, controverſia. nam honeſtum utrique negabant eſſe, quod ab harum virtutum aliqua non oriretur. In quo igitur a Peripateticis Cicero diſſentit? In honeſto: quod e Stoicorum ſententia ſi ſolum propter ſe expetatur, valde probat. In quo ab iiſdem non multum diſſentit? In eodem. nam, etſi Stoicorum ſententiam probabat, Peripateticorum tamen haud improbabat omnino. itaque lib. III. cum honeſtum Peripateticorum a Stoicorum honeſto diſtinxiſſet, poſtulat a filio, quod ſupr jam oſtendi, ut id ſibi concedat, quod Stoici probant: ſi non poteſt, quo adverſetur Peripateticæ doctrinæ, cu tunc Cicero filius operam dabat: concedat ſaltem id, quod placet Peripateticis. Quo loco ſubjungit hæc: *Mih utrumvis ſatis eſt: & cum hoc, tum il lud probabilius videtur, nec prætere quidquam probabile.* Aperte demonſtrat, Peripateticorum honeſtum a ſ non improbari, Stoicorum auten probari vel maxime. Sed in his libr declinat interdum ad Peripateticoru ſententiam: neque contemnit opes honores, amicitias, reliqua adjumenta vitæ, quamquam ea non ſejung ab honeſto. itaque vere dixit, diſſid re ſe quidem a Peripateticis, non mu tum tamen: cum eorum honeſtu plane non improbaret, locum relinquens aliquem iis rebus, quas omn no Stoici, ut inanes, excludebant.

Vtrique Socratici, & Platonici eſſe v lumus] Videtur hoc dicere: Et Sto co

cos, & Peripateticos ſequi volumus: ut ab his non valde diſſideamus: cum tamen illos probemus maxime. Negari enim non poteſt, quin hoc ideo ſubjungat, ut rationem afferat, cur ſua non multum a Peripateticis diſſideant, ſed diſſideant tamen. Quod ſi ita eſt: quæri oportet, cur Socraticos pro Stoicis, Platonicos pro Peripateticis poſuerit: quandoquidem verbum, *utrique*, aperte eos, ut diverſa ſentientes, diſtinguit. Socrates idem fere ſenſiſſe, quod Stoici, & exemplo ſuæ vitæ Stoicam ſectam peperiſſe, videri poteſt: qui etiam perire maluerit, quam judicibus in bona cauſſa ſupplicare: cum eſſe malum probis, innocentibuſque viris mortem negaret: quæ Stoicorum poſtea ſententia fuit, nihil omnino malum, niſi quod turpe eſſet, judicantium: nihil bonum, niſi quod honeſtum. Libentius autem, Socraticos, quam Stoicos, dicit: ut videatur, licet Stoica præcepta valde probaret, Socraticam tamen philoſophiam ſequi velle, ſimilem quidem Stoicæ, & ideo diſſidentem a Peripatetica, mitiorem tamen aliquanto, & ideo non multum diſſidentem. Platonicos pro Peripateticis uſurpat: quia, quod ad mores attinet, de quibus agitur in his libris, nulla videtur inter eos controverſia fuiſſe. Quod ſi Peripateticos, dixiſſet: omnes Peripateticæ philoſophiæ partes comprehendiſſet. omnes autem ipſe non tractat: ſed, ut dixi, moralem tantum: & Platonis lectione magis quam Ariſtotelis, eum eſſe delectatum, Platonicumque ſe potius, quam Ariſtotelicum, profiteri ſolitum, ſatis conſtat.

De rebus ipſis utere tuo judicio: nihil enim impedio] Probes, nec ne, mea ſcripta, quod attinet ad præcepta, non laboro. avocare enim te ab ea doctrina, in qua Cratippo magiſtro tuum ſtudium locas, conſilii noſtri non eſt. Ad Atticum ſcribens, ſic ait: *Eſt magnum illud quidem, verumtamen multiplex pueri ingenium: quo ego regendo negotii habeo ſatis.*

Profecto] Quinctil. *Is*, ait, *ſe profeciſſe multum exiſtimet, cui Cicero valde placere cœperit.*

Legendis noſtris] Figura Latini ſermonis: pro, Dum noſtra leges. Sic locutus lib. III. de Rep. apud Nonium: *Noſter populus, ſociis defendendis, terrarum jam omnium potitus eſt.*

Pleniorem] In Oratore, nullum ait eſſe ullo in genere laudem oratoris, cujus in ſuis orationibus non ſit aliqua ſi non profectio, at conatus tamen, atque adumbratio.

Arroganter] Arrogantiam ait eſſe Ariſtoteles lib. II. Eth. ad Nicom. προσποίησιν ἐπὶ τὸ μεῖζον, i. plus ſibi tribuere, quam par ſit. De hoc autem Cicero reprehenditur: qui nimium ſe jactet, & de rebus quoque geſtis ſuis ea dicat, quæ aures offendant. defendit eum Quinctil. lib. XI.

Scientiam] Rei per cauſſas cognitionem. nam, ut ait Ariſt. οὐδὲν ἴσμεν ἄνευ τῆς αἰτίας. id eſt, Nihil ſcimus, ſi cauſſam ignoremus.

Concedens] Quaſi dicat, Non repugno, quo minus alii philoſophiæ cognitione mihi non modo conferantur, ſed etiam præferantur. Facilis autem eſt conceſſio, ſi tibi id ſerves, quod eſt, aut habetur præſtantius. Qualis eſt illa apud Virgil. Æn. VI.

Excudent alii ſpirantia mollibus æra:
(Credo equidem) vivos ducent de marmore vultus:
Orabunt cauſſas melius, cælique meatus
Deſcribent radio, & ſurgentia ſidera dicent.
Tu regere imperio populos, Romane, memento,
(Hæ tibi erunt artes) pacique imponere morem,
Parcere ſubjectis, & debellare ſuperbos.

Multis] Varroni, Catoni, aliis.

Oratoris proprium] Quinctil. lib. II. cap. 16. ait, hoc Ciceronem pluribus locis dixiſſe: Plutarchuſque dicit eum oratoris nomen magis, quam philoſophi, fuiſſe amplexum.

Apte, diſtincte, ornateque dicere] Apte, ad id, quod orator agendum ſuſcepit: ut ea dicantur, quæ ſubjecta materia poſtulat: Diſtincte, ne rerum ordo perturbetur: fruſtra enim apte dicit, qui ſuo quidque loco non dicit: Ornate, adhibitis Latinæ orationis lumi-

luminibus, & ornamentis. quorum primum inventio, alterum diſpoſitio, tertium præſtat elocutio. quas omnes partes cum alibi, tum in Oratore illo, numquam ſatis laudato copioſe in primis, & erudite Cicero perſequitur. Conferendus locus Iſocratis in oratione κατὰ σοφιστῶν. Τὸ τῶν καιρῶν μὴ διαμαρτεῖν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐνθυμήμασι πρεπόντως ὅλον τὸν λόγον καταποικίλαι, (hoc eſt, apte dicere) καὶ τάξαι κατὰ τρόπον. (hoc eſt, diſtincte dicere) καὶ τοῖς ὀνόμασιν εὐρύθμως, καὶ μουσικῶς εἰπεῖν, καὶ τῶν ἰδεῶν ἐφ' ἑκάστῳ τῶν πραγμάτων, ἃς δεῖ προδιελέσθαι, καὶ μίξασθαι πρὸς ἀλλήλας, μὴ διαμαρτεῖν. (hoc eſt, ornate dicere.) Quæ ſic Latine verti poſſunt: *Non aberrare, neque occaſionem negligere, aut excedere modum, ſed & argumentis totam orationem decenter variare*, (hoc eſt, apte dicere) *& ordine diſponere*, (hoc eſt, d. dicere) *& verba ita collocare, ut numeroſa ſint, & muſicum quendam concentum efficiant, & in ſingulis rebus, quæ prius diſcernendæ ſunt, & inter ſe miſcendæ, non errare.* (hoc eſt, o. d.) Quod autem Cicero hic ait, Oratoris officium eſſe, apte, diſtincte, ornate dicere: Craſſus de Oratore orationem vult eſſe, aptam, δεινότητα; Latinam, & planam, εὐκρίνειαν; ornatam, κάλλος, & καθαρότητα. Quinctilianus autem ait hæc contineri partibus movendi, docendi, delectandi. Ad movendum pertinent Affectus. ad docendum Expoſitio, & Argumentatio. ad delectandum utraque, ſed maxime Elocutio.

Ætatem conſumpſi] Senex enim erat.

Si id mihi aſſumo] Sapit emphaſin.

Meo jure quodam vindicare] Genus loquendi, ex Iuriſconſultorum fontibus derivatum. Qui primus e ſervorum numero libertatem eſt adeptus, ei nomen Vindici fuit. inde *Vindiciæ*, pro Libertas: *Vindico*, pro Libero. inde factum, ut, qui controverſam rem ex aliena poteſtate, quaſi omnino ſibi debitam, non expectato judicio, vel vi, vel alio quovis modo ad ſe transferret, is eam rem jure quodam ſuo vindicare ſibi diceretur: quod, in litibus uſurpari cœptum, ad omnes poſtea res conſuetudo deduxit. Exempla quædam Iuriſconſultorum, oratorumque ſubjungerem, niſi ſatis eſſent in promptu, ipſaque per ſe legentibus occurrerent.

Hos etiam de philoſophia libros] Vtrum hos de Officiis, an ſuos omnes de philoſophia libros dicit? non dubito quin omnes. non enim videtur id quod ſequitur, *qui jam ſe illis fere æquarunt*, ad hos de Officiis, qui non dum exierant, poſſe pertinere. Antiquus liber non habet, *hos*.

Qui jam ſe illis fere æquarunt] Nihi muto: cum & ita ſit in pleriſque anti quis libris. Vtor autem tredecim, ær meo mihi acquiſitis, & ex univerſ Italia in meam haud forſan contem nendam Bibliothecam accitis, in ho opere emendando: nullis neque labo ribus, neque ſumptibus parcens, u ſtudioſorum commodo conſulam Quorum novem faciunt cum vulgat lectione. Quattuor alii, & unus pra terea perantiquus Alberti Tettii, ve tere mihi amicitia conjunctiſſimi, & pro eximiis animi dotibus, nec me diocri, ſed præſtanti virtute cariſſimi habent: *qui jam illis fere æquarun* Genus autem hoc loquendi exempli quam plurimis confirmatur. In La lio: *Superiores ſe æquare cum inferiori bus debent.* In Verr. *Aliquid cum aliqu æquari, conferrique poſſe.* Non tame contemno alteram illam lectionem Nam & in Hirtio lib. IIX. ubi eſt i impreſſis, *collocatur in eo turris* XI *ta bulatorum, non equidem quæ mœnib æquaretur* in quibuſdam antiquis eſt *æquaret.* Et illud Pacuvii apud Age lium lib. XIV. cap. I. ejuſdem gener eſt:

Nam, ſi qui, quæ eventura ſunt, pr
videant,
Æquiparent Iovi.

Fere æquarunt] Laude: parem fe laudem conſecuti. Ea quæ ſuccedu loqui de oratione Latina, non de r bus, Ciceronem oſtendunt. Sunt a tem dicendi genera, ſummum, or tionum: medium, horum libroru de philoſophia: infimum, epiſtol rum, aut dialogorum. quibus omn bus æque Cicero excelluit. *Fere*, c cit, quia dicendi vis in oratore dom

nati

natur. Alii, *fere æquarunt:* hoc eſt, orationum numerum, granditatem, & molem æquarunt. nam Cicero brevi tempore multos de philoſophia libros ſcripſit: quod cum ex aliis locis, tum ex initio Topicorum perſpicue apparet, & ex proœmio lib. III. horum librorum.

Vis enim dicendi major eſt in illis] Orationes enim, forenſes præcipue, πολὺ τὸ παθητικὸν (ait Dionyſius) ἔχειν δεῖ, id eſt, habere debent multos affectus.

Æquabile, & temperatum] Ex utroque miſtum, ſummo, & infimo.

Vt idem utroque in genere laboraret] Mira prudentia. nam, ſi dixiſſet, *excelleret*, potius, quam, *laboraret:* (quod falſo dictum videri poſſet: non enim nemini Græcorum contigerat, ut in utroque laboraret: ſed nemini, ut excelleret: nam laboraverat Phalereus, ſed non excelluerat) ſi dixiſſet, inquam, *excelleret*, adimere Græcis, & ad ſe transferre videretur laudem utriuſque generis: quod intelligi potius, quam exprimi a ſe, vult. ita & modeſtiæ ſervit in verbo *laboraret:* quod gloriantis non eſt: & quia dixerat, *nemini Græcorum*, quod verum non erat: correxit vitium, exceptione ſtatim illata unius Phalerei, qui diſputandi ſubtiliter laudem adeptus, quod eſt philoſophi, dicendi vi caruerat, quæ prima laus oratoris eſt.

Forenſe dicendi] Orationes in foro ad judices habebantur: & priſcis quidem temporibus, in puro comitio, quæ fori pars fuit: exornata autem operibus urbe, in baſilicis: exceptis, quæ in ſenatu, ut Catilinariæ.

Quietum] Caret enim actione forenſi, nec illam dicendi vim ad excitandos animos requirit.

Niſi forte] Non ſine contemptu aliquo dictum videri poteſt, hoc ſententiæ principio, *niſi forte*. quaſi dicat. Opponet aliquis Phalereum, qui laboraverit in utroque. Quid tum? philoſophum fuiſſe concedo, oratorem nego: itaque fruſtra laboravit.

Demetrius Phalereus] Quinctil. lib. x. Cic. in Bruto in medio dicendi genere eum præfert omnibus. Multa ejus ſcripta commemorat Laertius. Alio nomine dictus φάνος. Φαλήρεος vero, ἀπὸ τοῦ φαλήρου, Atticæ portu. Sudas. Poſt obitum Demoſthenis, cum Macedones Athenas ſubegiſſent, multum auctoritate apud cives ſuos valuit, apud Macedones etiam gratioſus. Tandem, per invidiam, & cum ignominia pulſus, Alexandriam ad Ptolemæum profectus, ampliſſimæ bibliothecæ præfuit: (quod & D. Hieronymus in Danielem memoriæ prodidit:) tandem a ſerpente occiſus. Laertius genus dicendi Demetrii philoſophicum ait eſſe, contentione, & vi oratoria temperatum, Victorinus Afer de Orthographia Grammaticos nominat, Demetrium Phalereum & Hermocratem. Nominatur & a Theophylacto in epiſt. 34. ad Romæum: in qua meminit libri περὶ ἑρμηνείας, qui nunc exſtat, his verbis: Εἰ δὲ τὰ τοῦ περιπάτου σπουδάζεις καὶ τὸ δαιμόνιον. Ἀριστοτέλη αὐχεῖς, τί τὴν γλῶτταν ἐπέχεις καὶ ἀποποιεῖ σου τὰ πάτρια, οὐ γὰρ ἐκείνου τοῦ κορυφαίου θιασῶται Θεόφραστος, καὶ Δημήτριος; ὧν ὁ μὲν ἀπὸ τοῦ θειότερον φράζειν ἔλαχεν, ὁ δὲ Φαληρεὺς τὸ περὶ ἑρμηνείας λόγου συνταγμάτιον σπουδαῖον ἐξήνεγκεν.

Orator parum vehemens] Defuerunt enim illi τὰ πάθη, & nervi oratorii.

Dulcis tamen] In lib. de claris orat. *Suavis, ſicuti fuit, videri maluit, quam gravis.* Et in Oratore: *Hic primus inflexit orationem, & eam teneram, mollemque reddidit.*

Theophraſti diſcipulum] Quid Theophraſto mitius? Cicero ſcriptum reliquit in Hortenſio. Laertius: Τοῦτον Τύρταμον λεγόμενον· Θεόφραστον διὰ τὸ τῆς φράσεως θεσπέσιον Ἀριστοτέλης μετωνόμασε. Quæ verba quaſi Cicero interpretans, Theophraſtus ait, dicendi divinitate nomen invenit. Vide Agell. lib. XIII. cap. 5. Quinctil. lib. x. In Theophraſto tam eſt eloquentiæ nitor ille divinus, ut ex eo nomen quoque traxiſſe dicatur.

Poſſis agnoſcere] Agnoſcuntur ſæpe in diſcipulis aut virtutes, aut vitia præceptorum, ut in Phalereo Theophraſti ſuavitas: in Demoſthene Iſæi vis. de quo Iuvenalis:

In-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Ingenium velox, præceps facundia, ſermo
Promptus, & Iſæo torrentior.

Nam in verbo, *torrentior*, vis oſtenditur: quæ patet etiam in ejus, quæ exſtant, orationibus.

Equidem & Platonem exiſtimo] Præclara correctio. nam, quia nemini Græcorum parem utriuſque generis laudem contigiſſe jam oſtenderat ſubjungit, aliis id non contigiſſe, quia, cum vellent, non potuerunt, ut Phalereo: aliis, quia, cum poſſent, noluerunt, ut Platoni, Ariſtoteli, Demoſtheni, Iſocrati. Quinct. lib. IX. de compoſ. Platonem, & Demoſthenem inter ſe diſſimiles fuiſſe teſtatur: Platonemque compoſitionis diligentiſſimum eodem capite fuiſſe affirmat. illius copiam, hujus vim Cicero effinxit, teſte eodem Quinct. lib. X. Aſianum lib. XII. vocat. Dum Plato in Gorgia oratoribus illudit, ſummum agit ipſe oratorem. Idem Quinct. Homericam facultatem ei tribuit. Et Panætius apud Cicer. Tuſc. I. vocat eum philoſophorum Homerum. Videndus & Laertius, qui ex Timone recitat, quod ad hanc rem facit. Infanti illi, in cunis dormienti, apes in labellis conſederunt: & reſponſum eſt, ſingulari illum ſuavitate orationis fore. Cic. I. de Div. Plin. lib. XI. cap. 18. Valer. lib. I. cap. de Prodigiis. Chryſoſtomus de ſacerdotio lib. IV. Iſocrati terſum tenorem tribuit, Demoſtheni amplam ſublimitatem, Thucydidi venerandam majeſtatem, Platoni excellentem dignitatem. Plato, Ariſtocles fuit dictus a parentibus: ſed διὰ τὴν πλατύτητα εἴτε τῶν ὤμων, εἴτε τῶν λόγων, i. ſive ob latos humeros, ſive ob orationis amplitudinem, & majeſtatem, Platonis nomen invenit. Iovem, ajunt Græci, ſi loqui more humano voluiſſet, non alio, quam Platonico genere orationis uſurum fuiſſe. Et Cic. in libris de Oratore, Platonem, in exagitandis oratoribus ſummum oratorem agere, teſtatur.

Quæ a Platone didicerat] Multos annos, Platone magiſtro, Demoſthenes operam philoſophiæ dedit: poſtea, cum audiſſet orantem Calliſtratum, ejus eloquentia delectatus, a philoſophiæ ſtudio ad oratoriam artem ſe tranſtulit. Plutarchus, Libanius, A. gellius lib. III. cap. 13. Ammianus Marcellinus lib. XXX. alii. Quanti Demoſthenes Platonem fecerit, vide ejus epiſtolam ad Heracleodorum.

Pronunciare] Proferre, diſputare, vel in ſcholis philoſophorum, vel in libris. Vti voluit oratorio verbo, cum de ſummo oratore loqueretur, quamquam diſputante potius ut philoſopho, quam agente ut oratore. nam, ſi recte animadvertimus, Platonem transfert a gymnaſio in forum, Demoſthenem a foro in gymnaſium: u
id, quod ei propoſitum eſt, probet
utrumque potuiſſe, ſi voluiſſet, in
utroque genere excellere.

Ornate, ſplendideque] Profecto ni
hil hoc oratore prudentius. philoſo
pho Platoni gravitatem, & copiam
oratori Demoſtheni ornatum, & ſplen
dorem, ſuum videlicet utrique, tri
buit: ut Plato philoſophiæ ſcientian
in agendis cauſſis cum eloquentia con
jungeret: Demoſthenes in tractand
philoſophia oratoriam facultatem ad
hiberet: eſſetque, ſi vellet, eorun
alter graviſſimus, & copioſiſſimus o
rator: alter ornatiſſimus, & ſplendi
diſſimus philoſophus.

De Ariſtotele, & Iſocrate] De a
mulatione Ariſtotelis, & Iſocratis
vide Quinct. lib. III. cap. I. Hinc d
verſæ ſectæ. De quibus quid ſenſer
Cicero, lege Plutarchum in ejus vit
Vide & Cic. III. de Oratore, & Tuſ
I. & Laertium.

Suo ſtudio] Ille, philoſophiæ; hi
artis oratoriæ. etſi Iſocrates ſuum ſtu
dium philoſophiam ſæpe dicat: & So
crates apud Platonem, natura philo
ſophiam quandam in animi Iſocrat
ineſſe ait.

CAPVT II.

Æ*Tati tuæ eſſet aptiſſimum*] D
cet enim erudiri adoleſcente
officii potiſſimum colendi notiti
& decet erudiri a patre. Æſchin
præclare dixit, adoleſcentes poet
rum ſententias ediſcere oportere,
iis, viri cum ſint, uti poſſint. Im
tatus eſt hoc loco Cicero Iſocr
te

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

em in oratione ad Demonicum, & Nicoclem.

Auctoritati meæ graviſſimum] In rgumento levi nequaquam verſari de- uit is, cui magnam auctoritatem ho- ores, magiſtratuſque pepererunt. eſt ıtem officio nihil gravius. Magnifi- : ait ſe explicare hanc materiam ad tt. lib. xv.

Gravia] Quæ auctoritatem ha- eant.

Vtilia] Ad tranquillitatem animo- ım.

Accurate] Methodice.

Copioſe] Oratione ornata, & quæ lendorem habeat.

Diſputata] Quæ, cauſſis utrimque latis, vera eſſe dignovimus.

Forenſibus] Forenſes Domeſticis op- ſuit: cum tamen omnes intellige- t, non quæ in foro tantum, ſed quæ ique prorſus extra domum gerun- r. Forenſe regnum, alicubi ſe ami- ſe, queritur.

Neque ſi tecum agas quid] Multa e- m ſæpe ſoli agimus: in quibus ipſis t officium colitur, honeſte: aut ne- gitur, turpiter. propterea ſubjun- :: *In eoque colendo ſita vita eſt hone- s omnis, & in negligendo turpitudo.* neca ait, hominem ſolitarium tum i peccatis interdicere, cum, digni- em ſui reputans, ſeipſum reveretur. ıc reſpicit, quod eſt apud Iſocratem Nicoclem, & in Paræneſi. Scipio ere ſolitus erat, ut hic ait lib. III. numquam minus eſſe otioſum, am cum otioſus: neque minus ſo- m, quam cum ſolus eſſet. Auſo- us: *Turpe quid acturus, te ſine teſte* e. Philolaus autem præcipue ait ho- ines ſe ipſos timere debere.

In eoque colendo] Sic Cic. Tuſc. II. *agri non omnes frugiferi ſunt, qui co- ntur: ſic animi non omnes culti fructum unt.* Tota autem hæc enumeratio rpulchra eſt, & quæ cum aliis ejuſ- m Ciceronis locis utiliter conferri ſſit. Fam. lib. v. ep. 8. *Quamobrem lim, ita & ipſe ad me ſcribas, de omni- s minimis, maximis, mediocribuſque bus, ut ad hominem amiciſſimum, & s præcipias, ut opera, conſilio, aucto- ate, gratia mea ſic utantur in omnibus blicis, privatis: forenſibus, domeſti- cis: tuis, amicorum: hoſpitum, clien- tum tuorum negotiis &c.*

Philoſophum ſe audeat dicere] Seneca ait Philoſophiam eſſe vitæ legem.

Nonnullæ diſciplinæ] Vt Epicurea: cui finis malorum eſt dolor, bonorum voluptas.

Officium omne pervertunt] Officium, in quo bonum omne ſitum eſt, prorſus e vita tollunt.

Qui ſummum bonum ſic inſtituit] Vt Epicurus.

Si ſibi ipſe conſentiat, & non interdum naturæ bonitate vincatur] Si ſemper idem ſentiat, nec ſe doceri, & corrigi ab ipſa, rerum omnium optima natura patiatur. Natura nihil ſuadet, niſi bonum: turpe nihil patitur: conſuetudine vincitur interdum: ſed ipſa nunquam peccat: ideo laudamus eos, qui natura duce vivunt, naturamque ducem in omni re ſequuntur.

Neque amicitiam colere poſſit] De Fin. I. *Neque vero hac oratione ſolum, ſed multo magis vita, & moribus comprobavit, amicitiam poſſe coli in hoc dogmate.*

Nec juſtitiam, nec liberalitatem] Tres attingit morales virtutes, Iuſtitiam, Fortitudinem, Temperantiam, quas & Ariſtoteles agnoſcit, omiſſa quarta, quam infra nominat, Prudentia. nam Liberalitas juſtitiæ pars eſt. infra.

Alio loco] In libris de finibus bonorum, & malorum.

Firma, ſtabilia] Cum vero enim, ut ait Ariſtoteles, omnia conſentiunt: a falſis autem ſtatim diſcrepat.

Aut ab iis, qui ſolam] Stoicos primum, deinde Peripateticos indicari, obſcurum non eſt. Solam enim honeſtatem Stoici: maxime autem, ſed non ſolam, Peripatetici ſequebantur.

Ea præceptio] De officio, qua carent ille diſciplinæ.

Academicorum] Qui de honeſtate ſentiebant idem, quod Peripatetici. propterea ſupra, Platonicos pro Peripateticis accipi, diximus. fuerat autem veteris Academiæ princeps, & auctor Plato.

Ariſtonis, Pyrrhonis, & Herilli jampridem exploſa ſententia eſt] Hi cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Zenonem Citiæum, Stoicæ ſectæ conditorem, audiſſent, ab eo tamen, & ipſi etiam inter ſe diſſenſerunt. quarum opinionum varietatem collectis e Cicerone teſtimoniis, quam clariſſime fieri poterit oſtendemus. Zeno, Polemonis Academici auditor, cum Academicorum dogma ſequi videretur, ac plane in aliqua parte ſequeretur, ab iis tamen deflexit, Stoicamque diſciplinam inſtituit. nam cum Academia, id eſt cum Platone, ipſius Academiæ auctore graviſſimo, ac principe, de ſummo bono idem ſenſit: cum nihil diceret eſſe bonum, præter virtutem: bonum ſolum, quod honeſtum: malum, quod turpe: beatam vitam in una virtute conſtitutam. in quibus autem ab Academia, id eſt a Platone, Platoniſque rationem, & auctoritatem ſequentibus Speuſippo, Xenocrate, & Xenocratis auditore Polemone, magiſtro ſuo, diſſenſit, hæc fere ſunt. Cum nihil aliud, præter honeſtum, numeraret in bonis, idque appellaret honeſtum, quod eſſet ſimplex quoddam, & ſolum, & unum bonum: cetera, etſi nec bona nec mala eſſent, tamen alia ſecundum naturam dicebat, alia naturæ eſſe contraria, his ipſis alia interjecta, & media numerabat: quæ autem ſecundum naturam eſſent, ea ſumenda, & quadam æſtimatione dignanda docebat: contraque contraria: neutra autem in mediis relinquebat: in quibus ponebat nihil omnino eſſe momenti: ſed, quæ eſſent ſumenda, ex iis alia pluris eſſe æſtimanda, alia minoris. Cumque ſuperiores illi non omnes virtutes in ratione eſſe dicerent, ſed quaſdam virtutes natura, aut more perfectas: hic omnes in ratione ponebat. Cumque illi ea genera virtutum, quæ ſupra dixi, ſejungi poſſe arbitrarentur: hic nec id ullo modo fieri poſſe diſſerebat, nec virtutis uſum modo, ut ſuperiores, ſed ipſum habitum per ſe eſſe præclarum, nec tamen virtutem cuiquam adeſſe, quin ea ſemper uteretur. Cumque perturbationem animi illi ex homine non tollerent: naturaque & condoleſcere, & concupiſcere, & extimeſcere, & efferri lætitia dicerent: ſed ea contraherent, in

anguſtumque deducerent: hic omni
bus his, quaſi morbis, voluit carer
ſapientem. Cumque eas perturbatio
nes antiqui naturales eſſe dicerent, &
rationis expertes: aliaque in parte ani
mi cupiditatem, alia rationem collo
carent: ne his quidem aſſentiebatur
nam & perturbationes voluntarias e
ſe putabat, opinioniſque judicio ſuſc
pi; & omnium perturbationum arb
trabatur eſſe matrem immoderata
quandam intemperantiam. Hæc fe
de moribus: nam, quod ad natur
attinet, ab iiſdem etiam diſcrepaba
Sed in moribus a Zenone auditor ej
Ariſto de fine bonorum non diſſenſ
cenſuit enim nihil eſſe bonum, n
virtutem: neque malum, niſi qu
virtuti eſſet contrarium: quæ vero
mediis momenta Zeno eſſe voluit,
ipſe nulla eſſe, iiſque neutram in pa
tem moveri, ſummum bonum dux
ſic enim Cicero ſcriptum reliquit
Lucullo. Idemque lib. IV. de Fin.
Ariſtonis, inquit, *eſſet exploſa ſent*
tia, dicentis, nihil differre aliud ab a
nec eſſe res ullas præter virtutem, &
tia, inter quas quidquam omnino inter
ſet: ſic errare Zenonem, qui nulla in
niſi in virtute, aut vitio, propenſion
ne minimi quidem momenti ad ſumm
bonum adipiſcendum eſſe diceret: &, c
ad beatam vitam nullum momentum
res haberet, ad appetitionem rerum
in his momenta diceret. Et lib. I. de L
Sive Ariſtonis difficilem, atque ardu
ſed jam tamen fractam, & convicti
ſectam ſecuti ſunt, ut, virtutibus ex
ptis, atque vitiis, cetera in ſumma
qualitate ponerent. Et infra: *Si,*
Ariſto Chius ſolum bonum eſſe dicer
quod honeſtum eſſet, malumque quod t
pe, ceteras res omnes plane pares, a
minimum quidem, utrum adeſſent,
abeſſent, intereſſe: valde ex Xenocr
& Ariſtotele, & ab illa Platonis fa
lia diſcreparet. Et lib. II. de Fin.
ſunt fines expertes honeſtatis, unus
ſtippi, vel Epicuri, alter Hierony
Carneadis tertius: tres, in quibus
neſtas cum aliqua acceſſione, Polemo
Calliphonis, Diodori: una ſimplex,
jus Zeno auctor, poſitus in decore to
id eſt in honeſtate. nam Pyrrho, Ari
Herillus jamdiu abjecti. Et infra:

n

um viliſſimas res ad virtutem addunt,
inde ſingulas potius, quam omnia, quæ
ima natura conciliaviſſet. quæ cum A-
ſtoni, & Pyrrhoni omnino viſa ſunt pro
hilo, ut inter optime valere, & gra-
ſſime ægrotare nihil prorſus dicerent in-
reſſe: recte jampridem contra eos deſi-
m eſt diſputari. dum enim in una vir-
te ſic omnia eſſe voluerunt, ut eam re-
m ſelectione exſpoliarent, nec ei quid-
am, aut unde oriretur, daret, aut
i niteretur, virtutem ipſam, quam
plexabantur, ſuſtulerunt. Herillus au-
m ad ſcientiam omnia revocans, unum
oddam bonum vidit, ſed nec optimum,
quo vita gubernari poſſit. itaque hic
e jampridem eſt rejectus, poſt Chryſip-
m enim non ſane eſt diſputatum. Et
. III. *Cum virtutis hoc primum ſit,*
um rerum, quæ ſecundum naturam
t, habere delectum: qui omnia ſic æ-
averunt, ut in utramque partem ita
ia redderent, uti nulla ſelectione ute-
tur, virtutem ipſam ſuſtulerunt. Hæc
Cato: qui paulo poſt negat a ſe,
icisque reliquis tolli rerum illud
crimen, quod Pyrrho, & Ariſto
rſus eſſe tollendum cenſebant. nam,
m Cicero ſubjunxiſſet: *Iſtud quidem*
ime dicis: ſed quæro, nonne tibi facien-
m idem ſit, nihil dicenti bonum. quod
i rectum, honeſtumque ſit, reliqua-
n rerum diſcrimen omne tollenti:
pondet Cato: *Siquidem tollerem:*
relinquo. Et lib. v. *Hoc unum Ariſto*
uit: præter vitia, atque virtutes, ne-
vit rem ullam eſſe aut fugiendam, aut
etendam. Et in Hortenſio: *Ariſto*
us, præfractus, ferreus, nihil bonum,
quod rectum, & honeſtum. Rurſus
Ariſtone Pyrrho diſſenſit in eo,
od illi ſummum bonum fuit, iis,
æ Zeno inter ea, quæ ſecundum
turam, contraque naturam eſſent,
edia numerabat, neutram in partem
overi. Pyrrho autem, ea ne ſentire
idem ſapientem. Qua tota de re ſic
. IV. de Fin. *Mihi videntur* (loqui-
ut Academicus) *omnes quidem illi*
aſſe, qui finem bonorum eſſe dixerunt,
neſte vivere, ſed alius alio magis,
rrho ſcilicet maxime, qui, virtute
ſtituta, nihil omnino, quod appeten-
m ſit, relinquat: deinde Ariſto, qui
il relinquere eſt auſus, introduxit au-
tem quibus commotus ſapiens appeteret aliquid, quod cuique in mentem incideret, & quodcunque tanquam occurreret is hoc melior, quam Pyrrho, quod vel aliquod genus appetendi dedit: deterior, quam ceteri, quod penitus a natura receſſit. Stoici autem; quod finem bonorum in una virtute ponunt, ſimiles ſunt illorum: quod autem principium officii quærunt, melius, quam Pyrrho: quod ea non occurrentia fingunt, vincunt Ariſtonem: quod autem ea, quæ ad naturam accommodata, & per ſe aſſumenda eſſe dicunt, non adjungunt ad finem bonorum, deſciſcunt a natura, & quodammodo ſunt non diſſimiles Ariſtonis. illa enim occurrentia neſcio quæ comminiſcebatur: hi autem ponunt illi quidem prima natura, ſed ea ſejungunt a finibus, & a ſumma bonorum. quæ cum proponunt, ut ſit aliqua rerum ſelectio, naturam videntur ſequi: cum autem negant, ea quidquam ad beatam vitam pertinere, rurſus naturam relinquunt. Herillus autem, cum Zenonem audiſſet, ab eo tamen, ceteriſque Stoicis, de fine bonorum in eo diſcrepabat, quod in cognitione, & ſcientia ſummum bonum poſuit. *Omitto illa,* inquit in Lucullo, *quæ relicta jam videntur, & Herillum, qui in cognitione, & ſcientia ſummum bonum ponit: qui cum Zenonis fuiſſet auditor, vides, quantum ab eo diſſenſerit.* Et lib. II. de Fin. *Herillus ad ſcientiam omnia revocans, unum quoddam bonum vidit, ſed nec optimum, nec quo vita gubernari poſſit. itaque hic ipſe jampridem eſt rejectus. poſt Chryſippum enim non ſane eſt diſputatum.* Et lib. IV. de Fin. *Vtrique idem faciunt, ut, ſi lævam partem negligerent, dexteram tuerentur: aut ipſius animi, ut fecit Herillus, cognitionem amplexarentur, actionem relinquerent.* Et lib. v. *Iunctæ, & duplices expoſitiones ſummi boni, tres omnino fuerunt. nam aut voluptas adjungi poteſt ad honeſtatem, ut Calliphoni, Clitomachoque placuit: aut doloris vacuitas, ut Diodoro: aut prima natura, ut antiquis, quos eoſdem Academicos, & Peripateticos nominamus. Reſtant Stoici: qui cum a Peripateticis, & Academicis omnia tranſtuliſſent, nominibus aliis eaſdem res ſecuti ſunt. Iam exploſæ, ejectæque ſententiæ Pyrrhonis,*

Ariſtonis, Herilli, quod in hunc orbem, quem circumſcripſimus, incidere non poſſunt, adhibendæ omnino non fuerunt. Nam, cum omnis hæc quæſtio de finibus, & quaſi de extremis bonorum, & malorum ab eo proficiſcatur, quod diximus naturæ eſſe aptum, atque accommodatum, quodque ipſum per ſe primum appetatur: hoc totum & ii tollunt, qui in rebus iis, in quibus nihil aut honeſtum, aut turpe ſit, negant eſſe ullam cauſſam, cur aliud alii anteponatur, nec inter eas res quidquam omnino putant intereſſe: & Herillus, ſi ita ſenſit, nihil eſſe bonum præter ſcientiam, omnem conſilii capiendi cauſſam, inventionemque officii ſuſtulit. Et infra: *Sæpe ab Ariſtotele, & Theophraſto mirabiliter eſt laudata per ſe ipſa rerum ſcientia: hoc uno captus Herillus, ſcientiam ſummum bonum eſſe defendit, nec rem ullam aliam per ſe expetendam.* Hæc ex Cicerone. Laertius autem Pyrrhonis, & Herilli vitam litteris mandavit, Ariſtonis omiſit: quædam tamen de eo ſparſim tradidit, ut hæc in Menedemi vita. Placet Cynicis, rationalem, naturalemque philoſophiam tolli, ab Ariſtone Chio non diſcedentibus, moralemque ſolam coli. Ibidem in extremo: Quæ inter virtutem, & vitia ſunt, indifferentia, ut Ariſto Chius, appellant. Et in Zenone Citiæo Ariſto Chius finem eſſe dixit ad aliquid, inter virtutes, ac vitia indifferenter vivere, varietatem vel modicam nullam relinquens, ſed æqualitatem ſervans omnibus in rebus: eſſe autem ſapientem præclaro ſimilem hiſtrioni, qui ſive Therſitis, ſive Agamemnonis perſonam ſumat, utrumque decentiſſimo geſtu imitatur. Naturalem, ac rationalem philoſophiam ſuſtulit, alteram dicens eſſe ſupra nos, alteram nihil ad nos, quæ vero mores corrigat, ſolam ad nos pertinere. Virtutes neque multas, ut Zeno, neque unam, ut Megarici, quæ multis appelletur nominibus, induxit. De Pyrrhone, & Herillo nihil addemus ex Laertio: cum utriuſque ab eo ſcripta vita exſtet. Legendum quoque Gellium lib. II. cap. 5. de Pyrrhonis opinione, & ea, quæ inter illum, & Academicos fuit, diſſenſione, lectorem admonemus.

Exploſa ſententia eſt] Audita diſplicere, geſtus quidem, & vox, ſed maxime plauſus indicat. nam in exploſa re videtur ineſſe turpitudo quædam. eſt autem plauſus multitudinis proprius, hiſtrioni malo plaudentis in theatro. Paradoxo III. *Hiſtrio ſi paulo ſe movit extra numerum, aut ſi verſus pronunciatus eſt ſyllaba una brevior, aut longior, exſibilatur, & exploditur.* Exploſa igitur eſt, ut abſurda, officioque, id eſt humanæ ſocietati, contraria, Ariſtonis, Pyrrhonis, & Herilli ſententia, ſic, ut indigna prorſus haberetur contra quam ulla philoſophorum ſecta diſputaret: neque poſ Chryſippum, qui ad refellendam Ariſtonis opinionem rationibus multi uſus, contra quiſquam diſputavit. un de illa lib. IV. de Fin. *Glorioſa oſtentatio in conſtituendo ſummo bono. cum e nim, quod honeſtum ſit, id ſolum bonur confirmatur: tollitur cura valetudinis diligentia rei familiaris, adminiſtrat reip. ordo gerendorum negotiorum, offici vitæ, ipſum denique illud honeſtum, quo uno vultis eſſe omnia, deſerendu eſt. quæ diligentiſſime contra Ariſtone dicuntur a Chryſippo.* Hæc ſunt, qu bus & Ariſtonis, & reliquorum off cia, diſcrimenque tollentium, exple ſa ſententia eſt. quod idem lib. II. Fin. *Pyrrho*, inquit, *Ariſto, Her lus, jamdiu abjecti.* Et paulo poſ *Quæ cum Ariſtoni, & Pyrrhoni viſa ſu pro nihilo, ut inter optime valere, graviſſime ægrotare nihil prorſus dicer intereſſe: recte jampridem contra eos a ſitum eſt diſputari.* Ibidem de Herill *Hic ipſe jampridem eſt rejectus.* Tuſc. V. *Ariſtonis, Pyrrhonis, Heril nonnullorumque aliorum ſententiæ e nuerunt.* Hos autem, (Ariſtonem ſ licet, Pyrrhonem, & Herillum) Cicero, nullum rerum delectum liquiſſe, id eſt, delectum reru omnium ſuſtuliſſe, negaſſe quidqua in vita deligi debere opinantes, & ſerentes, nullam eſſe rem, quæ p bari magis, quam alia, poſſet: p pterea non patuiſſe illis aditum ad ventionem officii. emergit enim o cium ex delectu, & ex eo, quod p bamus: qui vero nihil diligit, ni probat, officium invenire qui poter

I

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ıre igitur eorum exploſa ſententia eſt, tpote quæ a communi ſenſu nimium horreret, neque dogma ullum ha- eret : cum nulla præterea philoſopho- m ſecta ſuo dogmate careret. Laer- ıs de Ariſtone nihil, ut diximus. ımerat enim Ariſtones aliquot, opi- onibus eorum omiſſis : inter quos n fuiſſe videtur hic Ariſto, quem m Pyrrhone, & Herillo, quaſi u- m & idem omnes ſenſerint, Cice- conjungit. Vnum ait muſicum fuiſ- , alterum poetam, tertium artis o- oriæ ſcriptorem : e quibus certe hic n fuit. cum philoſophus haberi vel- : tres Peripateticos addit. & Peri- eticis aditus erat ad inventionem icii, Ariſtoni vero huic Pyrrhoni, Herillo non erat. Herillum autem Laertius nominet, non hunc eſſe nor. nam Carthaginienſis, quem minat, qui finem dicebat eſſe ſcien- n, & ad vivendum cum ſcientia cta referebat, hic certe non eſt. um igitur opinio, a Laertio præ- niſſa, ex Pyrrhonis opinione col- tur. is autem, ut in ejus vita teſtis Laertius, dogma nullum habuit, omnes pariter contempſit, nullam nfinita univerſitate probavit, nihil r eas affirmans intereſſe: non dif- e honeſtum a turpi, juſtum ab ſto, divitias a paupertate, volu- em a dolore : & opinionem vita probaſſe : nam, currente adver- eum curru, & cane, loco non ſſe, ſed a familiaribus cum ſe- ntibus retractum : eundem Ana- ho, magiſtro ſuo, in ſcrobem apſo, opem non tuliſſe. Recte ır Cicero dixit, nullum eos rerum ctum reliquiſſe.

ui tamen haberent jus ſuum diſpu- i de officio, ſi rerum aliquem dele- n reliquiſſent] Quo modo enim utare de officio poſſunt, qui ea int, unde oritur officium? tol- enim delectum, diſcrimenque m : cum paria omnia eſſe putent, m autem bonum eſſe, quod ho- um ſit. Illuſtrant hunc locum ver- la lib. IV. de Fin. *Cum, honeſtum ſit, id ſolum eſſe bonum confirma- tollitur cura valetudinis, diligentia amiliaris, adminiſtratio reip. ordo gerendorum negotiorum, officia vitæ: ipſum denique illud honeſtum, in quo uno vultis eſſe omnia, deſerendum eſt.* Et quæ proxime ſequuntur: *Officia tolluntur, delectu omni, & diſcrimine remoto : quæ enim eſſe poterant, rebus omnibus ſic æquatis, ut inter eas nihil intereſſet.*

Vt ad officii inventionem aditus eſſet] Delectu rerum pervenitur ad officium : delectu autem ſublato, quem tres illi tollebant, aditus ad officii inventionem præcluditur.

Hoc quidem tempore, & in hac quæſtione] Germanum Stoicum non fuiſſe, hæc verba declarant. eſt enim perſpicuum, hoc dici : ſe quidem hoc tempore, & in hac quæſtione addictum eſſe velle Stoicorum doctrinæ: alio tempore, & in hac quæſtione non item.

Potiſſimum Stoicos] Stoicos potius, quam alios, quod ea diſciplina honeſtatem, & officium in primis coleret, recte igitur, cum de moribus ageret, eos maxime, qui moribus excellerent, imitandos filio proponit : ut, ſi minus ad ſummum perveniat, laudem tamen, in medio conſiſtens, haud parvam aſſequatur. Hos Tuſc. I. amicos ſuos dicit.

Non ut interpretes] Interpretes nullam ejus libri, quem interpretantur, ſententiam prætermittunt. id enim eorum munus eſt. eam Cicero exiguam laudem putat : ideo ſubjungit : *Sed, ut ſolemus :* quia, cum veterum Græcorum ſcientiam Latine referret, de ſuo multa ſolitus eſſet addere: ne alienæ tantum ſervire videretur induſtriæ : nullius addictus jurare in verba magiſtri.

E fontibus eorum] Cicero Acad. I. *Meos*, inquit, *amicos, in quibus eſt ſtudium, in Græciam mitto :* id eſt, ad Græcos ire jubeo, ut ea e fontibus potius hauriant, quam rivulos conſectentur.

Quoque modo videbitur] Addendo, minuendo : quo ſint illa ipſa, quæ de Græco vertuntur, & utiliora Latinis hominibus, & jucundiora, quam ſi Græca legerentur. propterea dictum eſt in prima prooemii parte : *Vt non modo Græcarum litterarum rudes, ſed*

etiam docti, aliquid ſe arbitrentur adeptos & ad dicendum, & ad judicandum.

A. Panætio] Stoici, clari nominis philoſopho: quem in hac potiſſimum quæſtione ſequebatur. Rhodi natus eſt, ut & Poſidonius. docuit minorem Africanum.

Prætermiſſum] Miratur Cicero a Panætio officii definitionem prætermiſſam eſſe: atque ita eum ſimul reprehendit: in quam quidem reprehenſionem ipſummet Ciceronem, qui, quid ſit Officium, definire pollicitus eſt, docti viri incidiſſe ajunt. non enim ſubjicit, quid ſit Officium, ſed dividit. At dicendum, præclare feciſſe Ciceronem, qui, cum ſciret, non unam eſſe hominum actionem, ſed multiplicem: atque etiam varia officiorum genera: iccirco non potuit unam ac ſimplicem officii definitionem tradere. Hac igitur de cauſſa primum ab officii definitione exorſus eſt, deinde officium ipſum dividendo definiit.

Miror] Miti verbo utitur: de magiſtro loquens.

Omnis inſtitutio] Omnis diſputatio. nam diſputatio docet, atque inſtituit.

A ratione] Si modo rationem ſequi volumus in diſputando. quæ poteſt enim eſſe, ſine ratione, recta inſtitutio?

Debet a definitione proficiſci] Initium ſumere. hoc ſervatur ab Ariſtotele in omnibus fere libris. quod ſi omittatur, incerto quaſi gradu procedimus ad id, de quo futura diſputatio eſt. nam poſt definitionem conſiderantur partes, ex quibus conſtat: quibus cognitis, obſcuritatis in ſubjecta re nihil relinquetur.

CAPVT III.

OMnis de officio duplex eſt quæſtio] Velle ſe Officium definire, ut diximus, pollicitus eſt, & dividere potius videtur, quam definire. Sed in diviſione continetur ipſa definitio. nam, cum officium ita dividitur: Officiorum duo genera, unum, quod pertinet ad finem bonorum, alterum,

quod poſitum eſt in præceptis, quibu
in omnes partes uſus vitæ conforma
poſſit: quis non videt, duas oriri de
finitiones? unam prioris generis: O
ficium eſt illud, quod pertinet ad f
nem bonorum. alterum poſterioris
Officium eſt illud, quo vita comm
nis inſtituitur, & conformatur. Ha
igitur eſt prima diviſio, & prima d
finitio, ſimul junctæ. Altera diviſi
& altera definitio, ſeparatim tradit
ſequuntur infra, in iis verbis: *Atq
etiam alia diviſio eſt officii. nam & m
dium quoddam eſt officium, & perfectu
atque ea ſic definiunt, ut, rectum qu
ſit, id perfectum eſſe dicant: medi
autem officium id eſſe dicant, quod
factum ſit, ratio probabilis reddi poſſit.*

Quod pertinet ad finem bonorum] Q
ignorato, finem bonorum noſſe,
conſequi non licet. ad finem enim b
norum ducimur officiorum via.

Vſus vitæ conformari poſſit] Mir
eſt, quam multis in locis, pro, *c
formare*, ſcripſerant imperiti libra
confirmare, ignoratione pulcherri
verbi, quod etiam hic repoſuim
nec veremur, quin periti Latini
monis noſtram conjecturam probe
ac ſequantur. Loquitur enim hic
cero de vita hominum, præcepti
mendanda, officiorumque obſe
tione ad virtutem dirigenda. qu
per ſe eſſet optima, quid præce
opus eſſet? aut cur hos libros de O
ciis Cicero conſcriberet? Ergo p
cepta tradenda fuerunt: ut uſus
ad honeſtam, laudabilemque form
redigeretur. In quo non quadra
aut certe multo minus convenit,
firmari. Mecum faciunt duo ex n
veteribus libris.

Perfecta] I. eo & judicio, &
luntate ſuſcepta, & ad exitum pe
cta, ut nulla ignorantiæ nubec
nulla pravæ cupiditatis labe adn
contaminentur, ut ad verum ſcop
citra ullas ambages, contendatur,
uſquam ab eo deerretur.

Numquid officium aliud alio majus]
Hæc quæſtio ex altera pendet. ſi
non omnia officia perfecta ſunt: a
officium alio eſſe majus aut mi
ſatis apparet. perfecta enim, &
gnitudine, & dignitate imperf

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

præſtant; minoraque ſunt τὰ καθήκοντα τ̃ κατορθωμάτων.

Atque etiam alia diviſio eſt officii] Altera officii diviſio: e qua item oritur altera definitio.

Perfectum officium] Quod in Tuſc. Cic. oſtendit, cum agit de contemnenda morte, de ferenda paupertate. itaque pertinet ad ſolum ſapientem. Lib. III. *Illud quidem honeſtum, quod pro-rie, vereque dicitur, id in ſapientibus ſt ſolis, neque a virtute divelli unquam oteſt: in iis autem, in quibus ſapientia erfecta non eſt, ipſum illud quidem per-ectum honeſtum nullo modo eſſe poteſt, militudines honeſti eſſe poſſunt.*

Κατόρθωμα] I. officium perfectum, uod vir ſapiens facit.

Καθῆκον] I. officium medium, uod facere poteſt ille, qui perfecte piens non eſt. nam Stoici eum ſa-ientem vocant, qui nunquam fuit, eque eſſe poterit, vel futurus non eſt. ui vero ſapiens non eſt, perfectum fficium facere non poteſt.

Hoc autem commune] De quo diximus his libris explicandum.

CAPVT IV.

TRiplex *igitur eſt, ut Panætio videtur conſilii capiendi deliberatio*] ide Ciceronem ad Att. lib. XVI. Sunt utem quæſtiones de Officiis quinque, Honeſtum, an turpe. II. Hone-um honeſto honeſtius. III. Vtile, n inutile. IV. Vtile utili utilius. V. de omparatione.

Tum autem inquirunt, aut conſultant] t quædam ingeniorum proclivitas l mutandum. qui morbus multas rrupit Latinæ linguæ partes. Æque atina verba ſunt, *inquiro*, & *anqui-*: æque igitur in libris retineantur, iſi ſi conſenſus omnium veterum li-orum adverſetur: cum præſertim, ro modo legatur, ſententia lucri nil faciat. alioqui luſus quidam vide-r, ſi, cum nihil accedit ad ſenten-am, verborum mutatione delecte-ur. In meis quatuordecim antiquis oris eſt, *inquirunt.* quo libentius, uod receptum jam eſt, tueor. unus ertii habet, *tum autem aut anquirunt. t conſultant.*

Vitæ commoditatem] Alia enim alii commoda ſunt, pro ingeniorum, corporum, fortunarum, ſtudiorum varietate.

Iucunditatem] Ariſtoteles, qui certa aliqua re delectantur, φιλοτοιοῦτος appellat.

Facultates rerum, atque copias] Non tantum, quantum opus eſt, ſed etiam ut ſuperſit.

Opes] I. amici, gratia, auctoritas. inde Adagium, Vbi amici, ibi opes. non enim pecuniam tantum ſignificat. unde, *opem ferre*, i. juvare.

Potentiam] I. defenſionem ſui, & ſuorum, offenſionemque adverſariorum: non modo ut tuti ab injuria, verum etiam inimicis formidabiles, amicis autem ſolatio, præſidioque ſimus.

In rationem utilitatis cadit] Obſervandum hoc loquendi genus, *ratio* cum genitivo.

Videtur] Hominibus leviter eruditis, populariterque & ſentientibus, & loquentibus. Stoici enim nihil putabant utile, quod honeſtum non eſſet. Inde Auſonius: *Numquam diſcrepat utile a decoro.* Lib. III. conjungit utilitatem, & honeſtatem.

Cum honeſto] Quod lucet ipſum per ſe.

Id, quod videtur eſſe utile] Quod falſa ſpecie utilitatis blanditur, naturamque boni fallaciter imitando adulterat.

Rapere] Vtilitatis majorem eſſe vim indicat.

Revocare] Ducere, allicere, perſuadere. Revocare, autem dicit, ut oſtendat hominem natura eſſe honeſtati conjunctum, a qua interdum abſtrahitur ſpecie utilitatis, & illecebris voluptatis.

Ancipitem curam] Ovidius.

——— ——— aliudque cupido,
Mens aliud ſuadet. Video meliora, proboque,
Deteriora ſequor.

Imitatus autem Ovidius Euripidem Medea, qui & in Hippolyto Coronato idem dixit. Demoſthenes quoque de ſuis Athenienſibus queritur, rei bene gerendæ pleraſque occaſiones eos amiſiſſe, non quod ignorarent, quid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

officii ſui eſſet, ſed quod id exſequi nollent. hæc autem ejus ſunt: Ὁρῶ γὰρ ὑμᾶς, ὦ Ἀθηναῖοι, τὰ πλείω τῶν πραγμάτων ἐκπεφευγυίαι, τῷ μὴ βούλεσθαι τὰ δέοντα ποιεῖν, οὐ τῷ μὴ συνιέναι.

Primum igitur eſt de honeſto, ſed dupliciter; tum pari ratione de utili; poſt de comparatione eorum diſſerendum] His verbis argumentum horum trium librorum perſequitur.

CAPVT V.

P*Rincipio generi animantium omni eſt a natura tributum*, &c.] Stoicos imitatur, qui initio diſputationis prima quæque a natura ducebant. quod Plutarchus de Chryſippo ſcriptum reliquit. Idemque tradit Cicero lib. v. de Finibus. *Principio*: Sic Livius: *Iam primum omnium ſatis conſtat.* Præclara autem eſt ſcribendi, atque etiam dicendi ratio, cum a genere ad partes, & a partibus ad unum illud, quod propoſitum nobis eſt, oratio deducitur.

Vt ſe, vitam, corpuſque tueatur] Taurus apud Agell. lib. II. cap. 5. *Natura*, inquit, *omnium rerum, quæ nos genuit, induit nobis, inolevitque in ipſis ſtatim principiis, quibus nati ſumus, amorem noſtri, & caritatem, ita prorſus, ut nihil quidquam eſſet carius, penſiuſque nobis, quam noſmetipſi. Se*, totum eſt. *Vitam*, id eſt animam, quæ eſt vitæ cauſſa. *Tueatur*: vim vi repellat. hinc bruta, dentibus, cornibus, unguibus, teſtis, cruſtis, ſquamis, ſpinis, & id genus aliis rebus armata, & munita ſunt, ut aut vim propulſare, aut quomodocumque ſe tueri queant, alia minus, alia magis. Vnde illud Phocylidis: Ὅπλον ἑκάστῳ νεῖμε θεός. Raro ejuſdem generis animantes mutuo ſe devorant, aut lædunt, niſi irritatæ. quod Plinius tradit lib. VII. & Iuvenalis Sat. XV. *Solus homo homini inimicus.*

Quæ nocitura videantur] Plin. lib. IIX. cap. 4. *Nimirum hæc eſt natura rerum, hæc potentia ejus, ſæviſſimas ferarum, maximaſque, quæ nunquam vidiſſent, quod debeant timere, ſtatim intelligere, cur ſit timendum.*

Omniaque quæ ſint ad vivendum neceſſaria] Plut. πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα, τὰ χερσαῖα, ἢ τὰ ἔνυδρα. & in Gryllo, ſive περὶ τοῦ τὰ ἄλογα λόγῳ χρῆσθαι.

Conjunctionis appetitus] Ariſtoteles: φυσικώτατόν ἐστι τὸ γεννᾶν ἑαυτῷ ὅμοιον: Procreare ſui ſimilem, eſt maxime ſecundum naturam. Plato in Convivio, partum, fetumque ex congreſſu viri, & mulieris provenientem, divinum opus appellat.

Et cura quædam eorum quæ procreata ſunt] Scilicet, nutriendi. Vide Phavorinum apud Agell. lib. XII. cap. I. Macrobium lib. v. cap. II. & Plut. in lib. de liberis educandis.

Sed inter hominem, & belluam hoc maxime intereſt, quod hæc tantum, quantum ſenſu movetur, ad id ſolum, quod adeſt, quodque præſens eſt, ſe accommodat] Videtur Ariſtotelem imitatus in eo loco Pol. I. καὶ ὁ κοινωνῶ λόγου τοσοῦτον, ὅσον αἰσθάνεσθαι. *Senſu movetur*: Proverbium: Ἐκ τοῦ εἰσορᾶν γίγνεται ἀνθρώποις τὸ ἐρᾶν: Amor ex adſpectu naſcitur mortalibus.

Homo autem, qui rationis eſt particeps, per quam conſequentia cernit, c cauſſas rerum videt, earumque progreſſu & quaſi anteceſſiones non ignorat, c ſimilitudines comparat, rebuſque præſen tibus adjungit, atque annectit futuras Hoc plane totum ſumpſit ex Polyb lib. VI. Τοῦ γὰρ γένους τῶν ἀνθρώπων inquit, ταύτῃ διαφέροντος τῶν ἄλλα ζώων, ᾗ μόνοις αὐτοῖς μέτεστι νοῦ, κ λογισμοῦ, φανερὸν ὡς οὐκ εἰκὸς παρα τρέχειν αὐτοὺς τὴν προειρημένην διαφ ρὰν, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων, ἀλλ' ἐπισημαίνεσθαι τὸ γινόμενον, κ δυσαρεστεῖσθαι τοῖς παροῦσι, προορ μένους τὸ μέλλον, καὶ συλλογιζομένου καὶ τὸ παραπλήσιον ἑκάστοις αὐτ συγκείσεσθαι. Quibus tamen in verb ſuſpicor eſſe mendum: nec Perotti interpres locum recte vertit: qui mi videtur ex Cicerone poſſe corrigi, a egregie ſaltem intelligi. Quintilian lib. II. cap. I. *Atque adeo natura eſt homini ratio, ut, ſicut aves ad vol tum, equi ad curſum, ad ſævitiam fe gignuntur: ita nobis propria eſt agita mentis, atque ſolertia, unde origo an mi cœleſtis creditur. hebetes vero, & i*

do

dociles non magis ſecundum naturam e-duntur, quam prodigioſa corpora, & monſtris inſignia. Vide Cic. 1. de Leg. Lactant. de opificio hominis, cap. 2. eundem Quint. lib. 11. cap. 17. Senecam lib. x. Epiſt. qui ait, Rationem hominis eſſe propriam, cætera illi cum animalibus communia eſſe. In quo forte Ariſtotelem ſequitur, 1. de hiſt. anim. Phocylides:

> Ὅπλον τοι λόγος ἀνδρὶ τομώτερός
> ἐστι σιδήρου.

Id eſt:

> *Ratio, & oratio ſunt arma hominis,*
> *acutiora ferro.*

Euripides:

> Βραχύ τοι σθένος ἀνέρος, ἀλλὰ ποικιλίαις πραπίδων
> Δαμᾷ φῦλα πόντου, χθονίων τ' ἐανὰ παιδεύματα.

Id eſt:

> *Exiguæ quidem ſunt hominis vires: ſed ingenii ſolertia*
> *Domat marinas belluas, & varios terreſtrium animalium fetus.*

Principia & cauſſas rerum videt] Gloſſema ſuſpicor fuiſſe, *principia*: nec eſt in antiquis libris, nec requiritur a ſententia: quodque valde me movit, librum habeo veterem, in quo ſcriptum eſt, ſupra verbum *cauſſas*, id eſt principia. Vt jam, niſi fallor, de loci ſinceritate dubitatio nulla relinquatur.

Earumque progreſſus, & quaſi anteceſſiones non ignorat] Earum rerum, non, earum cauſſarum, interpretor. homo enim rationis ope intelligit, quo modo res & progrediuntur, & quaſi antecedunt. Addidit autem Cicero, *quaſi*, quia proprie res non antecedunt, ſed videntur antecedere, cognitis earum cauſſis, ex quibus ipſæ res oriuntur, & in quibus ineſſe quodam modo videntur. *Progreſſus*, non, *prægreſſus*, & ſententia poſtulat, jam a nobis explicata, & eo libentius retineo, quia teſtimonio comprobatur meorum omnium veterum librorum.

Et ſimilitudines comparat] Ne deſciſcere videar ab antiquitate, quam ſequi me profiteor, addidi copulam: cum in veteribus cunctis exemplaribus vel ea ipſa ſit, vel, *ſed*: quod minime placet.

Rebuſque præſentibus adjungit, atque annectit futuras] Homerus de Calchante:

> Ὅς γ' ᾔδη τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα.

Ex quo Virgilius, de Proteo:

> ——— ——— ——— *norat,*
> *Quæ ſint, quæ fuerint, quæ poſt ventura trahantur.*

Vt hominum cœtus & celebrari inter ſe, & ſibi obœdire velit] Quis non intelligit, civitates deſcribi? cœtus enim multorum hominum, legibus utentium, Civitas eſt. Verbum, *Celebrari*, frequentiam congregatæ multitudinis oſtendit: *Obœdire*, leges: quæ niſi ſint, cœtus ille hominum nemini obœdiat; ſed ex libidine ſua, temere ferarum more vivat. *Celebrari* autem, pro Coire. ex quo, Celebris locus, & Deſertus, opponuntur.

Suppeditent] Sunt, qui legant, *ſuppetitent*: ut ſit frequentativum a *ſuppeto*.

Ceteriſque, quos caros habeat] In eam ſententiam Euripides in tragœdiæ, quæ Ἡρακλεῖδαι inſcribitur, exordio:

> Πάλαι ποτ' ἐστὶ τοῦτό μοι δεδογμένον,
> Ὡς ὁ δίκαιος τοῖς πέλας πέφυκ' ἀνήρ.
> Ὁ δ' εἰς τὸ κέρδος λῆμ' ἔχων ἀνειμένον,
> Πόλει τ' ἄχρηστος, καὶ συναλλάσσειν βαρὺς,
> Αὑτῷ δ' ἄριστος, &c.

Id eſt: Iam olim in ea ſententia fui, Virum bonum aliis eſſe natum. Cujus vero animus pecuniæ inhiat, is & Reip. eſt inutilis, & ad commercia difficilis, & ſibi ipſi vero optimus.

Exſuſcitat] A ſomno ignaviæ. Sic Virg. Geo. 1. de Iove:

> ——— *curis acuens mortalia corda*
> *Nec torpere gravi paſſus ſua regna veterno,*
> *Vt varias uſus meditando extunderet artes.*

Hominis eſt propria veri inquiſitio, atque inveſtigatio] Metaphora, a venatoribus, qui e veſtigiis luſtra ferarum indagant. unde illud apud Comicum: *Pedum viſa eſt via.* Natura enim habet quæ-

quædam ſenſibus obvia, e quibus concludit ratio, quæ ſenſus perſpicere nullo modo poteſt. Inde Ovidius e recto ſtatu corporis humani colligit homini res cæleſtes eſſe propoſitas, Metam. 1.

Pronaque cum ſpectent animalia cætera terram,
Os homini ſublime dedit, cælumque videre
Juſſit, & erectos ad ſidera tollere vultus.

Et Salluſtius in Catilinæ prooemio: *Omnes homines, qui ſeſe ſtudent præſtare ceteris animalibus, ſumma opera niti decet, ne vitam ſilentio tranſeant, veluti pecora, quæ Natura prona, atque ventri obedientia, finxit.* Cicero pro Milone ex humana mente ratiocinatur, Mundi univerſitatem divina quadam mente gubernari. ejus hæc ſunt: *Neque in his corporibus, atque in hac imbecillitate noſtra, ineſt quiddam, quod vigeat, & ſentiat: & non eſt in hoc tanto naturæ, & tam præclaro motu.* Cic. de Leg. l. 1. & de Nat. de l. 2. *Naturam*, inquit, *nos celſos, & rectos conſtituiſſe, ut deorum cognitionem, cælum intuentes, capere poſſemus.* Et Plato in Cratylo.

Id eſſe naturæ hominis aptiſſimum] Natura enim omnes homines ſcire deſiderant. Proverbium eſt, Veritatis ſimplex oratio. Mendacia, & ſimulationem Euripides inſectatur, Andromacha:

Ὦ πᾶσιν ἀνθρώποισιν ἔχθιστοι βροτῶν
Σπάρτης ἔνοικοι, δόλια βουλεύματα,
Ψευδῶν ἄνακτες, μυχανοῤῥάφοι κακῶν,
Ἑλικτὰ, κ' οὐδὲν ὑγιὲς, ἀλλὰ πάντα πέριξ
Φρονοῦντες. ἀδίκως εὐτυχεῖτ; ἂν ἑλλάδα.

Id eſt: *O Spartani, omnibus mortalibus inimiciſſimi, doloſi conſultores, mendaciorum reges, callidi malorum concinnatores, ſine ullo candore, perplexis, & intricatis animis: injuria felices eſtis in Græcia.*

Veri videndi cupiditati] *Videndi*, participium præſentis paſſivi eſt, Linacro.

Appetitio quadam principatus] Hinc Cæſar in parvulo opidulo primus, quam Romæ ſecundus, eſſe malebat. Hinc illud:

Πηλεὺς μὲν ᾧ παιδὶ γέρων ἐπέτελλ' ἀχιλῆι,
Αἰὲν ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων.

Id eſt:

Peleus grandævus nato mandabat Achilli,
Fortia facta gerens alios ſuperaret ut omnes.

Et apud Lucanum,

——— *Cæſar non ferre priorem,*
Pompejuſve parem voluit. ———

Vt nemini parere animus] Ariſtoteles IV. Politic. cap. 11.

Ex quo animi magnitudo exſiſtit, humanarumque rerum contemptio] Proxime dixit, *ut nemini parere animus bene informatus a natura velit, niſi præcipienti, aut docenti, aut utilitatis cauſſa juſte, & legitime imperanti.* Quæ verba ſatis oſtendunt, ſermonem de virtute ſubjungi. Eſt autem virtus, Animi magnitudo, humanarumque rerum contemptio. non, *humanarumque rerum contentio:* ut alii malunt. Ego, præter ſententiam, ſatis, ut arbitror, perſpicuam, veteres etiam libros, conſentientes in, *contemptio*, ſecutus ſum.

Eorum ipſorum, quæ adſpectu ſentiuntur] Cum oculorum ſenſu bruta quoque utantur, ordinem tamen in ſenſilibus non agnoſcunt. Guſtum, Tactumque Ariſtoteles ἀκολάστους, hoc eſt intemperantes, dixit: Gellius, belluinos, quod ex ipſis immodica voluptas capiatur. Reliquos, Viſum, Auditum, & Olfactum homini ſoli tribuunt.

Ab oculis ad animum] Inde Plato ἄνθρωπον non tam παρὰ τὸ ἄνω τρέπειν τὸ ὦπα, hoc eſt, a vultu ſurſum converſo, quam παρὰ τὸ ἀναθρεῖν ἃ ὄπωπεν, a rebus, quas viderit, conſiderandis dictum putat. Menander:

Ὡς χαρίεν ἔστ' ἄνθρωπος ἂν ἄνθρωπος ᾖ.

Quam ſuavis res eſt homo, ſi ſit homo.

Indecore] Contra modeſtiam, ſive temperantiam.

Effeminateve] Molliter: mulierum more: contra viri decorum. nam Mu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ſierem dictam, quaſi Mollem aerem, ab animi mollitie, Grammatici ajunt: Græci vero Virum, Ἄνερα, dicunt quaſi ἄνω ἄερα.

Libidinoſe] Excluſa ratione.

Nobilitatum] Hoc explanatur proxime ſequentibus verbis. *Nobilitatum:* multorum ſermonibus, & admiratione celebratum.

CAPVT VI.

Formam quidem ipſam] Homines ait habere ſemina quædam, & virtutis igniculos a natura datos, ex quibus conflatur honeſtum, quod eſt ſecundum naturam, & dividitur in quatuor partes, Prudentiam, Iuſtitiam, Fortitudinem, Temperantiam: quæ ſunt magnæ, & veræ virtutes, quod ex ratione oriantur: quia nihil in homine divinius. De his ergo diſputat, quos appellat fontes omnium officiorum. Sed prius de officiis, i. operationibus ſtudioſis, quæ ab ipſa Prudentia oriuntur; inde a Iuſtitia, & Fortitudine; poſtremo a Temperantia, ubi declarat, quid ſit illud decorum, quod ubique ſervandum eſt. demum, propoſitis duobus honeſtis, utrum ſit honeſtius.

Vt ait Plato] In Phædro.

Mirabiles amores excitaret ſapientiæ] Inde natum adagium: Ἐκ τοῦ ὁρᾷν γίγνεται τὸ ἐρᾷν. Quod Græcorum ſcriptis celebre eſt. *Sui*, pro *ſapientiæ*, reponendum quidam putarunt: ex Platone, cujus hæc ſunt: Ὄψις ἡμῖν ὀξυτάτη τῶν διὰ τοῦ σώματος ἔρχεται αἰσθήσεων, ᾗ φρόνησις οὐχ ὁρᾶται. δεινοὺς γὰρ ἂν παρεῖχεν ἔρωτας, εἴ τι τοιοῦτον ἑαυτῆς ἐναργὲς εἴδωλον παρείχετο εἰς ὄψιν ἰόν. Cicero etiam lib. II. de Fin. *Quam illa*, inquit, *ardentes amores excitaret ſui, ſi videretur.* Sed, ſi retineas, *ſapientiæ*, ita explana: *Sapientiæ:* fons enim, unde manat ſapientia, honeſtum eſt.

Colligata] Vnam enim virtutem qui poſſidet, reliquas item poſſidere dicitur. quod Ariſtotelici, teſte Laertio, negant.

Subjecta eſt veritas] Quæ animæ tantum oculis cernitur, ut ait Plato.

Reliquis autem tribus virtutibus] Ariſtoteles Prudentiam omittit. nec enim vere ſeparata quædam virtus eſt, ſed communicatur omnibus virtutibus.

Parandas, tuendaſque] non enim minor virtus eſt, quam quærere, parta tueri. Demoſthenes Olynth. I. Διόπερ πολλάκις χαλεπώτερον εἶναι δοκεῖ τὸ φυλάττειν τ' ἀγαθὰ, τοῦ κτήσασθαι. Salluſt. Cat. *Virtus, atque ſapientia, major in illis fuit, qui ex paucis opibus tantum imperium fecere, quam in nobis, qui ea, bene parta, vix retinemus.* Et, Iugurtha: *Majus dedecus eſt, parta amittere, quam omnino non paraviſſe.* Et, in concione Marii: *Nobilitatem certe perperiſſe, quam acceptam corrupiſſe, melius eſt.* Thucydides quoque lib. II. in concione Periclis 2. Αἴσχιον ἔχοντας ἀφαιρεθῆναι, ἢ κτωμένους ἀτυχῆσαι. Demoſthenes tamen Olynth. II. & ibi Vlpianus, falſum hoc ait eſſe: Πολὺ ῥᾷον ἔχοντας φυλάττειν, ἢ κτήσασθαι πάντα πέφυκε.

Quibus actio vitæ continetur] Recte Ariſtoteles: Ἀδύνατον ἢ μὴ ῥᾴδιον τὰ καλὰ πράττειν ἀχορήγητον ὄντα. Inde Orator: Δεῖν δὴ χρημάτων, καὶ ἄνευ τούτων οὐδὲν εἶναι γενέσθαι τῶν δεόντων: Opus eſt pecunia, & ſine ea nihil fieri poteſt ex iis, quæ ſunt neceſſaria. *Actio vitæ:* ὁ πρακτικὸς βίος. Et hæc eſt Prudentia.

Societas hominum] Iuſtitia.

Animi excellentia] Fortitudo.

Ordo autem] Temperantia.

CAPVT VII.

Naturam humanam] Quæ potiſſimum in excellentia mentis eſt poſita. Cic. de Fin. l. V. *Homo e corpore, animoque conſtat: cum primæ ſint animi partes: ſecundæ corporis.* Salluſt. Cat. *Noſtra omnis vis in animo, & corpore, ſita eſt, animi imperio, corporis ſervitio magis utimur.* II. de rep. ordin. *Corpus animo obædit.* Ideo Plato in Clitophonte vocat; Τὸ μὲν ἄρχον, τὸ δὲ ἀρχόμενον.

Trahimur, & ducimur ad cognitionis, & ſcientiæ cupiditatem] Sophocles, animam jam agens, amicis colloquentibus aures præbuit: ſemper aliquid addiſcendum ratus. *Trahimur:* quaſi vi,

vi, etiam inviti. *Ducimur:* natura enim nos cogit: cognitionis vero ſuavitas maxime delectat. Inde Minographus. *Ducunt volentem fata, nolentem trahunt.*

Et malum & turpe] Vt ad damnum accedat infamia.

In hoc genere & naturali, & honeſto] Duo, inquit Cicero, ſunt hominum genera utrumque reprehendendum: unum duabus cauſſis, alterum una tantum. nam, qui & in rebus obſcuris nec neceſſariis elaborant, & nimium elaborant, dupliciter peccant: qui vero optimo judicio ducti, res diligunt & honeſtas, & cognitione dignas, in quibus ſuum ſtudium ponant, in eo laudem quidem aſſequuntur: quod ſi earum rerum ſtudio ita teneantur, ut debitam patriæ opem, ubi tempus poſtulat, non præbeant, aut amicos deſerant, aut rem familiarem negligant, in hoc turpiter ſe gerunt. omnino enim in vita colendum eſt officium: officium autem deſerere ſcientiæ cauſſa, turpe eſt. Quare ita præclarum eſt, in veri inveſtigatione verſari, ut ne rerum actio penitus omittatur: ſi quidem tanti eſſe nihil debet, ut ab officio nos abducat. Non igitur ſtudium in hujuſmodi artibus, ſed nimium ſtudium vituperatur: obſcuris vero, nec neceſſariis in artibus omnino ſtudium omne reprehenditur.

Vnum, ne incognita pro cognitis habeamus] Quo vitio laborant adoleſcentes.

Et tempus] Minographus: *Ad pœnitendum properat, cito qui judicat.* Iſocrates: Βουλεύου μὲν βραδέως, ἐπιτέλει δὲ ταχέως τὰ δόξαντα. Vide, quæ collegimus ad locum Salluſtii, in Catilina, *prius, quam incipias, conſulto; &, ubi conſulueris, mature facto opus eſt.* Nazianzenus quoque: Σύμβουλος οὐδεὶς ἐστὶ βελτίων χρόνου: *Nullus melior conſiliarius tempore.*

Et diligentiam] Quod maxime efficitur per dialecticam, & rhetoricam. Dialectica namque oculos humanos, in barbarico cœno defoſſos, ſenſim attollit, atque abſtergit, ut in judicando acutius cernant. vide Plat. VII. de Rep.

Alterum eſt vitium] Sic Neoptolemus apud Ennium, deguſtandum ex philoſophia ait, non in eam ingurgitandum. quod ait Agell. l. V. c. 16. &c. ſuperiore, philoſophandum paucis, nam omnino haud placet. Vide apud eundem Agell. l. X. c. 22. quædam ex Gorgia Platonico.

In aſtrologia C. Sulpicium] Hic tribunus mil. conſ. Æmilio Paulo contra Macedones bellum gerente, ſua aſtrologia mirandum in modum profuit, quia prædixit Lunæ defectionem, qua Romani ſolebant perturbari: tum vero, ab eo moniti, nihil timuerunt; contra, Macedones ita ſunt conſternati metu, ut facile victi ſint. Livius lib. XLIV. Plut. in Paulo Æmilio. De eo meminit Cic. de Sen. Val. lib. XII. cap. II. Plin. lib. II. cap. 12. Quintil. lib. I. cap. 17.

In Geometria Sex. Pompejum] Patruum Cn. Pompeji Magni: juris civilis, geometricæ, ac Stoicarum rerum ſcientia præſtantem.

Cujus ſtudio a rebus gerendis abduci, contra officium eſt] Ita Archimedes, periclitante civitate, ſuis ipſe pulveribus intentus fuit.

Virtutis enim laus omnis in actione conſiſtit] Idem Cicero: *Fructus ingenii, & virtutis tum maxime percipitur, cum in proximum quemque confertur.* Quid, (ait Nazianzenus) *manibus alligatis linguam armare?* Vide Lactantium lib. III. cap. 16.

Ad ſtudia reditus] Seneca: *Tam diu diſcendum eſt, quam diu neſcias: & ſi proverbio credimus, quam diu vivas.* Idem paulo aſperius *mentiri dicit eos, qui turba negotiorum fieri dicunt, ut liberalia ſtudia non ſequantur. Simulant* (ait) *occupationes, & augent, & ipſi ſe occupant.*

Tum agitatio mentis poteſt nos in ſtudiis cogitationis continere] Invitus ab eruditis hominibus diſſentio. Idem tamen ſpecto, quid ſuſcepti muneris ratio poſtulet. poſtulat enim certe, ut majorem veritatis, publicique commodi, quam cujuſvis alius rei, rationem habeam. Hic omnes libri veteres, ne litteræ quidem unius varietate, habent, *cogitationis.* hæc eſt prima ratio, cur mihi, *cognitionis*, quod alii

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

alii pro Cogitationis reponunt, placere nullo modo poſſit. At interdum in veteribus libris mendum deprehenditur. Eſto: quid tum agimus? ſententiam perpendimus; & ex ea de mutatione, aut retinenda vetere lectione, conſilium capimus. Sententiam igitur videamus. Confert Cicero virtutis actionem cum cogitatione. Summa, inquit, laus eſt, Idque in primis hominem decet, in rebus gerendis verſari: cum præſertim ipſa virtutis actio perpetua non ſit, ſed ab ea liceat interdum ad ſtudia divertere, unde cognitio manat: aut agitatione, motuque quodam mentem, animumque exercere. Quemadmodum autem ſtudia cognitionem pariunt: ſic agitationis, motuſque mentis, & animi Cicero fructum oſtendit. is porro duplex eſt. aut enim agitatione illa mentis conſequimur, ut recta conſilia capiamus, quibus omnis vitæ ratio conformetur: aut, verum inveſtigantes, occultarum rerum ſcientiam adipiſcimur. Ergo prima eſt virtutis actio; ſequuntur ſtudia cognitionis; poſtrema eſt agitatio mentis, quæ non ad unam cognitionem refertur, ſed tum in conſiliis, ad bene, beateque vivendum pertinentibus, verſatur; tum etiam quærendo invenit ea, quæ ſcitu digna ſunt. itaque non omnino ſcientia, cognitioneque caret. Nec vero dubitari poteſt, quin his verbis, *omnis autem cogitatio, motuſque animi*; ipſa mentis agitatio ſignificetur: quæ ſi ad ſtudia tantum cognitionis attineret; non ſubjungeret Cicero duplicem cogitationis fructum, prudentiam, & cognitionem. Hæc eſt hujus loci vera, & germana ſententia, quam nemini antea diſplicuiſſe, ideo poſſum conjicere, quod nemo aut locum mutavit, aut aliter eſt interpretatus. Vnus diſſenſit, quod nollem. ejus enim ſtudiis, gloriæque vehementer faveo. Cic. Fam. lib. VI. ep. I. ad Torquatum: *Eſt tuum, ſic agitare animo, ut adhibeas in conſilium cogitationum tuarum* &c.

Sine opera noſtra] Quæ nos ab actione abducit. Operam autem intelligit, cum ſcribimus, diſputamus, audimus.

Conſiliis capiendis] Quod eſt præcipue mutatæ ætatis munus. vide Ariſt. in 2. Magn. moralium.

CAPVT VIII.

SOcietas hominum inter ipſos, & vitæ quaſi communitas continetur] Illuſtrant hunc locum, quæ ſunt de Fin. l. V. *In omni*, inquit, *honeſto nihil eſt tam illuſtre, nec quod latius pateat, quam conjunctio inter homines hominum, & quaſi quædam ſocietas, & communicatio utilitatum, & ipſa caritas generis humani: quæ nata a primo ſatu, quo a procreatoribus nati diliguntur, & tota domus conjugio, & ſtirpe conjungitur, ſerpit ſenſim foras cognationibus primum, tum affinitatibus, deinde amicitiis, poſt vicinitatibus, tum civibus, & iis, qui publice ſocii, atque amici ſunt, deinde totius complexu gentis humanæ. quæ animi affectio ſuum cuique tribuens, atque hanc, quam dico, ſocietatem conjunctionis humanæ munifice, & æque tuens, Iuſtitia dicitur. cui adjunctæ ſunt pietas, bonitas, liberalitas, benignitas, comitas, quæque ſunt generis ejuſdem. Atque hæc ita Iuſtitiæ propria ſunt, ut ſunt virtutum reliquarum communia. nam, cum ſic hominis natura generata ſit, ut habeat quiddam innatum quaſi civile, atque populare, quod Græci πολιτικὸν vocant: quidquid aget quæque virtus, id a communitate, & ea, quam expoſui, caritate, atque ſocietate humana non abhorrebit: viciſſimque juſtitia, ut ipſa ſe fundet uſu in ceteras virtutes, ſic illas expetet.*

Virtutis ſplendor] Ariſtot. V. Eth. ad Nicom. Ἡ δικαιοσύνη κρατίστη τῶν ἀρετῶν, οὔθ' ἕσπερος οὔθ' ἑῷος οὕτω θαυμαστός. Excelſiorem hanc vocant D. Ambr. Beneficentiam vero ſplendidiorem.

Beneficentia] *Beneficientia*, alii ſcribunt.

Quam eandem] Pronomen pro adverbio uſurpatum eſſe, notavit Valla, & Linacer, & alii.

Niſi laceſſitus injuria] Vim enim vi repellere licere, ait Modeſtinus lib. 3. ff. de Iuſtitia, & jure: inſidiari autem non licere. Videndus Agellius lib. VI. cap. 14. Furem nocturnum,

Spo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ſpoliatorem, & vim inferentem impune occidi poſſe, ſcripſit Plato.

Sunt autem privata nulla natura] Id eſt, primo ortu. nam natura in medium omnia protulit. vide paullo poſt.

Vt qui bello potiti ſunt] Bellum gerentes. Alii legunt: *Aut bello, ut qui victoria potiti ſunt.* fortaſſe non male.

Arpinas, Tuſculanus] Exemplo utitur familiari. nam Arpini Cicero natus: in Tuſculano vero villam habuit magnificam.

Deſcriptio] Id eſt, diſtributio. Legendum autem hoc loco, *diſcriptio.*

Ius humanæ ſocietatis] Ius humanum Livio dicitur.

Vt præclare ſcriptum eſt a Platone] In epiſtola ad Architam Tarentinum. ſunt autem hæc verba Platonis: Ἀλλὰ κἀκεῖνο δεῖ σε ἐνθυμεῖσθαι, ὅτι ἕκαστος ἡμῶν οὐχ αὑτῷ μόνον γέγονεν, ἀλλὰ τῆς γενέσεως ἡμῶν τὸ μέν τι ἡ πατρὶς μερίζεται. τὸ δέ τι οἱ γεννήσαντες, τὸ δ᾽ οἱ λοιποὶ φίλοι. De fin. I. idem ait. Inde Adagium, Homo homini deus. Seneca: Aliis vivere oportet, qui ſibi vivere velit. Tuſc. I. Quæ eſt, ait in hominum genere natura melior, quam eorum, qui ſe natos ad homines ſervandos arbitrantur.

Partem patriæ, partem parentes vindicant, partem amici] Hoc totum, ita ut a Platone ſcriptum eſt, reliqui. ipſe enim Cicero Platonem hoc in loco a ſe converti fatetur. At veteres libri duas voces inducunt, *partem parentes.* At ego hiſtoriam ipſam, & Platonis verba, ſequi malo, quam fluxam, incertamque librariorum fidem. cum præſertim facile potuerit error naſci ex voce *partem*, ter repetita. Quod ſæpe contingit in ſimilibus locis. Libro etiam de Fin. II. *Non ſibi*, inquit, *ſe ſoli natum meminerit, ſed patriæ, ſed ſuis.* Nec dubitandum, quin uno verbo *ſuis*, parentes primum, deinde amicos complexus ſit.

Atque, ut placet Stoicis] Particulam *ut* abundare, ut inferiorum verborum ordo conſiſtat, opinor. in eaque opinione confirmor, auctoritate duorum meorum veterum librorum. Chryſippum hujus ſententiæ auctorem facit Cic. de Fin. III. Vide & de nat. de. II.

Mutatione officiorum] Sic quatuordecim mei veteres libri, & unus Tertii. & recte. nam illud, Communes utilitates in medium afferre, nihil aliud ſignificat, quam ut officium pro officio reddatur: ego illud, quo tu indiges: tu, quo indigere me vides. ita fit permutatio quædam, humanæ vitæ neceſſaria, & ſecundum naturam, quam debemus ducem ſequi.

Tum artibus, tum opera] Plato, τὸ τὰ αὑτοῦ πράττειν.

Fundamentum autem juſtitiæ eſt Fides] Benevolentiæ fidem hominem homini manſuetum, & mitem reddere, ait Plutarchus.

Dictorum, conventorumque conſtantia] Agell. lib. XX. cap. I. *Hanc fidem majores noſtri, non modo in officiorum vicibus, ſed in negotiorum contractibus ſanxerunt, maximeque in pecuniæ mutuaticiæ uſu, atque commercio.*

Audeamus imitari Stoicos] Auguſtinus in Dialectic. ait, Ciceronem nimium Stoicos irridere, in vocum originibus inquirendis.

Credamuſque, quia fiat, quod dictum eſt, appellatam Fidem] Idem ait ad Tironem, lib. XVI. epiſt. 12. *Tu muſis noſtris para, ut operas reddas. noſtra ad diem dictam fient. docui enim te, Fides* ἔτυμον *quod haberet.* Et lib. IV. de rep. apud Nonium: *Fides nomen ipſum mihi videtur habere, cum fit, quod dicitur.*

Sed injuſtitiæ duo genera ſunt] Platonis eſt hæc diviſio, lib. v. de Leg.

Aut ira] Hinc Salluſtius in Cæſaris oratione, Odium, amicitiam, iram, atque miſericordiam a conſultoribus expellit.

Nec obſiſtit, ſi poteſt, injuriæ] Id etiam ait Vlpianus l. Cornelia de falſis.

Si parentes, aut amicos, aut patriam deſerat] Cæſ. VI. Bell. Gall. ait, *qui milites ſecuti non eſſent, eos in deſertorum, ac proditorum numero duci.* Plutarchus in Ageſilao ait iis matrimonii a Lacedæmoniis interdici, omniumque contumeliis exponi. Verbum *ſocios*, hic alii admiſcent: *Amicos* delentes. contra librorum veterum omnium fidem. Hoc autem dictum eſt e Stoicorum ſententia. qui ajebant omni

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

omnia peccata paria eſſe. Parad. III. & de Fin. lib. IV.

Atque illæ quidem injuriæ] Ariſtoteles lib. V. cap. 3. Pol. Διὰ δὲ φόβον ϛασιάζουσιν εἴτε ἠδικηκότες, δεδιότες μὴ δῶσι δίκην, καὶ οἱ μέλλοντες ἀδικεῖσθαι, βουλόμενοι φθάσαι πρὶν ἀδικηθῆναι.

Maximam autem partem ad injuriam faciendam aggrediuntur nonnulli, ut adipiſcantur ea, quæ concupierunt] *Maximam partem*, valet, Plerique homines. Ut apud Cæſarem, lib. IV. Bell. Gall. *Maximam partem lacte, & caſeo vivunt.* Contraria igitur videntur, *maximam partem*, &, *nonnulli.* non enim eadem in ſententia ſignificari poſſunt, & multi, & pauci. quare nulla dubitatio eſt, quin ſequi debeamus eos libros, a quibus abeſt, *nonnulli.* Græci, Ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖϛον, ὡς ἐπίπαν ἢ, ὡς τὰ πολλὰ δὲ.

Ut adipiſcantur ea, quæ concupierunt] Apud Livium Tullia maritum, Tarquinius, & uxorem & Servium ſocerum, regni cupiditate, necant.

In quo vitio latiſſime patet avaritia] Auri ſacra fames, ait Poeta.

Expetuntur autem divitiæ] Ariſt. lib. Pol. c. 6. Ὅσοι ἢ καὶ τοῦ εὖ ζῆν ἐπιβάλλονται, τὸ πρὸς τὰς ἀπολαύσεις τὰς σωματικὰς ζητοῦσι.

Spectat ad opes, & ad glorificandi facultatem] *Opes* dicuntur, non divitiæ, ſed honores, auctoritates, & poteſtates, quæ ex divitiis naſcuntur: quibus egenos adjuvamus. Divitiæ autem ad uſum humanum pertinent. Hanc differentiam ponit Cicero in ..elio, ubi ita eſt: *Divitiæ, ut utare: opes, ut colare.*

Qui ſuis fructibus exercitum alere non poſſet] Exercitus populi Romani, quattuor legiones erant, binæ ſingulis conſulibus attributæ: in ſingulis autem legionibus, extremis reip. temporibus, peditum ſex millia fuere: quod Plutarchus in vita Ciceronis, epiſtolæ ad Atticum, & alia præterea veterum teſtimonia declarant. nam Africani minoris ætate non amplius quattuor millibus ducentis peditibus legione fuiſſe, id eſt, velites mille ..centos, haſtatos totidem, principes totidem, triarios ſexcentos, Africani comes Polybius perſpicue docet. Quo igitur tempore in quattuor legionibus viginti quattuor millia peditum fuere, tunc menſtruum ſtipendium totius exercitus fuit, centum & octo ſcutatorum millia. ſingulis enim diebus denarium pro ſtipendio ſingulos pedites accepiſſe, auctor eſt Tacitus lib. I. & Plinius lib. XXXIII. cap. 3. Quod ſi addatur equitum ſtipendium, qui erant in ſingulis legionibus trecenti, haud paullo major ſumma fiet. Nec centurionum par ſtipendium cum privato pedite fuiſſe, verum aliquanto amplius, veriſimile eſt. Hæc ideo collegi, ut M. Craſſi pateat immenſa cupiditas opum, qui cum Romanorum ditiſſimus eſſet, ſibi tamen dives non eſſe videretur: quando ali ſuis fructibus non poſſe populi R. exercitum non intelligeret. quod ei Cicero in Paradoxis quoque objicit. *Multi*, inquit, *ex te audierunt, cum diceres, neminem eſſe divitem. niſi qui exercitum alere poſſet ſuis fructibus: quod populus R. tantis vectigalibus jampridem vix poteſt. ergo, hoc propoſito, numquam eris dives ante quam tibi ex tuis poſſeſſionibus tantum reficiatur, ut ex eo tueri* VI. *legiones, & magna equitum, ac peditum auxilia poſſis.* Quo loco, IV. legiones, qui erat integer exercitus populi Romani, non, VI. legendum omnino crediderim. Exercitum in Craſſi vita Plutarchus quoque nominat. Plinius lib. XXXIII. cap. 10. hoc dictum ad unam legionem reſtringit, utpote qui non eodem in Craſſum, quo Cicero, flagrabat odio. M. Craſſus, inquit, negabat locupletem eſſe, niſi qui reditu annuo legionem tueri poſſet in agris ſuis H-S vicies centena millia poſſedit.

Nulla ſancta ſocietas, nec fides regni eſt] Lucanus lib. I.

Nulla fides regni ſociis, omniſque poteſtas
Impatiens conſortis erit. ———

Cujus rei exempla ſunt, Romulus, & Remus: Romulus, & Tatius, Triumviri, M. Craſſus, C. Iulius Cæſar, & Cn. Pompejus, Lepidus, Antonius, Auguſtus. Idem Lucanus ſubdit hoc exemplum:

Fraterno primi maduerunt ſanguine
muri.

Decla-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Declaravit id modo tempeſtas C. Cæſaris] In quibuſdam antiquis libris, *temeritas* C. Cæſaris verum, *tempeſtas*, malim, quaſi turbo, & procella: quo reſpicit, apteque refertur verbum infra poſitum, *pervertit*. eſt enim nimis lene verbum, *temeritas*, in eum, qui omnia jura divina, & humana pervertit: cum ſit immanitas potius appellanda, quam temeritas: ut infra, in eundem Cæſarem: *Quo deteſtabilior eſt eorum immanitas, qui laceraverunt omni ſcelere patriam. C. Cæſaris:* qui, teſte Plutarcho, malebat in parvo opidulo primus eſſe, quam Romæ ſecundus. hinc illud Lucani lib. I.

Nec quemquam jam ferre poteſt, Cæſar ve priorem,
Pompejus ve parem.

Iura divina] Ærarium invadendo, ingentem auri vim e Capitolio furando, templa divum donis referta expilando.

Humana] Patriæ arma inferendo, libertatem reip. opprimendo, ſocietatem, & regna pretio vendendo, urbes ad deditionem paratas diripiendo.

Opinionis errore] Putavit enim ſe beatum fore oppreſſa rep. quod ſecus accidit.

In maximis animis, &c.] Plutarchus in Demetrio ex Platone, ὅτι ϗ κακίας μεγάλας ὥσπερ ἀρετὰς αἱ μεγάλαι φύσεις ἐκφέρουσι. Id eſt: *Vitia magna, ut & virtutes, ex magnis animis proficiſcuntur.*

Conſulto, & cogitato] Capto conſilio, & cura adhibita.

CAPVT IX.

INimicitias] Quas ſuſtinere, grave eſt, ſi inopem contra potentem defendas.

Laborem] Sine quo nil confici poteſt.

Sumptus] Qui admodum neceſſarii ſunt & in publica re, & in privata.

Videndum eſt] Modeſte diſſentit a Platone, Philoſophorum ſententiam in ſexto de rep. comprobante. vide Cic. lib. III. de Fin.

In philoſophos dictum] *In*, cum laude. Sic locutus in Bruto, III. de Divin. & I. de Legibus.

Diſcendi ſtudio impediti, quos tueri
debent, deſerunt] Beneficentia igitur
doctrinæ anteponenda. Hujuſmodi
philoſophos, qui in veri tantum in-
veſtigatione verſantur, reprehendit
Lactantius lib. I. cap. 16. Epictetus
apud Agellium lib. XVII. cap. 19. Ἄνδ[...]
τοῦ πράττειν, μέχρι τοῦ λέγειν. Epicte-
tus autem ipſe, teſte eodem Agellio
lib. XV. cap. II. urbe ejectus. Et Cice-
ro ad Varronem, Fam. lib. IX. *Quis*
inquit, *hoc non dederit nobis, ut, cum*
opera noſtra patria ſive non poſſit uti, ſi-
ve nolit, ad eam vitam revertamur, quam
multi docti homines fortaſſe non recte, ſed
tamen multi etiam reip. præferendam pu-
taverunt.

Studio rei familiaris tuendæ] Quod
laudabile eſſe, non dubium eſt. pat[...]
enim, procreandis, educandiſque li-
beris, reip. ſeminaria parat: ſeque, [...]
ſuos honeſta aliqua arte exercend[...]
alit.

Odio quodam hominum] Μισανθρω-
πία.

Ne facere cuiquam videantur injuriam
Cum tamen faciant: quia vitæ ſoci-
tatem deſerunt.

In alterum incurrunt] Quod ſtulto-
rum eſt proprium.

Niſi noſmetipſos valde amabimu[s]
Quæ φιλαυτία eſt. Inde Pindarus:

Τὸ οἰκεῖον πιέζει, ἀλλοτρίων δ[...]
μέλει.

Id eſt:

Propria premunt, aliena non moven[t]

Difficilis cura] Moleſta.

Terentianus ille Chremes] in com[œ-]
dia Heautontimorumeno. Scribit [...]
tem D. Auguſtinus, cum Romæ [...]
theatro hic verſus recitaretur, univ[er-]
ſum populum reclamaſſe.

Aliter de illis, ac de nobis, judicam[us]
minus illis conſulere ſtudemus, qu[am]
nobis.

Quod dubites] Huc pertinet prov[er-]
bium illud, apud Senecam: *Quod [du-]*
bites, ne feceris.

Æquitas lucet ipſa per ſe] Ariſtot[eles li-]
bro II. Rhet. hoc illuſtrat exem[plo]
Sapphus, & Alcæi.

CAPVT X.

NOn reddere depoſitum] Hoc [...]
quod de furioſo ſubjungitur, [...]
illi[...]

illud, infra poſitum, refero, *ſit ju-* *ſtum.* particulam enim, *non*, quæ eſt n pleriſque antiquis libris, (nam a luobus abeſt, tribus autem aliis eſt ddita) numquam ſuſtulerim. ea ve- o ſi retinetur, non poteſt hæc ſenten- iæ pars cum ſuperioribus conjungi. quidem, non reddere depoſitum, & romiſſum non facere, numeranda on videntur inter ea, quæ juſto digna unt homine. quare infra referantur: t dicatur, juſtum eſſe nonnumquam, epoſitum non reddere, nec promiſ- um facere. Illud autem, *etiam ne fu-* *oſo*, licet aperte corruptum, mutare amen non audeo: opem libri veteris ſpectabo: (nam omnes mei con- entiunt cum impreſſa lectione, uno ccepto, in quo pro *furioſo*, *furioſe* gitur) interea placet relinquere, in uo aliorum exerceantur ingenia. ſen- ntia quidem ſatis patet: ſed ipſa ver- a aut abundant, aut certe mendo non icant. non enim hærere cum eo de- ent, *promiſſum facere*, ſed cum eo, *n reddere depoſitum.* nam libro quo- ue III. loquitur Cicero, non de pro- iſſo furioſo non faciendo, ſed de epoſito furioſo non reddendo. cum im, exemplis aliquot adductis, ſa- s probaſſe, pacta, & promiſſa non e ſervanda, ſibi videretur: hæc ſub- nxit: *Ergo & promiſſa non facienda nnumquam, neque ſemper depoſita red- nda ſunt. ſi gladium quis apud te ſanæ entis depoſuerit, repetat inſaniens, red- re peccatum ſit, non reddere, offi- um.*

Ea migrare interdum, & non ſervare juſtum] *Migrare*, antique dixit, o, *mutare.* Sic & in decem meis ve- ribus libris, & in uno Tertii, & in s, quos primi olim impreſſores fi- eliter ex antiquis deſcriptos, nulla dhibita conjectura, ediderunt, legi imadverto. Hujus autem verbi vim imus olim Pater meus indicavit, in loco lib. III. de Fin. *Qui id con- rvaret, eum juſtum, qui migraret, in- ſtum fore.* Quod quia durius viſum i ſuſpicabatur, confirmavit duobus emplis: uno, lib. III. de Leg. *uod quis earum rerum migraſſit, noxiæ na par eſto.* Altero, lib. I. de Div. *e communia jura migrare videatur.* ſic enim legit ex antiquis libris, non, *com- muni jure.*

Ne cui noceatur] Noceretur enim furioſo, ſi ei redderetur gladius depo- ſitus.

Communi utilitati ſerviatur] Nam, ſi Phœbus Phaetonti promiſſum ne- gaſſet, non tantum factum fuiſſet or- bis incendium. vide Ovidium Me- tam. 2.

Vt in fabulis eſt] Cicero. de natura de. III. Vide Ovid. Metam. XV. Plu- tarchum, Hyginum capite 47. & 250. Virgil. lib. VII. & Pind. od. 3. Pyth. & Plutarchum in Theſeo. Plato lib. III. de Leg. Καὶ ὅταν γε ὁ πατὴρ ὢν γέρων, ἢ καὶ σφόδρα νεανίας, μηδὲν τῶν καλῶν καὶ τῶν δικαίων γιγνώσκων, εὔχη- ται μάλα προθύμως ἐνταθήμασιν ἀ- δελφοῖς ὢν τοῖς γιγνομένοις θησεῖ πρὸς τὸν δυστυχῶς τελευτήσαντα ἱππόλυτον.

Iratus] Quod ab ea Phædram con- jugem de interitu appellatam crederet, cum id a Phædra, quæ ſe ab Hippo- lyto rejectam iniquiſſime ferret, fi- ctum crimen eſſet.

Nec promiſſa igitur ſervanda ſunt ea, quæ ſint iis, quibus promiſeris inutilia] Duo mei veteres libri: *nec promiſſa igi- tur ſervanda ſunt iis, quibus promiſeris, inutilia ſi ſint.*

In rem præſentem] In judicium. Ver- ba Iuriſconſultorum.

Aut deceptus dolo] Decem mei ve- teres libri, & unus Tertii, *quæ dece- ptus dolo.* unus omittit *aut*, &, *quæ.* *Metu: Dolo:* De metu, Octavius: de dolo, Aquillius prætores leges primi tulerunt.

Calumnia quadam] Quæ fit vel falſa accuſatione, vel prava interpretatione ſcripti, aut legis.

Summum jus, ſumma injuria] Ex Terentii Heautontimorumeno: apud quem, Summum jus, ſumma mali- tia. apud Columellam de re ruſt. Sum- mum jus, ſumma crux. Iuriſconſulti appellant jus ſtrictum: Ariſtoteles, ἀκριβοδίκαιον, id eſt jus exactius, duriuſque.

Quo in genere & in rep. multa peccan- tur] Miror, hunc locum mendoſum a quibuſdam haberi. Mei omnes libri cum vulgatis conſentiunt: ſententia patet: &, quod aliis viſum eſt durius,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

unde orta eſt mutandi voluntas, id uſitatum eſſe, exemplis probemus. De nat. de. l. 1. *Empedocles multa peccans.* Pro Murena: *Non multa peccas.* Et paulo poſt: *Nihil peccare.* Tacitus quoque, *magna peccare*, dixit. Eſt enim, *multa*, pro, in multis rebus: ut, Non multa peccas: pro, non multis in rebus a te peccatur: Multa peccantur in repub. pro, Multis in rebus peccatur in rep. Sic enim converto: &, opinor, recte.

Noctu] Ephorus apud Strabonem Tracium commentum dicit adverſus Bœotos. vide Proverbium, Θρᾴκεια παρεύρεσις. Cleomenes Lacedæmonius, cum Argivis ſeptem dierum indutias pactus, tertia nocte fidem fefellit. Plut. in Apophthegm. Laconicis.

Q. Fabium Labeonem, ſeu quem alium] Simile quid narrat Valerius lib. VII. cap. 3. qui ait, eum, cum regem Antiochum ſuperaſſet, ex fœdere icto dimidiam partem navium accipere deberet, medias omnes ſecuiſſe, ut eum tota claſſe privaret.

Haud ſcio, an ſatis ſit] Id eſt, parum abeſt, quin exiſtimem ſatis eſſe.

CAPVT XI.

VT & ipſe ne quid tale poſthac] Ex meis antiquis libris, unus habet, *audeat*, unus, *committat*: unus, *faciat*, & in ſpatio, quod verſus dirimit, explanandi cauſſa, *committat*: quattuor, *faciat*: unus pro *poſthac*, habet, *poſcat*: verbum ſcilicet addere voluit, qui verbo ſententiam carere cognoverat: ſex, & unus Tertii, *poſthac*, nullo adhibito verbo. Quæ varietas aperte declarat, quodcumque verbum addatur, ſive, *faciat*: ſive, *audeat*: ſive, *committat*, ut erat in pervulgatis, gloſſemata eſſe omnia: cum per ſe, ſine verbo, ſententia conſiſtat.

Cum ſint duo genera decertandi, &c.] Iſocrates: Πολλῶν, ait, κακῶν τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων ὑπαρχόντων, αὐτοὶ πλείω τῶν ἀναγκαίων προσεξευρήκαμεν, πολέμους, καὶ στάσεις ἡμῖν αὐτοῖς ἐμποιήσαντες. Id eſt: *Ad multa mala, quibus natura hominum obnoxia eſt, nos plura quoque neceſſariis cogita vimus, addentes bella, ſeditioneſque.*

Hoc belluarum] Imitatus forſan e Heſiodum 1. de re ruſt. ibi.

Τὸν γὰρ ἀνθρώποισι, &c.

Parta victoria] Auguſt. lib. 1. d Civ. Dei, negat de Romanis ve dici,

Parcere ſubjectis, & debellare ſupe bos:

Vt majores noſtri] Amplificandæ m gis urbis gratia, ſi verum dicere vel mus, quam humanitate adducti.

Tuſculanos, Aequos, Volſcos, Sab nos, Hernicos] Tuſculani donati ci tate ſunt anno CCCLXXV. Lib. VI. Pl in Camillo, Valer. lib. VII. cap. Sabini, Romanis juncti, unam ci tatem ex duabus fecerunt, & om ſua Romam tranſtulerunt. Liv. l. Dionyſius lib. 2. Plutarch. in Rom lo, Florus lib. 1. cap. 1. Hernic Q. Marcio in deditionem accepti, a no CDXLIIX. Contra Aequos, V ſcoſque, ſæpe bellatum lego: nuſqua in civitatem receptos. Florus lib. pervicaciſſimos, & quotidianos hoſ appellat.

Carthaginem, & Numantiam] Vtra que Scipio Æmilianus evertit. O tione in Rullum. Pro Murena du terrores imperii Romani nominat. de & de Senectute. Carthaginem mulam Romani imperii dicit Liviu

Corinthum] Quam Mummius ev tit: de quo vide lib. 11. elogium. V lejus, Plin. lib. XXXIV. cap. 2. e Liv. lib. LII. Oroſ. lib. IV. cap. Eutropius lib. IV. cap. 3. Ea incen nomen æri Corinthio inditum. ratius Bimarem, id eſt, διθάλασ dicit, in Iſthmo ſitam: qui hinc nio mari alluitur, inde Aegæo.

Secutos] In evertenda Corintho.

Opportunitatem loci] Græciæ com des propter Iſthmum Philippus ju dixit, Plut. in Arato. Vel, q Iſthmii Neptuni veſtibulum, P Od. 13. Olymp. Vel, quia ſup lioſa, Straboni. Vel, quod offi omnium artificum, & commune ropæ, Aſiæque emporium, Strab Thucydidi, Oroſio. Vel, quod lus Græciæ, Ciceroni: Achaiæ put, Græciæ decus, inter duo ma

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

onium, & Aegaeum quaſi ſpectacula ppoſita, Floro. Vel, quod ἄφνειος, lomero, id eſt dives.

Sed credo illos ſecutos opportunitatem ci maxime] Mei omnes veteres libri ro, *illos*, habent, *aliquos*. in quo- ım uno tamen, in ſpatio, quod ver- ıs dirimit, legitur, *alias*, *Eos*. Vt dere liceat, unde varietas orta ſit. *Aliquos*, ſi placet, ſenſus erit: Ex iis, ui Corinthum evertendam cenſue- ınt, alios alia ſpectaſſe, aliquos au- m opportunitatem loci maxime. *A- quid ſecutos*, video nonnullis place- : quod mihi multo minus placet, ıam, *aliquos ſecutos*: nec tamen eo- m judicio meum antepono. cum iis cit Tertii liber.

Paci, quæ nihil habitura ſit inſidia- m] Nam Plato inane eſſe pacis no- en in terris dicit. Inde Iſocrates: ιῦ ȣ̓ διαλυόμεθα, ἀλλ᾽ ἀναβαλλό- θα τοὺς πολέμȣς, καιρὸν ἀναμένον- ς καθ᾽ ὃν ἀνήκεστόν τι διαθώμεθ᾽ ἀλ- λȣς. Id eſt, *Nunc bella non componi- us, ſed in id tempus differimus, dum os alii extremis cladibus afficiamus.*

Si mihi obtemperatum eſſet] A Pom- jo, & Cæſare: nam Cicero utri- ıe pacis auctor fuit, crebro ad Cæ- rem ſcribendo, Pompejum crebro gando, & utrumque mitigando, & ıcando. quod Plutarchus ſcriptum iquit. Id in multis quoque ejus e- tolis legimus.

Quæ nunc nulla eſt] Nam civilita- n animam eſſe civitatis, ſcripſit I- crates, ea ſi non eſt, civitas nulla .

Quamvis murum aries percuſſerit] ωεκδοχικῶς: ſpecies pro genere: id , quamvis quiddam interceſſerit ſtile. Arietem invenere prius Car- aginienſes, cum caſtellum apud Ga- s captum demoliri conati ſunt. ſi- um manibus ſuſtentantes, murum rberabant. Tertullianus de Toga, arthaginienſes ſui inventi admirato- s dicit, novum, & extraneum fuiſ- ratos, cum Romani adverſus ſe ute- ntur.

Earum patroni eſſent] Vt Siculorum arcelli, Allobrogum Fabii. id eſt, s & in ſenatu, & in judiciis defen- rent, eorumque curam haberent.

Fetiali jure] Fetiales, fœderum, pacis belli, indutiarum, oratorum judices ſunt. Cic. de Leg. lib. I. A Numa Pompilio inſtitutos, ſcribit Plut. in Numa. De iis, idem Plut. in Camillo, & Probl. LXII. Dionyſ. lib. 2. Agell. lib. XVI. cap. 4. Serv. in Aen. X. Varro Fetialem ait dici a Fide, & Faciendo. Dionyſius ait eos dici poſſe εἰρηνοδίκας.

Rebus repetitis] Plin. lib. XXII. cap. 2.

Denunciatum, & indictum] Nempe legatis violatis, quod nomen apud omnes nationes ſanctum, inviolatumque ſemper fuiſſe, ſcribit Cæſar de bello Gal. lib. III. Vnde Corinthiis bellum illatum, ob legationis jus violatum. oratio pro lege Manilia, Aſconius, Strabo lib. IIX. Tarentinis eadem cauſſa bellum illatum. Valerius Max. lib. II. cap. 2. & epit. Liv. lib. XII. ubi etiam agitur de legatis Romanorum, violatis a Gallis Senonibus. Vide & Plinium lib. XXXIV. cap. 6. de legatis Romanis interfectis. Vel aliqua alia juſta de cauſſa.

Catonis filius] Hunc militaſſe cum Paullo Æmilio, auctor eſt Plutarchus in Catone cenſorio: itaque recte legendum hic opinabatur Pater, non, *Pompilius*, ſed, *Paulus Æmilius*, qui Perſen, Macedoniæ regem, devicit: cum quo militaſſe Catonis filium, infra cognoſcitur, & ex Phil. VIII. in extremo.

Dimiſit] Miſſionum cauſſæ tres: Honeſta, tempore militiæ impleto, ut hic: Cauſſaria, aliquo vel animi, vel corporis vitio: Ignominioſa, propter delictum. Vide tit. de re militari, in Pandectis.

Militiæ ſacramento] Cujus formulam vide apud Agellium lib. XVI. cap. 4. & Liv. lib. II. *Victor . . . revertar ex acie: ſi fallat, Iovem patrem, Gradivumque Martem, alioſque juratus invocat deos.*

Adeo ſumma erat obſervatio in bello movendo] Mei omnes libri cum impreſſa lectione faciunt. Octavius tamen Pantagathus legendum putabat. *adeo ſancta erat obſervatio in bello.*

Marci quidem Catonis ſenis eſt epiſtola] Exſtat apud Agellium. Plut. in Catone.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Bello Perſico] Cum Perſe, Philippi filio, ultimo Macedonum rege, geſto, non cum Perſis. Itaque ſunt, qui legant, *bello Perſeo*. contra veteres tamen libri.

Quem nunc peregrinum dicimus] Hoſtis enim, id eſt peregrinus, antiquitus dicebatur, qui in urbe acceptus æqualis erat civibus. inde verbum *hoſtire*, pro æquare. & Hoſtimentum, apud Plautum Aſiniaria, pro compenſatione, & Hoſtorium, inſtrumentum, quo menſura, ne quid deſit, aut ſuperſit, æquatur. Inde Ennius Achille, apud Nonium: *Serva cives: defende hoſtes, cum potes defendere.*

CAPVT XII.

Status dies] Id eſt, conſtitutus. Sic & in legibus XII. Tabularum, apud Cic. de Legibus. Macr. lib. Sat. I. cap. 13. Agell. lib. XX. cap. I.

Adverſus hoſtem] Id eſt, ut ne peregrinus civis Romani bona quantumvis diuturno uſu acquirere, & uſucapere poſſit: ſed jus dominii integrum, & inviolatum perpetuo maneat.

Æterna auctoritas] Id eſt, vindicandi poteſtas.

Iuſtas cauſſas bellorum] Vnam, pro patria: alteram, propter fines propagandos. Eas enim recenſet Demoſthenes Olynth. Ἴσασι γὰρ ὅτι νῦν οὐχ ὑπὲρ δόξης, οὐδὲ μέρους χώρας πολεμοῦσιν, ἀλλ' ὑπὲρ ἀναστάσεως, καὶ ἀνδραποδισμοῦ τῆς πατρίδος.

Cum civiliter contendimus] Ita omnino legendum. itaque duodecim mei veteres libri, & unus Tertii. alius, Cive aliter. alius, Civibus. male. Mutationis originem videre licet in uno meo, in quo, ſupra Civiliter, adſcriptum eſt, id eſt, cum cive: ab eo, qui explanare voluit, Civiliter.

Aliter, aliter] In foro, ad judices, inimicum accuſamus: in campo Martio, populi comitiis, cum competitore.

Certamen honoris & dignitatis] Si citra injuriam fiat. quod ait Heſiodus in Ergis, ibi:

Οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος, &c.

Si eſt inimicus] Hinc Iſocrates: Ἔξεστι τοῖς ἐχθροῖς ἐπιθέσθαι τῶν ἀλλήλων ἁμαρτίαις.

Celtiberis] Quorum urbs prima Numantia. contra eos acerrima bella geſſerunt populi R. nomine Cato Cenſorius, Ti. Gracchus, C. Metellus Macedonicus, T. Didius, Fulvius Flaccus.

Cimbris] A C. Mario, V. conſule, devictis, anno DCLII. De quo elogium adſcribere placet, quod in antiquo lapide legitur:

C. Marius. Pr. TR. pl. Q. AVGVR TR. MIL. EXTRA Sortem. Bellum cum. IVGVRTHA. REGE. NV MID. Geſſit. Eum. cepit. et TRIVMPHANS. IN Iovis. Ac dem. Secundo. Conſulatu. ANTI

CVRRVM. SVVM

Duci. juſſit. Tertium. CONSVI APSENS. CREATVS eſt. Qua tum. Conſul. Teut( ) NORVM EXERCITVM Delevit. Quinctum conſul. CIMBROS. FVGAVI EX. IEIS. ET

Teutoneis. iterum. TriumpHAVI REMP. TVRBATAM Sedition bus. Tr. Pl. et. Prætor. vi. qui. a mati Capitolium. occupaveran Sextum. conſul. vindicavit po LXX. annum. patria. per. arma. vilia. pulſus. armis. reſtitutus. Co ſul. Septimum. factus. eſt. de. m nubieis. Cimbriceis. et. Teuto ceis. Aedem. Honori. et. Virtu fecit. veſte. triumphali. calceis. p niceis.

Vide Plut. in Mario, & Sertorio, Fl rum lib. III. cap. 3. epit. Liv. l LXVII. & LXIIX. Appianum in Ce co, Oroſ. lib. V. cap. 16. Eutropi lib. V. cap. I.

Pœni fœdifragi] Ter fidem fregen Pœni. Inde Val. Max. lib. VII. cap *Terrarum orbe infamis Punica callidi* Livius: *Fides Punica religione.* Et: *humana crudelitas, perfidia pluſquam* *nica, nihil veri, nihil ſancti, nullim* *metus, nullum jusjurandum, nulla* *ligio.* Iulius Capitolinus: *Fides P* *ca.* Auſonius: *pœnam fidem*, & *cam* nominat, ad Paullum. Salluſ quoque Iugurtha: *Punica fides.* Plau *Nemo me Pœnus Pœnior.* Et Pœnu *Pœnus plane eſt. quid verbis opus'ſt?*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Crudelis Hannibal] Ob conditiones aguntinis datas.

Dederitis] Tertia producta : quæ orripitur in præteritis. Virg. VI. Æn.

Egerimus, noſti, &c.

bi Servius: Egerimus: Metri cauſſa orripuit.

Cauponantes bellum] Æſchylus Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, unde Cicero ſumpſit: καπηλεύειν μάχην.

Vitam cernamus] Id eſt, de vita dicemus.

Vtrique] *Vterque*, eſt in uno meo tere libro, & in Servio, qui hunc nnii verſum recitat Æn. XII.

Vos ne velit, an me &] Sic Virgil. n. XI.

Vixet, cui vitam deus, aut ſua dextra dediſſet.

i Servius: Duplici ratione conſtat ctoria: aut virtute, aut voluntate rtunæ.

Hera] Id eſt, dea. Sic Catullus, de recynthia, & Atti:

Procul a mea tuus ſit furor omnis hera domo.

em, ad Manlium, LXIII.

Hoſtia cæleſtes pacificaſſet heros.

eſt, deos. Eos autem dicit Euripides οὐρανίους μάκαρας. Ex meis veteribus ris, quinque, pro *Hera*, habent, rtuna domina. in duobus, ſupra ra, adſcriptum eſt, id eſt, fortuna. uno, ſupra, *Hera*, adſcriptum, eſt, domina. Vt ex iis quoque inpretationem petere liceat.

Libertati parcere certum eſt] Id eſt, um libertati decrevi parcere.

Dono: ducite] Dono inquit, vobis tivos: ducite eos vobiſcum. Ita nc locum diſtinguendum eſſe, ſentia ipſa contendit.

Æacidarum genere] Quos Pindarus ebrat. Iſocrateſque ait neminem ſuperaſſe generis nobilitate: proatos nempe a Iove inter ſemideos. acum enim Iuppiter genuit, Æa- Peleum Achillis patrem, Achil- ex Deidamia Neoptolemum, Pyrrho quoque nomen fuit. aritas deinde, longo interval- (nam nomina periere) Alceten, Al- es Arymban, Arymbas Æaciden, acides Pyrrhum hunc, regem Epiroum. Veteres omnes libri, *Gente*.

CAPVT XIII.

Fides ſervanda*] Sic libri duo mei: unus, *obſervanda*: undecim, & unus Tertii, *conſervanda*.

Ad ſupplicium redire maluit] Quod graviſſimum tulit, inſomnia necatus. Silius lib. VI. epit. Liv. lib. XIIX. Florus lib. II. cap. 2. de vir. ill. cap. 40. Val. lib. I. cap. I. & lib. II. cap. 4. Agell. lib. VI. cap. 4. Eutrop. lib. II. cap. 3. Oroſ. lib. IIX. cap. 4. Vide & Lact. lib. V. cap. 13. Aug. de civ. D. lib. I. cap. 15. & 24. Cic. Parad. II. & in Piſonem Horat. Carm. lib. III. od. 5. Senecam de providentia, & epiſt. lib. XVI. ep. 99.

Fidem hoſti datam fallere] Lib. III. *Eſt etiam jus bellicum, fideſque jurisjurandi ſæpe cum hoſte ſervanda.* Philip. XIII. *Fallere*, & *deſerere fidem*, dixit. Poſt verbum, *fallere*, in quibuſdam libris leguntur ſequentia, quæ ſunt & in duobus meis veteribus: *Secundo autem Punico bello* uſque ad illa: *interitum cum ſcelere approbavit.* Hæc ſunt, ut dixi, in duobus libris meis, & in quibuſdam impreſſis. Sequitur, Ac de bell. &c.

Fortuna ſervorum] De ſervis vide, quæ ſcripta ſunt apud Ariſt. IIX. Polit. Macr. Sat. lib. I. cap. II. Senecam Epiſt. lib. VI. ep. 3. Cic. Parad. V. Vide & Adagia.

Mercenariis] Græci dicunt θῆτας.

Ad operam exigendam, & juſta præbenda] Id eſt, ut ab iis opera quidem exigatur, juſta tamen æque præbeantur, ut mercenariis.

Fraus quaſi vulpeculæ, vis leonis videtur] Huc ſpectat illud Lyſandri dictum: ὅποι ἂν ἡ λεοντῆ μὴ ἐξικνῆται, τὴν ἀλωπεκῆν χρὴ μεταλαμβάνειν. Id eſt: *Quo Leonina pellis penetrare nequit, vulpina aſſumenda.*

Capitalior] Vel, quod caput, & vitam petat: vel, pœna capitis magis digna.

Eorum, qui &c.] Peccant enim, & contra juſtitiam, & contra veritatem. Plato lib. II. de Rep. Ἐσχάτη γὰρ ἀδικία, δοκεῖν δίκαιον εἶναι, μὴ ὄντα. Contra autem dixit Salluſtius, Catilina: *Eſſe, quam videri, bonus*

 malo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

malebat, in quo imitatus erat Æſchylum Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις.

Οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει.

CAPVT XIV.

DE *Beneficentia, ac liberalitate*] Supra: Iuſtitia, &c. & huic conjuncta Beneficentia, quam eandem vel Benignitatem, vel Liberalitatem appellare licet.

Nihil eſt naturæ hominis accommodatius] Hoc enim eſt humanitatis proprium, quam hominis eſſe, vel nomen ipſum indicat. nempe φιλανθρωπία.

Habet multas cautiones] Cicero tres enumerat; quæ tamen ſi ſubdividantur, plures emergunt.

Ne obſit benignitas] Seneca de Beneficiis, lib. II. cap. 14.

Ne major benignitas ſit] Exhaurietur enim fons liberalitatis.

Id enim eſt juſtitiæ fundamentum] Supra dixit, *fidem eſſe fundamentum juſtitiæ*, hic, Liberalitatem. Vere. nam juſtitia non poteſt eſſe ſine fide, neque liberalitas ſine juſtitia.

Quod obſit illi] Hinc Inimicorum dona: ἄδωρα δῶρα.

Cui prodeſſe velle videantur] Vel ob auram popularem, vel quod majorem remunerationem ſpectent. Iſocrates: τεχνικῶν πωλοῦντες ἃ δωροῦνται, καὶ οὐ δόσιν, ἀλλ' ἐμπορίαν ποιούμενοι.

Pernicioſi aſſentatores] Ita ſex mei veteres libri, & unus Tertii. octo, *pernicioſi, & aſſentatores.*

Qui aliis nocent, ut in alios liberales ſint] Proverb. De alieno liberalis.

Vt ſi in ſuam rem aliena convertant] Cum enim dando egere cœperunt, alienis bonis manus afferre coguntur. lib. II.

Sunt autem multi] Qualis Catilina, ſui profuſus, alieni rapax.

Abeſt ab officio] Abeſt Ab, a ſeptem meis veteribus libris, & uno Tertii, & vetere impreſſo. In eorum uno, Ab officio: & ſupra eſt adſcriptum, & additum, Diſtat, deleturque alterum Ab. Ex quo fortaſſe mendi origo patet.

L. Sullæ] Sullæ proſcriptionem deſignat. Plutarch. in vita, App. lib. I. Bel. ci. epit. Liv. lib. IX. de vir. ill. cap. 75. Valer. lib. IX. de crudelitate, Oroſius lib. V. cap. 21. Eutrop. lib. V. De ea & Plin. lib. VII. cap. 43. Seneca lib. III. de ira, & decl. I. Lucanus lib. II. & D. Aug. de Civ. Dei, lib. III. cap. 28. Ipſe Cicero infra, lib. II.

C. Cæſaris] Curionem ære alieno le[vavit]. Suetonius de ejus rapacita[te] plura dicit. Vide & Catullum. Sene[ca] de Conſol. cap. 9. *C. Cæſar, quem mi[hi] videtur natura rerum ediſſe, ut oſten[deret], quid ſumma vitia in ſumma for[tuna] poſſent, centies ſeſtertium cenav[it] uno die: & in hoc omnium adjutus in[genio], vix tamen invenit, quomo[do] trium provinciarum tributum una ce[na] fieret.* Summa autem efficit (incred[i]bile dictu) trecenta ſcutatorum mi[l]lia.

Iuſtis dominis] Qui opes illas vel majoribus acceperunt, vel propria in[]duſtria ſibi peperere.

Benigniores, quam res patitur] M[o]nemur, de ſorte, & ſumma nihil d[e]cedere oportere: de reditibus, & pr[o]ventibus liberales eſſe nos poſſe.

In proximos] Parentes, liberos, ux[o]res.

Suppeditari] Minographus:

Avarus, niſi cum moritur, recte ni[hil] facit.

Relinqui] Hereditario jure.

Ineſt autem &c.] Hoc pro *dein[de]* ſubjunxit: quia dixerat, *primum in[] peccant.*

Quæ ab oſtentatione] Vt Appius Pu[l]cher, qui ſua ambitione Ciliciam e[x]hauſerat. Agellius, locum ex Læl[io] exponens: *Beneficium*, ait, *& libe[ra]lem Cicero appellat, ita ut philoſophi a[p]pellandum cenſent, non eum, qui be[ne]ficia feneratur, ſed qui benigne fac[it] nulla tacita ratione ad utilitates ſuas [re]dundante.* Ariſtoteles: Ὁ ἐλευθέρι[ος] δώσει τοῦ καλοῦ ἕνεκα, καὶ ὀρθῶς, οἷς δ[εῖ] καὶ ὅσα, καὶ ὅτε, καὶ ἡδέως; καὶ ἀλύπ[ως]. Id eſt: *Liberalis dabit honeſti cau[ſa] & recte, quibus, & quantum oport[et] idque faciet libenter, & abſque mo[le]ſtia.*

Simulatio] Proprio utitur vocabu[lo] quod odium in ſe contineat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Delectus dignitatis] Id eſt, ut dignior ndigniori anteponatur.

CAPUT XV.

[N *quo* &c.] Quattuor Cicero enumerat, Mores, Amicitiam, Conationem, & Gratitudinem.

Omnia] Quæ ſpectanda propoſuit in iberalitate.

Pleneque ſapientibus] Quaſi dicat: um iis agitur, in quibus ne ſimulara quidem ſunt virtutis, nedum ipſa irtus.

In quibus, præclare agitur, ſi ſint ſimulacra virtutis] Sic tres mei veteres bri, & unus Tertii undecim, *in quius præclare non agitur, ſed ſunt ſimula-a virtutis.* Vtro modo legas, ſenſus onſtat. *Simulacra virtutis:* εἴδωλα. deo, iis præditi ſunt, non virtuoſi, ed virtuoſorum εἴδωλα quædam ſunt.

Ferventior] Itaque tunc fortitudo on eſt virtus. accedit enim ad temeitatem. Sic Plancus ad Ciceronem, am. lib. x. ep. 23. *Ferventes latrones* ixit: id eſt, incitatos. Vbi tamen uidam libri veteres habent, *furentius.* Græci θερμοὺς dicunt.

Bonum vinum videntur potius attinere] Ad bonum vinum videntur potius pertinere. Sic locutus de Finibus: *um proceſſiſſet paululum, & quatenus uodque ſe attingat, perſpicere cupit.*

Adoleſcentulorum more] Quos Teentius ait impenſe cupere, conſulere arum, eſſeque levi ſententia. Ariſtoeles Rhet. II. Οἱ νέοι εὐμετάβολοι, αὶ ἁψίκοροι πρὸς τὰς ἐπιθυμίας, καὶ φόδρα μὲν ἐπιθυμοῦσι, ταχὺ δὲ παύονται· ὀξεῖαι γὰρ αἱ βουλήσεις, καὶ οὐ μεάλας, ὥσπερ αἱ τῶν καμνόντων δίψαι, αὶ πεῖναι. Vide & in Lælio.

Ardore quodam amoris] Nam huuſmodi ardore facile amor incendiur, & deflagrat: ut ignis e ſtipula. Atqui diligendi leviſſimæ cauſſæ ſunt doleſcentulis, compotatio, ludus, deambulatio. leviſſimæ item offenſaum, verbum paullo aſperius dictum.

Stabilitate, & conſtantia] Quæ non poteſt eſſe, niſi in recto judicio, & judicium maturiorem ætatem requiit.

Ineunda] Concilianda. Seneca autem referendæ, reddendæ gratiæ differentiam hanc ponit: ut referant, qui ultro, quod debent, afferunt: reddant, qui repoſcuntur, qui inviti, ubilibet, vel etiam per alium reddant.

Nullum enim officium referenda gratia magis neceſſarium eſt] Fatentur hoc omnes: pauci factis exprimunt. Iſocratis hæc ſunt: Οἶμαί σε οὐκ ἀγνοεῖν, ὃν τρόπον οἱ θεοὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων διοικοῦσιν. οὐ γὰρ αὐτόχειρες, οὔτε μὲν τῶν ἀγαθῶν, οὔτε τῶν κακῶν γίνονται τῶν συνόντων αὐτοῖς· ἀλλ' ἑκάστοις τοιαύτην ἔννοιαν ἐμποιοῦσιν, ὥστε δι' ἀλλήλων ἡμῖν ἑκάτερα παραγίνεσθαι τούτων. Id eſt: *Puto te non ignorare, quomodo dei humana adminiſtrent. non enim ipſi coram, vel proſperis, vel adverſis rebus, ſe conſpiciendos hominibus præbent, aut manibus contrectandos, ſed eam mentem dant ſingulis, ut vel cladibus ultro citroque ſeſe afficiant, vel communes utilitates in medium afferant, mutatione officiorum.*

Majore menſura] Hoc idem vide expreſſum concinne in procemio libri de claris orat. Seneca ingratum eum dicit, qui beneficium reddit ſine uſura.

Heſiodus] In lib. Ἔργα, καὶ ἡμέραι: cujus hi ſunt verſus:

Εὖ μὲν μετρεῖσθαι παρὰ γείτονος, εὖ δ' ἀποδοῦναι,
Αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώϊον αἴκε δύνηαι.

An imitari] Sic omnes veteres libri.

Afferunt] Sic octo libri veteres mei. quatuor, & unus Tertii, *efferunt.* non male. duo, *offerunt.* male, Gratum animum, in oratione pro Cn. Plancio, ait non ſolum virtutum maximam, ſed etiam matrem omnium reliquarum. Ingratos vero Xenophon ita perſequitur: Οἱ Πέρσαι οἴονται τοὺς ἀχαρίστους καὶ περὶ θεοὺς ἂν μάλιστ' ἀμελῶς ἔχειν, καὶ περὶ γονέας, καὶ πατρίδα, καὶ φίλους. ἕπεσθαι δὲ δοκεῖ μάλιστα τῇ ἀχαριστίᾳ ἡ ἀναισχυντία. καὶ γὰρ αὕτη μεγίστη δοκεῖ εἶναι ἐπὶ πάντα τὰ αἰσχρὰ ἡγεμών. Id eſt: *Perſæ Ingratos cenſent etiam deorum immortalium, & parentum, & patriæ, & amicorum eſſe maxime negligentes. atque etiam impu-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

dentia cum primis animi ingrati comes, atque aſſecla eſſe videtur, dux, atque auctor omnis turpitudinis.

Duo genera] Vtrumque ſolius ſapientis. Seneca.

Si modo id facere poſſit ſine injuria] Reddere enim beneficium ita debet, ne quid injuriæ committat.

Delectus habendi] Certus ſcilicet modus ſervandus.

Quo quiſque animo, ſtudio, benevolentia fecerit] Iſocrates ad Demonicum: Μὴ γὰρ τὰς χάριτας ἀχαρίστως χαριζόμενος, ὅπερ πάσχουσιν οἱ πολλοὶ ποιοῦντες μὲν ἀηδῶς δὲ τοῖς φίλοις ὑπουργοῦντες. Quibus hæc reſpondere videntur: *Ne ipſis quidem Gratiis citra gratiam feceris gratum: id quod non parum multi ſane faciunt, injucunde amicis ſervientes.* Homerus quoque:

Χαρίτων γὰρ θυμὸς ἀρεστός.

Studio: alacritate. ἂν προθύμως, ἂν αὐτεπάγγελτος, καὶ μὴ ἀηδῶς χαρίζηται, ait Iſocrates.

Modo] Duo mei veteres libri, & unus Tertii, *Morbo*. ut alludatur ad illud Poetæ Græci:

Νόσον ἔχεις: χαίρεις διδούς.

Vel repentino quodam, quaſi vento, impetu animi incitati] Sunt, qui legant, vel diſtinguant potius: *Vel repentino, quodam quaſi vento, impetu animi incitati.*

Conſtanter] Vt non pœniteat.

Si cetera paria ſunt] *Sint*, quatuor mei veteres libri.

Si cetera paria ſunt]. Inter eos ſcilicet, quibus benefaciendum eſt. *Paria*: id eſt, ſi par ſit amicitia, virtus, neceſſitudo, officia ante collata: ſi nulla ex cauſſis, concurrentibus ceteris, plus ponderis habeat.

Etiam ſi ille his non eget] Sic undecim mei veteres libri, & unus Tertii: duo, *etiam ſi ille his non egeat.* unus, *etiam ſi ille non egeat.* Vt fortaſſe illud, *his*, prius ſcriptum fuerit, *is*, & fuerit gloſſema ad τὸ *ille.*

Inſerviunt] Quæ mercatura potius, quam liberalitas, appellanda.

CAPVT XVI.

SOcietas hominum, conjunctioque] Hæc eadem conjungit ſupra.

Ratio, & oratio] Vtrumque λόγος. λόγῳ enim omnino homo a brutis differt. Plato in epitaphio, & Ariſtoteles Polit. 1.

Docendo, diſcendo] Hominis proprium eſt docere, ac diſcere. doctrinam enim mens docentis effundit, diſciplinam mens diſcentis haurit. patres autem liberos docent, dominus familiam, magiſter diſcipulos, vir prudens imperitos.

Communicando] Impartiendo neceſſaria, vel conſilia conferendo.

Diſceptando] Accuſando, defendendo. quæ ſequitur Iudicare.

Fortitudinem] Si vires, & animum ſpectemus. quæ tamen fortitudo proprie non eſt, rationis expers, & prudentiæ.

Amicorum omnia eſſe communia] Ariſt. Pol. 2. Δι᾽ ἀρετὴν δ᾽ ἔσται πρὸς τ[ὸ] χρῆσθαι κατὰ τὴν παροιμίαν. Κοινὰ τὰ φίλων. Vndecim mei libri, unus Tertii, *amicorum eſſe communia omnia.* Tres *amicorum eſſe omnia communia.*

Generis ejuſdem] Ejus, emendavi ex veteribus libris decem, & uno Tertii. in uno, Hujus.

Transferri per multas poteſt] Ita unus meus liber. unus, *in multas parte[s] poteſt.* unus, *in multa poteſt.* quinque, *in multas poteſt*: ſex, & unus Tertii, *in permultas poteſt.*

Vt homo, &c.] Abeſt, *ut* a ſex antiquis libris, & ſane recte abeſt, verſi[bus] etiam non ſolum permittente, ſed etiam ſuadente.

Erranti monſtrat viam] Lib. III. Quid eſt aliud, erranti viam non monſtrare, &c.

Comiter] Hoc ipſum attingit in oratione pro Balbo.

Nihilominus ut ipſi luceat] Sic quatuor libri mei. duo, & Tertii, *nihilominus ipſi luceat.*

Aqua profluente] Sic Petrus Nannius ex antiquis libris, emendavit quo ego natus ſum anno. quem alii poſtea ſunt ſecuti: melius, quam, ut antea, *aquam profluentem.* Sic & liber Tertii.

Vulgaris liberalitas] Quæ omnibus impertitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

CAPUT XVII.

A*B illa diſcedatur infinita*] Societate, qua omnibus omnes ratione, x oratione conjunguntur. Sic eſt in lecem meis libris, & uno Tertii.

Linguæ, qua maxime homines conjunguntur] Nam Sermo eſt inſtrumenum ſocietatis.

Interius] Alii, *interior.* cum quious duo mei faciunt. utrumque recte. ed illud majorem conſenſum librorum habet.

Nam cum ſit hoc natura commune mnium animantium, ut habeant libidiem procreandi: prima ſocietas in ipſo eſt onjugio, &c.] Ex Ariſt. I. Pol. Ἀ- άγκη δὲ πρῶτον συνδυάζεσθαι τοὺς νου ἀλλήλων μὴ δυναμένους εἶναι, οἷον ῆλυ μὲν καὶ ἄῤῥεν, τῆς γενέσεως ἕνεκεν, cc. Et Oecon. I. Κοινωνία γὰρ φύσει ῷ θήλει, καὶ τὸ ἄῤῥεν: μάλιστα ἐστιν.

Communia omnia] Charondas, ὁμο- ίπυους appellat, i. eadem ara utentes: el ὁμοσίτους, i. convictores, Epimeides, ὁμοκάπους, i. eodem præſepi ommunicantes: vel, ὁμοκάπνους, i. odem fumo utentes.

Id autem eſt principium urbis, & quaſi eminarium reip.] Vrbs enim ex domius, reſp. e civibus conſtat.

Conſobrinorum, ſobrinorumque] Pros propagationem intelligit.

In alias domos, tamquam in colonias, ccunt] Ariſtot. Pol. I. Μάλιστα δὲ κ φύσιν ἔοικεν ἡ κώμη ἀποικία οἰ- ίας εἶναι, οὓς καλοῦσι τινὲς ὁμογάλακτας, αῖδάς τε καὶ παίδων παῖδας. Et pau- infra: Ὥστε καὶ αἱ ἀποικίαι διὰ τὴν γγένειαν. Et Plato VI. de Leg. Οἷον ς ἀποικίαν ἀφικνουμένους αὐτούς.

Monumenta majorum] Dicta, quod os alicujus rei commoneant. Græci, νημεῖα appellant. Nempe, ſtatuas, ropæa, & majorum imagines, quæ oſteros virtutis avitæ admoneant. Vi-, quæ de imaginibus majorum diximus ad Salluſtium. Cicero in Bruto: ſæ *familiæ ſua quaſi ornamenta, & monumenta ſervabant, & ad uſum, ſi us ejuſdem generis occidiſſet, & ad memoriam laudum domeſticarum, & ad illuſtrandam nobilitatem ſuam.*

Eiſdem uti ſacris] Erant enim & publica civitatis, & privata cujuſque familiæ ſacra, quæ tradebantur heredibus. Sacra enim, ex Feſto, aut domeſtica ſunt, aut peregrina, aut publica, aut privata. De privatis legitur in lege XII. tabularum, apud Cic. de Leg. II. Sacrorum ſocietatem nominat & Plinius in Panegyrico. Vide & in Adagiis, *ſine ſacris hereditas.* Vel, *Sacris:* id eſt, res opulentiſſima. ſic ſæpe apud Plautum.

Sepulcra habere communia] De ſepulcris, varioque ſepeliendi ritu conſulendum cenſeo Lilium Gregorium Gyraldum, qui totam hanc materiem doctiſſime tractavit.

Sed omnium ſocietatum, &c.] Vide dialogum de Amicitia.

Copulantius] Ita legendum. itaque Pater ante plures annos in noſtris libris edi juſſit itaque eſt in uno meo.

Id, quod Pythagoras ultimum in amicitia putavit] Sic legit Nonius hunc locum, & interpretatur, VItimus, i. primus. citatque Virgilium,

Tu ſanguinis ultimus auctor.

Livius quoque lib. I. Tarquinius, *maledicta ab ultima ſtirpe orſus.* Cornelius Nepos in Attici vita *ſtirpem ultimam dixit.* Cicero in Fin. 3. *Summum bonum, quod ultimum appellant, in animo ponere.* Et v. *Homini id eſt in bonis ultimum, ſecundum naturam vivere.* Vnus ex meis libris, *id, quod Pythagoras juſſit in amicitia.* Male, ſed unde tamen (ex varietate) eliciatur vera lectio. Hoc autem alii tradiderunt. nam Pythagoras nihil ſcripſit.

Vt unus fiat ex pluribus] Ariſtoteles φίλον, definit, μίαν ψυχὴν δύο σώμασιν ἐνοικοῦσαν: id eſt unam animam in duobus corporibus habens.

Mutua] Id eſt, ne alter tantummodo det, alter accipiat.

Patria una] Cujus amorem omnibus rebus præferendum eſſe, omnes fatentur. de qua Horatius:

Dulce, decorumque eſt, pro patria mori.

Sophocles quoque in Antigona navi patriam comparat, qua incolumi, fractaque, ſalvi ſunt, periclitanturque navigantes:

Τοῦτο γιγνώσκων, ὅτι
Ἥδ᾽ ἐστὶν ἡ σώζουσα, καὶ ταύτης ἔπι
Πλέοντες ὀρθῆς τοὺς φίλους ποιούμεθα.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Si ei ſit profuturus] Vt Decii, Codrus, & alii.

Qui lacerarunt omni ſcelere patriam] Cum dixit, Lacerarunt, Cæſarem jam mortuum notat: cum vero ſubjungit, In ea funditus delenda occupati & ſunt, & fuerunt, M. Antonium carpit, qui poſt obitum Cæſaris, conſul cum eſſet, omnem ſuam poteſtatem ad opprimendam rurſus libertatem contulit: quod ei denique, facta cum Octavio, & Lepido conſpiratione, ſucceſſit.

Patria, & parentes] Vide in Lælio, & Auguſtinum de doctrina Chriſtiana. Has autem virtutes Iſocrates in Evagora oſtendit, & Ioſephus in David, Antiquit. Iud. libro 7. circa finem.

Communis fortuna] In rebus ſecundis, adverſiſque.

Interdum objurgationes] Proverbium, Amicorum eſt mutuo admonere. Cujuſmodi eſt apud Terentium Demea, & Micio.

CAPVT XVIII.

QVi *& temporum*] Habenda temporis ratio interdum major eſt, quam neceſſitudinis.

Vicinum citius adjuveris] Terentius Vicinitatem propinquam amicitiæ partem exiſtimat. Heſiodus quoque in Ergis, commoditates boni vicini enumerans, ait, ſi ipſius opera opus quis habeat, abjectis propriis negotiis, ei incunctanter eum affuturum:

Εἰ γάρ τοι καὶ χρῆμ᾽ ἐγχώριον ἄλλο γένηται·
Γήτονες ἄζωστοι ἔκιον, ζώσαντο δὲ πηοί.

Si lis in judicio ſit] Archidemides cognatum Lacheten advocatum ſibi rogat, apud Terentium Eunucho.

Boni ratiocinatores] Arithmetici, qui officiorum datorum, acceptorumque inire rectam rationem poſſint.

Deducendoque] Deminuendo. ſic ad Att. *Detrahere de ſumma dixit*, & pro Rabirio, *deceſſionem de ſumma trahere.*

Sed, ut nec medici, nec imperatores, nec oratores &c.] Ariſt. Pol. lib. 1. cap. 7. Πάντα δὲ τοιαῦτα τὴν μὲν θεωρίαν ἐλεύθερον ἔχει, τὴν δὲ ἐμπειρίαν ἀναγκαίαν. Oratorem autem videtur imperatori anteponere in proœmio lib. 1. de Oratore.

Animo magno, elatoque] Fortitudinis deſcriptio, & laus. *Magno:* magnas res appetente. *Elato:* non humili, & abjecto, ſed alte ſpectanti. nam Elatum in bonam partem accipiendum eſt.

Humanaſque res deſpiciente] Fortuitas, & externas, fortunæque ludibria.

In probris maxime in promptu eſt] Imitatus Ciceronem Plutarchus in lib. d[e] pueris educandis: Ὀνείδη προχείρ[ως] τοῖς ἐλέγχειν, καὶ λοιδορεῖσθαι βουλ[ο]μένοις, &c.

Animum geritis muliebrem] Sic lo[]cutus parad. 1. *Gere animum laude di[]gnum.*

Salmaci da ſpolia] Feminæ nome[n] viro tribuit, probri cauſſa. Strab[o] lib. XIV. Καὶ ἡ Σαλμακὶς κρήνη δια[] βεβλημένη οὐκ οἶδ᾽ ὁπόθεν, ὡς μαλα[] κίζουσα τοὺς πίνοντας ἀπ᾽ αὐτῆς. Sunt [] qui legant, *Salmacida.* vide & Luta[] tium in Ovidii Metam. IV. Hos au[] tem verſus alii putant Ennii eſſe. Eg[] inſculptos ſtatuæ equeſtri fuiſſe put[] quod ex Seneca mihi videor poſſe el[i]cere: cujus hæc ſunt in libro de Co[n]ſolatione: *Equeſtri inſidens ſtatuæ [] Sacra via celeberrimo loco Cloelia, expr[] brat juvenibus noſtris pulvinum adſce[n]dentibus, in ea illos urbe ſic ingredi, [] qua etiam feminas equo donavimus.* [] ſtatua autem Plin. lib. XXXIV. cap. [] videndus Livius lib. II. Dionyſ. lib. [] Plutarchus in Poblicola, & de cla[] mul. cap. 14. Eutrop. lib. 1. Val[] lib. III. cap. 2. de vir. ill. cap. 13. Fl[o]rus lib. 1. cap. 10. & Virg. lib. IIX. [] Silius lib. X.

Rhetorum campus] Rhetorum cam[]pi, poetarum ſylvæ.

Marathone, &c.] Victores, Milci[a]des, Themiſtocles, Ariſtides, Le[o]nidas, Epaminondas. In hiſtoriis a[] tem his deſcribendis quæ alii colleg[e]runt, non gravabor adſcribere. *Ma[ra]thone:* non tam propter Marathoniu[m] Taurum a Theſeo ibi confectum, [] quo Plut. in Theſeo, Strabo lib. 1[] Pauſanias in Att. Ovidius lib. 11[]

qua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

quam propter inſignem Miltiadis contra Perſas in Marathonis, civitatis Atticæ, campo victoriam: in qua Herod. lib. IIX. ex Perſis ſex millia trecenta, ex Athenienſibus centum tantummodo & nonaginta duos cecidiſſe ſcribit. Iuſtinus lib. II. vero memorat, Athenienſes decem millibus civium, & mille Platæenſibus auxiliariis adverſus ſexcenta millia hoſtium in campos Marathonios egreſſos fuiſſe. Quod quidem Miltiadis tropæum Themiſtocli, æmulationis ardore concitato, ſomnium adimebat: auctoribus Valerio libro IIX. cap. 15. Plutarcho in Themiſtocle, & Apophthegm. Græcorum. Euſebius in Chronicis hanc victoriam Olymp. LXXII. factam fuiſſe ſcribit: Agellius ab V. C. CCLX. aut non multo amplius. quæ tempora non male conveniunt. ſexto die menſis βοηδρομιῶνος, qui nobis Auguſtus eſt, Plut. in Camillo. Scribunt hoc, præter citatos, Oroſius libro II. cap. 8. Otho Phryſingenſis lib. II. cap. 16. Meminit præterea Thucyd. libro primo. Plutarchus vero in Camillo, Ariſtide, & Flaminio, & de ſero a numine vindicatis. Plato in Gorgia, Valerius de ingratis, tam hujus, quam ſequentium aliquot meminerunt. *Salamine:* Inſula objecta atticæ continenti, ſuburbana fere, Solino: ut Cos, Ceos, Sunium olim Athenienſibus, Lacedæmoniorum ſententia, eo quod inde Ajace Telamonio duce cum Athenienſibus ad Ilium profecti ſint. Eam autem Solon velut hoſtilem arcem ex propinquo ſaluti Athenienſium imminentem recuperaverat. In ſinu Salaminico Themiſtocles, Athenienſium dux, totius tum Græciæ imperator, rem feliciter contra Xerxen, quem fraude in prælium navale allexerat, geſſit. ob quam victoriam Salaminenſes gratulaturi ſimulacra poſuerunt, teſte Iſocrate. Agellius quatuor annis ante Coriolani vexationem hæc geſta ſcribit. Hiſtoriam referunt Plutarch. in Themiſtocle, Herod. lib. IIX. Iuſtinus lib. II. Oroſ. lib. II. cap. 9. Meminit Iſoc. tum alibi, tum in Panegyrico, & Panathenaico, Plato, & Valerius locis ſupra citatis. De hoc plura inferius lib. III. Boccatius de clar. mul. cap. 55. de Artemiſia. *Platæis:* Platææ, arum: vel, ut Poeta ſingulariter protulit, Πλαταιὰ, Bœotiæ urbs, a latitudine dicta, vel quod latis uſi ſint remis: vel quod procul a lacubus ſita ſit, a Thebis LXX. ſtadiis ad fluvium Aſotum, ea via, quæ Athenas ducit. Hinc celeberrima Pauſaniæ, totius Græciæ ducis, de Mardonio Perſa victoria, quam ibi Ariſtidis auxilio vicit, cognomen acquiſivit. Ibidem Iovis Liberatoris templum eſt, & gymnicum certamen in cæſorum honorem conſtitutum, & tropæa pro univerſa Græcia contra vim Aſiæ poſita. Hiſtoriam ſcribunt Herod. lib. IX. Plutarchus in Ariſtide, Oroſ. lib. II. cap. II. Iuſtinus lib. II. Meminerunt Thucydides lib. II. Plutarchus in Cimone, & Iſocrates in Plataico: qua oratione poſt aliquot annos ab Athenienſibus contra Thebanos Platæenſibus auxilia petit. *Thermopylis:* Thermopylæ, anguſtus (qua Oetæ montis cacumen attollitur) viatoribus ex Theſſalia, & a litore Locros petentibus tranſitus eſt, ad quem murus erat a Phocenſibus Theſſalorum metu ædificatus, & in eo πυλαὶ, id eſt portæ tranſitum præbebant. & quia juxta in ipſis faucibus θερμαὶ eſſent, vel, ut Herodotus habet, θερμαὶ λοῦτρα, Thermopylæ locus eſt appellatus. Thermæ ſacræ erant Herculi, cui ara ſupra exſtructa locum religione complebat. ex Strabone, Herodoto, & Livio. Vbi Leonides, Lacedæmoniorum dux, contra Xerxen innumero exercitu inſtructum, deficientibus ſociis, parva civium manu, devotione facta, fortiſſime occubuit. Hiſtoriam ſcribunt Herod. lib. IIX. Iuſtinus lib. II. Oroſius lib. II. cap. 9. Meminerunt Valer. lib. III. cap. de fortitudine, Seneca lib. epiſt. X. in fine, Agellius lib. III. cap. 7. Livius lib. XXXVI. Plutarchus in Pelopida, item in Parallelo VII. item in Apophthegmatis Laconicis, Iſocrates in Panegyrico, & Panathenaico. *Leuctris:* oracula, voceſque deorum Lacedæmonios ſæpe monuerant, ut ſibi a Leuctrica ira caverent. Sed (quemadmodum oracula animos ambiguos tenent) de loco cavendo nemini certo

con-

conſtabat, cum apud Megalem, Arcadiæ civitatem, eo nomine locus eſſet, & in Laconia juxta mare opidum: ubi Epaminondas, Thebanorum dux, Lacedæmonios Græciæ imperio, quod ſemper affectaverant, ita exſuit, ut ſpem una amiſerint. Refertur hiſtoria a Iuſtino lib. VI. Oroſio lib. III. cap. I. Othone Phryſingenſi lib. II. cap. 24. Meminerunt Valerius Max. lib. III. cap. de fortitudine, Cicero lib. II. de Fin. & Fam. lib. V. epiſt. 12. Iſocrates in Panegyrico, & Philippico, Polybius lib. II. Plutarchus in Coriolano, Ageſilao, Pelopida, & Artaxerxe, item in Apophthegm. Laconicis, & Græcis: item in Eroticis: Diodorus Siculus de geſtis Philippi, Agellius lib. XVII. cap. 21. Xenophon ſub finem 7. Ἑλληνικῶν attingit: neque enim is ad finem hiſtoriam perduxit. *Leuctris:* quibus vicere Thebani Spartanos, Epaminonda duce: unde principatum Græciæ ſunt adepti. *Stratocle:* vel Strato: vel, Stratoque, reponendum. Locus eſt, ut Maratho, & reliqua ſuperiora, Athenienſium victoria nobilitatus. Thucydides lib. II. Alii aliter. quos ut ſequar, hiſtoria non patitur. & veteres libri ab opinione noſtra parum diſſentiunt. Cum hæc ſcripſiſſem, Sabellicum jampridem idem ſenſiſſe, ex aliorum Scholiis didici. Sane tantum abeſt, ut moleſte feram, poſteriorem fuiſſe me in veritate cognoſcenda, ut etiam vehementer gaudeam, opinionem meam doctiſſimi hominis teſtimonio comprobari. Libri veteres mei, quinque habent, Stratocle: duo, Stertocle: unus, Sterthocle: unus Statrocles: unus, Stertocles: unus Stertocle: unus, Stertotecle: unus, Siſcocles: unus, Terocle: Tertii, Stercocles. Ioannes Brodæus legit Cytheriſque, contra omnium librorum fidem. aitque inſulam eſſe, in qua tuenda ſingularis Athenenſium virtus enituit. ex Plutarcho, cujus hæc citat: Καὶ τὰς περὶ Κύθηρα, καὶ Μέγαρα, καὶ Κόρινθον ἀνδραγαθίας νικίου.

Hinc noſter Cocles] Enumerat, qui mortis diſcrimen forte animo adierint.

Hinc noſter Cocles] Abſunt hæc ab omnibus, quos umquam viderim, veteribus libris. Vt ex repetitione illa, *Stratocle*, factum fortaſſe ſit, *noſter Cocles*. Quod tamen ſi retineamus, ejus hiſtoriam ſcribunt Livius lib. II. Dionyſ. Halic. lib. VI. Florus lib. I. cap. 10. Plutarchus in Publicola, de vir. ill. cap. II. Eutropius lib. I. cap. II. De eo etiam mentionem facit Valer. lib. III. cap. de fortitudine, Cicero Parad, I. Plut. Parallelo 16. Seneca Epiſt. lib. XXI. epiſt. I. Virg. in 8. Silius in 10. Auguſt. de Civ. D. lib. II. cap. 8. Plin lib. XXXVI. cap. 15. Agellius lib. IV. cap. 5.

Decii] Pater, & filius, alter anno ab V. C. CDXV. alter anno CDXLIIX. Livius, Florus, Valer. lib. V. cap. de pietate erga patriam, de vir. ill. cap. 27. Oroſius lib. III. cap. 21. Meminit & Cicero de div. lib. I. Tuſc. I. & alibi, & Aug. de Civ. D. lib. V. cap. 18.

Cn. & P. Scipiones] Duo illa fulmina belli: &, Belligeri (ut Silius vocat) Mavortia pectora fratres. quorum Publius, majoris Africani pater fui Cnæus vero, Scipionis Naſicæ, vir totius ſenatus cenſura optimi, bello Punico 2. in Hiſpaniam miſſi. in quo Publium vulneratum filius prætextatus protexit. Cujus mentionem feci Seneca de beneficiis 3. cap. 32. Valerius de pietate filiorum erga parentes Cnæus, re feliciter geſta, Magonem cepit. Livius lib. XXI. Haſdrubalem vicerunt, & Hiſpaniam ſuam fecerunt, lib. XXIII. Poſt res per octo annos feliciter geſtas, prope cum toti exercitibus cæſi, triſtem exitum tulerunt, lib. XXV. Hiſtoriam prætere ſcribunt Appianus in Libyco, Floru libro II. cap. 6. Oroſius lib. IV. cap 17. Eutropius libro III. cap. 5. Oth Phryſingenſis lib. II. Scipionis i Hiſpaniam miſſorum meminit Polybius libro III. interfectorum Siliu libro XIII. & XV. Interiere anno eodem, quo Syracuſæ a Marcello capt ſunt: hoc eſt, ab V. C. DXLII.

M. Marcellus] M. Claudius Marcellus anno DXXXIX. prætor ad Nolam adverſus Hannibalem proſpere pugnavit. Anno ſequenti conſul in Sicilia quæ prope tota ad Pœnos defecerat Syracuſas obſedit. Anno DXLII. in

gen

entem ſe virum gerens, expugnat. Livius lib. XXIII. XXIV. XXV. Res a Marcello geſtas leges præterea apud Plutarchum in ejus vita, apud Florum libro II. cap. 6. de vir. ill. cap. 45. Silium libro XII. apud Valer. libro I. cap. 1. libro II. cap. 3. libro III. cap. . libro IV. cap. 1. libro V. cap. 1. lib. III. cap. 7. de Archimede, item apud linium libro VII. cap. 25.

Ornatu fere militari] Raro togato. ide Plinium libro XXXIV.

CAPUT XIX.

P*Ro ſuis commodis*] Ut contra Philippum Demoſthenes, contra M. ntonium Cicero.

Æquitate] Quæ commune commodum, non privatum, ſpectat. hinc geſilaus, fortitudine non opus eſſe, omnes juſti eſſemus.

Nihil enim honeſtum eſſe poteſt, quod ſtitia vacat] Ariſt. Eth. libro III. ap. 7. & Pol. libro V. cap. 10.

Platonis illud] In Epitaphio: Πᾶσά ἐπιστήμη χωριζομένη δικαιοσύνης, καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς, πανουργία, οὐ σοφία αίνεται.

Paratus ad periculum] Quod fortitudinis principium videtur.

Sua cupiditate] Injuſta.

Simplices, veritatis amicos] Antiqui bri ſex, & unus Tertii, *ſimplicis veritatis amicos*. quo modo Euripides:

Ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ.

implicemque veritatis orationem eſ, adagium monet.

Innaſcitur] Sic Iuvenalis:

Neglectis urenda filix innaſcitur agris.

Apud Platonem eſt] In Lachete, ſive περὶ ἀνδρείας· τοῖς Λακεδαιμονίοις οὐδὲν ἄλλο μέλει ἐν τῷ βίῳ, ἢ τοῦτο ζητεῖν, καὶ ἐπιτηδεύειν, ὅ, τι ἂν μαθόντες, καὶ ἐπιτηδεύσαντες οἷοί τ' ὦσι πλεονεκτεῖν τῶν ἄλλων περὶ τὸν πόλεμον.

Omnem morem] Ita omnes veteres ibri. ex quibus unus ſupra, *morem*, abet, *id eſt naturam*. Illud, μέλει πιτηδεύειν curæ eſt ſtudere, Cicero ertit, Morem.

Princeps omnem eſſe] Qualis ab Agamemnone Achilles depingitur. Il. α.

Ἀλλ' ὅδ' ἀνὴρ ἐθέλει περὶ πάντων
ἔμμεναι ἄλλων,
Πάντων μὲν κρατέειν ἐθέλει, πάντεσσι δ' ἀνάσσειν,
Πᾶσι δὲ σημαίνειν.

Vel potius ſolus eſſe] Homerus Οδ. μ.

Οἶος πέπνυται, τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσιν.

Id eſt:

Hic ſapit unus, ut umbra fugax volat
altera turba.

Æquitatem] Ita omnes libri veteres.

Opes quam maximas] Potentiam non divitias.

Vi ſuperiores] Octavi tribunus, qui, cum peteret, ut conſulatus Octavio immatura ætate daretur, idque non impetraret, proferens gladium, dixit: *Si vos non dabitis, hic dabit.*

Quo difficilius, hoc præclarius] Græcis, δύσκολα τὰ καλά.

In factis poſitum] Ad illud pertinet, ὅτι τὸ καλὸν δι' αὑτὸ αἱρετόν. ut & illud Poetæ:

Ipſa quidem virtus pretium ſibi.

Principemque ſe eſſe mavult, quam videri] Tunc enim recte vives, cum ſtudes eſſe, quod audis. Huc facit Salluſtianum illud, ex Æſchylo, ſupra a nobis notatum: *Eſſe, quam videri, bonus malebat.* Ita Ariſtoteles Polit. I. Τὸ δυνάμενον τῇ διανοίᾳ προορᾶν, ἄρχον φύσει, καὶ δεσπόζον φύσει· τὸ δὲ δυνάμενον τῷ σώματι ταῦτα ποιεῖν, ἀρχόμενον, καὶ φύσει δοῦλον. Id eſt: *Id, quod animo proſpicere poteſt, princeps natura eſt, & dominus. quod vero ea poteſt corpore conſequi, ſubjectum, & natura ſervum.*

Qui ex errore imperitæ multitudinis pendet] Ex quo facile errat. itaque virtus ipſa per ſe, non vulgi laude, æſtimanda. Seneca: *Nunquam tam bene cum rebus humanis agitur, ut meliora pluribus placeant.*

Ut quiſque eſt altiſſimo animo, & gloriæ cupido] Tredecim antiqui libri, & unus Tertii, *cupiditate*. in eorum tamen uno, in margine, *cupido*. alius, *cupidus*. Ut vel, *cupido*, vel *cupidus*, ſit legendum, proculdubio.

Deſideret gloriam] Quam ſæpe, neglecta æquitate, appetimus.

CAPVT XX.

NVlli neque homini, neque perturbationi animi, nec fortunæ ſuccumbere] Id eſt, nullius hominis metu ab honeſtate deficere, vel gratia inflecti: non ad iram proclivem eſſe: non cujuſquam opes pertimeſcere.

Tum cauſſa vitæ] Non inani aliquo ſtudio.

Dicendum eſt] Ita eſt in duodecim antiquis meis. duo, & Tertii, *ducendum* eſt: quorum unus ſupra habet adſcriptum, id eſt, *judicandum.*

Quæ videntur acerba] Re autem vera non ſunt.

Statu naturæ] Humanæ.

Non eſt autem conſentaneum] Concludit, qui fortis ſit, eundem eſſe temperantem.

Labore] Ægritudine.

Vitanda ſunt] Duodecim mei libri, *videnda.* utrumque recte. *Sunt*, abeſt ab octo libris.

Cavenda eſt etiam gloriæ cupiditas] Quam tum maxime amittimus, cum maxime affectamus. Livius: Nonnunquam contemptus honor loco eſt maximi honoris.

Libertatem] Tamquam quæ ſit maxime popularis. oratio pro Cluentio.

Pro qua omnis debet eſſe contentio] Vnde leges fundamentum libertatis appellantur in oratione pro Cluentio.

Aut deponenda nonnunquam] Vt Sulla dictaturam. ex quo illum poſtea C. Cæſar. litteras neſciſſe, cavillatus eſt, dictator ipſe perpetuus. Tarquinius quoque Collatinus, Bruti, primi conſulis, collega, ut civitatem metu exoneraret, non tantum conſulatu ſe abdicavit, ſed etiam, ſuis omnibus Lavinium tranſlatis, civitate ceſſit.

Voluptate animi] Citatur ex vetere poeta, Fam. lib. 11. ep. 9.

Ego voluptatem animi nimiam.

Conſtantiam] Perſeverantiam, hoc eſt in re cum ratione conſiderata ſtabilem permanſionem.

Dignitatem] Auctoritatem honeſtam.

In his] In his fuit Pomponius Atticus.

Quod & regibus] Vocabulo magnificentiſſimo eorum inſtitutum ornat.

Cujus proprium eſt, ſic vivere, ut velis] Ariſt. Pol. v. Ἐλεύθερον δὲ ἕν ἐστι, τὸ, ὅ, τι ἂν βούληταί τις ποιεῖν, ὥστε ζῆν, ἐν ταῖς τοιαύταις δημοκρατίαις ἕκαστος ὡς βούλεται.

CAPVT XXI.

SI opes magnas habeant] Qui enim opes poſſidet, ſe ipſarum præſidio omnia poſſe credit.

Fructuoſior autem hominum generi] Ergo præſtantior. non enim nobis tantum ipſis nati ſumus.

Remp. non capeſſentibus] Pro, ſi non capeſſant. Græco more dictum.

Valetudinis imbecillitate] Vt majori Africani filius.

Aut aliqua graviore cauſſa] Cum alicujus metu, libere ſententiam dicere non licet.

Quibus autem talis nulla eſt cauſſa] unde Ariſtoteles: Δεῖ βουλόμενον καὶ μὴ βουλόμενον ἄρχειν τὸν ἄξιον. Id eſt *Imperio dignum, velit, nolit imperar*[e] *oportet.* Plato quoque de Leg. 1. Bono[s] ait ad magiſtratum ſuſcipiendum vel præmiis invitandos, vel pœna cogendos.

Gloriam contemnant] Non enim amanda gloria, ſed id, unde oritur gloria, honeſtum, & virtus.

Offenſionum] Id eſt, cum res ex animi ſententia non ſuccedit. vel, quod magiſtratum bona fide gerenti multorum ſimultates, & odia ſuſcipiend[a] ſint.

Quaſi quandam ignominiam] Cum ignominiæ non tam ſint, quam ſolidæ gloriæ, materies. neque enim Camillus periclitanti patriæ tam præſenti auxilio eſſe poterat, niſi prius invidia in exſulium fuiſſet actus.

Parum ſibi conſtent] Medii termino tranſilientes. nam ſtulti, dum viti[a] vitant, in contraria currunt.

Voluptatem ſeveriſſime contemnant, i[n] *dolore ſint molliores*] Vtrumque fortitudinis eſt, nec dolore, nec voluptate vinc[i].

Gloriam negligant frangantur infamia] Facilius enim rebus commod[is] caremus, quam incommodas ſuſtinemus.

Qui habent a natura adjumenta rerum [g]*erendarum*] Τοὺς δυναμένους ἀριστεύ[ει]ν, Ariſt. Polit. lib. II. cap. 9. un[d]e ſumpſit hanc ſententiam Cicero. *Adjumenta*: proſperam valetudinem, [p]rudentiam, eloquentiam, dexterita[t]em, conſtantiam, & adeo tandem [a]nimum excelſum, patientemque la[b]orum, & moleſtiarum. quæ ſunt a [n]atura, mutuantur autem fortaſſe [q]uiddam ab arte, & inſtitutione: a [f]ortuna autem, nobilitatem, amicos, [h]oneſtas occaſiones, & rectam volun[t]atem, qua fit, ut publicum privato [pr]æferatur.

Animi magnitudo] Quæ non in o[ti]oſa vita, ſed in rebus gerendis per[sp]icitur.

Capeſſentibus autem remp. nihilomi[n]*us, quam phil.* &c.] Delirare homi[n]es doctos video in hujus loci inter[p]retatione. ajunt enim conſtructio[n]em paulo duriorem eſſe: eſſeque da[ti]vos pro ablativis poſitos. hac ſenten[ti]a: Cum ii, qui remp. capeſſunt, [ni]hil minus ſint quam philoſophi: ta[m]en ἀπάθεια non minus illis neceſ[ſa]ria eſt, quam philoſophis. Fallun[tu]r ipſi, quod video, legentes, *nihil* [m]*inus*, pro, *nihilo minus*: quod le[gi]tur in uno meo vetere libro. Hæc [e]nim eſt ſententia: Philoſophi magni[fi]centiam, & deſpicientiam rerum hu[m]anarum adhibent. capeſſentes vero [re]mp. nihilominus, quam philoſo[ph]i, & fortaſſe magis etiam, adhibere [de]bent. Quid clarius?

Si quidem nec anxii &c.] Si magni[fi]centiam, & deſpicientiam rerum hu[m]anarum adhibebunt, nec anxii e[ru]nt, & cum gravitate, conſtantiaque [vi]vent.

Faciliora ſunt philoſophis] Vnde Plato [P]olit. V. eam demum felicem civita[ti]s adminiſtrationem fore tradit, ſi [au]t philoſophi imperent, aut princi[pe]s philoſophentur. Et, in Phædone, [so]li philoſopho veram prudentiam, & [fo]rtitudinem, veriſſima reip. admini[ſt]randæ adminicula tribuit.

Graviter cadere] Nam multi.
——— tolluntur in altum,
Vt lapſu graviore ruant.

Quocirca non ſine cauſſa &c.] Supra [d]ixit: *Quæ cura exſuſcitat etiam animos, majoreſque ad rem gerendam facit.*

Majoraque efficienda remp. gerentibus, quam quietis] Sic eſt in quattuor meis. octo, & unus Tertii. *Majoraque efficiendi.* unus, *majoreque cura efficienda.* alius, *majorque cura efficiendi.* Eſt, qui reponat, ex vetere libro, *majora efficiendi*, ſine copula.

Efficiendi facultatem] Cicero Fam. lib. I. Plato, inquit, jubet tantum in rep. contendere, quantum probare tuis civibus poſſis.

In omnibus autem negotiis, prius, quam aggrediare, adhibenda eſt præparatio diligens] Hoc idem & Salluſtius dixit, in proœmio Catilinæ: *Prius, quam incipias, conſulto, & ubi conſulueris, mature facto opus eſt.* & Demoſthenes in proœmiis Demigoricis, & in oratione de pace: & Iſocrates in oratione πρὸς Δημόνικον: & Ariſtot. Moral. Eud. V. & Nicom. 6. & Diog. Laert. in Biante. Æmilius Probus: *Neque acutius ullius imperatoris cogitatum, neque celerius factum uſquam legimus.* Turpilius Bœthuntibus, apud Nonium: *Quæſo cogita, ac delibera.*

CAPVT XXII.

M*Inuenda eſt hæc opinio*] Non tollenda. Tempus autem hoc dijudicat. modo enim bellicæ excellunt, modo urbanæ. Pro Murena bellicas urbanis præfert. Turnus, & Drances introducuntur a Virgilio lib. XI. Eſt & contentio, de Achillis armis, Vlyſſis, & Ajacis, apud Ovidium. Homerus quoque Il. I. ait Phœnicem a Peleo patre Achilli juveni comitem eſſe datum, ut illum efficeret μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι, πρηκτῆρά τε ἔργων. Vulgo bellicæ præferuntur. de quo rationem reddit Ariſt. in Probl. ſect. 27. probl. 5.

Areopagitas] Senatus Areopagitarum populo præerat: cujus auctoritatem Ephialtes, & Pericles in populi gratiam imminuerunt. Ariſt. Pol. 2. Τὴν μὲν ἐν Ἀρειοπάγῳ βουλὴν Ἐφιάλτης ἐκόλουσε, καὶ Περικλῆς· τὰ δὲ δικαστήρια μισθοφόρα κατέστησε Περικλῆς· καὶ τοῦτον δὴ τὸν τρόπον ἕκαστος τῶν δημαγωγῶν προήγαγεν, αὔξων εἰς τὴν

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

νιὼ δημοκρατίαν. Reſtituta poſtea eſt a Cimone Periclis temporibus. Plutarchus.

Semel] Perſis Græcia pulſis, ac trucidatis.

At ille adjuvit Themiſtoclem] Hoc relinquo, in magna librorum varietate: nam nec muto libenter, quod apertam ſententiam habet: & quinque antiquos libros congruere cum ſententia video. Placet tamen varietatem adſcribere. Vnus: At ille potuit vere dicere ſe ad victum Themiſtoclem. Vnus: At ille vero ſe adjuvit Themiſtoclem. Vnus: At ille verum eſſe ſe adjutum Themiſtoclem. Vnus: At ille vere a ſe ad judicium Themiſtoclem. Vnus: At ille vere a ſe adjutum Themiſtoclem. Vnus: At ille dicit vere ſe adjutum Themiſtoclem. Vnus: At ille vere adjuvit Themiſtoclem. Vnus: At ille ſe adjutum Themiſtoclem. Tertii, & alius: At ille vere ſe adjutum Themiſtoclem. Sunt, qui impreſſæ lectionis ſe auctores falſo faciant. cum antea legeretur, At ille vere a ſe dixerit adjutum Themiſtoclem.

Conſtitutus] Ariſt. l. II. Pol. Solonem, ait, cum alia ſuſtuliſſet inſtituta Athenienſium, Areopagum, ut populare conſilium, probaſſe. quo ſpectat hoc verbum, Conſtitutus, pro confirmatus, non, Inſtitutus, ut alii.

Pauſania] Cleombroti filio.

Lyſandroque] Qui & Athenienſes vicit, & de Antiocho tropæa ſtatuit. Plutarchus, & Thucydides. *Pauſania, Lyſandroque*: utrique præſtitit Ageſilaus: ſed ab illis dilatatum magis imperium eſt.

Lycurgi legibus] Xenophon in Lacedæmoniorum rep. Plut. in ejus vita, & Agide, & in Apophthegm. Iuſtinus lib. III. Valerius lib. I. cap. 3. Iſocrates in Panathenaico, Lucianus de aſtrologia, Cyrillus contra Iulianum lib. III. Dicitur Rhadamanti, & Minois in Creta legibus a Thalete muſico edoctus. Opinio eſt, eum circiter Agrippæ tempora floruiſſe, quo tempore Pharnaces Medus Sardanapalum imperio, & vita privavit. teſte Vellejo. Sublatæ ſunt ejus leges, & diſciplina, poſtquam DCCC. annis ſteterunt, anno ab V. C. DLXV. Vixit ann. XXCV. Lucianus in Macrobiis. De eo Oraculum illud legitur:

Η῎κεις, ὦ Λυκόεργε, ἐμὸν ποτὶ πίονα νηὸν,
Ζηνὶ φίλος καὶ πᾶσιν ὀλύμπια δώματ' ἔχουσι·
Δίζω ἤ σε θεὸν μανθεύσομαι ἢ καὶ ἄνδρα·
Ἀλλ' ἔτι καὶ μᾶλλον θεὸν ἔλπομαι ὦ Λυκόεργε.

Lacedæmoniorum] Ita legitur in ſe[...] meis: octo, & Tertii, *Lacedemoniis*

Ob has ipſas cauſſas] Iſocrates in Panegyrico, majorum honeſtam diſci[...]plinam in cauſſa fuiſſe ait, cur Athe[...]nienſes ea virtute eſſent, ut fortite[...] barbaros profligare poſſent.

Paratiores] Non rejicio verbum u[...]ſitatum, quod eſt in decem meis li[...]bris. Reſpicit autem ad ordinem m[...]litiæ, quo ſæpe victoriam Sparta[...] ſunt adepti. Alii legunt, *parentiores* cum quibus faciunt tres mei, & Te[r]tii. non reprehendo. nec tamen mu[...]tare quidquam volui. unus, *promptiores*.

Pueris nobis] Natus Cicero anno a[b] V. C. DCXLIIX. M.

Scaurus] Huic Cicero ad Lentulu[m] ſummam gravitatem, & conſtantia[m] tribuit. In Bruto, in ejus oratione [...]pientis hominis, & recti gravitate[...] ſummam, & naturalem quanda[m] fuiſſe auctoritatem, non ut cauſſam ſed ut teſtimonium dicere putare[...] cum pro reo diceret. Hujus gravita[...] exemplum eſt apud Valerium lib. II[...] cap. de fiducia ſui. Conſul fuit cu[m] Ser. Sulpicio Galba, anno DCXLVI. [...]que eo conſulatu leges de ſumptibu[s] & libertinorum ſuffragiis tulit. de v[...] ill. Tantumque auctoritate valuit, [...] Opimium contra Gracchum, Mari[um] contra Glauciam, & Saturninum [...]vato conſilio armaret. Nec tamen b[el]lica gloria caruit: ut qui de Liguri[bus] conſul triumphavit.

C. Mario] De eo Plutarchus, de v[...] ill. cap. 67. Sall. in Iug. Oroſ. lib[...] cap. 16. Florus lib. III. cap. 3. e[...] Liv. Appianus in Celtico, Vellej[...] lib. II. Eutrop. lib. IV. cap. vult. [...] Otho Phryſingenſis lib. V. cap. I.

C-

cap. 44. Vide & Plut. in Sulla, & A-
pophthegm. Laconicis, & Parall. cap.
37. Val. lib. II. cap. I. & 5. & lib.
III. cap. 2. & lib. IIX. cap. 16. Plin.
ib. XVII. cap. I. Quinctil. in declama-
ione pro milite Mariano.

Q. Catulus] Plut. in Pompejo. epit.
Liv. Florus lib. III. cap. ult. Vel-
ejus lib. II. App. I. Bell. ci. Oroſ. lib.
I. cap. 25. Eutropius lib. V. & VI.
/alerius lib. II. cap. 3. Legitur & a-
ud Salluſtium ex I. hiſtoriarum. Le-
idi Conſulis ad Imp. R. oratio, ut
rma ſumantur contra Sullam dict.
tque L. Philippi in ſenatu, ut Lepi-
o, bellum moventi, reſiſtant.

Cn. Pompejo] Rerum geſtarum ma-
nitudine præſtanti. qui, ut ait Cice-
o, plura bella geſſit, quam alii lege-
unt. Ad quem ſcribens Cicero, Fam.
b. V. eum Scipioni in re militari con-
ert. De eo multa Cicero in orationi-
us, pro lege Manilia, & pro Mure-
a. Eſt & ejus epiſtola apud eundem
alluſtium, ad ſenatum, ex III. hi-
oriarum, quo ſua præclare facta com-
nemorat.

Parva enim ſunt foris arma] Sic eſt
n duodecim meis. duo, & Tertii,
ervi. quod magis probo. *parvi enim
unt foris arma.*

Africanus] Minor, Pauli filius.

Et vir, & imperator] Belli, domi-
ue.

In exſcindenda Numantia] Anno ab
c. DCXXI. Epit. Liv. lib. LIX. Florus
b. II. cap. 18. de vir. ill. Oroſ. lib. V.
ap. 6. Eutrop. lib. IV. cap. 7. Otho
hryſing. lib. II. cap. 43. Vide & Aug.
; Civ. Dei. lib. III. cap. 21. Vel-
jum lib. II. Val. Max. lib. II. cap. 2.
b. III. cap. 2. lib. VII. cap. 6. Plu-
rchum in Mario.

P. Naſica] Cn. Scipionis filius, A-
icani minoris patruelis, vir optimus
b hoc ipſum a ſenatu judicatus. Plut.
n Gracchis, App. lib. I. Bel. civ. de
ir. ill. cap. 64. Oroſ. lib. V. cap. 7.
alerius lib. III. cap. de fortitudine.
ellejus lib. II. Salluſt. in Iugurtha,
n oratione C. Memmii. Aug. lib. III.
ap. 24. de civ. Dei.

Privatus] Id eſt, nullum habens
ublicum munus. Cicero in Rhet. *In
rtuna quæritur, privatus ne, an cum
poteſtate, ſit.* Plautus Capt. *Hic qualis imperator? nunc privatus eſt.*

Ti. Gracchum] Tribunum pl. pernicioſas reip. leges ferentem.

Improbis] M. Antonio.

Invidis] L. Piſone.

Cedant arma togæ] Hunc verſum διὰ τὸ ὁμοιόπτωτον derident multi. Plutarchus Ciceronem in poetica valuiſſe dicit.

Concedat laurea linguæ] Sic recitat Quinctilianus lib. III. cap. I. qui ait, In carminibus utinam pepercisſet, quæ non deſierunt carpere maligni. duo mei, *laudi*. Tertii, ſupra *laudi*, habet, *linguæ*. *Togæ:* pacis ſtudio. *Laurea:* triumphus. Plin. lib. XV. cap. 30. Quinctilianus: *Supplicationes, qui maximus honor victoribus bello ducibus dabatur, in toga meruit.* Idem Plinius: *Quo te, M. Tulli, piaculo taceam? quove maxime excellentem inſigni prædicem? quo potius, quam univerſi populi, & illius gentis ampliſſimo teſtimonio, & in tota vita tua, & ad conſulatum tantis operibus electis? te dicente, legem agrariam, hoc eſt alimenta ſua, abdicaverunt tribus: te ſuadente, Roſcio theatralis ſeditionis auctori leges ignoverunt, notaſque ſedes ignominiæ diſcrimine æquo animo tulerunt: te orante, proſcriptorum liberos honores petere puduit, tuum Catilina fugit ingenium: tu M. Antonium proſcripſiſti. Salve, primus omnium Parens patriæ appellate, primus in toga triumphum, linguaque lauream merite, & facundiæ litterarum Latinarum parens: atque, ut dictator Cæſar, hoſtis quondam tuus, de te ſcripſit, omnium triumphorum Lauream adepte majorem, quanto plus eſt ingenii Romani terminos in tantum promoviſſe, quam imperii.*

Nec majus otium] Conjuratione oppreſſa. antea, *odium*. Primus Pater repoſuit, *otium*. quod confirmari video a libro Tertii, & alio meo.

Hereditas hujus gloriæ] Fam. lib. II. ad M. Cœlium: *Filio meo, quem tibi carum eſſe gaudeo, ſi erit ulla reſp. ſatis amplum patrimonium relinquam, memoriam nominis mei,* &c. O hominem gloriæ nimis cupidum.

Tertium triumphum] Mitridate, & Tigrane victis. Plutarchus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

CAPVT XXIII.

EXercendum corpus] Ratione victus, & gymnaſtica.

Obœdire conſilio] Salluſt. Animi imperio, corporis ſervitio magis utimur.

In exſequendis negotiis] Iſocrates: Γύμναζε σεαυτὸν πόνοις ἑκουσίοις ὅπως ἂν δύναιο καὶ τοὺς ἀκουσίους ὑπομένειν.

Mortui valuit auctoritas] Cum actum eſt, Catone jam mortuo, de Carthagine evertenda.

Quare expetenda quidem magis eſt decernendi ratio, quam decertandi fortitudo] Lepide opponuntur, *decernendi ratio*, *decertandi fortitudo*. & ſententia comprobatur antiquorum omnium librorum, qui apud me ſunt, auctoritate. quo magis miror in emendato loco mutationem quæri.

Vt nihil aliud, niſi pax quæſita videatur] In oratione ad C. Cæſarem, de rep. ordinanda: Sapientes pacis cauſſa bellum gerunt: laborem ſpe otii ſuſtentant. niſi illam firmam efficis, vinci, an viciſſe, quid retulit? Plato de Legib. I. Οὔτ' ἂν νομοθέτης ἀκριβὴς, εἰ μὴ χάριν εἰρήνης τὰ πολέμου νομοθετοῖ μᾶλλον, ἢ τῶν πολεμικῶν ἕνεκα τὰ τῆς εἰρήνης. Pittacus monebat, incruentas victorias quærendas eſſe.

Fortis vero animi] Sic omnes veteres libri. Ariſtoteles: Μεγαλοψυχίας ἐστὶ φέρειν εὐτυχίαν, καὶ ἀτυχίαν: *Magnanimi eſt, ferre bonam, malamque fortunam.*

Tumultuantem de gradu dejici] Animo conſternari, ac veluti a ſtatu mentis dimoveri. Vide Adagia. Metaphora, ab athletis, & militibus: qua utitur & in Partitionibus: *In omnibus cauſſis tres ſunt gradus, ex quibus unus aliquis capiendus eſt, ſi plures non queas, ad reſiſtendum. nam aut ita conſiſtendum eſt, ut, quod objicitur, factum neges,* &c. *Tumultuantem*: tumultu perterritum, perturbatum, θορυβούμενον.

Præſentis animi uti conſilio] Sic ſeptem libri mei: a quibus non diſcrepat ſententia. hoc enim dicitur, Animus, qui adeſt, quemque metus, & perturbatio non abſtulit, cogitat, & conſiderat ea, quibus optatum rei exitum conſequatur. Abſentis autem animi quæ cogitatio, quod conſilium eſſe poteſt? Ad Att. *Vbi*, inquies, *animus ille tuus? adeſt, & idem eſt.* Quatuor mei libri, & unus Tertii: *Præſenti animo uti, & conſilio.* Vnus: *Præſenti animi eſt uti & conſilio.* Vnus: *Præſtantis animi uti conſilio.* Vnus: *Præſtanti animo uti conſilio.* Sunt, qui reponant *niti*, pro *uti*, contra veteres omnes libros.

Non putaram] Sic Demoſthenes oratione tertia in Philippum: Καὶ μὴν ἐκεῖνό γε αἰσχρὸν ὕστερον πότ' εἰπεῖ συμβάντος τινός. τίς γὰρ ἂν ᾤηθη ταῦτα γενέσθαι. Id eſt: *Enimvero turpe il lud eſt, ubi quid jam evenit, tum dice re, quiſnam hæc eventura putaſſet?* Valerius Max. lib. VII, cap. 2. *Scipio A fricanus turpe eſſe ajebat, in re milita dicere, non putaram.* Seneca lib. II. d Ira, cap. 31. *Turpiſſimam ajebat Fabi imperatori excuſationem eſſe, non puta vi.* Plutarchus tribuit Iphicrati. Iſo crates autem dixit: Προνοεῖν χρὴ, κα οὐ μετανοεῖν τὸν ἄνδρα τὸν σοφόν. Id eſt *Viri ſapientis eſt, ante, non poſt factu ſapere.*

Belluarum ſimile eſt] Viribus, no ratione, utentium.

Mors ſervituti, turpitudinique antep nenda] Cicero Fam. lib. ad Plancu Plato quoque lib. VI. de Legibu τελευτᾶν ἢ καὶ πόλεως ἐὰν ἀνάστατ ἀνάγκη ὑπάρχῃ γίγνεσθαι, πρὶν ἐθ λειν δούλειον ὑπομείνασα ζυγὸν ἀρχ θαι χειρόνων, ἢ λείπειν φυγῇ τὴν πόλι

CAPVT XXIV.

DE evertendis, &c.] Galli ill dictum in Romanos victos ſupe bum eſt, *victis nil, niſi dolor.* Cet rum nil magis victorem decet, qua clementia. Vnde Anchiſæ umbra apu Virg. in VI. Æneam filium diſcip nam futuræ reip. docet:

Tu regere imperio populos, Roman memento:
Hæc tibi erunt artes, pacique impone morem,
Parcere ſubjectis, & debellare ſupe bos.

Reb

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Rebus agitatis] Accurate examina-
.

Calida conſilia] Temeraria, Terent.
n. Plautus, *Calidum mendacium.*
orn. Nepos in Attici vita, *Calidam*
eralitatem. Vellejus lib. II. hoc C.
tavio laudi adſcribit: *Sprevit cæle-*
animus humana conſilia: & cum pe-
ulo potius ſumma, quam tuto humilia
poſuit ſequi.

Sine cauſſa] Quo diſtinguitur a for-
udine temeritas.

Quo nihil poteſt eſſe ſtultius] Nam
ni animantium generi id eſt a na-
a tributum, ut ſe, vitam, corpuſ-
e tueatur. quod igitur cavere potes,
ltum eſt admittere.

Periculoſas curationes] Ovidius:

Cuncta quidem tentanda: ſed immedi-
cabile vulnus
Enſe recidendum, ne pars ſincera tra-
hatur.

od fortaſſe ex Sophoclis Ajace ſum-
m:

Οὐ πρὸς ἰατροῦ σοφοῦ θροεῖν ἐπῳδὰς
πρὸς τομῶντι πήματι.

tarchus de tranquillitate citat So-
oclis verſiculum, huc congruen-
n:

Πικρὰν χολὴν κλύζουσι φαρμάκῳ
πικρῷ

le Adagia,

Τὸ κακὸν κακῷ θεραπεύειν.

pionis apud Plutarchum eſt apoph-
gma, Imperatorem, quemadmo-
n & medicum, oportere ultima
per ferrum curatione.

Ancipites] Quæ vel ſalutem, vel in-
tum afferant.

Quavis ratione] Etiam periculo, &
ura.

Re explicata] Confecta, ad felicem
tum perducta.

Addubitata] In diſcrimen adducta,
e ex animi ſententia non evenit. Eu-
ides:

Δεινῆς ἀνάγκης οὐδὲν ἰσχύει πλέον.

:

Τολμᾶν, ἀνάγκη κἂν τύχω, κἂν
μὴ τύχω.

Vt Callicratidas] Thucydides bellum
oponneſiacum deſcripſit: ab eoque
termiſſa, perſecutus eſt Xenophon,
primo Ἑλληνικῶν paulo aliter hoc
onit, quam Cicero: Ἡ Σπάρτη
οὐδὲν μὴ κάκιον οἰκεῖται αὐτοῦ ἀποθανόντος· φεύγειν δὲ αἰσχρὸν εἶναι ἔφη.
De hoc meminit & Plutarchus in Apophthegmatis Laconicis. Geſtum eſt anno ab V. C. CCCXLIV. Libenter autem & a Græcis, & a nobiliſſimis Græciæ, populis exempla ſumit.

Vertit ad extremum omnia] Et publicam felicitatem perdidit, & ſuam gloriam amiſit.

Ab Arginuſis] Sitæ ſunt in continenti ante Lesbum, in Maleæ conſpectu, contra Mitylenen. Xenophon, & Thucydides.

Atque hæc quidem] Xenophon lib. VI. Ἑλληνικῶν.

Cleombrotus] In præclara illa Leuctrica victoria. Plut. in Pelopida. Valer. lib. III. cap. de fortitudine. Geſta ab. V. C. anno CCCLXXI.

Invidiam timens] Malevolorum obtrectationes, qui eum dicebant cum hoſtibus Thebanis colludere.

Q. Maximus] Plutarchus in vita, & de vir. ill. Vide & Livium lib. XXII. Polyb. & Florum lib. II. cap. 6.

Ennius] Lib. XII. Annalium. ex Macrobio lib. VI. cap. I.

Vnus homo nobis &c.] Hunc verſum Virg. in librum VI. tranſtulit, ut alios alibi ex veteribus poetis.

Vnus homo nobis] Sic duodecim mei, & Tertii liber, ut mirer, quoſdam dicere, in omnibus antiquis libris legi, *unus qui nobis.* quod eſt tantum in duobus meis.

Cunctando] Vide Adagia, *Romanus ſedendo vincit.*

Non ponebat enim] Mirum eſt, veteres hic libros conſentire omnes in transferenda voce, *enim* in ſecundum locum, hoc modo:

Non enim ponebat.

Vt videatur in dimenſione verſus abjicienda littera M, aut Enim pro una tantum ſyllaba accipiendum.

Ergo poſtque magiſque] Sic recte, & propter conſentiens veterum librorum teſtimonium, & quia lepida fit ſententia: Ergo claret ejus viri gloria non modo poſt obitum, ſed magis etiam, quam cum viveret. *Magiſque magiſque,* legebatur antea. quod multi confirmant illo Catulli.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Omnibus inque locis celebretur fama ſepulti.
Clareſcatque magis mortuus, atque magis.

CAPVT XXV.

VNum ut, &c.] Politic. I. Οὐκοῦν ἦν δ' ἐγώ, ὦ Θρασύμαχε, οὐδ' ἄλλος οὐδεὶς ἐν οὐδεμιᾷ ἀρχῇ καθόσον ἄρχων ἐστὶν, τὸ αὑτῷ ξυμφέρον σκοπεῖ οὐδ' ἐπιτάττει, ἀλλὰ τὸ τῷ ἀρχομένῳ, ᾧ μὲν αὐτὸς δημιουργῇ, καὶ πρὸς ἐκεῖνο βλέπων, καὶ τὸ ἐκείνῳ συμφέρον καὶ πρέπον, καὶ λέγει ἃ λέγει, καὶ ποιεῖ ἃ ποιεῖ ἅπαντα. Cujus rationem reddit de Leg. IX. Γνῶναι μὲν γὰρ πρῶτον χαλεπὸν, ὅτι πολιτικῇ καὶ ἀληθεῖ τέχνῃ, οὐ τὸ ἴδιον, ἀλλὰ τὸ κοινὸν ἀνάγκη μέλειν. τὸ μὲν γὰρ κοινὸν ξυνδεῖ, τὸ δὲ ἴδιον διασπᾷ τὰς πόλεις, &c.

Obliti commodorum ſuorum] Quod difficile admodum eſt, propter φιλαυτίαν.

Alterum, ut &c.] Politic. 4. Νῦν μὲν οὖν ὡς οἰόμεθα, τὴν εὐδαίμονα πλάττομεν, οὐκ ἀπολαβόντες ὀλίγους ἐν αὐτῇ τοιούτους τινὰς θέντες, ἀλλ' ὅλην. Et de Leg. 4. Ταύτας δήπου φαμὲν ἡμεῖς νῦν, οὔτ' εἶναι πολιτείας, οὔτ' ὀρθοὺς νόμους, ὅσοι μὴ ξυμπάσης τῆς πόλεως ἕνεκα τοῦ κοινοῦ ἐτέθησαν. οἱ δ' ἕνε
κά τινων στασιωτείας, ἀλλ' οὐ πολι
τείας τούτους φαμὲν, καὶ τὰ τούτω
δίκαια, ἅ φασιν εἶναι, μάτην εἰρῆσθ
Et in Politico: Ὃν ὁ σοφὸς, καὶ ἀγα
θὸς ἀνὴρ τὸ τῶν ἀρχομένων, ὥσπερ ὁ κυ
βερνήτης τὸ τῆς νεὼς καὶ ναυτῶν ἀεὶ ξυμ
φέρον παραφυλάττων διοικήσει. Et d
Leg. VI. docet, quantum magiſtrati
bus liceat privata curare.

Procuratio reip.] De Orat. *In proc*
ratione civitatis egregius. In Acad. *Re*
procuratio.

Studioſi optimi cujuſque] Qui dicun
tur optimates: de quibus multa in
ratione pro Sextio. Placet autem h
loco adſcribere diviſionem quandam
quæ fortaſſis non ingrata erit.

Imperat in Rep. vel

- Vnus, & dicitur μοναρχία. quod eſt vel
  - Bonum, & ordine certo creatur, & dicitur Βασιλεία.
  - Malum, & incerto ordine creatur, τυραννὶς. Hujus finis eſt Cuſtodia.
- Non unus
  - Multi: qui vel
    - Boni. Δημοκρατία. In hoc ſtatu populari imperia ſorte conferuntur. Hujus finis eſt Libertas.
    - Mali. Ὀχλοκρατία. Quando impetu plebeio reguntur, non legitima democratia.
  - Pauci: qui vel
    - Boni. Ἀριστοκρατία. In hoc ſtatu honores diſtribuuntur jure, & diſciplina. Et finis eſt Diſciplina & Leges.
    - Mali. Ὀλιγαρχία. In hoc ſtatu, imperia, & honores cenſu, & habitu pecuniarum leguntur. Et finis ſunt Divitiæ.

Apud Athenienſes] Cyloniorum, Plut. in Solone. Diacriorum popularium contra Pedicos, oligarchiæ ſtudioſos. & alia τῶν ἐκτημορίων, adverſus divites, quibus obærati erant. & contra Piſiſtratum. quas omnes Solon compoſuit.

In noſtra rep.] Vt ſeceſſiones in montem Sacrum, & Gracchorum. & ſexcentæ aliæ.

Bella civilia] Sullæ, Catilinæ, Cæſaris, Triumvirorum.

Tradet ſe totum reip.] Patriam unam ſpectabit: ad eam omnia referet: unicus ei ſcopus erit, ſalus, & felicitas patriæ. quod e rep. erit, ſequetur: quod non erit, vitabit.

Quamvis graviter offendat] In rebus ſuis. id eſt, damnum patiatur, & jacturam faciat rei familiaris, & dignitatis. Sic omnes libri veteres mei, & Tertii. Pro Cluentio: *In eodem genere, in quo ipſi offendiſſent, alios reprehendiſſent.* In epiſt. *Quis eſt tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nuſquam incurrat?* De Orat. *Si in his paullulum modo offenſum eſt.*

Ambitio, honorumque contentio] Vide libellum Q. Ciceronis de petitione conſulatus. Ad Plancum lib. x. *Is denique honos mihi videri ſolet, qui non propter ſpem futuri beneficii, ſed propter magna merita claris viris defertur, & datur. quare, ſit modo aliqua reſp. in qua honos elucere poſſit, omnibus, mihi crede, ampliſſimis honoribus abundabis. is autem, qui vere appellari poteſt honos, non invitamentum ad tempus, ſed perpetuæ virtutis eſt præmium.* Ariſtoteles quoque Polit. III. cap. 7. Magiſtratus Honores appellat: Τιμὰς γὰρ λέγομεν τὰς ἀρχάς. Idem Ariſtoteles Eth. IV. cap. 4. docet, quatenus conveniat bono viro honores petere.

Apud eundem Platonem] Polit. VI. Νόησον γὰρ τοιουτονὶ γενόμενον, εἴτε πολλῶν νεῶν πέρι εἴτε μιᾶς ναύκληρον, μεγέθει μὲν καὶ ῥώμῃ ὑπὲρ τοὺς ἐν τῇ νηὶ ἅπαντας, ὑπόκωφον δὲ καὶ ὁρῶντα ὡσαύτως βραχύ τι, καὶ γιγνώσκοντα περὶ ναυτικῶν ἕτερα τοιαῦτα. τοὺς δὲ ναύτας στασιάζοντας πρὸς ἀλλήλους περὶ τῆς κυβερνήσεως, ἕκαστον οἰόμενον δεῖν κυβερνᾶν, μήτε μαθόντα πώποτε τὴν τέχνην, μήτε ἔχοντα ἀποδεῖξαι διδάσκαλον ἑαυτοῦ μηδὲ χρόνον ἐν ᾧ ἐμάνθανε, πρὸς δὲ τούτοις φάσκοντας μηδὲ διδακτὸν, εἶναι, ἀλλὰ καὶ τὸν λέγοντα ὡ[ς] διδακτὸν, ἑτοίμους κατατέμνειν αὐ[τοὺς] δὲ αὐτῷ ἀεὶ τῷ ναυκλήρῳ περι[]κεχύσθαι δεομένους, καὶ πάντα ποιοῦντα[ς] ὅπως ἂν σφίσι τὸ πηδάλιον ἐπιτρέψ[ῃ]. Græcus etiam Poeta. Vitam ait peri[]culoſam eſſe navigationem: in qu[a] tempeſtatibus jactati, ſæpe miſerab[i]lius, quam naufragi, affligimur. cu[m] autem vitæ gubernatricem Fortuna[m] habeamus, ambigui velut in pelag[o] erramus, alii ſecundo curſu, alii a[d]verſo: donec tandem omnes ad unu[m] illum portum ſubterraneum nave[s] appellimus. Ejus hi ſunt verſus:

Πλοῦς σφαλερός τε ζωῆ. χειμαζόμ[ε-]
νοι γὰρ ἐν αὐτῷ.
Πολλάκι ναυαγῶν πλαιόμεν οἰκτ[ρό-]
τερα.
Τὴν δὲ τύχην βιότοιο κυβερνήτ[ει-]
ραν ἔχοντες,
Ὡς ἐπὶ τοῦ πελάγους ἀμφίβολ[οι]
πλέομεν.
Οἱ μὲν ἐπ᾽ εὐπλοίην, οἱ δ᾽ ἔμπαλ[ιν]
ἀλλ᾽ ἅμα πάντες
Εἰς ἕνα τὸν κατὰ γῆς ὅρμον ἀπερχ[ό-]
μεθα.

Arma contra ferant] Plato de Le[gi]bus 9. docet, qui reip. hoſtes ſint c[en]ſendi.

P. Africanum, & Q. Metellum] [] dem anno, Africanus ex Africa, [Me]tellus ex Macedonia triumphar[unt.] Vellejus Metelli cum inimicis cont[en]tiones, acres quidem, innocente[s ta]men appellat. Valerius lib. IV. cap[.] moderat. animi, Africani, & Me[tel]li contentionem ab æmulatione [vir]tutum profectam, ad graves, te[s]taſque inimicitias progreſſam fu[iſſe] ſcribit: ita tamen, ut eam præci[pua] veneratione deleverit moderatio. [Pli]nius lib. VII. cap. 44. horum inim[ici]tias inter calamitates Q. Metelli d[e]Sunt etiam, qui Metellum in ſu[ſpi]cionem rapiant, ut qui necis Afri[cani] conſcius, auctorve fuerit.

Nec vero audiendi &c.] Seneca I[] muliebre vitium eſſe ait. Verum, [] vitiorum expers? Plinius: *Qui* [] *odit, homines odit:* Horatius:

-- vitiis nemo ſine naſcitur: optimu[s ille est,]
Qui minimis urgetur.

alens imperator ſolitus erat dicere, ım; qui ab ira facile recederet, faci- etiam a juſtitia recedere.

Inimicis] Id eſt, iis, qui voluntate nobis abhorrent: non hoſtibus.

Magnanimi, & fortis viri] Mimus ıblianus.

Iratus etiam facinus conſilium putat.

Placabilitate] Quæ ad eos pertinet, ıi concitati facile placantur.

Clementia] Seneca ait, Clementiam ſe temperantiam animi in poteſtate ciſcendi, vel lenitatem ſuperioris verſus inferiorem in conſtituendis enis. Eique non Severitatem oppo- t, quæ Iuſtitiæ proxima eſt, ut Mi- us, ſed Crudelitatem, quæ punien- cauſſam habet, modum non ha- t.

Iuris æquabilitate] Ἰσονομία.

Altitudo animi] Sic tredecim mei ori, & unus Tertii. Non diſplicet men, quod legitur in uno meo, *le- tudo animi.*

Intempeſtive accedentibus] Hinc Te- ntius. *In tempore ad eum veni: quod rum omnium eſt primum.*

Impudenter rogantibus] Ea, quæ ho- eſte, ſineque ſumma noſtra fraude æſtare non poſſumus.

Moroſitatem inutilem] Ei, in quo t.

Odioſam] Aliis.

Reip. cauſſa] Vt tranquillitas, & ho- eſta diſciplina conſervetur.

Sine qua adminiſtrari civitas non po- ſt] Nam licentia omnes deteriores unt. improbi vero magnitudine pœ- æ, & ſupplicii gravitate a ſceleribus eterrentur. Lactantius in libro de ira ei docet, nullum imperium ſine ſe- eritate poſſe conſtare.

Punit aliquem] *Punitur*, repoſui, x Nonio Marcello. quo modo eſt & n quattuor meis libris. Sic locutus Tuſc. 1. *Multi inimicos, etiam mortuos, uniuntur.* Et Phil. 8. *Clariſſimorum ominum crudeliſſimam puniretur necem.* Et de Leg. *Vetari, quari*, dixit, pro, *etare, quærere.*

Verbis caſtigat] Male in Nonio, *fa- igat*, pro Caſtigat.

Iiſdem de cauſſis alii plectantur, alii e appellentur quidem] Hinc Terentius: *Duo cum idem faciunt, ſæpe fit, ut poſſis dicere, hoc licet impune facere huic, illi non licet: non quod diſſimilis res ſit, ſed quod is, qui facit.* Et Iuvenalis:

Dat veniam corvis, vexat cenſura co- lumbas.

Et Anacharſis Solonis leges aranea- rum telis ſimiles eſſe putabat ut eſt a- pud Plutarchum in Solone. *Plectan- tur* graviter puniantur, *Appellentur:* ne verbis quidem caſtigentur: quod modo dixit. Alii interpretantur, A- pellare, judicium, actionem dictare, formulam intendere, λαγχάνειν δί- κην. Hoc autem in Sulla Plutarchus notat.

Iratus qui accedet ad pœnam] Cic. Tuſc. 4. ait Platonem ſervo, a quo of- fenſus fuerat, dixiſſe: Quo te modo accepiſſem, niſi iratus eſſem? Græca ſunt: Ἐδάρης ἄν, εἰ μὴ λίαν ὠργιζό- μην.

Inter nimium, & parum] Vide Pla- tonem de Rep. 3. & Agellium lib. 1. cap. ult.

Vtiliter] Si tantum ob egregias res iraſceremur. excitat autem animos ad ſeveritatem, & terrorem improbis incutit, qui lenitatem contemnunt. prodeſt igitur ſæpe iracundia, vel ſal- tem ſimulatio iracundiæ.

Legum ſimiles] Cic. de Leg. 3. *Vt magiſtratibus leges, ita populo præſunt magiſtratus: vereque dici poteſt, magi- ſtratum legem eſſe loquentem, legem au- tem mutum magiſtratum.* Plato ait ma- giſtratum debere legis eſſe ſervum, & famulum. Xenophon lib. VIII. de pæ- dia Cyri, Principem Legem videntem appellat. Pindarus quoque, apud Plu- tarchum, Legem Reginam dicit.

CAPVT XXVI.

IN *rebus proſperis*] Difficilius enim res ſecundæ feruntur, quam adverſæ. Xenophon libro VIII. de pædia Cyri. Δοκεῖ δέ μοι, ὦ Κῦρε, χαλεπώτερον εἶναι, εὑρεῖν ἄνδρα τἀγαθὰ καλῶς φέροντα, ἢ τὰ κακά, τὰ μὲν γὰρ ὕβριν τοῖς πολλοῖς, τὰ δὲ σωφροσύνην τοῖς πᾶσιν ἐμποιεῖ. Hinc Horatius:

Sperat adverſis, metuit ſecundis
Alteram ſortem bene præparatum
Pectus.

Et illud,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Luxuriant animi rebus plerumque ſecundis,
Nec facile eſt æqua commoda mente pati.

Ad voluntatem noſtram fluentibus] Alibi, *omnibus copiis circumfluere.*

Superbam] Hinc ille dimeter:
Ἀρχὴ τὸν ἄνδρα δείκνυσιν.
Valerius lib. IX. cap. 6. *multorum exempla enumerat, quos felicior fortuna meliores reddidit.*

Faſtidium] Cum omnia, quæ videndur eſſe infra noſtram fortunam, faſtidio quodam rejicimus.

Arrogantiam] Quæ plus ſibi honoris tribui poſtulat, quam meretur: quæ ſe primam omnium eſſe vult, nec eſt.

Vt de Socrate] Qui eodem ſemper vultu fuiſſe dicitur. Cic. Tuſc. 3. Seneca Epiſt. lib. XVIII. Plin. lib. VII. cap. 19. Solinus cap. 4. Agellius lib. II. cap. I. Inconvenientem appellat, i. ἀσκαρδάμυκτον, ore, atque oculis eundem in locum directis cogitabundum, tanquam quodam mentis, atque animi ſeceſſu facto a corpore. Ariſtophanes apud Laertium Socrati hoc vitio vertit: Καφ' ἡμῖν σεμνοπροσωπεῖ. D. Hieronymus autem contra Pelagianos dialogo 3. & in Eſaiam cap. 42. hoc de ipſo confingi cenſet.

A filio] Alexandro: cujus rebus geſtis Theophraſtus angebatur, Calliſthenis interitum deplorans. Cicer. Tuſc. 3. Seneca lib. III. de ira, Plutarchus, Q. Curtius, Arrianus, & Diodorus Siculus lib. XVI. Vide omnino Luciani dialogum, inter Alexandrum, & Philippum.

Quanto ſuperiores ſimus, tanto nos ſummiſſius geramus] Chilon, unus ex ſeptem ſapientibus, apud Laertium: Ἰσχυρὸν ὄντα πρᾶον εἶναι, ὅπως οἱ πλησίον αἰδῶνται μᾶλλον ἢ φοβῶνται: Potens ſi fueris, manſuetus eſto, ut alii te revereantur magis, quam formident.

Panætius] Vide Vellejum.

Tanquam in gyrum rationis, & doctrinæ] Quemadmodum enim equi in gyrum aguntur, nec ſuo impetu ferri ſinuntur: ſic non eſt committendum, ut homines fortunati ultra eos limites, vel dicendo, vel agendo, evagentur, quos ratio, & doctrina præſcribunt. Virgilius Georg. 3. de equo:

Carpere mox gyrum incipiat, gradibuſque ſonare
Compoſitis.

Perſpicerent] Et cogitando, & diſcendo. nominavit enim rationem, & doctrinam.

Adulari] Adulatione circumveniri. paſſive dictum.

Tales enim nos eſſe putamus, ut jure laudemur] Terentius: Hic homines ex ſtultis inſanos facit.

Inflati opinionibus] Sic Iſocrates: Οὐκ ἤμειξας μετὰ τῆς τύχης τὴν φύσιν· ἔτι τὸν θύλακον ἔχεις δερμάτινον· θνητὴν ἔχεις ἐκ προοιμίου τὴν σύστασιν, τί δῆτα τὸ κενὸν τοῦτο δοξάριον ἐπὶ τοσοῦτον τὸν πήλινον ἀσκὸν διεφύσησε· μεγάλης ἀνοίας ἐνεφορήθης ὦ δύστηνε, καὶ τῆς φύσεως τὴν γνῶσιν ἀφήρησκαι. Id eſt: *Non una cum fortuna mutaſti & naturam. adhuc pelliceo ſacco es amictus. nam tui ortus primordium mortale fuit. cur igitur inanis iſta gloriola luteum utrem ſic inflavit? ingenti amentia repletus es, o infelix, & naturæ fragilis agnitione ſpoliatus.* Epicharmus: Αὕτα φύσις ἀνθρώπων ἀσκοὶ πεφυσημένοι: *Hæc natura eſt hominum: utres ſunt inflati.* Anaxarchus corpus ſuum ἀσκὸν, id eſt utrem appellavit: Πτίσσε, ait tyranno, τὸν Ἀναξάρχου ἀσκόν, Ἀνάξαρχον γὰρ οὐκ ἂν δύναιο: *Contunde Anaxarchi utrem, Anaxarchum enim non poteris.* Ariſtophanes quoque:

Ἄνδρες ἀμαυρόβιοι, φύλλων γενεᾷ προσόμοιοι·
Ὀλιγοδρανέες, πλάσματα κηροῦ, σκιοειδέα φῦλα,
Ἀμενηνοί, ἀπτῆνες, ἐφημέριοι.

Id eſt:

Viri obſcuræ vitæ, foliorum genti conſimiles,
Exiguæ virtutis, figmenta cerea, umbratile genus,
Imbecilles, involucres, unam dieculam viventes.

Remp. regant] Vndecim mei, & tertii, *Reſp. regant.*

Seſeque ſuarum rerum finibus continerent] Suum negotium agerent. Metaphora a limitibus agrorum.

Interjecti] Medii.

R

Re ſua familiari] Quam philoſophi
›n curant.

Non eam quidem omni rat. exagg.] :cludit avaritiam.

Neque excl] Requirit benignita-
n.

Quæ primum, &c.] Tria maxime ecipiuntur in re familiari.

Bene parta] Nunc

Vnde habeat nemo quærit: ſed oportet habere.

Nulloque turpi quæſtu] Quinque mei, tertii, *nullo neque turpi quæſtu.* unus, *'ue nullo turpi quæſtu.* duo, *nullo tur- quæſtu. Turpi:* ſordido, inhoneſto. ıtura, Lenocinium, militia mer- ıaria, latrocinium. Opinione qui ınu ſibi victum quæritant. *Odioſo:* ›licanorum, portitorum, fenera- um.

Modo dignis] Nam non decet indi- s opitulari.

Ratione] Quæ ſcilicet res uberiores ctus, & certiores reditus afferant.

Diligentia] Vt ipſe rem tuam cures, que quidquam omittas.

Parcimonia] Magno vectigali. quod it in Paradoxis. Liberalitas dat, n decet: Parcimonia ſervat, cum n dedecet: ut ſit, quod dare poſſit, n opus eſt. Iſocrates Nicocli eam dat. Et ſane recte nobiſcum agere- , ſi ea uteremur. Verum ego qui- n potius aliis hoc præcipio, quam un ipſe uti.

Pateat] Omnes veteres libri, *pateat. eat*, tamen, omnibus iis adverſan- us, magis placet.

Magnifice] Cum ſplendore, & glo-

Graviter] Conſtanter, non levi.

Animoſe] Abſque metu, & trepi- ione.

Simpliciter] Non ſophiſtice.

Fideliter] Abſque perfidia, & ne- gentia.

Vitæ hominum amice] Humaniter, n tyrannice.

CAPVT XXVII.

Equitur] Pro reliquum eſt. In pro- æmio lib. II. *Sequitur, ut hac of- ›rum genera perſequar.*

Vna reliqua parte honeſtatis] Temperantia, de iis virtutibus, unde honeſtum, officiumque manat, quarta.

Quidam ornatus vitæ] Quem tribuit Plato temperantiæ. eſt enim Verecundia in vita humana tanquam flos quidam. Κόσμος τούτοις ἡ Σωφροσύνη ἐστὶ καὶ ἡδονῶν τινῶν, καὶ ἐπιθυμιῶν ἐγκράτεια, ὥς φασι.

Temperantia, & modeſtia] Tuſc. 3. *Veriſimile illud eſt, qui ſit temperans, quem Græci σώφρονα appellant, eamque virtutem, σωφροσύνην vocant, quam ſoleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare, nonnumquam etiam modeſtiam.*

Omnis ſedatio perturbationum animi] Cic. ibidem: *Ejus videtur eſſe proprium, motus animi appetentis regere, & ſedare, ſemperque adverſantem libidini moderatam in omni re ſervare conſtantiam.*

Rerum modus] Quem ultra citraque neſcit conſiſtere rectum. Horatius.

Πρέπον] Ἀπὸ τοῦ πρέπειν, docere: a περιέπειν, ornare.

Ab honeſto] Ἀπὸ τοῦ καλοῦ, a pulchro.

Nam &, quod decet, honeſtum eſt &, quod honeſtum eſt, decet] Honeſtum, & Decorum, videntur inter ſe reciprocari: differunt tamen. Honeſtum enim ſemper eſt idem. Decorum vero mutatur, tempore, loco, & ætate. eſtque multiplex.

Tribus ſuperioribus] Iuſtitia, fortitudine, prudentia.

Pertinet ad omnem honeſtatem] Decorum cum omni virtute confuſum eſt.

Secerni non poteſt] *Pulchritudo enim eſt apta figura membrorum, cum coloris quadam ſuavitate,* ut ait Cicero Tuſc. 4. D. Ambroſius hunc locum ſatis illuſtrat. Ejus hæc ſunt: *Honeſtas velut bona valetudo eſt, & quædam ſalubritas corporis. Deus autem, tamquam venuſtas, aut pulchritudo ſit. Sicut ergo pulchritudo ſuperare ſalubritatem, ac valetudinem videtur excellere, ſine his tamen eſſe non poteſt, nec ullo ſeparari modo: quoniam, niſi bona valetudo ſit, pulchritudo eſſe, ac venuſtas non poteſt: ſic honeſtas decorum illud in ſe continet, ut ab ea profectum videatur, & ſine ea eſſe non poſſit. Velut ſalubritas igitur totius ope-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ris, actuſque noſtri honeſtas eſt, & ſicut ſpecies eſt decorum, quod cum honeſtate confuſum opinione diſtinguitur. nam, & ſi in aliquo videatur excellere, tamen in radice eſt honeſtatis, ſed flore pracipuo, ut ſine ea decidat, in ea floreat? quid enim eſt honeſtas, niſi qua turpitudinem, quaſi mortem, fugiat? quid vero inhoneſtum, niſi quod ariditatem, ac mortem afferat? Virente igitur ſubſtantia virtutis, decorum illud tanquam flos emicat, quia radix ſalva eſt. At vero propoſiti noſtri radice vitioſa, nihil germinat.

Moderatio] Ne vel nimium, vel parum fiat: ne quis ſibi nimium tribuat: ne in ulla re modum excedat.

Temperantia] Quæ moderatur eas voluptates, quæ tactu, & guſtu percipiuntur. nam aliorum ſenſuum voluptates minus illiberales habentur.

Specie quadam liberali] Adſpectu.

CAPVT XXVIII.

E*X eo decoro, quod poetæ ſequuntur*] Argumentum a minori. nam, ſi poetæ, multo magis philoſophi.

Æacus, aut Minos] Hi Iovis filii habiti ſunt: ac, propter ſummam juſtitiam, apud inferos judicare dicti ſunt. Vbi hi duo alii judices eſſe memorantur, Rhadamanthus, & Triptolemus.

Oderint, dum metuant] Vox tyrannica, hominum, qui populi de ſe exiſtimationem contemnant: Ciceroni, & Senecæ celebris. Lib. 11. ex Ennio citatur.

Natis] Tantalo Plyſtheni, Harpagi, quos Atreus Thyeſti fratri comedendos appoſuit, ad quod facinus ſol oriens, creditus fuit receſſiſſe.

Parens] Thyeſtes: cui filios epulandos frater Atreus appoſuit, ut dixi, quod ait Seneca in Thyeſte, & Horatius de Arte poet. Ennius etiam, & Maternus ſcripſere Thyeſtem. Attius Atreum. Fabula eſt apud Hyginum cap. 88. & 244. 258.

Atreo] Plato in Cratylo eum dictum quaſi ἀτηρὸν, aut ἄτρεστον, putat, ab immanitate naturæ: quod nullam noxam, nullum facinus reformidaret, intractabilis eſſet, nec ulla humanitatis ratione flexilis.

Nobis autem perſonam impoſuit ipſa natura] Id eſt, deus. vita autem noſtra nihil aliud eſt, quam fabula, quæ in ampliſſimo hujus Mundi theatro agitur.

Pulchritudo corporis] Tuſc. 4. *Vt corporis eſt quadam apta figura membrorum, cum coloris quadam ſuavitate, eaque dicitur pulchritudo: ſic in anima opinionum, judiciorumque æqualitas, & conſtantia, cum firmitate quadam, & ſtabilitate virtutem ſubſequens, aut virtutis vim ipſam continens, pulchritudo vocatur.*

Ordine] Vt ſuo loco, & tempore fiant omnia.

Conſtantia] Vt rationi ſemper obœdiat appetitus.

Moderatione] Vt ne vehementiore naturæ impetus ſequamur in dicendo & agendo.

Adhibenda eſt igitur quædam reverentia adverſus homines, & optimi cujuſque & reliquorum] Sic lego, cum omnibus antiquis libris. nec repugnat ſententia. Adhibenda eſt, inquit, reverentia adverſus homines. Deinde ipſe interpretatur. Reverentia & optimi, & reliquorum. omnes enim revereri debemus, ſed primum optimos, deinde reliquos, ita, quod univer dixerat, Adverſus homines, diſtinxit ſubjungens, Et optimi, & reliquorum. Illud autem, Adverſus homines, pendet a verbo, Adhibenda eſt hoc, Et optimi cujuſque, & reliquorum, a verbo reverentia.

Negligere quid de ſe quiſque ſentiat &c.] Iſocrates Philippica oratione Μικροψυχίαν εἶ), τὸ τῶν βλασφημούντων, καὶ φλυαρούντων, καὶ τῶν πειθομένων τούτοις φροντίζειν ἄλλως τε ὅταν καὶ μ δὲν σαυτῷ συνειδῇς ἐξαμαρτάνων: eſt: Puſilli eſſe animi, maledicos, nugatores, & eos, qui illis aures pr bent, curare, præſertim ſi tibi ſis nu lius delicti conſcius. Idem ibiden Χρὴ μὴ καταφρονεῖν τοῦ πλήθους, μη παρὰ μικρὸν ἡγεῖσθαι, τὸ παρὰ πᾶσ εὐδοκιμεῖν: Non contemnendus populus, nec parvi æſtimandum la dari ab omnibus. Vide Ariſtot. Eth. cap. 4.

Diſſoluti] Diſſolutus eſt, qui mium indulget. Fam. lib. v. epiſt.

Cognoſce nunc humanitatem ſuam: ſi humanitas appellanda eſt in acerbiſſima injuria remiſſio animi, ac diſſolutio. In ep. ad M. Brutum: Neque diſſolutum a te quicquam homines exſpectant, nec crudele.

In omni ratione habenda] In quacunque re: cum aliquid agendum agimus in vita. Ita decem mei veteres libri. Vnus, Omnium. Tres, Hominum. Tertii, Hominem.

Quod acutum, quod accommodatum, quod vehemens] Tres virtutes ſignificat, Prudentiam, Iuſtitiam, Fortitudinem: quas hoc ipſo ordine jam attigit.

Duplex eſt enim vis animorum, atque naturæ] De animis, non de natura, loquitur Cicero, ipſorumque animorum vim, naturamque deſcribit. itaque non dubito, quin legendum ſit, *vis animorum, atque natura.* Adjuvat conjecturam noſtra conſuetudo Latini ſermonis. quod enim Græce dicitur, φύσις, duobus verbis, *vis*, & *natura*, Cicero dixit. ut in libro de Amicitia: *Me quidem non fructus modo, ſed etiam ipſius terræ vis, atque natura delectat.* Et in Somnio Scipionis: *Hæc eſt natura propria animæ, atque vis.* Tuſc. I. *Singularis eſt quædam natura, atque vis animi.* De Div. lib. II. *Animorum eſt ea vis, atque natura, ut vigeant vigilantes.* De Leg. 2. *Videamus vim, naturamque legis.* Hæc autem doctrina ſumpta eſt ex Ariſtotele, qui libro I. Pol. Τὸ ζῶον, inquit, πρῶτον συνέστηκεν ἐκ ψυχῆς, καὶ σώματος· ὧν τὸ μὲν ἄρχον ἐστὶ φύσει, τὸ δὲ ἀρχόμενον. Et paullo poſt: Ἡ μὲν γὰρ ψυχὴ τοῦ σώματος ἄρχει, δεσποτικὴν ἀρχήν· ὁ δὲ νοῦς τῆς ὀρέξεως, πολιτικήν, καὶ βασιλικήν. ἐν οἷς φανερόν ἐστιν, ὅτι κατὰ φύσιν, καὶ συμφέρον, τὸ ἄρχεσθαι τῷ σώματι ὑπὸ τῆς ψυχῆς, καὶ τῷ παθητικῷ μορίῳ ὑπὸ τοῦ νοῦ, καὶ τοῦ μορίου τοῦ λόγον ἔχοντος. Et infra: Τοῦτο εὐθὺς ὑφήγηται περὶ τὴν ψυχήν· ἐν ταύτῃ γάρ ἐστι φύσει τὸ μὲν ἄρχον, τὸ δὲ ἀρχόμενον. ὧν ἑτέραν φαμὲν εἶναι ἀρετήν, τοῦ λόγον ἔχοντος, καὶ τοῦ ἀλόγου. Et lib. III. Ἐξ ἀνομοίων ἡ πόλις, ὥσπερ ζῶον εὐθὺς ἐκ ψυχῆς, καὶ σώματος, καὶ ψυχὴ ἐκ λόγου, καὶ ὀρέξεως. Et lib. VII. Διῄρηται δύο μέρη τῆς ψυχῆς, ὧν τὸ μὲν ἔχει λόγον καθ' αὑτό, τὸ δ' οὐκ ἔχει μὲν καθ' αὑτό, λόγῳ δὲ ὑπακούειν δυνάμενον. Et ibidem, infra: Ὥσπερ ψυχή, καὶ σῶμα δύ' ἐστιν, οὕτω καὶ τῆς ψυχῆς ὁρῶμεν δύο μέρη, τό τε ἄλογον, καὶ τὸ λόγον ἔχον, καὶ τὰς ἕξεις τὰς τούτων δύο τὸν ἀριθμόν· ὧν τὸ μέν ἐστιν ὄρεξις, ὁ δὲ νοῦς. Adverſantur omnes veteres libri.

ὉΡΜΗ, *Græce*] De nat. de. 2. *Voluntarios mundi motus* ὁρμὰς *appellat.*

CAPVT XXIX.

NEc vero agere quidquam*] Hoc durius quibuſdam videtur, Actio non debet agere quidquam: mihi non item. In ipſa enim actione includitur is, qui agit. quaſi dicat: Cum aliquid agis, temeritatem vita: nec vero quidquam agas, cujus non poſſis cauſſam probabilem reddere. Quæ poſtrema verba ſententiam meam confirmant: & cum ſententia conſentiunt veteres libri. Nam, ſi, pro, *agere*, legatur, *agi*, quod aliis placet, unde pendeat, intelligere non queo. non enim eſt, ut referri poſſit ad ſuperius verbum, *debet*: ne verbum idem & perſonale ſimul, & imperſonale, quo modo Grammatici loquuntur, eodem in loco velimus eſſe.

Officii] Medii. Supra: *Medium officium id eſſe, quod cur factum ſit, ratio probabilis reddi poſſit.*

Præcurrant] Quod equi præceleres facere ſolent.

Evagantur] Vt equi ferociores.

Exſultantes] Qualis Chærea apud Terentium.

Non ſatis a ratione retinentur] Virgilius:

Fertur equis auriga, nec audit currus
habenas.

Iſocrates: Ὅταν ὁ νοῦς ὑπ' οἴνου διαφθαρῇ, ταὐτὰ πάσχει τοῖς ἅρμασι, τοῖς τοὺς ἡνιόχους ἀποβάλλουσιν.

Cui ſunt ſubjecti lege naturæ] Ariſtoteles Polit. I.

Licet ora ipſa] Vt in comœdiis, tragœdiis, poematis heroicis. Homerus initio ipſo Il. I.

Ἥρως Ἀτρείδης, εὐρυκρείων Ἀγαμέμνων,

Ἀχνύ-

Ἀχνύμενος, μένεος δὲ μέγα φρένες ἀμφιμέλαιναι
Πίμπλαντ', ὄσσε δέ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἐΐκτην,

Id eſt:

Herus Atrides late imperitans Agamemnon,
Concitus incenſo circum præcordia felle,
Sanguinea ora tument, oculis micat acribus ignis.

Vt ad officii formam revertamur] Attende, quæ ſit Officii forma.

Contrahendos] Vt equos ferocientes.

Sedandoſque] Vt populum ad ſeditiones ſpirantem.

Ludum, & jocum] Proverbium ſapit. Ita in Verrem: *Per ludum, & jocum evertere aliquem.* Terentius: *Hic vero eſt, qui, ſi amare occœperit, ludum jocumque dices fuiſſe illum alterum, præut hujus rabies quæ dabit.*

Et ad quædam ſtudia graviora, atque majora. Ariſtot. Polit. 8. Εἰ γὰρ ἄμφω μὲν δεῖ, μᾶλλον δὲ αἱρετὸν τὸ σχολάζειν. οὐ γὰρ δὴ παίζοντας, τέλος γὰρ ἀναγκαῖον εἶναι τοῦ βίου τὴν παιδίαν ἡμῖν.

Ludo autem, &c.] Objectioni per occupationem reſpondet.

Vt illis quidem licet] Ita ſeptem mei libri, ſeptem alii, & Tertii, *illo*.

Somno] Plutarchus in Homeri vita: Καθόλου γὰρ οἰκεῖόν ἐστι τῇ τοῦ ἀνθρώπου φύσει, μὴ μόνον ἐπιτείνεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἀνίεσθαι, ἵνα καὶ διαρκῇ πρὸς τοὺς ἐν τῷ ζῆν πόνους. Vices quietis, & laborum prodeſſe, ipſius Homeri verbis docet: Ἀνίη καὶ πολὺς ὕπνος. Et alibi: Ἀνίη καὶ τὸ φυλάσσειν πάννυχον ἐγρήσσοντα. Reddit cauſſam, cur ſomnus ſit remedium corporis labore fatigati.

Quietibus ceteris] Ita octo mei libri, & Tertii. duo, *quietis*, quatuor, *ceteris quietibus*.

Ingenuum, & facetum] Lib. II. de Oratore.

Vt enim pueris] Quinct. lib. I. cap. 3. Cicero pro Cœlio. Nam

Quo ſemel eſt imbuta recens, ſervabit odorem
Teſta diu,

Horatius ait Epiſt. lib. I.

Alter elegans] Cic. ad Cornelium Nepotem lib. II. apud Macrobium: *Itaque noſtri, cum omnia, quæ dixiſſemus, Dicta eſſent, quæ facete, & breviter, & acute locuti eſſemus, ea proprio nomine appellari Dicteria voluerunt.*

Plautus noſter] Contra Horatius in Arte:

At noſtri proavi Plautinos & numeros, &
Laudavere ſales: nimium patienter utrumque.

Sed Varro, apud Quinctilianum, Plauti ore Muſas locutas ait; Terentium tamen præponit, ex Ælii Stolonis ſententia. Macrobius quoque Sat. lib. II. cap. I. *Animadverto duos, quos eloquentiſſimos antiqua ætas tulit, comicum Plautum, & oratorem Tullium, eos ambos etiam ad jocorum venuſtatem ceteris præſtitiſſe.* Plautus quidem ea re clarus fuit: ut poſt mortem ejus comœdiæ, quæ incertæ ferebantur, Plautinæ tamen eſſe, de jocorum copia, noſcerentur, &c.

Atticorum antiqua comœdia] Quinctii. negat Latinis Atticam Venerem in comœdiis conceſſam. Antiqua autem comœdia ſumma libertate nominatim omnes reprehendit. quod Alcibiades poſtea antiquavit.

Philoſophorum Socraticorum] Hoc ſatis apparet ex Platonis dialogis.

A Sene Catone] Macrobius lib. II. cap. I. Catonem cenſorium argute jocari ſolitum ſcribit. Plutarchuſque apophthegmata ejus inter cætera Romana multa commemorat.

Ἀποφθέγματα] Quinctil. lib. VI. cap. 4.

Tempore] In loco opportuno: vel, ex tempore. nam joci eſſe debent ſubiti.

Remiſſo animo] Tum ſe quis jucunditati dedit, cum res graves & ſeriæ non tractantur. unde Iſocrates ait: Ἐν γελοίῳ πράγματι σπουδάζειν, καὶ ἐν σπουδαίῳ παίζειν, ἄκαιρον, καὶ πανταχοῦ λυπηρόν ἐστι.

Vt ne nimis omnia profundamus] Alii mutant ex ingenio, mendoſum ſuſpicantes verbum, *omnia*; ego ſequor veteres omnes libros. Eſt autem ſententia, Ne nimis omnia profundamus: ea ſcilicet, quæ profundi ſolent in luſu. Vt riſus, clamor, ſermonis libertas, motus etiam carnis: quæ moderanda ſunt.

Ela-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Elatique voluptate] Tum enim eſt leſinendum, cum ludus ſit optimus.

Campus noſter] Martius: qui erat, ıbi nunc eſt templum D. Laurentii in Lucina. Olim Tarquiniorum ager: de quo Plut. in Publicola, Dionyſ. lib. v. Liv. lib. II.

Studia venandi] Canes ad venanum laudat Terentius. Plato id quoque in Legibus probat: & eo maxime robat, quod hoc juventuti regionis levia explorata fiunt.

CAPVT XXX.

B*Eſtiis antecedat*] *Belluis*, octo libri. *Antecellat*, unus. alius utrumque abet, ſic, *Beſtiis antecellat*, antecеat.

Nihil ſentiunt] Nam beſtiæ uni voıptati addictæ ſunt, nihil præterea ırant. unde Horatius:

Me nitidum, & pinguem, & bene curata cute viſes,
Cum ridere voles Epicuri de grege porcum.

Hominis mens diſcendo alitur] Iſorates ad Demonicum: Τὰ μὲν γὰρ ώματα τοῖς συμμέτροις πόνοις· ἡ δὲ υχὴ τοῖς σπουδαίοις λόγοις αὔξεσθαι ἔφυκε.

Modo ne ſit ex pecudum genere] Quæ ihil boni, malive fugiunt, ſed natum ducem ſequuntur, rationem neigentes.

Non re ſed nomine] Ab humanitate nim longiſſime abſunt.

Paulo erectior] Non humi abjectus nimo, & cogitatione.

Diffluere luxuria] Omnibus libidiibus frenos laxare.

Delicate ac molliter vivere] Genio ıdulgere; & ut Demoſthenes loquiır, ἅπαντα πρὸς ἡδονὴν ζητεῖν.

Parce] Ne quid ſumptus fiat in res ıpervacaneas. quo conſervatur res faniliaris, & injuriæ, ac malæ artes ıtantur.

Continenter] Coercere libidinem, imerare voluptatibus.

Severe] Cogitationi rerum gravium, utilium eſſe intentum: aut rei faniliari, aut philoſophiæ dare opeım.

Sobrie] Cibo, & potu ad conſervandam tantum valetudinem uti, non autem crapulæ ſe dedere.

Vt enim in corporibus magna diſſimulitudines ſunt] Ariſt. Polit. Εἰ δ' ἐπὶ τοῦ σώματος τοῦτ' ἀληθές, πολὺ δικαιότερον ἐπὶ τῆς ψυχῆς τοῦτο διωρίσθαι.

Aliis dignitatem ineſſe, aliis venuſtatem] Virile quiddam Dignitas, muliebre Venuſtas habet. infra. *Dignitas autem ipſo vultu, & habitu corporis auctoritatem, & majeſtatem quandam præ ſe fert; Venuſtas autem ad ſui amorem allicit.*

Sic & in animis] Salluſtius, Catilina: *Sua cuique ſatis placebant.* Quo loco vide noſtra Scholia.

L. Craſſo] Eloquentiſſimo: quem Cicero in libris de Oratore diſputantem, facit. Ei Quinctil. παῤῥησίαν, Tacitus gravitatem tribuit.

L. Philippo] Diſerto, & erudito. de orat. 2. & in Bruto.

De induſtria] Terentius: *Parum intereſſe cenſes, omnia ut fert natura faciat, an de induſtria?*

C. Cæſare L. filio] Catuli patris fratre.

M. Scauro] De quo ſupra a nobis dictum eſt.

M. Druſo] Quem gravem fuiſſe, ait in Bruto.

C. Lælio] De hoc dicemus in dialogo de Amicitia.

Scipione] Quem Fannius in Annalibus εἴρωνα appellat. de Orat. 2. in Bruto, & in Tuſc.

Simulatorem, quem εἴρωνα Græci nominaverunt] Quamquam *diſſimulare*, & *ſimulare* inter ſe differant, cum diſſimulentur vera, id eſt occultentur ea, quæ ſunt: ſimulentur falſa, id eſt fingantur eſſe, quæ non ſunt: & Ironiæ verbum Diſſimulatione verius exprimi videatur, quam Simulatione: quo modo expreſſit Cicero ipſe lib. II. de Orat. & IV. Acad. ferri tamen poteſt hoc in loco *ſimulatorem*, pro, εἴρωνα: non ſolum quia veteres libri cum vulgatis conſentiunt omnes, verum etiam, quia, ſi quis aciem ingenii ad veritatem intendat, poſſe alterum pro altero accipi, fortaſſe non negabit. Diſſimulator enim, & Simulator, diverſum quaſi iter habent, eodem tamen æque tendunt. quid enim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

enim differant, ſi de doctiſſimo homine dixero: Diſſimulat, ſe quidquam ſcire, Simulat ſe nihil ſcire: nonne utroque modo ironia utetur? Recte igitur hic & *ſimulatorem*, & *diſſimulatorem*, legi poteſt. ſed, quod antiqua probant exemplaria, id, cum tuto ſequi liceat, negligere, & improbare non debemus.

Socratem] II. de Orat. Acad. IV. In Bruto: *Ego ironiam illam, quam in Socrate dicunt fuiſſe, qua ille in Platonis, Xenophontis, & Æſchinis libris utitur, facetam, & elegantem puto.* Quinctilianus lib. IX. cap. de figuris: *Vita univerſa ironiam habere videtur, qualis eſt in vita Socratis. nam ideo dictus εἴρων, hoc eſt agens imperitum, & admirator aliorum tamquam ſapientium.* Seneca lib. V. de beneficiis, cap. 6. *ejus ſermonem per figuras procedere, & omnium deriſorem, maxime potentium, fuiſſe dicit.* Timon apud Laertium hanc ironiam ei vitio vertit, hoc verſu:

Μυκτὴρ, ῥητορόμυκτος ὑπαττικὸς
εἰρωνευτής.

Pythagoram] Cujus tanta fuit auctoritas, ut in proverbium abierit, Αὐτὸς ἔφη. In Tuſc. D. Aug. lib. II. de Orig. Exiſtit ejus vita apud Laertium.

Periclem] Summæ apud Athenienſes auctoritatis: quippe qui ea ipſis perſuaderet, quæ minime volebant. Plut. in ejus vita, Plato Alcibiade priore, Thucyd. lib. II. Iſocrates pro pace, Cic. de Orat. III. Valer. lib. IIX. cap. 9. Iuſtinus lib. III.

Hannibalem] Livius, Valerius lib. VII. cap. de Stratagem.

Q. Maximum] De quo ſupra.

Præripere hoſtium conſilia] Sophocles Ajacis initio:

Ἀεὶ μὲν, ὦ παῖ Λαρτίου, δέδορκά
σε
Πεῖράν τιν' ἐχθρῶν ἁρπάσαι θηρώ-
μενον.

Themiſtoclem] Socrates apud Xenophontem Pericli incantantiones, huic varias artes in adminiſtranda rep. tribuit.

Pheræum Iaſonem] Qui niſi eſſet per inſidias interfectus, bellum adverſus Perſarum regem, dux electus univerſæ Græciæ conſenſu, geſſiſſet. Val. Max. lib. IX. cap. 10. & lib. I. Plut. in Apophtegm. Epaminondam Thebanum auro tentaſſe dicit.

Factum Solonis] Nam, *cum inter Athenienſes, & Megarenſes de proprietate Salaminæ inſulæ prope uſque ad interitum armis dimicatum eſſet, poſt multas clades capitale eſſe apud Athenienſes cœpit, ſi quis legem de vindicanda inſula tuliſſet. Sollicitus igitur Solon, ne aut tacendo parum reip. conſuleret, aut cenſendo periculum ſibi ſtrueret, ſubitam dementiam ſimulat, cujus venia non dicturus modo prohibita, ſed facturus erat. deformis habitu, more vacordium in publicum evolat: factoque concurſu hominum, quo magis conſilium diſſimularet, Inſolitis ibi verſibus ſuadere populo cœpit, quod vetabatur: omniumque animos ita cepit, ut extemplo bellum adverſus Megarenſes decerneretur, inſulaque, devictis hoſtibus, Athenienſium fieret.* Iuſtinus lib. II. Plut. in ejus vita. Verſus extant apud Laertium:

Ἴομεν εἰς Σαλαμῖνα, μαχησόμενοι
περὶ νήσου
Ἱμερτῆς, χαλεπόν τ' αἶσχος ἀπω-
σόμενοι.

Sullam] Vide ejus vitam apud Plutarchum.

M. Craſſum] Sordidiſſimus fuit. vide eundem Plutarchum.

Lacedæmonium Lyſandrum] Et idem
Plutarchus.

Callicratidam] Hunc Cyri moram
a quo ſtipendium petierat, ægre tuliſ
ſe, ſcripſit Xenophon Ἑλληνικῶν lib. I
& Plut. in Apophthegm. Lacon.

Alium quidem, quamvis præp.] Ve
teres libri partim habent Quemque
pro Quidem; partim, Qui. Pate
meus, legebat, Alium quendam
quamvis præp.

Vnus de multis] Ob ſuavitatem, ſo
numque dulcem. in libro de claris o
rat. Hic ad laudem refertur alibi, V
nus de multis, ad infamiam. Græci
Εἷς τῶν πολλῶν Lucianus in Somnio.

Catulo, patre, filio] Cicero in Bru
to.

Q. Mucio Mancia] Mancia, gentiu
Romanarum cognomen, ut Helvic
rum, apud Val. Max. lib. VI. cap.
& apud Cic. lib. II. de Or. mendo
legitur *Helmius Mancia*. Ex qua poſte
gente Pertinacem fuiſſe, antiqui lap

d

dis inſcriptio, in Capitolio Romano, perſpicue oſtendit. Quam ideo volui hic ponere, quod, paucis abhinc annis eſt reperta, & nondum a quoquam divulgata. Eam autem Roma ad me miſit, quo tempore effoſſa eſt, in vinea nobiliſſimi viri Io. Baptiſtæ Stalæ, Iulius Iacobonius: quem, ob miras ingenii ſuavitates, & ob veterem familiaritatem, antiquarumque erum peritiam, unice diligo. Helvius quoque Cinna poeta nominatur ab Agellio lib. XIX. cap. 13. Ex veteribus ibris, alii, *manciniano*; alii *numaio:* alii, *macia.* Duo, *mancia.* Hanc nſcriptionem vide apud Reineſium. Eſt in ejus Synagoge in capite decimo rima.

CAPVT XXXI.

QVo facilius] Vnde Horatius:

Naturam expellas furca licet, uſque recurret.

Naturam univerſam] Decorum generale.

Propriam naturam] Decorum ſpeiale.

Naturæ regula metiamur] Metaphora fabris. Sic Horatius dixit, Quemue ſe ſuo modulo, ſuoque pede meri.

Sequi, aſſequi] Παρονομασία.

Invita Minerva] Horatius:

Tu nihil, invita, dices, facieſve Minerva.

Naturarum] Ingeniorum.

M. Cato] De cujus obitu Plut. in eis vita, & in Cæſare, & in libello, quod eruditio in principe requiratur, ucanus lib. IX. Appianus lib. II. Floıs lib. IV. cap. 2. epit. Liv. CXIV. Oſ. lib. VI. cap. 16. Eutropius lib. VI. ap. 5. Seneca Suaſ. VI. & epiſt. 24. aler. lib. III. cap. 2. Agell. lib. XIII. ap. 18. Lact. de falſa Sap. cap. 18. neıt Catonem tam ob id necem ſibi onſciviſſe, ut Cæſaris tyrannidem fugeret, quam ut Stoicorum mancato obtemperaret. Quam vero recte oc fecerit, diſputat Auguſtinus lib. I. ap. 13. de Civ. Dei. Maternus olim diderat tragœdiam, Catonis nomine.

Alia ceteri] Non idem omnes deɛt.

Atque ceteris forſitan vitio datum eſſet] Eleganter ſæpe uſurpat Cicero, *atque*, initio ſententiæ. ut lib. III. *Atque, ſi etiam hoc natura præſcribit.* Et hoc libro, prope finem: *Atque illi, quorum ſtudia, vitaque omnis in rerum cognitione verſata eſt.* Quem ipſum quoque locum, ignoratione Latini ſermonis, non defuere, qui mutandum cenſuerint, reponentes, *atqui*, pro, *atque:* cum ſit diverſa utriuſque particulæ ſignificatio, & cum utraque ſuum locum obtineat ita apte, ut extrudi nullo modo debeat. Quod aliis probare exemplis, putidum fortaſſe videatur. Tres mei libri habent, *atque.* Itaque, licet, *atqui*, reliquerim, mihi tamen, *atque*, magis arridere, lectorem admoneo. non enim ſimul apte cohærent, *atqui, forſitan:* cum in altero confirmatio ſit, in altero dubitatio.

Moriendum potius quam tyranni vultus adſpiciendus fuit] Ergo hæc ſcripta ſunt Cæſare mortuo: Ceterum Theocritus aliud ſenſit, cujus hæc ſunt:

Θαρσεῖν χρὴ, φίλε Βάττε, τάχ' αὔριον ἔσσετ' ἄμεινον.
Ἄλλοκα μὲν χ' ὠ Ζεὺς πέλει αἴθριος, ἄλλοκα δ' ὕει.
Ἐλπίδες ἐν ζωοῖσιν, ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες.

Id eſt:

Fidere oportet, amice Batte: cras forſam melius habebis,
Nunc quidem Iuppiter claro eſt æthere, nunc pluit.
Spes in viventibus: ſine ſpe autem mortui.

Circe] Homerus Odyſſ. I. Hyginus cap. 125.

Calypſo] Homerus Odyſſ. & δ. & ε. Hyginus ibidem.

Servorum] Melanthii. Odyſſ. ρ.

Ancillarum] Melanthus. Odyſſ. σ.

Quod cupiebat] Cupiebat autem occidere procos, & Penelope uxore quiete frui. Odyſſ. χ. Dict. Cret. lib. VI.

Ajax] Telamonius. exſtat Sophoclis tragœdia. De eo Hom. Ιλ. ο. Ovid. XIII. Metam. Hyginus cap. 107.

Acrem judicem] Severum: non ſui nimis amantem. φιλαυτία enim abeſſe debet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Epigonos] Attii tragœdiam. citatur a Nonio.

Medum] Pacuvii tragœdiam. Feſtus, Cariſius, Priſcianus, Nonius.

Menalippam] Atii, Feſtus, Nonius.

Clytemneſtram] Attii. Priſcianus, Nonius.

Æſopus] Quem Cicero pronunciando imitatus eſt. Plut. in vita Cic. Macr. lib. III. cap. 4. Vide Quinctil. lib. II. cap. de pronun. concitatiorem Roſcium. hunc graviorem dicit. De ejus luxu vide Plinium lib. X. cap. 51. & lib. XXXV. cap. 12.

CAPVT XXXII.

Q. *Mucius p. filius*] Quinctil. lib. XII. cap. 3. Agellius lib. VIII. cap. 14.

Pauli filius Africanus] Pauli Æmilii, qui de Perſa Macedonum rege, triumphavit. De quo Vellejus lib. II. *Eodem*, inquit, *tempore P. Scipio Æmilianus, vir avitis P. Africani, paternisque L. Pauli virtutibus ſimillimus, omnibus belli, ac togæ dotibus, ingeniique, ac ſtudiorum eminentiſſimus ſæculi ſui, qui nihil in vita niſi laudandum aut fecit, aut dixit, aut ſenſit.*

Addunt aliquam ſuam] Contra Homerus:

Οἱ πλέονες κακίους, παῦροι δέ γε
πατρὸς ἀρείους.

Et Horatius:

Ætas parentum pejor avis tulit,
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitioſiorem.

Timotheus, Cononis filius] Diſcipulus Iſocratis, qui præceptori æream imaginem dicavit. Cic. de Orat. III. & Plut. in Ciceronis vita. Tam in capiendis urbibus hic felix fuit, ut eſſet pictus dormiens, rete manu tenens, in quod ipſa fortuna urbes conjiciebat. rex Athenienſium. Plut. in Apophthegm. & Suidas.

Obſcuris orti parentibus] Vide Valerium Max. lib. III. cap. 4. & Lucianum in Somnio.

Conſtituendum eſt] Vitæ genus conſiderate deligendum.

Imbecillitas conſilii] Quæ ſenum prudentia eſt regenda: ut alibi dixit.

Apud Xenophontem] Lib. II. Memorabilium. Vide & Fam. lib. V. ep. 12, ad Lucerum, Quint. lib. IX. cap. 2. Maximum Tyrium ſer. 4.

Exiſſe in ſolitudinem] Apud Ter. *Si mo venit meditatus alicunde ex ſolo loco rationem ſperat inveniſſe ſe, qua differa filium.* Quod ex Menandro ſumptum Donatus ait: Cujus hæc ſunt, Εὑρ τικὴν εἶναι φάσι τ' ἐρημίαν, οἱ τὰς ὀφρ αἴροντες.

Herculi, Iovis ſatu edito] Vt in fabulis. Plautus Amphitr. Herculis fabuloſam genituram celebravit. Sap hoc phraſim poeticam. Petrus Victorius, vir in litteris ſumma cum lauc verſatus, Var. lect. l. XVII. c. 12. l git, *Herculi, Iove ſato, pot.* &c. C jus conjecturam confirmare vident veteres libri. nam ſeptem habent, *He culi, Iovis ſato, pot.* Vnus, *Hercul Iovi ſato, pot.* Vnus, *Herculi, Io nato, p.* Quod eſt gloſſema ad τὸ *Sa* Vnus, *Herculi, Iovis ſato audito.* nus, *Herculi, Iovis ſatu edicto.* Tre & Tertii faciunt cum impreſſa lectione.

Imitamur, quos cuique viſum eſt] V luntatis libertas conceditur nobis imitandum.

Plerumque autem] Sic veteres omn libri. Nonius in, *Imbuere*, Pleriq legiſſe videtur:

Moremque] *Moreſque*, apud N nium. *Morem:* id eſt, confirmata conſuetudinem. Plutarchus parent vitam filiis tamquam ſpeculum p poſitum vult; in libello de educ. pu

Major parti] Quam vincere mel rem, ait Livius.

Sive, ſive ſive] Recta vitæ via u contingat. Alludit ad tria homin genera, ab Heſiodo nobis propoſita

CAPVT XXXIII.

Q*Vo modo quiſque natus eſt*] naſci poeta verius dicitur, qu fieri.

Nec in ullo officio claudicare] Pro, in ullo officio claudicemus.

Poteſt autem accidere] Homines er ſumus: quorum Errare eſt propriu Terent. Adelphis:

Cenſen' me hominem eſſe, erravi.

A

Amicitias magis decere ſenſim diſſue- quam repente præcidere*] In Lælio: *les amicitiæ ſunt remiſsione uſus ele- ndæ, & ut Catonem dicere audivi, ſuendæ magis, quam diſcindendæ. Di- re*, eſt in decem meis, & Tertii.

Ne vitia ſint imitanda] D. Hierony- ıs apol. contra Ruſinum ait, ma- rorum non vitia, ſed virtutes eſſe itandas.

Hunc] De quo ſæpe mentionem fa- ıus: vel, propiorem ætati noſtræ.

Paulo] *Hunc*, ait Vellejus, *Scipio- filium, nihil de paterna majeſtate, er ſpeciem nominis, vigoremque elo- ntiæ retinuiſſe.*

Quam ille fuerat ſui] Sui ſcilicet pa- ſimilis, qui, imperator, poſt mul- n Hiſpania victorias, occubuit.

Cauſſas defenſitare] Miti verbo uſus pro, *cauſſas agere.* nam accuſant m ſæpe oratores.

Concionibus tenere] Delectare, non tum docere, & movere.

Bella gerere] Nam Romana reſp. & oria facultate, & rei militaris ſcien- plurimum valuit.

Quæ erunt in ipſius poteſtate] Hinc ıtus:

> *ngenio, non ætate, adipiſcitur ſa-*
> *pientia.*

Iuſtitiam] Quæ ſuum cuique tri- .

Fidem] Dictorum conventorumque ſtantiam, & veritatem.

Liberalitatem] Quæ re, opera, con- alios juvat.

Modeſtiam] Quæ modum ſervat cum liis rebus, tum in opinione de

Temperantiam] Quæ pravis affecti- dominatur.

Optima autem hereditas a patribus tra- r liberis, omnique patrimonio præſtan- , Gloria virtutis, rerumque geſta-] Fam. lib. II. epiſt. 16. & in ora- ıe pro domo. Supra etiam dixit: te (loquitur ad filium) hereditas ıs gloriæ, & factorum imitatio inet. Iſocrates quoque: Περὶ ίον© ποιοῦ δόξαν καλὼ, ἢ πλοῦτον αν, τοῖς παισὶ καταλιπεῖν.

CAPVT XXXIV.

ADoleſcentis] Vide Val. lib. II. cap. de inſt. ant. & Platonem de Leg. 9.

Majores natu vereri] Sic locutus infra: *Maxime curandum eſt, ut eos, quibuſcum ſermones conferimus, & vereri & diligere videamur.* Iſocrates: Μάλιστά σοι πρέπειν ἡγοῦ κόσμον, αἰσχύνην, σωφροσύνην, δικαιοσύνην.

Probatiſſimos] Eos, qui magnæ civium parti probantur. quod non temere fit, niſi virtute excellant.

Ineuntis enim ætatis inſcitia] Non differre *inſcitiam* ab *inſcientia*, Ciceronis, Cæſaris, Plauti teſtantur exempla. cur igitur alterum pro altero reponam, cum præſertim omnes libri veteres habeant, *inſcitia*?

Conſtituenda] Quaſi firmanda, & ſtabilienda.

Hæc ætas a libidinibus arcenda eſt] Ratio adoleſcentiæ laudabiliter traducendæ.

Exercenda in labore] Hinc Comicus:

> *Nulla adeo ex re fit, atque ex nimio*
> *otio.*

Patientia] Virgilius:

> *Quidquid erit, ſuperanda omnis for-*
> *tuna ferendo eſt.*

Et:

> *O paſſi graviora, dabit Deus his quo-*
> *que finem:*
> *Durate, & voſmet rebus ſervate ſe-*
> *cundis.*

In bellicis, & civilibus officiis] Belli, domique: & in patria armis tuenda, & in pacata adminiſtratione.

Vigeat induſtria] Vt patriæ, & omnibus prodeſſe & poſſint, & velint.

Relaxare animos] Quos tanquam arcus intentos habuerunt.

Si ejuſmodi rebus majores natu intereſſe velint] Ariſt. Pol. lib. VII. cap. 12. Ἡ γὰρ ἐν ὀφθαλμοῖς τῶν ἀρχόντων παρουσία, μάλιστα ἐμποιεῖ τὴν ἀληθινὴν αἰδῶ, καὶ τὸν τῶν ἐλευθέρων φόβον. Et Quinctilianus lib. I. cap. 3.

Senibus autem &c.] Agellius lib. II. cap. 14.

Libidinum intemperantia] Cato major ob ſenilem laſciviam male audivit:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

& L. Lucullus poſt bellum Mithridaticum parum honorifico Xerxis togati elogio fuit ornatus, &, ex philtro amaſii, errore mentis affectus.

Duplex malum eſt] Senex in luxuria dupliciter peccat, primum re, deinde exemplo.

De privatorum, de civium] Sunt, qui legant, *de privatorum civium.* idque in uno meo vetere reperitur. Cicero tamen mox hæc diſtinguit.

Servare leges] Quarum præſidio civitates reguntur.

Iura deſcribere] Nam recte apud eos agitur, apud quos majorum inſtituta retinentur. Hinc illud Ennii:

Moribus antiquis ſtat res Romana, viriſque.

Et Xenophon: Πᾶσαι μεταβολαὶ τῶν πολιτειῶν θανατοφόροι. Id eſt: *Omnes mutationes rerum publicarum ſanguinolentæ.*

Æquo, & pari jure] Nam potentiores, & tenuiores conjuncti eſſe debent in rep. gerenda. In hanc ſententiam Sophocles: Πρὸς τὸν ἔχονθ' ὁ φθόνος ἕρπει, καίτοι σμικροὶ μεγάλων χωρὶς, σφαλερὸν πύργου ῥῦμα πέλονται· μετὰ γὰρ μεγάλων βαιὸς ἄριστ' ἂν καὶ μέγας ὀρθοῖθ' ὑπὸ σμικροτέρων. Id eſt: *Invidia divites inſectatur: quamvis tenues ſine potentibus mœnia male defendant. tenuis enim a magnis, & magnus a parvis optime ſuſtentatur.*

Neque ſummiſſum, & abjectum, neque ſe efferentem] Id eſt, qui imperare pariter, obœdireque, cum opus ſit, poſſit. nam hoc eſt boni civis, ut ait Ariſtoteles.

CAPVT XXXV.

Formoſitate, ordine, ornatu] Ambroſius de Off. lib. I. cap. 19. *Formoſitate*: nam *gratior eſt pulchro veniens e corpore virtus.*

Ad actionem apto] Id eſt, ad eam rem, quæ agitur.

Difficilius ad eloquendum] Ob Latini ſermonis inopiam.

Satis erit intelligi] Septem libri mei, *ſatis facile erit intelligi*: ex quibus quatuor verba invertunt.

Cum quibus, & apud quos vivamus] In undecim eſt, *quibuſcum, apud quoſque vivamus.* Vnus, *cum quibus, apud quos vivamus.* Vnus, *a quibus, apu quoſque vivamus.* Tertii, *probemur iis quibuſcum apud quoſque vivamus.* Alius *cum quibus, apud quoſque vivimus.*

Principio, &c.] Corporis human formam honeſta ſpecie natura exor navit.

Formam figuram] Vide Nonium Marcellum.

Atque turpem] Ita duo ex meis. Re liqui, & Tertii, *atque formam.* Qu dam reponit, *atque fœdum.*

Qui ſana mente ſunt] Nam imp dentia omnium rerum peſſima e Fam. lib. V. epiſt. 12. *Qui ſemel ver cundiæ fines tranſierit, eum bene, & n viter oportet eſſe impudentem.* Xen phon, Ἡ ἀναισχυντία μεγίστη ἡγ μὼν ἐπὶ πάντα τὰ αἰσχρὰ εἶ) δοκ Id eſt, *Nihil æque ad omnem turpitu nem videtur impellere, atque impude tia.*

Quodque facere non turpe eſt] Qu naturale, & neceſſarium.

Cynici] Ignominiæ cognomen, ἀ τοῦ κυνὸς, quia, obvios quoſque a monendo allatrare verius, quam loqui, ſoliti ſunt: vel quod in pr patulo cum conjugibus, canum m re, coire, ipſis mos fuit. Horum i pudentiam accuſat D. Auguſtinus l XIV. cap. 20. de Civ. Dei, & ad Va rium lib. I. cap. 21. contra Iulianu Pelagianum libro IV. cap. 15. Lacta tius lib. III. cap. 15. Lucianus.

Stoici pæne Cynici] Vide epiſtola cujus initium eſt, Amo verecundia Fam. lib. IX.

Nomine obſcenum] Cum ejus op nomen dicitur, epiſt. 22. libro Fam.

Oculorum, auriumque] De Orat. & Plut. in Timæo.

Noſtro quidem more] Valerius lib. cap. I.

Tuberes filii] De Orat. lib. II. Plut. in Catone cenſorio, Capito nus in Gorniano, Heſiodus. In O tione pro Cluentio: *Quod ſi potui honeſte ſcribere, ſe in balneis cum ætatis filio fuiſſe, non prætermiſiſſet.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

CAPVT XXXVI.

V Enuſtatem muliebrem ducere debemus, dignitatem virilem] Sall. Iu-
gurtha: *Munditiæ mulieribus, viris labor*
convenit. Cic. de nat. de. 2. *Venuſtatem*
... is a Venere, quam Venerem a Venuſta-
... nominatam credit: Venerem autem,
... ad eam omnia veniant.

... iro non dignus ornatus] Hinc Dio-
...es Cynicus adoleſcenti compoſi-
... quippiam roganti, non prius ſe
...mavit reſponſurum, quam aperte
...oraret, vir ne eſſet, an mulier.

...lor exercitationibus corporis] Quin-
...anus lib. XII. *Et lacertos, exerci-*
...ne conſtringere, & augere vires, &
...em trahere, naturale eſt. Cauſſas
...it Ariſtoteles in Probl. ſect. ult.
...l. 3. 4. & 5.

...mparum ferculis] Horatius, Sat.
... I. Sat. 3.

——— ——— Sæpe velut qui
...rrebat fugiens hoſtem, perſæpe velut qui
...nonis ſacra ferret.

... Adagia, Iunonium ingredi.

...vanimationes] Pavoris comites.
...r autem ſapientiam omnem ex
...no expectorat.

... ſi attentos animos] Euripides:
...οχθεῖν ἀνάγκη τοὺς θέλοντας εὐ-
τυχεῖν.

CAPVT XXXVII.

[M]Agna vis orationis] Euripides,
Τὴν πειθὼ τύραννον τῶν φρενῶν
...lat. Vide Cic. in libris de Orato-
... Senecam Ep. lib. V. ep. 38. & Iſo-
...m in Nicocle, & in Panegyrico.

...uamquam haud ſcio, an poſſint hæc
...ne eſſe] Plutarchus in Sympoſia-
...oc confirmat: Ὁ μιλητικὸς οὐδὲν
... ἢ δικανικὸς ὁ ῥήτωρ καὶ συμβου-
...κός. αἱ γὰρ ἕξεις ἔχουσι τὰς εὐφυΐας,
...τωνηγορίας, καὶ ἀπολογίας πλεί-
...) τῷ ἐπαινεῖν χρώμεθα, τὸ τῷ
...ν. Et: Ἀνθρώποις, μᾶλλον, ὡς
...ὶ τὰς ὁμιλίας εὐάρμοστον ἔχουσι,
... καὶ χάρις οἰμαι προσήκει.

...iſcentium ſtudiis] Quia honos alit
...

...hetorum turba] De horum officio
Quintilianus lib. II. cap. I. & 5. De
iis ſcripſit Suetonius Tranquillus. Eos
olim urbe pulſos, ſcribit Agellius lib.
XV. cap. II.

Quæ verborum, ſententiarumque &c.]
De Orat. III. *Omnis ex re, atque verbis conſtat oratio. neque verba ſedem habere poſſunt, ſi rem ſubtraxeris: neque res lumen, ſi verba ſubmoveris.* Quinctil. lib. X. cap. I.

Orationis indicem vocem] De voce
Cic. de Orat. III. ad Herennium III.
Quinctilianus lib. II.

Vt Clara ſit] Vt exaudiatur, & ſatis
intelligatur oratio. λευκὴ: cui contraria *fuſca*, apud Quinctilianum.

Vt ſuavis] Quæ levet audiendi faſtidium.

In Catulis] Et patre, & filio. de Orat. III. & in Bruto.

Exquiſito judicio uti] Eſſe eruditos
præ ceteris.

Nimis pudicum] Quod faſtidium pareret audienti.

L. Craſſi] De Oratore, & in Bruto.

Socratici] Ex quibus Xenophon.

Inſit in eo lepos] Lib. II. de Orat.

Tamquam in poſſeſſionem ſuam venerit] De Orat. II. In poſſeſſione judicii, ac defenſionis meæ. Et: In ſuo
regno. Proverbium ſapit.

Si ſeriis, ſeveritatem adhibeat: ſi jocoſis, leporem] Iſocrates quoque τὸ
ἐπὶ τοῖς γελοίοις σπουδάζειν, καὶ περὶ
τὰ σπουδαῖα τοῖς γελοίοις χαίρειν, improbat.

Ne ſermo vitium aliquod indicet ineſſe moribus] Euripides queritur, quod

Οὐδεὶς χαρακτὴρ ἐμπέφυκε σώματι,
ᾧ χρὴ τὸν ἐσθλὸν τοῦ κακοῦ διειδέναι.

Plutarchus Sympoſiacon lib. III. narrat, Simonidem poetam hoſpiti cuidam, in convivio accumbenti, & cum nemine colloquenti, dixiſſe: Si
ſtultus es, ſapienter facis: ſi ſapiens,
ſtulte. nam inſcitiam celare præſtat.

Studioſe] Dedita opera.

De abſentibus] Nam inter præſentes linguæ mutuo metu continentur,
ut ait Tacitus. Terentius: *Qui, quæ voluerit, dixerit, ea, quæ non volet, audiet.* Iſocrates quoque: Οἱ ἀπαίδευτοι οὓς ἂν τοῖς λόγοις λυπήσωσι, τού-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

τοῖς πολλάκις αὐτοῖς τοῖς ἔργοις μεγάλας τὰς τιμωρίας ἔδωσαν.

Detrahendi cauſſa] Ad imminuendam alterius exiſtimationem, aut gratiam.

Per ridiculum, aut ſevere] Sive joco, ſive ſerio.

Domeſticis negotiis] De quibus Xenophon in Oeconomico.

De rep.] De qua Plato, & Cicero.

De artium ſtudiis] Vt Ciceronis libri de Oratore, & Gorgias Platonis.

Aberrare] Minus caute.

Vtcumque aderunt res] Aut ego hebes plane ſum, aut hic locus mendo vacat. quod ſatis oſtendunt ea, quæ ſequuntur. *Habenda eſt*, inquit, *rerum ratio.* non enim ii, qui audiunt, iiſdem rebus delectantur, aut, ſi delectantur, non omni tempore: aut, ſi omni tempore, non ſimiliter. hujuſmodi igitur ſi res aderunt: ut res ſe dabunt: opera danda non erit, ut ad eas, aberrare ſi cœperit, oratio revocetur. Nam, quod alii, veterum librorum teſtimonio, verbum, *res*, delent: ego, omnium meorum, & Tertii, teſtimonio, idem verbum, comprobante ſententia, retineo.

Iiſdem de rebus] Septem *iiſdem rebus.*

Nec omni tempore] Nam alias aliter affecti ſumus. Homerus. quem Cicero vertens:

Tales ſunt hominum mentes, quali pater ipſe
Iuppiter auctiferas luſtrarit lampade terras.

Nec ſimiliter] Alii *magis*, alii *minus.*

Animadvertendum &c.] Modus in ſermone.

Deſidendi modus] Ne audias, *manum de tabula.*

CAPVT XXXVIII.

SEd, *quomodo*] Sic emendavi, ex vet. undecim, & Tertii, antea. *Quoniam.*

Ira exſiſtat] Emineat, appareat, animadvertatur.

Cupiditas aliqua] Prava ſcilicet & injuſta.

Pigritia] Fuga honeſti, & neceſſa rii laboris.

Ignavia] Timidus, & degener a nimus, honeſta pericula reformidan

Vereri] Ne ſuperbi, & impuden tes.

Diligere] Ne barbari, & inhum ni exiſtimemur.

Objurgationes] Plautus Trinumm *Næ amicum caſtigare ob meritam noxia immane eſt facinus, verum in ætate n ceſſarium.* Vide Plut. de diſcrimine dulatoris, & amici. Homerus qu que Il. Λ.

Ἀγαθὴ δὲ παραίφασίς ἐστιν ἑταίρου.

Neceſſariæ] Ob hominum injuria & petulantiam.

Vt ea facere ne videamur irati] M alii negantem particulam tollunt, q eſt in omnibus meis. Notant aut illud Iſocratis in Nicoclem: Ποίει μ δὲν μηδὲν μετ' ὀργῆς· δόκει δὲ τοῖς ἄ λοις, ὅταν σοὶ καιρὸς ᾖ. Et Quin lianum ajunt dicere, Oratorem i ſci non decere, ſimulare non de cere.

Vt ad urendum, & ſecandum] O dius: Metam. 1.

Cuncta prius tentanda: ſed immedi bile vulnus
Enſe recidendum eſt, ne pars ſin trahatur.

Raro] Si licebat. nam crebro p cantes crebro etiam puniendi. Eur des Hippolyto:

Οὐ λοῖσθε μισῶν δ' οὔποτ' ἐμπλη σομαι
Γυναῖκας· οὐδ' εἰ φησί τις μ' ἀεὶ γειν.
Ἀεὶ γὰρ οὖν πως εἰσὶ κἀκεῖναι καί.

Invitique] Nobis enim ipſis, & l iis moleſti ſumus.

Sed tamen] *Tamen*, dicit, qui petit idem, quod dixerat, *ea face videamur irati.*

Ira procul abſit] Virg.

——— *Furor, iraque mentem*
Præcipitant.

Vide Cic. ad Q. Fr. lib. 1. epiſt. 3.

Magna autem parte] Ita ve omnes libri, & Tertii: duobus ceptis, in quibus, *magna ex p* quod minus probo. potius legi po ſi mutationi locus detur, cum a

mag

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

gnam partem. de quo loquendi ge-
e alibi diximus.

everitas adhibeatur] Contra Hora-
:

——— *ridentem dicere verum*
Quid vetat? ———

Perſius:

mne vafer vitium ridenti Flaccus a-
mico
arrat, & admiſſus circum præcordia
ludit.

ontumelia repellatur] Convitia in-
a homine ingenuo. nam, qui quid
it, quod minus deceat, ſi repre-
datur, non ægre ferre debet. So-
cles:

ὐκ ἔςʼ ἀπʼ ἔργων μὴ καλῶν ἐπη-
καλά.

uripides:

πεὶ ἐτόλμασα μὴ δίκαια, πλῆθι
καὶ τὰ μὴ φίλα.

ravitatem retinere] In quo maxi-
nobis adjumento ſunt litterarum
ia. Euripides:

ὰς ἐμφύτους, ὀρθῶς τε παγείσας
φρένας
ὐδεὶς ἐπαίρῃ καιρὸς ἐξαμαρτά-
νειν.

ſt: *Natura inſitam, & probe firma-*
prudentiam, nullum tempus impellit
elinquendum: improbitati autem ni-
eeſt præter occaſionem.

b iis, qui adſunt, approbari] *Ab*,
eſt in decem meis, & Tertii. in
ſuperadditum. *Probari*, in ſex, &
ii.

lſa præſertim] Quid autem magis
m? Plutarchus in libro περὶ τοῦ
ὸν ἐπαινεῖν ἀνεπιφθόνως, ait, ſua-
laudum comitem eſſe aliorum
henſionem, & inanis jactantiæ
n ignominiam.

ilitem glorioſum] Thraſonem Te-
ianum, & Pyrgopolinicem Plau-
m.

CAPVT XXXIX.

O*Mnia*] Quæ ad officiorum ra-
tionem pertinent.

lumus quidem certe] Arrogantiam
. in quam incidit, qui profitetur,
it Iſocrates, τὸ μηδὲν παραλιπεῖν
όντων ἐν τοῖς πράγμασιν, *nihil o-*
ere eorum, quæ rebus inſunt.

Cn. Octavio] Conſuli cum Torqua-
to, anno ab V. C. DXXCIIX.

In Palatio] Quo loco nunc ſunt hor-
ti Farneſiani, Palatini quoque dicti:
Dictum autem a Palanto, urbe Arca-
diæ, unde Evander venit.

Novo homini] Novum dicit, cujus
familia fuerat a Numa civitate dona-
ta: ſed ideo nova, quod ante id tem-
pus nullum magiſtratum populi ſuffra-
gio datum geſſerat.

Scaurus] Cujus domus in Palatio
quoque fuit. De ejus magnificentia
vide Plinium lib. XXXVI. cap. 15.

Acceſſionem adjunxit ædibus] Ædes
ſuas, domum Cn. Octavii demolien-
do, majores effecit.

Primus attulit] Ita emendavimus,
ex omnibus antiquis libris. antea, *in-*
tulit.

Repulſam] In petitione conſulatus,
atque etiam de ambitu damnatus eſt.
vide epiſt, ad Q. fratrem.

Ignominiam] Nam, L. Sullæ in Si-
cilia quæſtor, repetundarum damna-
tus.

Calamitatem] Quia ſuapte ſponte ex-
ſulavit.

Dignitas domo] Dignitas, id eſt, or-
namentum.

Ex domo dignitas tota] Id eſt, no-
minis exiſtimatio.

Habenda ratio non ſui ſolum, ſed etiam
aliorum] Euripides:

Ὡς ὁ δίκαιος τοῖς πέλας πέφυκʼ ἀ-
νήρ.

Id eſt:

Vir bonus aliis eſt natus.
——— ——— *ô domus.*

Antiqua, quam domino dominaris
diſpari] Ex vetere poeta. Eſt autem,
O domus, ſenarii finis. integer vero
ſenarius, id, quod ſequitur. Quod
autem verborum ordinem mutavi-
mus, fecimus id auctoritate adducti
veteris libri Cardinalis optimi, libe-
raliumque omnium diſciplinarum in-
telligentia ornatiſſimi, litteratorum-
que Mæcenatis. GVLIELMI. SIR-
LETTI: & alterius Iulii Galli, Ro-
mani. ipſa præſertim comprobante ra-
tione metri. In decem meis ante,
quam, legitur, *heu*: in duobus eſt,
& heu, quam &c. in Tertii, *& quam*
&c. *Dominare*, in quinque, & Tertii.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

In tribus, & Tettii. *Quam diſp. dominare domino.* Cic. Phil. 2. *O tecta ipſa miſera, quam diſpari domino. quanquam, quo modo iſte dominus? ſed tamen quam a diſpari tenebantur.*

In multis licet dicere] In multis Cæſarianis, Pompejanas ædes, nullo alio, quam victoriæ, jure, habitantibus. occupavit autem ipſius Pompeji Magni domum M. Antonius, qui poſtea III. vir fuit. Phil. 2. Eas voces, *in multis*, alii ſine cauſſa delent. ſunt quidem in omnibus meis libris, & Tettii. in tribus, *in multos.*

Multum mali etiam in exemplo eſt] Hinc diſtichon illud Græcum:

Σώματα πολλὰ τρέφειν, καὶ δώματα πολλ᾽ ἀνεγείρειν,
Ἀτραπὸς εἰς πενίην ἐστὶν ἑτοιμοτάτη,

Id eſt:

Multas ædificare domos, & paſcere multos.
Eſt ad pauperiem ſemita certa quidem.

Ædificiorum frugalitatem in Miltiade, & Ariſtide laudat Demoſth. Olinth. III.

L. Luculli, ſummi viri virtutem] Vide Plutarchum, in ejus vita, Cic. in Acad. & pro lege Manilia, Vellejum Paterculum lib. II. epit. Liv. XCIV. & XCV. Florum lib. III. cap. 5. Appianum in Mithridatico, Oroſium lib. VI.

Quam multi] Tertii liber, Ad quam multi. Quod ſi recipiatur, mutandum erit in At.

Villarum magnificentiam] De Luculli hortis ſumptuoſiſſimis Plutarchus. Ejus in ædificando profuſionem vide apud Varr. de re ruſt. III.

Imitati ſunt] Sunt, abeſt a duobus veteribus libris, & Tertii.

Præſtantiſſimum] Nam eſt veluti cauſſa efficiens eorum, quæ ſequuntur.

CAPVT XL.

VT *eandem nos modeſtiam appellemus*] Scientiæ definitio.

Poteſt eadem eſſe prudentiæ definitio] Non prorſus. prudentiæ enim definitio latius, quam ad locum, tempusve ſe extendit, ut quæ in univerſum de rebus bonis, & malis judicat.

Apta] Connexa, cohærentia, co ligata Virgilius:

——— ubi maximus Atlas
Axem humeris torquet, ſtellis arde tibus aptum.

Turpe eſt enim] Contra, ait Cicer 2. de Orat. *peccare, ſi quis tragœdias nugis agat.*

Pericles] Anaxagoræ phyſici au tor. Hoc autem dictum non Peric ſed Iſocrati, Plutarchus tribuit in ipſ Iſocratis vita. Vide & Plut. in Pe cle, & Valer. lib. IV. cap. de Co nentia.

O puerum pulchrum] Agellius lib. cap. 12. ſcribit, Gracchum, ex S dinia reverſum, cum pudicitiam ſu cenſoribus commendaret, pueros mia facie ante ſe ſtetiſſe negaſſe.

Si in athletarum approbatione di ſet] Nudis enim corporibus athl certabant, ut, ſi viderentur robu a prætoribus probarentur. Antiqu bri ſex, & Tertii, *probatione.*

Iuſta reprehenſione caruiſſet] Nan ratio actioni fuiſſet conſentanea.

Tanta vis eſt & loci, & temporis] nec omnia, nec paſſim, nec ab on bus.

In convivio] Vnde lex illa, Ἢ πῖ ἢ ἄπιθι, Aut bibe, aut abi.

Si quis in foro cantet] Quo m Solon furorem ſimulavit.

CAPVT XLI.

VT *in fidibus*] Aptiſſima con ratio. nam vita hominum μονία eſt.

Oculorum obtutu] Nam oculi ſu amore duces. & vultus tacitus eſt mi ſermo. vide Cic. in Piſonem Agellium lib. XIII. cap. 24.

Superciliorum aut &c.] Vide Plin. XI. cap. 36.

Quid apte eorum fiat] Martialis:

Crine ruber: niger ore: brevis p lumine læſus:
Rem facis egregiam, Zoile, ſi bon

Ex aliis judicare] Terent Heaut. I. ſc. 2.

Scitum eſt, periculum ex aliis fa tibi quod ex uſu fiet.

Plautus:

Feliciter is ſapit, qui periculo alieno ſ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ratius:

Felix, quem faciunt aliena pericula cautum.

bullius lib. III.

——— *felix, quicunque, dolore*
Alterius, diſces poſſe carere tuo.

Magis in aliis cernamus, quam in nometipſis, ſi quid delinquitur] Horas:

Cum tua pervideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum,
Quam aut aquila, aut ſerpens Epidaurius?

Vt enim pictores] Maxime Apelles. le Plinium lib. XXXV. cap. 10. Hinc ud, *ne ſutor ultra crepidam.*

Signa fabricantur] Ita eſt in veteris ſeptem, & Tertii.

Et vero etiam poetæ] Omnes veteres, *veri etiam poetæ.* Tertii excepto.

A pluribus] Euripides:

Εἷς τοι μιᾶς χειρὸς ἀσθενὴς μάχη ἔ-
τως εἷς ἀνὴρ οὐ πάνθ' ὁρᾷ.

eſt:

Vt unius manus infirma pugna eſt, ſic unus vir non omnia videt.

Sic aliorum judicio] Modo iis prori velimus; &, quid alii de nobis iſtiment, non contemnamus.

Socrates, aut Ariſtippus] Hoc eſt, corruptiſſimus quiſque.

Magnis & divinis bonis] Virtutibus cellentibus, eruditione eximia.

Cynicorum] Quorum princeps Dionnes.

Tribuere etiam multum ſenectuti] Proer uſum rerum, ætate partum: & od junioribus parentum loco ſint.

Cedere iis, qui magiſtratum habebunt] propter poteſtatem, & propter puicam auctoritatem, qua eſt inferior ivata cujuſque dignitas.

Habere delectum civis, & peregrini] am erga cives officioſi eſſe debeius, peregrini autem ſunt honore afciendi.

Privatim ne, an publice venerit] am, ſi legatus, major ei tribuenis eſt honor. legati enim jure genum ſacroſancti. de quibus ſupra a obis eſt dictum.

CAPVT XLII.

L*Iberales*] Libero homine non indigni.

Sordidi] Serviles.

In odia hominum incurrunt] Ariſtoteles τὴν ὀβολοστατικὴν dignam odio dixit, lib. I. Pol. cap. 7. Εὐλογώτατα μισεῖται ἡ ὀβολοστατικὴ, &c.

Portitorum] Charontem Portitorem Tibullus appellat:

Tendimus huc omnes: omnes expectat avarus
Portitor, & Stygiæ navita puppis aquæ.

Et feneratorum] Sic quinque veteres libri. Tres, Aut. Quinque, & Tertii, Vt. *Vnus non habet.*

Sordidi quæſtus mercenariorum] Ar. lib. Pol. I. cap. 7. Τρίτον δὲ μισθαρνία, &c.

Turpius vanitate] Mendacio. Homerus: Κακὸν δ' ἀνεμώλια βάζειν. *Turpius vanitate: opificeſque omnes:* antiquus liber, *Turpius vanitate opificum, qui omnes.*

Nec vero] Nec enim, octo libri, & Tertii.

Quidquam ingenuum] Vnus, *ingenui.*

Officina] Vnus, *opificina:* quo verbo uſus eſt & Plautus Mil. glorioſo: *Si in ea opificina neſciam aut mala eſſe, aut fraudulenta.*

Cetarii, lanii, coqui, fartores, piſcatores] In Terentio ita legitur:

Concurrunt lati.mi obviam cupedinarii omnes,
Cetarii, lanii, coqui, fartores, piſcatores.

Cetarii: Cetarii ſunt, ait Donatus, qui cete, id eſt magnos piſces venditant, & bolonas exercent. Nonius vero ſic: *Cetarii, genus eſt piſcatorum, quod majores piſces capit: dictum ab eo, quod Cete in mari majora ſunt piſcium genera.* quod Virgilius, *immania cete.* Varro Γνῶθι σεαυτὸν: *Non animadvertis cetarios, cum videre volunt in mari thunnos, adſcendere in malum alte, ut penitus per aquam perſpiciant piſces. Lanii:* Donato, qui laniant pecora: unde & Laniſtæ dicti, qui laniandis præſunt gladiatoribus. Sic & Macel-

lum a mactandis pecoribus dictum. Ex quo Seneca lib. x. epiſt. *Lignum, quod ad emundanda obſcena, adhærente ſpongia, poſitum eſt, totum in gulam farſit, &, præcluſis faucibus, ſpiritum emiſit.* Feſtus: Fartores, nomenclatores, qui clam velut infarcirent nomina ſalutatorum in aurem candidati. *Fartores:* Donato, qui inſitia, & farcimina faciunt. *Piſcatores:* eidem, qui recentem piſcem præbent. *Cetarii, lanii, coqui, fartores, piſcatores:* Plautum videtur imitatus Terentius, ejus hæc ſunt, Trinummo:

Le. quid factum eſt eo?
St. Comeſum, expotum, exſutum, elotum in balneis,
Piſcator piſtor abſtulit: lanii, coqui,
Holitores, myropolæ, aucupes. conſit cito,
Quaſi tu objicias formicis papaverem.

Vt ait Terentius] Eunucho. act. 2. ſc. 2.

Vnguentarios] Hos urbe expulſos a Lacedæmoniis, ſcribit Seneca nat. quæſt. lib. IV. Nominantur & *unguentarii* in veteribus lapidibus.

Romæ, apud Atilium Delphinium

FAVSTVS. PO . . . . .
—I
INSTITOR. VNGNEN

Venuſii, Apuliæ opidi in Templo Annunciatæ.

. . . .
CL . PHI
LARGYRO. VN
GENTAR IO
ISQ. FAMILIAM
SVAM. MANVMISIT
PECVNIAMQ.
LEGAVIT

Saltatores] Scenicos.

Totumque ludum talarium] De talorum jactu quædam dixit Pater Fam. lib. I. ep. 7. Sed plura Thomas Leonicus in dialogo, quem hac de re ſcripſit.

Doctrina rerum honeſtarum] Id eſt, munus docendi honeſtas artes. Ita in lib. de Sen.

Satiata quæſtu] Nam cupiditatis ſiti inexplebilis.

Vel contenta potius] Correctio opportuna. Hinc Lucanus:

Semper inops, quicumque cupit.

Nihil eſt agricultura &c.] Hinc Horatius:

Beatus ille, qui, procul negotiis,
Vt priſca gens mortalium,
Paterna rura bobus exercet ſuis,
Solutus omni fenore.

Et Virgilius:

O fortunatos nimium, ſua ſi bona nerint,
Agricolas.

Nihil homine libero dignius] Tertii liber, *nihil homine, nihil libero dignius.*

CAPVT XLIII.

V*Na*] Prudentia.

Altera] Iuſtitia.

Tertia] Fortitudo.

Quarta] Temperantia]

Princepſque omnium virtutum eſt i ſapientia, quam σοφίαν Græci vocan Plato: Ἡ σοφία πάσης ἀρετῆς τὸ μ γιστον μέρος: *Sapientia omnis virtu maxima pars.*

Prudentiam] In Rhetoricis: *Pr dentia eſt rerum bonarum, & malarun & utrarumque ſcientia.* Et apud Plat nem inducitur ἡγεμὼν τοῦ ὀρθῶς πρά τειν.

Rerum eſt divinarum, atque human rum ſcientia] Tuſc. 4.

Etenim cognitio] Plato Prudentia juſtitiæ expertem Calliditatem eſſe cit. Vide & Senecam lib. II. de bea vita.

Si nulla actio rerum conſequatur] V tus enim in actione conſiſtit.

Dinumerare ſtellas] Vt Eudoxus Cr dius.

Metiri mundi magnitudinem] Vt A chimedes: qui, in communi pericul ſuis pulveribus fuit intentus.

CAPVT XLIV.

T*Hebanum Epaminondam*] Plut chus in Pelopida.

Lyſis Pythagoreus] Lyſim Pythag ræ ipſius diſcipulum fuiſſe oſtendu Cicero lib. III. de Orat. Æmili

Pr

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Probus, aut quiſquis eſt in Epaminonda, Pauſanias, Plut. de muſica, Dio Chryſoſtomus in oratione inſcripta, Recuſatio magiſtratus, Laertius D. Hieronymus apologia 2. in Rufinum.

Syracuſium Dionem] Plut. in Dione, Laertius in Platone.

Multique multos] Vt Periclem Anaxagoras, Alcibiadem Socrates, Thimotheum, & alios principes viros Iſocrates, Africanum Panætius, Auguſtum Athenodorus.

Ab iis] A Platone. hunc enim, non *yſim*, ſignificat.

Eloqui copioſe] Eloquentia copioſa vel egregiis cogitationibus præſtat.

Modo prudenter] Vide præfationem Tuſc. I.

Cogitatio in ſe ipſa vertitur] De Finibus III. Sola ſapientia in ſe tota conversa eſt.

Apum examina] *Apium*, eſt in uno neo, & Tertii libro. Sic, *civitatium*, n vetere inſcriptione Firmi, in Piceno, quam in Orthographia mea poui ad, *Accius*, & apud Annæum Cornutum ad Italicum de Virgilio lib. x. t eſt apud Cariſium: Iamque *exemlo tuo etiam principes civitatium*, & oetæ incipient ſimilia fingere. Et, *ereditatium*, in antiqua inſcriptione Romæ in ædibus Atilii Delphinii, in Orthographia, ad, *Britannia*. *Cervium*, *Radicium*, apud Cariſium. De pibus Ariſt. de hiſt. anim. lib. I. cap. . & lib. IX. cap. 40. Plin. lib. II. ap. 5. & 6. Virg. lib. IV. Georg. Varo de re ruſt. lib. III. cap. 16. Colunella lib. X. Palladius lib. I. cap. 37. ib. V. cap. 8. Didymus apud Conſtaninum Cæſarem lib. XV. cap. 3.

Agendi, cogitandique ſollertiam] Duium non eſt, quin hæc tota corrigendi ratio, quæque in ea collocatur nduſtria, ad ſententiam referatur. ropterea inſpiciuntur, examinanturque veteres libri, qui ſi quando acciit, ut omnes cum ſententia pugnent, tri me parti adjungam, non equilem ambigam. illa enim dominatur, i quodammodo ſerviunt. Comparat Cicero cum apibus homines. ipſa omparatio, niſi fallor, legendum oſtendit, *agendi, cogitandique*, non, *agendi, congregandique*. Apes, inquit, non ideo congregantur, ut fingant favos, ſed, cum illis natura dederit, ut ſponte congregarentur, jam congregatæ favos fingunt. eadem natura tribuit hominibus, ut, nulla adhibita ſollertia, congregarentur; qui deinde, jam congregati, eam ſollertiam, qua uſi antea non ſunt, adhibent ad agendum, & cogitandum. Quæ duæ res ad vitam recte inſtituendam neceſſariæ ſunt. Et hoc ipſum ſpectat ad illud, quod ſupradictum eſt, de eloquentia, & cogitatione. Vt enim cogitatio ſine actione inanis eſt, ſic actio, quæ cogitatione careat, ad temeritatem plerumque delabitur. Ergo homines, natura congregati, & agunt & cogitant; ut apes, natura congregatæ, in fingendis favis operam, induſtriamque ſuam ponunt. Quo ſpectat illud ſupra: *Virtutis laus omnis in actione conſiſtit: a qua tamen ſæpe fit intermiſſio, multique dantur ad ſtudia reditus: tum agitatio mentis, quæ nunquam acquieſcit, poteſt nos in ſtudiis cogitationis, & ſine opera noſtra, continere.* Fructus igitur congregatarum apum ſunt favi; hominum congregatorum eſt actio, & cogitatio. Nam, ſi Congregationem, putes eſſe congregationis fructum, inanis erit ſermo, & abſurdus. aliud enim certe præter ſeipſum congregatio ſpectat. Locus ex Ariſt. ſumptus videtur. Nam Polit. I. Διότι δὲ, inquit, πολιτικὸν ὁ ἄνθρωπος ζῶον πάσης μελίττης καὶ παντὸς ἀγελαίου ζώου μᾶλλον δῆλον. οὐθὲν γὰρ, ὡς φαμὲν, μάτην ἡ φύσις ποιεῖ.

Attingat rerum cognitionem] Id eſt, niſi ſtudium ſocietatis cum rerum cognitione conjungatur.

Remota communitate] Duo mei, & Tertii, *comitate*. novem, *coitate*.

Quaſi virgula divina] Satyram hac inſcriptione Varro compoſuit. *Virgula divina*: citra noſtram operam.

Ergo, &c.] Duobus propoſitis honeſtis, concludit hic, utrum honeſtius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

CAPVT XLV.

I*Llud forſitan* &c.] Platonis remp. notat, quæ laxior eſt multo, quam deceat.

Sunt enim quædam ita fœda, partim ita flagitioſa] *Partim* modo pro adverbio, modo pro nomine: id eſt *alia*, vel *alii*, nominandi, aut accuſandi caſu, ex vi, naturaque propinqui verbi, uſurpari ſolere, vel pueri ſciunt. Nec vero, alterum interdum omitti, ignorare multos arbitror. Si omittatur ſecundo loco, damni ſententia nihil facit: pendet enim a primo: aut habet aliquod nomen: ut Salluſt. Iugurtha: *Vrbes partim vi, alias voluntate, imperio ſuo adjungit.* Et: *Centuriones, duceſque turmarum partim, uti transfugerent, corrumpere; alii, ſigno dato, locum uti deſererent.* Et: *Partim conſcii ſibi, alii ex partium invidia pericula metuentes.* Et: *Ille probare partim, alia abnuere.* Et: *Partim vi, alia metu, aut præmia oſtentando, avertere ab hoſtibus.* Si omittitur primo neceſſe eſt, ut ejus loco nomen aliquod ſententiæ ſerviat, ut, *alia*, *quædam*, denique quod libet nomen. Vt liber de Leg. *Quorum ſcelere religiones tum proſtrata, afflictæque ſunt, partim ex illis diſtracti ac diſſipati jacent.* Et Salluſtius in oratione C. Cottæ: *Quorum alia toleravi, partim repuli, deorum auxiliis, & virtute mea.* Et hoc loco. *Hæc jam ſcripſeram, admonitus a viri docti annotatione.* Sed, inſpectis libris veteribus, ſententiam mutare ſum coactus. nam duodecim ex eis, & Tertii habent, *ſunt enim quædam partim ita fœda, partim ita flag.* Vnus, *ſunt enim quædam partim ita fœda, quædam partim ita flag.* Vnus, *ſunt enim partim ita fœda, partim flag. Fœda:* crudelia. Lib. II. *Victoriam fœdiorem dixit.*

Quiſquam] Septem libri, *quis.* Vnus, *quis ſapiens.* Duo, *quiſque.* Duo, *quiſquam.* Vnus, & Tertii non habet.

Nec reſp. quidem] Tertii liber, *ne reſp. quidem.* Vnus, *nec res quidem publica.*

Pro ſe] Vnus, Propter ſe.

Sed hæc commodius ſe res habet] Hoc, ſex libri. Sed & hæc, quattuor.

Non poteſt accidere tempus] Alii delent, *tempus*: nec tamen ſententia lucri quidquam facit. ego conſervo, nec de ſententia quidquam detraho. nitor etiam auctoritate veterum omnium librorum: quorum auctoritatem tam parvi pendi a doctis viris miror: nitor conſuetudine Latini ſermonis. eſt enim illud ſimile, ut omittantur alia multa, ad Appium: *Nollem accidiſſet tempus, in quo perſpicere poſſes, quanti te, quanti Cn. Pompejum, quanti Brutum facerem.*

Sapientem] Quaſi dicat, in puerilem ætatem, aut muliebrem ſexum fortaſſis injuriæ iſtæ caderent.

Quod cuique ſit præponendum] Quid, in uno, & Tertii.

Gradus officiorum] De gradibus officiorum Agellius lib. v. cap. 13.

Prima, diis immortalibus; ſecunda, patriæ; tertia, parentibus] Cicero lib. I. de rep. apud Nonium, *antiquus Sed, quoniam, plurima beneficia continet patria, & eſt antiquior parens, quam ſi quis, ut ajunt, creaverit: major profecto, quam parenti, debetur gratia* De Fin. *Decet cariorem eſſe patriam nobis, quam noſmetipſos.* Et I. in Catil. *Patria mihi vita mea multo eſt carior* Salluſtius Iugurtha: *Nam vi quidem regere patriam, aut parentes, quamquam & poſſis, & delicta corrigas, tamen importunum eſt.* Cui ſimile illud, apud Cic. Fam. lib. I. ep. 9. *Id jubet idem ille Plato, quem ego auctorem vehementer ſequor. Tantum contendere in rep. quantum probare tuis civibus poſſis; vim neque parenti, neque patriæ afferre oportere.* Platonis autem loci duo ſunt al ter v. de Legibus: Πατρίδος δὲ οὔση τῆς χώρας θεραπεύειν αὐτὴν δεῖ μειζόνως, ἢ μητέρα παῖδας. Alter in Critone: Ἢ οὕτως εἶ σοφὸς, ὥστε λέληθέ σε, ὅτι μητρός τε, καὶ πατρὸς, καὶ τῶν ἄλλων προγόνων ἁπάντων τιμιώτερόν ἐστιν πατρὶς, καὶ σεμνότερον, καὶ ἁγιώτερον, καὶ ἐν μείζονι μοίρᾳ καὶ παρὰ θεοῖς, καὶ παρὰ ἀνθρώποις τοῖς νοῦν ἔχουσι. καὶ σέβεσθαι δεῖ, καὶ μᾶλλον ὑπείκειν, καὶ θωπεύειν πατρίδα χαλεπαίνουσαν, καὶ ἢ πατέρα, καὶ

πε

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

πείθειν, ἢ ποιεῖν ἃν κελεύοι, καὶ πάσχειν ἐάν τι προστάττῃ παθεῖν, ἡσυχίαν ἄγοντα, ἐάν τε τύπτεσθαι, ἐάν τε δεῖσθαι, ἐάν τε εἰς πόλεμον ἄγῃ τρωθησόμενον, ἢ ἀποθανούμενον, ποιητέα ταῦτα. καὶ τὸ δίκαιον οὕτως ἔχει. καὶ οὐχ ὑπεικτέον οὐδ' ἀναχωρητέον, οὐδὲ λειπτέον τὴν τάξιν, ἀλλὰ καὶ ἐν πολέμῳ, ἐν δικαστηρίῳ, καὶ πανταχοῦ ποιητέον, ὃ ἂν κελεύῃ ἡ πόλις τε, καὶ ἡ πατρὶς, ἢ πείθειν αὐτὴν, ᾗ τὸ δίκαιον πέφυκε. βιάζεσθαι οὐχ ὅσιον οὔτε μητέρα, οὔτε πατέρα, πολὺ δὲ τούτων ἔτι ἧττον τὴν πατρίδα. Et in ep. ad Dionis propinquos: Πατέρα δὲ, ἢ μητέρα, οὐχ ὅσιον ἡγοῦμαι προσβιάζεσθαι, μὴ νόσῳ παραφροσύνης ἐχομένους. ἐὰν δέ τινα καθεστῶτα ζῶσι βίον ἑαυτοῖς ἀρέσκοντα, ἐμοὶ δὲ μὴ, μήτε ἀπεχθάνεσθαι, μάτην νουθετοῦντα. βίαν δὲ πατρίδι πολιτείας μεταβολῆς μὴ προσφέρειν, ὅταν ἄνευ φυγῶν, καὶ σφαγῆς ἀνδρῶν, μὴ δυνατὸν ᾖ γίνεσθαι τὴν ἀρίστην.

Prima, ſecunda, tertia] Officia.

A Panætio eſt, ut ſupra dixi, prætermiſſus] Nimis tu quoque gloriam amas, Cicero noſter: ſæpe hoc adverſus Panætium iterans.

AR-

ARGVMENTVM

LIBRI SECVNDI.

ORtum officii primus liber oſtendit. ſunt enim quattuor virtutes; unde, quidquid honeſte agitur, aut cogitatur, emanat. Ortu invento, diſtributum eſt officium in duas partes: quarum altera decus, honeſtatemque ſpectat, altera vitæ commoda, copias, opes, facultates. Earum partium quæritur in prima, non modo honeſtum in quo differat a turpi, verum etiam, duobus propoſitis honeſtis, utrum honeſtius: in altera ſimiliter, non modo quid utile, quid inutile, ſed etiam, duobus propoſitis utilibus, utrum utilius. quam quidem duorum honeſtorum, duorumque utilium comparationem Panætius omiſit. De honeſtatis parte dictum eſt ſuperiore libro: de vitæ commodis, eoque, quod utile vocatur, hoc altero libro diſputatur. Poſtremo tertii libri quæſtio eſt, de eligendi judicio, cum honeſtum, & utile ita pugnant inter ſe, ut quaſi laboret animus, ancipiti diſtractus cura cogitandi. de quo Panætius cum ſe ſcripturum eſſe promiſiſſet, nihil tamen ſcriptum reliquit. Sed utilium duo genera cum ſint, multitudinis unum, quæ ſenſu ſæpe movetur, alterum paucorum, qui cum ratione deliberant: ſecundus liber non, ut multitudo, ſecernit utile ab honeſto, ſed, ut pauci, totum in virtute conſtituit: virtutis autem hoc docet eſſe preprium, ea ſequi, quibus hominum ſtudia hominibus adjungantur. quidquid enim vel in privatis rebus, vel in rep. expetimus, id conſequi, ſi diligamur, facillimum eſt. at ipſum diligi propterea non contingit omnibus, quia non omnes juſti, fidi, liberales, manſueti, faciles exiſtimantur. quibus virtutibus fortitudo, temperantia, earumque rerum, quibus excellunt pauci, ſi adjungitur præſtantia: tum, præter privatam benevolentiam, exoritur gloria: qui publicus amor eſt cum fide & honore conjunctus. Ea naſcitur ex multis rebus: in quibus cum nonnullæ ſint, pro quibus curas, labores, pericula ſuſcipimus: & in iis cum ſit nihil ipſa patria carius, aut amabilius, ideo bellica virtus, quæ publica commoda tuetur, & auget, primum aperit aditum ad eam gloriam, quæ non anguſtis continetur finibus, ſed per omnes gentes pro beneficii magnitudine diſſeminatur. quæ ſi occaſio non adeſt, non enim ſemper bella geruntur, illa quidem numquam deeſt, ut cum omnibus modeſte, cum parentibus pie, cum noſtris ita vivamus, ut eos diligere videamur. Et quoniam virtutem parit imitatio: non minimam laudem affert adoleſcentibus conſuetudo clarorum virorum: quorum ſimiles fore putantur, ſi cum iis ſæpe ſint, eorumque ſermonibus omiſſa rerum inanium, turpiumque cura, præcipue gaudeant. Valet autem vel maxime ad conciliandos animos comitas, affabilitaſque ſermonis: ſed nihil admirabilius eloquentia, præſertim ſi ſit in oratione miſta modeſtiæ gravitas. Atque hæc adoleſcentibus, illa præcipiuntur viris, ut beneficentiam, & liberalitatem delectu perſonarum habito, exerceant, vel pecunia, vel, ſi res non ſuppetat, opera, & induſtria. quæ ratio laudabilior eſt. quod enim ſumitur ex arca, cum eo, quod accipitur a virtute, conferendum non eſt. Sed, quod pecunia fit, in eo modum, qui referatur ad facultates, adhiberi oportet: ne, nimio largiendi ſtudio, fons liberalitatis exhauriatur; &, quæ virtus eſt, diu virtus eſſe non poſſit. Quo ex genere largitio quædam, quam parit ambitio, pro ratione temporum non reprehenditur: cum in populum ideo munera conferuntur, ut ab eo magiſtratus impetrentur. illa vero melior exiſtimatur impenſa, quæ ad uſum reip. pertinet, ut in muris, navalibus, portubus, aquæductibus. Maxime vero laudatur hoſpitalitas: eſt enim decori, & ornamento non iis modo, quorum domus hoſpitibus patet, verum etiam reip. Iam illud valde cavendum, nequid in beneficiis dandis contra æquitatem, remque pub. contendatur: neve, dum alios juvare volumus, offendamus, aut eos, quos non debemus, aut eos, quos non expedit. nam & laudis fundamentum juſtitia eſt: & in aliis decet conſulere, ne nos ipſos negligamus. Et, quoniam patria potiſſimum naſcimur:

nur: copia quæratur earum rerum, quas illa deſiderat: idque dum fit, opera de- tur, ut omnis pellatur avaritiæ ſuſpicio, & privata laus cum reip. commodo conjun- gatur. Extrema eſt in iis, quæ ad utilitatem pertinent, valetudinis, & pecuniæ cu- ratio. quorum illa ſuſtentatur primum notitia ſui corporis: deinde obſervatione ea- rum rerum, quæ aut proſint, aut obſint: tertio loco, continentia in victu omni, atque cultu: quarto, prætermittendis voluptatibus: poſtremo, ſcientia, conſilioque medicorum. Pecunia vero quæri debet iis rebus, unde abeſt turpitudo, conſervari di- ligentia, & parcimonia. Atque hæc de utilitatibus quæ ſi concurrant, ut vel exter- na commoda cum corporis, vel corporis cum externis, vel ipſa inter ſe corporis, aut externa cum externis comparentur: non dubium eſt, quin major utilitas minori ſit anteponenda, cum eo tamen, ut ab honeſto numquam declinetur. quæ ratio ſenem Catonem adduxit, ut fenerationem, licet quæſtuoſiſſimam, damnaret. Hæ ſunt quaſi viæ quædam, quibus ad id, quod ita utile eſt, ut honeſtum idem ſit, perve- nire licet. nam, qui ab honeſto utile ſecernunt, primum res a natura copulatas opi- nionis amore divellunt: deinde, contra quam opinantur, nec ipſi ſibi conſulunt, nec bene de humano genere merentur.

SECVNDVS CICERONIS OFFICIORVM LIBER

Ad Chriſtianæ vitæ normam examinatus.

HOneſtas, de qua libro primo diſputatum eſt, quem fructum parit? beatam vitam, id eſt, eam, quæ caſibus non ſubjacet humanis, nec ulla terminatur die, ſed æterna cæli præmia conſequitur: eaque dum ſpectat hominum judicia, mercedemque contemnit: nec tamen ea, quam ſequuntur homines, quam ipſa non deſiderat, gloria, & laude caret. ea ſervit bonorum commodis, miſeretur egentium, in exercenda caritate teſtem non quærit: tribuere ſe quæ tribuat aliis, non ſua putat, ſed quæ acceperit a Deo.

Honeſtas in quo ſita? in contemplando, & agendo, id eſt in ſcientia, & juſtitia. ſcire oportet quid agas, & agere quod ſcias: cujus enim ſtultitiæ eſt, id agere quod neſcias? cujus deſidiæ, id ſcire quod non agas? vitium in utroque, ſed eo majus in poſteriore. quod inſcientiæ culpa excuſatione aliqua non caret: ſcientia ſi peccat, id eſt ſi a juſtitia disjungitur, quo ſe tueatur, non habet. O præclaram, ſalutaremque vocem ſummi Creatoris noſtri, ſapientiſſimi magiſtri. quid ait de ſcientia? *Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti, Ieſum Chriſtum.* De juſtitia vero: *Omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit.* Dicet aliquis: Hæc quoque Stoici viderunt: nec Peripatetici prorſus ignorarunt. Cæca prorſus videri philoſophia poteſt, quæ viderit in umbra imaginem aliquam honeſtatis. at prophetæ, multo ante philoſophorum ætatem, alii obſcurius, alii clariſſime, quænam eſſet honeſti vera forma, patefecerunt. Davidis quidem teſtimonio nihil illuſtrius. *Beatus homo*, inquit, *quem tu erudieris, Domine, & de lege tua docueris eum.* De juſtitia, quæ in agendo conſiſtit, clamat idem, & præcipit: *Beatus vir, qui miſeretur, & commodat.* Et infra: *Diſperſit, dedit pauperibus: juſtitia ejus manet in æternum.*

Honeſtas in omni vitæ ſtatu, omnique re, pariter elucet. Secunda ſint omnia, non extollitur: adverſa, non affligitur. voluptatem, divitias, honorem contemnit: dolorem, egeſtatem, exſulium non extimeſcit. in ſe enim ipſa ſua ponit omnia, & illud ſæpe reminiſcitur: *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.* Et illud: *Beati eſtis, cum vobis maledicent, & perſequentur.* Cum quibus concinit Evangelium: *Beati, qui nunc fletis: quia ridebitis.* Quæ ſi attendamus: nec caritatem Iſaac, nec exſulium Iacob, nec ſervitutem Ioſeph malum putabimus.

Sed virtutes aut a natura proficiſcuntur, vel ſi abſit diſciplina, quod paucis admodum contigit: aut ab imitatione, ſapientiumque virorum conſuetudine ſumuntur. exemplis abundant ſacræ litteræ. ex quibus ut pauca delibentur, Ieſus Nave ille, ille vir, quem rerum geſtarum gloria ad cælum extulit, qui cum in pugna ſtare ſolem juſſiſſet, mortalis hominis juſſu ſtetit ſol, num a

Moyſis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Moyſis latere juvenis umquam diſceſſit? Abraham Loth proficiſcentem non eſeruit. Heliæ comes fuit Heliſeus, Paullo Silan, Timotheus, Titus. quius alii addi poſſunt. nam exemplis divites ſumus, ſpiritu pauperes.

Quæritur in officiis, quibus rebus comparetur, augeaturque pecunia. quorum? nam beata vita divitiis non eget. Regnum Dei, pauperum eſſe, docet vangelium. Et Apoſtolus: *Quæ mihi lucra fuerunt, hæc duxi propter Chriſtum etrimenta.* opponuntur enim ut contraria, divitem ſibi eſſe, pauperem Deo: ivitem Deo, pauperem ſibi. Quæ ſi quis recte diſtinguit, vivet in æternum.

Et, quoniam de utili diſputatio eſt, ſcire oportet, utilium duo eſſe genera, num ex multitudinis opinione, alterum e ſapientum ſententia. Vulgo quæ d victum, & cultum, quæ ad copias, facultates, opeſque pertinent, ea ſi ucrentur, bene ſecum agi putant. at ſapientibus, qui de honeſtate tantum laorant, maximum lucrum eſt pietas. corpori enim, & Deo ſervire, non dem ſunt: &, ſi quæritur utilitas, ea ſumitur a Deo, cum qua conferri ulla poſſit.

Ex multis autem utilibus id videtur eſſe primum, ut amemur. quandoquiem odio nihil exitioſius. Quid igitur eſt, quod amorem maxime conciliet? hriſtiana caritas: non modo quia libenter ſua communicat, verum etiam uia mitis eſt, non excandeſcit in aliena culpa, patienter injurias fert, admoet, corrigit, opem fert. Inde fides naſcitur, cognita præſertim ejus, quem iligimus, bonitate, & prudentia. velle enim, bonitatis eſt: poſſe, prudenæ. itaque libenter nos ei committimus, de cujus aut voluntate, aut prudena dubitari non poſſe, perſuaſum jam nobis eſt. bonitatem autem qui dicit, lem juſtitiam dicit: prudentiam, virtutem, quæ per ſe quidem valet, ſed, iſi cum juſtitia ſocietur, nomen mutat, & calliditas eſt, id eſt ex virtute vium. itaque verſuti, callidique hominis, ad quæſtum omnia referentis, vinda conſuetudo, repudiandum conſilium: boni ab eo nihil exſpectandum, ui bonus ipſe non eſt. malitia enim fictam, inanemque ſpeciem utilitatis ſtendit: juſtitia, id eſt bonitas, veram, ac ſolidam utilitatem parit.

Vt igitur, qui ſuam rem curat, ſibique potius conſulit, quam aliis, rectum norat iter gloriæ: nec eum homines amant, nec ei fidem habent: ſic, qui ropenſus ad liberalitatem eſt, eaque & pro facultatibus, & erga indigentes itur, eum in oculis multitudo fert, & fidem habet, ſeque & ſua recte tra- & commendari putat. Hæc virtus pecuniæ fructus eſt: ideo pecunia, quod l nos ipſos attinet, diligenter quærenda: ſed, ut idoneis opitulemur, paulo iam attentiores eſſe nos decet. quo enim eſt virtus amabilior, eo magis, ne eficiat, neve ejus exercendæ conſuetudo intermittatur, elaborandum.

Nec vero ſimplex, ejuſdemque generis liberalitas a bono viro poſtulatur. int ejus quidam quaſi gradus, & pro meritorum magnitudine fit ſpecioſior, illuſtrior. in meritis autem excellunt illa, redimere captivos ab hoſte bararo, alere parvulos, pupillos tueri, virgines collocare. eademque laus, forſſe etiam aliquanto major, acquiritur, cum, in tenui re, conſilio tamen, peraque ſubvenitur. quod genus beneficentiæ nunquam exhauritur: manat nim a perenni fonte: cum pecuniæ diverſa conditio ſit: quo enim erogatur nagis, eo minor ad virtutis uſum materia relinquitur: & ſæpe, qui alienam opiam ſublevat, ad eandem ipſe, dum largitur inconſulte, recidit inoiam.

Et, quoniam veritatem amat virtus, tenendum in primis illud eſt, ut, quas haberi volumus, tales ſimus. quam Socrates olim proximam ad gloriam iam, & quaſi compendiariam, eſſe dicebat. Sed nos, in hac admodum duia, & multis implicata erroribus humanæ vitæ via, multo quidem Socrate neliorem, & ſapientiorem, & certiorem ducem, rectoremque nacti, nulam errorem, ſi ejus expreſſa veſtigia perſequimur, timemus. Deus enim pſe ſumma veritas eſt: & in veritate colitur Deus. itaque parvi refert, hæc ſi irtus, cujus in cælo præmia ſunt, humana mercede caret: verum non caret.

alli-

allicitur verbis, capitur beneficiis multitudo: cujus autem ad verba, beneficiaque probitas accedit, eum vehementer amplectitur, ei ſe dedit, pro ejus honore, ac dignitate, nullum laborem vitat, nullum diſcrimen extimeſcit. beneficio enim ducitur, amore impellitur. ita ſequitur probitatem utilitas, licet utilitatem probitas contemnat.

Injuſte vexatis opem ferre non mediocrem laudem habet: quique hoc genere præſtat officii, dum paucos vindicat ab injuria, a multis gratiam acquirit. ſuam enim quiſque conditionem reminiſcitur: & homo hominis miſeriam non libenter videt. Decora vero in primis, & interdum ſalutaris, hoſpitalitas eſt: decora, cum accipiuntur ii, qui non egent: ſalutaris in pauperibus, in quibus Chriſtus eſt, qui minima dantibus maxima retribuit in cælo.

Pecunia, & aſſentatio homines ad benevolentiam allicit: ſed exiguum utraque fructum fert. corruptis nulla fides: blanditiis deleniti, non modo juſta imperia non ferunt, ſed admonitiones quoque reſpuunt. Nec tamen correctione vitium caret. licet largiri pecuniam ſine ambitione, comiter agere ſine mendacio. actionem utramque vitæ integritas, & ſapientia, & directa ad Deum cogitatio moderetur: non ſolum, ut placeat, ac probetur id, quod agis, verum etiam, ut bona de te ipſo exiſtimatio ſit. ita fidelis erit benevolentia vel ad perpetuitatem.

Beneficii fructus ex paupere certior, atque uberior eſt, quam ex divite. pauper ſe ſpectatum eſſe putat, non fortunam ſuam, cum remunerandi facultate careat: &, quoad non remunerat, debet: quoad debet, obſervat, amatque eum, a quo accepit. ita beneficii memoria vel perpetua eſt, vel diuturna. At dives ideo ſibi tributam eſſe gratiam judicat, quia referre parem, aut majorem etiam poſſit. quo fit, ut eum, qui bene meritus eſt, pene contemnat. Præterea dives humana dat, quia homo eſt: eaque remuneratio finibus includitur anguſtis. at pro paupere remunerator eſt Deus: qui nec munera ſæpe negat humana, & divina, nullis circumſcripta finibus perpetuo reddit.

Vix autem verbis exprimi poteſt, atque adeo nullo modo poteſt, quam Deo grata liberalitas ea ſit, quæ confertur in pauperes. Minuere ſacros theſauros, ſacrilegium eſt: ſi vero minuantur ob eam cauſſam, ut minuantur ſimul pauperum incommoda, probat Deus, & ita locat inter benefacta, ut nullum pietatis officium pluris æſtimet. nam, quis pecuniæ præſtantior uſus eſt, quam ſi erogetur in eos, in quibus ipſe Chriſtus eſt? latet in perſona pauperum: petit, & rogat: eſurire ſe, ſitire, hoſpitio indigere ſignificat. quis ita durus, ac ferreus, ut pauca neget ei, cui debet omnia? quis ita mentis inops, ita de ſe ipſo negligenter cogitans, atque adeo ſeipſum contemnens, ut exigua mercede ſuam ſalutem emendam non putet? theſauros, & humana omnia corrumpit dies: at eam, quæ de theſauris manat, gratiam nulla dies aufert. veri autem theſauri ſunt officia miſericordiæ: verus theſaurus ipſe Deus eſt. ſine quo, qui divites, & beati inter homines putantur, egent, miſerique ſunt: contra, qui egere videntur, eum ſi poſſident bonis omnibus circumfluunt. Vidit hoc, & ſenſit, & nos docuit Beatus Laurentius, cum, de theſauris Eccleſiæ, quorum cuſtos erat, interrogatus, Pauperes oſtendit. Quid ceteri Martyres? quid alii prope innumerabiles, qui in humana vita divina ſtudia coluerunt? diſpares fortaſſe meritis, ut cujuſque facultas, aut occaſio tulit, omnes tamen Laurentio mente ſimillimi, pii, miſericordes, de aliis ſolliciti, de ſe ne in craſtinum quidem cogitantes. ergo illi vivunt, viventque ſemper cum immortali viventium Deo: nobis, ſi præclaram conſuetudinem imitemur, eadem propoſita vita eſt: ſi negligamus, æterna mors impendet.

M. TVL-

M. TVLLII CICERONIS
DE OFFICIIS
AD MARCVM FILIVM
LIBER SECVNDVS.

CAPVT I.

QVemadmodum *officia ducerentur ab honeſtate, Marce fili*] Tres partes Cicero complectitur hoc prooemio. Proponit primum, : ſecundi libri futura diſputatio ſit. nde reſpondet iis, qui ſuum con- m de colenda, Latiniſque litteris ſtranda philoſophia ideo fortaſſe probarent, quod homo reip. de- s, & in ea adminiſtranda diu cum le verſatus, omiſſa rerum actione, manæ gentis propria, ad bonarum um, quæ Græcos magis decere vi- ntur, libenter amplecteretur. in parte, cum eas cauſſas expoſuit, ous excuſari jure poſſet, ornat phi- phiam divinis laudibus. Tertio nihil a ſe oſtendit inconſtanter , quod Academicus cum eſſet, ſt ex eo philoſophorum genere, percipi nihil poſſe putant, officio- tamen præcepta perſequatur. Di- utem, *Officia ducerentur ab honeſta-* quia ex quattuor virtutibus hone- n, ex honeſto autem oritur offi- n. De quo lib. 1. Atque, ab iis is, quæ ſunt in jure ſocietatis hu- næ, quemadmodum duceretur ho- um, ex quo aptum eſt officium, fere diximus.

Ab omni genere virtutis] A pruden- a juſtitia, cui conjuncta benefi- ia eſt, a fortitudine, a temperen- attingit eum locum, quem libro no deſcripſit his verbis: *Omne, d honeſtum eſt, id quattuor partium ur ex aliqua. aut enim in perſpicien- veri, ſollertiaque verſatur; aut in hominum ſocietate tuenda, tribuendoque ſuum cuique, & rerum contractarum fide: aut in animi excelſi, atque invicti magnitudine, ac robore: aut in omnium, quæ fiunt, quæque dicuntur, ordine, & modo, in quo ineſt modeſtia, & temperantia.* Ibidem infra: *Intelligendum eſt autem, cum propoſita ſint genera quattuor, e quibus honeſtas, officiumque manaret, ſplendidiſſimum videri, quod animo magno, elatoque, humanaſque res deſpiciente, factum ſit.* Et, in eodem extremo libro: *Cum omnis honeſtas manet a partibus quattuor, quarum una ſit cognitionis, altera communitatis, tertia magnanimitatis, quarta moderationis: hæ in deligendo officio ſæpe inter ſe comparentur neceſſe eſt. Virtutis:* Virtutem vocat & prudentiam: quod Ariſtoteles non ſentit, tres tantum hoc nomine dignatus.

Sequitur] Quod nos, Supereſt, Remanet. Sic lib. 1. *Sequitur, ut de una reliqua parte honeſtatis dicendum ſit.*

Vt hæc officiorum genera perſequar, quæ pertinent ad vitæ cultum] Vt diſputem de utili. Infra: *Hoc autem, de quo nunc agimus, id ipſum eſt, quod utile appellatur. Perſequamur*, legebat Vbaldinus. quo modo eſt in veteribus duobus.

Ad earum rerum &c.] Græci, τὰ χρήσιμα.

Facultatem, opes, copias] Lib. 1. *Ad vitæ commoditatem, jucunditatemque, ad facultates rerum, atque copias, ad opes, ad potentiam, quibus & ſe poſſint juvare, & ſuos, conducat id, nec ne, de quo deliberant.*

Dixi] Libro ſuperiore.

Tum, ex utilibus quid utilius, aut quid maxime utile] Abſunt hæc a ſex an-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

antiquis libris, & Tertii. Et ſane recte abeſſe, docti viri judicant.

De inſtituto] Quod me ad ſcribendum contulerim, ut philoſophiam Latinis litteris illuſtrarem.

De judicio meo] Quod hæc mihi ſtudia, cum illæ, rep. oppreſſa, conticuiſſent litteræ forenſes, ac ſenatoriæ, colenda maxime judicaverim.

Libri noſtri] De Philoſophia ſcripti. nam de Officiis poſtremi fuere, Cæſare interfecto.

Complures] Vt Brutum, Varronem, alios.

Legendi] Scripta ab aliis.

Scribendi] De Philoſophia.

Bonis viris] Id eſt, fatuis, quod Græci εὐήθης.

Inviſum] Quia nos avocet a rebus gerendis. boni autem viri actionem plus prodeſſe reip. putant, quam contemplationem. De iiſdem libro II. Acad. *Sunt enim multi, qui omnino non ament Græcas litteras: plures, qui philoſophiam: reliqui, qui etiam ſi hæc non improbent, tamen earum rerum diſputationem principibus civitatis non ita decoram putent.* Philoſophos S. C. urbe ejectos, ſcribit Agellius lib. XV. cap. II. Et Cicero Tuſcul. I. *Philoſophiam ad ſuam uſque ætatem latuiſſe ait, nec ullum habuiſſe lumen litterarum Latinarum, quam illuſtrandam, & excitandam ſibi otioſo conſtituit.*

Mirenturque in ea tantum me operæ, & temporis ponere] Lib. I. de Fin. quattuor hominum genera commemorat, qui ſtudium Philoſophiæ Latinis litteris explicandæ non probarent. ac de ſecundo quidem genere ſic: *Quidam autem id non totum reprehendunt, ſi remiſſius agatur: ſed tantum ſtudium, tam multam operam ponendam in eo non arbitrantur.* Et paullo poſt: *Qui autem, ſi maxime hoc placeat, moderatius tamen id volunt fieri, difficilem quandam temperantiam poſtulant in eo, quod ſemel admiſſum coerceri, reprimique non poteſt.*

Ego autem] Defenſionis initium. ut in epiſtola ad Lentulum: *Ego autem cum illa ſequor, quæ paullo ante propoſui, tum hoc non in poſtremis, de quo cœperam exponere. non offendes eundem bonorum ſenſum, Lentule, quem reliquiſti.*

Videndus Plutarchus in Cicerone, & præfatio Tuſc. I. & ep. 8. lib. IX. Fam. ad Varronem, de Academicis.

Regebatur] Duo veteres libri, *gerebatur.* Recte. Idem mendum irrepſerat in Ovid. Metam. XV. *Exemploque ſuo mores reget.* quo loco in veteribus quibuſdam exemplaribus, *geret*, legi, obſervavit & probitatis, & litterarum laude inſignis, mihique ſumma amicitia conjunctus, Hercule Ciofanus in iis Obſervationibus, qua in ipſum Poetam edidit.

Quibus ſe ipſa commiſerat] Commiſerat ſe ſenatui, populoque Romano nunc omnis ad unum armis tranſlat poteſtas eſt.

Curas, cogitationeſque] Hinc Auguſtus ad nepotem ſuum, magna horun librorum parte lecta, dixit, *eloquens eloquens, fili, fuit hic vir, & aman patriæ.*

Cum autem dominatu unius omnia te nerentur] Cæſaris μοναρχίαν deſignat quam nunquam Tyrannidis nomin appellavit. Dicit idem lib. II. de D vin. *Ac mihi quidem explicandæ philo ſophiæ cauſſam attulit gravis caſus civi tatis: cum, in armis civilibus, nec tu ri meo more remp. nec nihil agere pot ram: nec, quid potius, quod quidem m dignum eſſet, agerem, reperiebam.*

Conſilio] Liberæ enim ſententiæ d ci non poterant.

Auctoritati] Senatus enim auctor tas jacebat.

Dedidi] Sic octo veteres libri, Tertii. Elegantius verbum, & ad re ſignificandam aptius.

Quo cœperat] Statim poſt Cæſar necem. videbatur enim reſtituta reſ ideo dixit lib. II. de Divin. *Nunc, qu niam de rep. conſuli cœpti ſumus, tr buenda eſt opera reip. vel omnis potius ea cogitatio, & cura ponenda: tantun que huic ſtudio relinquendum, quantu vacabit a publico officio, & munere.*

Tam commutandarum rerum] H loco hujuſmodi commutationes m nime mirandas, vel novas eſſe dici Et lib. II. de Divin. eas Platonis a ctoritate probat: his verbis: *Id ipſu a Platone, philoſophiaque didiceram, n turales eſſe converſiones quaſdam reru publicarum, ut eæ tum a principib*

ten

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

nerentur, tum a populis, aliquando a *gulis.*

Quam evertendarum] Vt eſſet non qua, ſed nulla penitus reſp. Antoum conſulem notat, longe improorem Cæſare dominum.

In agendo plus, quam in ſcribendo] eraque enim ſcripſit everſa rep.

Actiones noſtras] Quæ ageremus vel foro defendendis amicis, vel in ſeu pro rep. Ad hanc ſententiam peret id, quod ſequitur: *Illæ ſcilicet lite conticuerunt forenſes, & ſenatoriæ.* inctilianus ait commentarios oranum Ciceronianarum ita eſſe exas, ut ab ipſo ſibi in memoriam teritatis videantur compoſiti. Et in Bruto ſcribit, ſe orationes ſuas n minus diligenter elaboratas etiam, m elucubratas attuliſſe.

t ſæpe fecimus] Multas enim ſcripſit tiones in foro habitas, aliquot in atu, unam in Rullum, duas in ilinam: eam, qua ſenatui gratias, in patriam reſtitutus, de haruſp. . de provinciis conſ. & de conſuſuo, & de temporibus ſuis. Oraes autem ſignificat, cum infert, *ræ forenſes.*

Iulla eſſet omnino] Exſtincta, opſa impio dominatu.

onticuerunt] Ita conticuerunt litteſle forenſes, & ſenatoriæ, ut conit mea vox in foro, & in ſenatu. enim vel in foro, vel in ſenatu em, ea litteris mandabam. ſublaautem & forenſibus actionibus, enatoriis, quod ſcriberem non erat.

Iihil autem agere cum amicus non poſ- Eo Cicero natus erat ingenio; ut i tempus otio conſumere non poſ- propterea ſcripſit ad fratrem: *Scrim illa, quæ dixeram, πολιτικὰ, m ſane opus, & operoſum: ſed, ſi ententia ſucceſſerit, bene erit opera a: ſin minus, in illud ipſum mare iemus, quod ſcribentes ſpectabamus. rediemur alia, quoniam quieſcere non mus.* Loquitur igitur non comiter de quocumque animo, ut nulli exiſtimant, ſed de ſuo, ſub- cauſſa, cur ſe ad philoſophiam lerit, quia reguſtare animus eadem ia cupierit, in quibus ab initio atus eſſet.

In iis ſtudiis] Forenſibus & ſenatoriis, quæ mihi vis temporum eripuit.

Ab initio verſatus ætatis] A prima adoleſcentia. quam ætatis ſuæ partem copioſe narrat in Bruto. Vide & Plutarchum in ejus vita.

Exiſtimavi honeſtiſſime poſſe deponi] Deponi curam, cogitationem, operam: quæ ſupra dicta ſunt. ut, *deponi*, accipiatur pro *poni*. quod Nonii teſtimonio probatur. cujus hæc ſunt verba: *Deponere*, eſt *ponere*. Virg. Buc. *De grege non auſim quidquam deponere tecum.* M. Tull. Offic. lib. II. *Exiſtimavi honeſtiſſime moleſtias poſſe deponi, ubi me ad philoſophiam retuliſſem.* Sed, *moleſtias*, delendum, recte, docti, ac diligentes viri ante nos admonuerunt. abeſt autem a ſex meis libris & Tertii. nec requiritur a ſententia: cum, *deponi*, referatur, ut dixi, ad illa ſuperiora, *cura, cogitatio, opera.* Et ipſe Nonius, cum *deponere*, interpretatur *ponere*, oſtendit, verbum, *moleſtias*, locum non habere. quamquam ex vulgatis libris additum in omnibus Nonii exemplaribus legatur. *Honeſtiſſime*, propter ipſius philoſophiæ præſtantiam: de qua proxime ſubjicitur. *Deponi*: abducit enim ab angoribus animum philoſophia, recreatque, ac reficit languentem ſalutaris doctrinæ remediis. unde illa ad Sulpicium: *Tantum dicam, me, poſteaquam illi arti, cui ſtudueram, nihil eſſe loci neque in curia, neque in foro viderim, omnem meam curam, atque operam ad philoſophiam contuliſſe: quare non equidem te moneo, ſed mihi ita perſuaſi, te quoque in iiſdem verſari rebus, quæ etiam ſi minus prodeſſent, animum tamen a ſollicitudine abducerent.* Et ad Varronem: *Stet nobis illud, una vivere in ſtudiis noſtris: a quibus antea delectationem modo petebamus, nunc vero etiam ſalutem.*

Si me ad philoſophiam retuliſſem] Cultam antea. ut in Tuſc. I. *Cum defenſionum laboribus, ſenatoriiſque muneribus aut omnino, aut magna ex parte eſſem aliquando liberatus, retuli me, Brute, te hortante maxime, ad ea ſtudia, quæ retenta animo, remiſſa temporibus, longo intervallo intermiſſa revocavi: & cum omnium artium, quæ ad*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

rectam vivendi viam pertinerent, ratio, & diſciplina ſtudio ſapientiæ, quæ philoſophia dicitur, contineretur, hoc mihi Latinis litteris illuſtrandum putavi.

Diſcendi cauſſa] Vt eloquentiam graviorum artium inſtrumento, & quaſi dote, locupletarem.

Honoribus inſervire] More ambitioſorum. Plutarchus ait, Ciceronem, laudis cupiditate, diligentius ad remp. animum adjeciſſe.

Quantum ſuperfuerat amicorum, & reip. temporis] Quantum ab amicis, & a rep. concedebatur. quantum ſuperfuerat temporis agendis in foro cauſſis amicorum, capiendis in ſenatu de rep. conſiliis: tantum erat philoſophiæ loci. Imitabatur Cenſorii Catonis induſtriam: qui, ſi quando otium nactus eſſet, ad ſtudia ſe litterarum referebat. Ἀναπαύσεσιν, inquit Plutarchus, ἐχρῆτο καὶ παιδιαῖς, ὁπότε σχολάζοι τοῦ συντάττεσθαι, τὰ βιβλία, καὶ τοῦ γεωργεῖν. Nam & ruſticam rem exercebat, de qua etiam libros compoſuit. Præceptum Platonis eſt ἐν τῷ τῶν Πολιτειῶν 2. ut plurimum temporis in philoſophia ponatur. deinde, cum res poſcet, reſp. adminiſtretur. Mendoſe in aliis libris, *temporibus*: contra veteres meos omnes, & Tertii.

In legendo] In legendis philoſophorum libris. Legendi autem maxime cupidum fuiſſe Ciceronem, ſcribunt Plutarchus, & Tertullianus.

Scribendi] De Philoſophia. Nam ſuas actiones a ſe ſcriptis mandatas eſſe dixit.

Otium non erat] Plus enim curæ, operæque requiritur in ſcribendo, quam in legendo.

CAPVT II.

M*Aximis igitur in malis*] Heſiodus, οὔποτε πάγκακον ἦμαρ.

Quæ nec ſatis erant nota noſtris] Philoſophiam Romani homines, præter paucos admodum, poſtremis quoque reip. temporibus ignorabant. Tuſc. 1. *Philoſophia jacuit uſque ad hanc ætatem, nec ullum habuit lumen litterarum Latinarum.* Scripſit autem Cicero poſt interitum reip. libros de Finibus, Tuſculanas quæſtiones, & alios. *Noſtris* [...] Romanis, Latinis. Sic initio lib. 1. [...] *Magnum attulimus adjumentum hominibus noſtris.* Et Ovidius Faſtis:

Leucothee Graiis, Matuta vocabere noſtris.

Præſtantius] In Nonio, locum hun[c] recitante, in, Præſtare, legitur, Præſtabilius. mendoſe fortaſſe. nam veteres libri omnes, Præſtantius.

Si interpretari velis] Interpretatus e[ſt] ex Platonis ſententia. dixit enim ἐν τῷ [...] τῶν Πολ. ε. Οὐκοῦν καὶ τὸν φιλόσοφον σοφίας φήσομεν ἐπιθυμητὴν εἶναι. Ariſto[-]teles autem τῷ Μετα. α. ἐλάττονι· Ὀρ[-]θῶς δὲ ἔχει τὸ καλέσαι τὴν φιλοσοφίαν ἐπιστήμην τῆς ἀληθείας θεωρητικήν. θεω[-]ρητικῆς μὲν γὰρ τέλος ἀλήθεια.

Studium ſapientiæ] Studium alib[i] ſic declarat: Studium eſt, animi aſſi[-]dua, & vehemens, ad aliquam re[m] applicata, magna cum voluntate o[c]cupatio: ut philoſophiæ, poetica[e], geometriæ, litterarum.

Sapientia] Seneca Epiſt. lib. XI[...] *Primum itaque, ſicut videtur, tibi d[...]cam, inter Sapientiam, & Philoſophiam quid interſit. Sapientia perfectum bonu[m] eſt mentis humanæ. Philoſophia ſapient[iæ] amor eſt, & affectatio. hæc oſtendit, q[uo] illa pervenit. Philoſophia unde dicta ſi[t] apparet. ipſo enim nomine fatetur. Qu[i]dam enim ſapientiam ita finierunt, [ut] dicerent, eam divinorum, & huma[no]rum ſcientiam. quidam ita: Sapien[tia] eſt noſſe divina, & humana, & hor[um] cauſſas. Supervacua mihi videtur hæc a[d]jectio, quia cauſſæ divinorum, huma[no]rumque partes ſunt. philoſophiam quoq[ue] fuerunt, qui aliter, atque aliter defi[ni]rent. Alii ſtudium illam virtutis eſſe [di]xerunt, alii ſtudium corrigendæ ment[is] a quibuſdam dicta appetitio rectæ rat[io]nis. illud, quaſi conſtet aliquid inter p[hi]loſophiam, & ſapientiam intereſſe. [...] que enim fieri poteſt, ut idem ſit, q[uod] affectatur, & quod affectat. quo m[...] multum inter avaritiam, & pecuni[am] intereſt, cum illa cupiat, hæc concupiſ[ca]tur: ſic inter philoſophiam, & ſapi[en]tiam. hæc enim illius effectus, & p[ræ]mium eſt: illa venit, ad hanc itur. [...]pientia eſt, quam Græci σοφίαν voca[nt] hoc verbo quoque Romani utebantur ſ[...] Philoſophia nunc quoque utuntur.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

A veteribus philoſophis] Sic omnes ...ri veteres.

Sive oblectatio quæritur animi, re...ieſque curarum] Sententia Platonis, τῷ τ̃ Πολ. θ. Τελῶν ἐσων τ̃ ἡδο...ν, ἡ τέτε τȣ̃ μέρȣς τ̃ ψυχῆς, ᾧ μαν...ϑνομϑυ, ἡδίςη ἂν εἴ· καὶ ἐν ᾧ ἡμῶν ...το ἄρχῃ, ὁ τέτȣ βίος ἥδιςος. A...totelcs autem Ἠθικῶν κ. Δοκεῖ ἡ ...ρία θαυμαςὰς ἡδονὰς ἔχειν, κα...ϑειότητι, καὶ τῷ βεβαίῳ.

Semper aliquid anquirunt] Sic Tertii ...er: alii omnes quatuordecim, qui...s utor, *inquirunt*, ad veram lectio...m proxime accedentes. Antea in vul...tis, male, *acquirunt*. Hanc lectio...m videtur confirmare Ariſtoteles ...λ. β. cum ait, Εἴπνες βȣ́λοιντο δὶ ...τῶν χαίρειν, ȣ̓κ ἂν ἐπιζητεῖν, εἰ μὴ ...ρὰ φιλοσοφίας ἄκως.

Spectet] Pertineat, referatur. Refer...r hoc verbum ad Philoſophum.

Valeat] Eam vim habeat, ut ad be..., beateque vivendum perducat. Re...tur ad Philoſophiæ facultatem.

Ad bene, beateque vivendum] Si...ificat genus illud vitæ, quod in con...nplatione poſitum eſt: cum vero ...jungit, *ſive ratio conſtantiæ, virtu...ſque quæritur*: eam, quæ de mori...s agit, Philoſophiæ partem ſignifi.... nam lib. III. *Cum tota inquit, ...loſophia frugifera, & fructuoſa, nec ... pars ejus inculta, ac deſerta ſit: tum ...lus feracior in ea locus eſt, nec ube..., quam de officiis: a quibus con...nter, honeſteque vivendi præcepta du...tur.*

Quæritur] *Ducitur*, habent ſeptem ...ti veteres, & Tertii.

Aut hæc ars eſt, aut nulla omnino] ...Fin. *Artem vitæ appellat*: de Ora...te, *diſciplinam*: ibidem, *laudata...n artium omnium procreatricem, & ...ſi parentem*: in Tuſculanis, *artium ...um, & inventum*: in orationibus, ...m continere ait virtutis, officii, & ...ne vivendi diſciplinam.

Maximarum rerum] Quid autem iis ...jus, quas proxime, ut bene, bea...que vivatur, quod naturalis philo...phia præſtat: deinde, ut cum virtu..., atque conſtantia: quod ea docet, ...æ moralis appellatur.

In maximis rebus errantium] Nam *propterea plerique*, ait Seneca, *neceſſaria ignoramus, quod ſupervacanea dicimus.*

Si autem eſt aliqua diſciplina virtutis] Virtutem proxime collocavit in moribus, id eſt in actione rerum, cum dixit, *ſive ratio conſtantiæ, virtutiſque quæritur*: at hic utramque Philoſophiæ partem Virtutis nomine comprehendi, ſatis conſtat. Plato in Protagora, & in Menone, diſputat, utrum virtus doceri poſſit, & utrum ſit ſcientia.

Quod alio quodam libro fecimus] In Hortenſio, qui non exſtat. quo libro Philoſophiam, Hortenſio vituperante, ſummis extulit laudibus. lib. II. de Div. Tuſc. 3. & lib. I. de Fin. Vide Lactantium lib. III. cap. 2. & lib. VI. cap. 2. Auguſtinum de vita beata. qui, in libris Confeſſionum, confitetur ſe ex Ciceronis Hortenſio, quem anno undevigeſimo in rhetorum ſcholis audierit, tanto philoſophiæ amore flagrare cœpiſſe, ut ſe totum ad eam transferre meditatus ſit, ſeque prorſus mutaſſe inde affectus, & mutaſſe ad Deum. *Quodam* (quomodo imprimi curavimus) eſt in omnibus libris, quibus utor.

A doctis & eruditis] A Peripateticis maxime.

Cum percipi nihil poſſe dicamus] Ex Academicorum ſententia. nam in ea hæreſi Cicero fuit. percipi autem nihil poſſe, dixit in quatuor Academicis libris: in quibus cum Varrone diſputavit, cum illi partes Antiochi tribuiſſet, Philonis ipſe ſumpſiſſet.

Aliis de rebus] De quibus diſſeruit in iis libris, quos antea de Philoſophia compoſuit.

Præcepta officii] Quæ tradi ab iis non debent, qui percipi nihil poſſe dicunt.

Non enim ſumus ii] Sceptici.

Quorum vagetur animus errore] Plato in Axiocho: Οὐκ ἐπαίεις γδ᾽ ὁ νȣ̃ς ἀποπλανώμϑυος. *Quorum vagetur animus errore*: qui nihil probemus, nulla in ſententia conſiſtamus. Ejus auctorem philoſophiæ Pyrrhonem fuiſſe tradunt. cujus exploſam ſententiam eſſe dixit lib. I. vide Agellium lib. XI. cap. 5. Senecam lib. XIII. Epiſt.

Epiſt. prope finem, Laertium in Pyrrhone.

Mens] Cui propoſita eſt inveſtigatio veritatis.

Vita potius] Non modo mens. nam mens, paucorum: vita, omnium.

Diſputandi] Diſputandi, ad ſcientiam; Vivendi, ad mores pertinet.

Ratione ſublata] Quæ enim poteſt eſſe diſputatio, quæ vita, ſi nihil certum putemus, nihil, quod ſequamur, habeamus?

Vt ceteri, qui alia certa, alia incerta eſſe dicunt] Vt ceteri philoſophi, ab Academicis diſſentientes, qui non alia certa, alia incerta eſſe dicunt, ſed ambigunt de omnibus. id enim eſt proprium Academicorum. *Qui*, non eſt in antiquis ſex, & Tertii.

Ab his diſſentientes] Qui alia certa, alia incerta eſſe dicunt.

Alia probabilia, contra alia improbabilia eſſe dicimus] Nihil affirmantes, ſed probabilia ſequentes. Sunt ergo tres philoſophorum ſectæ, una eorum, qui percipi quidquam poſſe negant: altera, qui alia certa, alia incerta eſſe dicunt: tertia, qui, ab utriſque diſſentientes, neque negant, neque affirmant, ſed alia probabilia eſſe dicunt, alia improbabilia. Veteres novem libri, & Tertii, *alia probabilia, contra alia dicimus.*

Quid eſt ergo, quod me impediat] Nulla me ratio deterreret: non video, cur mihi non liceat.

Vitare] Non diſplicet, quod eſt in vetere Tertii, *vitantem.* duo alii, *evitare.*

A noſtris] Ab eo genere Academicorum, qui non, percipi nihil poſſe, dicunt, ut Pyrrhonii, ſed alia probabilia eſſe, alia improbabilia, cum nihil tamen affirment. & ideo contra omnia diſputant, ut illud ipſum probabile, quod ſequuntur, appareat.

Ex utraque parte] Diſputant de eo, quod quæritur, in utramque partem, non ut affirment quidquam, ſed ut probabilia, & improbabilia diſtinguant.

Sed hæc explanata ſunt in Academicis noſtris] Non duobus prioribus libris, Catulo, & Lucullo, ſed quatuor poſterioribus ad Varronem ſcriptis. Lib. II. de Divin. *Quod genus*, inquit, *philoſophandi minime arrogans maximeque & conſtans, & elegans arbitraremur, quatuor Academicis libri oſtendimus.*

Tibi autem, &c.] Filium alloquitur in concluſione προσφωνήσει parænetica.

Antiquiſſima] Peripatetica, vetuſtiore, quam Stoica, ab ipſo Ariſtotele, omnium principe, nobilitata.

Nobiliſſimaque philoſophia] Nobil[...] tarunt enim eam ſcriptis, ut mox di[...] xi, Ariſtoteles, & Theophraſtus, [...] alii deinceps.

Cratippo auctore] Quaſi duce, & ma[...] giſtro.

Iſta præclara] Quæ tu nunc, doct[...] re Cratippo, tractas. Intelligit aute[...] Socratem, Platonem, Xenocraten[...] Speuſippum, Ariſtotelem, Theophr[...] ſtum, & ſimiles Academiæ veteris, [...] ſectæ Peripateticæ auctores, atque pri[...] cipes.

Hæc noſtra] Quæ in his libris per[...] quimur e Stoicorum ſententia.

Finitima veſtris] De quo dixit [...] procemio libri primi, *noſtra legens n[...] multum a Peripateticis diſſidentia.* Qu[...] Stoici, quos in his libris Cicero ſec[...] tus eſt, idem fere quod Peripateti[...] de officio ſentiebant.

CAPVT III.

QVinque igitur rationibus propoſi[...] officii perſequendi] Duabus de h[...] neſto, duabus de utili: de honeſt[...] utrum aliquid honeſtum ſit, an t[...] pe, &, duobus propoſitis honeſt[...] utrum honeſtius: de utili, utrum a[...] quid utile, an inutile, & duobus pr[...] poſitis utilibus, utrum utilius: qui[...] cta, de judicio deligendi, ſi quan[...] id, quod ad honeſtatem pertinet, cu[...] eo, quod ad vitæ commoda, pug[...] re videretur. In hac diviſione diſſ[...] tire ſe a Panætio fatetur his verb[...] lib. I. *Triplex eſt, ut Panætio videt[...] conſilii capiendi deliberatio. nam, ho[...] ſtum ne factu ſit, an turpe, dubita[...] id quod in deliberationem cadit: in [...] conſiderando ſæpe animi in contrarias p[...] tes diſtrahuntur. Tum autem inquiru[...] aut conſultant, ad vitæ commoditate[...]*

juci

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

cunditatemque ad facultates rerum, at-
e copias, ad opes, ad potentiam, quibus &
poſſint juvare, & ſuos, conducat id,
ne, de quo deliberant: quæ deliberatio
nis in rationem utilitatis cadit. Tertium
bitandi genus eſt, cum pugnare videtur
n honeſto id, quod videtur eſſe utile. cum
m utilitas ad ſe rapere, honeſtas con-
revocare ad ſe videtur: fit, ut diſtra-
tur in deliberando animus, afferatque
cipitem curam cogitandi. Hac in divi-
ie, cum, præterire aliquid, maximum
ium in dividendo ſit, duo prætermiſſa
t. nec enim ſolum, utrum honeſtum,
turpe ſit, deliberari ſolet: ſed etiam,
bus propoſitis honeſtis, utrum hone-
is: itemque, duobus propoſitis utili-
, utrum utilius. ita, quam ille tri-
em putavit eſſe rationem, in quinque
tes diſtribui debere reperitur. Primum
tur eſt de honeſto, ſed dupliciter, tum
i ratione de utili, poſt de comparatio-
eorum diſſerendum. Officii perſequen-
o officii inveniendi: ut agatur id,
od ſi omittatur, contra officium

Quarum duæ ad decus, honeſtatemque tinent] De quibus libro ſuperiore tum eſt.

Duæ ad commoda vitæ] De quibus c libro dicetur. ideo ſubjungitur: c autem, de quo nunc agimus, id um eſt, quod utile appellatur.

Quincta ad eligendi judicium] De qua hil ſcripſit Panætius, cum tamen ſe ſcripturum promiſiſſet. Cicero em hac de ratione lib. III. copioſe putat.

Ea, quæ dixi] Ea, quæ ad honeſta- n, & ea, quæ ad commoda vitæ tinent.

Pugnare inter ſe] Aliquid eſſe utile, od & honeſtum: & contra.

Honeſtatis perfecta eſt] Abſoluta a bis libro ſuperiore: in quo, quemmodum ab honeſtate officia ducentur, oſtendimus.

Quam quidem tibi cupio eſſe notiſſim] Quam cupio diligenter legas: actiones, & ſtudia tua ad decus, hoſtatemque dirigas.

In quo verbo lapſa conſuetudo] Saluus, in oratione Catonis: *Iampridem equidem nos vera rerum vocabula iſimus: quia, bona aliena largiri, liberalitas: malarum rerum audacia, fortitudo vocatur.* Plato IIX. de rep. ejuſmodi vocum inverſiones corruptis per parvam educationem animis acceptas refert. Ὕβριν, ait, *παίδευσιν καλοῦντες, ἀναρχίαν δ' ἐλευθερίαν, ἀσωτίαν μεγαλοπρέπειαν, ἀναίδειαν δ' ἀνδρίαν.* Plutarchus Alcibiadem hujus perverſitatis auctorem ſcribit. Et idem Plut. de diſcrimine adulatoris, & amici Thucydidem auctorem citat, hoc in ſeditionibus maxime, ac bellis fieri, ut ſolita vocabulorum dignitas non his tribuatur factis, quibus oportebat, ſed accommodetur his, quæ fiebant. ſiquidem audacia temeraria, fortitudo contentioſa judicetur, cunctatio provida, timiditas decora: contra modeſtiæ nomine prætexetur ignavia, & diligens in omni re prudentia ſegnities habeatur.

Deflexit de via] *Naves decedere ſuo curſu*, dixit Cæſar extremo lib. III. de bello ci. Quo loco, *deflectere*, libentius legerem.

Senſimque eo deducta eſt] *Senſim:* quia non ſtatim homines improbi ſunt: verum, ubi ſemel de virtutis via deflectere cœperunt, ſenſim in turpiſſima vitia deducuntur, unde illud Satyrici poetæ:

Nemo repente fuit turpiſſimus.

Nulla pernicies major] Omittitur enim ſæpe honeſtum propter vitæ commoda: & utile putatur, quod re vera non eſt.

Summa quidem auctoritate philoſophi] Socrates apud Platonem l. IIX. de rep.

Severe ſane, atque honeſte] Non leviter, neque temere.

Hæc tria] Iuſtum, utile, honeſtum: quæ ſua natura cohæreant, nec divelli poſſint.

Genera confuſa] Vnum enim omnium genus eſt: nec diſtingui poſſunt, quod ad genus attinet. nam juſtum, utile, honeſtum ſimul ſunt &, qui juſtum dicit, idem utile: qui utile, idem juſtum; qui honeſtum idem utile.

Cogitatione diſtinguunt] Vt ſpecies, quo modo philoſophi loquuntur, uni ſubjectæ generi diſtinguuntur: nam equus, & homo ſpecie differunt, genere idem ſunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Idem eſſe juſtum] *Id*, eſt in ſeptem veteribus. *Eſſe*, abeſt a Tertii libro & duobus aliis veteribus.

Quod qui parum proſpiciunt] Qui non intelligunt, quidquid honeſtum ſit, utile idem eſſe. *Parum proſpiciunt:* qui id modo, quod ante pedes eſt, vident, nec in longitudinem conſulunt: ut ait Terentius.

Verſutos homines, & callidos] Qui ab honeſto utile ſecernunt: & quia copias, opes, facultates fraude, & malitia adipiſcuntur, vulgo ſapientes exiſtimantur. *Verſutos:* πολυτρόπους, καὶ πανούργους: qualem Philippum Demoſthenes, Vlixem Poetæ deſcribunt. qui in omnem partem verſant animum, nihilque intentatum relinquunt, quo ſuis rationibus conſulturi eſſe videantur. *Callidos:* diuturno rerum uſu ita eruditos, ex aliorum incommodis ſua uti parent commoda, ut loquitur Comicus, nec a malis artibus abhorreant. Cicero de nat. de. Verſutos dicit, quorum celeriter mens verſatur: Callidos, quorum tanquam manus opere, ſic animus uſu concalluit.

Honeſtis conſiliis] Quod eſt prudentiæ.

Iuſtis factis] Quod eſt juſtitiæ: cui fortitudo, & temperantia ſe comites adjungunt.

Quæ ergo &c.] Nunc ingreditur diſputare de iis, quæ utilia hominibus ſunt: quæ duo ſunt. quædam animalia, ut homines: quædam inanima, ut argentum, aurum, arbores. ex quibus duo alia naſcuntur, quæ proſunt hominibus, & quæ nocent: ex iis, quæ proſunt, duo etiam naſcuntur: quædam rationis expertia, ut equi: quædam, quæ ratione utuntur, ut homo. Ex iis vero, quæ nocent, duo etiam naſcuntur, quædam inanima, ut gladii: quædam vero animalia, ut ſcorpiones. ſed omnia mala ex homine naſcuntur, teſte Plin. Hæc Cioſanus.

Partim ſunt inanima] Non, *inanimata*; ex antiquis libris quinque, & Tertii: & ex Nonio: cujus hæc ſunt: *Inanima, ſine anima.* Cic. de Offic. lib. II. &c. Et Hortenſio: *Nam, cum omnis ſollertia admiranda eſt, tum ea, quæ efficit, ut inanima quæ ſunt, vivere, & ſpirare videantur.* Cicero autem *animal* pro *animatum*, *inanimum*, pro *inanimatum*, dixit.

Aurum, argentum] Quæ ipſa per ſe nec bona nec mala ſunt, ſed pro eorum, qui utuntur, mente vel prodeſſe ſolent hominibus, vel obeſſe. Cicero nervos reip. Pecuniam dicit: ſine qua Demoſthenes nihil decente[r] fieri poſſe, nec utiliter, in Olynthia[-]cis dixit.

Quæ gignuntur e terra] Fruges, fru[-]ctus, ligna, herbæ, tam pabulo, quam medicinæ ſervientes.

Quæ habent ſuos impetus, & rerum appetitus] Sive ratione prædita ſint, ſive rationis expertia. ſed ex ratione præditis excipit omnino deos, ſic enim eſt putandum: quamquam ſubjungit Vnum deorum, alterum hominum nam, quis eum tribuiſſe deis impe[-]tus, & rerum appetitus exiſtimet: E[t] tamen fuerunt, qui hoc ſentire ho[c] loco Ciceronem crederent.

Boves] Plinius lib. IIX. cap. 45. *So[-]cium laboris, agrique culturæ habem[us] hoc animal, tantæ apud priores curæ. [ut] ſit inter exempla damnatus a populo R[omano] qui concubino procaci rure omaſum edi[-]ſe negante, occiderit bovem, actuſque [in] exſulium, tamquam colono ſuo interem[-]pto.* Et Cicero de nat. de. *ſcelus e[ſſe] habitum ſcribit, veſci hujus animal[is] viſceribus.* Βόες unde etiam Boves Latina vox, ἀπὸ τοῦ βόσκειν, id e[ſt] paſcendo, dicti ſunt.

Reliquæ pecudes, apes, quarum ope[ra] efficitur aliquid ad hominum uſum, a[t-]que vitam] ſic malo, quam, *opera* ſuffragantibus meis tredecim antiqu[is] libris, & Tertii. brutis enim, ratio[-]ne carentibus, *opus* tribuo libentius quam *operam*. nam, quod objicitur *opere* perfectam rem ſignificari, ho[c] non moveor. poteſt enim Cicero di[-]cere, his rebus, quas equi, boves reliquæ pecudes, apeſque perficiunt adjuvari vitam hominum. Sed, quid ſi *opus* interdum non id, quod effe[-]ctum jam eſt, ſed id, quod efficitur accipiamus? Ego Latine dici poſſe cre[-]dam, & de ruſticis hominibus, & de equis, bobus, reliquiſque pecudi[-]bus: *In opere verſantur.* id eſt, ut opu[s] faciant: cum eorum labor nondu[m]

a[-]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

l rei exitum pervenerit. Lambino agis placuit, *opera*, quam *opere:* m quo facit unus ex meis veteribus oris. mihi, ut dixi, *opere*, magis, iam *opera*. Sequor autem, præter , quæ dixi, Ciceronem ipſum, qui ullo poſt, *adde*, inquit, *ductus a-arum, derivationes fluminum, agro-m irrigationes, moles oppoſitas fluctibus, rtus manu factos: quæ non ſine homi-m opere habere poſſemus.* Et: *Secundæ , honores, imperia, victoriæ, quam-am fortuita ſunt, tamen ſine hominum ribus, & ſtudiis neutram in partem ci poſſunt.* Quibus ex locis, *opus*, n id tantum eſſe, quod factum eſt, Lambinus putat, unde mutandi nſilium cepit, verum etiam id, quod , non obſcure intelligitur. atque am, ut ſenſus meus eſt, plus quiddam eſſe videtur in *opere*, quam in *opera*. *pes:* Quarum remp. cum deſcripſiſ- Virgilius, ſubdit:

His quidam ſignis, atque hæc exempla
ſecuti,
Eſſe apibus partem divinæ mentis, &
hauſtus
Ætherios dixere.

iquid: *quanti ſunt*
Aerii mellis cæleſtia dona?

liquid: cuncta enim hominum gra- creata. Ariſtot. Polit. I. Cicero de t. de. II. Socrates apud Xenophon-n, lib. IV. τῶν ἀπομνημονευμάτων. *minum:* non dixit, Hominis: ſed, ominum: ut hominum avaritiam gis notaret.

Duo genera ponuntur] *Ponunt*, eſt in decim meis, & Tertii.

Deos placatos] Id eſt, propitios, vi-que hominum utiles. nam hic agi de utilitate, quæ ex animalibus ione utentibus percipitur.

Pietas] Iuſtitia adverſus deos.

Sanctitas] Scientia colendorum deo-m. Vide Euthyphronem Platonis.

Proxime autem, & ſecundum deos] , abeſt ab uno vetere libro.

Item] *Iterum*, veteres decem.

Deos nocere non putant] Quos non tum non nocere, ſed neque pro- ſe affirmarunt Epicurei. Lucretii ſus ſunt:

Omnis enim per ſe divum natura ne-
ceſſe eſt
Immortali ævo ſumma cum pace frua-
tur,
Semota a noſtris rebus, ſejunctaque
longe.
Nam privata dolo re omni, privata
periclis,
Ipſa ſuis pollens opibus, nil indiga no-
ſtri,
Nec bene pro meritis capitur, nec tan-
gitur ira.

Deos non nocere, ait Socrates apud Platonem in Theæteto: Πόῤῥω ὄντες τοῦ εἰδέναι, ὅτι οὐδεὶς θεὸς δύσνους ἀνθρώποις.

His exceptis] Has duas voces qui-dam delent, contra veterum omnium librorum fidem: ſententiaque eas non reſpuit: quodque me in primis mo-vet, eas retinet Servius Æn. lib. XII.

Homines hominibus] Hinc, *homo ho-mini deus, homo homini lupus.*

Obeſſe] Si oderint, & contemnant.

Vel prodeſſe] Si ament, & admiren-tur. *Vel prodeſſe:* abſunt hæ duæ voces a ſex meis libris veteribus, & Tertii: nec eas agnoſcit idem Servius.

Quæ in anima diximus] Aurum, ar-gentum, & ea, quæ gignuntur ex ter-ra. ſic octo veteres, & Tertii.

Pleraque ſunt hominum operis effecta] Sic antiqui lib. VII. & Tertii. Ab ho-mine omnis manat utilitas.

Frugum, fructuumque reliquorum per-ceptio] In dialogo de Senect. *Frugum:* de frumento, & leguminibus. *Fru-ctuumque:* de arborum fetibus.

Conſervatio] De qua Columella, & alii.

Iam vero, & earum] Plato lib. IIX. De Leg. ejuſmodi rerum vectigalia damnat. Τέλος δὲ ἐν τῇ πόλει μηδένα μηδὲν τελεῖν, μήτε ἐξαγομένων, μήτε εἰσαγομένων. λιβανωτὸν δὲ, καὶ ὅσα περὶ θεοὺς, τὰ τοιαῦτά ἐστι ξενικά. θυμιάματα, καὶ πορφύραν, καὶ ὅσα βαπτὰ χρώματα μὴ φερούσης τῆς χώρας, ἢ περί τινα ἄλλην τέχνην δεομένην, ξενικῶν τινῶν εἰσαγωγίμων, μηδενὸς ἀναγκαίου χάριν, μήτε τις ἀγέτω, μήτε αὖ τῶν ἐν τῇ χώρᾳ ἀναγκαίων ἐμμένειν ἐξαγέτω.

Earum rerum, quibus abundaremus, exportatio, & earum, quibus egeremus, invectio] Quarum rerum munera Ci-cero his hominibus tribuit, earum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

cauſſa nummi uſum inventum eſſe dixit Ariſtoteles lib. I. Pol. Ξενικωτέρας, inquit, γινομένης τῆς βοηθείας, τῷ εἰσάγεσθαι, ὧν ἐνδεεῖς, καὶ ἐκπέμπειν ὧν ἐπλεόναζον, ἐξ ἀνάγκης ἡ τοῦ νομίσματος ἐπορίσθη χρῆσις. Cujus ſententiæ primam partem, de exportatione, & invectione rerum Cicero in hunc locum tranſtulit: ſecundam, de nummi uſu, cum ipſe de hominibus loqueretur, omiſit.

Aurum, æs, argentum] Hæc non uſui, aut neceſſitati, ſed luxui, tribuit Plinius in præfatione libri XXXIII. Et Ovid. Metam. I.

Nec tantum ſegetes, alimentaque debita dives
Poſcebatur humus, ſed itum eſt in viſcera terræ:
Quas recondiderat, Stygiiſque admoverat umbris.
Effodiuntur opes, irritamenta malorum.
Iamque nocens ferrum, ferroque nocentius aurum.

CAPVT IV.

A*Vt poſtea ſubveniri*] *Potuiſſet* ſubaudiri neceſſe eſt. Subvenire tamen, veteres undecim, & Tertii. In uno, Neque ſubvenire.

Harum rerum auxilia] Vertit Græcum verbum Ariſtotelis. nam. Pol. I. Ἡ γὰρ inquit, πρὸς τ' ἀναγκαῖα τῷ σώματι βοήθεια γίνεται παρ' ἀμφοῖν, παρά τε τῶν ἡμέρων ζώων.

Ductus aquarum] De quibus exſtant Sex. Iulii Frontini libri duo, quos, propediem a me emendatos, Scholiiſque illuſtratos, edendos curabo.

Derivationes fluminum] Cum unus alveus in plures diducitur, ad urbium, agrorum, navigationumque commoditatem.

Moles oppoſitas fluctibus] Aggeres, ad maris fluminum, ſtagnorum exundationes prohibendas. Virg. Georg. II.

An memorem portus, Lucrinoque addita clauſtra?
Atque indignatum magnis ſtridoribus æquor?

Et Horatius lib. III. Od. 2.

Contracta piſces æquora ſentiunt,
Iactis in altum molibus: huc frequens
Cæmenta demittit redemptor
Cum famulis, dominuſque terræ
Faſtidioſus.

Quæ unde ſine hominum opere habere poſſemus] Sic decem veteres libri, & Tertii. unus, *poſſimus?* unus, *quæ ſine labore habere non poſſumus.* Antea pro *unde*, *non*, legebatur. Melior autem lectio eſt, quam in libro meo imprimi curavi.

Ex quibus omnibus] Hactenus inanimata nominavit.

Sunt] *Sint*, quattuor libri, & Tertii.

Inanimatæ] Duo, & Tertii, *inanima:* tres, *inanimæ.*

Qui denique] Nunc de animatis, quæ ipſa ſine hominis induſtria nullum fructum ferrent, aggreditur dicere.

Qui denique ex beſtiis fructus, aut quæ commoditas, niſi homines adjuvarent, percipi poſſet] Quod Ariſtoteles dix lib. I. Politicorum: Βοήθεια γίνεται παρὰ τῶν ἡμέρων ζώων.

Qui principes inveniendi fuerunt] Qu primi invenerunt.

Homines certe fuerunt] Vt Saturnus Pallas, Ceres, Bacchus, opinione & fama hominum dii facti.

Paſcere eas] Male alios, *equos*. nam ad belluas refertur hoc totum, Paſce re, domare, tueri, tempeſtivos fru ctus ex his capere. quod comprobatu quattuor veterum librorum, & Tert teſtimonio.

Quid enumerem artium multitudinem Ovidius:

Scilicet ingenium placida mollitur a arte,
Et ſtudio mores convenienter eunt.

Quid enim ægris ſubveniret] Ita eſt i ſex vet. lib. Vnus, *quis enim ægris ſu veniſſet?* Tres, *quis enim ægris ſubv niretur?* Tertii, *qui enim ægris ſubv niſſet?* Ciofano placet, *qui enim æg ſubveniretur?*

Tantum deſtitit a victu, & cultu b ſtiarum] Sic novem veteres libri, Tertii: pro, *tantum diſceſſit*, unus *deſiſtit*, alius, *deficit*. Lambinus m tat, & reponit, *diſtitit:* cum quo f ciunt tres libri: mihi, cur mutat fiat cauſſa non videtur. &, *diſtiti* inuſitatum eſt. quod etiamſi uſitatu

eſſe

ſſet, legerem libentius, *diſtat*, cur nim dicat, iis rebus excultam hominum vitam, a victu, & cultu beſtiarum tam diverſam fuiſſe: potius quam, m diverſam eſſe? *Deſciſcit*, legit Ciocnus.

Vrbes vero ſine hominum cœtu] De omnio Scipionis: *Nihil eſt illi principi o, qui omnem hunc mundum regit, od quidem in terris fiat acceptius, quam ncilia, cœtuſque hominum jure ſociati, æ Civitates appellantur.*

Iuris æqua deſcriptio] Lib. 1. dixit, *ra deſcribere, magiſtratus officium eſſe.* *iſcriptio* Tertii liber.

Per quas bene, beateque vivitur. quas &c.] *Per quas bene, beateque vivi-r*, non legitur in ullo vetere libro.

Effectumque eſt] Abeſt, *eſt*, a duos veteribus.

Vt eſſet vita munitior] Legibus intra bem, mœnibus adverſus exteram m. *Munitior*: minus obnoxia injus tempeſtatum, graſſationibus feram, & eorum violentiæ, qui robore nt ſuperiores.

Permutandiſque facultatibus] Quod teres facere ſolitos eſſe, ait Salluus, Iugurtha: *Vino advecticio muta-* &c.

CAPVT V.

N *bello*] Omnes veteres, *bello.* unus, *belli.* fortaſſe non male.

Cyrus] Cambyſis filius, Perſarum , qui, magnis rebus geſtis, poſtreo a Thomiri, Scytharum regina, m ducentis Perſarum millibus cæs eſt. Nominari debuit, ſi ratio temrum habeatur, ante reliquos quator.

Alexander] Ætate ultimus, rerum ſtarum gloria omnium præſtantiſſius.

Vtitur in re non dubia teſtibus non neſariis] Hoc eſt, exemplis, *argunta*, teſte Quinctiliano, *confeſſa ob eſſe debent, quia dubiis adhibentur.* id ergo opus eſt, in rebus confeſſis, minime ambiguis, inanem operam mere? Alibi: *Vbi rerum teſtimonia ſunt, quid opus eſt verbis?*

Conſpiratione hominum, atque conſen-] In Rullum: *Conſpirate nobiſcum, conſentite cum bonis.* De Fin. *Aliqui magna amoris conſpiratione conſentientes.* In Epiſt. *Mirabiliter, omnium gentium, atque ordinum conſenſus ad liberandam remp. conſpiravit.* In iiſdem vero Epiſt. Conſpirationis nomine uſus eſt. *Hæc conſpiratio, & concordia omnium ordinum ad defendendam libertatem.* In Catil. *Tanta conſpiratio bonorum.* Pro domo: *Hæc noſtra conſpiratio in rep. bene gerenda.*

Nulla tam deteſtabilis peſtis eſt, quæ non homini ab homine naſcatur] Homini enim ab homine peſſima quæque naſcuntur: & homo homini plus, quam res aliæ omnes, ſive animatæ, ſive inanimatæ, nocet.

Dicæarchi] Suidas: *Dicæarchus, Phidiæ F. Siculus, Meſſenius, Ariſtotelis auditor philoſophus, orator, geometer. Scripſit dimenſiones montium Peloponneſi. Graciæ vitam libris* III. *Rempublicam Spartiatarum: qui liber ut quotannis in Ephororum prætorio puberibus auſcultantibus recitaretur, lege ſancitum fuit apud Lacedæmonios, & longo tempore obſervatum.* Cicero Tuſc. 1. Ariſtoxeni condiſcipulum, & æqualem facit, deliciaſque ſuas appellat, eumque tres libros ſcripſiſſe ait, quibus Lesbiaci titulus, in quibus animam nihil eſſe docuerit. Laertius ait, eum Platonis ſcribendi genus improbaſſe.

Peripatetici magni, & copioſi] Celebris, tam doctrina rerum, quam dicendi facultate inſtructi.

Collectis ceteris cauſſis] Alii legunt, *exteris.* ut illæ ſignificentur, quæ non oriuntur ab ipſis hominibus, ſed extrinſecus quodam modo ſunt. Tres ex meis non habent verbum *ceteris.* Alii omnes, & Tertii, *exteris.*

Eluvionis] Κατακλυσμȣ̃, inundationis.

Vaſtitatis] Vide Proverb. *Optimum non naſci.*

Belluarum etiam repentina multitudinis] Vt ranarum, & murium.

Deinde comparat] Vide Proverb. Dulce bellum inexpertis.

Conciliare ſibi animos hominum] Octo ex meis, & Tertii, non habent particulam Sibi.

Ad uſus ſuos adjungere] Efficere, ut re, opera, conſilio nos juvent.

In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

In uſu, & tractatione] *Vſu, &*, non legitur in undecim meis, & Tertii.

Artibus operoſis] Quæ in opere conſiſtunt, non a ſapientia, & virtute proficiſcuntur: quæ manum, laboremque poſtulant: ποιητικαῖς.

Hominum autem ſtudia virorum præſtantium ſapientia, & virtute excitantur] Homines conciliantur, ſapientia, & virtute.

Ad amplificationem noſtrarum rerum] Ad utilitatem noſtram: ut conſerventur, augeanturque res noſtræ. nam in amplificatione conſervatio includitur.

Virtus fere omnis] Quæ in hominem cadere poſſit, & quæ nobis animos hominum conciliet, ad uſuſque noſtros adjungat. *Virtus fere omnis:* Virtutem dividit in Logicen, Ethicen, & Politicen. Virtutem autem pro Philoſophia dixit. Vnde Seneca Epiſt. lib. XIV. *Philoſophia ſine virtute non eſt, nec ſine philoſophia virtus.*

Vertitur] Conſiſtit, tribus rebus continetur.

Quarum una eſt in perſpiciendo, quid in quaque re verum, ſincerumque ſit] Hæc prudentia eſt. de qua lib. I. *Omne, quod honeſtum eſt, aut in perſpicientia veri, ſollertiaque verſatur.*

Sit cauſſa] Vndecim mei, & Tertii, ordine præpoſtero, *cauſſa ſit.*

Alterum] Dixit: Omnis fere virtus in tribus rebus vertitur: quarum una eſt: nunc ſubjungit, *alterum:* pro, *altera res.*

Cohibere motus animi turbatos] Hæc, temperantia.

Vti moderate] Hæc, induſtria.

Per eos denique] Rectius, ut in antiquis libris, *per eoſdemque.*

Tantaque pœna afficiamus] Pergit in deſcribenda juſtitia. Fortitudinem omitti miror. propterea dixit: *Virtus fere omnis in tribus rebus vertitur:* non in quattuor. infra tamen perſpicue fortitudinem deſcribit, cum ait: *Hac animi deſpicientia admirabilitatem magnam facit.* Et lib. I. *Omne, quod honeſtum eſt, id quattuor partium oritur ex aliqua:* non, ex tribus.

Tanta, &c. quantam] In puniendo modus eſt ab humanitate præſcriptus.

Æquitas, humanitaſque] Ne & iræ indulgeatur, & crudelitas in victos exerceatur.

Humanitaſque] Hominem enim clementiam magis decet, quam crudelitas.

CAPVT VI.

Magnam vim eſſe in fortuna in utramque partem] Hæc interponit, ut occurrat objectioni. dicet enim aliquis: A fortuna proficiſcuntur omnia: quid ego de ſtudiis hominum laborem? Reſpondet: fortuitæ quidem ſecundæ res, honores, imperia, victoriæ, tamen ſine hominum operibus, & ſtudiis neutram in partem effici poſſunt. *Magnam vim eſſe in fortuna:* Demoſthenes Olynth. 2. Μεγάλη ῥοπὴ, μᾶλλον δὲ, ὅλον ἡ τύχη παρὰ πάντ᾽ ἐστὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα. Iuvenalis vero fortunam irridet:

Nullum numen abeſt, ſi ſit prudentia
Sed nos
Te facimus, fortuna, deam, cæloqu
locamus.

Vide Lact. Firm. lib. III. cap. 29.

Ad exitus pervehimur optatos] Vt in portum.

Affligimur] Vt in ſcopulis.

Vt proxime trium] In Pharſalia, in Africa, in Hiſpania: ducibus, in Pharſalia, Pompejo Magno: in Africa Scipione Pompeji ſocero, & Iuba Mauritaniæ rege: in Hiſpania, Pompej liberis.

Summi, ac ſingularis viri] Pompej Magni.

Bene meritorum civium expulſiones] Exempla ſunt apud Valerium lib. v cap. de Ingratis.

Neutram in partem effici poſſunt] Neque adverſæ res, ut interitus exercituum, neque ſecundæ, ut honores.

Hoc igitur cognito] Benevolentiam conciliat ab utilitate. *Hoc igitur cognito:* ex quo intelligitur, allicienda eſt hominum ſtudia ad utilitates noſtra Narrat ſex præcipuas eſſe cauſſas, qu homines ſæpe commovere ſolent, u aliis faveant. quidam moventur bene volentiæ gratia. II, quidam opinion virtutis. III, fide IV, quia rebus ſui bene conſulere arbitrantur. V, metu

VI, me

, mercede conducti. quia ab illis a- ‑quid exſpectant, ut fecit Cæſar divi- ‑ones agrorum : ut etiam Claudius ‑duxit multos mercede, ut ſibi fave- ‑nt. Hæc Ciofanus.

Quæcumque igitur &c.] Cauſſæ, cur ‑idque fiat ab hominibus erga homi- ‑s. Sunt autem ſex.

Ad eum augendum] Id eſt, ad au- ‑ndum ejus divitias, potentiam, & ‑m auctoritatem, quæ ex iis oritur. ‑ eſt Græca phraſis, *αὐξάνειν τινα.* ‑mosthenes Olynth. II. Νῦν δὲ, τὸ ‑ παρὸν, ἀεὶ περιϊέμενοι, τὰ δὲ ‑λλοντα, αὐτόματα οἰόμενοι σχήσειν ‑λῶς καὶ ηὐξήσαμεν, ὦ ἄνδρες Ἀ- ‑αῖοι, Φίλιππον ἡμεῖς, καὶ κατε- ‑σαμεν τηλικοῦτον, ἡλίκος οὐδείς πω ‑σιλεὺς γέγονε Μακεδονίας.

Honeſtandum] Honoribus cumulan- ‑m.

Honoris, ſi cujus virtutem ſuſpiciunt] ‑lautus Amphitruone:

Virtute ambire oportet, non favitori-
bus.

‑cero ad Appium, ep. ult. lib. III. *‑ignia virtutis multi etiam ſine virtu- ‑aſſecuti ſunt : talium virorum tanta ‑dia aſſequi ſola virtus poteſt.* Et ad ‑ncum. lib. X. ep. 3. *Omnia ſumma ‑ſecutus es, virtute duce, comite for- ‑a.*

Et ſi quem fortuna dignum quam am- ‑[?].] *Quemque fort.* d. q. habent ſex ‑i, & Tertii.

Cui fidem habent] Expulſis regibus, ‑mis conſulibus.

Cujus opes metuunt] Quas periculo- ‑in rep. eſſe, ſi magnæ ſint, ait Pla- ‑, quod, eas qui poſſident, niſi eis ‑giſtratus pro eorum libidine de- ‑antur, libertati publicæ inſidias ‑aunt.

Qui ea tenentur] Qui mercede du- ‑ntur.

Ad eam confugere] Vt pecunia cor- ‑mpant eos, a quibus aliquid expe- ‑nt: cum id, quod cupiunt, virtute ‑tius conſequi debeant.

Male enim ſe res habet] Videtur A- ‑ſtotelem imitatus lib. II. Pol. cap. 9. ‑ῦλον τὸ τὰς μεγίστας ὠνητὰς εἶναι τῶν ‑χῶν, τήν τε βασιλείαν, καὶ τὴν στρα- ‑γίαν. Propterea Macedonum rex Phi- ‑pus Alexandrum filium, quod lar- gitione Macedonum animos conſecta- retur, in epiſtola quadam accuſavit, his verbis : *Quid te, malum, rationis in iſtam ſpem induxit, ut eos tibi fideles putares fore, quos pecunia corrupiſſes? an tu id agis, ut Macedones non te regem ſuum, ſed miniſtrum, & præbitorem putent? quo quid regi ſordidius?*

Subſidium hoc neceſſarium eſt] Vel cum cetera ſubſidia deſunt, vel cum infirma ſunt.

Quemadmodum ſit utendum eo] Id infra docet, his verbis: *Nonnunquam eſt largiendum: & ſæpe idoneis hominibus indigentibus de re familiari impertiendum, ſed diligenter, atque moderate. multi enim patrimonia effuderunt, inconſulte largiendo.*

Quæ virtuti propiores ſunt] Cum hæc a virtute longe abſit. non enim a virtute, & induſtria ſumitur.

Atque etiam ſubjiciunt ſe homines imperio alterius, & poteſtati pluribus de cauſſis] Has cauſſas expoſuit paullo ante, in eo loco : *Quæcumque igitur homines homini tribuunt ad eum augendum, atque honeſtandum: aut benevolentiæ gratia faciunt*, &c. Sed illud animadvertendum: cauſſas quidem eaſdem commemorari, quæ ſupra dictæ ſunt, diverſarum tamen rerum. aliud enim eſt, homines homini tribuere, quæ poſſunt, ad eum augendum, atque honeſtandum: aliud, ſubjicere ſe homines imperio alterius, & poteſtati. & ipſa verba, Atque etiam diverſæ rei narrationem ſignificant.

Aut beneficiorum magnitudine] Non hæc ſecunda cauſſa eſt, ſed ea, quæ ſequitur, *aut dignitatis præſtantia*: quantum ex earundem cauſſarum ordine ſupradicto licet intelligere. itaque pro, *aut*, vel ſacramento contenderem legendum, *&*, adverſantibus omnibus antiquis libris. Ita beneficiorum magnitudo ad benevolentiam addetur, tanquam ipſius benevolentiæ cauſſa, quod ſupra dixit, *cum aliqua de cauſſa quempiam diligunt.*

Aut dignitatis præſtantia] Supra: *Aut honoris, ſi cujus virtutem ſuſpiciunt, & ſi quem dignum fortuna quam ampliſſima putant.*

Aut ſpe, ſibi id utile futurum] Supra: *Aut cui fidem habent, & bene re-*
bus

bus ſuis contulere arbitrantur. Hæc autem ſpes ab ea differt, quæ capitur ex largitione propoſita: de qua ſupra: *Aut contra, a quibus aliquid exſpectant, ut cum reges, populareſve homines largitiones aliquas proponunt.*

Aut metu, ne vi parere cogantur] Supra: *Aut cujus opes metuunt.*

Aut ſpe largitionis, promiſſioniſque capti] Supra: *Aut contra, a quibus aliquid exſpectant.* Vnus ex meis, *promiſſionibuſque* utroque modo recte.

Aut, poſtremo] Sexta cauſſa & hic, & ſupra: hic, cur ſe homines alterius imperio ſponte ſubjiciant: ſupra, cur ad aliquem augendum, atque honeſtandum adducantur.

Mercede conducti] Cum pecunia per tribus dividebatur. qua de re lata lex de ambitu: de qua in oratione pro Murena.

CAPVT VII.

R*Erum autem omnium*] Paullo ſuavius, quod eſt in veteribus ſeptem, & Tertii, Omnium autem rerum.

Ad opes tuendas, ac tenendas, quam diligi] Sic eſt in quatuordecim, & Tertii.

Nec aptius, quam diligi: nec alienius, quam timeri] Securitatem ex manſuetudine tutiorem ait eſſe Seneca. Vide librum ejus de Clementia. Terentius Adelph. act. I. ſc. I.

Et errat longe mea quidem ſententia,
Qui imperium credat gravius eſſe, aut ſtabilius,
Vi quod fit, quam illud, quod amicitia adjungitur.

Salluſtius Iugurtha, in oratione Micipſæ, regis Numidarum: *Non exercitus, neque theſauri præſidia regni ſunt, verum amici: quos neque armis cogere, neque parare queas: officio, & fide parantur.* Imitatus autem eſt Salluſtius Xenophontem in Cyro, qui, moriens, Cambyſen filium ſic alloquitur: Οἶσθα μὲν οὖν καὶ σὺ, ὦ Καμβύση, ὅτι οὐ τόδε τὸ χρυσοῦν σκῆπτρον, τὸ τὴν βασιλείαν διασῶζόν ἐστιν, ἀλλ' οἱ πολλοὶ φίλοι σκῆπτρον βασιλεῦσιν ἀληθέστατον, καὶ ἀσφαλέστατον. πιστοὺς δὲ μὴ νόμιζε φύεσθαι ἀνθρώπους. πᾶσι γὰρ ἂν οἱ αὐτοὶ πιστοὶ φαίνοιντο, ὥσπερ καὶ τ' ἄλλα τὰ πεφυκότα πᾶσι τὰ αὐτὰ φαίνεται, ἀλλὰ τοὺς πιστοὺς τίθεσθαι δεῖ ἕκαστον ἑαυτῷ. ἡ δὲ κτῆσις αὐτῶν ἐστιν οὐδαμῶς σὺν τῇ βίᾳ, ἀλλὰ μᾶλλον σὺν τῇ εὐεργεσίᾳ. Apud Herodianum quoque Marcus Imperator, filium amicis, & propinquis commendans, hæc ait: Οὔτε γὰρ χρημάτων πλῆθος οὐδὲν αὔταρκες πρὸς τυραννίδος ἀκρασίαν οὔτε δορυφόρων φρουρὰ ἱκανὴ ῥύεσθαι τὸν ἄρχοντα, εἰ μὴ προϋπάρχῃ ἡ τῶν ὑπηκόων εὔνοια. μάλιστα δὲ ἐκεῖνοι εἰς ἀρχῆς μῆκος ἀκινδύνως ἤλασαν, ὅσοι μὴ φόβον ἐξ ὠμότητος, πόθον δὲ τῆς αὐτῶν χρηστότητος ταῖς τῶν ἀρχομένων ψυχαῖς ἐνέσταξαν· οὐ γὰρ οἱ ἐξ ἀνάγκης δουλεύοντες, ἀλλ' οἱ μετὰ πειθοῦς ὑπακούσαντες ἀνύποπτοι, καὶ ἔξω κολακείας προσποιήτου δρῶντές τε καὶ πάσχοντες διατελοῦσιν, οὐδέ ποτε ἀφηνιάζουσιν, ἢν μὴ βίᾳ καὶ ὕβρει ἐπὶ τοῦτο ἀχθῶσι.

Quem quiſque odit, periiſſe expetit] Ariſt. II. Rhet. Iram tempore mitigari ait, odium minime.

Hujus tyrannidi, quem armis oppreſſa pertulit civitas] Non tamen diu quod Brutus ad M. Antonium ſcripſit Fam. lib. II. ep. 3. *Non quamdiu*, ait, *vixerit Cæſar, ſed quam non diu regnarit, fac cogites.*

Valet ad peſtem] Ad hominem perdendum.

Interitum ſimilem effugit] *Talem*, eſt in octo, & Tertii. Langius vero, qui duo verba, *Interitum ſimilem*, omittit diſcedens ab omnibus antiquis libris, errare mihi videtur.

Malus enim eſt cuſtos diuturnitatis metus] Neminem diu cuſtodit metus: qui ſe metui potius, quam diligi vult, non diu tutus eſt: malum ſuæ ſalutis cuſtodem habet is, qui metuitur: putat enim eo ſe tutum eſſe, quo diu tutus non eſt: atque hoc tyrannorum exitus docet. Demoſthenes Olynth. II. Ὅταν ὑπ' εὐνοίας τὰ πράγματα συστῇ, καὶ πᾶσι ταῦτα συμφέρῃ τοῖς μετέχουσι τοῦ πολέμου· καὶ συμπονεῖν, καὶ φέρειν τὰς συμφορὰς, καὶ μένειν ἐθέλουσιν οἱ ἄνθρωποι· ὅταν δ' ἐκ πλεονεξίας, καὶ πονηρίας τις, ὥσπερ οὗτος, ἰσχύσῃ, ἡ πρώτη πρόφασις, καὶ μικρὸν πταῖσμα ἅπαντα ἀνεχαίτισε καὶ διέ-

λυσε. Hinc illud Simonis de Pam-lo filio cum Soſia colloquentis, dr. act. I. ſc. I.

——— ——— *nam antea*
Qui ſcire poſſes, aut ingenium noſcere,
Dum ætas, metus, magiſter prohibebant?

enevolentia fidelis vel ad perpetuita-] Perpetua fides oritur ex benevo-ia. qui diligit, vel perpetuo, non odo diu, fidus eſt. Quia dixerat, *urnitatis*, ſubjungit, Vel ad *perpe-atem*. plus enim eſt, *perpetuo*, m, *diu*. ſed metus nec diu bonus os eſt: at benevolentia vel perpe-fidem ſervat. quod Iſocrates ad oclem ſcripſit. Seneca:

errum tuetur principem, melius Fides.

t ſane adhibenda ſævitia] *Sane*, per-tentis eſt potius, quam probantis, ita ratione eorum, de quibus lo-mur. nam tyrannos non probat, ſi qui ſunt, iis permittit tanquam nnis, ut ad ſuas opes conſervan-in eos, qui ſine vi teneri non poſ-, ſævitia utantur. Ariſtoteles quo-tyrannis præcepta dat, licet eos probet, in Politicis libris.

a ſe inſtruunt] Sic antiqui libri decim, & Tertii. duo, *inſtituunt*.

mefacta libertas] Ita eſt in uno ii libro. tredecim, *tremefacta*. u-, *labefactata*. ex quo licet conji-, illud, *tremefacta*, eſſe gloſſema *timefacta*. quod cum duriuſcule m videretur, immutatum eſt. etius eo verbo uſus eſt lib. II.

tibi tum rebus timefactæ religiones
fugiant animo pavidæ, mortiſque timores.

vius Peribœa, apud Nonium cellum, de contrariis generibus orum, in, *vagas*, pro *vagaris*:

triplici pertimefactus mærore animi,
incerte errans vagat.

D. Brutus, ad Ciceronem, Fam. II. epiſt. 20. *Denunciatione peri-ſperare eos, te pertimefacto, ado-nte impulſo, poſſe magna conſequi ia.*

nergunt] Hoc ad illud ſpectat, mvis demerſæ ſint leges. quod tranſlatum eſt ab agrorum inundatione.

Iudiciis tacitis] Cum de reis per tabellam, non voce, ſententia fertur, nulla eorum, qui dominantur, ratione habita.

Occultis de honore ſuffragiis] Cum populus bonis civibus honores mandat, & ſuam in eo libertatem retinet. Sic Demoſth. Philip. IV. Ἐπῆρχεν εἰ τὴν κρύβδην ψῆφον τοῦ φανερῶς θορύβου.

Acriores autem morſus] Libertas intermiſſa mordet acrius, quam retenta. Tranſlatio ab animantibus: quæ, cum læſa ſunt, mordent acrius, ad ultionem doloris, & injuriæ, quam quæ læſa non ſunt. In eam ſententiam dictum eſt illud a Plauto:

Tum denique homines noſtra intelligimus bona,
Cum, quæ in poteſtate habuimus, ea amiſimus.

Vt metus abſit, caritas retineatur] Quod & paullo ante expreſſit his verbis: *Omnium rerum nec aptius eſt quicquam ad opes tuendas, ac tenendas, quam diligi, nec alienius, quam timeri.*

Qui ſe metui volent, a quibus metuuntur, eoſdem metuant ipſi, neceſſe eſt] Iſocrates ad Nicoclem: Ὅπως ἂν τοὺς ἄλλους πρὸς σεαυτὸν διαθῇς, οὕτως καὶ σὺ πρὸς ἐκείνους ἕξεις. *Metuentur*, eſt in uno, & Tertii. In alio, *metuantur*.

Quid enim cenſemus, &c. quo &c.] Sic locutus pro Roſcio Amerino: *Quid cenſes hunc ipſum Sex. Roſcium, quo ſtudio, & qua intelligentia eſſe in ruſticis rebus?* Et Agr. II. *Quid cenſetis, cum iſti Xviri cum imperio, cum faſcibus, cum illa delecta finitorum juventute, per orbem terrarum vagabantur, quo tandem animo, quo metu, quo periculo miſeras nationes futuros?* Et lib. I. de Orat. *Quid cenſes, ſi ad alicujus ingenium, vel par, vel majus illa, quam ego non attigi, acceſſerint, quantum illum, & quantum oratorem futurum?*

Superiorem illum Dionyſium] Syracuſium tyrannum, Hermocratis filium, qui tyrannidem in Sicilia invaſit anno III. Olymp. XCIII. hoc eſt anno ab V. C. CCCXLVII. Ariſt. Polit. lib. V. cap. 5. Xenophon lib. II. Dio-

nyſ.

nyſ. lib. VII. Plut. in Dione, Cic. Tuſc. V. Valer. lib. IX. cap. 15. Agell. lib. XVII. cap. 21. Macrob. lib. I. de Somn. Scip. c. X. Dicebat, ſe filio imperium relicturum adamantinis vinculis: Metum, & Violentiam intelligens. Ejus filius, regno pulſus, Corinthi ludum aperuit: ut, cum re ipſa non poſſet, ſpecie ſaltem quadam regnare videretur.

Cultros metuens tonſorios] Nam tonſor gloriatus erat, in ſua poteſtate eſſe tyranni vitam, de quo pœnas dedit.

Alexandrum Pheræum] Val. lib. IX. cap. 15. Cicero autem Tuſc. V. ait Dionyſium Syracuſanum ad Ariſtomacham, & Doridem conjuges ſic noctu ingredi ſolitum.

Theben] Pheræi Iaſonis filiam, ejus, quem calliditate, ſcientiaque militari comparat Cicero ſuperiore libro tribus maximis trium gentium ducibus, Hannibali Pœno, Q. Fabio Maximo Romano, Themiſtocli Athenienſi. Mirum autem non fuit, ſi reſcivit ipſam cum Pelopida, Thebanorum imperatore, hoſte ſuo, ipſius propinquo, & familiari paterno, colloquium habuiſſe. nec fefellit ipſum præſagium. nam conjux, mulier cordata, & animo præſente, tum vitæ tyranni pertæſa, tum quia fratre juniore fœde abutebatur, adjunctis ſibi tribus fratribus, Tiſiphono, Pitholao, Lycophrone, tyrannum in lecto decumbentem oppreſſit. Ovidius in Ibin:

Inque tuo thalamo jugulatus more Pheræi,
Qui datus eſt leto conjugis ipſe ſuo.

Vide Plut. in Pelopida, & Cic. de Inv. II.

Barbarum] Nam ii naturali odio Græcos perſequuntur. Iſocrates in Panegyrico.

Compunctum notis Threiciis] Signatum, ſtigmate notatum. nam, ut Herodotus lib. V. ait, apud Thraces punctas eſſe frontes, nobile judicabatur: non eſſe notatas punctis, ignobile. Hæc Marſus. Quibus addo Sexti Empirici philoſophi teſtimonium. qui lib. III. Pyrrhoniarum hypotheſeon, cap. 24. *Compunctum notis eſſe, apud nos*, ait, *turpe, & infame videri: at multi Ægyptii, & Sarmatæ ſuos fetu[…] compungunt.*

Diſtricto gladio] Tres, & Tertii, […] *deſtricto.*

Stipatoribus] Sic omnes libri. qu[…] magis miror eſſe, qui *ſpiculatoribus* […] legant.

Perſcrutarentur] Sic tres libri. unus […] *præſcrutarentur*, decem, & Tertii, *ſcru[…]tarentur.*

Stigmatiam] Proxime dixit, Com[…] punctum notis Threiciis: quod ſervi[…]tutis erat ſignum. Quid ſibi velit No[…]nius, qui hoc loco Stigmatias dicto[…] a veteribus punctos in notis, non a[…] ſequor. nam erraſſe eum exiſtim[…] Græcum autem nomen Latine pro[…]nunciavit, ut alia multa. Caligula[…] ait Suetonius multos honeſti ordinis […] deformatos prius ſtigmatum notis, a[…] metalla, & munitiones viarum, a[…] ad beſtias condemnaſſe.

Nec eum fefellit opinio] Tertii liber[…] & alius, non habent τὸ *opinio*. In ali[…] eſt additum. Quo modo illud a Cic[…]rone dictum Fam. lib. XIV. *Sed no[…]ni me fallit, jacebimus.* Et in Orator[…] Varro lib. II. de re ruſt. & Tacitus. […]

Ab ea] A tribus ejus fratribus, ip[…] cohortante. Plutarchus in Pelopida. […]

Premente metu] Ita Pheræus, int[…]fectus: Cæſar, tribus & viginti vu[…]neribus confoſſus: Phalaris, lapid[…]bus obrutus.

Phalaris] Aſtyalenſis tyrannus Sic[…]lus. Cic. Tuſc. II. Plin. lib. XXXVII[…] cap. 8. Ovid. I. de Arte, Perſius Sat[…] Plut. Parall. cap. 74. Seneca de Ira, […] de clementia, Oroſ. lib. I. cap. 2[…] Pindarus Od. I. Pyth. Auguſt. ad M[…]cedonium, de vera felicitate.

Cujus eſt præter ceteros nobilitata c[…]delitas] Ex illo præſertim æneo taur[…] quo homines incluſos, ut gemitu m[…]gitum referrent, igni ſubjecto ne[…]bat.

Hic noſter] Cæſar.

In quem] Ita duodecim, & Ter[…] Duo, *in eum.*

Impetum fecit] In foro enim lapi[…]bus eſt obrutus.

Demetrium reliquerunt] Superbi[…]mum: Plut. in Pyrrho, & Demetri[…]

Ad Tyrrhum] Humaniſſimum, E[…]rotarum regem.

La[…]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Lacedæmonios] Quibus juſtitia num-am curæ fuit. Iſoc. in Panathenai-. nec a confœderatis, nec a bene-ctoribus ſibi temperarunt. Iſocr. pro ce, & in Panathen. teſtatur, Lace-monios plures indicta cauſſa necaſ- quam Athenienſes convictos judi-. quo factum eſt, ut, cum Epa-nondas, Thebanorum dux, liber-is ſpem faceret, ſocii omnes ad im deficerent, nec Lacedæmoniis em ferrent. Imperarunt in Græcia cedæmonii, Athenienſes, Theba- principatum Lacedæmoniis, ut i, ademit injuſtitia.

Leuctricæ calamitatis] Superiorum nporum injurias, non Leuctricam dem, ipſis exitio fuiſſe, ſcripſit Iſo-tes in oratione Sociali. Leuctra, eotiæ urbs, ad quam ab Epaminon-profligati ſunt.

CAPVT VIII.

Xterna libentius in tali re, quam domeſtica, recordor] Oratorie hoc tum. nam a malorum noſtrorum mmemoratione natura abhorremus. apud Ovidium Achelous Me-n. IX.

——— quis enim ſua prœlia victus
Commemorare velit?

Pro ſociis] Defendendis contra exter-n vim.

De imperio] Conſervando, vel pro-ndo. Hinc illud Salluſtii de Roma-, in Conjuratione Catilinæ: *Vbi cula virtute propulerunt, ſociis, at- amicis auxilia portabant: magiſque dis, quam accipiendis, beneficiis, a-itias parabant.*

Exitus bellorum aut mites, aut neceſſa-] Virgilius lib. VI.

Parcere ſubjectis, & debellare ſuper-
bos.

tes: victos aut in civitatem, aut in em, & clientelam recipiendo, mo-o tributo impoſito. *Neceſſarii:* cum cinduntur urbes, captivique ſub co-na veneunt. quales Campani, Fre-lani, Numantini, Carthaginien-, Corinthii.

Regum, populorum] Conjungit hæc o verba Salluſtius, Catilina: *Re- populique finitimi bello tentare.* Et Iugurtha: *Auxilia a populis, & regibus, ſociiſque, accerſere.*

Portus, & refugium] Machabæi, a Syriæ regibus cum urgerentur, Romanorum opem implorarunt. Sic & Hieron, Ptolemæus, Ariobarzanes, Deiotarus, Macedones, Græci Romanorum auxiliis uſi ſunt.

Patrocinium orbis terræ] Clientium enim utilitatem patroni ſpectant. Plutarchus illud T. Flaminii dictum refert, quod Romani Græcos abſolvunt judicio incuſtoditos, liberos, & expertes tributi, legibuſque utentes patriis.

Poſt vero Sullæ victoriam] Is, hoſtibus devictis, multa civium millia partim occidit in villa publica, partim proſcripſit. Salluſtius, Catilina: *Poſtquam L. Sulla, armis recepta rep. bonis initiis malos eventus habuit: rapere omnes, trahere: domum alius, alius agros cupere: neque modum, neque modeſtiam victores habere: fœda, crudeliaque in cives facinora facere.*

Etiam in cives] Tò *etiam* non eſt in ſex meis, & Tertii. Et natum puto ex extremis litteris verbi *exſtitiſſet*, quæ repetitæ librariis occaſionem dederunt addendi novam vocem, *etiam*.

Honeſtam cauſſam non honeſta victoria] Pugnavit enim Sulla pro optimatibus contra plebem, victorque leges, & judicia reip. reſtituit.

Et certe civium] Correctio quædam. quaſi dicat, ſi minus erant boni viri, nec locupletes, (locupletes autem, ut rerum novarum haudquaquam cupidi, inter bonos viros referuntur) cives tamen erant.

Prædam ſuam ſe vendere] Quaſi hoſtes eſſent, non cives. idem fere repetit in Verrem, act. 2. libro III. *Tantum animi habuit ad audaciam, ut dicere in concione non dubitaret, bona civium R. cum venderet, ſe prædam ſuam vendere.* Largitus eſt autem ſupra modum venuſtis mulieribus, fidicinis, hiſtrionibus: teſte Plutarcho.

Secutus eſt] C. Cæſar.

In cauſſa impia] Contra optimates, & communem libertatem: cum Sulla optimates, libertatemque defenderit.

Victoria etiam fœdiore] Ob ea, quæ

 ſtatim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ſtatim ſequuntur. *Fœdiore :* crudeliore. Lib. I. *Sunt quædam partim ita fœda, partim ita flagitioſa, ut ea ne conſervanda quidem patriæ cauſſa ſapiens facturus ſit.* Salluſtius *fœdos* Catilinæ *oculos* vocat : id eſt, ſævitiam, & immanitatem præ ſe ferentes. Ter. Eun. act. 5. ſc. 5. *Facinus fœdum.* i. crudele, Donato. Cicero pro Sextio *fœdum vulnus* P. Clodii dicit. Virgilius, Æn. II.

Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras.

Vbi Servius : *Fœdare, lacerare. nam fœdum tam apud hunc, quam apud Salluſtium, non turpe, ſed crudele ſignificat :* ut,

Sanguine fœdantem quos ille ſacraverat ignes.

Salluſtius, *fœdi oculi.* Sic & ingenioſiſſimum Poetarum Ovidium, Metam. I. locutum eſſe, obſervavit ante quinquennium Hercules Cioſanus :

Fœda Lycaoniæ referens convivia menſæ.

Quem verſum prope repetit in Ibin.

Sed univerſas quoque provincias] Quæ pro Pompejo ſteterant.

Vno calamitatis jure] Sic antiqui libri ſeptem, & Tertii, Lambinus *genere* legit, & ſine cauſſa mutat : quaſi, *jure*, ſuum ſenſum non habeat. nam, quæ conditio ſingulorum civium, eadem fuit omnium provinciarum, & regionum, ut pari ſcilicet calamitate vexarentur.

Exteris nationibus] Græcia primum, deinde Africa, poſtremo Hiſpania.

Ad exemplum amiſſi imperii] Terentius præpoſitionem omittit :

Enimvero ſpectatum ſatis putabam, & magnum exemplum continentiæ.

Amiſſi imperii : everſæ reip. cum de hoſtibus, non de ſociis, triumphari ſoleret.

Portari in triumpho] Portabantur in triumpho imagines opidorum, quæ quis bello ceperat. portatam autem Maſſiliam arbitror in Gallico triumpho. nam quinquies Cæſar triumphavit, de Gallia, de Ægypto, de Ponto, de Africa, de Hiſpania, Maſſilia vero belli civilis initio portas Cæſari clauſerat. ex quo diu obſeſſa, capta denique per vim eſt.

Maſſiliam] Maſſiliæ ſimulacrum ex
ebore. Quinctilianus. *Eam fide melio*
rem, quam conſilio prudentiorem, dici
Vellejus. Lucanus lib. III. Florus lib.
IV. Epit. Liv. cx. Oroſ. lib. VI. cap
15. Eutrop. lib. VI. cap. ult.

Et ex ea urbe triumphari, ſine qu
numquam noſtri imperatores ex tranſalpi
nis bellis triumpharunt] Eadem res Phi
IIX. narratur, his verbis : *Quouſq*
Maſſiliam oppugnabis ? ne triumphus qu
dem finem facit belli ? per quem læta e
urbs ea, ſine qua numquam ex tranſalp
nis gentibus majores noſtri triumpharun
quo quidem tempore populus R. ingemui
Ejus laudes perſequitur Cicero pr
Flacco : *Maſſiliæ diſciplinam, atque gr*
vitatem non ſolum Græciæ, ſed haud ſci
an cunctis gentibus anteponendam ju
dicam. Maſſilienſes ait Livius *in eo h*
nore, in ea dignitate apud Romanos ſui
ſe, ac ſi mediæ Græciæ umbilicum incol
rent.

Si hoc uno Sol quidquam vidiſſet i
dignius] Fortaſſe a Plauto ſumpſi
qui Sticho ſic ait :

Meliorem nec tu reperies, nec Sol v
det.

Haſtam illam cruentam] Venditi
nem bonorum. nam & Sulla, & C
ſar bona proſcriptorum civium, haſ
poſita, ut prædam ſuam vendiderunt

Et meminerint, & ſperabunt] Ant
nium ſignificat. Phil. IIX. *Invitus*
co : ſed dicendum eſt : Haſta Cæſar
P. C. multis improbis & ſpem affert,
audaciam. viderunt enim ex modicis
pente divites. itaque haſtam ſemper c
piunt videre ii, qui noſtris bonis imm
nent, quibus omnia pollicetur Anton
Cruentam : tranſlatum a re milita
nam, cum haſta ante opidum pon
batur, ſignum erat diripiendæ urbi
& crudelitatis in cives exercendæ.

Quam P. Sulla cum vibraſſet, dict
tore propinquo ſuo] Hic, L. Sulla dict
tore, proſcriptorum civium bona
mit ad haſtam, id eſt in auctione p
blica, quæ, haſta prope fixa, fi
ſolebat. propterea dicitur haſtam v
braſſe, μεταφορικῶς. Quod autem i
fert Cicero. Sexto & triceſimo an
poſt (tot enim numerantur, a DCLXXI
ad DCCIX.) a ſceleratiore haſta eade
non receſſit ; ſignificat, eundem
Sullam, ut emerat bona proſcript
ru

n Marianorum L. Sulla dictatore,
rem emiſſe proſcriptorum Pompeja-
num Cæſare dictatore. De hoc P.
la ita jocatus eſt Cicero in epiſtola
Dolabellam, x. lib. IX. *Te tamen*
ſcire volo, vehementer populum ſol-
um fuiſſe de P. Sullæ morte ante quam
um ſcierit. nunc quærere deſierunt,
modo perierit. ſatis putant ſe ſcire.
ſciunt. Ego cetera qui animo æquo
, unum vereor, ne haſta Cæſaris re-
rit. Et, ad Caſſium, lib. XV. ep. 17.
hic, P. Sullam patrem mortuum, ha-
us. alii, a latronibus; alii, crudi-
dicebant. populus non curabat: com-
um enim eſſe conſtabat. Cæſarem pu-
nt moleſte laturum, verentem, ne
refrixiſſet. Cui Caſſius feſtive
ondit, ep. 19. *Sulla, cujus judi-*
probare debemus, cum diſſentire phi-
hos videret, non quæſivit quid bo-
eſſet, & omnia bona coemit. cujus
mortem forti mehercule animo tuli.
amen Cæſar nos eum deſiderare pa-
r. nam habet damnatos, quos pro
obis reſtituat: nec ipſe ſectorem de-
abit, cum filium viderit.

eleratiore haſta] Phil. II. *Auctio-*
vero miſerabilis adſpectus? veſtis
eji, non multa, eaque maculoſa:
em quadam argentea vaſa colliſa,
lata mancipia.

dem] Non legitur hoc verbum in
m libris, & Tertii.

riba] Vide Salluſtium in concio-
epidi.

m extrema ſcelera metuentes] Dat
m inanimis rebus, quo magis
ica calamitas exprimatur. *Extre-*
elera: utrum, quæ reip. impen-
? non puto. jam enim amiſſam
us eſſe remp. ſtatim dicit. quæ
ſcelera? everſionem ipſorum pa-
m.

m vero publicam penitus amiſimus]
d alibi dicit, περὶ σωπον πόλεως.

juſte imperanti] Quia leges pro
ris potentia tulit: & metui ma-
quam diligi.

ccidere potuerunt] Quæ non vide-
r accidere poſſe.

d debent putare ſinguli] Argu-
tum a majori.

becillem] *Imbecillam*, ſeptem, &
ii.

Sequitur, ut diſſeramus] Hactenus de privata amicitia dixit: nunc de gloria dicturus eſt, in qua ipſa publicus amor includitur.

Cum honore, & fide caritatem] Gloriæ deſcriptio. nam, ſi diligimur a multitudine: ſi fides ab ea nobis habetur: ſi honore digni putamur: tunc adepti gloriam ſumus. id perſpicue narratur infra.

Sed ea] Ea, quæ cum honore, & fide conjuncta ſit. nam privata quidem amicitia pariter omnes egent.

Ad cujuſque vitam inſtituendam] *Vitam inſtitutam*, undecim, & Tertii.

Certum igitur hoc ſit] Concludit hoc præcepto diſputationem de privata amicitia: nec addit plura propter librum ea de re copioſe ſcriptum, qui inſcribitur Lælius.

Id quod & primum] Vndecim, & Tertii, *idque primum*. Vnus, Quod & pr. Vnus, Idque pr.

Familiaritates habere fidas amantium nos amicorum] De fide ſupra dixit, Cum honore, & fide caritatem. Sed ibi agit ea de fide, quæ publice habetur a civibus, hic de ea, quæ privatim ab amicis.

Noſtra mirantium] Vt apud eos in honore ſimus.

Vt non differat multum inter ſummos, & mediocres viros] Vt ea pariter omnes egeant: nam ſine amicitia vita nulla eſt: ſine honore tamen, & gloria, & benevolentia civium licet vivere. Hoc ad illa ſuperiora pertinet: Ad cujuſque vitam inſtituendam accommodandum eſt, a multis ne opus ſit, an ſatis ſit a paucis diligi.

Vtriſque] Ex æquo.

Si cui hæc ſuppetunt] Si quis habet hæc tria, honorem, fidem, benevolentiam civium.

Tum ad cetera] *Cum*, Tertii liber.

Ad amicitias] Privatas.

CAPVT IX.

N*Vnc dicamus de gloria. quamquam ea quoque de re duo ſunt noſtri libri*] De quibus ad Att. lib. XV. ep. 27, & lib. XVI. ep. 3. Eos autem libros furto avertit Petrus Alcyonius, is, qui de Exſulio ſcripſit. qua de re vide Paulli

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

patris Commentarium in ep. ad Att. lib. XV. ep. 27. *Duo ſunt noſtri libri:* ſupra: *Sed hæc, cum ad philoſophiam cohortamur, accuratius ſolent diſputari: quod alio quidem libro fecimus.*

Attingamus] Pauca dicamus: cum plura dixerimus in iis libris.

Summa igitur &c.] Cauſſæ, gloriam gignentes.

Honore nos dignos putat] *Nos*, abeſt a tredecim meis, & Tertii.

Alius quoque quidam aditus ad multitudinem] Qui non eſt ad ſingulos. Vnus, *ſed eſt quoque aliis quidam aditus.* Vnus, *ſed eſt alius quidam aditus.* Tres, *ſed eſt alius quoque aditus.* Novem, & Tertii faciunt cum impreſſa lectione.

Quæ ante dixi, benevolentiæ præcepta videamus] Sic undecim, & Tertii. Vnus non habet τὸ, *benevolentiæ.* Vnus, *quæ ante dixi, benevolentiæ præceptis.*

Quæ quidem capitur beneficiis maxime] Capitur, eſt, Acquiritur. ſed leporis quiddam plus habet, ad exprimendam beneficiorum vim, quibus capiuntur, atque obſtringuntur animi. propterea, *aucupari gratiam*, dixit in epiſtola ad Lucceium. Et, *venari viduas fruſtis, ac pomis*, Horatius. Quod utrumque verbum ad *capiendi* voluntatem ſpectat. Capitur, igitur, ex multitudine: pro, ſumitur, obtinetur. Sic, *capere fructum, capere laudem.* Præterea, ſi, *benevolentiam aucupari*, Latinum eſt: cur, *benevolentiam capere*, Latinum non eſſe videatur? Quid laboras, Lambine? cur ad mutandum tam proclivis es? nihil hic pro te faciunt antiqui libri: ſermo Latinus eſt: mutationem ſententia non poſtulat. *Maximis*, eſt in ſex meis, *Capitur beneficiis maxime*: Hinc illud, *gratia gratiam parit.*

Benefica voluntate benevolentia movetur] Legendum, mutato verborum ordine, ut eſt in meis octo veteribus libris, & Tertii: *Voluntate benefica benevolentia movetur.* Ovid. de Ponto:

Vt deſint vires, tamen eſt laudanda voluntas.

Quod decorum, honeſtumque diximus] Dicimus, eſt in ſeptem, & Tertii.

Per ſe] Vel ſi nullum ex eo fructum capiamus.

Natura, & ſpecie ſua] Vi, & form[a] ſua.

Perlucet] Sic veteres omnes libri[.] Langius, Prolucet. cur mutetur, cau[ſ]ſam non video.

Cauſſæ diligendi] Sic illud Virgilii:

uritque videndo
Femina.

Quod & active, & paſſive intelli[gi] poteſt.

Prudentiam] Intelligentiam.

Et futura proſpicere] Definitio pru[-]dentiæ.

Cum res agatur, in diſcrimenque ve[n]tum ſit] Iſocrates: Τὸ ὅτι τῶν καιρῶ[ν] θεωρεῖν τοὺς συμβουλεύοντας· τοὺς δὲ κα[θ]όλου λέγοντας καὶ μηδὲν γινώσκοντ[ας] τῶν δεόντων, ἀποδοκιμάζειν.

Expedire rem] Explicare.

Hanc enim omnes exiſtimant utilem[,] veramque prudentiam] *Homines*, n[o]vem, & Tertii, Septem, *hanc en[im] utilem homines exiſtimant, veramq[ue] prudentiam.*

Id eſt bonis] *Bonis viris*, octo, [&] Tertii. Infra quoque pro juſtis Bon[os] appellat.

Iuſtitia ſine prudentia multum poteri[t,] ſine juſtitia nihil valebit prudentia] L[i]bro primo, eaſdem comparans virt[u]tes, *placet*, inquit, *aptiora eſſe natu[ræ] ea officia, quæ ex communitate, qu[am] ea, quæ ex cognitione ducantur.*

CAPVT X.

NE quis ſit admiratus] Ne qua [ſit] admiratio.

Cum inter omnes philoſophos conſti[t] Non eos quidem, quorum libri [ex]ſtant. nam Ariſtoteles id non doc[et.] Plato autem ex aliorum ſenten[tia] diſputat: ut in Euthydemo: Εἴπερ ἓν ἐπίστασαι, πάντα ἐπίστασαι. In P[ro]tagora autem: Πότερον καὶ μεταλα[μ]βάνουσιν οἱ ἄνθρωποι τούτων τῶν τῆς ἀ[ρε]τῆς μορίων οἱ μὲν ἄλλο, οἱ δὲ ἄλλο; [ἢ] ἀνάγκη, ἐάν περ τις ἓν λάβῃ, ἅπ[αν]τα ἔχειν.

Cum veritas ipſa limatur] Cum [ve]ritas ipſa diligentiſſime quæritur.

Ad opinionem, &c.] O vocalis [ec]geſies a Cicerone hic duabus lineis [u]ſurpatur.

Alios bonos] Pro, juſtos, & Ariſt[o]te[les]

s lib. vi. Et hic ἀγαθὸν pro juſto
uit ipſe Cicero infra: *Ex qua una
tute*, inquit de juſtitia, *viri boni
tantur.*

um loquamur de opinione populari]
natur enim populus diverſas eſſe
utes.

ertinerent] Sic tres mei, & Tertii.
ecim, *pertinent.*

Admirantur igitur communiter illi]
octi ſcilicet, & parvo animo præ-
. Horatius:

*il admirari, prope res eſt una, Nu-
mici,
olaque, quæ poſſit facere, & ſervare
beatum.*

ræter opinionem ſuam] Παράδοξα:
παρὰ προσδοκίαν.

*Non enim omnes eos contemnunt, de
us male exiſtimant*] *Contemnere*, &
exiſtimare, non idem ſunt. *De
us male exiſtimant*: nam ii nocere
unt. Ariſtoteles hoc diſputat Rhet.
III.

os haud contemnunt quidem] Tres,
Tertii, *eos contemnunt quidem neu-
am.* quod, ut magis antiquum,
is probo. & ex eo impreſſam le-
nem natam exiſtimo.

ec ſibi, nec alteri proſunt, ut dici-
Proſunt, Abeſt ab uno Tertii li-
& recte abeſſe arbitror. brevitas
proverbii ſimilitudinem facit.
ut dicitur, multorum ſermone tri-
eſſe, & intelligi poſſe per ſe oſten-
Horatius hos ait fruges conſume-
atos. & Græcus poeta, ἐτώσιον
ἄχθος ἀρούρης, Telluris inutile pon-
Heſiodus:

Οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτῷ
πάντα νοήσῃ,
φρασσάμενος τάτ' ἔπειτα, καὶ ἐς
τέλος ᾖσιν ἀμείνω.
Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰ-
πόντι πίθηται.
Ὃς δέ κε μήτ' αὐτῷ νοέῃ, μήτ' ἄλ-
λου ἀκούων
Ἐν θυμῷ βάλληται, ὃ δ' αὖτ' ἀ-
χρήιος ἀνήρ.

*Admiratione quadam afficiuntur ii,
anteire cæteros virtute putantur*]
madmodum Latine dicitur, *laude
itur, honoribus afficitur*; pro, Lau-
conſequitur, Honores conſequi-
ſic hoc in loco Cicero dixit, *ad-
miratione quadam afficiuntur ii*: pro,
Admirationem quandam hominum
conſequuntur. Itaque non video, cur
quidquam mutetur. cum præſertim li-
bri omnes antiqui, *afficiuntur*, ha-
beant, non, *afficiunt*, ut ex ingenio
Lambinus reponit: meo quidem judi-
cio, non ſatis recte, ut leviter dicam.
Vnus, *admiratione quadam vero affi-
ciuntur.* Duo, *admiratione autem qua-
dam afficiuntur.* Vnus, *admiratione
quadam autem afficiuntur.* Sex, & Ter-
tii, *admiratione autem afficiuntur.* Qua-
tuor cum impreſſa lectione faciunt.
Cæteros: Vnus, & Tertii, *cæteris.*

Iis vitiis] Fraude, dolo, violen-
tia.

Voluptates, blandiſſimæ dominæ] Pro-
pterea δέλεαρ κακῶν Voluptatem ap-
pellavit Plato ἐν τῷ τῶν Νόμων H quod,
eſcam malorum, Cicero convertit in
Catone.

*Sæpe majores partes animi a virtute
detorquent*] Τὸ Sæpe, non legitur in
ullo vetere libro.

In utramque partem] Tam volupta-
tes, quam dolores. vel, Sive cum ad-
ſunt, ſive cum abſunt.

Excelſo animo, magnoque] Qui vir-
tutem rebus omnibus anteponat.

*Tum quis non admiretur ſplendorem,
pulchritudinemque virtutis*] Hoc non
videtur cum eo conjungi poſſe, quod
dictum eſt: Quæ in utramque partem
excelſo animo, magnoque deſpiciunt.
Potius enim ſententia requirebat, *tum
quis non eos admiretur?* aut: *Quis non
admiretur ſplendorem in iis, pulchritu-
dinemque virtutis?* Modo ſubjunga-
tur aliquid, quod ad, *qui*, refera-
tur.

CAPVT XI.

HÆc animi deſpicientia] Cum &
voluptates, & dolores deſpiciun-
tur. Sic eſt in omnibus vet. libris. Ma-
le in vulgatis, *perſpicientia.*

Et maxime juſtitia] Plato Politic. II.
Ὁ μὲν ἄρα δίκαιος ἡμῖν ἀναπέφαν-
ται, ὢν ἀγαθός τε καὶ σοφός. ὁ δὲ ἄδικος,
ἀμαθής τε καὶ κακός.

Qui mortem, qui dolorem] Stoici,
contra Peripateticos. nam Ariſtoteles
naturales effectus eſſe dicit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Quæ his ſunt contraria] Novem, & Tertii, Quæ ſunt his contr.

Maximeque admirantur] Valerius Max. lib. IV. cap. 3.

Hunc dignum ſpectatu arbitrantur] Sic quatuordecim mei. unus Tertii, *hunc igni ſpectatum.* id eſt, probe cognitum: ut ego interpretor: ut aurum ſpectatur igni. Similiter ad Pætum, Fam. lib. IX. ep. 16. *Non facile dijudicatur amor verus, & fictus, niſi aliquod incidat ejuſmodi tempus, ut quaſi aurum igne, ſic benevolentia fidelis periculo aliquo perſpici poſſit.* quod ex Iſocrate ſumptum, Pater annotavit, ex oratione ad Demonicum: Τὸ μὲν χρύσιον ἐν τῷ πυρὶ δοκιμάζομεν. Sic & Ovidius Triſt.

> *Scilicet ut fulvum ſpectatur in ignibus aurum &c.*

Huc facit illud Chilonis: Ἐν λιθίναις ἀκόναις ὁ χρυσὸς ἐξετάζεται, διδοὺς βάσανον φανεράν· ἐν δὲ χρύσῳ ἀνδρῶν ἀγαθῶν τε κακῶν τε νοῦς ἔδωκ᾽ ἔλεγχον. Lambinus, *tamquam*, addit. Alii, *hunc virum ſpectatum.* Alii, *hunc dignum adſpectu.* Mollius omnino erat, *ut igni.* ſed, abſit ut, quid incommodi? præſertim in communi, tritaque ſententia, quam uſus ipſe jam ſatis emolliverat.

Ob eandem cauſſam] Quia prodeſſe vult plurimis. nam ideo ſpernit, & negligit eas res, ad quas plerique inflammati aviditate rapiuntur.

Ad quas plerique inflammati aviditate rapiuntur] Plus eſt, quam, *cupiditate.* Vnus meus, *avide.*

Niſi ſpeciem præ te boni viri feras] Niſi juſtus videare. *Boni viri:* juſti. ſubjungit enim: *Etiam ſolitario homini opinio juſtitiæ neceſſaria eſt.* Et paulo ante dixit de juſtitia: *Ex qua una virtute viri boni appellantur.*

Injuſti habebuntur] Mihi hoc videtur abundare: cum dixerit, *ſi eam non habebunt.* Cum hoc jam ſcripſiſſem, animadverti conjecturam meam unius libri veteris teſtimonio confirmari.

Nullis præſidiis ſepti] Quibus maximum opinio juſtitiæ præſidium eſſet.

Ad rem gerendam] Dum eas res gerunt. Male Lambinus, contra veteres omnes libros, *ad rem.* cum ſit ſermo de privatis rebus.

Qui maleficio, & ſcelere paſcuntur Vt Terentius Sannio:

> *Leno ego ſum: at ita, ut uſquam fu fide quiſquam optima.*

Nam, qui &c.] Iuſtitia etiam apu latrones neceſſaria. Plutarchus Pompejo narrat de latronibus ſacra f cientibus. Argumentum a minori majus.

Furatur aliquid, aut clam eripit] D cti viri legunt, *clam furatur aliqui aut eripit.* Ego ſic, *furatur aliquid, a eripit.* Nam in verbo, *furari*, occu ta, & inſidioſa includitur actio: *e pere*, aperta, & violenta. Sequor a tem in hoc, præter morem Latini monis, omnes, quibus utor, ve res libros.

In latrocinio] Inter latrones. argu ne inter latrones quidem latroni fu ri licet.

Aut occidetur a ſociis, aut relinq tur] Quinque lib. vet. *Occidatur, linquatur.* duo alii, *interficietur, re quetur.* Septem alii, & Tertii, *in ficiatur, relinquatur.* magis prol quam lectionem merito probat fuiſſe clariſſimo, diſertiſſimoque v M. Ant. Mureto affirmavit Ciofa meus: eamque & Lambinus in codicibus reperit.

Leges latronum eſſe dicuntur] Thu dides ſcribit, ante bellum Trojan latrocinium non fuiſſe infame, periculoſum potius. Hinc apud H merum hoſpites rogantur, ac præ nes ſint: Παρθένιοι κεφαλάς, κὸν ἀλλοδαποῖσι φέροντας.

Prædæ partitionem] Sic Tertii lib & novem alii mei. Reliqui vero, *tionem.* libentius ſequor ſuperior lectionem. dixit enim paullo ſup *Æquabiliter prædam diſpertiat.*

Bargulus] Dictus a Bargo, Illyr flu. De bello Illyrico, geſto a V. C. DXXV. Polyb. lib. II. & alii.

Quidem exercitus noſtri] Decem, Tertii, Quidem etiam ex. n.

Imperatoreſque] M. Vetillius, & Plautius prætores. & Q. Fabius p conſul pacem cum eo fecit. tande proditoribus, Cæpionis conſilio, teremptus eſt.

Is, qui Sapiens uſurpatur] Appel ſolitus eſt. conſuetudinem enim

V

rbum ſignificat. In libro de Amici-: *Non ab iſto officio, quod ſemper u-pavi cum valerem, abduci incommodo o debui.* De Oratore: *aut non eo no-ne uſurpandum, quo arguatur.* De iverſitate: *Iuppiter, Iuno, & reli-i, quos fratres inter ſe, agnatoſque u-pare, atque appellare ſolemus.* Phil. I. æcum verbum uſurpavi. *Is, qui Sa-ns uſurpatur:* cujus nomine liber Amicitia inſcriptus eſt. Duo C. Læ-fuere, duorum Africanorum amiciſ-ni. poſterior Sapientis cognomen eſt eptus.

Reliquis] Primum Q. Fabio Maxi-o, deinde Q. Servilio Cæpioni, qui n per inſidias occidit.

Quantam ejus vim inter leges, & ju-ia, & inſtituta reip. fore putamus] o. Tertii, & tres mei, *& judicia, conſtituta reip.* Vnus, *& conſtituta* o. Duo alii, *& in conſtituta reip.* ius, *& in conſtituta rep.* Alius, *& icia inſtituta r. p.* Ceteri vero vulga-n habent lectionem.

CAPVT XII.

M*Edos*] Qui primi reges habue-runt. Diod. Sic. lib. III. Stra-lib. II.

Vt ait Herodotus] Lib. I. qui Clio cribitur, quo loco ait, quibus ar-us Deioces ad regnum adſpirarit.

Fruendæ juſtitiæ] Sic liber Tertii, & cem mei. Duo alii ord. præp. Duo i, *ſervandæ juſt.* Nihil muto.

Bene morati reges] Hoc Ariſtoteles . V. Pol. tradit de tyrannis: Οἱ δὲ ραννος ἐκ τοῦ δήμου καὶ τοῦ πλήθους ὶ τῶν γνωρίμους, ὅπως ὁ δῆμος ἀ-κῆται μηθὲν ὑπ᾽ αὐτῶν. φανερὸν ἐκ τῶν συμβεβηκότων, σχεδὸν γὰρ οἱ εῖστοι τῶν τυράννων γεγόνασιν ἐν δη-γωγῶν, ὡς εἰπεῖν, πιστευθέντες ἐκ διαβάλλειν τοὺς γνωρίμους. αἱ μὲν γὰρ τον τὸν τρόπον κατέστησαν τὰς τυραννί-ιν.

Nam, cum premeretur initio multitu-] *In otio*, Tertii liber, & novem ei. Sunt, qui legant, *inops multitu-*: ut eſt in duobus meis. Alii omit-nt & *inops*, & *initio*, & *in otio*. quos on ſequor.

Summos cum infimis pari jure retine-bat] Octo mei, & Tertii, *pertinebat*: quam lectionem probo. nam *pertine-bat*, eſt perfecte continebat. Pertina-cia enim dicta eſt a Pertinendo, id eſt, obſtinate tenendo. Vel lego, *contine-bat*: ut eſt in uno. quæ lectio arridet & Ciofano.

Eademque conſtituendarum legum fuit cauſſa, quæ regum] Παρονομασία. re-ges primum, deinde leges fuere. re-ges autem pro legibus, leges pro re-gibus. Omnes antiquæ gentes regibus quondam paruerunt. Et Ariſtoteles lib. I. Pol. Καὶ τὸ πρῶτον ἐβασιλεύον-το αἱ πόλεις, καὶ νῦν τὰ ἔθνη: Idem & Polybius initio lib. VI. graviter, & ingenioſe, ut ſolet, omnia litteris mandavit.

Ius enim ſemper quæſitum eſt æquabi-le] Ariſt. Polit. lib. II. Τὸ μὲν γὰρ δί-καιον, ἴσον δοκεῖ εἶναι.

Si ab uno juſto] Lib. I.

Cum omnibus ſemper] Plato de Leg. IV. eas non ait veras leges, quæ non univerſæ civitati ex æquo ſerviunt: ju-ris ſingularis conditores ſeditioſos ve-rius, quam cives, eſſe.

Eo erant contenti] *Erant eo cont.* li-ber Tertii, & undecim mei.

Vna, atque eadem voce] Non ut alio modo tenuiores, alio locupletes vi-verent, ſed ut ſummi cum infimis æ-quo jure tenerentur. quod regibus quoque bene moratis propoſitum fuit.

Adjuncto vero hoc] In libro Tertii, atque in duodecim meis τὸ *hoc* deſide-ratur.

Non poſſe conſequi] Ideo ſe libenter iis, fortunaſque ſuas commiſerunt.

Tum ipſa propter ſeſe] Liber Tertii, & tres mei, *per ſeſe*. Sex alii, *per ſe*.

Nam aliter juſtitia non eſſet] Si pecu-niam, ſi honores, ſi opes quæreret, ſupra dictum eſt: *Spernit, & negligit eas res, ad quas plerique inflammati avi-ditate rapiuntur.* Quid igitur potiſſi-mum ſpectat? ſeipſam, ut juſte agat: in quo præmium ponit maximum: & ex eo tamen ipſo ſequitur amplificatio honoris, & gloriæ.

Sed, ut pecuniæ &c.] Nam *non mi-nor eſt virtus, quam quærere parta tueri.*

Nec ſolum neceſſarios] Ad tuendam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

vitam, & frugaliter alendam familiam.

Liberales] Vt & ipſi vivamus lautius, & benignitate in alios uti poſſimus.

Ratione] Non malis artibus. in quo lapſi ſunt præſtanti homines ingenio duo Gracchi fratres.

Sed, ut pecuniæ quærendæ non ſolum ratio eſt] Quatuor ex meis libris, Pecuniæ non ſolum quærendæ. Septem alii, & Tertii, Pecuniæ non quærendæ ſolum.

Sic gloria & quærenda, & collocanda, &c.] Septem mei non habent primam conjunctionem, Et.

Præclare Socrates] Xenophon: Ἀπομνημονευμάτων α prope finem: quo loco probat eum diſcipulos a ſimulationis ſtudio dehortari ſolitum: Ἀ εἰ γὰρ ἔλεγεν, ὡς οὐκ εἴη καλλίων ὁδὸς ἐπ' εὐδοξίαν, ἢ δι' ἧς ἄν τις ἀγαθὸς τοῦτο γένοιτο. Et, ut hoc verum eſſe oſtendat, ſimilitudinem a tibicine addit: Ἐνθυμώμεθα γὰρ ἔφη, εἴ τις μὴ ὢν ἀγαθὸς αὐλητὴς δοκεῖν βούλοιτο, τί ἂν αὐτὸ ποιητέον εἴη. ἆρ' οὐ τὰ ἔξω τῆς τέχνης μιμητέον τοὺς ἀγαθοὺς αὐλητάς, &c. Et lib. II. Ἀλλὰ συντομωτάτη, καὶ ἀσφαλεστάτη, καὶ καλλίστη ὁδὸς, ὦ Κριτόβουλε, ὅτι ἂν βούλῃ δοκεῖν ἀγαθὸς εἶναι τοῦτο καὶ γενέσθαι ἀγαθὸν πειρᾶσθαι. ὅσαι δ' ἐν ἀνθρώποις ἀρεταὶ λέγονται, σκοπούμενος εὑρήσεις πάσας μαθήσει τε καὶ μελέτῃ αὐξανομένας. Plato Dioni: Φανεροὺς οὖν δεῖ ἡμᾶς γενέσθαι, ὅτι ἐσμὲν τοιοῦτοι, οἷοί περ φαμέν.

Ficto non modo ſermone] Omnes veteres libri, *& ficto non modo ſermone.*

Radices agit] Ideo permanet: nam ficto ſermone, & vultu quæſita ſtabilis non eſt.

Propagatur] Pergit in tranſlatione: nam dixerat, *radices agit.*

Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur] Perſpicue ita eſt in antiquis omnibus libris.

Ficta omnia celeriter, tanquam floſculi, decidunt] Demoſthenes: Ὅταν ἐκ πλεονεξίας, καὶ πονηρίας τις ἰσχύσῃ, ἡ πρώτη πρόφασις καὶ μικρὸν πταῖσμα ἅπαντα ἀνεχαίτισε καὶ διέλυσεν. οὐ γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστιν, ἀδικοῦντα, καὶ ἐπιορκοῦντα καὶ ψευδόμενον δύναμιν βεβαίαν κτήσασθαι. ἀλλὰ τὰ τοιαῦτα εἰς μὲν ἅπαξ καὶ βραχὺν χρόνον ἀντέχει, καὶ σφόδρα γε ἤνθησεν ἐπὶ ταῖς ἐλπίσιν, ἂν τύχῃ· τῷ χρόνῳ δὲ φωρᾶται, καὶ περὶ αὐτὰ καταρρεῖ.

Nec ſimulatum poteſt quidquam eſſe diuturnum] Quia naturæ adverſatur.

In utramque partem] Diuturna eſſe non ſimulata, non diuturna ſimulata illud Ti. Gracchi P. F. hoc illius filiorum exemplo comprobatur.

Familia erimus contenti una] Vox *una* abeſt a duobus veteribus libris. In Tertii vero libro, & novem meis, *familia contenti erimus una.*

Ti. Gracchus] Qui bis conſul fuit, bis triumphavit, cenſorque fuit.

Tiberius enim Gracchus] Duo mei *Tiberius igitur Gracchus.* Vnus, *Tiberius Gracchus enim.*

At ejus filii nec vivi probantur a bonis] Liber Tertii, & unus meus, *probabantur bonis:* Septem alii, *boni;* in quorum uno, non *&*, ſed *ſ3* ſcriptum eſt. divulſo S a verbo *boni*, & ſequenti conjunctioni fruſtra addito.

Numerum obtinent jure caſorum] Qui leges ferre conati ſunt pernicioſas reip. vel teſtimonio minoris Africani: qui de Ti. Gracchi nece quid ſentiret, in C. Carbone tribuno pl. ſeditioſe interrogatus, reſpondit, jure cæſum videri. Langius, *nomen.*

Et mortui numerum obtinent jure caſorum] Vnus meus, *obtinent locum.* Tertii, *& mortui numerum obtinent* &c. Alius, *numerum retinent.* Sex alii habent item *numerum:* reliqui vero, *nomen* &c.

CAPVT XIII.

QVi igitur adipiſci veram juſtitiæ gloriam volet juſtitiæ fungatur officiis] Tredecim mei, Volent, Fungantur.

Dictum eſt in ſuperiore libro] His verbis: Iuſtitiæ primum munus eſt, ut ne cui quis noceat, niſi laceſſitus injuria: deinde, ut communibus pro communibus utatur, privatis autem ut ſuis &c.

Etſi in eo ipſo vis maxima eſt] Iſocrates: Ὥσπερ οἰκίας οἶμαι καὶ πλοίου καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων, τὰ κάτωθεν ἰσχυρότατα εἶναι δεῖ. οὕτω καὶ τῶν πράξεων τὰ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ἀρχὰς καὶ τὰς ὑποθέσεις ἀληθεῖς καὶ
...γίας εἶναι προσήκει.

...t ſimus ii, qui haberi velimus] Quam
...crates viam ad gloriam proximam,
...quaſi compendiariam dicebat eſſe.
...το ἐν τῷ νόμων ιϛ. Τὸ μὲν γὰρ ὀρ-
...τατον, καὶ μέγιστον ὄντα ἀγαθὸν ἀλι-
..., οὕτω τὸ ἔνδοξον βίον θηρεύειν. Iſo-
...ates contra, ne idem diceret, paulo
...erius, & dilutius: Οὕτως ἂν μά-
...' εὐδοκιμοίας εἰ ταῦτα φαίνοιο μὴ
...ἐπίλων, εἴπερ ἂν πράττουσι τοῖς ἀλ-
...ς ἐπιτιμιῶας. Huc facit illud Sal-
...ii, Catilina: *Eſſe, quam videri,*
...us malebat: ex Æſchylo ſumptum:
Οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι
θέλει.

...am, ſi quis ab ineunte ætate] Dixit
...uædam præcepta daturum, quæ ad
...itiæ gloriam adipiſcendam valeant.
..., antequam præcipiat, filio gra-
...atur, quod celebritatis, nominiſ-
... cauſſam a patre acceperit. Præci-
...e autem incipit in iis verbis: Pri-
... igitur eſt adoleſcenti commenda-
...ad gloriam, ſi qua ex bellicis rebus
...nparari poteſt.

...auſſam celebritatis] Materiam.

A patre] Vel nobili, vel aliqua in-
...nii laude præſtanti.

Quod tibi, mi Cicero] Lib. I. *Licet*
..., Marce fili, apud te gloriari, ad
...m & hereditas hujus gloriæ, & facto-
...imitatio pertinet.

Quod tibi, mi Cicero, arbitror conti-
...e] Sic omnes libri ſcripti.

Atque in eo, quid agat] Liber Ter-
..., & ſeptem mei, *eum.*

In hunc oculi omnium conjiciuntur]
...crates: Τοῖς σπουδαίοις οὐχ οἷόν τε
...ἀρετῆς ἀμελεῖν, ἢ πολλοὺς ἔχειν ἀ-
...γκη τοὺς ἐπιπλήττοντας.

Omne animi vitium tanto conſpectius
in ſe
Crimen habet, quanto, qui peccat,
major habetur.

Inquiritur] Non modo enim expe-
...tur, ſed quaſi exigitur ab eo vir-
...

Quorum autem prima ætas, propter hu-
...litatem, & obſcuritatem in hominum
...oratione verſatur] Nam, ut ait ille,
Haud facile emergunt, quorum virtu-
tibus obſtat
Res anguſta domi.

Simul ac juvenes eſſe cœperunt] Con-
firmato judicio, & animi, corporiſ-
que auctis.

Magna ſpectare] Gloriam. Virgi-
lius:

——— *tentanda via eſt, qua me quo-*
que poſſim
Tollere humo, victorque virum voli-
tare per ora.

Et:

——— *Breve, & irreparabile tempus*
Omnibus eſt vitæ: ſed, famam exten-
dere factis,
Hoc virtutis opus.

Non invidetur] Contra Ariſtoteles
Rhet. lib. II. cap. de Invidia.

Quia non modo non invidetur illi æta-
ti] Vnus ex meis libris, *quia non mo-*
do invidetur. De quo dicendi genere
plura Pater in Comment. Ep. Fam.

Verum etiam favetur] Propterea P.
Scipioni, qui primus Africanus ap-
pellatus eſt, admodum juveni, bel-
lum Hiſpanienſe, alteri vero Africano
conſulatus ante ætatem cum admini-
ſtratione Punici belli mandatus eſt.
Athenienſes quoque, cum gravi La-
cedæmoniorum bello premerentur, I-
phicratem, XXIV. annos natum, du-
cem delegerunt.

Exſtiterunt] Clari evaſerunt.

Altera vis] Cæſariana: Plena ſcele-
ris, quia remp. oppreſſit.

Altera] Pompejana, nec ea
Integra vitæ ſceleriſque pura.

Felicitatis parum] Quæ maxime in
imperatore requiritur.

Alæ alteri] Turmarum equeſtrium
auxiliarium. nam de auxiliaribus equi-
tibus Ala dicitur. Alteri, dicit, quia
duæ legiones exercitus erat conſularis:
quas equites, tanquam alæ, a lateri-
bus muniebant. Agell. lib. XVI. cap. 4.
& Serv. Æn. lib. IV. ad illud, Dum
trepidant alæ. Ciceronem filium &
Brutus apud Plutarchum a re bellica
laudat.

Summo viro] Ad Appium, omnium
& ſæculorum, & gentium principem
dicit.

Equitando, jaculando] Sall. Iugur-
tha: Non ſe luxu, neque inercia, cor-
rumpendum dedit, ſed, ut mos gen-
tis illius eſt, equitari, jaculari, curſu
cum æqualibus certare.

g 5 *Omnia*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Omnia militari labore tolerando] Sic novem libri mei. quattuor alii, Omnem militarem laborem tolerando. Tertii vero, & alius meus, Omni militari &c. quæ lectio Ciofano non improbatur.

Cum rep. cecidit] Ergo tibi ferenda fortuna communis æquo animo.

Non de te eſt] Cui nullum fructum propter interitum reip. bellica virtus attulit.

Ad ea, quæ reſtant, pergamus] Tertii liber, & tredecim mei, Pergamus ad ea, quæ reſtant.

Multo majora ſunt opera animi, quam corporis] Salluſtius, Catilinæ proœmio: *Noſtra omnis vis in animo, & corpore ſita eſt. animi imperio, corporis ſervitio magis utimur.* Et 11. de rep. ord. *Corpus animo obœdit.* Ideo Plato in Clitophonte vocat τὸ μὲν ἄρχον, τὸ δὲ ἀρχόμενον.

Ingenio, ac ratione perſequimur] *Vivitur ingenio, cetera mortis erunt.*

Prima igitur commendatio] In ſecundo præcepto dicit, Prima. quod mirari aliquis poſſit. ſed in primo, quod ad res bellicas pertinet, habuit rationem temporis, in ſecundo utilitatis. recte igitur utrobique.

A modeſtia] Qua foris utimur, cum omni hominum genere. nam, quæ ſubjunguntur, Tum pietate in parentes, tum in ſuos benevolentia, domeſtica ſunt. Hanc laudem filio tribuit Simo ille Terentianus in iis verſibus:

Sic vita erat: facile omnes perferre, ac pati:
Cum quibus erat cumque una, iis ſeſe dedere,
Eorum obſequi ſtudiis, adverſus nemini,
Numquam præponens ſe aliis. ita facillime
Sine invidia invenias laudem, & amicos pares.

Tum in ſuos benevolentia] *Tum*, non eſt in ſeptem, & Tertii.

In optimam partem cognoſcuntur adoleſcentes] Sic ad Att. lib. 10. *Cæſar mihi ignoſcit per litteras, quod non venerim, ſeſeque in optimam partem accipere dicit.*

Qui ſe ad claros, & ſapientes viros, bene conſulentes reip. contulerunt] Quod ipſe fecit adoleſcens. nam initio libr de Amicitia, *a patre*, inquit, *ita eram deductus ad Scævolam, ſumpta virili toga, ut, quoad poſſem, & liceret, a ſe uis latere numquam diſcederem. itaqu multa, ab eo prudenter diſputata, mult breviter, & commode dicta, memori mandabam, fierique ſtudebam ejus pru dentia doctior. quo mortuo me ad pontifi cem Scævolam contuli: quem unum no ſtræ civitatis & ingenio, & juſtitia præ ſtantiſſimum audeo dicere.* Id autem a pud veteres uſitatum fuiſſe, ex Taci to, & Valerio intelligitur.

Quibuſcum ſi frequentes ſunt] Si eo rum conſuetudine crebro utuntur.

P. Rutilii] Qui cum Cn. Malli conſul fuit, & juris civilis laude pra ſtitit. de hoc in Bruto. *Hunc alibi exemplum, & ſpecimen innocentiæ ap pellat.*

P. Mucii] Iuriſconſulti, optimi vi ri: qui, cum eſſet conſul, Ti. Grac cho remp. perturbante, armis abſti nuit, ne civilis cædis auctor eſſet. Hu jus filius fuit Q. Mucius pont. ma collega L. Craſſi in conſulatu, juri conſultus, & idem orator egregius.

Cum eſſet admodum adoleſcens] An nos natus XIX. auctore Tacito in dia logo de Oratoribus.

Ex illa accuſatione nobili, & glorioſa Cum accuſavit, & damnavit conſu larem, eloquentia clarum, C. Ca bonem: qui cantharidas ſumpſit. Fam lib. IX. epiſt. 21. nam ex ea ſummam ingenii non laudem modo, ſed etiam admirationem eſt conſecutus. Cic. i Bruto, & Tacitus de Oratoribus.

Qui exercentur] Domi.

Demoſthene] Qui puer pupillares a ctiones habuit. Quinctilianus lib. XII cap. 6. Hic, induſtria, naturam c mendavit. Nam in ſubterraneo con clavi ſemiraſo capite meditatus, & geſtum ad ſpeculum ingens formavit & ſtrictum gladium de lacunari ſup humerum ſuſpendit: Satyro hiſtrion ſe erudiendum tradidit: lapillis lin guæ ſubjectis balbutiem emendare ſtu duit: imbecillitatem ſpiritus ardu adſcenſu ingrediendo, & recitando a liquid, correxit: ad fluctuum mu mur, ventorumque turbines declam tans

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ıs, concionis procellas, hoc eſt tu-
ultuantem, & obſtrepentem popu-
n, atque exſibilantem contemnere
licit.

De Demoſthene] Sic undecim mei,
Tertii.

*Id ſe in foro optime jam præmedita-
n facere, quod etiam tum poterat do-
cum laude meditari*] Septem, &
rtii, nec *præmeditatum*, nec *impræ-
ditatum* habent. ſex, *jam impræme-
atum.* unus habet in ora. Placet. ut
pondeat verbo *meditari.* quod in-
pretor, meditando exerceri. quod
t adoleſcentium, antequam cauſſas
ere inciperent. Qua ætate, inquit,
i domi cum laude meditantur ea,
æ ad agendas cauſſas pertinent: ea
ate L. Craſſus, impræmeditatus,
uſſas ipſas agebat.

CAPVT XIV.

Vm duplex ſit ratio orationis] De
hoc ſupra lib. I. ubi de decoro
ationis.

*Non id dubium, quin contentio ora-
nis majorem vim habeat ad gloriam*]
um duo ſint orationis genera, Ser-
o, & Contentio: quid utrumque
riat, Cicero demonſtrat. Parit au-
n contentio gloriam: eſt enim in
perfectæ vis eloquentiæ: Sermo au-
n gratiam ſine gloria. Hæc eſt ger-
ana ſententia Ciceronis. Et, cum
quitur de Contentione, *majorem*,
quit, *vim habet ad gloriam:* cum de
rmone, *Difficile dictu eſt*, inquit,
antopere conciliet animos comitas, af-
bilitaſque ſermonis.* Eſt igitur Con-
ntionis gloria: gratia Sermonis. Quæ
ntentia elicitur ex veterum librorum
nſenſu: quos ſecuti ſumus. Antea,
in contentio orationis plurimum poſſit*,
mai. contra veteres undecim meos*, &
ertii.

*Ea eſt enim, quam eloquentiam dici-
us*] Nam, qui excellit in ſermone,
ſertus potius, quam eloquens, di-
tur. non ſequitur autem, ut, qui
ſertus eſt, idem ſit eloquens: qui
ero eloquens, facile diſertus eſſe
oteſt. itaque præſtat eloquens diſer-
). Antonius apud Ciceronem I. de
)ratore, eum ſtatuit diſertum, qui
poteſt ſatis acute, atque dilucide apud mediocres homines ex communi quadam opinione dicere: eloquentem vero, qui mirabilius & magnificentius augere poſſet, atque ornare, quæ vellet. Vide Quinctilianum in proœmio libri VIII.

Animos hominum] Abeſt, Hominum, a tredecim meis, & Tertii. neque requiritur a ſententia.

Comitas, affabilitaſque ſermonis] Apud Euripidem Capanei laudatur ἀψευδὲς ἦθος, εὐπροσήγορον στόμα. I. animi candor, & affabilitas.

Antipatri ad Caſſandrum] Ejus filium. de quo vide Iuſtinum. Antipater, Iolai filius, Philippi miles, inter Alexandri duces, & regni ſucceſſor: Caſſandri illius pater, qui Alexandri matrem Olympiadem interfecit. Reliquit autem duos libros epiſtolarum; qui a Suida citantur.

Antigoni ad Philippum filius] Sic duodecim mei, & Tertii. Antigonus Macedoniæ rex fuit. Plutarchus.

Militeſque blande appellando, ſermone deleniant] *Blando*, eſt in tredecim meis. in uno, *militeſque, blando ſermone appellando*, delen. Sunt, qui τὸ *ſermone* deleant: contra veteres omnes libros.

Vniverſam excitat gloriam] Sic tredecim mei, & Tertii: unus tantum, *univerſorum.* quod non probo. gloſſema enim eſt. Vniverſam autem, explano, omnium, univerſorum, non paucorum hominum: ut ſermo, qui habetur inter paucos, ſed eorum omnium, qui audiunt, qui plurimi ſunt. Vniverſam, igitur, ſummam, perfectam, ad quam nihil poſſit accedere.

Copioſe, ſapienterque dicentis] Cicero in Oratore: *Res ſic ſe habet. Copioſe, & ornate dicere, ſine ſententia, inſania eſt: ſententioſe autem ſine verborum & modo, & ordine, infantia eſt.* Hæc eſt Oratoris deſcriptio: quem copia a dialectico, ſapientia ab inani garrulitate ſeparat.

In oratione] Quæ cum contentione habetur.

Miſta modeſtiæ gravitas] Dixit jam, Magna eſt admiratio copioſe, ſapienterque dicentis: nunc, ſi ad copiam, & ſapientiam accedat modeſtia, nihil admi-

admirabilius dicit eſſe, præſertim in adoleſcente: quia pudor ætatem ornat, orationi autem non modo non obeſt, verum etiam prodeſt plurimum. quod exemplo L. Craſſi lib. I. de Orat. perſpicuum eſt.

Plurima cauſarum genera] *Plura*, ſeptem mei, & Tertii.

Deſiderant] *Deſiderent*, ſex mei, & Tertii.

Aſſecuti ſint] Sic omnes, uno tantum excepto, in quo, *conſecuti.* quod non probo.

Maxima eſt admiratio] Non modo laus.

Laudabilior eſt defenſio] Vide Quintil. lib. XII. cap. 7.

De Craſſo] Qui accuſavit de majeſtate C. Carbonem reip. cauſſa.

Adoleſcens M. Antonius] Robuſtior tamen annis aliquot, quam Craſſus. accuſavit autem Cn. Papirium Carbonem, qui cum Metello Caprario conſulatum geſſerat, patrem ejus Carbonis, qui ter conſul fuit, & a Pompejo Lilybæi eſt interemptus: ut in ep. ad Pætum. Hic M. Antonius, M. Aquillium defendens, diloricata rei tunica, cicatrices judicibus oſtendit.

P. Sulpicii] Qui loquitur in libris de Orat. Defendit autem C. Norbanum idem Antonius, & ſeditiones exornavit, dicens multas interdum ſeditiones e rep. fuiſſe: ut, cum reges exacti, cum tribunicia poteſtas conſtituta.

Niſi aut reip. cauſſa, ut duo Luculli] Sic omnes libri veteres. & recte. Intelligit autem Lucium, qui Mithridatem, Tigranemque devicit, & Marcum: qui quamquam Servilium augurem, Lucii patris accuſatorem, injuriæ referendæ gratia, accuſaverint, tamen, quia de peculatu, quod eſt furtum pecuniæ publicæ, accuſarunt, reip. cauſſa id facere viſi ſunt. hoc & Plutarchus oſtendit, & Cicero in Lucullo his verbis: Vt enim admodum adoleſcens cum fratre, pari pietate, & induſtria prædito, paternas inimicitias magna cum gloria eſt perſecutus, in Aſiam quæſtor profectus, ibi per multos annos admirabili quadam laude provinciæ præfuit.

Patrocinii] *Patrocinio*, octo mei. ſex, & Tertii, cum impreſſa faciunt.

Pro Sardis contra Albucium Iulius Cæſar] Pater ante multos annos emendavit, & impreſſit, *contra Albucium:* cum in omnibus, & recentioribus, & antiquis libris, *pro Albucio*, ſcriptum ſit. Conjecturam autem ejus hiſtoria primum, deinde ratio peperit. nam Sardos a Iulio Cæſare Strabone, eo, qui facetiis, & dicendi lepore excelluit, eſſe defenſos, docet Suetonius in Cæſare dictatore. *Genus*, inquit, *eloquentiæ dumtaxat adoleſcens adhuc Strabonis Cæſaris ſecutus videtur: cujus etiam ex oratione, quæ inſcribitur, Pro Sardis, ad verbum nonnulla tranſtulit in Divinationem ſuam.* Cum igitur ſingulorum ſingulas perſequitur accuſationes, Lucullorum contra Servilium reip. cauſſa, ſuam pro Siculis, Iulii pro Sardis, Fufii pro ea, quam Aquillius adminiſtravit, provincia: cur, ceteris unicam tribuens accuſationem, duas Fufio tribuat? nam, ſi legatur, Pro Sardis, Pro Albucio: quæ duæ defenſiones ſunt: duas ſimul accuſationes eſſe, quis non videt? Omnino quemadmodum C. Verris nomen omiſit Cicero, quem pro Siculis accuſaverat, Siciliæ defenſæ mentione contentus: ſic omittere potuit Albucii, Sardiniæ jam mentione facta. ſed, quando veteres omnes libri, *pro M. Albucio*, habent: modeſtius ſe facere Pater eſt arbitratus, ſi, *contra Albucium*, reponeret, quam ſi totum illud, *pro M. Albucio*, tolleret. Fortaſſe autem, *contra Albucium*, addidit Cicero. nam accuſatio Lucullorum, & ipſius Ciceronis recentior erat, ipſaque ſatis nota res hominibus ejus ætatis. at Cæſaris accuſatio remotior, ideoque minus nota. quod ſi mentio fieret de Albucio, reo, tollebatur obſcuritas, & patefiebat hiſtoria. Ideo non probo eorum opinionem, qui hoc totum, *contra Albucium*, delendum cenſent. neque correctores iſtos audio, qui ſibi nimium quantum in conjectura placent, inſeruntque maculas interdum, quas eluere ſe putant. Hanc ejus emendationem, ut alias non paucas, a viris doctis, qui poſt editionem ſuam in Ciceronem ſcripſerunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

nt, eſſe diſſimulatam, non moleſte ſum tuliſſe, ſum ipſe teſtis. non e- m induſtriæ ſuæ fructum ex aliena udatione petebat: verum id tantum ectabat, ut opem ſtudioſis ferret: ntumque aberat, ut invideret, ſi os in hoc genere videret excellere, iis etiam & gratularetur, & ſum- am laudem tribueret. Albucius au- m is eſt, qui cum in Sardinia, vi- s latrunculis, ſine ſenatus decreto aſi triumphaſſet, Romæ poſtea ac- ſatus in exſulium miſſus eſt. vide in uto, de Fin. lib. I. Tuſc. v. *Cæſar:* *ſar*, non eſt in decem meis, & Ter- . & certe gloſſema eſt.

In accuſando etiam M'. Aquillio L. ſii cognita induſtria eſt] Pro, *manlio*, uod erat in vulgatis, & in uno meo tere) ſive, *manilio*, (quo modo eſt undecim meis, & Tertii) ſive, *milium*, (quo modo in duobus item eis) primus repoſuit Pater, *M. Aillio*, ante multos annos. id quod iti libri teſtantur. Sed, quia, glo- lam non occupans, ipſe correctio- contentus, neque Scholia ſcripſit, que locum ſe reſtitutum ullo modo dicavit: & hic ejus fructum indu- iæ intervertere, ad ſeque transferre i poſtea conati ſunt. Hiſtoriam M. quillii a L. Fufio accuſati breviter ingit Cicero in libro de claris orat. ovinciæ tamen, pro qua Fufius A- illium accuſavit, mentionem ibi oque prætermiſit. Aquilliorum au- n prænomen fuiſſe M'. id eſt Ma- us, ut Curiorum, antiquitatum Ro- anarum periti non ignorant. ſed, ob ſcitiam notæ veteris, pro M' factum t M. in omnibus vulgatis libris.

Sin erit, cui faciendum ſit ſæpius] *Sin t*, cur f. unus, Sin cauſſa erit, cur unus. Sin cui f. unus. alii omnes m impreſſa lectione ſunt.

Reip. tribuat hoc muneris] Sic ſeptem, Tertii. ſeptem, *tribuatur*.

Vlciſci ſæpe] *Sæpius*, ſeptem, & ertii.

Duri enim hominis, vel potius vix ho- inis videtur]

Χαρίεν γὰρ ἔστ᾽ ἄνθρωπος, ἂν ἄν- θρωπος ᾖ.

Id enim tum periculoſum ipſi eſt] *Cum*, uinque, & Tertii.

Nominetur] *Nominere*, octo, & Tertii.

M. Bruto] Qui ſe ad accuſandum potius, quam ad defendendum, de- dit: ut in libro de claris orat. Hunc facete in primis in quodam judicio L. Craſſus exagitavit. ut in oratione pro Cluentio.

Summo genere nato] Nam Iunia fa- milia Ilio oriunda, cum Ænea in Ita- liam venit, affinitatemque cum Ro- manis regibus contraxit.

Ilius filio, &c.] Quod tanto majo- rem infamiam ei afferebat.

Qui juris civilis in primis peritus fuit] De veteribus juriſconſultis diligenter ſcripſit probatæ vir induſtriæ, Ber- nardinus Rutilius Vicetinus. Eum le- ge.

Iudicio capitis] Sic omnes libri vete- res: non, *in judicium capitis*.

Ita eſt habendum religioni] Sic duo- decim mei, & Tertii: non, *religioni contrarium*. quo modo antea legeba- tur. *Item*, non *ita*, eſt in Tertii li- bro: pro, Similiter: quomodo Sal- luſtius, Iugurtha: *Ipſe armatus, in- tentuſque item milites cogebat*. Et alii. *Habere religioni*, eſt, cavere. Teren- tius.

Fert etiam humanitas] Vt homo ho- minem ſervatum velit.

Panætio] A quo & hoc ipſum, & alia multa in hos libros Cicero tran- ſtulit.

Adoleſcentes] Annos natus 27. Ci- cero pro Sex. Roſcio Amerino dixit. Vide Agellium lib. xv. cap. 28.

CAPVT XV.

Q*Vamquam in utroque ineſt gratifi- candi liberalis voluntas*] Vlpianus lib. LXX. ad edictum, lib. XXXIX. Di- geſtorum, tit. 5. de Donationibus, l. XIX. *Hoc jure utimur, ut in rebus pu- blicis, cum de donatione quæritur, illud ſolum ſpectetur, utrum ob cauſſam ali- quam juſtam reip. promittat quis, vel polliceatur, an non. ut ſi ob honorem ali- quem promittat, teneatur: ſi minus, non. Labeo ſcribit, extra cauſſam dona- tionum eſſe talium officiorum mercedes, ut puta ſi tibi adſuero: ſi ſatis pro te dedero: ſi qualibet in re opera, vel gra-* tia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

tia mea uſus fueris. Non poteſt liberalitas nolenti adquiri. Hæc Vlpianus.

Tamen altera ex arca, altera ex virtute depromitur] Lepida ſententia. non enim, quod ex arca, cum eo, quod ex virtute depromitur, conferendum videtur. alterum enim altero longe nobilius: & largitio pecuniæ, cum minuat rem domeſticam, ſimul minuit benigne faciendi facultatem. quod non accidit, cum, non pecunia, ſed opera, benigne fit indigentibus. Veterem igitur lectionem retineo, quam antiqua quoque confirmant exemplaria.

Largitio, quæ fit ex re familiari, fontem ipſum benignitatis exhaurit] Placet hoc loco adſcribere, quod ſcriptum eſt a Lactantio Firmiano. Is autem ſic lib. VI cap. 12. *Quid M. Tullius in ſuis Officialibus libris nonne hoc idem ſuadet, non eſſe omnino largiendum? ſic enim dixit: Largitio, quæ fit ex re familiari, fontem ipſum benignitatis exhaurit: ita benignitate benignitas tollitur. qua quo in plures uſus ſis, eo minus in multos uti poſſis. Et idem paullo poſt: Quid autem eſt ſtultius, quam, quod libenter facias, curare, ut id diutius facere non poſſis? Videlicet profeſſor ſapientiæ refrenat homines ab humanitate: monetque, ut rem familiarem diligenter cuſtodiant: malintque arcam, quam juſtitiam conſervare. Quod cum intelligeret inhumanum eſſe, ac nefarium, mox ex alio capite, quaſi actus pænitentia, ſic ait: Nonnumquam tamen eſt largiendum: nec hoc benignitatis genus omnino repudiandum: & ſæpe idoneis hominibus egentibus de re familiari impertiendum. Quid eſt, Idoneis? nempe iis, qui reſtituere, ac referre gratiam poſſint. Si nunc Cicero viveret, exclamarem profecto: Hic, hic, M. Tulli, aberraſti a vera juſtitia: eamque uno verbo ſuſtuliſti: cum pietatis, & humanitatis officia utilitate metitus es. Non enim idoneis hominibus largiendum eſt, ſed quantum poteſt non idoneis. id enim juſte, id pie, id humane fit, quod ſine ſpe recipiendi feceris. Hæc eſt vera illa, & germana juſtitia, cujus ſolidam & expreſſam effigiem nullam tenere vos dicitis. Ipſe pluribus locis clamas, mercenariam non eſſe virtutem, faterisque in libris Legum tuarum, Liberalitatem gratuitam eſſe, his verbis: Nec eſt dubium, quin is, qui liberalis, benignuſque dicitur, officium, non fructum ſequatur. Cur ergo idoneis potius largiris, niſi ut poſtea mercedem recipias? Te igitur auctore, ac præceptore juſtitiæ, quiſquis idoneus non erit, nuditate, ſiti, fame conficietur, nec homines copioſi, & uſque ad delicias abundantes, ſubvenient ultimæ neceſſitati. Si virtus mercedem non exigit: ſi propter ſe, ut dicitis, expetenda eſt. ergo juſtitiam matrem, principemque virtutum ſuo pretio, non tuo commodo, æſtima: eique potiſſimum tribue, a quo nihil ſperes. Quid perſonas eligis? quid membra inſpicis? Pro homine tibi habendus eſt, quiſquis ideo precatur, quia te hominem putet. Abjice umbras illas, imagineſque juſtitiæ atque ipſam veram, & expreſſam tene: largire cæcis, debilibus, claudis, deſtitutis: quibus niſi largiare, moriendum eſt. Inutiles ſunt hominibus, ſed utiles Deo, qui eos retinet in vita, qui ſpiritu donat, qui luce dignatur. Eove, quantum in te eſt, & animas hominum, ne exſtinguantur, humanitate ſuſtenta. Qui ſuccurrere perituro poteſt, ſi non ſuccurrerit, occidit. Verum iſti, quia neque naturam retinent: neque, præmium in eo quod ſit, ſciunt: dum perdere timent, perdunt: & in id, quod maxime cavent, incidunt: ut, quidquid largiuntur, aut pereat omnino, aut ad tempus breviſſimum proſit. Nam, qui exiguam ſtipem miſeris negant: qui conſervare humanitatem ſine damno ſuo volunt: patrimonia ſua effundunt: ut aut peritura, & fragilia ſibi comparent: aut certe maximis ſuis damnis nihil conſequantur.* Hæc Lactantius, qui vera non ſentire videtur. nam, quantum aberraverit, facile eſt judicare iis, qui rationis non prorſus expertes ſunt. Idonei enim qui intelligi deberent, non aſſecutus eſt. non enim eos, qui reſtituere, ac referre gratiam poſſunt, ſed dignos auxilio Idoneos interpretari debemus. *Fontem ipſum:* rem familiarem: cujus rivuli ſunt Largitiones.

Deinde, conſuetudine beneficentiæ paratiores erunt, & tanquam exercitatiores ad bene de multis promerendum] Hæc igitur beneficentiæ ratio, quæ ex virtute ſumitur, non minuitur augendo, ſed

ſed

augetur: illa altera, quæ ſumitur arca, quo magis exercetur, eo mir fit. ita, ſi virtus eſt, perpetua eſſe n poteſt.

Præclare in epiſtola quadam Alexanum filium Philippus accuſat, quod largione benevolentiam Macedonum conſetur] Hæc epiſtola non exſtat. Ven legimus apud Plutarchum in Pocis, Philippum Alexandrum adnere ſolitum, ut ſe ſuperſtite, ac nante amicos ſibi conſuetudine, corate, gratificatione, quoad liceat, nparare ſtudeat. Et in Apophthe-atibus, ut blande, & manſuete n Macedonibus converſetur.

Quid te (malum) inquit] *Malum*, erbium indignantis. Ad Att. *Qui ilum) iſti Pindentiſſæ?*

Sed miniſtrum & præbitorem putent] bitorem, eſt in omnibus libris: te. Demoſthenes enim ταμίαν, eſt præbitorem, fuiſſe ſcribit. Alegunt, *diribitorem*, id eſt, eum, dividit. *Diribere* enim, veteri lin Latina, Dividere erat. Sed veteomnes libri adverſantur.

Quo quid ſordidius regi] *Quo*, non tur in undecim meis. Vnus, *quam idum regi*. Tertii, *ſordidum regi*.

Melius etiam, &c.] Quam quod act de largitione.

Idoneis hominibus] Probis. ut infra: *deligendis idoneis judicium, & diliiam adhibere debemus.*

Diligenter] Cum delectu. Sic in dectis: Vide Ariſt. Eth. lib. IV.

Moderate] Nam immoderatam laronem duo vitia ſequuntur, inopia, apinæ. quæ Catilinæ conjurationis go fuit.

Patrimonia effuderunt] Vt Milo, is, Clodium interfecit. Pedianus.

Sequuntur largitionem rapinæ] Hinc uſt. Catilina: *Catilinæ: ab adoletia bella inteſtina, cædes, rapinæ, rdia civilis grata fuere.*

Claudenda eſt res] Claudenda res eſt, tuor mei, & Tertii.

amque in proverbii conſuetudinem ve- Que, conjunctio, abeſt a demeis, & Tertii. & elegantius t.

Largitionem fundum non habere] Fin non invenire, inane eſſe eorum ſtudium, qui benevolentiam hominum, qui dando expleri nequeant, largitione conſectentur. id eſt: Largitionibus facilius effunduntur patrimonia, quam hominum benevolentia comparantur. A pertuſo Danaidum apud inferos dolio. Vide Adagia.

Illud idem] Septem mei, & Tertii, ordine præpoſtero, *idem illud*.

CAPVT XVI.

PRodigi, *qui epulis, & viſcerationibus*] Hi ſunt, qui populi gratiam, honorum ſpe, aucupabantur. *Epulis*: publico convivio. de quo ſæpe in veteribus Inſcriptionibus. *Viſcerationibus*: cum carnes, ſive crudæ, ſive coctæ, interdum panis, vinumque cum illis donum perferentibus ſingulis præbebantur.

Gladiatorum muneribus] Quæ potiſſimum in funeribus edebantur. Contra gladiatores invehitur Auguſtinus lib. VI. Confeſſ. & Lactantius in Epit.

Ludorum] Theatralium. *Venationumque* elephantorum, & leonum pugnas. Saturno conſecrata. Tertullianus.

Aut nullam ſint relicturi omnino] Sex, & Tertii, Aut nullam omnino ſint relicturi. Vnus, Nullam omnino rel. ſint. Tres, Sunt.

Æs alienum ſuſcipiunt amicorum cauſſa] *Cauſſa*, non eſt in duobus, & Tertii. *Suſcipere æs alienum amicorum*, eſt, pro amicis debitum diſſolvere. Contra, *æs alienum exonerare*, Vlpianus Dig. de jure dotium, l. Profecticia: *Non pro hereditate patris æs alienum ſolvit, ſed ſuum æs alienum ſuſceptum, dum filiusfamilias eſſet, paterfamilias factus exoneravit.*

Collocatione] Pro, elocatione. *Olim creditum eſt expedire reip. uxores eſſe dotatas*. Dig. de jure dotium.

Vel in re quærenda, vel augenda] Prius, *vel* non eſt in duobus meis.

In eo libro quem de divitiis ſcripſit] Qui non exſtat: a Laertio citatur, περὶ πλούτου.

Cujus exempla pauca poſui] Septem, & Tertii, ord. præp. *Cujus pauca exempla poſui.*

Et major] Quia virtuti propior.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Et certior] Propter grati animi memoriam, eorum, quibus bene feceris.

Nos reprehendit] Hoc in Ariſt. Eth. non reperitur. Vnde Muretus, *Ariſto*, reponit: pro, *Ariſtoteles*: intelligitque Ariſtonem Stoicum, cujus mentio eſt apud Senecam, & apud Lact. libro de ira, cap. 22. Quam Mureti conjecturam confirmare videtur antiquus meus liber, in quo eſt, A℞ O. Sunt qui deleant hæc verba. *Nos reprehendit*, contra omnes libro veteres.

Non admiremur] Pro, non reprehendendas putemus. *Non admirentur*, unus meus, & Tertii. Fulvius Vrſinus delendum putat τὸ *non*: vel pro *admiremur*, legendum *improbemus*.

Ab hoſtibus] *Hoſte*, ſeptem, & Tertii.

Sextarium] Vncias xx, ſextam congii partem.

Mina] Centum drachmis, ſcutatis duodecim.

Hoc primo incredibile nobis videri, omneſque mirari: ſed, cum attenderint] Hunc locum ſuæ integritati reſtituimus, non ex conjectura, ſed veterum librorum ope: in quibus omnibus eſt, *attenderint*, non *attenderimus*, ut in omnibus vulgatis. quod verbum refertur ad illud. *Omneſque mirari*. Qui vero pendere ab eo putabant, *incredibile nobis videri*, primam verbi perſonam maluerunt, quam tertiam: & accipiebant, *omnes mirari*, pro, *nos omnes mirari*: cum ſit, *omnes*, pro, *omnes homines*: unde naſcitur, *attenderint*. Nec vero neceſſe fuit, *nobis*, delere: cum ab eo, ut oſtendit, verbum non pendeat: & ſit in omnibus libris, & Tertii, uno excepto. eoque magis miror deletum eſſe, quod nullam rationem, cur deleretur, quiſquam attulit. quaſi liceat, ex vulgatis libris voces tollere, nulla facta veterum exemplarium mentione.

Delenitio] Delectatio, quinque, & Tertii: *Deliratio*, unus.

Ad breve tempus, exiguumque ſit] Duo, & Tertii, *ad breve, exiguumque tempus*. quinque, *ad breve, exiguumque ſit tempus*. unus, *ad breve tempus, exiguumque*. *Eſt*, pro *ſit*, duo. Antea, male, in vulgatis, *ad breve tempus, exiguumque duratura ſit*. qu[...] tamen eſt in duobus. alius, *ad bre[...] tempus, exiguumque durat*. Male.

Eaque a leviſſimo quoque] Sic n[...] vem mei, & Tertii. *A leviſſimo q[...] que*: non ab omni populo, ſed a [...] viſſimis.

In quo tamen ipſo] Leviſſimo.

Satietate] Quæ etiam in rebus [...] cundiſſimis voluptatem tollit.

Bene etiam colligitur] Argumentu[...] a ſpectatorum ſenſu contra ludos, [...] munera, quæ populo dantur. Hin[...] pud Homerum Minerva Telemach[...] objurgat:

οὐδ' ἔτι σὲ χρὴ
Νηπιάας ὀχέειν· ἐπεὶ οὐκ ἔτι τη[...]
κος ἐσσί.

Id eſt:

Non puer es, nec te puerilibus om[...]
nugis
Metiri fas eſt.

Probari poſſe nullo modo] Sunt er[...] copiarum, non virtutis. ut ipſe ſcri[...] in epiſtola ad Curionem.

Iam bonis temporibus] Moribus [...] tegris: cum honeſta diſciplina fi[...] ret.

Splendor ædilitatum] In ludis, [...] dantur populo.

Et P. Craſſus cum cognomine Di[...] tum copiis] Hic ex Mucia gente tra[...] in Licinam: inde Craſſii cognom[...] accepit, & Mucianus dictus eſt. C[...] ſul fuit anno v. DCXXII. quinque[...] bus excelluit, auctore Agellio li[...] cap. 13. fuit enim ditiſſimus, n[...] liſſimus, eloquentiſſimus, juriſc[...] ſultiſſimus, pontifex max. nom[...] tur in libris de Orat. in Bruto, a [...] lejo lib. II. a Plinio lib. IIX. ca[...] qui ejus ædilitate elephantos, prin[...] pugnaviſſe tradit.

Ædilicio maximo munere] Prim[...] nim argento, auroque folia imita[...] ludis ſuis coronas dedit.

Paullo poſt] Poſt xx. annos.

L. Craſſus cum Q. Mucio] Qui fi[...] collegæ & in prætura.

Omnium hominum moderatiſſimo] [...] tamen ædilitate magnificentiſſime [...] gi voluit: ut quaſi exemplum c[...] ædilibus daret.

C. Claudius, Ap. filius] Operæ [...] tium videtur, quæ Valerius Max. li[...]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

narrat, ſubſcribere: *Claudius Pulcher ſcenam varietate colorum adumbravit, vacuis ante pictura tabulis extentam: quam totam argento C. Antonius, auro Petreius, ebore Q. Catulus prætexuit. Verſatilem fecerunt Luculli. argentatis choragiis P. Lentulus Spinther adornavit.* Vide orationem pro Plancio, & Plinium lib. IIX. cap. 7.

Luculli] Luculli fratres ædiles ſimul fuerunt, ut ex Plinio lib. IIX. cap. 7. & Plutarcho liquet. Legendum igitur, Luculli.

Hortenſius] Hic pavonem in augurali adjiciali cena primus poſuit. Varro de re ruſt. lib. III. cap. 6. Plinius lib. X. cap. 20. Macrob. Sat. lib. III. cap. 13.

Silanus] D. Iunius Silanus, qui poſt Ciceronem conſul fuit.

P. Lentulus] Cognomine Spinther. de cujus ædilitate Plin. lib. IX. cap. 39.

Scaurus] Ejus filius, qui princeps ſenatus fuit. de hujus munere ædilicio Plinius lib. IIX. cap. 17. & XXXIV. cap. 7. & XXXVI. cap. 2. & 6. & 15. & Aſconius.

Noſtri Pompeji] Qui, teſte Plutarcho, theatrum ædificavit, DC. leones jubatos dedit. Plin. lib. IIX. cap. 16. item CCCCX. pantheras, lib. IIX. cap. 17.

Secundo conſulatu] In quo leones DC, pantheras CDX, elephantos XX. dedit Plinius lib. IIX. cap. 7. 16. 17. & in epiſtola ad Marium, lib. VII. Fam.

Quid mihi placeat] Significat ſibi non placere.

CAPVT XVII.

M*Amerco*] Æmiliæ gentis, patricii generis.

Homini ditiſſimo] Vt excuſari non poſſet. *Divitiſſimo*, antiqui libri tres, & Tertii.

Prætermiſſio ædilitatis] Propter impenſas. Hinc lib. III. de Legibus: *Sunto ædiles curatoris urbis, annonæ, ludorumque ſollemnium: olliſque ad honoris amplioris gradum is primus adſcenſus eſto.* Hinc Cicero Fam. lib. X. C. Furnium, Planci conſulis deſignati legatum, qui tribunus modo, ædilis nondum fuerat, arguit, quod in petenda prætura nimium feſtinaret.

Nos ipſi ut fecimus] Plutarchus. Et or. I. in Verrem.

Aut utilior] *Atque*, quinque, & Tertii.

Oreſti] Cognomen Aureliæ gentis. Duos enim Aurelios Oreſtas nominat Cicero in Bruto. Hic eſt forte Cn. Aufidius Oreſtes, qui, ſine tribuniciæ dignitatis gradu, ad conſulatum adſcendit, anno DCXXCII.

Prandia] Populo data.

In ſemitis] Per univerſam urbem.

Decumæ nomine] Veteres Romani, ut in exoptata re bonum exitum conſequerentur, decumam fructuum, vel prædæ alicui deo vovebant: ut Herculi vovit Sulla, & M. Craſſus, ad Parthicum bellum iturus, de ſuis bonis: Iunoni vovit Camillus, ſi Veios expugnaret, ut ait Plutarchus: Apollini, ſi Livium ſequi malumus. Feſtus oſtendit, non id fieri ſolitum in certæ cujuſdam rei cupiditate, ſed more: vel ut omnia proſpere ſuccederent, vel ut quiſque aliquem deum privatim coleret. ait enim: *Decima quæque veteres diis ſuis offerebant.* Macrobius lib. III. cap. 12. ex Varronis ſatyra περὶ κεραυνοῦ, refert, Romanos Herculi quidem decumam vovere ſolitos eſſe, ſed populum decimo quoque die pollucere, (i. viritim aliquid largiri) ut ἀσύμβολος nemo veſpere domum rediret. Hunc morem ab Evandro, Aboriginum rege, fluxiſſe. qui decumam bonum, interfecto Caco latrone, Herculi vovere inſtituerit, auctor eſt Diodorus Siculus lib. IV. Nec tamen hanc unam, ſed alias quoque cauſſas votæ Herculis decumæ, Plutarchus refert in Problematibus. Plautus decumam hanc, *Herculaneam partem* in Trinummo vocat. Et Sticho:

Decimam, inquit, *partem ex voto Herculi polluceam.* De ea & Varro de lingua Latina lib. V. & antiqua Reatini marmoris inſcriptio.

SANCTE

DE. DECVMA. VICTOR.
TIBEI. LVCIVS. MVNIVS.
DONVM. DAT. MORIBVS.

 AN-

ANTIQVEIS. PRO. VSVRA. HOC. DARE. SESE. VISVM. ANIMO. SVO. PERFECIT. TVA. PACE. ROGANS. TE. COGENDEI. DISSOLVENDEI. TV. VT. FACILIA. FAXSEIS. PERFICIAS. DECVMAM. VT. FACIAT. VERÆ. RATIONIS. PROQVE. HOC. ACQVE. ALIEIS. DONIS. DES. DIGNA. MERENTI.

Huc ſpectavit Oreſtes cum prandia populo dedit in ſemitis, ut eum ſibi conciliaret, in petitione magiſtratus, decumæ nomine, ut decumas alii diis offerebant: non quod ipſe decumam populo daret, alicujus dei nomine, ſed ad ſimilitudinem ejus decumæ, quæ diis dari ſolebat.

M. Seio] Oratio pro Plancio & Varro de re ruſt.

Caritate annonæ] Tò *annonæ* abeſt a novem libris, & Tertii. & recte abeſt.

Aſſe] Viliſſimo pretio, quarta ſeſtertii parte.

Modium] Libras fere xxx. de quo vide Plinium lib. XIIX. cap. 7.

Invidia] Propter opes.

Quando erat ædilis] Non turpis jactura fuit, quia ſplendorem poſtulabat ædilitas.

Miloni] Iam mortuo.

Salute noſtra] Hinc pater patriæ Cicero.

Cauſſa igitur largitionis eſt] Largitionis cauſſæ probantur, neceſſitas, & utilitas.

Mediocritatis regula] Sic tredecim mei, & Tertii. unus, *mediocritas*.

L. Philippus] Conſul factus ſine tribunatu militari, an. DCXCVII. tertius in oratoria laude poſt Craſſum, & Antonium, pater ejus, qui Atiam, Auguſti matrem, conjugem habuit. vide orationem pro Quinctio.

Quæ haberentur ampliſſima] Præturam, cenſuram, conſulatum.

Cotta, Curio] Curio, non eſt in Tertii libro. *C. Curio*, legit Langius. *Cotta:* C. Cotta, orator, qui loquitur in libris de Orat. *Tres Cottæ fratres* fuere, C. M. L. omnes conſulatum ad[...]pti ſunt. *Curio:* pater ejus, qui, p[...] Cæſare contra Pompejum dimican[...] in Africa periit.

Noſtro quidem anno] Quo primu[...] anno per leges licuit. id alibi quoq[...] gloriatur, & auget eam laudem, qu[...] eſſet homo novus, multa comme[...]datione majorum.

Quæ ad uſum reip. pertinent] Has i[...]penſas & Ariſtoteles probat lib. [...] Eth.

In manu datur] *In manum*, octo n[...] & Tertii liber.

Terentius, Præ manu dare.

Propter Pompejum] Qui theatr[...] magnificentiſſimum exſtruxerat.

Vituperabat] *Vituperat*, quinque[...] Tertii.

Propylæa] Vide Plutarchum in [...]riclis vita. Hic, accepta pecunia [...] Palladis templum reficeret, in a[...] omnem conſumpſit.

Conjecit] *Conjecerit*, ſeptem, & T[...]tii. *Projecerit*, ſex. *Projecerat*, un[...]

Et tamen ipſa] Pronomen, *ipſa*[...] ſententia perpenditur, magis requ[...]re videtur, *tamen*, quam *tum*. Ac[...] ſere quattuor veteres libri, & un[...] qui Romæ eſt, apud heredes Iulii [...]li. qui, Tamen, perſpicue ſcript[...] habent. quod probavi. Et tum ip[...] & ad fac. Tertii liber.

CAPVT XVIII.

R*Es meliores quærit*] Iſocrates, [...] τεῖν τὰ βελτίω: Columella, [...]*lioreſcere*. *Res meliores:* incrementa[...] vitiarum, vel dignitatis.

Propenſior benignitas] Recte. [...] hæc vera cauſſa eſt largiendi, ut ſu[...]niatur neceſſitati.

Vt altiorem gradum adſcendant] [...] tredecim mei, & Tertii. Antea, [...] *altiorem gradum adſcendant*.

Reſtricti omnino] Tò *omnino* non[...] in decem meis.

Benefacta, male locata malefacta [...]bitror] Senarius jambicus. Hinc P[...]tus:

Male meretur, qui mendico dat, [...]
edat:
Nam, & illud, quod dat, perit:
Et illi producit vitam ad miſeriam.

V

Vide Adagia, Beneficus trucidator.

Temeritate enim remota] Si non temere cuivis datur, ſed idoneis tantum.

Gratiſſima] Iis etiam, qui nihil acceperunt.

Studioſius laudant] Tum ex officio, (nam recte facta incorruptus animus laudare non poteſt) tum ad excitandam, & augendam divitum liberalitatem, in qua ſibi quoque præſidii aliquid repoſitum eſſe ſperant.

Summi cujuſque bonitas] Ovidius:

Regia (crede mihi) res eſt, ſuccurrere lapſis.

Vt hos beneficiis quamplurimis afficiamus] Quattuordecim mei, & Tertii, *ut his beneficiis quam plurimos afficiamus.*

Quorum liberis, poſteriſque prodatur memoria] Iidem libri, *quorum memoria liberis, poſteriſque prodatur.* Publii mimus:

Is beneficium dando accepit, qui dedit digno.

Omnes enim immemorem beneficii oderunt] Quod eſt naturæ proprium.

In deterrenda liberalitate] In deterrendis liberalibus, ne liberalitate utantur. Eſt autem minus uſitata loquendi forma. Sunt qui reponunt, *deterenda*, contra omnes veteres libros. i. imminuenda. ut apud Horatium, Od. 6. lib. 1. Carm.

Culpa ingenii laudes alicujus deterere.

Hoſtem tenuiorum] Publii Mimus:

Ingratus unus miſeris omnibus nocet.

Redimi e ſervitute] Ne uxores, & liberi egeant: ne deſint, qui pugnent pro patria.

Captos] *Captivos*, duo mei.

Largitioni munerum antepono] Lambinus, Longe, addit: *Largitioni munerum longe antepono*: contra veteres omnes libros.

Quaſi titillantium] Ita commoventium, ut pruritus commoveri ſolet. In quo voluptas quædam eſt.

In dando munificum] Cum, quantum, & quibus dare decet.

In vicinitatibus] In, abeſt a tredecim meis, & Tertii. Quinque, *vicinatibus* Quattuor, & Tertii, *vicinantibus.* unus, *civitatibus.*

Confiniis] Prædiorum.

De jure ſuo concedentem] Cedentem, decem mei, & Tertii.

Quantum liceat] Quantum rei domeſticæ ratio patiatur.

Et neſcio an paullo plus etiam, quam liceat] Et fortaſſe paullo plus etiam quam liceat: id eſt, vel cum aliqua rei familiaris jactura.

Nonnumquam de jure ſuo decedere] Quod noſtrum eſt, atque ad nos proprie pertinet, de eo partem aliquam temporis cauſſa alteri concedere. Quod autem Cicero, Nonnumquam, Terentius, *in loco*, dixit in Adelph. act. 2. ſc. 2. ad quem cum proculdubio Cicero reſpexit:

——— SY. *Pecuniam in loco negligere, maximum interdum eſt lucrum.* SA. *hui,*
SY. *Metuiſti, ſi nunc de tuo jure conceſſiſſes paullulum,*
Atque adoleſcenti eſſes morigeratus, hominum homo ſtultiſſime,
Ne non tibi iſtuc fenceraret? SA. *ego ſpem pretio non emo.*
SY. *Numquam rem facies: abi: neſcis ineſcare homines, Sannio.*
SA. *Credo iſtuc melius eſſe: verum ego numquam adeo aſtutus fui.*
Quin, quidquid poſſem, mallem auferre potius in præſentia.

Dilabi ſinere] Conſumi, diſſipari.

A Theophraſto] In libro de divitiis.

Illuſtribus hoſpitibus] Ord. præp. novem mei, & Tertii.

Poſſe multa volunt] *Multum*, quinque, & Tertii.

Cimonem] De cujus liberalitate Xenophon, Athenæus, Plutarchus, qui Ariſtotelem, non Theophraſtum, citat.

Curiales] Quos Græci φρήτορας, tribules autem φυλέτας dicunt, ex Dionyſii, Plutarchique ſententia.

Laciadas] A Curia ita dictos.

Hoſpitalem] Cratinus comicus:

Κἀγὼ γὰρ εὔχουν μητρόβιος ὁ γραμματοὺς,
Σὺν ἀνδρὶ θείῳ καὶ φιλοξενοτάτῳ,
Καὶ πάντ' ἀρίστῳ τῶν πανελλήνων προφόρῳ,
Κίμωνι λιπαρὸν γῆρας εὐχόμενος
Αἰῶνα πάντα συνδιατρίψειν.

CAPVT XIX.

Q*Væ autem opera, non largitione beneficia dantur*] Operam largitioni jam antepoſuit. vide Ariſtotelem lib. IV. Ethic.

In jure cavere] Ne quid contra jus committatur: ne actionem male inſtituat, & cauſſa cadat: ne adverſarii calliditate circumveniatur.

Ad opes augendas] Non, ad divitias, ſed, ad gloriam. ſupra. Maxime autem & gloria paritur, & gratia defenſionibus.

Tum quamoptime conſtituti juris civilis] Tum quod optime, liber Tertii. Tum quidem optime, tres. Tum quod tres optimi, unus. decem. Tum quod tres optime.

Principes] Civitatis.

Omnis dignitatis gradus] Omnes, octo, & Tertii. *Dignitates*, unus, & Tertii.

Splendor deletus eſt] Quod ſilent leges inter arma: &, ut Iſocrates ait, ἰσχυρότατος νόμος eſt ὁ τρόπος τοῦ τυράννου.

Cum is eſſet] Ser. Sulpicium laudat.

Omnes ſuperiores] Etiam Scævolam pont. max. ut in Bruto, & Phil. IX.

Finitima eſt] Simillima: quia prodeſt utraque quamplurimis.

Dicendi gravior facultas, & gratior, & ornatior] Et gravior, & gratior, & ornatior facultate juris civilis: gravior, quia plus ingenii poſtulat: gratior, quia civibus ſalutem dat: ornatior, quia Latini ſermonis elegantia, copia, ſplendore delectat. in oratione quoque pro Murena eloquentiam anteponit juriſprudentiæ.

Laudabilius, & præſtabilius] Quinque, & Tertii, non habent, *laudabilius*. & Vndecim, *laudabilius*, *præſtabilius*.

In toga dignitatis principatus datus] Nam in ſago, hoc eſt bellicis temporibus,

Spernitur orator bonus, horridus miles amatur.

Et pro Murena primæ rei militari, ſecundæ eloquentiæ, tertiæ vix juriſprudentiæ tribuuntur. *In tota dignitatis pr. d.* Tertii liber. Quattuordecim, *in tota dignitate pr. d.* Vt ſit: Cum m ta ſint, quæ dignitatem pariant, in ea tamen tenere principatum eloqu tiam, majoribus noſtris placuit.

Diſerti igitur hominis] Diſertum uſurpat pro eloquente. alibi diſ guuntur, ut in Oratore, dicente Antonio, diſertos ſe vidiſſe mult eloquentem vero neminem.

Facile laborantis] Φιλοπόνου, la rum tolerantiſſimi: qui labores, moleſtias non reformidet, ſed o & quieti anteponat. *Facile:* pro lib ter: ut ad Cœlium: *Quod in marit facillime ſum.*

Non gravate] Ne multis, & am tioſis precibus, & pollicitationibu opus: quod ait Iſocrates, τὰς χ τας ἀχαρίστως χαρίζεσθαι.

Gratuito] Gratis. Plutarchus in & in Parad. objicit Craſſo, quo patrociniis paciſceretur. *Gratuito:* q ſervatum ab omnibus non eſt. C. Cincius legem tulit de donis muneribus, de qua lib. II. de & Tacitus lib. XII. I. Ejus, inc opprimendi gratia repetitum vid tur S. C. pœnaque Cinciæ legis ac ſus eos, qui pretio cauſſas oraviſſ

Late patent] Vnde oritur, m defenſis, multorum amor: quia rimi ſunt, quibus patrocinio, & fenſione ſit opus.

Intermiſſionem eloquentiæ] Pr bella civilia: de quibus ſubju *quibus exſtinctis oratoribus.*

De me ipſo] Qui ſtante rep. re videbar in cauſſis.

Quibus exſtinctis oratoribus] Ex tibus Pompeji.

Quam in paucis ſpes] De adole tibus loquitur: cum vero ſubju *quam in paucioribus facultas*, de vi

Quam in paucioribus facultas] *to*, eſt in undecim meis, & Ter

Commendantem] *Commendare* tuor mei.

Vigilantem] *Vigilare*, tres. *Vi tibus*, unus.

Rogantem] *Rogare*, unus.

Qui aut conſulunt, aut defen Cum juriſconſultos, & oratore ſpicue deſignet: (jam enim dixit *omnes non poſſunt juriſperiti eſſe, a ſerti)* libentius legerem, *conſul*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

quo modo eſt in uno meo, & Tertii. onſulunt enim ii, qui de re controerſa formulam, normamque, & viam itigandi a juriſconſultis petunt: conuluntur vero juriſconſulti, qui dicunur de jure conſulentibus reſpondere.

Non ſunt admonendi] Artificioſe. uod enim omittere ſe velle ſignifiat, id tamen facit.

(Eſt enim in promptu)] Patet per ſe, ſt apertum, ſatis notum. nam, quis gnorat, alios ita juvari oportere, ne uem offendamus, & in alieno beneicio nobis ipſi damnum comparenus?

Alios juvare] Ord. præp. novem nei, & Tertii.

Certiſque operis] Cum aliquid eo ræcipue nomine faciendum tibi ſtauas, ut compenſetur quod violatum ſt.

Quod violatum eſt] Id, quod violaum eſt, octo, & Tertii.

Quod violatum eſt] Dum alterum deenderes contra eum[, quem invitus ffenderes.

CAPUT XX.

Dictu quidem eſt proclive] Facile: ut facile de procliviore loco deenditur.

Seſe] *Se*, ſeptem, & Tertii.

Honeſta oratio eſt] Recte loquuntur: d, quis eſt, qui, quod loquitur, præſtet? Sumptum ex Andria Tentii, act. 1. ſc. 3.

Nimirum] Inops poteſt eſſe gratus, nimo, non re.

Commode autem] Vide Agellium lib. . cap. 4.

Pecuniam qui habent non reddidiſſe] ocus, & feſtivitas eſt in verbis *habe-*, & *reddere*: quæ non ſimiliter in ecunia, & gratia accipiuntur. Idem ixit in oratione poſt red. ad Quir. *In fficio perſolvendo diſſimilis eſt ratio, & ecunia debita: propterea quod pecuniam ui retinet, non diſſolvit: qui reddidit, on habet; gratiam &, qui retulit, haet, &, qui habet, diſſoluit.* Et pro lancio: *Diſſimilis eſt pecuniæ debito, gratiæ. nam, qui pecuniam diſſoluit, atim non habet id, quod reddidit: qui utem debet, is retinet alienum: gratiam autem &, qui refert, habet, &, qui habet, in eo ipſo, quod habet, refert.*

Beatos] Omnium rerum copia circumfluentes. nam beatus eſt is, qui nulla re eget.

Hi ne obligari quidem beneficio volunt] Tantum abeſt, ut gratiam referre velint. Minographus:

> *Beneficium accipere, libertatem vendere eſt.*

Beneficium ſe dediſſe arbitrantur] Hoc idem ſcribit ad Leptam, Fam. lib. VI. cap. 19. *Præſertim qui nihil afferat præter operam, in qua ille ſe dediſſe beneficium putabit, ſi modo ipſum ſciet, non accepiſſe.* Et ad Att. lib. XIV. ad M. Antonium: *Litteræ tuæ ſic me affecerunt, ut non dare tibi beneficium viderer, ſed accipere a te ita petente.*

Quamvis aliquod magnum] *Quamvis aliquid magnum*, duo. *Quamvis magnum aliquid*, tres. *Quamvis magnum aliquod*, quattuor, & Tertii. *Aliquid quamvis magnum*, duo. *Magnum quamvis aliquid*, duo. *Quamvis magnum aliquid*, unus.

Atque] *Atque*, ſex mei, & Tertii.

Mortis inſtar] Sic Fam. lib. VI. ep. 9. *Hos tuos Tuſculanenſes dies inſtar eſſe vitæ puto.* In Piſonem: *Vnus ille dies mihi quidem immortalitatis inſtar fuit, quo in patriam redii.* Et Virg. lib. Æn. 11. *Inſtar montis equum.*

Cum quid factum ſit] *Quidquid*, ſeptem, & Tertii.

Putans] *Putat*, eſt in quattuordecim meis, & Tertii.

Neque vero] *Enim*, pro, *vero* eſt in quattuor meis.

Si quo forte fungitur] Erga eum, qui meritus eſt.

Extenuat] Quo majorem gratiæ referendæ voluntatem oſtendit.

Videndumque illud item, quod ſi opul.] Duodecim mei, & Tertii, *Videndumque illud eſt, quod, ſi opul.* Vnus, pro *illud*, *id.* Alius, ord. præd. *Vid. q. eſt illud. Quod:* ſic locutus ep. ult. lib. IX. ad Att. & epiſt. 28. lib. VII. Fam. Quibus locis vide Paulli patris Commentaria.

In illo uno, aut forte in liberis, ejus maneat gratia] Septem mei, & Tertii, ord. præp. *In uno illo.* Quattuor,

Aut in liberis forte. Vndecim, & Tertii, *manet*. Duo, Remanet.

Si res in contentionem veniet] Si quæramus, divitiæ ne ſint probitati præferendæ, an contra. Vel: ſi forte uſu-veniat, ut vel diviti, vel inopi, viro tamen bono, ſit inſerviendum.

Themiſtocles] Hoc idem Val. Max. lib. VII. cap. 2. de ſapienter dictis, & factis. Plutarchus autem in vita, & Apophthegm. hoc Themiſtoclem reſpondiſſe ait filiæ ſuæ petitoribus.

An minus probato] *Aut*, ſeptem mei.

Ego, inquit, malo virum] Ego vero, inquit, malo virum, tredecim mei, & Tertii. Induſtriam, & virtutem ſine divitiis malo, quam divitias ſine virtute, & induſtria. Plutarchus.

Qui pecunia egeat] Iſocrates: Τοῖς ἀγαθοῖς οἷς ἔχομεν ἐν τῇ ψυχῇ, τούτοις κτεώμεθα καὶ τὰς ὠφελείας, ὧν δεόμενοι τυγχάνομεν. hoc eſt: Virtute, atque induſtria, neceſſaria vitæ induſtriæ comparantur.

Pecuniam, quæ viro] Cui, ut ait Horatius, divitias quidem dederint, artem fruendi non dederint.

Corrupti mores, depravatique ſunt admiratione divitiarum] Nam, ut ait Demoſthenes, δεῖ χρημάτων ad vitæ ſuſtentationem.

Ne id quidem ſemper] Obeſt enim interdum: nec poſſunt ſemper omnia, quæ volunt, divites conſequi.

Honeſtior vero quo modo] Dignitatem enim divitiarum magnitudo non parit.

Ne impediant] Ne beneficium in illum ideo non conferamus, quia divitiis abundet: ſi modo vir bonus eſt: ſed rurſus eædem divitiæ ne adjuvent, id eſt, ne nos ad beneficium tribuendum magis, quam convenit, adducant.

Modo ne adjuvent] Nihil afferant divitiæ, quo vir bonus juvetur magis.

Qualis] Probitate, & moribus.

Fundamentum enim perpetuæ commendationis, & famæ eſt juſtitia] Novem mei, & Tertii, *fundamentum enim eſt perp. comm.* & fam. juſt. Tres, ord. præp. *Fund. eſt enim* &c. Vnus, *fundamentum eſt perp. comm. & fam. ju*
Vnus pro *enim*, habet *vero*.

Sine qua nihil poteſt eſſe laudabi
Nam juſtitia omnes virtutes comp
ctitur.

CAPVT XXI.

Q*Væ ad ſingulos ſpectant*] Id e
quæ depromuntur e cujuſque
familiari: non, quæ in privatos h
mines conferuntur.

Quæ ad univerſos] Cum magiſt
tus, qui totius populi perſonam ſu
nent, aliquid ex ærario depromunt

Eorum autem ipſorum partim ejuſm
ſunt] Pro, Alia ejuſmodi ſunt. uſ
to genere loquendi.

Vt ad univerſos cives pertineant]
cum augetur reſp. imperio, agris,
ctigalibus.

Singulos ut attingant] Vt ſingu
privatim juvent: quo ex genere
mentaria largitio eſt.

C. Gracchi] Tribuni pl. qui leg
frumentariam tulit. Plutarchus,
oratione pro Sextio, his verbis:
mentariam legem C. Gracchus fere
jucunda res plebi Romanæ: victus e
ſuppeditabantur large ſine labore:
gnabant boni, quod & ab induſtria
bem ad deſidiam avocari putabant
ærarium exhauriri videbatur. Vnus m
Ti. Gracchi.

Largitio fuit] *Fuit*, non eſt in
vem meis, & Tertii.

Exhauriebat igitur] Igitur, non
in duobus meis.

Ærarium] Ad uſum reip. nec
rio conſtitutum: ſine quo reſp.
non poteſt. Octavii autem m
largitio, quia non exhauriebat
rium, reip. ſalutaris.

M. Octavii] Collegæ Ti. Gr
in tribunatu. Plutarchus, epitom
viana, & alii.

Reip. ſalutaris] Non exitioſa
illa C. Gracchi, quæ exhauriebat
rium.

Neque de bonis privatorum public
minutio fiat] *Publice*: lege. quod
Gracchus, agraria lege promulg
conatus eſt. æquari autem poſſe
nes ſine magna multorum injuria
poſſunt. inde ſeditio, inde cædes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

le ſummum reip. diſcrimen. propterea ubjungitur: Capitalis omnino oratio ſt ad æquationem bonorum pertinens. *Neque:* *Ne*, unus. *Non*, unus. *Nec*, tres.

Legem agrariam] De publicis agris populo dividendis.

Antiquari] Suffragiis improbari. antiquatur enim lex, cum a populo rejiitur, ne feratur: abrogatur autem am lata, ne in poſterum valeat. De Legibus: *Vos legem antiquaſtis ſine tabula.* Ad Att. *Populum, ut rogationem antiquaret, rogabant.*

Multa populariter] Dixit Philippus, quæ plebi grata eſſent, optimatibus, & locupletibus inviſa.

Qui rem haberent] Qui de ſuo viverent: quibus ad victum neceſſaria ſuppeterent. Sic Terentius, *ad rem attentiorem* eſſe, *rem facere:* Cicero, *rem augere.*

Capitalis omnino oratio eſt ad æqu.] Tò, *Omnino*, non eſt in quattuordecim meis, & Tertii.

Tenerentur] *Tuerentur*, quattuor mei.

Quod apud majores noſtros ſæpe fiebat] Ante Paulli Æmilii Macedonicam victoriam. nam is, ut ait Plinius lib. XXXIII. cap. 3. & hic Cicero ſubjungit, tantum intulit in ærarium, ut finem attulerit tributorum. nec tributum poſtea collatum eſt ante Panſæ, & Hirtii conſulatum: quo anno, rep. oppreſſa, Cicero eſt interemptus.

Sin qua neceſſitas] Acerrimum telum. *Sin qua* nec. tres, & Tertii.

Malo enim, quam noſtra, ominari] Inviti enim ea dicimus, quæ ſunt mali ominis. Sic ex ſeptem meis, & Tertii libro emendavi, & eſt elegantius, cum dixerit, Sin qua neceſſitas hujus muneris alicui reip. obvenerit: ſubjungere, Malo enim, quam noſtræ, ominario. Quid enim attinet dicere, Malo enim alteri, (quod eſt in quattuor) quam noſtræ: aut, Alii, (quod eſt in duobus) aut, Alienæ, (quod eſt in uno) quam noſtræ: cum dixerit, Alicui reip.?

Neque tamen de noſtra, ſed de omni rep. diſputo] Neque tantum, quattuor mei. N3 tantum, duo. *τὸ tantum*, non eſt in uno, & Tertii. Tῆ, ſeptem. *Tam*, reponit Fulvius Vrſinus ex antiquo libro. *Neque tamen de noſtra, ſed de omni rep. diſputo:* talis eſt omnis diſputatio. non enim hoc, aut illud examinat, ſed in toto genere verſatur. ſupra: *Mihi autem hæc oratio ſuſcepta non de te eſt, ſed de genere toto.*

Neceſſitati eſſe parendum] Solvendum tributum, neceſſario impoſitum.

Quæ ſunt neceſſaria] Quæ ad victum, ad habitationem, ad veſtirum pertinent. vide Platonem de Rep. lib. II.

Eſt enim in promptu] Satis patet.

Tamen locus attingendus fuit] *Tantum*, decem, & Tertii.

C. Pontius Samnis] Samnitium adverſus Romanos tum imperator, cum turpiſſimas Caudinæ pacis condiciones acceperunt, a quibus tandem & ipſe ſub jugum miſſus ad Luceriam, anno ab V. C. CDXXXIII. Vide Livium lib. IX.

Ad illa tempora fortuna me ſervaſſet] *Me fortuna reſervaviſſet*, unus, & Tertii. *Reſervaſſet*, ſeptem. *Me fortuna ſervaſſet*, quinque. Vnus, *ad illa tempora fortuna reſervaſſet.*

Tunc eſſem natus] *Tum*, duodecim, & Tertii.

Dona accipere] Hinc Iugurthæ vox, apud Salluſtium: *O urbem venalem, ſi emptorem invenerit.*

Multa ſæcula] Faciundum mihi puto, ut hoc Antonii Mureti integrum caput deſcribam, quod ad hujus loci intelligentiam præclare admodum facit. eſt autem in Variarum lectionum libris, octavum libri X. Dubitant eruditi homines, quo modo accipiendum ſit, quod ait Cicero lib. II. de Officiis, Multa ſæcula exſpectanda fuiſſe C. Pontio Samniti, ſi a fortuna reſervatus eſſet ad id tempus, quo Romani dona accipere cœperunt. bellavit enim cum Romanis Pontius ab V. C. CDXXXII. lex autem Calpurnia de pecuniis repetundis lata eſt anno DCIIII. ut, ſi Sæculum ſit centum annorum, quo modo accipiendum & Grammatici veteres docent, & ludorum ſæcularium appellatio confirmat, non tota duo ſæcula ei exſpectanda fuerint. Sed certe Sæculum interdum eſt γενεά: ut oſtendit & Nævius, qui

Neſtorem, ut eſt apud Agellium, triſæcliſenem vocavit, ex illis videlicet Homeri verſibus:

> Τῷ δ' ἤδη δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων
> Ἐφθίαθ', οἵ οἱ πρόσθεν ἅμα τράφεν ἠδ' ἐγένοντο
> Ἐν Πύλῳ ἠγαθέῃ, μετὰ δὲ τριτάτοισιν ἄνασσεν.

Γενεὰ autem triginta annorum eſt. Itaque illi Homerici verſus oſtendunt tantum, Neſtorem, cum illa loqueretur, ſexagenario majorem fuiſſe: quamvis illic quoque γενεὰν pro centum annis accepiſſe etiam veteres Latini poetæ videntur. Hæc Muretus.

Tantum fuit roboris] Vt efficere poſſet, ne Romani diutius imperarent: ut poſſet Romanum imperium pecunia largienda evertere.

Nondum centum, & decem anni] Fulvius Vrſinus ex antiquo libro, *enim*, addidit, ſic: *Nondum enim cent.* &c. Vnus meus, *nondum vero cent.* Alius, *nondum x. & C. anni.*

A L. Piſone] Tribuno pl. qui primus Frugi dictus eſt.

Lata eſt lex] Cenſorino, & Manilio cos.

At vero poſtea tot leges] Cæcilia Servilia, Atilia, Cornelia, Iulia.

Italicum bellum] Sociale a ſcriptoribus dictum. Vide Florum.

Excitatum] Eorum opera, qui, ne repetundarum accuſarentur, metuebant: ab iis, qui ſibi conſcii ſuorum ſcelerum, quieta rep. judicia metuebant.

Vt imbecillitate aliorum, non noſtra virtute, valeamus] Si adhuc imperamus, cum tamen illud malum, quod Pontius optabat, in remp. invaſerit, non virtuti noſtræ, ſed aliorum imbecillitati, acceptum referre debemus. hoſtes enim eos non habemus, in quibus tantum ſit roboris, quantum ſibi Pontius habere videbatur. Simile illud Iſocratis in Symmachico: χρὴ δὲ καὶ μικρὰ λογίζεσθαι δυναμένους ὅτι ἐν τοῖς τῶν ἐχθρῶν ἁμαρτήμασι τὰς ἐλπίδας ἔχειν τῆς σωτηρίας, ἀλλ' ἐν τοῖς αὑτῶν πράγμασι, καὶ ταῖς αὑτῶν διανοίαις. τὸ γὰρ διὰ τὴν ἐκείνων ἀμαθίαν συμβαῖνον ἡμῖν ἀγαθὸν τυχὸν ἂν παύσαιτο, καὶ λάβοι μεταβολήν. τὸ δὲ δι' ἡμᾶς αὐτοὺς γιγνόμενον, βεβαίως ἂν ἔχοι, καὶ μᾶλλον παραμένειν ἡμῖν.

CAPVT XXII.

GAza] Perſæ, Gazam regiam [...] cuniam vocant. Q. Curtius. [...]gilius pro omni pretioſa ſupellect[...] dixit,

Troja gaza per undas.

Quæ fuit maxima] *Bis millies cen[...]* *HS*, ut ait Vellejus, id eſt ſexagie[...] centena ſcutatorum millia: ut vu[...] dicitur, milliones ſex, & ſcutato[...] trecenta millia. Valerius Antias, [...] *lies ducenties*, ſcripſit. quod Livius[...] rum putat. In Plinio lib. XXXIII. ca[...] legitur, *pondo trium millium*: q[...] mendoſum eſſe conſtat. Vide Livi[...] lib. XLV. Plut. in vita, & Apophthe[...] Valer. lib. IV. Appianum in Mith[...] tico, Oroſium lib. IV. cap. 20. [...] tropium lib. IV. cap. 3. Iuſtinum [...] XXXIII. Florum lib. II. cap. 12. Q[...] autem fecit Paulus, idem antea [...] rat. Q. Tremulus, Anagnia capta. [...] nius lib. XXXIV. cap. 6. ceſſabat e[...] tributum, cum eſſet in ærario p[...] nia: renovabatur, ærario exhauſt[...]

Paullus] Pater naturalis Afri[...] minoris.

Tributorum] Vbi novum bellum [...] rat exortum, pecunia, qua geren[...] eſſet, colligebatur: tributo cu[...] civibus impoſito. Livius lib. v.

Nihil in domum ſuam intulit] P[...] tes ſuos nulla ex parte locupletiore[...] cit. Valerius. qui nec adſpicere M[...] donicam gazam voluerit, totum [...] negotium ejus adminiſtrandæ, [...] ærarium referendæ, quæſtoribus c[...] miſerit. ſignum autem ejus abſti[...] tiæ vel maximum fuit, quod mo[...] patrimonium vix XXXVII. mili[...] myriadum, ut ait Plutarchus, [...] quit: quæ ſumma paullo majo[...] undecim ſcutatorum millibus. [...] *in domum ſuam intulit*: τὸ, *in*, [...] a ſeptem meis, & Tertii. Vnus [...] *intulit*, habet *attulit*.

Præter memoriam] Præclare ſe[...] actum exiſtimans, quod ex illa vi[...] ria alii pecuniam, ipſe gloriam re[...] taſſet. Valerius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Africanus] Qui nihil in vita, niſi audandum, aut fecit, aut dixit, ac enſit. Vellejus.

L. Mummius] Qui Corinthum de-evit, caput Achææ gentis: unde A-haici cognomen eſt adeptus.

Italiam ornare] Nihil enim ex iis pibus, ornamentiſque, quæ prædi-es Corinthus habuit, in domum e-ıs pervenit. Signa namque ærea, mar-noreaque, & tabulas pictas, quibus Corinthum ſpoliavit, in triumpho ulit, totamque iis Italiam replevit. Tamque rudis ingenio fuit, (quod ait Vellejus) ut, cum maximorum artifi-um perfectas manibus tabulas, ac ſta-uas in Italiam portandas locaret, ju-eret prædici conducentibus, ſi eas erdidiſſent, novas eos reddituros.

Nullum igitur vitium eſt tatrius] Se-tem, & Tertii, ord. præp. *Tatrius eſt*. τὸ, *eſt*, non eſt in tribus. *Dete-ius eſt*, unus.

Remp. gubernantibus] *Reip. guberna-oribus*, Fulvius Vrſinus ex antiquo li-ro. *Remp. adminiſtrantibus*, unus neus.

Habere enim quæſtui remp.] Ex reip. nuneribus quæſtum facere. In Ver-em: *Qui non intelligit iſtum ſibi quæ-tui, prædaque habuiſſe, bona fortu-a, poſſeſſiones oratorum.* Plautus, Pœ-ulo:

Iſtic eſt theſaurus ſtultis in lingua ſi-
tus,
Vt quæſtui habeant male loqui melio-
ribus.

Turpe] Sordidum.

Sceleratum] Facinus publice contra s in remp. admiſſum.

Oraculo] *Oraculum*, quattuordecim nei. *Oraclum*, unus. Hoc autem O-aculum exſtat in Ariſtophanis Scho-iis: Ὅτι αἰσχροκερδεῖς καὶ σμικρολό-γοι οἱ Λάκωνες, δῆλον ἐκ τοῦ χρησμοῦ, φιλοχρηματία Σπάρταν ἑλεῖ, ἄλλο) οὐδέν. Vide & Plutarchum.

Nulla re alia, niſi avaritia, eſſe peri-uram] Sic duodecim mei. Duo, & Tertii, non habent τὸ *alia*.

Is videtur] *Idque videtur*, unus. *Id videtur*, ſex, & Tertii. τὸ, *is*, abeſt ı ſeptem.

Agrariam rem] Diviſionem agrorum, ut duo Gracchi fratres. infra.

Aut pecunias creditas debitoribus con-donandas putant] Lege de tabulis no-vis.

Concordiam primum tollunt] *Tollunt*, non eſt in tredecim meis, & Tertii.

Vt ſupra dixi] In eo loco: Hanc ob cauſſam maxime, ut ſua tenerentur, reſpublicæ, civitateſque conſtitutæ ſunt.

Civitatis, atque urbis] Civitatis, mul-titudinis civium: Vrbis, quæ civitati præſidium eſt. ſupra: *Etſi duce natura congregabantur homines: tamen, ſpe cu-ſtodiæ rerum ſuarum, urbium præſidia quærebant.*

Cujuſque] *Cuique*, duo mei.

Cui res erepta eſt, inimicus] Cui res erepta eſt, eſt inimicus, quinque, & Tertii. Duo, Inimicus eſt.

In pecuniis creditis] Condonatis.

Occultat ſuum gaudium] In ſinu gau-det.

Ne videatur non fuiſſe ſolvendo] Obæ-rati enim, cultus ſplendorem in frau-dem creditorum ſimulantes, homi-num de ſe opinioni offundunt.

CAPVT XXIII.

AT *propter hoc injuriæ genus*] *Ac*, duo mei. Ciofanus teſtatur, ſe a Mureto accepiſſe, delendam eſſe particulam *at*, quæ ſententiam cor-rumperet.

Lyſandrum] Præclarum ducem, opti-meque de rep. meritum.

Agim regem] De quo Plutarchus.

Ex quo eo tempore] *Ex eo tempore*, unus. *At eoque tempore*, unus. *Exque eo tempore*, Tertii liber. quod pla-cet.

Vt tyranni exſiſterent] Vt & tyranni exſ. ſex, & Tertii.

Præclariſſime conſtituta] Lycurgi le-gibus.

Malorum] Quæ nata ſunt propter avaritiam. ſupra: Apollo Pythius ora-culo edidit, Spartam nulla re alia, niſi avaritia, eſſe perituram.

Profecta] Sic duo mei. recte. *Pro-fecte decem*. *Profectæ*, Tertii. *Profecto*, duo.

Manarunt latius] Sic Fam. lib. XII. ep. I. *Manabat illud malum urbanum.*

Africani] Majoris: cujus ex filia

Cornelia Ti. Gracchus duos filios ſuſcepit, Tiberium, & Cajum.

Aratus Scymius] Cujus vitam Plutarchus literis mandavit.

A tyrannis] Abantida Paſei filio, Paſco patre, Nicocle.

Vrbe eſt potitus] Sic omnes mei, & Tertii. Sunt, qui, *urbem*, reponant. veteres libri adverſantur.

Nicoclem] Plut. in Arabo. Alii, *methodeum*, ex antiquis libris, & ex Polybio. Impreſſi, *metoclem*. Duo ſcripti, *modoclem*. quorum unus, in ora, Vel *methodem*. Vnus, *methoclem*. Vnus, *modocheni*. Vnus, *michoclem*. Vnus, *methodem*. Vnus, *metrodem*. Vnus, *midoclem*. Vnus, *modoclem*. Vnus, *nicodem*. Vnus, *ſitõe3*. Vnus, *metendem*. Duo, *nicoclem*. Tertii, *niecoclem*,

Improviſo oppreſſiſſet] Sine civili ſanguine.

Sexcentos exſules] Octoginta a Nicocle, haud pauciores quingentis a ſuperioribus.

Quos & ipſe reſt.] *Et*, non eſt in ſeptem, & Tertii.

Detinebantur] *Tenebantur*, ſeptem, & Tertii.

Rem integram] Plinius ad Trajanum: *Rem integram diſtuli. Integrum reſervare*, Cic. Fam. lib. I. *In integro res, vel cauſſa*, Terentius. *In integrum reſtituere*, Iuriſconſulti. *In integro res eſt*, in Verrem, & ad Att.

Ptolemæum] Philadelphum. Ptolemæi, Ægypti reges, omnes dicti, ut Cæſares, & Auguſti, Imperatores: Græcorum αὐτοκράτορες: Cecropidæ, Athenienſium: Tigranes, Aſſyriorum: Phraartes, Medorum: Sannacherib, Philiſtinorum.

Suum hoſpitem] Quem ſignis, & tabulis ex Græcia ſibi devinxit. Plutarchus.

Qui tum regnabat alter poſt Alexandriam conditam] Ejus filius, qui, cum Alexandro militavit.

Cui cum expoſuiſſet] *Qui*, ſeptem, & Tertii.

Grandi pecunia] Centum quinquaginta talentis. Plutarchus.

Cum in Sicyonem] Tò, *in* non eſt in tribus, & Tertii.

Quindecim principes] Sic Plutarchus.

Detinebant] *Tenebant*, octo.

Præfecitque] *Perfecitque*, Tertii ... ber.

Et uti perſuaderent aliis] Tò *&*, ... eſt in ſeptem. *Vt*, pro, *uti*, eſt in ... decim & Tertii.

Vt bis jam vidimus] Primum Su... deinde Cæſare dominantibus.

Sapientia ſummi civis] *Boni*, eſt ... novem, & Tertii.

Defendere] Abeſt ab uno meo, ... Tertii.

Quid eſt aliud, aliis &c.] Sic ... mei, & Tertii. *Quid eſt aliud, niſi ... liis*, unus. *Quid eſt aliud, quam a...* quinque.

Tabulæ novæ] Debitam pecuni... largientes.

Vt emas mea pecunia fundum] ... cum fenore ſumpta, vel, ut, in... dum amicitiæ gratia ſit, ſine fenor...

Et cum tu habeas] *Et*, non eſ... decem, & Tertii.

Ego non habeam pecuniam] Qui... çet tibi non ſolvere per tabulas ... vas.

CAPVT XXIV.

Æ*S alienum*] Privatorum civi...

Reip. noceat] Ob eorum ... tiones, qui obærati ſunt, & nova... bulas, leges agrarias, proſcriptio... conjurationes expetunt.

Non, ſi fuerit] Sic quattuor me... Tertii. *Si non fuerit*, tres. *Si non ... fuerit*, duo.

Fides] Quam Iuſtitiæ fundamen... dixit lib. I.

Numquam enim vehementius] ... *enim*, non eſt in undecim, & ... tii.

Tentata res eſt] Catilina duce.

Ordine] Ne videretur de humil... tantum loqui, addidit, *ordine*, ... nobilius eſt *ordo*, quam Genus. e... lib. I. Fam. *Cunctis hominibus, or... buſque incumbentibus*. Et ep. 10. lib. ... & Cœlius ep. 17. lib. VIII. & ora... ne I. pro Cornelio.

Vt hoc tantum malum de rep. tol... tur] *Totum*, pro, *tantum*, eſt in... bus, & Tertii.

Fraudandi enim ſpe ſublata] Spera... rant debitores, ſi reſp. mutaretur...

ihil ſoluturos. eam ſpem ſuſtulit vir-
ıs, & vigilantia Ciceronis.

Hic noſter victor] Cæſar.

Tunc quidem victus] Interfectus a
ruto, Caſſio, aliis. Sic quinque.
um, ſex, & Tertii. *Nunc*, tres. quod
iam erat in impreſſis. *Tunc quidem*
ctus: me ſcilicet conſule: quia Ca-
lina propter æris alieni magnitudi-
em conſentiens, perficere non po-
ıit, obſiſtente me, quod cogitabat,
ebitores ut creditoribus nihil ſolve-
ent: & cum ea ſimul victus Cæſar,
mneſque idem cogitantes videntur.
uet. & Plut. de Cæſaris ære alieno.
[æc ſententia confirmari videtur ſe-
uentibus verbis.

Cum ejus jam nihil intereſſet] Cum
re jam non premeretur alieno, re-
ım omnium armis potitus. Perfecit
itur ea, quæ multo ante cogitaverat,
t leges, & judicia nihil valerent,
on ſua cauſſa, quia nihil jam debe-
at. ſed ſuorum, qui gravi alieno ære
borabant, nec ſine civili bello in-
olumes ullo modo eſſe poterant. qua
re ſic ad Att. lib. VII. *Verumtamen*
oc video, cum homine audaciſſimo, pa-
tiſſimoque negotium eſſe: omnes damna-
s, omnes ignominia affectos, omnes
mnatione, ignominiaque dignos illac
cere, omnes, qui ære alieno præman-
r: quos plures eſſe intelligo quam puta-
m. Eorum ex numero noti ſunt,
ıibus ad conſumendum nihil ſatis
ſe videretur, C. Curio, M. Anto-
ıus, P. Dolabella.

Peccare] *Peccandi*, unus meus.

Etiam ſi cauſſa non eſſet] Etiam ſi
eccare quidem in eo, id eſt æris alie-
i ſolutionem tollere, ſua cauſſa non
ogeretur: cum ipſe jam nihil deberet.

Et neque tenuiores propter imbecillita-
em circumveniantur] Sic octo mei. ſex,
& Tertii, *humilitatem.* quod non Pla-
et. & gloſſema videtur fuiſſe ad, *im-*
ecillitatem. & ita ſcriptum eſt in mar-
ine unius mei veteris libri, recenti
nanu. nec *humilitas* pro gloſſemate
idetur requirere *imbecillitas.* ſed ali-
uis potius *humilitatem*, pro, *imbecil-*
itatem, ſubſtituit.

Obſit invidia] Hinc Comicus:

Iudices ſæpe propter invidiam adimunt
diviti:
Aut propter miſericordiam addunt pau-
peri.

Belli] Pro, in bello. antique, & uſitate dictum, paullo tamen durius. *Domi militiæ*, dixit lib. de Senectute. *Bellis*, novem, & Tertii.

Hæc genera officiorum] Quæ ad univerſos, quæque ad remp. pertinent.

Qui perſequuntur] *Qui perſequentur*, unus. *Qui proſequuntur*, tres. *Qui ſequuntur*, duo.

Adipiſcentur] Duo, *adipiſcuntur.*

Et gratiam, & gloriam] Vt amentur, & in admiratione ſint. Vtrumque & ſupra conjungit: *Maxime autem & gloria paritur, & gratia defenſionibus.* Et, cum dixit: *Hoc ſcientiæ genere prodeſſe quam plurimis, vehementer & ad opes augendas pertinet, & ad gratiam.* Lib. III. *Huic nec laus magna adhibenda eſt, nec gratia.* Et, eodem libro: *Qui illam eripuerit, in maxima gratia futurus, & gloria.* Ad Plancum ep. 5. lib. X. *Mi Plance, incumbe, ut belli extrema perficias. in hoc erit ſumma & gratia, & gloria.*

Antipater Tyrius] Catonis Vticenſis familiaris. Plutarchus.

Duo præcepta cenſet eſſe a Panætio prætermiſſa] Quattuordecim, & Tertii, *duo præterita cenſet eſſe a Panætio.*

A ſummo philoſopho] Vindicat eum ab ignorantia, contra objectionem Antipatri.

Quod eſſent faciles] Non quod eas ipſe non viderit.

Sunt certe utiles] Cauſſa, cur ipſe præcepta ſubjungat, quæ Panætius, quem jam excuſavit, omittenda duxit.

Suſtentatur] Ne in morbos cadat. inde ductum, *firma, & imbecilla valetudo.*

Notitia ſui corporis] Sui: quia non iiſdem rebus omnes, ſed alius alia re indiget ad valetudinem. Ex notitia vero ſui corporis naſcitur obſervatio earum rerum, quæ res aut prodeſſe ſoleant, aut obeſſe. aliter enim obſervari non poſſunt. &, quia ſola ſui corporis notitia non ſufficit, adjungitur tamquam neceſſaria rerum earum, quæ proſint, aut obſint, obſervatio. ita ſecundum præceptum naſcitur ex primo, ſine quo locum non haberet:

ſicuti

ſicuti nec primum ſine ſecundo fructum ferret.

Obſervatione earum rerum quæ &c.] *Earum rerum*, non eſt in duobus meis, & Tertii.

In victu omni atque cultu] Cultus a Victu differt. multa enim præter cibum, potionemque ſunt, quæ ad valetudinem pertineant.

Corporis tuendi cauſſa] Victu enim, atque cultu corpus tuemur.

Prætermittendis voluptatibus] Iis,quæ obſunt. Hoc quartum præceptum videtur incluſum in primo, quod eſt, *obſervatione earum rerum, quæ res aut prodeſſe ſoleant, aut obeſſe.* in iis enim, quæ obſunt, vitandæ voluptates. verum, quia voluptate plerique homines tamquam eſca capiuntur, ideo nominatim ea de re præcipiendum Cicero putavit: *Quæ cum maxime delectaret, maxime tamen obeſt &c. Et prætermittendis voluptatibus :* τὸ, *&*, non eſt in uno meo, & Tertii.

Arte eorum] Medicorum. Artem medicinam vocat. Virg. lib. XII.

Iamque aderat Phœbo ante alios dilectus Iapis
Iaſides, acri quondam cui captus amore
Ipſe ſuas artes, ſua munera lætus Apollo,
Augurium, citharamque dabat, celereſque ſagittas.
Ille, ut depoſiti proferret fata parentis,
Scire poteſtates herbarum, uſumque medendi
Maluit, & mutas agitare inglorius artes.

Paullo inferius Iapis ipſe loquitur:

Non hæc humanis opibus, non arte magiſtra
Proveniunt, neque te, Antea, mea dextera ſervat.

Et, apud Ovidium, Apollo artem ſuum inventum vocat:

Inventum medicina meum eſt, opiſerque per orbem
Dicor: & herbarum ſubjecta potentia nobis.
Heu mihi, quod nullis amor eſt medicabilis herbis,
Nec proſunt domino, quæ proſunt omnibus artes.

Conſervari] Non enim ſatis eſt qu[...] rere, niſi conſervemus.

Commodiſſime] Sic, ut nihil deſi[...] res, & in diſcendo voluptatem cap[...] nam, *commode*, laudem habet. u[...] illud ſupra: *Commode autem, quic[...] que dixit, Pecuniam qui habeat,* [...] *reddidiſſe.* Et in extremo libro: [...] *hoc de genere, de quærenda, de colloc[...] da pecunia, etiam de utenda commo[...] a quibuſdam optimis viris, ad med[...] Ianum ſedentibus, quam ab ullis ph[...] ſophis, ulla in ſchola, diſputatur.*

Oeconomicus] De quo D. Hiero[...] mus, Quinctilianus lib. x. cap. 5. [...] nius lib. XIIX. cap. 25. & Ser[...] Georg. i.

Iſta fere ætate cum eſſemus] *Cum* [...] *mus*, abſunt ab uno meo.

CAPVT XXV.

SEd *utilitatum comparatio*] Nar[...] comparatione eorum, quæ [...] neſta ſunt, diſſeruit libro primo.

Quoniam his locus erat quartus a[...] natio prætermiſſus] Primus locus [...] Honeſtum ne factu ſit, an turpe: [...] cundus, conducat, nec ne: tert[...] duobus propoſitis honeſtis utrum [...] neſtius: quartus, duobus propo[...] utilibus: de quo nunc loquitur C[...] ro. Quinctus, de comparatione [...] neſti, & utilis, eſt libro III. *A[...] natio prætermiſſus:* non modo q[...] tum, qui de duobus utilibus eſt, [...] tertium quoque de duobus hon[...] Panætius prætermiſit: ut Cicero d[...] libro primo.

Cum externis corporis hoc modo co[...] rantur] *Comparantur*, non eſt in [...] meo.

Ipſa inter ſe corporis comparantur[...] *Comparantur*, non eſt in tredecim [...] & Tertii.

Bona valetudo] *Vt bona valetudo* [...] decim mei, & Tertii. Duo, *ſi* [...] *valetudo.*

Ex quo genere comparationis ill[...] Catonis ſenis] Hoc addit, ut e Ca[...] quoque ſententia diſtinguendas [...] utilitates oſtendat: cum ſint aliis [...] majores, ut, *bene paſcere, quam* [...] *bene paſcere: ſatis autem bene paſ[...] quam vitire:* &, *vitire*, quam *a*[...]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

liæ vero aliis honeſtiores. nam, fe- nerari ſummam utilitatem eſſe nemo negat: nec tamen quærenda, quia non honeſta.

Expediret] Male in uno meo, *expe- diretur.*

Bene paſcere] Paſcua veteres pluris æſtimabant, quam vineas, & arva. inde illud in Paradoxo ultimo: *Si iſti callidi rerum æſtimatores prata, & areas quaſdam magni æſtimant, quod ei generi poſſeſſionum minime quaſi noceri poteſt: quanti eſt æſtimanda virtus, quæ nec ſurripi poteſt?* Et Columella lib. II. cap. 17. *Atque hæc*, inquit, *orator ex- ſequi poterit, ſi non ſolum, quæ retuli, genera pabulorum providerit, verum etiam copiam ferri, quo melius armenta ueatur, ſine quibus terram commode mo- liri difficile eſt. & ideo neceſſarius ei cul- tus eſt etiam prati, cui veteres Romani primas in agricolatione tribuerunt. nomen quoque indiderunt ab eo, quod protinus eſſet paratum, nec magnum laborem de- ſideraret. M. quidem Porcius & illa com- memoravit, quod nec tempeſtatibus af- fligeretur, ut aliæ partes ruris, minimi- que ſumptus egens, per omnes annos præ- beret reditum, neque eum ſimplicem, cum etiam in pabulo non minus redderet, quam in feno.*

Bene vitire] Cur malim, *vitire*, quod in quattuor eſſe antiquis libris, ſcribunt Nannius in Miſcellaneis, Lan- gius, Balduinus, Gifanius,) quam, *veſtire*, quod ipſum reperi in omni- bus meis, (nam a Tertii libro hoc totum abeſt) tribus cauſſis adducor: primum, quod, cum hæc ſint Cato- nis præcepta, particulari eum verbo, in certa re deſignanda, quam genera- li, uſum eſſe, veriſimilius eſt. dein- de, quod Plinius lib. XVIII. cap. 5. hæc ipſa referens Catonis præcepta, quæſtuoſiſſimam in agro Vitem eſſe dixit, Veſtiendi mentionem nullam fecit. poſtremo, quod ex *veſtire* certe non tam facilis fuit lapſus ad *vitire* quam ex *vitire* ad *veſtire*: cum ita ſcri- berent veteres, *veitire*, pro *vitire*: ut *veiam*, pro *viam*, & ſimilia. Quod peritis antiquitatum ita notum eſt, ut exemplis probare non oporteat. Hæc autem Catonis præcepta ne quis mi- retur in ejus libris non exſtare: cir- cumferuntur enim ſermonibus, ut ab illo dicta, non ut ſcripta. Itaque & Cicero, & Plinius ajunt, *Cato, inter- rogatus*, &c. Nam, quod ſcriptum eſt, apud Catonem cap. 16. ſimile illud quidem eſt ex aliqua parte, ex aliqua tamen diſſimile. *Veſtire*, tamen, ſi legas, interpretandum, arboribus maxime fructum ferentibus. verum hæc utilitas non videtur arationi præ- ferenda. itaque magis placet, *vitire.*

Quid hominem, inquit, occidere] Vt oſtenderet, non omnem utilitatem quærendam eſſe. quaſi fenerari non liceret.

Solere fieri] Sex, & Tertii, ord. præp. *fieri* ſolere.

Toto hoc de genere] Cujus partes ſunt tres, quo modo quærenda, collo- canda, utenda pecunia ſit.

De collocanda] Vt conſervetur, at- que etiam augeatur, ubi quæſita jam eſt.

Etiam de utenda] Sic omnes mei, & Tertii. *Vtenda:* parce videlicet, ac fru- galiter. qui enim, ut pecuniam quæ- reret, ne fenerationis quidem quæ- ſtum turpem putavit, is, ut eam pe- cuniam temere diſſipet, ac diſperdat, non facile adducetur. itaque ſuperva- caneum pæne videtur ei præcipere; cui tamen præcipiunt feneratores, nihil omnino, quod ad pecuniam perti- neat, omittentes. ſupervacaneum au- tem præceptum, vel parum certe ne- ceſſarium ſignificat hic loquendi mo- dus, Etiam de utenda.

Commodius] Melius, & utilius.

A quibuſdam optimis viris] A fene- ratoribus. ironia. jam enim de fene- ratione dixit, Quid hominem occi- dere? & verbum *quibuſdam*. ironiam magis indicat. *Commodius a quibuſdam optimis viris:* a contrario ſenſu. nam nec decenter, & honeſte, nec ab opti- mis viris de quærenda, & collocanda pecunia ab iis, qui ſedent ad medium Ianum, id eſt à feneratoribus, diſpu- tatur. non enim in quærenda collo- candave pecunia, ſed in utenda po- tius, laus poſita bonitatis eſt. itaque recte ſubjungit Cicero: Etiam de u- tenda. uſus enim pecuniæ is eſt, qui pecuniæ quærendæ, & collocandæ ſcientiam excuſare poſſet. nam illa

per

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

per ſe, id eſt, quærere, & collocare, laudem non habet.

Ad medium Ianum] Vicus hoc nomine Romæ fuit, ubi pecunia fenore dabatur. prima vici pars, ſummus Ianus, media, medius: ultima, imus vocabatur. unde Horatius ep. 1. lib. 1.

O cives, cives, quærenda pecunia primum eſt,
Virtus poſt nummos. hæc Ianus ſummus ab imo
Perdocet.

Maxime vero ad medium Ianum, id eſt, medio vico, ſedebant feneratores. Itaque Phil. v. *Itane? Ianus medius in L. Antonii clientela ſit? quis umquam in illo Iano inventus eſt, qui L. Antonio mille nummum ferret expenſum?* Et Horatius ſat. 3. lib. 11.

——— *Poſtquam omnis res mea Ianum*
Ad medium fracta eſt, aliena negotia curo,
Excuſſus propriis.

De Iano præterea Phil. vi. & vii. ... cto, & Tertii, *ad januæ medium:* ... ord. præp. *ad medium januæ.* Male ...

Quam ab ullis philoſophis] Itaque ... hi hoc de genere pluribus diſputan... non eſt.

Sunt tamen ea cognoſcenda] ... diſputantur ab iis, qui ad medium ... num ſedent: quæ ſcilicet philoſ... de utilitatibus diſputant, quamq... haud ita commode, ut ii, qui ad ... dium Ianum ſedent, id eſt fene... res.

Pertinent enim ad utilitatem] I... ea ratio quærendæ, collocandæ ... tendæ pecuniæ, de qua fenera... commodius, quam philoſophi, di... tant, haud ſatis honeſta videatur.

Diſputatum eſt] Sic tredecim ... & Tertii. recte. Vnus, *diſputandu...*

Reliqua] A Panætio prætermiſ... id, quod ſpeciem habet honeſti, ... gnet cum eo, quod utile videtur, ... modo ea diſcerni oporteat.

A

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ARGVMENTVM
LIBRI TERTII.

LIbro primo, unde officia ducerentur: ſecundo, quid eſſet utile, quæ-
ſitum eſt: hoc tertio, de honeſto & utili, cum pugnare videntur in-
ter ſe deliberatur. ſed antequam hæc diſputatio ſuſcipiatur, conſilium
ſuum Cicero, quod, exſtincto ſenatu, deletiſque judiciis, ad ſcri-
bendum curam omnem, ſtudiumque converterit, majoris Africani
tuetur exemplo. Mox ideo dicit interdum dubitari ſolere, utrum id,
quod utile videretur, anteponendum eſſet honeſto, non quod ea comparari oporteret in-
ter ſe, ſed quia tempus incideret ejuſmodi, ut, quod turpe haberi ſoleret, honeſtum
ſſe inveniretur. exempli gratia: hominem occidere, turpe eſt: at, ſi tyrannus oc-
iditur, non modo non turpe, ſed glorioſum etiam exiſtimatur. diſtinguuntur hæc non
am re, quam tempore. Et, ut diſtinguantur, formula quædam conſtituitur Stoico-
um rationi, diſciplinæque conſentanea, quidquid honeſtum, idem utile eſſe: nec
tile quidquam, quod non honeſtum. quo ſequitur, ut, detrahere aliquid alteri, &
ominem hominis incommodo ſuum augere commodum, honeſtum ideo non ſit, quia
ec natura, id eſt jure gentium, nec legibus populorum conceditur: contraque hone-
ſum in primis, & ſecundum naturam, pro multorum incolumitate, atque emolu-
nento labores, moleſtiaſque ſuſcipere. Rurſus, hominibus, divitiis, voluptatibus, &
juſmodi rebus anteponenda quidem amicitia eſt: amicitiæ tamen cauſſa nihil contra
emp. aut jusjurandum, aut fidem vir bonus faciet. jacere enim utilitatis ſpecies,
alere honeſtas debet, cum id, quod utile videtur in amicitia, cum eo, quod hone-
ſum eſt, comparatur. Quod ſi hoc in privata amicitia, multo magis in rep. obſer-
andum. idque laudatur in primis in Athenienſi populo, Ariſtidis potius, quam
hemiſtoclis, conſilium ſecutis, cum hic utilitatem tantum ſpectaret, ille honeſtatem
luris, quam utilitatem æſtimaret. Iam, celare veritatem emolumenti gratia, ſi
urpe eſt: orationis veritatem adhibere, & mendacio ſibi utilitatem quærere, multo
urpius. Sunt autem multa, quæ quia more, lege, jure civili conceduntur, ideo
urpia non videntur: ſed aliud eſt jus civile, aliud jus gentium: ideo ſæpe accidit,
t, quod jure gentium, id eſt lege naturæ ſanciatur, idem vetetur jure civili: aut,
uod jure civili vetatur, idem per naturæ legem liceat. Optimum igitur eſt jus civile,
uod a natura ducitur, & malitiam, fraudemque vindicat, ut in prædiorum, man-
piorumque venditione. Cujus generis cum occurrant multa, una omnium regula eſt,
uam qui ſervaverit, aberit a culpa: ut ita placeat id, quod utile videtur, ſi mo-
o turpe non eſt: aut, ſi turpe eſt, omnino diſpliceat. Accidit autem, ut ne pacta
uidem, & promiſſa ſervanda ſint: tum ſcilicet, cum aut ei, qui promiſerit, aut
atriæ inutilia ſint. quod enim honeſtum natura videtur, temporibus fit ſæpe non
oneſtum. & omnino, ſi quid abeſt a laude, decore, honeſtate, utile non putan-
dum.

M. TVL-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

M. TVLLII CICERONI[S]

DE OFFICIIS

AD MARCUM FILIUM

Liber Tertius.

Caput I.

Appellatus eſt] *Sic*, novem, & Tertii.

Scripſit Cato] Qui tamen Scipioni parum amicis eſſe creditus eſt. Livius lib. XXXIIX. is, qui, cenſura ſeveriſſime geſta, Cenſorius eſt appellatus.

Fere ejus æqualis] Secundum enim Africani conſulatum primus Catonis excepit, & quidem quæſtor ejus: cui etiam obtrectaſſe, & Petilliis tribunis pl. ut eum accuſarent, auctor fuiſſe dicitur. Livius.

Numquam ſe minus otioſum eſſe, quam cum otioſus: nec minus ſolum, quam cum ſolus eſſet] Vellejus lib. I. *Scipio tam elegans liberalium ſtudiorum, omniſque doctrinæ, & auctor, & admirator fuit, ut Polybium, Panætiumque, præcellentes ingenio viros, domi militiaque ſecum habuerit: neque enim quiſquam hoc Scipione elegantius intervalla negotiorum otio diſpunxit, ſemperque aut belli, aut pacis ſerviit artibus. ſemper inter arma, ac ſtudia verſatus, aut corpus periculis, aut animum diſciplinis exercuit. Numquam ſe minus otioſum eſſe, quam cum otioſus:* quia res præclaras in otio cogitabat. *Nec minus ſolum, quam cum ſolus eſſet:* ſolus enim non eſt, qui ſecum loquitur: quod faciebat Africanus. quæ ſunt autem illa, quæ taciti ſermonis materiam præbent? reſp. in primis, & eæ virtutes, quibus actiones noſtræ ad verum decus, laudemque diriguntur.

Secum loqui ſolitum] Ε᾽αυτῷ διαλέγεσθαι περὶ τῶν πραγμάτων, Iſocrates.

Itaque] *Ita*, pro *itaque*, unus m[ei] & Tertii liber.

Otium, & ſolitudo] Ennii verſu[s ex] Iphigenia, apud Agellium lib. [xix.] cap. x.

Otio qui neſcit uti, plus negotii [ha-]
bet,
Quam cum eſt negotium in negotio.
Nam, cui, quod agat, inſtitutum [eſt]
nullo negotio
Id agit: ſtudet ibi, mentem, a[tque]
animum delectat ſuum.
Otioſo in otio animus neſcit, qui[d ve-]
lit.
Hoc idem eſt, neque domi nunc [...]
nec militiæ ſumus.
Imus huc, hinc illuc: cum illuc [...]
tum eſt, ire illinc lubet,
Incerte errat animus, præter propt[er vi-]
tam vivitur.

Vellem & nobis] Particula, *&*, [...] ab undecim, & Tertii. Vnus, [...] *idem hoc nobis.* Vnus, *vellem q[...]* *nobis.* Vnus, *vellem nobis hoc idem [...]re liceret.*

Vere dicere liceret] Quodam modo licet, ſed non æque, ut[...] quod & ille ingenio præſtiterit, & [...]liora tempora fuerint.

Armis impiis] Bellis civilibus.

Otium perſequimur] Sic ſepten[...] Tertii: recte. Sex, *proſequimur.* [...] *conſequimur.*

Rura peragrantes] Sic quattu[or de-]cim mei, & Tertii. Male. Lan[...] *peregrinantes:* delens, *rura.* nam [pere-]grinari, eſt, longius ab urbe it[...]cere. Rura autem opponit Vrbi. [...]tum autem eſſe Ciceronem ruri [...] ſcribere, cum alibi, tum, I. d[...] ait: *Subſeciva quædam tempora [...]runt, quæ ego perire non patior:*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

dies ad ruſticandum dati ſint, ad eo-
numerum accommodentur, quæ ſcri-
us.

Ioc otium] Sic duodecim, & Ter-

Nec hæc ſolitudo] Τὸ *hæc* addidimus
omnibus vet. lib.

Non requieſcendi ſtudio] Antea, *nec*
ſtudio. Non, eſt in omnibus vete-
is.

Aut in curia, aut in foro agere poſſi-
t] Mortuo Cæſare, nondum libe-
ivitas erat.

ta, qui in maxima celebr.] Sic tres
, & Tertii. Duo, *Itaque qui in*
. cel. Duo, *itaque in max. cel.*
s, *itaque cum in max. cel.* Vnus,
ue nos, qui in max. cel.

oculis civium] Id eſt, civibus ca-
Terentius: *Rex te ergo in oculis eſſe*
titudini. Ad Q. fr. Balbum *in oculis*
. τὸ, *civium*, eſt in omnibus ve-
bus libris.

iximus] *Vixerimus*, octo, & Ter-

onſpectum ſceleratorum, quibus omnia
indant] Sic apud Euripidem:

Τοιαῦθ' ὁ τλήμων πόλεμος ἐξεργάζεται.

ic ab hominibus doctis accepimus] Ac-
t ab Ariſtotele: qui τῶν Ἠθικ. Ε.
criptum reliquit: Οἱ δὴ ἄνθρωποι
τα εὔχονται, καὶ διώκουσι. δεῖ δ' οὔ,
' εὔχεσθαι μὲν τὰ ἁπλῶς ἀγαθὰ, καὶ
οῖς ἀγαθὰ εἶναι, αἱρεῖσθαι δὲ τὰ αὐ-
ἀγαθά. ὁ δὴ ἄδικον οὐκ αἰεὶ τὸ
ον αἱρεῖται, ἀλλὰ καὶ τὸ ἔλαττον
τῶν ἁπλῶς κακῶν, ἀλλ' ὅτι δοκεῖ
μεῖον κακὸν, ἀγαθόν πως εἶναι. Et
Eudæmum τῷ δ.

Ex malis eligere minima oportere]
utus Trinummo: *Nota res mala,*
ma. Et Terentius: *Vt quimus, quan-*
, ut volumus, non licet.

Non illo quidem] Illuſtri, & cum di-
tate. Sic initio lib. III. de Orat.
m optat cum dignitate.

Debeat] Sic duodecim, & Tertii.
te. Duo, *debebat.*

Peperiſſet otium civitati] In conſula-
conjuratione exſtincta. de quo jam
ea gloriatus eſt. Hinc:

O fortunatam natam me conſule Ro-
mam.

Affert neceſſitas] Hinc:

Δεινῆς ἀνάγκης οὐδὲν ἰσχύει πλέον.

Nulla tamen ejus ingenii monumenta mandata litteris] Quinctilianus lib. x. cap. 1. Terentii ſcripta ad Scipionem Africanum referuntur. Donatus quoque ait, non obſcuram fuiſſe famam Terentium a Lælio, & Scipione eſſe adjutum.

Brevi tempore] A dictatura Cæſaris, ad triumviratum.

CAPVT II.

T*Amen nullus*] *Tum*, quinque, & Tertii.

Feracior] Metaphora ab agris, qui feraces eſſe dicuntur. In Verrem. Alibi ad ingenium tranſtulit, *nihil feracius ingeniis*, in Oratore.

Principe] Inter Peripateticos. Fam. lib. XII. ep. 16. & lib. XVI. ep. 21. Vide initio lib. I. & extremo hoc libro, & in procemio libri de Vnivers.

Hoc aſſidue audire] *Hæc*, ſex, & Tertii.

Talibus aures tuas vocibus circumſonare] Demoſthenes περὶ συντάξεως· Οὐ δὲ τοῦτο μικρὸν ὀφελεῖν οἴομαι, εἰ τὰ βέλτιστα ὑμᾶς ἀκούειν συνεθίζω, δεῖ γὰρ ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν βουλόμενόν τι ποιῆσαι τὴν πόλιν ἡμῶν ἀγαθὸν, τὰ ὦτα πρῶτον ἡμῶν ἰάσασθαι. Διέφθαρται γὰρ οὕτω πολλὰ καὶ ψεύδη, καὶ πάντα μᾶλλον ἢ τὰ βέλτιστα ἀκούειν συνειθίσθε. *Circumſonare*: περιηχεῖν, περιηχεῖσθαι.

Vitam ingredi] Iſocrates: Ὅσοι τοῦ βίου ταύτην τὴν ὁδὸν ἐπορεύθησαν, οὗτοι μόνοι τῆς ἀρετῆς ἐφικέσθαι γνησίως ἠδυνήθησαν.

Suſcepiſti onus] Exſpectationis.

Grave] Quinque, *grande.* quo modo illud Poetæ:

Grande onus exiguo formicas ore ferentes.

Ad mercaturam] Sic omnes libri: id eſt, tamquam ad emendas merces. ſic quoque duobus locis adducit hunc locum Nonius. Langius, *mercatum*, ex unico libro. Iſocrates in Parænetico: Μὴ κατόκνει μακρὰν ὁδὸν πορεύεσθαι πρὸς τοὺς διδάσκειν τι χρήσιμον ἐπαγγελλομένους. αἰσχρὸν γὰρ τοὺς μὲν ἐμπόρους τηλικαῦτα πελάγη διαπερᾶν, ἕνεκα τοῦ πλείω ποιῆσαι τὴν ὑπάρχουσαν

σαν ὀσίαν. τοὺς δὲ νεωτέρους μηδὲ κατὰ ταύτην πορείας ὑπομένειν, ἐπὶ τῷ βελτίω καταστῆσαι τὴν ἑαυτῶν διάνοιαν.

Inanem redire turpiſſimum eſt] Hom. Ιλ. ι.

> Αἰσχρόν τοι δηρόν τε μένειν, κενέον τ' ἀπονέεσθαι.

Id eſt:

> *Turpe foret, manſiſſe diu, vacuumque reverti.*

Vrbis] Quæ ſemper bonas artes aluit.

Quantum conniti animo] Iſocrates idem præcipit: Πειρῶ τὴν μὲν ψυχὴν εἶναι φιλόσοφος, τὸ δὲ σῶμα φιλόπονος.

Tute tibi defuiſſe videare] Sic, ad Trebatium, lib. VII. Fam. ep. 7. *Vt tibi unum timendum ſit, ne ipſe tibi defuiſſe videare.*

Multa enim ſæpe ad te] Nihil tamen exſtat, præter Partitiones Oratorias, & hos libros de Officiis: qui tamen ad formandos potius mores, quam ad cohortandum, ſcripti ſunt.

Accuratiſſime diſputavit] Subtiliſſime, diligentiſſime, cum veritate congruenter.

De officio] Id eſt, cum quæritur, quid recte, aut ſecus fiat.

Poſtquam illos libros edidiſſet] Poſteaquam, duodecim, & Tertii. *Eos*, tres. *Iſtos*, duo.

Breviter eſſe tractatum] Sic undecim mei libri. tres, & Tertii, *tactum.* quod non improbo. genus enim dicendi ſat bonum eſt. eſt enim, paucis verbis narrare. itaque Cicero lib. II. de Orat. *Perquam*, inquit, *breviter perſtrinxi, atque attigi.* In quo eſt animadvertendum, *attingere*, ſi tamquam tranſlatum uſurpatur, cum *leviter* conjungi: ſi tamquam proprium, cum *breviter.*

Derelictum] *Relictum*, omnes libri veteres.

Teſtis locuples] Sic infra: *An locupletiores quæris auctores?* Et ad Cæſ. juniorem lib. II. *Nihil omnino certi: nec locupletem ad hoc auctorem habebamus.* Male apud Nonium *locupletis.*

Poſidonius] Quem, & Molonem apud Rhodum audiviſſe, tradit Plutarchus. Et I. de Fin. ipſe Cicero ſuum familiarem vocat.

P. Rutilium Rufum] Is eſt, quem lib. I. P. Mucium Scævolam ſectat[...] fuiſſe, ab eoque juris ſcientiam, [...] innocentiæ, morumque opinion[...] hauſiſſe dixit.

Qui veneris eam partem, &c.] Vn[...] *qui inchoata Venere.* Vnus, *qui in t*[...] *plo Coæ Veneris:* quod eſt & in ora un[...] libri. Vnus, *qui in templo deæ Ven*[...] Vnus, *qui in templo Veneris.* Terti[...] ber. *Qui in Coa Venere*, Recte. *Ve*[...] *eam partem:* de qua Fam. lib. I. [...] Perjucundæ, ad Att. lib. II. ep. [...] lib. II. de Divin. in Oratore, lib. [...] nat. de. in Verrem. Duas Veneres [...] pelles pinxiſſe dicitur, unam e [...] in terra egredientem de qua Ovidiu[...]

> *Si numquam venerem Cous pin*[...]
> *Apelles,*
> *Merſa ſub æquoreis ipſa later*[...]
> *quis.*

Et alibi:

> *Vt Venus artificis labor eſt, & g*[...]
> *Coi,*
> *Æquoreo madidas quæ premit i*[...]
> *comas.*

Inchoavit aliam, quæ ſuperaſſet [...] rem, niſi invidiſſet mors. de qua [...] lib. XXXV. cap. 10. & 11.

Et non perfeciſſet] Abſunt h[...] quinque meis. Vnus, *& non feciſ*[...]

Quæ feciſſet] *Perfeciſſet*, undecim [...] Tertii.

Eſſe perſecutum] Tò, *eſſe*, no[...] in quinque, & Tertii. Vnus, [...] *cutum eſſe.*

CAPVT III.

D*E eo fortaſſe dubitari poteſt*] *D*[...] *tari*, eſt in novem, & Tert[...]

Quod honeſtum eſt] De ſummo [...] controverſia fere nulla eſt inter [...] cos, & Peripateticos.

Peripateticis veſtris] Sic emend[...] uno meo, & Tertii.

Collocata] Placet, *collata*, quo[...] in duobus meis. nam, colla[...] ſummi boni, rem inutilem p[...] nullius momenti dicimus, id eſt [...] lius ponderis, cum commodis [...] ſive corporis, ſive in caſu poſitis. [...]

Quin numquam] Quin umq[...] novem.

Socratem] In Hippia majore [...] chrum cum utile neceſſario vi[...]

mparat. De Leg. lib. I. Recte Sotes exſecrari eum ſolebat, qui priis utilitatem ab honeſtate ſejunxiſ- id enim quærebatur caput eſſe exirum omnium.

Solitum exſecrari] *Exſecrari ſolitum*, em, & Tertii.

t etiam] Tò, *etiam*, non eſt in tem. *Et*, pro, *etiam*, quinque, & rtii.

Cenſerent] *Conſentirent*, unus. *Contirent*, & *cenſerent*, unus. Alii, & rtii, *cenſerent*.

Vt ii] Epicurei.

Vel indolentia] Quod Hieronymi odii dogma, fuiſſe, ſcribit Cicero Fin. lib. II.

Honeſtatem aliquando cum utilitate nare] Decem & Tertii, *utilitatem uando cum honeſtate pugnare*.

Qui id ſolum bonum judicet] E Stoium opinione.

Diſceſſione] Vnus, *diceſſione*. ſeptem, Tertii, *deceſſione*. Sic pro Cluen-: *An, ut de cauſſa ejus periculi nidecederet?* ad cauſſam novum crina accederet?

Hujuſmodi debuiſſe deliberationem in- Debuiſſe ejuſmodi delib. intr. ſen, & Tertii. *Ejuſmodi debuiſſe deintr.* tres. *Debuiſſe hujuſmodi delib.* duo. *Ejuſmodi deliberat. intr.* u-. *Hujuſmodi deliberationem deb. intr.* s.

omparetur] *Compararetur*, quattuor, ertii.

a legere] Infra, *legere intelligenter ptates*. Contrarium eſt, *negligere*.

ecte non eſſe introd.] Non recte in-. octo, & Tertii. Non recte eſſe od. duo. Non eſſe recte introd. s. Non rectam introd. unus.

n quibus ſapientia perfecta non eſt] quibus non eſt perfecta ſapientia, . In quibus perfecta ſapientia non , unus.

pſum illud quidem perfectum honeſtum o modo eſſe poteſt, ſimilitudines ho- i eſſe poſſunt] Sic tres mei. Duo, q. p. h. n. m. ſimilit. honeſti eſſe ſunt. Vnus, I. i. q. p. h. n. m. ſ. h. ſunt eſſe. Vnus, ord. præp. Eſſe ſunt. Vnus, I. i. q. p. h. n. m. ſ3. ilit. h. eſſe poteſt. Vnus, I. i. q. p. n. m. ſimilit. võ honeſti cã poſs̃t. Vnus, I. i. q. p. h. n. m. ſed ſimil. honeſti eſſe poſſunt. Vnus, I. i. q. p. h. n. m. ſ3. ſimil. honeſti poſſunt. Vnus, I. i. q. p. h. n. m. eſt, ſim. h. eſſe poſſunt. Vnus, I. i. q. p. h. n. m. p. t, ſimil. h. e. poſſunt. Vnus, & Tertii, I. i. p. q. honeſtum. Nullo modo ſimil. h. eſſe poſſunt.

CAPVT IV.

H*Æc igitur omnia officia*] Octo, & Tertii. *Hæc enim officia*.

Et ea communia ſunt] *Et*, non eſt in quattuordecim, & Tertii.

Late patent] Cadunt in multos.

Illud autem, quod] Quattuordecim, & Tertii, *illud autem officium, quod*.

Omnes numeros habet] Vide Adagia, *circulum abſolvere*.

Cum autem aliquid actum eſt, in quo media officia compareant, id cumulate videtur eſſe perfectum] Perfectum, inquit, officium differt a medio: ſed accidit ſæpe, ut, quod perfectum non eſt, perfectum tamen inſcientia vulgi eſſe videatur. ubi enim apparent media officia, id vulgus, quia ſupra non intelligit, perfectum eſſe putat. *Comparantur*, duodecim. *Comparant*. duo, & Tertii.

Fere non eſt ex toto] *Non fere*, ſex, & Tertii. Duo verba, *ex toto*, abſunt a tribus, & Tertii: & ſane Ciceronis non videntur eſſe.

Quod item in poematis] Antea, *quod autem in poematibus*. Locum recte mutaſſe videor auctore Nonio. nam, ſi, *quod autem*, legatur, diverſum quiddam a ſuperioribus inferri videbitur: ſi, *quod item*, ſimile. Sed in Nonio, *idem*, pro *item*, legitur. & videtur rectius. Notatur autem hæc ſimilitudo. Ita fallitur vulgus, cum in poematis, picturiſque laudat ea, quæ laudanda non ſunt, quod inſit in his aliquid probi: ita fallitur, cum officium, quod perfectum non eſt, ideo putet eſſe perfectum, quia in eo, de quo judicat, officium ineſſe medium videt: quod ob inopiam judicii putat eſſe perfectum, cum a perfecto medium longe differat: quia medium illud eſt, cujus probabilis aliqua ratio reddi poſſit, caditque in multos: per-

 fectum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

fectum autem omnes numeros habet, nec, præter ſapientem, cadere in quemquam poteſt. Ad illa igitur verba, *in quo media officia compareant*: qua ſpecie vulgus in errorem inducitur, & medium officium accipit pro perfecto: reſpondent hæc inferiora, de poematis, & picturis illata, Quod inſit in his aliquid probi. ut duorum vulgi errorum duæ cauſſæ ponantur, una, quæ ad officium, altera, quæ ad poemata, picturaſque pertineat. *Poematis*: ſic in Nonio: & in duobus meis, & Tertii.

Et in picturis] Inde, *ne ſutor ultra crepidam*. Vide Ariſtotelem in poetica. *Et in picturis*: τὸ, *&* non eſt in tribus, & Tertii. τὸ, *in* non eſt in ſex. *Inque picturis*, duo.

Non ſint] *Sunt*, ſeptem mei.

Qui quidem] *Qui idem*, quattuor, & Tertii. *Qui idem*, duo.

Quaſi ſecunda] Quia non idem eſt officium, & honeſtum, ſed ex honeſto naſcitur officium. Metaphora a *ſecundario* pane, & *ſecundario* vino.

Itaque his omnes] Sic emendavi, adverſantibus omnibus veteribus libris, poſtulante ſententia.

Commoventur] Afficiuntur, ad bene agendum adducuntur.

Fortitudinis] Quia pro rep. mortem libenter oppetiverunt.

Vt ſapientem intelligi hic volumus] *Vt ſapientem volumus intelligi*, tredecim, & Tertii.

Nec illi quidem ſeptem] Pittacus Mityleneus, Periander Corinthius, Thales Mileſius, Solon Athenienſis, Chilon Lacedæmonius, Cleobolus Lindius, Bias Prienæus. Quorum ſententiæ memorantur.

Optimus eſt, Cleobulus ait, modus, incola Lindi.
Ex Ephyra Periandre doces, cuncta & meditanda.
Tempus noſce, inquit Mitylenis Pittacus ortus.
Plures eſſe malos, Bias autumat ille Prienæus.
Mileſiuſque Thales, ſponſori damna minatur.
Noſce, inquit, tete, Chilon Lacedæmone cretus,
Cecropiuſque Solon, ne quid nimi[...] duperabit.

Vide Hyginium in Fabulis, cap.[...] & Laertium. *Ne illi quidem ſeptem*[...] duo, & Tertii.

Vtilis] Sic undecim mei, & T[...] *Vtili*, duo. *Vtilitatis*, unus.

Comparari] Sic octo mei, & T[...] *Comparare*, ſex.

Quod in noſtram intelligentiam[...] Ex quo medium oritur officium.[...]

Eſt nobis] Ord. præp. novem m[...] Tertii.

Aliter enim teneri non poteſt, ſi a[...] virtutem eſt facta progreſſio] *Si qu*[...]nus, & Tertii. *Fuit*, cum lege[...] opinarer: *Aliter enim teneri non*[...] *quam ſi ad virtutem eſt facta progr*[...]

In his dubitare] *Addubitare*, [...]cim, & Tertii.

Addubitationem] *Dubitatione*[...]ptem, & Tertii.

Quale ſit id] Honeſtum, an [...] utile, an pernicioſum: coha[...] cum honeſtate, an ab ea ſegreg[...] honeſtas.

Plerumque turpe] Ord. præp. [...] & Tertii.

Quod poteſt &c.] Valerius Po[...] legem tulit, ut tyrannum indic[...] ſa occidere liceret. Et Iſocrates [...] pro Pace, ſcribit Lacedæmon[...]rannicidis præmia decreviſſe.

Eſſe majus ſcelus] Majus eſſe [...] ſex mei. Duo, & Tertii non [...] τὸ Eſſe.

Sed etiam familiarem occidere] [...] libri veteres, *ſed etiam familia*[...]*minem occidere?* Venuſta repetiti[...]

Adſtrinxit ſcelere] Sic octo [...] Tertii. Vnus, *abſtrinxit*, m[...] Quinque, *obſtrinxit*. Vtrum[...]ceroni uſitatum.

Vicit igitur utilitas honeſtate[...] præterito loquitur, quia jam [...] necem latenter ſignificavit. *E*[...] *igitur*, eſt in ſeptem, & Tertii[...]

Honeſtas utilitatem ſecuta eſt][...]cem, & Tertii. Tres, *conſe*[...] Vnus, *honeſtatem utilitas conſec*[...]

Quam ſi ſequemur] Ovidiu[...]tam. VII.

—— aliudque cupido,
Mens aliud ſuadet: video meli[...]
boque,

Deteriora ſequor.
uod ſumpſit ex Euripide, Medea:
Τὰ χρῆς᾽ ὁπῶσα μὲν ἀλλὰ, καὶ γινώσκομαι, οὐκ ἐπιπονοῦμαι δέ.

Ab officio numquam recedemus] Omnia recte faciemus, omnem juſtam reprehenſionem cavebimus.

Quamquam a veteribus Acad.] Quamquam & a veteribus Acad. ſex, Tertii.

Et Peripateticis] Et a Peripat. ſex, Tertii.

Noſtris] *Veſtris*, tres, & Tertii.

Qui quondam iidem erant, qui Academici] Verba illa, *qui Academici*, ante decem annos delenda opinatus ſum. Ideo nunc meam opinionem confirmari uno meo vetere libro. Fulvius quoque Vrſinus teſtatur ſe ea non repperiſſe in uno ſuo.

Quibus eſt honeſtum aliquod non utile] Quibus & *honeſtum aliquid non utile*, undecim, & Tertii. in uno hæc omnia, ſequentiaque deſunt, ſcriptoris vitio.

Noſtra Academia] Cui Cicero ſuam ſequentiam acceptam fert.

Maxime probabile] Sequitur enim veriſimilia, verum eſſe nihil affirmat.

CAPVT V.

Aliquid alteri] Ord. præp. quinque & Tertii. τὸ, *alteri* non eſt in uno.

Hominem hominis incommodo ſuum augere commodum] Terentius, Andr. 4. ſc. 1.

Hoccine credibile eſt, aut memorabile,
Tanta væcordia innata cuiquam ut ſiet,
Vt malis gaudeant, atque ex incommodis
Alterius ſua ut comparent commoda.

Rapiat ad ſe commoda] *Ad ſe rapiat commoda* decem, & Tertii. Vnus non habet, *ad ſe.*

Sibi ut quiſque malit] *Vt ſibi quiſque malit*, ſex.

Sed & legibus] *Etiam*, pro *&*, eſt novem, & Tertii.

Reſp. continentur] Reſp. continetur, duodecim, & Tertii.

Vt non liceret] *Vt* non liceat, tredecim, & Tertii.

Eos morte, exſulio, vinculis, damno coercent] Supplicii genera quattuor.

Atque hoc multo magis exigit ipſa naturæ ratio] *Exigit*, pro, *poſtulat*, dictum eſt. & vis etiam major eſt in, *exigit*, quam in, *poſtulat*: cum exigantur noſtra, poſtulentur etiam aliena. Natura autem in eo quaſi ſuum exigit, cum homines congregari, conſociarique vult, cui non obœdire nefas eſt. Hæc ſententia, atque hæc lectio mihi magis placet, quam, *efficit* naturæ ratio, quod habent plerique veteres libri. non enim hic natura efficit, ſed exit, & efficit in iis, qui parent: non parere autem omnes, ſatis conſtat. Propterea ſequitur, *cui qui parebunt.* Meam opinionem ſententia confirmat, & unus ex meis libris veteribus. Vnus, *eligit*, mendoſe.

Lex divina, & humana] *Divina*, divinitus inſita mentibus hominum: *Humana*, conſenſu generis humani comprobata. Chryſippus Legem definivit πάντων βασιλέα θείων τε, καὶ ἀνθρωπείων πραγμάτων.

Volunt vivere] *Volent*, quattuor, & Tertii.

Celſitas animi, & magnitudo] *Excelſitas*, omnes libri veteres.

Detrahere autem alteri] Sic quattuor. novem, & Tertii, *Detrahere autem de altero. Ergo*, pro, *autem*, unus.

Aut juvandis] *Ac*, undecim.

Imitantes] Imitantem, ſeptem & Tertii.

Herculem] Dictus Ἡρακλῆς, quaſi ἀνδρῶν κλέος, Fulgentio: vel, quaſi ἡρώων κλέος, aliis. Macrobio, quaſi ἥρας κλέος. De ejus laboribus Ovid. Metam. IX. Diodorus Siculus lib. V. Hyginus cap. 30.

Splendidiſsimoque ingenio] Duodecim, & Tertii, *& ſplendidiſſimo ingenio.*

Deinde, &c.] Argumentum contra eos, qui alieno incommodo ſuum augent commodum.

Contra naturam facere] Sic Tertii liber. alii omnes, *facere contra naturam.*

Magis fugiendum cenſet] Decem, & Tertii, Magis *fugiendam* cenſet. duo,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

magis fugiendam eſſe cenſet. duo, *magis eſſe fugiendum cenſet.*

Hominem ex homine tollat] Neget, quod hominis proprium eſt: intelligere ſcilicet, quid natura humana poſtulet.

Sed multo illa pejora] Et multo illa pejora, tres, & Tertii.

CAPVT VI.

D*Iſſolvetur omnis* &c.] Sic omnes libri veteres.

Conſortio] Antea, *conſociatio.* male. Sic enim omnes libri veteres, & Nonius, qui hæc recitat in verbo, *conſortio: Diſſolvetur neceſſe eſt omnis humana conſortio.* Citat autem & Lucilium lib. XIX. *Deierat enim ſcripſiſſe, & poſt non ſcripturum. redi in conſortionem.* Et T. Livium: *Quanam iſta ſuavitas? quanam conſortio eſt?*

Tamen, quod is homo ſit] Tò *tamen*, non eſt in undecim meis, & Tertii.

Lege natura prohibemur] Ord. præp. *Naturæ lege prohibemur*, undecim, & Tertii. *Iure proh.* unus. *Lege prohib.* duo.

Verum igitur & extremum] Tò, *&*, non eſt in omnibus libris veteribus.

Aut fratri] Ovidius.

Fratrum quoque gratia rara eſt?

Detracturos commodi ſui cauſſa] *Sui commodi*, undecim, & Tertii.

Qua vacent juſtitia] Sic decem mei, & Tertii. Duo, *qua vacant juſtitia.* Vnus, *qua non vacet juſtitia.* Vbaldinus, *qua vacent injuſtitia.*

Eſt vita mea utilior] Sic omnes, & Tertii, uno excepto, in quo τὸ, *mea*, non eſt.

Nam, ſi quid ab homine ad nullam partem utili utilitatis tua cauſſa detraxeris] Sic ſeptem, & Tertii. τὸ *utili*, non eſt tribus. Quattuor, *nam ſi quid ab homine utili ad nullam partem utilitatis cauſſa detraxeris.* Placet, quod impreſſum eſt. Comparat enim utilitatem propriam cum publica. propriam vi, & injuria quærendam non eſſe docet: publicam, vel ſi cum alterius damno conjungatur non eſſe reprehendendam. Vtilitatis, inquit, tuæ cauſſa, ſi quid ab homine, quamquam ad nullam partem utili, detraxeris, inhumane feceris, contraque n[illegible] legem: ſin autem non tuæ, ſed p[illegible] cæ utilitatis cauſſa, aliquid alicu[illegible] traxeris, id vero non eſſe reprehe[illegible] dum. Hunc ſenſum qui non vide[illegible] locum temere immutarunt: null[illegible] mutarent, in ſuis Annotationib[illegible] tione allata.

Qui multam utilitatem reip.] [illegible] munis utilitas privatæ anteponen[illegible]

Sin autem id non ſit ejuſmodi] [illegible] ſi tu reip. multum commodar[illegible] poſſis: ſi ſis homo plebejus, & [illegible] de multis. ſic decem mei, & [illegible] τὸ, *autem*, non eſt in uno. *Sin* [illegible] *is non ſit ejuſm.* duo.

Suum cuique incommodum] [illegible] tius:

Non tu tuum malum aquo an[illegible]
res?

Subtrahendum] *Detrahendum*, [illegible] cim, & Tertii.

Fortemque virum] *Que*, conju[illegible] non eſt in ſeptem, & Tertii.

Hanc cauſſam habeat ad inj[illegible] Quæ leviſſima eſt: gravior aut[illegible] tio ſocietatis humanæ.

Itaque ſemper off. ung.] Ita, u[illegible] Tertii.

Fungatur] Sic unus. unus, *f*[illegible] duodecim, & Tertii, *fungetu*[illegible]

Diſtractio] Sic undecim mei [illegible] liber.

Deſtinctio] Littera ſuperius [illegible] Vnus, *diſtinctio.* Duo, *detracti*[illegible]

Neque eſt contra naturam] A [illegible] ad minus.

Quem honeſtum eſt necare] [illegible] *ſtum*, Octo, & Tertii.

Vt membra quadam amputant[illegible] vidius I. Metam.

——— *Sed immedicabile vuln*[illegible]
Enſe recidendum, ne pars ſin[illegible]
hatur.

A communi tanquam humani[illegible] *poris ſegreganda eſt*] Sic omnes [illegible] teres. Muretus, *a communi* [illegible] *humanitatis corpore ſegreg. eſt.*

CAPVT VII.

A*Liquis caſus*] Tertii liber [illegible] Vnus, *alius.* reliqui, *aliqu*[illegible]

Conſilium ejus] Novem, & [illegible] ord. præp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Peremiſſet] Id eſt, ſuſtuliſſet. ſic mnes libri veteres. Pro Plancio, *redi- im perimere.* Pro Sextio, *niſi mors eremiſſet.*

Quia omnino turpe] *Quod*, pro *quia*, ſt in ſex, & Tertii.

Non eſt] *Non ſit*, decem, & Tertii.

Prope tamen abſoluto] Fulvius Vrſi- us pro *tamen*, reponit *jam*, ex anti- uo libro. cum quo facit, licet men- oſe, unus ex meis, in quo eſt, *pro- rie jam abſoluto.*

Poſtulare] Vnde Poſtulata Geome- rarum: Caſſiodoro, *petitiones*: Eu- lidi, Αἰτήματα: Martiano Capellæ, *ncedenda. Geometræ*, inquit Cicero Lucullo, *profitentur non perſuadere, d agere: & omnia, quæ deſcribunt, obant.*

Quo facilius quæ velint, explicent] uo facilius auditor rudis, ſubtilium tionum nondum capax, inſtituatur, octrinam intelligat.

Si potes] Quod vereor, ne non poſ- s: quia repugnat Peripateticæ doctri- æ, cui tu operam das.

Nihil præter id, quod honeſtum ſit, eſſe opter ſe expetendum] Sic decem mei. uattuor, & Tertii, N. *p. i. q. h. ſ. opter ſe eſſe expetendum.* Fulvius Vrſi- us ex antiquo libro, *quod honeſtum , id eſſe maxime propter ſe expeten- m.*

Cratippum] Qui ex Peripateticorum ntentia non putat, ut Stoici, ſolum oneſtum propter ſe expetendum, ſed axime propter ſe, non tamen ſo- m.

Mihi utrumvis ſatis eſt] Et Peripate- ca ratione, & Stoica ſemper hone- as utilitati præferenda.

Hoc] Honeſtum Peripateticorum.

Illud] Honeſtum Stoicorum. ad robandum id, quod probare cona- itur, nihil utile, quod non honeſtum.

Tum hoc, tum illud] Academicam nconſtantiam arguit. de qua poſſit di- i illud Homeri:

Τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀν-
θρώπων,
Οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγησι πατὴρ ἀνδρῶν
τε, θεῶν τε.

Id eſt:

*Tales ſunt hominum mentes, quali pa-
ter ipſe*
*Iuppiter auctiferas luſtravit lampade
terras.*

Panætius in hoc loco defendendus eſt] In hoc Panætius *defendendus eſt*, octo, & Tertii.

Dixerit aliquandò poſſe] Quinque, & Tertii, *aliquando poſſe* dixerit.

(Neque enim ei fas erat)] Nam in honeſto ſita eſſe bona omnia Stoici dicebant.

Nec honeſtum quod] *Nihil*, pro *nec*, ſeptem, & Tertii.

In vitam hominum] Sic ſeptem, & Tertii. Quinque, In vita. Duo, Vi- tam, abſque τῷ, In.

Eorum opinionem qui iſta diſtraxerint] Qui putarint honeſtatem ab utilitate ſegregatam eſſe, aut contra.

Quod mihi probaretur] Quod qui- dem mihi probaretur, ſeptem. & Tertii.

CAPVT VIII.

N*Os commoveri*] Nos, abeſt ab undecim, & Tertii.

Nos commoveri neceſſe eſt] Non poſ- ſumus eam rem non expetere, quæ vel vires, vel voluptates corporis auctura ſit, vel incrementa opum, & digni- tatis allatura.

Speciem utilitatis] Propriæ: quia u- tilitas eſſe non poteſt, ubi turpitudo eſt.

Vtilitas non requirenda eſt] Non uti- litas requirenda eſt, octo, & Tertii.

Recta] Cum prudentia, & juſtitia conſentientia.

Convenientia] Τὸ πρέπον.

Conſtantia] Hoc refertur ad animi magnitudinem, ſive fortitudinem.

Nihilque] Sic undecim mei, & Ter- tii. ſicque impreſſum in libris noſtris ante me natum. Vt mirer, eſſe, qui locum ſe emendaſſe nuper ſcribant, & *que* conjunctionem addidiſſe.

In eadem re utili turpitudo eſſe non poteſt] *Vtilitas*, pro *utili*, eſt in duo- bus.

Ad honeſtatem] Ad animi incolu- mitatem.

Zenoni] Citiæo, Stoicæ diſciplinæ principi. Laertius.

Omni pondere gravior] Alludit ad Critolai Peripatetici libram.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Gravior eſt habenda] Quinque, & Tertii non habent τὸ, *eſt*.

Aut ſolum, aut ſummum bonum] *Solum* ut Stoicis: *Summum*, ut Ariſtoteli placet.

Itaque quidquid honeſtum] Ita, undecim, & Tertii.

Id utile] Duo, *id eſt utile*. Vnus, *idem eſt utile*.

Arripuit] Sic undecim, & Tertii. *Arripuerit*, unus. *Arripiunt*, unus. *Arripit*, unus.

Secernit] Sic decem, & Tertii. Vnus, *ſecrevit*, Tres, *ſecerit*.

Secernit ab honeſto] Nihil penſi habet, quantumvis turpe, & flagitioſum ſit.

Hinc furta, hinc peculatus] Sic duo mei. *Hinc furta*, & *pec.* unus. *Hinc furta pec.* undecim, & Tertii.

Opum nimiarum potentiæ non ferendæ] Quas reip. pernicioſas eſſe, ſcribit Plato in Politicis.

Nec tetrius nec fœdius] *Tetrum* opponitur Claro, Fœdum Pulchro.

Legum, quas ſæpe perrumpunt] Vt aranearum telas. Sic lib. I. de Leg. Perrumpere telas dixit. Ad Anacharſidis dictum alludit, de Solonis legibus.

Ipſius turpitudinis, quæ acerbiſſima eſt] Mala ſcilicet conſcientia. Hinc alibi: *Sua quemque fraus, ſuum facinus, ſuum ſcelus, ſua audacia de ſanitate, ac mente deturbat.* Demoſthenes: Ἡ τῶν πραγμάτων αἰσχύνη οὐδεμιᾶς ἐλάττων ζημίας τοῖς γε σώφροσι.

Quod honeſtum eſſe videant] *Videatur*, duo. *Videant*, prius in Tertii libro, ſed poſtea, linea ſuperinducta, factum, *videantur*.

In ipſa enim dubitatione facinus ineſt etiam ſi ad id non pervenerint] Libro primo: *Bene præcipiunt, qui vetant, quidquam agere, quod dubites, æquum ſit an iniquum: æquitas enim lucet ipſa per ſe: dubitatio cogitationem ſignificat injuriæ.* Sic Glaucus Lacedæmonius, oraculum ſciſcitans, an perjurio depoſitum abnegaret, Pythia, interitum generis comminata, veniam petenti, reſpondit: Τὸ πειρηθῆναι τοῦ θεοῦ, καὶ ποιῆσαι, ἴσον δύναται: Cum tentaris Apollinem, perinde eſt, ac ſi facinus admiſiſſes. Iuvenalis Sat. XIII.

Has patitur pœnas peccandi ſola volu-
tas.
Nam, ſcelus intra ſe tacitum qui co-
tat ullum,
Facti crimen habet.

Etiam ſi ad id non pervenerint: O-dius III. Amorum:

Vt bene ſervaris corpus, adultera m-
eſt.
Nec cuſtodiri, ni velit, ulla poteſt.

Si omnes deos, hominesque celare ſimus] Delictis igitur, etiam occu- abſtinendum. Infra: *Vir bonus vi- utatur, ne ſi exploratum quidem hab- id omnino neminem umquam ſuſpic- rum.*

CAPVT IX.

Hinc ille Gyges inducitur a Plat- Lib. II. Polit. Herodotus au- lib. I. multo aliter rem narrat: ullam anuli mentionem facit. & ſtinus lib. I. Vide & Sudam, & gia. Imperavit Gyges apud L- quinctus rex, quo tempore R- Numa. Apollinem Pythium ſci- tus, an aliquis ſe eſſet felicior, (cis autem dictus πολύχρυσος o- lum illi Aglaum quendam Arca- pauperrimum prætulit, ætate jan- niorem, qui agelli ſui terminos n- quam exceſſerat, parvuli ruris fr- bus, ac voluptatibus contentus. Valerium lib. VII. cap. I. & Plin- lib. VII. cap. 46.

Cum terra diſceſſiſſet] Sic undec- & Tertii. Vnus, *dixiſſet*. Vnus, *ſiſſet*. Vnus, *diſcendiſſet*, male. Al- gunt, *deſediſſet*. *Diſceſſiſſet*, autem git & Nonius, interpretans Hia- Diviſa eſſet, Diſtenſa. citans & S- nam hiſt. 4. *Armata dextera d- magiſque in latitudinem diſcedunt.* quoque videtur legiſſe & D. Am- ſius lib. III. cap. 5.

Hominis mortui vidit corpus] Sic - tuor. Vnus, *corpus mortui homin- dit.* Vnus, *corpus hominis vidit m-* Septem, & Tertii, *corpus hominis- tui vidit.*

Regius paſtor] Herodotus ſatell- fuiſſe ſcribit, Daſcyli filium.

Palam] Fundam, vacuum illu- anulo, quo gemma includitur,

ſi

νην. ſic enim Plato lib. II. de rep. ὼ σφενδόνην ἔξω στρέψαντα.

Tum in concilium] Sic duodecim, & ertii. Vnus non habet τὸ, *tum*. V- is, *tum* in concilio.

In lucem] *In locum*, antiqui libri nnes.

Inverterat] Sic decem, & Tertii. 10, Converterat. Vnus, Verterat.

Reginæ ſtuprum intulit] Cujus pudici- am rex ipſe, formam ejus oſtentan- o, proſtituerat. Regem Candaulem, uem Græci Myrſilum nominarunt. erodotus.

In his quiſquam eum facinoribus] Sic uo. Quattuor, *in his facinoribus eum uiſquam*. Septem, & Tertii, *in his um facinoribus quiſquam.*

Rex ortus] Sic quattuor. Vnus, *Rex ortus*. Novem & Tertii, *Rex exor- us*.

Hunc igitur ipſum anulum] *Ipſum*, on eſt in uno: & in Tertii libro eſt dditum in ora. Quatuor, *hunc igitur nulum ipſum.*

Nihil ſi plus ſibi] Sic undecim, & ertii. Duo, *nihil ſibi plus*. Vnus, *ſibi lus nihil.*

Peccare] Quidam delent hoc ver- um, quod eſt in omnibus libris ve- eribus.

Fictam, & commenticiam fabulam di- unt prolatam a Platone] Macrobius de omn. Scip. lib. I. Platonem defen- it contra Epicureos, quod fabulis ſit ſus. & ibidem docet, quæ fabulæ hiloſophis ſint conceſſæ.

Sis ne facturus] Vide Agellium lib. II. cap. 10. Adagia, *tempus omnia evelat.*

Quamquam non poteſt id quidem] *Non*, beſt a cunctis veteribus libris. ſed exi- itur a ſententia. Loquitur enim hic Cicero ex perſona ſua. & ipſe in ea philoſophorum ſecta fuit, quæ deos adminiſtrare, & ſcire omnia ſentie- bat. quod illius libri perſpicue teſtan- ur. Quare, ne diſcedamus a mente Ciceronis, omnino inducendus eſt aliquis negandi modus. Vt ſignifice- tur, fieri non poſſe, ut diis, homi- nibuſque occultum ſemper quidquam ſit. Nam, ſi loqueretur de ſolis homi- nibus, auferri negantem particulam paterer. ſed deos, homineſque conjungit. Itaque ſuſpicor ſcriptum fuiſſe in emendatis libris, *nequaquam poteſt id quidem*. Ex quo alii poſtea, errore, ac temeritate, repoſuerint, *quamquam*: unde alii, examinata, & cognita ſententia, addiderint, *non*, ex ingenio ſcilicet: nam, ut dixi, veteribus in libris *non* exſtat. Sunt, qui legant: *Neque poteſt id quidem. Non poteſt id quidem*: nihil enim diis, & hominibus ignotis ſemper eſſe poteſt.

Quid facturi ſint] Sic decem, & Tertii. Quattuor, *qui*.

CAPVT X.

INcidunt ſæpe multæ cauſſæ] Tres, & Tertii, *incidunt multæ ſæpe cauſſæ*.

Conturbant, ſex, & Tertii.

Collegæ] *Collega*, tres mei. *Collegæ*: in conſulatu. Livius, Dionyſius lib. V. Plutarch. Florus lib. I. cap. 9. Eutropius lib. I. cap. II. Aug. de Civ. Dei lib. II. cap. 17. hoc Bruti facinus contra jus, & bonum factum commemorat. Obſequens obſervatum eſſe dicit, neminem, qui magiſtratum collegæ abrogaſſet, annum vixiſſe: quorum primus fuit Brutus, deinde Tiberius Gracchus, & P. Tarquinius.

In Regibus expellendis] Vnum regem expulit Brutus, ſed in poſterum omnem ſuſtulit regnandi conſuetudinem.

Conſiliorum etiam adjutor] *Et*, pro Etiam, quinque, & Tertii. *Et conſiliorum adjutor*, duo. *Conſiliorum & etiam adjutor*, unus.

Principes cepiſſent] *Princeps cepiſſet*, unus.

Ipſi Collatino] Vtpote civi patriæ ſtudioſo.

Nec utilitas quidem] *Ne*, ſeptem, & Tertii. *Sine qua utilitas quidem eſſe non potuiſſet. Atque in eo rege* &c. Vnus.

At in eo rege] De Romuli fratricidio Auguſtinus de Civ. Dei lib. III. cap. 6. Horatius Epodon Ode 7. Ovidius Faſt. IV.

Solum, quam cum altero] Sic decem mei, & Tertii. Alias legebatur, *ſolum ſe, quam cum altero.*

Pietatem] Quia fratrem.

Humanitatem] Quia hominem.

Muri cauſſam] Legem enim Romulus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

mulus tulerat, ne quis mœnia tranſiret.

Speciem honeſtatis] Sic omnes libri mei, & Tertii.

Satis idoneam] *Sane idoneam*, quatuor, & Tertii.

Vel Quirini, vel Romuli] De Quirino, vel Romulo, Vide Lactantius lib. I. cap. 15. A Quirino, Quirites: a Romulo, Romani dicti: alterum a deo, alterum ab homine nomen.

Cum his ipſi egeamus] *Proximus enim ſibi quiſque eſt*, ait Comicus.

Scite Chryſippus] *Scite hoc Chryſippus*, duo.

Alteri ſurripere] *Diripere*, octo. *Deripere*, ſex, & Tertii.

Perturbantur officia in amicitiis] Nam propter amicos plurimum delinquitur.

Voluptates, & cetera] Τὸ *&*, non eſt in duodecim, & Tertii. Vnus, *voluptates, ceteraque.*

At neque contra remp.] *Atque*, duo. *Ac*, unus. utrumque rectius, quam quod eſt impreſſum.

Fidem] *Fides*, ut ait Cicero horum librorum primo, *eſt, eum fit, quod dicitur.* Pro Rabirio perfidioſum, & nefarium ait *frangere fidem.* Pro Sex. Roſcio: *Is, qui fidem violat, omne commune præſidium oppugnat.* Vide Paullum patrem ad. I. epiſtolam Familiarium.

Amici ſui cauſſa] *Sui*, abeſt a novem meis, & Tertii.

Nec ſi judex quidem] *Ne*, duo, & Tertii. *Neque*, quattuor.

Nec ſi judex quidem erit] Amicitiam, & odium a judice abeſſe debere, ait Cæſar apud Salluſtium. Vbi vide noſtra Scholia.

Cauſſam eſſe malit] Sic octo mei, & Tertii. Sex, *cauſſa malit.*

Vt perorandæ litis] Sic novem mei. Quattuor, & Tertii, *orandæ*: quomodo citat & Nonius, interpretans pro *agere*. Vnus, *parandæ*. *Litis*: ſic omnes mei, & Tertii. *Perorandæ litis tempus*] Vide Plutarchum in Ciceronis vita, de ejus prætura, in Manilii cauſſa.

Iurato] Iurati ii dicuntur, qui in leges, antequam judicarent, jurare conſueverunt.

Adhibere teſtem] *Habere*, tres.

Ipſe deus] *Deus ipſe*, quattuor
Tertii. *Deus dedit ipſe divinius*, duo.

Divinius] Hinc Horatius *men*
divinæ auræ particulam dicit. De S
ctute ait Cicero Pythagoreos n
quam dubitaſſe, quin homines
mum haberent ex univerſa ment
vina delibatum.

Quæ ſalva fide facere poſſit] *Po*
quinque.

Putandæ ſunt] *Sint*, quinque,
Tertii.

In ſapientibus viris, atque perſ
nihil poteſt eſſe tale] *Atque*, non e
uno. *Atque perſectis*, abſunt a d
bus. *In ſapientibus viris, perſectiſ*
novem, & Tertii.

Damonem, & Pythiam] Par am
rum, quos celebravit antiquitas. li
& II. de Fin. Tuſc. v. Valer. Max.
IV. cap. 7. Lactantius lib. v. cap
Simile exemplum de Dionyſio
morat Hyginius cap. 257. ſed ibi
rus, & Selinuncius, nominibus,
taſſe immutatis, par amicorum
tur. Paria amicorum apud antiq
Theſeus, & Pirithous: Pylades
Oreſtes: Scipio, & Lælius: &
Damon, & Pythias. *Pythiam*:
thiam, unus. *Phithiam*, ſeptem.
tiam duo. *Pithiam*, unus. *Pynth*
Tertii liber. Alii ſcribunt eſſe in
ptis libris, *Panchiam*, *Pinthiam*, *I*
tiam: quomodo a Plutarcho, &
ſania nominatur. Fulvius Vrſinus
miſma æreum ait eſſe, ſic inſcript
ΦΙΝΤΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ.
τίω, amicum, Pindarus appel
quaſi Φίλτίω, ſive Φιλότίω.

Deſtinaviſſet] *Deſtinaſſet*, ſepte

Commendandorum ſuorum cauſſa]
terpretes hoc loco ſcribunt, id eſt
ſuos amicis commendaret. Quod
ri poteſt. Duriuſcule tamen dict
mihi videtur. Potiuſque locum
ruptum opinor: legendumque,
monendorum ſuorum cauſſa. id eſt
moneret ſuos, & ſui exemplum
proponeret. quod moribundoru
conſuetudine eſſe, quivis intelligi

Monet autem hic locus peropp
nus, ut veteris teſtamenti facien
tum hic ponam, tum quia ad anti
tatis notitiam pertineat, tum e

quia non apud omnes, quæ afferam, reperiuntur: ex quibus me non parvam apud ſtudioſos initurum eſſe gratiam confido, qui hæc, atque alia ejuſmodi undique conquiſita, ſtudioſiſſime conſervavi.

L. Cuſpidii Teſtamentum.

DEi *Opt. Max.* numine invocato, abſque cujus nutu, neque quidquam rite inchoari, neque recte perfici poteſt. Hæc eſt *Lucii Cuſpidii* diſpoſitio, & ultimæ voluntatis ſententia, de eo quod poſt mortem ſuam fieri cupit, decernitque, ſi quid ex hoc morbo, quem neſcit, an ferre poſſit, ſecus, ac medici promittunt, de ſe contigerit. Teſtatus autem, dum mente valeret, ſibi teſtamentum conficere placuiſſe, ut ſine ſuorum injuria, ex hac vita proficiſcatur, hæc legat. Domeſticam omnem ſupellectilem Nonio, qui Apolloniæ Rhetoricam docet, vel, ſi quid de eo accidiſſet, Nonii filiis, P. & Cn. Cæciliis. Porro, quæ mihi debet Q. Æmilius, Germano Æmilio, liberiſque ejus relinquo. Agros, Villaſque, quaſcumque Liſcii habeo, Domumque conſobrinis, & Lucio præcipue, quod nomen is ferat noſtrum, mecumque diutiſſime, atque gratiſſime ſit commoratus, prout, decet diſcipulum, qui filii tenet locum, tuto hæc, & firmiter poſſidenda cenſemus. Fundum, quem in Tuſculano colui, cui ab Aquilone publica via, ab Auſtro Templum Iovis Statoris, ab Ortu Solis Sex. Pomp. ab Occaſu Suillus Cincinnatus, Attico avunculo do. Dabit autem Hipparchus Pilotimo Hiſtorico Talentum, & Callino Grammatico Drachmas decem. A reliqua debitione liber eſto. Niſi Niccæ rationem haberemus, qui nobis aliquandiu fuit perutilis, & nunc ſuis facultatibus magnam fecit jacturam, ob fratris naufragium, profecto, quæ a nobis mutuatus eſt illius Procurator, ſtatim cogeretur reddere. Quoniam vero hoc illi difficile fore animadverti, volo, ut ſingulis annis victum neceſſarium Collactaneæ Dorphylæ ſuppeditet, quæ conſenuit in virginitate apud Semproniam meam, cujus deſiderio mortem opto, propter fidem, probitatem, fortitudinem, incredibileſque virtutes Vxoris rariſſimæ. Vbi Vetula hæc deceſſerit, abſolutus erit debito omni, & cunctis, quas contraxerat, ſtipulationibus. Si quid humanum Lampridio contigerit, priusquam ejus liberi ad ætatem perveniant, curæ ſint Antiocho Rhetori: qui accipiat ex opibus noſtris, quæcumque illis erunt neceſſaria, ut liberaliter educentur, inſtituanturque. Amo nimis, & valde amo Puerorum indolem, quos ad bonam frugem natos autumo. Tu Antioche, ut dignum eſt tua erga me, & Lampridium voluntate, a pueris mutuo ſuſcepta, fac, ut eos tueare, ne aut ipſorum ingenia perdantur, aut tui labores diſperdantur. Hortum, quem emi ab Herennio & Deambulationem, Ædeſque Neſtorianas, quibus a Septemtrione vicini ſunt Cæſariani fratres, Gracchi a Meridie, ab Occidentali plaga Mare, ab Oriente Sole Eridanus eſt conterminus, amicis lego, literatas literas doctis, Gallo, Fabio, Hirro, Civibuſque cunctis, qui voluerint ibi vacare litteris, & eloquentiæ: ea tamen lege, ut neque illum commutent, neque alienent, neque, ut proprium, cuiquam ſit licitum poſſidere: Sed velut ſacrum, & commune Gymnaſium, communiter ab omnibus poſſideatur. Eas autem, quæ mihi erant in Ægina partes, dividant Gymnaſii Procuratores adoleſcentibus ſtudioſis in uſum librorum, & olei, Mercedemque condignam ſtatuant Rhetori, quem delegerint patrueles noſtri, & Scholæ principem, maximeque utilem futurum exiſtimaverint. Eis vero conſentiant & reliqui neceſſarii vel hominis gratia. Cavebunt autem ipſi, mandabuntque Succeſſoribus, ut locum hunc ita ſervent, tradantque poſteris in perpetuum. C. Atejus, & Sex. Capito curam habeant Sepulturæ, & funeris, Monumentumque faciant, ut melius videbitur, & juſta, quæ poſt funus fieri ſolenne eſt, ita moderentur, ut neque illiberalia, neque ſuperflua ſint. Perſuaſum enim mihi eſt, illos, quid conveniat, honeſtumque ſit, viſuros haud ſegnius, quam

quam nos, nihilque negligentius factūros. De iis autem, qui mihi ſervierint, ſic ſtatuo.

Demetrio redemptionis pretium remitto, & quinque Minas do, & Pallium, & Tunicam, ut qui mihi Anagnoſtes fuit. Tauro, qui multum mecum, & diu laboravit, pileum do, & Talenta quattuor, ut honeſte vitam degere poſſit. Dionyſius, qui vinctus eſt, & Syrus fugitivus, ſi perſeveraverint eſſe improbi, ut ſunt, eos venundari mando: &, pretio exacto, aperiri viam ad Hortos Academicos ducentem, & iter proximum, fieri viam, & publicam, ac vinales vias circumquaque mundari. Et Ancillam Hermiam, quod vinoſa eſt, relinquo: & famulos Mæſum, quoniam erro eſt: & Getam, quoniam impoſtor: Davum quoque, ac Maurum mancipes in perpetuum eſſe edico, quoniam maledici, & contumaces ſemper fuerunt, ut in piſtrino pœnas promeritas luant.

Heredem inſtituere reliquum eſt, cui fortunas meas honeſte relinquam, quibus certo ſcio inhiare quamplurimos. Vixiſſes, LÆTE fili, fili mi, vixiſſes (ut decuit) Læte, non ego nunc ſollicitarer, & angerer, non cum mærore nunc cogitarem, quibus potiſſimum relinquam patrimonium hoc tantum, tantis curis, cruciatibus tibi uni auctum, tanta vigilantia, ſtudio & parcimonia tibi uni a me ſervatum. Cæterum, cum ſive Fortuna, ſi qua eſt, illum mihi inviderit: ſive Deus potius, qui & eum dederat abſtulerit, quo domus mea omnis, reſque una mecum intereat, nefas eſt, Divinæ non acquieſcere voluntati. His deductis Legatis, cum duos fratris Agathonis filios, totidemque filias habeam, ex utriſque mihi heredes inſtituam oportet. In quo tamen (me me triſtiſſimum) etiam atque etiam providendum mihi eſt, ne quid agam, ſtatuamve, quod minus honeſtum illis, & conveniens, quodque minus æquum, laudabileve aliis factum videatur. Igitur Titus, & Cnæus Cuſpidii ita mihi heredes ſunto, ut, qui plus Reipub. præſtiterit, habeat Domos, Agros, Hortos, Oliveta, & quæcumque Sco-
dræ poſſedi: Qui minus profueri
quæ ſuperiore anno Colchinii centu
octoginta ſupra mille jugera compar
vimus, conſequatur. In reliquis a
tem bonis meis omnibus, inque f
milia Fauſtam, & Felicianam, fili
meas, ita mihi heredes inſtituo,
quæ melius nupſerit, ex Dodrant
Altera ex Quadrante heres habeat
Et invicem ſubſtituo tam has, qua
illas, cum ſuis filiis, in ſtirpes, n
in capita. Permitto autem filiabus u
quem quæque earum voluerit, ſibi
rum optet, optatique per patriam p
teſtatem compos fiat. Curatores teſt
menti hujus, Silius, Neceſſarius,
Atilius, M. Capitolinus, qui ma
me omnium miro me affectu pro
cuti ſunt, quique ex omnibus amic
ac neceſſariis fideliſſimi ſemper fu
runt. Vos igitur, per ſacra amiciti
atque condiſcipulatus, obteſtor,
ſummum omnium Opificem obſecr
curate, memores, quantum veſtræ
dei committam, ut omnia mea
ſententia apud vos depoſita, bene, h
neſteque gubernentur. Verum eni
vero pie, amiceque & alii facient,
nobis bene voluerunt: quamvis occ
pati, & ſeniores, ſi hæc impleveri
curaverintque.

Teſtes in his tabulis ſint, Q. M
cius, C. Septimius. P. Curio, L. C
pito, M. Terentius, Vibius Pan
C. Sextius, qui affuerunt, ſubſcrip
runtque, ut ſua ipſorum littera
gnoſci poſſit. Ego idem ille L. Cuſ
dius teſtamentum manu mea exa
vi, meoque anulo obſignavi, hiſc
teſtibus ſignandum obtuli. Et h
meam noviſſimam voluntatem v
re volo jure teſtamenti. quod ſi f
te non cenſebitur, nomen, & jus
bere mando cujuſcunque alterius
timæ voluntatis, quam penitus,
inviolabiliter obſervari ab omni
heredibus, & ſucceſſoribus meis
tuo. Valete ſuperſtites, mortalit
non immemores.

Romæ, Kal. Martijs, Cn. Po
pilio, & L. Marcio Cos.

Fr. Petrarchæ Teſtamentum.

SÆpe de eo mecum cogitans,
quo nemo nimis, niſi pauci ſat

co

cogitant, de noviſſimis ſcilicet, ac de morte: quæ cogitatio neque ſuperflua eſſe poteſt, neque nimium feſtina: & mors omnibus certa ſit, & hora mortis incerta: Vtile, & honeſtum credo, antequam me mors impediat, vel mors ipſa, quæ per varios, & ambiguos rerum caſus ſemper nobis impendet, propter vitæ brevitatem procul eſſe non poteſt, nunc Dei gratia, dum corpore ſimul, atque animo ſanus ſum, de me ipſo, ac de rebus meis teſtanda diſponere. quamvis (ut verum fatear) tam parvæ res ſunt meæ, ut de ipſis quodam modo pudeat me teſtari: ſed divitum, atque inopum curæ de rebus (licet imparibus) pares ſunt. Volo igitur hanc meam voluntatem ordinare, ac ſcriptis committere, & propter quandam honeſtatem, & ob id maxime, ne de hujuſmodi rebulis meis, propter meam incurioſitatem, poſt meum obitum litigetur. In primis animam meam peccatricem, ſed Divinam miſericordiam implorantem, & de illa ſperantem, recommendo humiliter Ieſu Chriſto. Eique, flexis ipſius animæ genibus, ut a ſe creatam, ſuique ſanctiſſimi ſanguinis pretio redemptam, protegat, affiſus ſupplico: nec permittat ad ſuorum manus hoſtium pervenire. Ad hoc etiam auxilium beatiſſimæ Virginis Matris ſuæ, & beati Michaelis Archangeli, reverenter, ac fidenter imploro, & ſanctorum reliquorum, quos interceſſores apud Chriſtum invocare ſum ſolitus, ac ſperare. Corpus autem hoc terrenum, ac mortale, nobilium gravem ſarcinam animorum, terræ, unde origo eſt ſibi, volo reſtitui. Et hoc abſque omni pompa, ſed cum ſumma humilitate, & abjectione, quanta eſſe poteſt. De quo heredem meum, & amicos omnes rogo, obſecro, & obteſtor, & adjuro per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, & per caritatem, ſi quam ad me umquam habuerint: Neque falſi ſpem honoris hoc negligant. Cum ſic omnino me deceat, ac ſic velim: ita ut, ſi forte (quod abſit) contrafecerint, teneantur Deo, & mihi de gravi utriuſque offenſa in diem Iudicii reſpondere. Et hæc quidem de domo ſepulturæ, hoc addito, quod nemo me fleat, nemo mihi lacrymas, ſed pro me Chriſto preces: &, qui poteſt, Chriſti pauperibus charitatem, pro me orare monitis, porrigat. hoc mihi prodeſſe poterit: fletus autem, & defunctis inutilis, & flentibus eſt damnoſus. De loco autem non magnopere curo. Contentor poni ubicumque Deo placuerit, & iis, qui hanc curam ſuſcipere dignabuntur. Si tamen expreſſius mea de hoc voluntas exquiratur, ſepeliri velim, ſi Paduæ, ubi nunc ſum, moriar, in eccleſia S. Auguſtini, quam fratres prædicatores tenent: quia & locus animæ meæ gratus, & jacet illic is, qui me plurimum dilexit, inque has terras piis precibus attraxit, præclariſſimæ memoriæ Iacobus de Carraria, tunc Paduæ dominus. ſi autem Arquadæ, (ubi ruralis habitatio mea eſt) diem clauſero, & Deus mihi tantum conceſſerit, quod valde cupio, capellam ibi exiguam ad honorem beatiſſimæ virginis Mariæ exſtruere, illicque ſepeliri eligo, alioqui inferius, in aliquo loco honeſto, juxta eccleſiam plebis. Sin Venetiis moriar, poni volo in loco S. Franciſci de Vinea, illic ante oſtium eccleſiæ. Sin Mediolani, ante eccleſiam B. Ambroſii juxta primum introitum, qui civitatis muros aſpicit. Si Papiæ, in eccleſia S. Auguſtini, ubi fratribus viſum fuerit. Si autem Romæ, in eccleſia S. Mariæ majoris vel S. Petri, ubi erit opportunius, vel juxta eccleſiam hanc, vel illam, ſicut Canonicis placebit. Nominavi loca, quibus per Italiam converſari ſoleo. Ac, ſi Parmæ, in eccleſia majori, ubi per multos annos Archidiaconus fui inutilis, & ſemper fere abſens. Sin ubicumque terrarum alibi, in loco fratrum minorum, ſi ſit ibi: ſin minus, in quacunque alia eccleſia, quæ vicinior fuerit loco mortis. Hæc de ſepulcro: plura fateor, quam virum doctum deceat: ab indocto dicta ſint. nunc accedo ad diſpoſitionem earum rerum, quæ vocantur bona hominis: cum potius ſæpe ſint impedimenta animi. Et primo quidem huic S. Eccleſiæ Paduanæ, unde percepi & commoda, & honores, ordinavi animum jampridem puſillum

terræ

terræ emere: quod eidem teſtamento dimitterem uſque ad ſummam quinque mille & ducentarum librarum hujus parvæ monetæ, vel plus, ſi plus poſſem. Sed ad hanc uſque ſummam habeo jam verbo licentiam a magnifico Paduæ. D. D. Franciſco de Carraria, quam vel in vita mea, vel poſt obitum, quoties, ſeu quandocumque petita fuerit, daturum eſſe non dubito: ſicut illum, cujus non actum modo, ſed verba multa habeant in præpoſito firmitatem: hujuſmodi autem terram hactenus, intervenientibus aliis expenſis, emere non valui. Si ergo ipſam emero, (ut ſpero) faciem in inſtrumento emptionis poni, quod ipſam teneo animo relinquendi eccleſiæ: & ex nunc ita facio. Quamvis ejuſdem terræ ſitum non poſſim adhuc in ſcriptis inſerere. Si autem (quoniam nonnumquam piæ voluntates, propter peccata hominum, deduci nequeant ad effectum) dictam terram emere vel propter impotentiam, vel propter negligentiam omiſero: lego ipſi eccleſiæ Paduanæ ducatos ducentos auri ad emendum aliquantulum terræ, ubi melius fieri poterit. De cujus proventibus perpetuum anniverſarium animæ meæ fiat. Et ipſi D. ſupplico, ſi tunc vivet (ſicut cupio, & Deum precor, ut multos poſtea per annos lætus, & felix vivat) vel ſi (quod Deus avertat) tunc ipſe non viveret: precor alium quemcumque, penes quem rei hujus erit arbitrium, quatenus ob reverentiam B. Virginis, & mei, licet indigni, & puſilli hominis, reſpectum, concedat hoc fieri: & decretum ſuper hoc ſuum favorabiliter interponat. Lego autem eccleſiæ, apud quam ſepeliar, ducatos viginti: aliis autem eccleſiis quattuor ordinum mendicantium (ſi ibi fuerint) ducatos quinque pro qualibet. Pauperibus Chriſti lego centum ducatos, diſtribuendos, ut videbitur presbytero Ioanni Abocheta, cuſtodi eccleſiæ Paduanæ: & hoc, ſi hic moriar: ſin alibi, ad arbitrium prælati eccleſiæ illius, in qua reconditus fuero. Ita tamen, ut de dicta quantitate nullus ultra ſingulos ducatos accipiat. Tranſeo ad diſpoſitionem aliarum rerum. Et prædicto

igitur Magnifico D. dimitto tabul
meam, ſive iconam B. Virginis M
riæ, operis Zotti, pictoris egreg
quæ mihi ab amico meo Micha
Vannis de Florentia miſſa eſt. Cu
pulchritudinem ignorantes non in
ligunt: Magiſtri autem artis ſtupe
Hanc iconam ipſi D. Magnifico m
lego: ut ipſa Virgo benedicta ſibi
propitia apud filium ſuum Ieſum Ch
ſtum. amicis minoris ſtatus, ſcili
chariſſimis mihi, libenter magna
mitterem, ſi facultas eſſet uberi
ſed affectum librabûnt. magiſtro D
nato de Prato veteri, Grammat
præceptori, nunc Venetiis habitan
ſi quid mihi debet ex mutuo, qu
quantum ſit, neſcio, ſed utique
rum eſt, remitto, & lego, nec vo
quod heredi hanc ob cauſſam ad
quid teneatur. de equis meis, ſi qu
habuero in tempore tranſitus mei,
placuerint Bunzanello de Vigunt
& Lumbardo a ſerico, concivi
Paduanis, volo, quod inter eos
tiantur, quis primum eligat, quis
cundum. Et præter hoc dicto Lu
bardo, qui rerum ſuarum curam
poſuit, ut res meas ageret, obligat
me confiteor in centum & trigin
quattuor ducatis auri, & ſolidis x
quos expendit in utilitatibus meis:
multo amplius: ſed, facta ultimo
ter nos omnium ratione, dictæ qu
titatis ſibi debitor remanſi: quan
ante acceperit, (ſicut ſpero cito fac
bene erit: alioquin volo, quod h
meus ante omnia ſibi ſatisfacere
neatur: de quo debito chirograph
meum habet, quod reſtituat he
meo ipſe Lumbardus. Item lego
Lumbardo ſcyphum meum parv
rotundum argenteum, & auratu
cum quo bibat aquam, quam lib
ter bibit, multo libentius, quam
num: Presbytero autem Ioanni A
cheta, cuſtodi eccleſiæ noſtræ, I
viarium meum magnum, quod Ve
tiis emi pro pretio librarum centu
ea tamen lege illud ei dimitto, ut p
ejus obitum remaneat in ſacriſtia
duanæ eccleſiæ ad obſequium pe
tuum presbyterorum, ut ipſe pres
ter Ioannes, & alii orent (ſi eis
ceat) Chriſtum & B. Virginem

e. D. Ioanni de Certaldo, ſeu Boc-
io, verecunde admodum tanto vi-
tam modicum lego: quinquaginta
renos auri de Florentia, pro una
ſte hiemali, ad ſtudium, lucubra-
neſque nocturnas. magiſtro Tho-
e Bambaſiæ de Ferraria lego lentum
eum bonum: ut eum ſonet non pro
nitate ſæculi fugacis, ſed ad laudem
i æterni. Prædicti autem amici mei
parvitate hujuſmodi legatorum non
e accuſent; ſed fortunam, ſiquid
fortuna. Et propter hunc reſpectum
ſtuli ad ultimum, quem primum
e decuit, magiſtrum Ioannem de
ndis, phyſicum, aſtronomorum
ile principem, dictum ab Horolo-
, propter illud admirandum Pla-
tarii opus ab eo confectum, quod
lgus ignarum Horologium eſſe ar-
ratur. Cui lego quinquaginta duca-
s auri pro emendo ſibi unum par-
m anulum digito geſtandum in
emoriam mei. De facultatibus au-
n domeſticis ſic ordino. Bartholo-
eo de Senis, qui dicitur Pancaldus,
ginti ducatos, quos non ludat. Zi-
de Florentia, domicello meo, ſu-
ſalarium ſuum, ſiquid ſibi debe-
, viginti ducatos. Et, ſi haberem
ires, aut alios plures, paucioreſve
micellos, ſupra ſalarium ſuum,
quolibet florenos, ſeu ducatos x.
nulis duos, pro quolibet coco duos.
, ſi iſti, vel amici obiiſſent, vel
micilli, ſeu famuli obiiſſent priuſ-
am moriar, quod eis legabam, vo-
, ut redeat ad heredem meum.
nnium ſane bonorum meorum
bilium, & immobilium, quæ ha-
& habiturus ſum, ubicunque ſunt
erunt, univerſalem heredem inſti-
Franciſcum de Broſſano, filium
d. Amicoli de Broſſano, civem
ediolani, portæ Vercellinæ. Et ipſum
go, non ſolum ut heredem, ſed ut
ium cariſſimum, ut pecuniam quam-
nque, ſive ſit plurima, ſive ſit mi-
ma, (quia magna utique non erit)
eis rebus invenerit, dividat in duas
rtes, & unam ſibi habeat, alteram
imeret cui ſcit me velle, & de ea
t, quod etiam me velle ſcit. Duo,
tequam finiam hanc ſcripturam, ad-
nda ſunt: unum, quod modicum illud terræ, quod habeo ultra montes in comitatu Venuſini, in villa, ſeu caſtro Valcluſæ, diœceſis Tavilicenſis, quia ſine dubio, eundo illuc, vel etiam mittendo, quodammodo plus expenderetur, quam res valeat: volo, quod ſit hoſpitalis dicti loci, & in uſu pauperum Chriſti. Et, ſi forte hoc fieri non poſſet, impediente aliquo jure, vel Statuto, volo, quod ſit Ioannis, & Petri, fratrum, q. Raymundi de Raymundis, qui Moneta communiter dicebatur, & fuit obſequioſus, & fidelis mihi valde. Et, ſi dicti fratres, vel eorum alter obiiſſet, volo, quod veniat ad filios, vel nepotes, in memoriam dicti Monetæ. Alterum, quod illud modicum, quod habeo in bonis immobilibus in Padua, vel territorio Paduano, vel in poſterum habiturus ſum, volo, quod ſit heredis mei, ut cetera: ſed hac lege, quod nec per ſe, nec per alium horum aliquid alienari poſſit: venditione, aut donatione, aut perpetua emphytheoſi, aut quovis alio modo: nec etiam pignorari uſque ad completos. xx. annos, a die mei obitus computandos: quod pro utilitate ipſius heredis ordino: qui ignorantia rerum labi poſſet, quas cum plene noverit, puto non libenter alienabit. Sin autem forte, quia omnes ſumus mortales, nec omnino ullus eſt ordo moriendi, dictus Franciſcus de Broſſano (quod avertat Deus) ante me moriatur: tunc heres meus eſto Lumbardus a ſerico prædictus qui plane animum meum novit: quem, ut in vita fideliſſimum expertum, non minus fidelem ſpero poſt obitum. Hæc jure teſtamenti, aut alterius ultimæ voluntatis: ſeu quocumque alio modo melius valitura conſcripſi manu propria, Paduæ in domo eccleſiæ, quam habito: Anno Domini M.CCCLXX. Pridie Nonas Aprilis. Et Nicolaum notarium, filium q. ſer Bartholomei, ac Nicolaum, filium ſer Petri, notarios infraſcriptos, rogavi, prout in eorum ſubſcriptionibus infraſcriptis continetur. Vnum addo, quod ſtatim poſt tranſitum meum heres meus ſcribat ſuper hoc fratri Gerardo Petrarcho, monaco Cartuſienſi, germano meo, qui eſt in conventu de Maternio prope

prope Maſſiliam, ut det ſibi opinionem, utrum velit centum florenos auri, an ſingulis annis quinque, vel decem, ſicut ſibi placeat. Et, quod ipſe elegerit, illud faciat.

Ego Franciſcus P. ſcripſi: qui teſtamentum aliud feciſſem, ſi eſſem dives, ut vulgus inſanum putat.

Eundem Petrarcham Bibliothecam ſuam Reip. Venetæ dono dediſſe, ſcriptum eſt in Tabulario Veneto: his verbis.

1362. die IV. Septembr.

Conſiderato, quantum ad laudem Dei, & B. Marci Evangeliſtæ, ac honorem, & famam civitatis noſtræ futurum eſt illud, quod offertur per Dominum Franciſcum Petrarcham, cujus fama hodie tanta eſt in toto Orbe, quod in memoria hominum non eſt jamdiu inter Chriſtianos, fuiſſe, vel eſſe philoſophum moralem, & poetam, qui poſſit eidem comparari: Acceptetur oblatio ſua, ſecundum formam infraſcriptæ Cedulæ, ſcriptæ manu ſua: & ex nunc ſic captum, quod poſſit expendi de Monte pro domo, & habitatione ſua in vita ejus, per modum affictus, ſicut videbitur Domino, Conſiliariis, & Capitibus, vel majori parti. Cum procuratores Eccleſiæ S. Marci offerant facere expenſas neceſſarias, pro loco, ubi debuerint reponi, & conſervari libri ſui. Et eſt capta per VI. Conſiliarios, Tria capita de XL. & ultra duas partes majoris Conſilii. Tenor autem dictæ Cedulæ talis eſt.

Cupit F. Beatum Marcum Evangeliſtam, ſi Chriſto, & ſibi ſit placitum, hæredem habere neſcio quot libellorum, quos nunc habet, vel eſt forſitan habiturus. hac lege, quod libri non vendantur, neque quomodolibet diſtrahantur: ſed in loco aliquo ad hoc deputando, qui ſit tutus ab incendiis, atque imbribus, ad ſui ipſius honorem, & ſui memoriam, nec non ad ingenioſorum, & nobilium Civitatis illius, quos continget in talibus delectari, conſolationem qualemqualem, & commodum perpetuo conſeruentur. Neque appetit hoc, quod

libri vel valde multi, vel valde p[illegible]
tioſi ſint: ſed ſub hac ſpe, quod po[illegible]
de tempore in tempus, & illa glori[illegible]
civitas alios ſuperaddet e publico,[illegible]
privatim nobiles, atque amantes [illegible]
triæ cives, vel forte etiam alieniger[illegible]
ſecuti exemplum, librorum ſuor[illegible]
partem ſupremis ſuis relinquent [illegible]
luntatibus Eccleſiæ ſupradictæ: at[illegible]
ita facile poterit ad unam magna[illegible]
& famoſam bibliothecam, ac pa[illegible]
veteribus, perveniri. Quæ quantæ [illegible]
riæ futura ſit illi Dominio, nem[illegible]
teratus eſt, puto, nec idiota, [illegible]
neſciat. Quod ſi, Deo, & illo t[illegible]
patrono urbis noſtræ auxiliante, [illegible]
tigerit, gaudebit ipſe F. in Dom[illegible]
gloriabitur, ſe quodam modo f[illegible]
principium tanti boni. Super qu[illegible]
res procedat, forte aliquid latius[illegible]
bet. Verum, ut aliquid plus, q[illegible]
verba, ponere in tanto negotio vi[illegible]
tur, vult hoc facere, quod prom[illegible]
&c.

Pro ſe interim, & pro dictis li[illegible]
vellet unam non magnam, ſed [illegible]
neſtam domum: ut, quidquid de[illegible]
humanitus contigerit, non poſſe [illegible]
ejus propoſitum impediri. Ipſe [illegible]
que libentiſſime moram trahat [illegible]
dem, ſi bono modo poſſit. de h[illegible]
nim non eſt ad plenum certus, [illegible]
pter multas rerum difficultates. S[illegible]
tamen.

Teſtamentum Iacobi Picolomini, [illegible]
nalis Papienſis, ad memoriam hu[illegible]
imbecillitatis, & funebrium imp[illegible]
rum contemptum, pie, & pru[illegible]
lectores inſtituens.

Fragilis eſt vita noſtra, ea[illegible]
caſus circumſtant innumeri. [illegible]
vitemus, prævidere ſatis non [illegible]
mus. Illum diuturna ægritudo, [illegible]
brevis languor, alium improviſa[illegible]
rapit. Omnibus autem incerta [illegible]
tionis eſt hora. Quo in loco, [illegible]
tempore ea nos expectet, neſci[illegible]
Expectare illam nos omni tem[illegible]
omni loco debemus, memores [illegible]
Apoſtoli, quia illa non tarda[illegible]
quod, quæ de terra ſunt, in t[illegible]
vertuntur. Inſcitia eſt ſecuritate[illegible]
tæ exitu non cogitare, diſpenſati[illegible]

oque domeſticam in id tempus dif-
re, in quo mens gravata plurimis,
unum aliquid non eſt ſæpe idonea.
git timor mortis, torquet infirmi-
. Circumſtantium eſt moleſta cu-
itas, qui ſua non noſtra quæren-
, ab animæ cura ad terrena nos re-
cant, cogentes ſæpe perturbationi-
s ſuis eum mori, qui vel moriturus
n erat, vel certe tam cito non mo-
urus. Vt ergo concedente Deo iſta
vitem, & ad meum, non alienum
oitrium, quæ meditor, fiant, pu-
ns, quæ ab Iſaia Propheta Ezechiæ
gi ſunt dicta, mihi Eccleſiæ Rom.
ardinali imperata, Diſpone domui
æ, quia morieris tu, & non vives:
ud etiam Salvatoris formidans, Vi-
ate, quia neſcitis diem, neque ho-
m, qua Dominus veſter venturus
, ſero, an mane, an galli cantu:
tui teſtamentum hoc condere meo
irographo ſcriptum, cui ita eſſe vim
lo, ſi id ipſum, vel ejus partem
te mortem non revocem. eſt vero
juſmodi. In primis converſus in
eum auctorem, & redemptorem
eum, cum anxius ſim futuri de me
dicii, & neſcius utrum odio, an
ceptione ſim dignus. Sciens autem
manu ejus vitam eſſe, atque inte-
um: per viſcera miſericordiæ ſuæ,
quibus ex alto nos viſitavit, humi
atus, oro, ut fiant aures ſuæ inten-
ntes in vocem deprecationis meæ,
n intret in judicium cum ſervo ſuo,
verſus folium quod vento rapitur,
n exerceat potentiam ſuam, nec
cam ſtipulam proſequatur, pæni-
ntis Sacerdotis animam non dedi-
etur. Ignoſcat illi delicta præterita,
ignorantias ſuas. Suſcipiat creatu-
m creator, & factor figmentum
um. Meminerit, quod homo im-
undus de immundo conceptus ſum
mine, & quod in peccatis concepit
e mater mea. Veniat ante oculos
etatis ſuæ, vitæ humanæ infirmitas,
qua per omnium ſucceſſum novis
mper deſideriorum facibus incitati
xtinguere ſine illius ope, ignea ini-
nici tela non poſſumus. Stulta eſt
ueritia, inanis adoleſcentia, juven-
us lubrica. Virile ſtudium ad ambi-
ionem inclinat. Friget ſenectus, &
deficit. Si non ſuſtinet Dominus, cui eſt ſperandi fiducia? aut quem ſarcina tanta ſine allevamento ejus non premat? Recordetur Paulli ſervi ſui ad Romanos hæc lamentantis: Non inquit, quod volo bonum hoc ago, ſed quod odi malum id facio. Eſt miſerator, & miſericors Dominus, longanimis & multum miſericors. Suntque miſerationes ejus ſuper omnia opera ejus. Secundum ergo peccata mea non faciat mihi, neque ſecundum iniquitates meas retribuat mihi, quia non juſtificabitur in conſpectu ſuo omnis vivens, ſed per ſanctam nativitatem ſuam, paſſionem, & mortem, & reſurrectionem, & aſcenſionem in cælum, & adventum ſpiritus ſancti paracleti ſalvet humiliatam animam, cum beatis ſpiritibus in vitam æternam. proxime autem, ſi quid contra paſtorem principem meum Rom. Pontificem vivens peccavi, peccaſſe autem multa me puto, ſi quid dicto, aut facto contumacius egi, ſi non ſum digne reveritus, ſi non parui, ſi contriſtavi, ſi carpſi pro ſuis in me meritis, ſi non digne retribui, ſupremam ejus pietatem gemens imploro, ut mihi ignoſcat, & oblitus omnium defuncti animæ benedicat. Hæc clemens, & ab animo profecta caritas petenti erit levamini, & danti merces a Domino. Cum patribus quoque, & collegis meis, quoniam frequentior uſus fuit, frequentiorem utique eſſe oportuit offendendi occaſionem. In multis enim peccamus omnes. zelotypia, contentio, obtrectatio, ira, invidia ſolicitare noſtros animos ſolet. quidquid in hos admiſi, quidquid amari a me acceptum referunt, oro, obteſtorque per commune conſortium, & ſpem miſericordiæ, quam a Domino judicandi expectant, ut id omne deponant, injurias condonent, & placentur defuncto, eam requiem fratri optantes, quam de ſe impetrari a Domino cupiunt. Exſecutori, quem in calce teſtamenti deſigno, hoc officium pietatis relinquo, ut, ſi ita indulgeat Pontifex, primo poſt obitum Conſiſtorio hanc veniam, & remiſſionem non inanis gloriæ, ſed ſalutis cauſſa meo

 nomi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

nomine ſuppliciter petat. identidem poſtulans, ut, quæ diſpono, quæ teſtor, pius Paſtor paterna indulgentia probet, & non mutet, familiamque meam de me fideliter meritam pie conſoletur, & juvet. Vt vero ad gloriam Dei, & integritatem communionis fidelius perſeverantis licet peccatoris ſervi pateat fides, alta voce profiteor tenuiſſe me a lavacro ſancti Baptiſmatis uſque in diem præſentem ſanctam orthodoxam Fidem Catholicam, ſymbolum ab Apoſtolis conditum, expoſitionem fidei magni Nicæni Concilii: anathematizaſſe etiam me, & anathematizare omnem hæreſim extollentem ſe adverſum ſanctam, & immaculatam fidem, in qua, ut dictum eſt, vivere & mori intendo: hoc ſequens confeſſionis meæ chirographum omnipotenti Deo in extremo judicio repræſentans. Credo &c. Corpus meum contaminatum flagitiis licet indignum ſit, cui habeatur honor, ſepulcrique facilis ſit ſemper jactura, rationem tamen habens dignitatis, quam dedit Eccleſia, Pontificalis quoque officii, per quod plebi honoratiſſimæ præfui, ſacræ etiam unctionis, qua per inviſibilem ſpeciem inviſibilis eſt impreſſus character, tradi oro eccleſiaſticæ ſepulturæ, atque iis inſignibus adornatum, quæ conſuetudo noſtri ordinis tulit. Sapiant tamen omnia modeſtiam funeralem, non ſeculi pompam. Si Romæ, ut opto, morior, condi cupio in baſilica Apoſtolorum Principis Petri, poſt altare beati Gregorii, ad dextram ſepulchri Pontificis Pii, ut, qui me extulit vivens, mortuus juxta ſe habeat. Condi illud ipſum humi volo marmore tantum non caro contectum, quod parieti eccleſiæ conjunctum habeat caput. In ipſo autem pariete honore defuncti Pontificis ad memoriam meam nil fabricetur. Marmorea tabula ulnis tribus a terra exſtans parieti inſeratur, quæ ſupra ſepulchrum parieti inſiti epitaphium ſequens inciſum bonis litteris habeat.

Luca ortu, Sena lege fuit mihi patria, nomen
Dum vixi Iacobus, mens bona pro genere.
Papa Pius ſedem Papienſem detu[…] idem
Cardineo ornavit munere, ge[…] domo.
Quem colui vivens, non linquo […] tuus. hic ſum,
Et prope ſancta patris filius […] cubo.
Vivite qui legitis, cæleſtia quærite. […] ſtra hæc
In cineres tandem gloria tota[…] dit.

Sin alibi in Italia obitum m[…]
eſſe contingat, Romam nihilom[…]
ad hunc ipſum locum volo co[…]
meum referri, dicta jam ratione […]
mandum. Trans alpes vero aut m[…]
in cathedrali eccleſia, in cujus ve[…]
vitate, vel diœceſi mea vocatio fu[…]
Tunc vero exſecutoris curæ ſe[…]
chrum relinquens, quinctum tant[…]
& ſextum verſum demi ex epita[…]
volo. Vbicumque autem exceſſ[…]
teſtamenti inſtitutionem, quæ ſe[…]
tur, volo.

Impendia funeris, quæ adhibe[…]
ſolamen ſuperſtitum magis, quam[…]
functorum levamen, ſolent, ſumm[…]
mille ducatorum aureorum vete[…]
cedere, in qua includatur etiam v[…]
tus familiæ. Quanto hæc exhibe[…]
tur parcius, tanto erit plenius: […]
& illi benefiat, & meæ animæ […]
ſulatur. Supervacua nec placent lo[…]
nec laudes inter homines ha[…]
Tranſit brevi memoria funeris […]
permanent damna. Tempora in[…]
patrum noſtrorum magis ſunt a[…]
denda, quam noſtra, qui gloria[…]
nefactorum, non luminum mu[…]
dine, illuſtrari volebant ſepul[…]
Quidquid amplius ſumetur, quic[…]
plus erogabitur, piaculum exſecu[…]
ſit, non peccatum ſobria ſtatu[…]
Caſtrum doloris cubito anguſti[…]
circuitu ſit, quam noſtratia ſol[…]
Ipſe etiam lectus ad proportione[…]
guſtior. Stratum vero lecti, […]
pallium dicitur, ad vetus exemp[…]
ex ſimplici damaſceno violaceo[…]
ſine ullo omnino auro, aut ar[…]
fimbrias laterum habens ex ſin[…]
item damaſceno cæleſtini colori[…]
quibus latera ſingula, ſingula ta[…]
inſignia familiæ habeant. Vero i[…]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

uitu eccleſiæ appendi tot inſignium [d]epicta lintea, ludis meo judicio aptio[r]a, quam funeri. Pendeant tantum [s]uper altari, in quo miſſa major can[t]abitur, & in circuitu caſtri, & in e[x]ito laterum eccleſiæ quantum caſtrum [i]pſum porrigitur. Eandem volo eſſe [c]ollocationem funalium, quam & [i]nſignium: Ardere ea tot in locis ſine [s]acrorum neceſſitate quem habeant u[ſ]um, non video. Legem in his liben[t]er exſecutori do ne honoris ſui cauſ[ſ]a, ad aliena exempla magis, quam [a]d ſe ipſum, cogatur reſpicere. Ser[m]onem enim de his omnem teſtan[t]is futurum, non exſequatur fiden[t]ius. Cereorum quotidiana, & pro[m]iſcua diſperſio, magis quam diſpen[ſ]atio multum auget impenſam, nec [f]ructum, qui proponitur, habet. A[v]aritiæ in his ſtuderi videtur, non ora[t]ioni. Ad eos rapiendos concurritur [u]ndique, ex tota eccleſia: pugnatur, [c]lamatur, ſacra omnia perturbantur, [q]uodque indignius eccleſia eſt, ad hos [c]ompeſcendos tumultus publici ple[b]umque vindices adhibentur haſtis, [g]ladiiſque in domo Domini perſtre[p]entes. Ea ne accidant, preceſque non [f]ixæ meum celebrent funus, nolo niſi [c]onſidentibus ad orationem, & divi[n]a canentibus illos diſtribui. Per pie[t]atem, quæ debetur mortuis, id non [n]egligat exſecutor funeris. Quaque die [i]n ſalutem animæ meæ, legantur per [d]evotos Chriſti ſacerdotes xxx. miſſæ [t]antum. Cum iis una cantetur, qui [c]antaverit, & prælatus futurus eſt, fe[r]at in eleemoſyna carlinos quattuor in [ſ]ingulis miſſis, unum, qui legerit, [&] his ſolvendis fidelis adhibeatur mi[n]iſter, qui ſeipſum, & pauperes, & animam meam non fraudet. Solent, [in] mortuis Cardinalibus, familiares non [ve]ri ad accipiendas familiarium vero[r]um veſtes accurere, inſtare ut dentur, [ſ]i non dantur, indignari, ac lamen[t]ari. ut error non ſit, eos veſtiri volo, qui in notula, manu mea ſubſcripta, vel anulo meo ſignata, præſentique teſtamento incluſa, invenientur ap[p]oſiti. & Capellanis quattuor cannæ, Scutiferis, inter quos Parafrenarios, & primum Cocum, & Cellarium, & diſpenſatorem nomino, primæ ſortis tres: reliquis dimidiam cannam minus, ſed ſecundæ ſortis, jubeo dari. Ita tamen, ut diebus funeris ad orationem omnes conveniant, & pro me deprecentur. Hæc ad [ratio]nem funeris.

Iovitæ Rapicii Brixiani, Teſtamentum Venetiis M. D. LII. X. Kal. Iunii conditum.

MOnet me vel annus ætatis ſextus, & ſeptuageſimus, vel diuturnis laboribus tenuatum, & imbecille corpus, vel animus variis ac moleſtis curis jam prope defeſſus, ut inſtare illud tempus credam, quo me bonus, & clemens imperator Deus ex hac quaſi ſtatione, & præſidio vitæ mortalis imperet decedere, & eadem illa, quæ hoc, quod ſum, finxit natura diſſolvat. ego vero, & Deo parere, & naturæ concedere non invitus debeo. nam & ille mihi inter pericula vocatus, & non vocatus ſemper affuit, & hæc multa mihi liberaliter indulſit. itaque, ſive adverſa, quæ Deo adjuvante pertuli mecum repeto, ſtultus ſim, niſi mihi oblatam ab eodem quietem libenter amplectar: ſive proſperam naturæ dono valetudinem, & continuatam tam longa ætate ſenſuum ac mentis integritatem conſidero, ingratus ſim, ſi jus ſuum repetenti reluctari voluero, ac non potius æquo quaſi plenus vitæ conviva receſſero. quod ut præſtare conſtituto melius animo poſſim, libet, dum eſt in ſano adhuc corpore ſana mens, ſarcinulas colligere, atque itineri me accingere. magis autem expedite deceſſurus mihi videor, ſi prius, quid de re mea poſt deceſſum meum velim, diligenter conſtituero. Quoniam vero ſine Divina ope, nihil rectum præ me poſſe confido, te Deum patrem omnipotentem, te Ieſu Chriſte unigenitum Dei filium, te Spiritus ſancte unum verum, atque æternum, in tribus perſonis Deum ſupplex invoco, ac tota mente atque animo precor, ut, quæcumque adverſus legem, ac voluntatem tuam turpiter admiſi, clementer ignoſcas, ac præſtes, ut, quidquid mihi adhuc ætatis ſupereſſe volueris, juſte ac pie

degam, nunc autem adſis præſens, volenſque ac propitius teſtamentum condenti, & ut es bonus, ac juſtus, concede, nequid temere, aut parum officioſe decernam, neve ſcribam, quod aut reprehendi jure, aut probabilem litigandi cauſſam præſtare cuiquam poſſit. Primum igitur dilectum filium meum Paullum, prudentem Iuriſconſultum, ex Antonia Oliveria, bene concordi uxore, ſuſceptum, eo jure, quod excogitari optimum poteſt, heredem meum ex aſſe inſtituo: & quidquid vel immobile, vel mobile poſſideo, quidquid in nominibus habeo, quidquid denique ad me quovis jure pertinet, id totum illius eſſe volo: quinetiam, ſi quid poſt hoc teſtamentum rationibus meis, ac rei familiari adjecero, id quoque hereditatis jure ad eum jubeo pervenire. Quoniam vero, ſi poſſim, non hæc tantum, quæ fortunæ bona judicantur, ad te fili cariſſime opto pervenire, paucis tibi ea explicabo, quæ me, jam ad vitæ metas properantem, præterire paternus amor non ſinit. Tu, quæ tui amantiſſimus pater jam moriens mandat, ne contemne, ſed (quæ tua eſt in eum qui te genuit, educavit, inſtituit, pietas) in bonam partem accipe, & libenter exſequere. Primum in iis, quæ ad divinum cultum pertinent, Apoſtoli conſilio utere, qui nos non vult plus ſapere, quam oportet ſapere, ſed ad ſobrietatem ſapere: ne curioſis opinionibus ebrii a ſimplicitate, ac veritate Chriſtiana recedamus: novas omnes opiniones averſare, neque ullo pacto adduci permittas, ut ab honeſtiſſimis Romanæ Eccleſiæ inſtitutis umquam recedas: &, quæ a majoribus noſtris, & a me ipſo ſervata non ignoras, diligenter ſerva. Reip. Venetæ, quæ civitatem, ac patriam noſtram, in fidem ſuam ſuſcipiendo ſervavit, emendavit legibus, ornavit moribus, quam debent ſubjecti juſte imperantibus, fidem atque obſervantiam præſtato. Brixiam, quæ me amanter ac liberos, & poſteros meos in civium numerum admiſit, dilige, cole, & obſerva: publica cum civibus munera libenter ſubito, & remp. tuæ ſemper præponito. Agnatos omnes,

& affines, ne ut inopes contemni
ſed ut innocentes, & ſanguine c
junctos diligito, & non verbis mo
ſed re quoque, quantum tenuitas
patietur, juvato: &, ut paucis n
ta complectar, quæ adoleſcens,
gum præcepta, didiciſti, memoria
pete, ac etiam atque etiam vide,
quemadmodum cœpiſti, honeſte
vas: jus ſuum unicuique tribuas:
minem lædas; ac memineris nihil
lius eſſe ad opes tuendas atque au
das, quam a multis amari, nihil
vitam tranquille degendam apt
quam ſimultates, & invidiam c
re. liberos tuos, quam diligentiſſ
poteris, & quam celerrime inſtitu
dos curato, neque ætatem elabi
ſtra ſinito. & quia non potes ampl
aut ſaltem ſufficiens otioſis patri
nium relinquere, relinque artem
quam, qua ſe ſuoſque alere hon
queant, honeſtatem autem poſi
puta primum quidem in bonis m
bus, deinde vero in eo, ut ſibi
poſſint ſufficere, nec aliena ope i
geant. rem multis meis laboribus
tam, ſi reliqueris illis integram, q
boni patris eſt, feceris: ego tam
ut id facias: non compello, ſed
dentiæ tuæ relinquo. Agnatis o
bus, & affinibus tam mortuis, q
viventibus, ſiquid debere mihi
vis nomine deprehendentur, i
tum libenter condono, eoſque o
ſciens volenſque abſolvo, atque
abſolutionem quamvis confuſam
que implicitam non minus rat
ac firmam eſſe volo, quam ſi rati
omnes, reſque & nomina eſſent
te & diligenter expreſſa. Neque
oblitus ſum, cur illis tum cre
rim, & nunc poſſum, ſi velim,
jus donationis, & abſolutionis
ſas juſtas reddere. Marthæ di
filiæ libras ſex planetorum, ho
duodecim parvorum, item ſorori
cariſſimæ bonæ totidem ſinguli
nis, quamdiu vixerint, liberalit
amanter exhiberi volo, idque ſe
initio anni, quod initium ab
ſtatim obitus mei die conſtitui ju
Te vero, filia dilecta, & te
cariſſima rogo, ut hoc quamvis
dico legato contentæ ſitis, dilig

onſiderantes tenuitatem meam, & emoria repetentes quantopere vos lexerim, & quid veſtra cauſſa fecem. Sepeliri Brixiæ in templo divi azarii deſidero eo loco, quem revendus ejus eccleſiæ Antiſtes D. Fabius veroldus conceſſerit. Impenſam aum funeris modicam, aut etiam mis quam modicam poſtulo: & meoam piis precibus juvari malo, quam amenſis ſumptibus ornari. Teque leo fili cariſſime obteſtor, ut & in ac re, & in aliis omnibus, tenuitaam rei domeſticæ ante oculos ſemer habeas, frugalitatemque & parſioniam honeſtiſſimum vectigal eximes. erit id tibi, & ad tuendum trimonium, & ad bonam famam gendam longe utiliſſimum, mihi ortuo gratiſſimum: neque tamen oc mandans te vel avarum vel ſordiam fieri velim, ſed tuo modulo ac de te & tua omnia ita metiri, ut ſie invidia & contemptu inter cives oſtros vitam ducas honeſtam pariter jocundam. Volo autem uti quot nis anniverſarium ſacrum pro denctis familiæ, & agnationis noſtræ l ſepulchrum meum faciendum cut heres meus, & ſucceſſores ejus, idie Idus Februarias, quo die rectiſna femina, & dulciſſima mater mea elena Ravaria ſepulta eſt Bergomi in mplo divi Caſſiani, ad aram divi icolai, & pater meus indulgentiſſius decennio poſt, Vicetiæ in temo divi Stephani: Laurentius autem ter, & Eleutherius filius eodem an-, quo mater, alter Romæ, alter tavii diem ſuum obierunt, quos nnes volo hujus ſacri participes, ut, ii me tota vita peregrinantem non ſtituerunt, aliquem pietatis in ſe eæ fructum etiam poſt mortem caant. Die vero depoſitionis meæ, olo centum ſextantes erogari in eleeoſinam centum pauperibus, qui xta ſepulchrum meum flexis genius clara voce dixerint, Domine mirere illius, omnes ſancti orate pro o. ut autem hoc ſervetur fidelius, uic legato non modo hæredes, & cceſſores meos, ſed omnia mea boa perpetuo obligata eſſe jubeo collelo canonicorum Sancti Nazarii, ut ab hæredibus etiam invitis poſſint quotannis exigere libras quinque tam pro anniverſarii celebratione, quam pro eleemoſina eroganda. Te vero fili cariſſime, per longam indulgentiam erga te meam peto, ut, ſi quid apud te valent vota mea, diligas Laurentium, quem ego ex Paula Catarenſi ſuſceptum, ex Laurentii fratris, & meo, & gentis Rhamnuſiæ nomine, in cujus clientela eram, Laurentium Iovium Rhamnuſianum vocari volui, ut tu eorum, qui te dilexerunt & juverunt precibus admonitus eum diligeres, & orbum atque inopem (ſi qua via poſſes) adjuvares, nec eum qui mihi carus eſt, mendicare patereris. Vix. An. LXXVI. M. VI. D. I. Ob. M. D. LIII. XVII. kal. Sept.

Et, quoniam teſtamentorum formulas poſuimus, placet Ioannis Boccatii quoque Teſtamentum adſcribere, quod & ſi Italica lingua ſcriptum, mutilumque admodum ſit, viſum eſt tamen dignum, quod aliis adderetur. Hoc autem eſt:

che ne decti ve ad ce oriſſi voglio ſia ſepolto certaldo in q deſſa dare ad gli amici

Appreſſo laſſio della Chieſa di ſancta Reparata & altretti alle mura della Città di Firenze.

Ancora laſcio alla compagnia di Santa Maria di Certaldo ₤, v.

Ancora laſcio all' opera della Chieſa di sa iacopo di Certaldo ₤, x.

Ancora laſcio alla Bruna figlivola che fu di Ciango da Monte Magno la quale lungamente è ſtata con meco il letto nel quale era uſa di dormire ad Certaldo, cioè una lettiera dalbero. j. coltricetta di penna. j. piu maccio una coltre bianca piccola da quel lecto. j. paio di lenzuola buone. j. pancha che ſtar ſuole ad pie di quel lecto. Et oltre acciò un deſco piccolo da mangiare daſſi di noce. ij. tovaglie menate di lunghezza bra. vi. luna. ij. tovagliole convenevoli. j. botticello di. iij. ſome. Et oltre ad cio una roba di monchino foderata di Zendado porporino gonnella & guarnacca & cappuccio. El encora voglio che eſſa di quello che avere doveſſe di ſuo ſalario di reſto da me, ſia interamente pagata.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Ancora laſcio che ciaſcuna perſona laquale ſi truova ſcripta nel libro delle mie ragioni ſopraſegnato. A. che da me debba avere ſia interamente pagato & oltre accio ciaſcuno altro che giuſtamente moſtraſſe di dovere avere. Et pergare le dette quantità & laſcio voglio che glinfraſcripti miei executori ogni mio panno maſſerizia grano è viada è vino equalunque altra coſa mobile exceptuati i libri, & leſcripture mie poſſano, edebbane vendere, o far vendere, & dove delle decte mie coſe mobili non ſaveſſe tanto che baſtaſſe à decti pagamenti, voglio poſſano vendere & alienare de miei beni come potrei io medeſimo vivendo, & maximamente una caſa poſta in Certaldo nel popolo di ſaiacopo di Certaldo ad cui da. j. via chiamata Borgo dal. ij. fornaino dandrea di meſſ. benghi dal terzo via nuova dal. iiij. il decto teſtatore, e non baſtando queſta poſſan vendere de gli altri miei beni come decto e.

Ancora laſcio che tutti i miei libri ſieno dati e conceduti ad ogni ſuo piacere al venerabile mio Maeſtro Martino dellordine de frati heremitani di ſancto Agoſtino e del convento di Sancto Spirito di Firenze, li quali eſſe debbe & p. tenere ad ſuo uſo mentre vive. ſi veramente che il decto Maeſtro Martino ſia tenuto e debba pregare Iddio per lanima mia, & oltre far copia ad qualunque perſona li voleſſe di quegli libri li quali compoſti. Et ancora che eſſo debba con queſte medeſime condizio.

Secunda faccia.

vecchio cau haveva fatta venire per ·entro delle era croce di xpo, & una caſſa la quale va facta tenerui entro le decte reliqui tutte date ſenza alcuna zione a frati di ſancta Maria di ſan ſepolcro overo del poggetto o dalle campora cheſſi chiamino, liquali dimorano vicini della citta di Firenze poco fuori delle mura accio che quante volte reverentemente le vedranno preghino idio per me.

Ancora laſcio e voglio che una imaginetta di noſtra dona dalabaſtro. j. pianeta con iſtola & manipolo di zendado vermiglio & j. palio piccolo da
altare di drappo vermiglio luccheſ
un guancialetto da altare di quel
deſimo drappo &. iij. guaine da
porali & j. vaſo diſtagno da acqua
nedecta, & j. palietto piccolo di d
po foderato di zendado giallo tutt
date a glioperai di ſaiacopo di ce
do & eſſi operai gli debbano gua
e ſalvare mentre durano a ſervigi
detta chieſa di ſaiacopo & far p
idio per me.

Ancora laſcio & voglio che
tavoletta nella quale e dalluna
dipincta noſtra donna col figlivol
braccio & dallaltra un teſchio
morto ſia datta ad Madonna ſa
la quale oggi e moglie di francieſ
lapo buonamichi.

Appreſſo ad tutto queſto inten
voglio che oltre alle predecte in
mia coſa coſi mobile come ſ
ſieno miei heredi univerſali i fig
di iacopo di boccaccio mio fr
quegliche al preſente ſono e ch
futuro naſceranno legiptimi e na
coſi maſchi comme femine ſi
mente che ogni fructo il qua
predecti miei beni ſi ricogliera o
ra debba pervenire nella caſa de
decto iacopo & ad eſſo aſpecta
pertenere ladminiſtrazione di
in nutricare ſe & la moglie, &
figlivoli li quali aura. Appreſſ
tendo che de detti miei beni i
cti miei heredi non debbano n
ſano vendere in altra maniera a
re o impegnare alcuno inſino a
to che alla eta danni trenta co
pervenuti non ſieno, & allora
do iacobo predecto far nol p
ſenza ſuo conſentimento, e
riſervato nondimeno che dove
gnaſſe di pagare la dote dalcuna
ſirocchia che maritaſſono allo
glio poſſano con lautorita de l
tori ſe in eta daccio foſſono.
mente intendo che imperpetuo
ad tanto che alcuno de diſcend
boccaccio ghellini noſtro padre
nea maſculina ſi trovera etiand
non foſſe legiptimamente nato
ſa vendere o alienare in alcuna
guiſa . . caſa mia poſta in ce
nel popolo di ſaiacopo della
queſti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Principio della terza faccia.

heredi percioche ĩ pup o tendo che ſieno po gavacciani Pie- nigane gelmo barduccio di ıer franceſco di lapo bonan di to- no bencivenni. & iacopo di boccac- o lor padre & mio fratello. Et in- ndo che quello che coſtoro o la mag- or parte di loro o di quegli che al- ra vivi ſaronno faranno intorno a cti de decti miei nepoti, valglia & nga ne poſſa eſſere per gli altri ri- ocato o anullato o permutato.

Appreſſo in executori & fedeli com- ıeſſarii del mio preſente teſtamento vero ultima volunta eleggho & prie- ıo che ſieno queſti che appreſſo ſcri- o. Il venerabile mio padre, & mæ- ro Martino da ſigna del lordine de ati heremitani di Sancto Agoſtino firenze. Barduccio di cherichino. ranceſco di lapo bonamichi. Agno- di torino bencivenni & Iacopo di occaccio mio fratello a quali do pie- a balia & autorità di vendere & a- enare del mio o de miei beni quel- , che conoſceranno eſſere oppor- ıno alla decta executione in loro per ıe facta. Et intendo che quello che maggior parte di loro di quegli che lora vivi ſaronno ſi fara o adope- ra intorno alla decta execuzione ſia rmo & rato etiandio contradicen- olo gli altri ne ſi poſſa per gli altri ıutare. Et queſto intendo ſia il mio ſtamento, & ultima voluntà da a vocando & annullando ognaltro te- amento il quale inſino a queſto di icto aveſſi &c.

Das] Paulus ex Feſto. Vadem, ſpon- orem ſignificat datum in re capitali. Græcis ἐξηγγυημένοι, qui vadimonio ınt obſtricti, eaque lege dimiſſi, ut n certum diem ſiſtantur.

Si ille non revertiſſet] Sic omnes nei, & Tertii. Male alias, *ſi ille non revertiſſet ad diem.*

Moriendum eſſet ſibi ipſi] *Moriendum eſſet ipſi*, quattuor, & Tertii. *Moriendum eſſet ipſi ſibi*, unus. *Moriendum eſſet etiam ſibi ipſi*, unus. *Moriendum eſſet etiam ipſi*, unus.

In amicitiam tertium adſcriberent] *Ad amicitiam*, octo, & Tertii. *Scriberent*, unus.

CAPUT XI.

IN *Corinthi diſturbatione*] De bello Achaico lib. I.

Æginetis] Vide Valerium lib. IX. cap. de crudelitate, Plutarchum in Lyſandro, Thucydidem lib. IIX. Xenophontem lib. II. Ælianus in Variis hanc hiſtoriam mendoſe refert. Servius Sulpicius ad Cic. Fam. lib. IV. ep. 5. *Ex Aſia rediens, cum ab Ægina Megaram verſus navigarem, capi regiones circumcirca proſpicere: poſt me erat Ægina, ante Megara: dextra Piræus, ſiniſtra Corinthus.* Æginam Atticus quidam Piræeo velut oculis mucum eximendum cenſebat. Plutarchus in Demoſthene.

Qui claſſe valebant] Sic omnes mei, & Tertii.

Pennius] Sic legendum, ex Cic. in Bruto, & Feſto: ſicque eſt in Tertii libro, & uno ex meis. Eſt autem Iuniæ familiæ cognomen. Vnus, *Penejus.* Vnus, *Pennis.* Vnus, *Penus.* Duo, *Penius.* Quinque, *Pennius.* Vnus, *Penneus.* Vnus, *Petrinus:* & in ora, Panætius. Vnus, *Penejus*, vel *Petrejus.*

Cannenſi calamitate] Livius lib. XXII. Florus lib. II. cap. 6.

Nulla fuit timoris ſignificatio] *Fuit*, abeſt ab undecim meis, & Tertii.

Athenienſes &c.] Vide Iſocratem in Panegyrico, & Maximum Tyrium Serm. 3.

Troezene] Troezenios Pomponius Mela fide ſocietatis Atticæ illuſtres appellat.

Naves conſcenderent] Themiſtocle ſuadente.

Cyrſilum quendam, &c.] Locus hic a Demoſthene pæne exſcriptus videtur. apud quem hæc ſunt in oratione pro Cteſiphonte: Καὶ ταῦθ' οὕτω σεμνὰ, καὶ προσήκοντα τοῖς ὑμετέροις ἤθεσιν ὑπελαμβάνεται εἶναι, ὥς τε καὶ τῶν προγόνων τῶν ταῦτα πραξάντων μάλιστ' ἐπαινεῖτε, εἰκότως. τίς γὰρ οὐκ ἂν ἀγάσαιτο τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων τῆς ἀρετῆς, οἳ καὶ τὴν χώραν καὶ τὴν πόλιν ἐκλιπεῖν ὑπέμειναν εἰς τὰς τριήρες ἐμβάντες ὑπὲρ τοῦ μὴ τὸ κελευόμενον ποιῆσαι, τὸν μὲν ταῦτα συμβουλεύσαντα Θεμιστοκλέα

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

στρατηγὸν ἑλόμενοι. τὸν δ' ὑπακούειν τοῖς ἐπιταττομένοις ἀποφηνάμενον Κύρσιλον καταλιθώσαντες, οὐ μόνον αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ αἱ γυναῖκες αἱ ὑμέτεραι γυναῖκα αὐτοῦ. οὐ γὰρ ἐζήτουν οἱ τότε Ἀθηναῖοι οὔτε ῥήτορα, οὔτε στρατηγὸν, δι' ὅτου δουλεύσωσιν εὐτυχῶς, ἀλλ' οἱ δὲ ζῆν ἠξίουν, εἰ μὴ μετ' ἐλευθερίας ἀρτοῖς ἐξέσται τοῦτο ποιεῖν. ἡγεῖτο γὰρ αὐτῶν ἕκαστος οὐχὶ τῷ πατρὶ καὶ τῇ μητρὶ μόνον γεγενῆσθαι, ἀλλὰ καὶ τῇ πατρίδι. διαφέρει δὲ τί, ὅτι ὁ μὲν τοῖς γονεῦσι μόνον γεγενῆσθαι νομίζων, τὸν τῆς εἱμαρμένης, καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον περιμένει. ὁ δὲ καὶ τῇ πατρίδι, ὑπὲρ τοῦ μὴ ταύτην ἐποδεῖν δουλεύουσαν ἀποθνήσκειν ἐθελήσει, καὶ φοβερωτέρας ἡγήσεται, τὰς ὕβρεις καὶ τὰς ἀτιμίας, ἃς ἐν δουλευούσῃ τῇ πόλει φέρειν ἀνάγκη.

Atque ille] *At ille*, duo. *Atqui ille*, Paullus pater.

Sequi utilitatem] Ord. præp. undecim mei, & Tertii.

Opus non eſſe] *Non opus eſſe*, decem mei, & Tertii.

Claſſem Lacedæmoniorum] Vide Plutarchum in Themiſtocle, & Ariſtide, & Valerium lib. VI. cap. 5.

Gytheum] Polybius, Ptolemæus, Strabo, Plutarchus, Demoſthenes in oratione de corona. Livius lib. XXXIV. Gytheum opidum omnium maritimarum rerum Lacedæmoniis receptaculum dicit.

Audiviſſes] *Audiviſſet*, novem, & Tertii. Vnus, *audiret*.

Piratas immunes] Vide Plutarchum in vita Pompeji, Florum lib. III. cap. 6. Epitomem Liv. XCIX. Vellejum lib. II. Oroſ. lib. VI. cap. 4. Eutrop. lib. VI. cap. 4. de vir. ill. cap. ult. Cic. pro lege Manilia, Plin. lib. VII. cap. 25. & 26. & lib. XXXVII. cap. 2. Valerium lib. IIX. cap. 16.

CAPVT XII.

QVod eſſe utile putes] Sic duo, & Tertii. Duodecim, Quod utile eſſe putes.

Hoc enim ipſum utile putare, quod turpe ſit, calamitoſum eſt] Felicitas enim, & calamitas maxima ex parte in animis, & moribus ſita eſt. Τῆς ἀληθινῆς εὐδαιμονίας, ait Plutarchus, ἐν ἤθ...
καὶ διαθέσει τὸ πλεῖστόν ἐστι.

Exempli gratia] Sic duodecim, ...
Tertii. Duo, *cauſſa*. Libenter aut...
utitur exemplis: quin rem illuſtra...
ubi ratio paulo videtur obſcurior.

Ab Alexandria profectus Rhodu...
Hunc locum, recitat Nonius, om...
particula *ab*, & voce *profectus*: c...
quo faciunt tres mei, & Tertii lib...
& Iulii Galli quoque. *Alexandria* ...
fectus Rhodum, tres.

Ab Alexandria ſolviſſe] *Ab*, non...
in undecim, & Tertii, & in uno I...
Galli. *Solvere*, eſt, ſolutis anch...
navigationi ſe committere: cui op...
nitur *appellere*.

Quamplurimum venditurus] *Qu...*
plurimo, tredecim, & Tertii.

Diogeni Babylonio] Licet igitur ...
terdum a præceptoribus diſſent...
modo id modeſte fiat. Diogenes ...
ceptor fuit Antipatri, Antipater Pa...
tii, Panætius Poſidonii: lib. I ...
Div.

Iure civili] Quod non ita late pa...
ut jus gentium, id eſt naturæ.

Quid agis] *Quid ais?* quattuor ...
Tertii. In uno neque, Agis: neq...
Ais.

Tute] *Tu* tres, & Tertii. *T...*
duo.

Vt ea habeas] *Et*, pro *ut*, undec...
& Tertii.

Et quæ ſemper ſequi debeas] Et ...
ſequi debeas: unus. *Et quæ ſequi...*
beas, decem, & Tertii.

Viciſſim, & æque communis util...
Viciſſimque communis utilitas, unus ...
Tertii. *Viciſſim & communis util...*
unus. *Viciſſimque & communis utili...*
tres.

Quid iis adſit & commoditatis] ...
non eſt in decem, & Tertii. *Vt...*
tis, unus.

Quis ſit finis bonorum] *Qui*, duo...
Tertii. *Quid*, unus.

Id mihi dicere] *Idem*, unus.

Siquidem inter homines natura m...
niſti conjunctam ſocietatem] *Siqu...*
meminiſti eſſe inter homines natura ...
junctam ſocietatem decem, & Tert...

Memini, inquit ille] *Inquiet*, ...
vem, & Tertii.

Vt nihil ſuum cujuſque ſit] *Cuique...*

..m. *Vt nihil cujuſquam ſit*, Fulvius ..rſinus ait eſſe in ſuo vetere libro.

Nec vendendum quidem] *Ne*, duo..cim mei. Totum hoc deeſt in Tertii ..bro.

CAPVT XIII.

EX altera autem parte] Hæc erat Antipatri opinio.

Peſtilentes ſint] Sic Diocletianus, & ..laximianus lib. IX. C. de ædil. edi..to, *Peſtibilem fundum* dicunt, pro eo, ..ui letiferam herbam habet.

In omnibus cubilibus] *Cubiculis*, de..em, & Tertii.

Hoc emptoribus] *Hæc*, duo, & Ter..i.

Num id juſte, an improbe fecerit] *Num ..injuſte, aut improbe fecerit?* novem ..Tertii.

Improbe facit] Abſunt hæc a decem ..neis, & Tertii. *Ille improbe vero, in..uit Antipater*, unus.

Erranti viam non monſtrare] Ex quo ..erſus Ennii lib. I.

Vt homo, qui erranti comiter monſtrat
viam,
Quaſi lumen de ſuo lumine accendat,
facit,
Nihilominus ut ipſi luceat, cum illi ac-
cenderit.

Sanctum eſt] *Sanctum eſt*, quattuor, ..Tertii. *Conſtitutum eſt*, unus. Factum ..ſt, unus, mendoſe.

Vt quæreremus] Vt quæſtionem in ..edio non explicatam relinqueremus.

Non igitur &c.] Solum honeſtum, ..t Stoici, Cicero ſequitur. ſentit igi..ur cum Antipatro.

Non ſimplicis eſt] Τὸ *eſt*, non legitur ..n undecim meis, & Tertii.

Obſcuri] Qui ſuam voluntatem non ..acile oſtenderet.

CAPVT XIV.

ORationis vanitatem adhibuerunt] Falſum dixerunt.

C. Canius] Permultæ familiæ Romanæ nomen a beſtiis ſumpſerunt, ut *Canii, Ovii, Galli, Porcii, Aſinii.* De hoc Canio II. de Orat. & ad Att.

Homo nec infacetus] *Homo*, abeſt ab omnibus meis, & Tertii.

Nec infacetus, & ſatis litteratus] Sic Fam. lib. X. ep. I. *Nec minor, & gaudeo.*

Dictitabat] *Dictabat*, duodecim mei, & Tertii. *Ticebat*, unus.

Velle emere] Ord. præp. undecim mei, & Tertii.

Interpellatoribus] *Interpellationibus*, duo mei.

Argentariam faceret] Ἀργυροπρατικὴν ἐργάζεσθαι.

Syracuſis, dixit] *Dixit*, non eſt in decem meis, & Tertii. In uno eſt, *inquit*, poſt verbum *quidem*.

Et ſimul ad cœnam invitavit in poſterum diem] *Et ſimul ad cœnam hominem in hortos invitavit in poſterum diem*, omnes mei, & Tertii.

Vt argentarius, qui eſſet &c.] *Qui eſſet ut arg.* quinque, & Tertii. *Qui ut eſſet arg.* unus.

Ab iis petivit] Commentum ſimile de Egeſtæis Siciliæ populis, Athenienſes ad bellum Syracuſanum hortantibus, narrat Thucydides lib. VI. argentum enim non ſolum, ſed a finitimis populis commodato acceptum, oſtentarunt.

Poſtera die] *Poſtero die*, unus. *Poſtridie*, duo, & Tertii.

Tempore venit] *Tempori*, Tertii liber. probo.

Opipare paratum erat convivium] *Apparatum*, duodecim mei, & Tertii. *Opipare a Pythio adparatum erat conv.* Tertii liber.

Cymbarum] Cymbæ dictæ a velocitate. Κύμβαι Heſichio, ὄρνιθες. Vide & Sudam.

Ante oculos] Sic libri veteres. D. Ambroſius, *hortulos*, videtur legiſſe.

Pro ſe quiſque] Id eſt, pro virili. Liv. II. *Cum hoſtes adeſſent, pro ſe quiſque in urbem ex agris demigravit.* Virg. *Pro ſe quiſque viri.*

Gravate ille primo] *Gravare*, duo.

Emit inſtructos] Quibus nihil, quod uſui, & ornamento ſit, deeſſet.

Nomina facit] Id eſt, Nomina in libris apparere facit.

Poſtera die] *Poſtridie*, quattuor, & Tertii. *Poſtriduum*, unus.

Scalmum] Vide Pollucem lib. I. c. 9.

Aquillius] De Aquillio, in Topicis, & Plin. lib. XVII. cap. I.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Collega] In prætura. quod indicat oratio pro Cluentio. ſic & in Topicis eum appellavit, & lib. III. de nat. de.

Sane luculenter] *Luculente*, tredecim mei, & Tertii. *Luculentem*, unus.

Malitioſi ſunt] *Sunt*, non eſt, in ſex, & Tertii.

Tot vitiis] Perfidia, improbitate, malitia.

CAPVT XV.

V*T vendat, quiſquam ſimulabit*] Quidquam, undecim, & Tertii. Quidquid, unus. Quicunque, unus.

Atque iſte dolus malus] Atqui, legendum puto. Cur autem ita legam, facile patet.

Tutela] Servius Tutelam ait eſſe vim, atque poteſtatem in capite libero conſtitutam, ad tuendum eum, qui per ætatem ſua ſponte ſe defendere nequit, jure civili datam, ac permiſſam.

Circumſcriptio adoleſcentium] Si quis adoleſcentes decepiſſet, atque in fraudem illexiſſet. Terentius ait.

Lege Lætoria] De qua Suetonius lib. IV. Prætorum, apud Priſc. in verbo, Stipula, & Cicero lib. III. de nat. de.

Sine lege judiciis] Lex punit, judicium damnat.

Vt inter bonos bene agier] Ad Trebatium, Fam. lib. VII. ep. I. *Vbi porro erit illa formula fiduciæ? Vt inter bonos bene agier oportet.*

Doloſe, aut malitioſe poteſt] Malitioſe, aut doloſe poteſt, tres. Malitioſe, aut dolo poteſt, unus.

In rebus contrahendis] *Ex*, pro *in*, undecim, & Tertii.

Contra ſe liceatur] *Se*, abeſt ab uno. *Contra aſſe liceatur*, legit Muretus: exemplisque confirmat, Variarum Lect. lib. XIV. cap. 3.

Emptor opponet] *Apponet*, octo, & Tertii.

Indicaretur] Id eſt, æſtimaretur. Male Nonius interpretatur, *promitteret, addiceretur.*

Sapientis negant] Qualis Carneades. Lactant. lib. de Iuſtitia, cap. 17. & 18.

Alios bonos, alios ſapientes] C revera diſtingui non poſſint omnes nim ſapientes boni ſunt.

Qui ſibi ipſi prodeſſe nequiret] *ipſe ſibi prod. nequiret*, octo. *I* quattuor. *Ipſe*, non eſt in uno. *quiret*, duo. Citatur & Fam. lib. v ep. 6. Sumptum ab Euripidis Med

Μισῶ σοφιςὴν, ὅςις ἐχ' αὐτῷ
φὸς.

Singulorum, enim facultates, & piæ, divitiæ ſunt civitatis] Sic Iſo tes ad Nicoclem: Α῎παντα τὰ τ̃ κέντων τ̃ πόλιν, οἰκεῖα τ̃ καλῶς σιλδυόντων ἐςί.

Negat] Scævola.

Etenim omnino ſe negat f.] Eten omnino tantum ſe negat f. undeci & Tertii. Etenim omnino negat t tum ſe f. unus. Etenim tantum om no ſe negat f. unus.

Huic] Hecatoni: qui diſcedet a ge naturæ, jus civile tantum ſer idque ſatis eſſe putat: cum Scæv legem etiam naturæ, quæ multo tet latius, quam jus civile, ſervand in emendo cenſuerit.

Tribuenda eſt nec gratia] Tribuen nec gratia eſt, undecim, & Tertii

Sive & ſimulatio] Et, abeſt a bus.

In quibus dolus iſte malus non ve tur] In quibus non dolus malus verſetur, duodecim, & Tertii.

Recte juſtum virum bonum non f reperiemus] Iſtum, duo veteres li & ita ante multos annos emend dum putavit Pater in annotationi in margine adſcriptis. Reperimus, ptem, & Tertii.

CAPVT XVI.

S*Ancitum eſt apud nos jure civili*] geſtorum lib. XXI. & lib. XLI *Sanctum*, unus, & Tertii.

Vitia etiam dicerentur] *Etiam*, eſt in quattuor, & Tertii.

Satis eſſet cautum] Cautum, nor in novem, & Tertii.

Quæ eſſent lingua nuncupata] Lib de Oratore: Totum illud, *Vti lin nuncupaſſet, non in* XII. *tabulis, tu omnibus bibliothecis anteponis, ſe magiſtri carmine ſcriptum videretur.*

D

Dupli pœnam] Sic duo, & Tertii. te. Male alii, Duplicem pœnam, , Duplici.

Reticentiæ pœna] Actio redhibitoria itur Dig. de ædilicio edicto.

Quidquid enim ineſt prædio vitii] idquid enim eſt in prædio vitii, no-m, & Tertii. *Eſt enim in pr.* unus. prædio eſt, unus. *Eſt*, non legi- in duobus. Vide autem de Vitii, & orbi differentia Agellium lib. IV. p. 2.

In arce] Vide Feſtum in verbo, A-ni, & in, Auguraculum.

T. Claudium Centim] Duo non ha-nt prænomen. *Titium*, unus. *Ti.* u-s. Vide Val. Max. lib. IIX. cap. de ivatis judiciis.

Demoliri eas, quarum alt.] Ea, quo-m, unus, & Tertii.

Officeret auſpiciis] Ne rite fierent. locutus & Val. Max. in eadem hi-oria. Cic. de Div. Contemplationi li officere. Et de Orat. I. Quod cui-nque particulæ cæli officeretur. Ob-uere luminibus, pro domo, & apud riſconſultos.

Inſulam vendidit] Feſtus: Inſulæ ctæ proprie, quæ non junguntur mmunibus parietibus cum vicinis: ircuituque publico, aut privato cin-ntur, a ſimilitudine videlicet earum rarum, quæ fluminibus, ac mari ninent, ſuntque in ſalo poſitæ.

P. Calpurnius Lanarius] Vereor in-rdum, ne parum notæ gentis no-en occaſionem dederit mendo. Ca-rnium enim Lanarium in antiquo pide nominari obſervavi. ex eo fecit iquis, *Calfurnius*: & ita ſcriptum in uodecim meis, & impreſſum in uamplurimis: unde alius, *Calphur-ius*, ut in uno meo: alius, *Calpur-ius*, in quo modo uno, & Tertii: t error ex errore naſcitur. Divus qui-dem Hieronymus in Epiſtolis ter men-ionem facit cujuſdam *Calfurnii*, non *Calpurnii*, *Lanarii*. Sed hanc totam ontroverſiam dirimit, ut mihi qui-dem videtur, antiquus lapis, in ra-dice Capitolii, in pariete privatæ do-mus, ita inſcriptus:

C. CAFVRNIVS
C. L. ANTIOCHVS
LANARIVS
VETVRIA. C. L
DEVTERA
MONVMENTVM
FECIT. SIBI. ET. SVEIS
IN. FR. P. XV. IN. A. P. XX.

Quam eſſet &c.] Quam eas eſſet, Fulvius Vrſinus legit, ex antiquo libro.

Arbitrum illum adegit: Quidquid ſibi dare, facere oporteret ex fide bona] Senſus hic alius eſſe non poteſt, quam, judicis arbitrio rem committere, Claudium coegit: ad arbitrium Claudium adduxit. At Valerius Max. lib. IIX. cap. 2. ita factum hoc exponit, non ut a Cafurnio Claudius ad arbitrium adductus eſſe, ſed ut arbitrium Cafurnius una cum Claudio ad rem cognoſcendam adduxiſſe videatur. ejus verba ſunt hæc: *Cafurnius demoliri domum coactus, M. Porcium, inclyti Catonis patrem, arbitrum Claudio adduxit, ut formulam daret: Quidquid ſibi dare facere oporteret ex fide bona. Cato, ut eſt doctus, de induſtria Claudium edictum ſacerdotum ſuppreſſiſſe, continuo illum Cafurnio damnavit.* Idem paullo poſt ſimiliter locutus eſt. *De qua re*, inquit, *C. Aquillius, vir magnæ auctoritatis, & ſcientia juris civilis excellens, judex adductus, prudentia, & religione ſua mulierem repulit.* Valerio igitur auctore, non is, qui litem intendit, adverſarium adigit ad arbitrum, id eſt, cogit ad arbitrum venire: ſed arbiter ad formulam dandam, id eſt ad judicandum ex uſitata actionis formula, ab utroque adducitur. quod mihi quidem pæne perſuadetur. nam Valerius eam rem ita narrat, ut, ſi quid in verbis a Cicerone diſcrepat, ſententiam magis aperire voluiſſe videatur. quare ſuſpicor, Illum, abundare, & inculcatum, ac receptum ab iis eſſe, qui *arbitrum adegit*, dictum exiſtimarunt, pro, ad arbitrum ire coegit. (nam in uno meo eſt, *ad arbitrum illum adegit*) Nec vero me, ut ita credam, unius Valerii movet auctoritas. exemplum hoc ſimile in Topicis notavi: *Quemadmodum, ſi in urbe de finibus controverſia eſt, quia fines magis*

agro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

agrorum videntur eſſe, quam urbis, finibus regundis adigere arbitrum non poſſis: ſic, ſi aqua pluvia in urbe nocet, quoniam res tota magis agrorum eſt, aquæ pluviæ arcendæ adigere non poſſis arbitrum. Hic certe, qui ad arbitrum adigatur, nullius mentio eſt. *arbiter* igitur *ipſe adigitur*, id eſt, ut interpretatur Valerius, *adducitur.* Eadem ratio mihi ſuſpicionem affert de mendo in oratione pro Comœdo. nam, ubi eſt, *cur non arbitrium pro ſocio adegeris Q. Roſcium, quæro:* rectius fore arbitror: *Cur non arbitrum pro ſocio adegeris, quæro:* id eſt, cur non arbitrium ad judicandum ex formula pro ſocio adduxeris. nam illud, *Q. Roſcium*, additum fortaſſe ex eadem inſcitia, qua, *illum*, inculcatum hic eſſe dixi. Atque hæc tamen ita ſentio, nihil ut aſſirmare audeam, niſi aliquam libri veteres opem afferant. interim excitare aliorum ingenia, quibus ego diſſentientibus a me non iraſcar, veritatem oſtendentibus etiam gratias agam, non inutile fuit. *Quidquid ſibi:* ſententia pendet e ſuperioribus. ideo enim Cafurnius arbitrum adegit, ut ſtatueret, quidquid ſibi Claudium dare, facere oporteret ex fide bona. quæ ſunt antiquæ verba formulæ de dolo malo. Et, *dare facere*, pro, *de ea re facere*, quod erat in omnibus vulgatis libris, recte ab hominibus ingenio, doctrinaque præſtantibus repoſitum eſt. nam, qui ſibi promitti volebat, ita ſtipulabatur. *Promittisne, quidquid te dare, facere, oportet?* Reſpondebatur, *Promitto.* Exſtant in Digeſtis exempla ſimilia. Lib. v. tit. 2. L. Titia. 13. ff. de inoff. teſt. ex Scævola lib. III. Reſponſorum: *Ea omnia, quæ ſupra dari, fieri juſſi, ea dari, fieri volo.* Et poſtea: *Ea uti dentur, fiant.* Lib. XIX. tit. I. L. Idem Iulianus, 13. ff. de actionibus empti, & venditi, ex Vlpiano lib. XXXII. ad Edictum: *Id emptorem dare, facere, præſtareque oportere.* Lib. XXXI. de Legat. & fideicomm. 2. tit. I. L. Si ſcripſ. 46. ex Proculo lib. v. Epiſtolarum: *Si ſcripſiſſet, qui legabat, Quidquid mihi L. Titium dare, facere oportet, Sempronio lego: nec adjeciſſet, Præſens, in diemve: non dubitarem, quin ea pecunia comprehenſa non eſſet, cujus dies mo-*
riente eo, qui teſtamentum feciſſet, [illegible]
dum veniſſet. Lib. XXXIV. tit. 3. L. C[illegible]
ita, 19. ex Modeſtino lib. IX. R[illegible]
larum: *Cum ita teſtemur, Heres* [illegible]
damnas eſto liberare illum, quod is n[illegible]
tia mea geſſit: & ſiquid eum mihi d[illegible]
facere oportet, ab eo non exigere, [illegible]
Lib. XLIV. tit. 7. L. Actionum, 2[illegible]
de oblig. & act. ex Vlpiano libro [illegible]
gulari Regularum: *In perſona actio* [illegible]
qua cum eo agimus, qui obligatus eſt [illegible]
bis ad faciendum aliquid, vel dand[illegible]
& ſemper adverſus eundem locum h[illegible]
Lib. XLV. tit. I. L. Cum ſtip. 125 [illegible]
verb. obl. ex Paulo lib. II. Quæ[illegible]
num: *Cum ſtipulamur, Quidquid t*[illegible]
re, facere oportet, nihil aliud in ſt[illegible]
lationem deducitur, quam, quod præ[illegible]
ti die debetur. Ibidem ſupra, l. Sc[illegible]
29. ex Vlpiano l. XLVI. ad Sabinu[illegible]
Conſtat, ſiquidem ita ſtipulatus [illegible]
Quod ex cauſſa condictionis dare, f[illegible]
oportet? ſtipulationem valere. Et pa[illegible]
poſt, l. Qui ſic, 47. ex Vlpiano lib[illegible]
ad Sabinum: *Qui ſic ſtipulatur,* [illegible]
te mihi illis Kalendis dare oportet, i[illegible]
re ſpondes? &c. Ibidem, l. Si a [illegible]
89. ex Paullo lib. IX. ad Plautium [illegible]
a colono, cui fundum in quinquenn[illegible]
locaveram, poſt tres annos ita ſtipu[illegible]
fuero: Quidquid te dare, facere opor[illegible]
Lib. XLVI. tit. 4. L. Et uno, 18. f[illegible]
Acceptil. ex Florentino lib. IX. I[illegible]
tutionum: *Quidquid te mihi ex* [illegible]
cumque cauſſa dare, facere oportet, [illegible]
tebit, præſens, in diemve, &c. Lib[illegible]
tit. 16. L. Sæpe ita, 53. ff. de verb. [illegible]
ex Paullo lib. LIX. ad Edictum: [illegible]
eum dare, facere oportet. Inſtit. lib[illegible]
tit. 3. *Appellamus in perſonam actio*[illegible]
per quas ei dare, aut facere oporter[illegible]
tendit adverſarium. Hæc igitur, a[illegible]
cerone recitata, verba ſunt Cafur[illegible]
cum Claudio apud arbitrum ſtipu[illegible]
tis: & additum eſt, *ex fide bona*, q[illegible]
Claudius in ædibus vendendis no[illegible]
fide bona ſecum egiſſet, vitio, q[illegible]
ſciviſſet, occultato.

Hujus noſtri Catonis pater] Qui [illegible]
ticæ ſua manu occiderat, ne ſer[illegible]
tem patriam adſpiceret. Agellius [illegible]
XIII. cap. 19.

In venumdando] *In vendumdo*, T[illegible]
In vendendo, novem.

Pronunciaviſſet] *Pronunciaſſet*, u[illegible]
cim.

Dijudicavit] *Iudicavit*, tredecim, Tertii.

M. Marius Gratidianus] Aſconius, ...lerius. Plut. in Sulla, Cic. III. de ...g.

Propinquus noſter] Ciceronis enim ...us Gratidiani ſororem matrimonio ...njunctam habuit. de Leg. III.

C. Sergio Oratæ] Plin. lib. IX. cap. 54. ...ler. lib. IX. cap. I. Macrob. lib. III. ...p. 15.

In mancipio] Ædium dominio transſ...endo, cedendoque.

Craſſus, Antonius] Omnium con...ſu principes in eloquentia. vide in ... de claris orat.

...*Ius*] Τὸ ἀκριβοδίκαιον.

Æquitatem] Τὸ ἐπιεικές.

Quorſum hæc] *Quorſus*, quinque, & ...rtii.

CAPUT XVII.

Quatenus manu tenere poſſunt] Sic omnes libri veteres. In Bruto: ...*m indicia mortis ſe comperiſſe, & ma... tenere diceret.*

Sic tu, cum ædes proſcribas] *Cum*, ...n eſt in tribus, & Tertii. *Sic tu ſi ...s proſcr.* duo. *Tu*, non eſt in quat...r.

Naturæ lege] Cujus illud eſt, *quod ...fieri non vis, alteri ne feceris.*

Quod enim civile, &c.] Ius gentium ...et latius, quam jus civile. *Quod ...m civile : enim*, non eſt in decem Tertii.

Naturæ principiis] *Principiis*, abeſt a ...odecim meis, & Tertii.

Bene agier, magna quæſtio eſt] Sic ...primendum curavit Pater ante me ...um. ut mirer, quoſdam de hoc lo... a ſe nuper emendato ſomniare. ...ontra tamen omnes mei veteres, & ...rtii.

Mala bonis anteponit] Sic quattuor ...ei. Decem, & Tertii, *mala bonis po... ante.*

In mancipiorum venditione] An ſana, ...gitiva, fugacia.

De ſanitate] Fam. lib. XII. ep. 10.

De fuga] Lactantius lib. V. cap. 17.

Secundum naturam &c.] Hinc, Quod ...i fieri non vis, alteri ne feceris, Na...turæ lex.

In malitia ſimulatio intelligentiæ] Infra: *Prudentiam vult imitari malitia.*

Illa innumerabilia] *Iſta*, undecim, & Tertii.

CAPUT XVIII.

Peccari] Sic decem mei, & Tertii probo.

Sed vinculis, & carcere fatigandi] Sic Nonius ex induſtria, non, *caſtigandi* : & explanat, Cohibendi, comprimendi. ſic etiam ſex mei, & Tertii.

L. Minucii Baſili] Sic lego cum Valerio Max. lib. IX. cap. 4. & cum optimo Tertii libro. & cognomen, *Baſili*, malo, quam, *Baſilii* : quod videtur eſſe nomen gentis. *Baſillus*, obſervavi in antiquis lapidibus.

Romæ, in hortulis Cæſiis.

IVNONI
REGINAE
PAEZON
AQVILIAES
BASILLAES

In Parione, in ædibus Franciſci Liſchæ.

IOVI. OPTVMO
MAXIMO. DOLICHEN
PAEZON. AQVILLIAES
BASILLAES. ACTOR
CVM. PAEZVSA FILIA. SVA
D. D

Vt hic fortaſſe, *Baſillus*, etiam legi poſſit, mutatione I in L.

Homines ejuſdem civitatis potentiſſimos] Recte ſic legitur in octo meis. nam, *ejuſdem ætatis*, ad rem minus pertinet. tuendi enim falſi teſtamenti conſilium adjuvabatur ſumma potentia duorum hominum ejuſdem civitatis: quod ſpectarunt heredes falſi. eadem vero ætas quid afferebat ad ſpem obtinendi teſtamenti? Libentius legerem, niſi veteres omnes adverſarentur libri, pro, *ejuſdem civitatis potentiſſimos*, *Civitatis noſtræ potentiſſimos* : uti legitur in Valerio Max. lib. IX. cap. 4. *Ætatis*, tamen legitur in quinque, & Tertii. *Potentiſſimos* : Craſſum divitiis, Hortenſium eloquentia.

Alterum amavi vivum] Hortenſium æmulum, cujus mortem deplorat in libri proœmio, qui inſcribitur Brutus.

Alte-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Alterum non odi mortuum] M. Craſſum, quem vivum oderat, & in Paradoxis inſectatur.

Satrium] In librorum varietate, quorum ſeptem *Satirium*, duo *Satirum*, quattuor, & Tertii *Satrium* habent, familiam eam veriorem eſſe puto, quæ veterum lapidum teſtimonio confirmatur.

Romæ in ædibus Hadriani Fuſconii, Epiſcopi Aquinatis. I.

DIS. MANIBVS
N. SATRI
AVGVSTALIS
SATRIA
NYMPHE
VERNAE. SVO
CARISSIMO
VIX. ANN. XXII
M. I. DIEBVS. IIII

Pontis Curvi. 2.

P. SATRIVS. L. F
LOC. MON. DED
P. HILARO. TYRANIDI
LIBERT. ET. PERENNO
TERTIO. IN. F. P. XII. IN. AGRO. P.
XIIII

Sentini. 3.

L. SENTINATI
L. F. LEM. VERO
IIII. VIR. QVINQ.
IVR. DIC
ORDO. ET. PLEPS. SENTI
H. A. I. R
SATRIA. AN. F. VERA
FIL. PIISSIMO
L. D. D. D

O turpem notam &c.] Apparet igitur eos partem illius hereditatis accepiſſe.

Non erat æquum] Sic omnes mei, & Tertii. *Num*, Fulvius, ex vetere ſuo.

Principes civitatis] *Civis*, ſeptem, & Tertii. & recte. pro, *cives:* quod eſt in uno. *Hujus*, unus: *Ejus*, alter: mendoſe.

Veræ hereditates] Teſtamento legatæ: cum illa, proxime nominata, vera non fuerit.

Præviderit] Sic quinque. *Provideritt*, octo. *Perviderit*, Tertii. quod rectius puto.

Ab hoc nulla fraus aberit] Reciproce. pro, Ipſe non aberit a nulla fraude.

Eſt iſtud quidem honeſtum] Sic dem... mei. *Illud*, unus. *Id*, unus. *Iſ*... Tertii. Vnus non habet.

Fraudum] *Fraudium*, ſeptem & ... tii. Sic Phil. II. *Laudium*. Sic, & ... *vitatium*, Annæus Cornutus ad I... cum, de Virgilio lib. x. *Iamque ex*... *plo tuo etiam principes civitatium, &* ... *tæ incipient ſimilia fingere.* & in anti... lapide.

Firmi, in Piceno.

L. VOLCATIO. Q. F.
VEL. PRIMO
PRAEF. COH. I. NORICO...
IN. PANN. PRAEF. RIPA...
DANVVI. ET. CIVITATI...
DVAR. BOLOR. ET. AZAL...
TRIB. MILIT. LEG. V
MACEDONICAE. IN
MOESIA. PRAEF. ALAE. I...
PANNONIOR. IN. AFRIC...
II. VIRO. QVINQ.
FLAMINI. DIVORVM
OMNIVM. P. C
EX. TESTAMENTO. EIVS...
POSITA
M. ACCIO. SENECA
.... MANLIO. PLANTA
II. VIR. QVINQ.

CAPVT XIX.

SI *digitis concrepuerit*] Vnde pr... bium, *ad digituli crepitum*, i... minimo momento.

Locupletium] Sic ſeptem, & Te...

In foro ſaltaret] Præ gaudio, u... qui ſummum bonum non in hon... ſed in divitiis, opibuſque poneret... tationem autem apud Romanos... pem fuiſſe, veterum ſcripta ab... teſtantur.

Complicatam notionem evolvere] ... ganter dictum: pro, ſecum ipſe... genter cogitare, & ex ingenio pr... re quod latet. ſic infra: *Explica*... *que excute intelligentiam tuam.*

Non ergo faciat] Igitur, unde... & Tertii.

Quodque expediat] Quæ, non ... ſeptem meis, & Tertii.

Fimbriam] Licinium Fimbria... lerius lib. VII. cap. 2. nominat.

M. Lutatio Pythiæ] *Pinthiæ*, ſ...

ei, & Tertii. quo modo etiam alii idere.

Aliquem eſſe] Ordine præpoſtero, inque, & Tertii.

Fimbria etiam, non modo Socrates] Id t, vir in rep. gerenda verſatus, non odo philoſophus.

Ne ruſtici quidem] Bonitas etiam ad ruſticos laudem habet.

Tritum eſt] Contritum, decem mei, Tertii.

Quicum in tenebris mices] Luſus genus, Micatio, digitis repente remo. Cicero de Divin. *Quid eſt enim s? idem propemodum, quod micare, od talos jacere, quod teſſeras.* Et II. de n. Vide & Varronem. Exſtat & Tur- Aproniani edictum, quod dignum ſum eſt, ut adſcriberem.

Romæ, ad DD. Apoſtolos.

Ex. auctoritate
Turci. Aproniani. V. C.
Præfecti. urbis.

Ratio. docuit. utilitate. ſuadente. conſuetudine. micandi. ſummota. ſub. exagio potius. pecora. vendere. quam digitis. concludentibus. tradere. ut. adpenſo. pecore. capite pedibus. &. ſevo. lactante. & ſubgulari. lanio cedentibus reliqua. caro. cum. pelle. &. interaneis. proficiat. venditori ſub. conſpectu. publico. fide. ponderis. comprobata. ut. quantum caro. occiſi. pecoris. adpendat &. emptor. norit. &. venditor commodis. omnibus. &. præda damnata. quam. tribunus. officium. cancellarius. &. ſcriba de pecuariis. capere. conſuerant. Quæ. forma. interdicti &. diſpoſitionis. ſub. gladii. periculo. perpetuo. cuſtodienda. mandatur.

Natura] Quæ omnia vivendi præcepta nobis tradit.

CAPVT XX.

Eptimum annum] Cum conſulatu biennio tantum prætura legibus ſtaret.

Virum] Virtute.

Civem] Dignitate.

Cum ab eo, imperatore ſuo] Etſi conſtat, C. Marii Q. Metellum imperatorem eſſe, cum hic ſit proconſul, ille legatus: tamen mihi ſuſpecta non ſunt hæc verba, ut ſupervacanea, ſed valde videntur ad ſententiam pertinere: cum augeatur adverſus Marium invidia, qui ab imperatore ſuo confecti prope belli gloriam ad ſe tranſtulerit. Nam, ſi legas, *ab eo, ut imperatore ſuo*, quod iis placet, qui alioqui duo illa verba, tamquam gloſſema, tollenda exiſtimant, frigere quodam modo, & vim ſuam perdere ſententia videbitur. Noſtram lectionem comprobant omnes mei veteres libri, & Tertii.

Bellum illud producere] *Ducere*, undecim mei, & Tertii. *Illum*, ſex.

Nec noſter quidem Gratidianus] *Ne*, unus, & Tertii. *Noſter*: avus enim Ciceronis uxorem duxerat ſororem Gratidiæ, cujus filius fuerat Gratidianus, lib. III. de Leg. Vide Plin. lib. XXXIII. cap. 9. & lib. XXXIV. cap. 6.

Adhibuiſſent] *Adiiſſent*, Fulvius Vrſinus ex vetere libro. contra omnes mei, & Tertii.

Conſtitueretur] Qui ſcilicet nummi probi, qui adulterini, quantique quique eſſent.

Iactabatur] Prætium monetæ neque aureæ, neque argenteæ conſiſtebat.

Deſcenderent] Placet, quod eſt in uno vetere Tertii libro, *eſcenderent*. Sic & Salluſtius, Iugurtha: *Pars equos eſcendere ire obviam hoſtibus.* Ita enim legit Fronto, eum locum recitans.

Et ea res] Tò, *&*, non eſt in uno. *Vt*, unus.

Omnibus vicis ſtatuæ factæ ſunt] In ſex meis, & Tertii non leguntur, *factæ ſunt*.

Et cerei] Tò, *&*, non eſt in Tertii libro.

Quæ conturbant homines] *Conturbent*, undecim, & Tertii. τὸ *homines*, non eſt in iiſdem.

Non habetur ita magnum] Tò *habetur*, abeſt a decem, & Tertii, & ſane gloſſema eſt. quod apparet ex aliis libris. in quorum uno, *non ita magnum ſit*: in altero, *non ita magnum eſt*: in tertio, *non eſt ita magnum*.

Illum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Illum Marium] Qui criminatus eſt Q. Metellum, ſpe conſulatus adipiſcendi.

Explica, atque excute intelligentiam tuam] Sic ſupra: *Si quis voluerit animi ſui complicatam notionem evolvere.*

Species] *Specie*, quidam legunt, & explanant, In ea intelligentia. cum iis facit unus ex meis libris veteribus. magis placet impreſſa lectio.

Si boni viri nomen eripuerit] Viri boni, quinque.

Fidem, juſtitiamque detraxerit] Hinc Iuvenalis:

Exemplo quodcumque malo committitur, ipſi
Diſplicet auctori. Prima eſt hæc ultio, quod ſe
Iudice nemo nocens abſolvitur: improba quamvis
Gratia fallacis prætoris vicerit urnam.

In homine figura] Tò, *in*, abeſt a quattuor, & Tertii.

CAPVT XXI.

ID faciunt] *Idem*, tres, & Tertii. *Idem efficiunt*, unus.

Qui etiam ſocerum habere voluit eum] Pompejum carpit, qui, ut, augeret potentiam ſuam, Cæſaris filiam duxit uxorem.

Vtile enim videbatur] *Ei*, pro, *enim*, octo, & Tertii. *Vtile enim ei vid.* unus.

Ipſe autem ſocer] Suetonius in Iulio.

Quam inutile] Abſunt hæc a duobus, & Tertii. In quibus τὸ, *&*, additur, *quam injuſtum in patriam, & quam turpe.* Octo, *quam inj. in p. & q. inutile, & q t.*

Euripidis] Abeſt ab undecim, & Tertii.

Nam, ſi &c.] Senarii jambici.

Aliis rebus] Aliis in rebus, unus meus, & Iulii Galli. Vnus, Aliis am rebus.

Id unum ſolum] Sic in oratione pro Sextio. Duo, *qui id ſolum unum. Qui id unum*, quod, tres, & Tertii. Vnus, *qui id ſolum dominium*, quod. Vnus, *qui vel Cæſaris id ſolum vitium, quod.*

Exceperit] Excepit, tres. *Exceperit:* in pietate colenda.

Concupierit] *Concupiverit*, ſeptem, Tertii. *Concupivit*, unus.

Si quis honeſtam eſſe dicit] *Si ho*[...] *ſtam quis eſſe d.* novem, & Tertii. [...] *eſſe*, abeſt ab uno.

Avellere] Sic liber Tertii. quattu[...] *avertere.* novem, *evellere.*

Fœdiſſimum, & tæterrimum] An[...] quoque in hoc libro utrumque c[...] junxit.

Eo qui ſe obſtrinxerit] *Qui ſe eo*[...] *ſtrinxerit*, decem, & Tertii. *Qu*[...] *obſtr. eo*, unus. *Qui eo ſe obſtr.* unu[...]

Parens] Cæſar.

Duo verba[*Duo verbo*, Tertii li[...] recte.

Inter ſe diſcrepare, unum ſonare [...] *deantur*] Sic Tertii liber, & quin[...] mei. *Inter ſe diſcrepare, quæ unum* [...] *vid.* duo. *Inter ſe diſcrepare, unum* [...] *men ſon. vid.* duo.

Sonare] Significare. vide metap[...] ram elegantem in *diſcrepare*, & *ſ*[...] *re.* ut, *diſcrepare*, & *concinere*, de [...] de. lib. 1.

Nunc abeo ad vulgi opinionem] [...] *habes*, unus. *Nunc adeo*, unus. [...] *habeo*, unus, & Tertii, probo.

Pauci boni ſunt] Pauci ſunt boni, [...]

A Tantalo & Pelope proditum] I[...] tima ſucceſſione a patre ad fil[...] quaſi per manus tranſmiſſum.

Regi] Cæſari.

Qui cum exercitu] *Cum*, non e[...] ullo vetere libro & elegantius abeſ[...]

Cujus autem vita ipſi poteſt utilis [...] Sic omnes mei, duobus exceptis [...] quorum uno, pro, *ipſi*, *ipſa*: i[...] tero, *ſibi*. Vrſinus, *cui autem vita* [...] *utilis eſſe.*

In maxima gratia futurus ſit, & [...] *ria*] Gratiam, & Gloriam tyran[...] dæ conſequuntur. Lib. 11. eadem [...] jungit: *Hæc genera officiorum qui* [...] *quuntur, magnam ipſi adipiſcent*[...] *gratiam, & gloriam.* Et Fam. [...] ep. 5. *Gratiæ, gloriæque cave, t*[...] *amittas.* Tres, & Tertii addunt, [...] *in maxima & gr.*

CAPVT XXII.

AC. Fabricio conſule iterum, [...] *ſenatu noſtro*] Agellius lib[...] cap. 8. *Fabricio*: Luſcino.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Perfuga] Medicus Pyrrhi, ut ab aliis aditum eſt. Agellius, Valerius Max. utropius, Plutarchus.

Si præmium ei propoſuiſſet] *Sibi*, duoecim, & Tertii. *Promiſiſſet*, unus.

A ſenatu laudatum eſt] *Laudatum a natu eſt*, ſeptem, & Tertii. *Eſt a ſeatu laudatum*, unus. *Laudatum a ſena-*, unus.

Vtrum igitur utilius] *Viſum igitur u-lius*, duo.

Senatui noſtro, qui numquam utilitam a dignitate ſejunxit] At Paullo ina: *Eſt ei ſenatus aſſenſus, turpe imrio.*

An venenis] *Aut venenis*, unus. *Non menis*, duo.

Eſſe utiles] Ord. præp. duo, & ertii.

Ex ſ. c.] Sic omnes libri veteres.

Liberaviſſet] Immunes eſſe declaraſt.

Eſt ei ſenatus aſſenſus] *Ei ſenatus eſt ſenſus*, duo. *Et ſenatus eſt conſenſus*, nus.

Nimis enim mihi] Tò *enim*, abeſt a ovem, & Tertii. In Tertii, *nimis afr. videbatur.*

Ordinum conjunctio] Equitum, & natus, quorum diſſenſione fractæ nt opes reip.

Vincat utilitas] Or. IV. in Catil. *Meom periculorum rationes utilitas reip. ncat.* Plutarchus Melanopum rhetoṃ, Calliſtrato, pecuniam largienti, lentem, ad populum dixiſſe ſcribit: *μὲν ἀνὴρ ἐχθρός, νικείτω δὲ τὸ τῆς λεως συμφέρον.* Vide lib. II. de Innt. quo loco placere dicit Ariſtoteli litatem ſolam in genere deliberati-, ſibi honeſtatem.

Cum æquam eſſe diceret, non eſſe utim fateretur] Quidam libri, *cum uem eſſe diceret, non eſſe æquam faterer.*

CAPVT XXIII.

A*Nnonæ*] Non tantum frumenti, ſed quidquid ad victum attinet.

Familiam] Mancipia.

In utramque partem diſputat] Cur & enda, & deferenda videatur.

Vtilitate putat officium dirigi] Vt pous fame pereant ſervi, & ancillæ, quam ipſe aut inſigni detrimento afficiatur, aut cum ſuis liberis fame periclitetur.

Quam humanitate] Vt familia conſervetur propter naturalem ſocietatem rationis, & orationis, quæ ſervis etiam cum dominis intercedit.

Servuli vilis] Qui non magni vendi poſſit.

Negat] Cum tamen præſtet eum vivere, qui ſit utilior reip.

Dominus navis] Navicularium, & Magiſtrum navis vocant Iuriſconſulti.

Quam ſi navigantem] Quod Arioni muſico eveniſſe, teſtatur Herodotus.

Quia ſua non ſit] *Non*, abeſt a decem meis, & Tertii.

Ne uterque rapiat, an alter cedat alteri] Miror, quibuſdam doctis viris placere magis, *uter*, quod tamen eſt in quinque meis, quam, *uterque.* diverſa enim ſignificant. &, *uter*, pro, *utervis*, Latina lingua non recipit. nam illud pro Sextio, *horum utro uti volueris, altero eſt carendum*, uſitatam ſignificationem habet. *Neuter*, ſeptem. & Tertii habent. Vnus, *neutrum.*

Quaſi ſorte, aut micando victus] Sic liber Tertii, & plerique alii. Duodecim tamen, *aut dimicando.* Male. Quod colligitur & ex Nonio Marcello, qui hæc recitans in verbo *micare*, ita legit, etſi eo loco tamquam verba Ciceronis non agnoſcantur: & Nonii emendator ex Attio in Cryſippo hæc proferri putet, ex veſtigiis ſcripturæ. falſo tamen.

Accuſabit] Reprehendet. non enim hoc loco eſt, *accuſare* ad judices.

Adulterinos] Sic omnes mei, & Tertii.

Accipiet] *Accepit*, unus. *Acceperit*, undecim, & Tertii.

Cui potius aſſentior] Cui etiam ſupra aſſenſus eſt de Rhodio frumentario.

Vinum fugiens] Quod ætatem non fert: quod lentum incipit fieri.

Hæc ſunt quaſi controverſa jura Stoicorum] *Hæ*, novem, & Tertii. *Controverſiæ*, duodecim, & Tertii. *Controverſiæ, & jura Stoicorum*, decem, & Tertii. Vel *jura Stoicorum* unus. *Hæc*: quæ ſequuntur.

Non ea, quæ niſi dixeris] Non niſi ea, quæ niſi dixeris, octo mei.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Alteri non dicenda] *Alteri dicenda videntur*, tredecim, & Tertii.

Millenarium] *Mille denariorum*, undecim, & Tertii.

CAPVT XXIV.

SErvanda ſint] *Sunt* ſeptem.

Vmquam poſtea] in uno deeſt τὸ *umquam*. in altero deſunt duo verba, *umquam poſtea*.

Sanus factus fuerit] *Sit*, ſeptem. *Eſſet*, tres, & Tertii.

Quicum pepigerat] *Pepigerit*, quinque. *Qui pepigerit*, unus.

H-S millies] Milliones tres.

Luce palam in foro ſaltet] *Luce claro*, videtur legiſſe Nonius. quod conjicitur ex ipſius verbis, licet mendoſis. nam, quæ Ciceronis citat, cum hæc eſſe deberent, non leguntur in eo, ſed alia, quæ alicujus veteris poetæ ſunt.

Quod promiſerit, nec ne] Sic ſeptem, & Tertii. *Promiſit*, unus.

Sed, quoniam promiſit] Contra utilitatem.

CAPVT XXV.

AC ne illa quidem promiſſa ſervanda ſunt] Contra promiſſa.

Iis ipſis utilia] Sic omnes mei, & Tertii, uno excepto, in quo τὸ, *iis*, deeſt.

Quibus illa promiſeris] Τὸ. *illa*, deeſt in uno.

Sol Phaetonti filio] Ex Clymene nympha Oceani, & Thetyos filia. Ovid. Metam. 1. & 11. Hygin. cap. 154. Lucanus lib. 11. Fulgentius lib. 1. & Lucianus in Aſtrologia.

Facturum ſe eſſe dixit] Immo juravit per Stygiam aquam.

Sublatus eſt atque is, antequam conſtitit] Sic tres, & Tertii. Vnus, *ſublatus inſanus: atque is, antequam conſt.* Octo, *ſublatus eſt, atque inſanus, antequam conſtitit*. Quod ſi retineamus. *Inſanus*, dicendum, eum, ex ſcorpionis conſpectu territum, habenas remiſiſſe, ut equi ſentirent ſe non verum aurigam habere.

Ictu fulminis deflagravit] Sic duodecim, & Tertii. *Fulmine deflagravit*, unus. *Ictu fulminis*: a Iove, precil[...] mortalium, tanto incendio labor[...] tium, auditis. *Deflagravit*: collap[...] in Padum.

Quid quod Theſeus exegit promiſſum [...] *Neptuno*] Supra, lib. 1.

Optiones] *Optationes*, undecim, [...] Tertii.

Noverca] Phædra.

Quo optato impetrato] *Optato*, a[...] a duobus meis.

Iphigeniam] Fabula eſt apud E[...]pidem in tragœdia, Iphigenia in [...]lide.

Promiſſum potius non faciendum] C[...]tra promiſſa.

Neque ſemper depoſita &c.] Co[...] depoſita.

Reddenda ſunt] *Sunt*, abeſt ab [...] meis, & Tertii.

Sanæ mentis] *Sana mente*, du[...]cim, & Tertii.

Temporibuſque fiunt non honeſta] [...]neſta temporibus perturbantur, fi[...]que non honeſta. *Non honeſta*: ſic[...]decim, & Tertii. unus, *inhoneſta*[...] *eiſdem verſabimur, cum docebimus* [...] *quæ videntur* &c.] Videantur, u[...]cim, & Tertii.

Ac de prudentia quam vult im[...] *malitia*] Supra: *In malitia ſimu*[...] *intelligentiæ*.

Conformatione] Φιλανθρωπία. C[...] contrarium illud apud Terentium [...] *mo perpaucorum hominum*.

CAPVT XXVI.

VTile videbatur Vlixi] Aggre[...] de fortitudine.

Quidam poeta tragici prodide[...] Quorum nullus extat.

Homerum, optimum auctorem] [...]bularum, & artificii poetici, no[...]ſtoriarum. Iuriſconſulti omniun[...]tutum parentem appellant. Dio [...]men Chryſoſtomus ejus narratic[...] de Trojæ excidio confutat.

Periculis, & laboribus] *Labo*[...] *& periculis*, decem. τὸ *periculis* [...] deeſt in Tertii libro.

Iſtam] Tranquillitatem.

Audivit] *Audiat*, ſeptem, & [...]tii. recte.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Cuju' ipſe &c.] Senarii jambici, ex acuvii Armorum judicio.

Ne coiret] Cum reliquis Græcis, in oncilio Græcorum: ubi actum de ello Trojanis publice inferendo.

Fide ſacratæ] Pro, *fidei ſacrata.* quod ntique dictum qui ignorarunt, *fide*, bitrati dictum eſſe auferendi caſu, *crata* in libris ſcripſerunt. Vide Allium, & exempla apud Salluſtium, me in Annotationibus collecta. Veres tamen libri omnes, aliter. Vnus, *les ſacrata.* Vnus, *fid' ſacratum.* Dem, & Tertii, *fide ſacrata.*

Cum hoſtibus] Homerus in Il.

Cum fluctibus] Homerus in Od.

Sed dimittamus] Sic ſeptem mei. *nittamus*, quatuor, & Tertii. *Obmitmus*, unus.

Fabulas] Non enim hoc de Vlixe rum putabat, nec omnia de bello tojano pro certis habebantur.

Ad rem factam, noſtramque veniaus] Sic tres mei, & Tertii. Vrſinus, *ſtraque. Ad rem, factaque veniamus*, ius. *Ad rem factam veniamus*, duo. *drem, factamque noſtram veniamus*, inque. *Ad rem noſtram, factaque eamus*, unus.

Xanthippo Lacedæmonio] Vide Polyum lib. I.

Falſam judicavit] Quæ deciperet: n utile eſſe non poſſet, quod hoſtum non eſſet.

Domi ſua] *Domui ſuæ*, unus meus, Tertii. In Phil. *Domui ſuæ.* In Tuſc. *mui alienæ.*

Quem cenſes] Sic Tertii liber. *Quæ ſes*, omnes alii. Ter. Andr. act. 5. 2. *Quid cenſes?*

Magnitudo animi] Remp. otio prio præferentis.

CAPVT XXVII.

N*Vm locupletiores quæris auctores*] Sic ſupra, *teſtis locuples* Poſidous. In Bruto, Thucydidem locuplen auctorem dicit. Ad Q. Fr. *Locustabellarius*, id eſt, cui literæ recte di poſſint. Pro Flacco, *teſtis locur.* Livius lib. IX. de Samnitibus: *nſores nos ſumus rei ſatis locupletes.* SS. *An locupletiores*, &c. alii. *Nam uplet.* male, ſed unde tamen eliciatur vera lectio, octo, & Tertii. *Non*, tres. *Num*, quo modo impreſſimus, unus. *Locupletiores auctores:* quam animi magnitudinem, & fortitudinem.

Nil extimeſcere] Magnificentius hæc dicuntur, quam verius.

Non eſſe ſe ſenatorem] *Se*, abeſt a quinque, & Tertii.

Illos enim adoleſcentes, & bonos duces] *Illos enim adoleſcentes eſſe & bonos duces*, decem, & Tertii.

Neque vero tum] Sic decem mei, & Tertii.

Exquiſita ſupplicia] Agellius lib. VI. cap. 4. Vide & D. Aug. de Civ. Dei.

Erat in meliore cauſſa] Rectius fecit, meliorem cauſſam habuit: felicior erat: ſiquidem ex honeſto felicitas provenit. Infra Q. Pompejum in eadem cum Mancino cauſſa eſſe dicit, id eſt pari ignominia.

Perjurus, & conſularis] Tò, *&*, non eſt in ullo meo, nec in Tertii.

Id cuiquam civi utile eſſe] *Civi*, abeſt a quinque meis, & Tertii. neque legitur in Nonio, in, *conducere.*

CAPVT XXVIII.

S*Ed, quia nuſquam poſſumus*, &c.] Vtilitas ubi ſit.

Iratum Iovem] Sic & Iovem iratum dicit ep. 12. lib. VII.

Non eorum modo] Epicureos intelligit. vide Lactantium Firm. libro de Ira Dei.

Et nihil exhibere alteri] Tò, *&*, abeſt a novem meis, & Tertii.

Sed eorum etiam] Stoicos, Peripateticos, Academicos intelligit.

Sibi ipſe Regulus] Sic novem mei, & Tertii.

Præverteret] Veteres omnes mei, & Tertii, *perverteret.*

Minima de malis] Debemus eligere.

Habebit] *Habeat*, unus. *Habebat*, unus. fortaſſe non male.

Apud Attium] In Atreo. Vide & Hyginum cap. 88. Sic apud Senecam in Thyeſte, Thyeſtes, impia filiorum dape ſatur,

Sceleris, inquit, *eſt aliquis modus.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Ad quæ Atreus:

Sceleri modus debetur, ubi facias ſcelus, non ubi reponas.

Quamquam ab impio rege] Præſtruit ſolutioni.

Quemadmodum] Et hæc objectio ſapit teſtimonii naturam: quaſi enim ex analogia petiverunt eam adverſarii.

CAPVT XXIX.

QVia neque iraſci ſolet] *Qui*, quinque, & Tertii. *Nec*, ſex.

Regulum] *Reguli*, unus, & Tertii.

Quod autem affirmate] *Affirmative*, quatuor. *Quod autem affirmaris, & quaſi* &c. legebat Vbaldinus.

Iram deorum, quæ nulla eſt] Vt Philoſophi omnes affirmant.

O Fides alma, apta pinnis & jusjurandum Iovis] *Apta pinnis*, fateor me non intelligere quid ſit. unus antiquus liber, *apta primis*: alius, *apta pennis*: alius, *apta premiis*: alius, *acta p'rnis*: alius Iulii Galli, *atta præcinis*. obſcura omnia. Si conjecturas e longinquo petere conſueſſem: id quod placere nonnullis video: legerem, *a qua pendet jusjurandum Iovis*. Aut dicamus, deſcriptum eſſe ab Ennio ſimulacrum Fidei almæ, ut erat in templo Capitolino, per quam jurare proximus Iupiter videbatur. Fidem non eſſe deam, tradit D. Auguſtinus de Civ. Dei, lib. IV. cap. 4.

In Capitolio] Plin. lib. XXXV. cap. 10. Plut. in Numa, Dionyſ. Halicarnaſſeus lib. II. Liv. lib. I. cap. 21. Cic. de nat. de. II.

In Catonis oratione] Cenſorium intelligit.

Certe, ſi nihil malum eſſet] Iuxta Epicureos, quibus ſummum malum eſt dolor.

Nec malum quidem eſſe] Sic omnes mei, & Tertii. unus, *ne*.

Principem reip.] Erat enim conſularis.

Nervoſius] Vt Stoici.

Remiſſius] Vt Peripatetici.

Neque do fidem] Tò *fidem*, non eſt in tribus, & Tertii.

Perſonæ] Decoro perſonæ.

Hoc ſibi ſumunt] Sic undecim, [illegible] Tertii. *Hæc*, unus. *Sibi ſumunt*: h[illegible] jus defenſionem ſuſcipiunt. Cic. [illegible] Torquatum: *Hoc mihi non ſumo.* Et [illegible] Cæcinnam: *Non ſumo*, ut, &c.

Videant, ne quæratur latebra perjur[illegible] Servanda fides etiam infideli.

Eſt autem etiam jus bell.] *Eſt au*[illegible] *jus etiam bell.* quinque, & Tertii.

Ius bellicum] De quo lib. I.

Sæpe cum hoſte ſervanda] Sic nove[illegible] & Tertii. *Conſervanda*, unus. *Cum*[illegible] *neſtate*, unus. mendoſe. Sæpe *hoſ*[illegible] ſerv. alter, mendoſe.

Mens deferentis conciperet] Tò, [illegible] *rentis*, non eſt in ullo meo vetere[illegible] bro, nec in Tertii.

Id obſervandum eſt] *Id ſervandum*[illegible] duodecim, & Tertii.

Nullum perjurium eſt] *Nullum eſt*[illegible] *jurium*, Tertii liber.

Vt, ſi prædonibus &c.] Cum e[illegible] humano generi ſemper infeſti ſint [illegible] humanum eos juvare non debet.

Perduellium] Lib. I,

Communis hoſtis omnium] Iſoc[illegible] ait milites mercenarios eſſe com[illegible] nes inimicos omnium hominum.

Cum hoc non fides] *Nec*, novem[illegible] Tertii.

Eſſè debet nec jusjurandum] D[illegible] nec jusjurandum eſſe, liber Terti[illegible]

Falſum jurare] Non ex animi[illegible] tentia.

Iuraveris] *Iuraris*, decem, &[illegible] tii.

Verbis concipitur] *Verbis concept*[illegible] *rare*, ſive *pejerare*. Varro de lin.[illegible] apud Agell. lib. VII. cap. XI. Pl[illegible] Aſin. act. 3. Feſtus in, Præjurat[illegible] Quinctil. lib. V. cap. XI. Valeriu[illegible] IV. cap. I. de Africano conſule.

Euripides] In Hippolyto: Ἡ γ[illegible] ὀμώμοχ᾽ ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος. [illegible] & hunc verſum Baſilius de ration[illegible] diorum, cap. 9. Huc faciunt ill[illegible] dippes ad Acontium, apud Ov[illegible] in epiſt.

Quid tibi nunc prodeſt, jurand[illegible]
mula juris,
Linguaque præſentem teſ[illegible]
deam?
Quæ jurat, mens eſt, nil conj[illegible]
mus: illa,
Illa fidem dictis addere ſola po[illegible]

Conſilium, prudenſque animi ſententia jurat,
Et niſi judicii vincula nulla valent.

Ius fetiale] Dionyſius lib. II. Plut. Numa, & Camillo, & Probl. Li-us lib. xxx. Agellius lib. XVI. cap. 2.

Vinctos] Sic Livius: *Progreſſi fetia- ubi ad portam venere, veſtem detrahi cis ſponſoribus jubent, manus poſt ter- vinciri.*

CAPUT XXX.

A*Pud Caudium*] Apuliæ vicum. vide Livium lib. IX.

Sub jugum miſſis] Inermes milites m ſingulis veſtimentis extra vallum ire juſſi.

Injuſſu enim populi, ſenatuſque fece-it] Livius, de hac eadem re: *In-ſu populi nego quidquam ſanciri poſſe, od populum teneat.*

Ti. Numicius] Tertii liber, Tiberius inucius, Q. Emilius. quo modo inque alii. Minicius, unus.

Ti. Numicius, Q. Melius] Livius, *Livium*, & *Q. Melium* tribunos no-nat.

Tum tribuni pl. erant] Cum actum de Samnitum pace repudianda, non n facta pax eſt. nam extra urbem e niſi per unum diem tribunis pl. n licebat. Livius lib. IX.

Hujus deditionis] De qua D. Aug. de v. D. lib. III. cap. 17. Valer. lib. v. . I. Agellius lib. XVII. cap. ult. Plut. all. cap. 6. Florus lib. I. cap. 16. O-. lib. III. cap. 15. Eutrop. lib. II. . 2. & de vir. ill.

Multis annis poſt] Poſt cxxcIII. Liu. it. LV. Plut. in Mario, Florus lib. . cap. 18. de vir. ill. cap. 59. Eutrop. . IV. cap. 3. Oroſ. lib. v. cap. 5. Au-ſt. lib. III. cap. 21. Valerius lib. II. . de Scipionis diſcipl. mil. & lib. I. . de Prodigiis. Vide & Iulium Ob-quentem.

Q. Pompejus] Qui paulo ante cum dem Numantinis æque infame fœ-s pepigit. Cic. de Fin. II. Oroſ. lib. cap. 5. Epit. Liv. xLIV. Eutrop. lib. . cap. 7.

Lex] Hanc ſupra *rogationem* nomi-vit. Agellius tamen lib. x. cap. 20. dinguit *rogationem* a *lege*.

Honeſtum ſibi] *Sibi honeſtum*, Tertii.

CAPUT XXXI.

R*Etinendos cenſuerit*] *Cenſuit*, omnes mei & Tertii.

Indicant ſacra] *Secreta*, unus. *Sacrata*, unus. *Sacratæ*, decem, & Tertii.

Notationes] *Notiones*, decem. *Notones*, unus. Et *notiones*, unus. *Nactones*, unus. *Motiones*, Tertii.

Quod is paucos ſibi dies ad dictaturam gerendam addidiſſet] Quod, occaſione bene faciendi belli ductus, obtinendi legitimum imperii tempus evaſiſſet. Valerius lib. 4. cap. *de pietate filiorum in parentes*. Legitimum autem dictaturæ tempus, ſex menſes: ex lege 12. Tabularum, apud Cic. de Leg.

Qui Torquatus poſtea eſt appellatus] *Qui poſtea eſt Torquatus app.* quattuor, & Tertii. *Qui poſtea Torq. eſt app.* quinque. *Qui poſtea Torq. app. eſt*, tres. *Torquatus*: hic poſtea filium ſuum interfici juſſit, quod præter mandatum cum hoſte conflixiſſet. Sall. Cat. Liv. lib. VIII. Val. lib. II. cap. 2. & Plut. in Parallelis.

Ruri habitare juſſiſſet] Vide Valerium lib. VI. cap. 9.

Et prima luce] *Et cum prima luce*, duodecim, & Tertii. *Et eum prima luce*, unus.

Qui illum iratum] Sic Tertii liber. recte. Reliqui, *quod*. duo, *quia*.

Surrexit e lectulo] At Livius non ait eum ſurrexiſſe e lectulo, ſed jacentem hæc dixiſſe.

Remotiſque arbitris] E cubiculo abire juſſis. Valerius.

Gladium diſtrinxit] Quem tectum attulerat. Valerius.

Niſi jusjurandum ſibi dediſſet] *Niſi in quæ ipſe concepiſſet verba juraret*. Livius. τὸ, *ſibi*, abeſt a Tertii libro.

A cauſſa deſiſtere] Τὸ, *a*, abeſt ab octo meis, & Tertii.

Miſſum fecit] Itaque non tantum patri cauſſæ dictio remiſſa eſt, ſed etiam ipſi adoleſcenti ea res honori fuit. Livius.

Gallo] *Galli*, Tertii liber. & ita recitat Nonius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Torque detracto] Sic legit Nonius. Ciceronem tamen, & Virgilium muliebri genere: Livium virili *Torquem* dixiſſe, annotavit D. Hieronymus. quod antiqui libri, qui eſt apud me, teſtimonio comprobatur. habet enim claris litteris, *Torque detracta*. Vide Q. Claudium Quadrigarium, apud A-gellium. De hoc Cic. de Fin. 1. Tuſc. 4. Sall. Catt. Val. lib. III. cap. de fort. Plut. parall. 26. de vir. ill. cap. 28. Flor. lib. I. cap. 13. Oroſ. lib. IV. cap. 6. Eutropius lib. II. cap. I. & Virg. lib. VI. & Ovid. Faſt. I.

Tertio conſulatu] Cum P. Decio Mure.

Latini] Errat Plutarchus, qui in Parall. ait hoc bello Samnitico eſſe factum.

Ad Veſerim] Livius: *Pugnatum eſt hoc procul radicibus Veſuvii montis, qua via ad Veſerim ferebat.*

Fuſi, & fugati] Sic novem, & Tertii.

Qui perindulgens in patrem, idem acerbe ſeverus in filium] Sic Tertii liber. & recte. ita autem recitat hunc locum & Nonius duobus locis, in, *indulgere*, & *in ſeverum.*

CAPVT XXXII.

SIc decem illi] Vide Agellium.

Bonus auctor] Maxime dignus, cui, aliquid narranti, fides habeatur.

Scribit] *Ait*, tres. *Scripſit*, tres.

Tunc] *Tum*, decem, & Tertii.

Revertiſſe, a ſenatu re non impetrata] *Revertiſſe dicit, re a ſenatu non impetrata*, unus. *Revertiſſe, re a ſ. non imp.* ſex. *Re a ſ. non imp. revertiſſe*, unus.

Egreſſus erat] Tò, *erat*, non eſt in quattuor, & Tertii. Septem, ord. præp.

Fraus enim diſtringit, non diſſolvit perjurium] Sic ſeptem mei, & Tertii. & recte. Contraria enim ſunt, *diſtringit*, & *diſſolvit*. & lepor eſt in ſimilitudine. *Deſtringit*, unus. *Deſtrinxit*, duo. *Diſtringuit*, duo mendoſe.

Decrevit ſenatus &c.] Aliter Agellius lib. VII. cap. 18.

Fieri potuiſſet] *Poſſet*, ſeptem me[...] & Tertii.

Atilius] Cic. de Leg. lib. I. *Acili*[...] duo mei, & Tertii.

Ille] Abeſt a duobus, & Tertii.

Perſpicuum eſt enim, quæ timido a[...]*mo*, &c.] *Perſpicuum eſt enim ea*, [...] &c. undecim, & Tertii.

Opus eſſe videret] *Videretur*, om[...] mei, & Tertii.

Non eſſe utilia, &c.] Turpia [...] ſunt utilia.

Quia ſunt] *Sint*, quinque & T[er]tii.

CAPVT XXXIII.

ANnicerii] Ab Anniceride, Pl[...]nis redemptore. de quo [...] Laertium in Ariſtippo. Vide & Sud[...] Ariſtippi auditor fuit Antipater C[...]næus, hujus Epitimides Cyrena[...] hujus Paræbates, Paræbatis Ann[ice]ris.

Viris equiſque] I. extremo con[...] Sic antiquis liber. Sic Fam. lib[...] ep. 7. & Sall. Iug. & ad Cæſ. de[...] ord. ad Q. fr. l. 3. Phil. 8. L. Flor[...] *Veris, quiſque*, duodecim, & T[...] Antea, *velis, equiſque*.

Corporis firma conſtitutione] Εὐε[...]

Spe explorata] Sic ſex, & T[...] *Sæpe explorata*, tres. *Specie explo*[...] duo. *Spem explorata*, duo. *Spe* [...] *ebe explorata*. Vrſinus ex vetere lib[...]

A Metrodoro] Athenienſi. Le[...] hoc nomen in antiqua mea inſcri[ptio]ne.

D. M
METRODORO. DE
DOMV. ERVCI. CLA
RI. BENEMERENTI
VIXIT. ANNIS
. FECIT
MATER.

An legere intelligenter voluptat[...] ſalutares noxiis, honeſtæ turpibu[...] tamen hoc tribuendum eſt Epi[...] magnæ parvis, diuturnæ brevib[...] teponantur. Quattuor mei, *in*[...]*tur*. Duo, *intelligere*. Tres, *intell*[...] Vnus, *intelligent*. Tres, *intell*[...] Tertii, *intelligitur*.

Excogitari] *Cogitari*, undecim, & rtii.

Multis in locis] In multis locis, u-s. *Multis locis*, quinque, & Tertii.

Aqua hæret, ut ajunt] Non progre-ur ejus ratio, impedimentis retine-, ut aqua.

Nam, quo modo poteſt] *Nam, qui eſt*, undecim & Tertii.

Depellentem dolores] Nam philoſo-a medetur conſternatis animis, ut Cicero.

Perpetiendique doloris] *Que*, abeſt a obus, & Tertii.

Doloris detractione fieri] *Detractio-*, omnes mei, & Tertii.

omitas] Sic legendum. ſic & Tertii er, & alii mei.

Calliphonem, & Dinomachum] De Fin. v. Tuſc. 5. Acad. IV.

Ex diſſimilibus] *Ex diſſimillimis*, nque, & Tertii.

Sed de hoc hactenus] Tò, *hactenus*, eſt a duodecim, & Tertii.

Alio loco] In libris de Finibus.

Pluribus verbis diſputata] Hæc duo trema verba, *verbis diſputata*, ab-t a decem, & Tertii. In uno ver-m *diſputata*, non legitur. In alio, *ribus dixi*. Vt facile appareat, omnia glosſemata.

Habere dicatur] *Dicitur*, unus. *Di-tur*, quattuor, & Tertii.

Perinde erit, ut acceperis] Sic Plau-: *Res perinde eſt, ut eam agas, atque gnificias.*

Quamquam tibi hi tres libri Cratippi er comm.] In quinque non legitur, *tibi*. Septem, & Tertii. *Quam-m hi tibi tres libri inter Cratippi.* mm.

Tamquam hoſpites] Plus igitur Cratippo, quam ſibi ipſi, tribuere videtur. Fam. lib. XII. ep. 16. & lib. 16. ep. 21. & horum librorum primo, ipſo initio, & initio hujuſce tertii.

De medio curſu] *E medio curſu*, undecim, & Tertii.

Me quoque] Non modo Cratippum.

Vt ſpero] Auguratur ſcilicet, quod evenit. nam proſcriptus, & interfectus eſt paullo poſt ſcriptos hos libros, M. Antonii Triumviri juſſu. Neque igitur præſens, neque abſens cum filio locutus eſt.

Te mihi quidem eſſe car.] *Te quidem mihi eſſe car.* unus. *Te eſſe mihi car.* duo. *Mihi quidem te eſſe car.* unus. *Eſſe te mihi quidem car.* unus. *Te mihi eſſe car.* duo. *Eſſe te quidem mihi car.* quinque, & Tertii. *Te eſſe equidem mihi car.* unus.

Si talibus monumentis, præceptiſque lætabere] Placere video doctis viris, *monitis*, potius, quam, *monumentis*, contra veteres omnes libros. ab his ego non libenter diſſentio: ſed libenter quoque tueor antiquitatem librorum, vel ipſam potius ſententiam Ciceronis. quem loqui video de ſuis libris, eoſque vocare monumenta, paterni ſcilicet amoris in filium: tamquam diu duraturos. in quibus quoniam præcipiuntur ea, quæ ad honeſtatem, veramque gloriam pertinent, propterea ſubjunxit, *præceptiſque*. Quaſi dicat, Si meos libros leges, eorumque præcepta ſervabis. præcepta enim monumentis ejuſmodi continentur. Vnus, *ornamentis*.

14 CÆ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

CÆLII CALCAGNINI
DISQVISITIONES
IN
I. TVLLII CICERONIS
DE OFFICIIS LIBROS.

ANTONII MAIORAGII DECISIONES XXV QVIBVS M. TVLLIVM CICERONEM AB OMNIBVS CÆLII CALCAGNINI CRIMINATIONIBVS LIBERAT.

COBI GRIFFOLI LVCINIANENSIS DEFENSIONES M. TVLLII CICERONIS CONTRA CÆLII CALCAGNINI DISQVISITIONES IN EIVS DE OFFICIIS LIBROS.

Ampliſſimo atque Illuſtriſſimo viro,

RANCISCO SFRONDATO,

Senatori, & Conſiliario Cæſaris clariſſimo,
M. Antonius Majoragius
S. P. D.

VIde quam mihi perſuaſerim, tibi grata eſſe, quæ facio omnia: & ea præcipue, quæ ad manſuetiores Muſas pertinent, quibus tu mirifice delectaris, ut cæteras tuas exi-ias ac prope divinas virtutes, hæc una laus majo-m in modum exornare videatur. Acceſſeram nuper forum, quo mihi rariſſime per occupationes meas cet accedere: cum juvenis quidam ex his, qui me ublice profitentem audiunt familiaris, ac neceſſa-us meus, mihi libellum attulit, quem nunquam an-a videram, in quo mira quædam ſe legiſſe dicebat, ante eum diem inaudita: nempe Ciceronem in Of-ciis quinque & viginti locis a Cælio Calcagnino no-tum, & reprehenſum. Ego qui Ciceronem ab eunte adoleſcentia ſemper feci plurimi, & cum cæ-ra fere omnia, tum illud præſertim opus de Officiis gendo & interpretando pene contrivi, cœpi ridere Iomi illius inſaniam, qui in tam eleganti & venuſto orpore ſperaret aliquid invenire ſe poſſe, quod juſte epræhenderet. Sed tamen ea mihi legenda quæ no-averat exiſtimavi, ut ſiquid eſſet argute dictum, tque ingenioſe excogitatum, laudarem hominis acu-nen & ingenium, temeritatem improbarem. Non nim mihi perſuadere poteram, in tam præclaro pere reprehenſione dignum quicquam inveniri: nec as eſſe ducebam, hanc maculam in Ciceroniano no-

mine

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

mine diutius inſidere, atque inveterare. Quamobre[m] eo animo derepente libellum arripui, ut ab injuſ[ta] (ſi fieri poſſet) accuſatione patrem eloquentiæ liber[a]rem. Quod certe Muſis approbantibus ſatis felicit[er] effeciſſe mihi videor. Nam quamvis eſſent multa ta[m] ingenioſe, atque acute excogitata, ut non tantu[m] probabilia, ſed etiam vera viderentur, eis præſerti[m] qui Dialecticis imbuti non ſunt: ego tamen omn[ia] tam facile defendi, & rectiſſime dicta probavi, ut nemine ſit amplius dubitandum. Quam lucubratiu[n]culam meam tibi dicandam eſſe cenſui: vel quod [te] ſemper Ciceroniani nominis amatorem & ſtudioſu[m] fuiſſe cognovi, ut tibi gratiſſima hæc ſedulitas m[ea] ſit futura: vel quod ego neminem habeo, quem m[a]gis quam te ſperem aliquando ſtudiorum meoru[m] fautorem atque amplificatorem fore. Nam ex quo [pri]mum te cognovi, ſemper erga me magnopere propenſa[m] atque inclinatam voluntatem tuam animadverti. Qua[m] ſpem & cogitationem de te meam auxit vir clariſſim[us] Franciſcus Craſſus: qui cum non ita pridem Medi[o]lanum revertiſſet, ab ea Senarum adminiſtration[e], in qua tantam dignitatem & gloriam conſecutus e[ſt], de animo tuo, & de ſermonibus, quos de me fr[e]quenter haberes, mihi narravit. Maxime vero co[n]firmatus ſum, poſtquam tu Mediolanum proxime r[e]verſus, me tam humaniter excepiſti, cum ad te v[e]niſſem ſalutandum, & tam familiariter mecum ſerm[o]nes contuliſti. Itaque ſim ingratiſſimus, niſi te ſup[ra] mortales omnes colam, atque obſervem, cum præ[ſ]ertim tantæ ſint ingenii tui ſuavitates, tantæ dote[s], de quibus dabitur aliquando mihi copioſe tractan[di] facultas. eſt enim magnus laudum tuarum campu[s], in quo exultare facile poſſit oratio. Nunc a te qu[æ]ſo ut attente bonaque cum venia Deciſiones has me[as], quibus Ciceronem a Calcagnini criminibus liber[o]

, perlegas: quæ (ut ſpero ac opto) tibi gratæ e-nt, ac jucundæ. Vale. Ex ædibus noſtris VIII. Idus l. M. D. XLIII.

PRÆFATIO
AD LECTORES.

ETſi mihi non dubium eſt, quin iis omnibus, qui Cicerone duce ſperant aliquando ſummum eloquentiæ faſtigium attingere, jampridem ſit ita perſuaſum, M. Tullium Ciceronem in omni ctrinæ genere tantum excelluiſſe, ut poſt homines natos llus unquam fuerit apud Latinos, qui, non dicam cum certare, ſed ne quidem ejus veſtigia longo intervallo pre-ere potuiſſe videatur. Tamen cum videam hoc tempore, o liberaliſſimarum artium ſtudia maxime vigent, non-llorum hominum ineptiſſimorum tantam eſſe audaciam, procaci lingua ſua divini oratoris manes vexare, & in-ſtari non dubitent: facere non potui, quin hanc cauſam m gravem, tam illuſtrem, tam honeſtam ſuſciperem: a maledicis conviciatoribus Ciceronis autoritatem defen-erem. Nihil enim video in quo poſſim ego, aut utilius in ac ætate mea juvenili ſtylum exercere, aut bonarum lite-rum amatoribus magis gratificari, aut denique facilius udem aliquam & gloriam, quam optimus quiſque expe-t, mihi parare, quam ſi refellendis maledicorum crimi-ationibus, omnis eloquentiæ parentem Ciceronem iniquiſ-me doceam accuſari. Etenim ſi Cælius Calcagninus, vir licujus in literis nominis, quicum mihi primo congredi ertum eſt, & alii nonnulli magnæ ſibi laudi futurum & loriæ ſperarunt, ſi contra Ciceronem aliquid veriſimile poſ-ent excogitare: quanto mihi glorioſius, ac laudabilius rit, ſi recte patrocinatus ei fuero, quem omnes, dum vi-veret,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

veret, ſibi patronum adeſſe cupiebant? At dicet fort quiſpiam, Quis tu es? aut unde tibi tantum virium, hoc oneris aut facile ſubire ſolus, aut commode ſuſtin poſſis? Ego vero ſi ejus autoris, quem defendo, dign atque amplitudo ſpectetur, fateor huic cauſæ me non neum patronum exiſtere. Quis enim recte poſſit Ciceri excellentiam ac laudes enarrare, niſi ſi iterum ipſe re viſcat Cicero? Sed ſiquis cauſæ facilitatem ſpectare vo rit, intelliget profecto non modo me, qui jam longo ſtu ac labore nonnullos in diſciplinis progreſſus feci: ſed qu libet pene dicam imperitum hominem, qui primoribus ajunt) labris literas deguſtarit, hanc cauſam defend ac tueri poſſe: cum præſertim innumerabiles pene advo tos, qui Ciceroni faveant, atque infinitos ſententiæ ſubſcriptores ſine dubio ſim habiturus. Nam quis hoc t pore Ciceronem non diligit? quis non admiratur? quis omni ratione defendendum putat? Huc accedit id, q maximum eſt, & in omni cauſa ſemper plurimum val nam ea quæ Ciceroni objiciuntur, tametſi argui ſuſpic poſſunt, tamen omnino falſa ſunt omnia. ut non vere quin facile ſubmotis falſitatis tenebris ipſa per ſe veritas cl ceſcat. Illud præterea mihi non mediocre calcar addidit hanc provinciam ſuſcipiendam, quod animadverti pa admodum adverſarios eſſe, eoſque leves ac fugaces, ut hoſtes legitimi, ſed ſicarii potius, ac prædones eſſe vide tur, qui non cominus certare audeant, ſed ex inſidiis gredi, & vibrato jaculo Parthorum more fugere ſole Verum hoc tempore certum eſt, eos prætermittere, qui tam audaces ac temerarii fuerunt, timideque, ac pa Ciceronem accuſarunt. Unus mihi omnium audaciſſi Cælius Calcagninus arripiendus eſt, cujus maledictis reſp deam, quem inſecter, cujus imperitiam notam omn efficiam, quem eruditis viris deridendum propinem. enim in uno de Officiis opere, quinque & viginti locis ceronem annotavit: Sed ita, (ut paulo poſt aperte de

ra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

(..bo) ut pleraque eorum, quæ tanquam errata reprehen-
t, ipſe non intelligat. Hujus igitur hominis loquacitatem,
neſtis ac veris rationibus reprimendam eſſe cenſui: ne
rte cæteri ejuſdem generis literatores, audaciores ad de-
ahendum bonis autoribus fierent, ſi tantam hic impune
tulantiam tuliſſet. Quam quidem meam operam, ac la-
rem, ſpero bonis omnibus gratiſſimam ac jucundiſſimam
turam: vobiſque in primis, qui tantum jam profeciſtis
literis, ut admirabilem, ac divinam Ciceronis intelli-
ntiam & doctrinam agnoſcatis. Illud enim mihi perſua-
m eſt, non poſſe Ciceronem ab eis non vehementer amari,
i ſingulares ejus virtutes intelligunt. Vos igitur omnes Ci-
roniani nominis amatores mihi patronos ac defenſores paro.
os exploratum habeo, nullo unquam tempore mihi defu-
ros, veſtra fide ſapientiaque fretus hoc onus ſuſtuli. quod
vos aliqua ex parte allevabitis, erit omnino mihi leve &
oriosum. neque dubito quin unuſquiſque veſtrum libentiſ-
ne cauſæ meæ patrocinaturus ſit. Ergo quicunque eſtis
iique, quibus valde placet Cicero, deciſiones has meas
bis approbandas ac defendendas exiſtimate. Ex hoc fore
nc numero quem ego mortalium omnium plurimi facio
vinum hominem Sfrondatum certo ſcio. qui cum rerum
æclariſſime geſtarum gloria tantum excellat, ut Carolo
into Imperatori ſemper Auguſto, & utiliſſimus & gra-
ſſimus ſit: tamen bonis literis adeo mirifice delectatur,
nemo propius ad venerandam illam, M. Tullii maje-
atem, vel dicendo, vel ſcribendo videatur accedere. Ex
oc numero modeſtiſſimus & clariſſimus vir Franciſcus
raſſus, Senator: cujus ab ore melle dulciorem fluere ſo-
um his auribus audivi, quo tempore in fano religioſiſſimo
Mediolani ſumma cum audientium omnium admiratio-
e coram Cæſare graviſſimam illam & ſplendidiſſimam ora-
onem habuit. Ex hoc Alciatus noſter, totius orbis decus,
ui cum Iuris prudentia cæteris omnibus antecellat, tum
ero eloquentia tanta eſt, ut ad eum audiendum undi-
que

que populi confluant, ac nationes: multi præterea ex a-
noſtro Mediolanenſi, quos hoc tempore, ne nimis lon-
ſumatur oratio, prætermittam. Quot deinde in cæteris I-
liæ partibus? quot in Gallia? quot in Germania? quot
Hiſpania reperiuntur, qui Ciceronis amantiſſimi ſunt,
ſtudioſiſſimi? His igitur omnibus non ſolum gratam &
cundam, ſed etiam patrocinio ſuo dignam viſum iri d-
gentiam meam certum habeo. Quare age tanto vallati p-
ſidio, jam tandem firmo, & conſtanti animo Calcag-
num iſtum aggrediamur.

M. TVLLII CICERONI

DEFENSIONES

contra

CÆLII CALCAGNIN

DISQVISITIONES IN EIVS OFFICIA,

Per Iacobum Griſolum Lucinianenſem, ad Illuſtri-
mum Aloyſium Cornelium, magnum
Commendatarium Cypri.

*Magna fuit Illuſtriſſime Commendatarie C-
Calcagnini exiſtimatio, magna viget ob-
ram in omni diſciplina eruditionem eju-
minis auctoritas. quare cum ejus diſquiſi-
nes in officia Ciceronis in manus meas pe-
niſſent, admiratus eas legi quam diligentiſſime. cum e-
ad hanc ætatem præclariſſimum illud opus aut omnes
admirati, aut fruſtra quidam ex eo neſcio quæ reprehe-
re conati; exiſtimabam in eo nihil omnino eſſe, quod*

a-

uratiſſime ſcriptum videretur. verum tanti viri nomen, teor, me commovit, ac ſtatim in eam mentem impulit, putarem, quæ vitia ab aliis deprehenſa non fuiſſent, us acerrimum ingenium fugere nequaquam potuiſſe. amobrem diſquiſitiones ejus legi, ut dixi, quam dili-tiſſime; ut ſi quo in errore verſarer, eum mihi Cælius eret. verum cum nihil mihi videretur occurriſſe, in quo Tullius convinceretur, exiſtimavi, ut ex me tu ſæpius diſti, doctiſſimum illum virum, ut ratio diſquiſitionis ulat, contra M. Tullium diſputaſſe, ut eo nomine do-rum ingenia excitaret, qui cauſam ejus ſuſcipientes, quæ videbantur ambigua, ea diſputando facerent perſpicua, re tu mecum agere cœpiſti, ut, quoniam ita voluiſſe lium exiſtimarem, ingenium graviſſimi ſcriptoris, & de ere humano tam bene meriti ſarctum, tectum ab omni umnia conſervarem. ego vero qui nullum officium æque hi neceſſarium eſſe duco, quam obſequi voluntati tuæ, perii tui potius, quam imbecillitatis meæ ratione habita di operam quam potui diligentiſſimam, nequid ineſſe vi-in illis libris videretur, quorum præceptis adeo vitam um conformaſti, ut quicquid de eis detrahatur de mo-us plane tuis detrahi videatur. ſed jam cum Cælio agen-m eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

M. ANTONII MAIORAGI

DECISIONES VIGINTI QVINQVE,

Quibus M. Tullium Ciceronem ab omnibus Cælii Calcagnini criminationibus liberat.

SI te magnam dicendi facultatem ſtudio diſciplina comparatam habere viderem C cagnine, ut eleganti verborum ſplendo & ſententiarum gravitate, locutionem ornare, & Ciceronianam dicendi majeſtatem alic ex parte referre videreris: omnino te ingrati ani atque ipſa malitia jejuni, accuſandum ac damnand eſſe cenſerem, quod eum eloquentiæ magiſtrum, ſuaviſſimæ dictionis artificem, per quem egregie p feciſſes, tam perfidioſe ac nefarie ſine cauſa vi perandum atque inſimulandum ignorantiæ nom ſuſcepiſſes. Erumpet enim ex me vera vox, & cam aperte quod ſentio, ut volet quiſque accip Ego non aliunde judico, quam ab uno Cicero Latini ſermonis candorem atque elegantiam com rari poſſe. Sed cum a Romanæ dictionis propri te, & caſtimonia, loquendi genus tuum tam a num eſſe videam, ut alium potius quemvis autore quam eum in quo totas vires ſuas experta eſt eloqu tia, legiſſe videaris: non jam te ingrati animi, temeritatis, & audaciæ potius condemnandum judico. Nam quid magis audax, aut temerarium ſe poteſt, quam te hominem vulgaris, ut res declarat, eruditionis de Cicerone judicium ferre luiſſe? cujus admirabilem eloquentiam, incred

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

m ſcientiam, divinam intelligentiam ne primori-
is quidem (ut dici ſolet) labris deguſtaris? Poterat
: ſane conſenſus omnium eruditorum uno ore Cice-
nem approbantium ab improbitate tanta revocare:
oterat te revocare de Ciceronis eminentiſſima ſcien-
, ſingulari judicio, admirabili rerum omnium
gnitione, confirmata tot jam ſeculis opinio. Sed
mirum immoderata quædam atque inanis aucupan-
e gloriæ cupiditas, quæ ſæpenumero ſapientiores
iam homines facile tranſverſos rapit, tuum pectus
illavit. Credebas enim (ut opinor) futurum, ut per
nc improbandi tam egregii autoris occaſionem,
men tuum diſſeminaretur in orbis terræ memo-
am ſempiternam. Verum iſta tua tam effrænata
loriæ cupiditas te omnino fruſtrata eſt. Nam ſiquid
ud eruditos homines, quæ ſemper plurimum po-
it, hoc etiam tempore veritas poteſt, efficiam pro-
cto hodie, ut omnes intelligant, te nullum peni-
is in iis rebus, in quibus Ciceronem accuſas, ha-
uiſſe judicium. At etiam, ſi Diis placet, Albertum
eſcio quem, virum credo bonum & eruditum, tibi
itronum ac defenſorem paras: perinde quaſi poſſit
iquis diutius tueri falſitatem, ac non ipſa per ſe ve-
tas eluceſcat: aut ſi Albertus ille tuus aliqua polleat
ruditione, non ſit una mecum temeritatem tuam
nprobaturus. Nam quanto rectius a te factum eſ-
t, ſi quæ fortaſſe non intelligebas, aut de quibus
liquo modo dubitabas, ea cum Ciceronianæ Philo-
phiæ ſtudioſis aliquibus communicaſſes? Facile eſt
amnare quæ non intelligimus: ſed hæc imperito-
um conſuetudo. Turpe eſt autem homini literato
am facile contra jam omnium conſenſu probatos au-
ores, & tam temere verba facere. Nam e duobus
lterum omnino neceſſe eſt, ut aut cæteros omnes,
ui jampridem in manibus opera Ciceronis habuerunt,

imperitiæ condemnes, quod hos (ut tu appellas) e
rores non adverterint. Te vero unum ſcilicet omniu
ingenioſiſſimum, & perſpicaciſſimum credas, q
tanquam lynceus quidam ea videas, quæ cæteri nu
quam videre potuerunt: aut ſi cæteri nonnihil e
roris ſubeſſe cognoverunt, neque tamen improb
runt, te omnium audaciſſimum profitearis. Qu
utrunque ſane & vitioſiſſimum eſt, & intolerabi
arrogantiæ. Omnino vel hujus, vel illius vitii cu
pam ſubire tibi neceſſe eſt. Vtrum mavis elige. Quam
vis ego te & accuſandum, & damnandum utroq
crimine ſtatuo. Primo, quia tantam tibi ſcient
perſuaſionem inducis, ut omnium judicio tuum j
dicium anteponas: quod ſummæ eſt arroganti
Deinde, quia totius eloquentiæ parentem nefarie
parricidioſe, ſine cauſa laceras: quod incredib
eſt audaciæ. Sed jam ad Diſquiſitiones tuas ven
mus, & ſingulatim omnes diligentiſſime perpend
mus, atque examinemus, ut notum fiat omnibu
quam inſulſe atque invita Minerva Ciceronis p
pugnatrice ac patrona divinum hoc opus de Offic
carpendo, Deum oratorum imperitiæ condemna
volueris.

DISQVISITIONES
aliquot in libros Officiorum
M. TVLLII CICERONIS,
CÆLIO CALCAGNINO AVTORE.

Diſquiſitio prima.

PRimo mihi titulus non plane ſatisfacit, *de Officiis.* nam plenius atque uberius De Officio exiſtimaſſem, ſicuti & Panætius inſcripſit περὶ τοῦ καθήκοντος. Nec me fallit, Ciceronem libro decimoſexto epiſtolarum ad Atticum ex profeſſo hanc inſcriptionem magis probaſſe, ceu pleniorem. Sed ſuæ ſententiæ nullam rationem affert. ...re nulla eum alia cauſa motum ad titulum immutandum arbi...r, quam ut a Panætio evariaret, cui palam reclamat: quo jure, ...ve injuria ſe illi offerat occaſio. Quare quum in univerſum de eo ...od ad hominem pertinet, quodque agi deceat in omni vitæ gene... his libris pertractet Cicero: non autem ad aliquarum perſona...n officia & functiones ſe obſtringat: multo plenius eſt, multo... latius propoſitum Ciceronis complectitur officium, quam of...a. Sicut de ſitu terræ, quam terrarum, libentius Geographicos ...os inſcripſerim, ſic de imperatoris officio rectius liber inſcriba..., quam imperatorum, in quo in univerſum præſcribatur, quid ...perator agere debeat, & qua ratione imperatoriam poteſtatem ...miniſtret. Contra, vitas imperatorum, & de imperatoribus com...ntarios nuncupaverim, quibus non omnium, ſed aliquorum ...ta comprehendam. Sunt enim nonnulla verba, quæ in numero ...tatis uberius quid ſignificent, quam in numero multitudinis. Ad ... exemplum titulum quoque *De Finibus Bonorum & Malorum* ...mutavit, quem Zeno περὶ τέλους, mea quidem ſententia multo ...mmodius inſcripſerat, ipſo etiam Cicerone aſſertore, qui in ter... de Finibus inquit: Quum enim hoc ſit extremum, ſentis enim ...do, me jamdiu quod τέλος Græci dicunt, id dicere tum extre...um, tum ultimum, tum ſummum: licebit enim finem pro ex...mo aut ultimo dicere. Quum ergo hoc ſit extremum, congruen... naturæ convenienterque vivere, neceſſario ſequitur, omnes ſa...ntes ſemper feliciter, abſolute, fortunate vivere, nulla re im...diri, nulla prohiberi, nulla egere.

M. Ant. Majoragii Deciſio prima.

PRimo tibi titulus (ut ais) non ſatisfacit: Magna vero cauſa, quæ te ad ſuſcipiendum cum Cicerone certamen impulerit, quod ti-

bi titulus non ſatisfaciat. At plurimum & ingenioſiſſimis & eru-
tiſſimis viris, qui ante te fuerunt, ſatisfecit: quorum nemo
unquam, qui hanc inſcriptionem improbaret: niſi forte Plinio
præferendum exiſtimas, qui in præfatione Naturalis hiſtoriæ ti-
lum hunc agnoſcit, cum Ciceronem de Officiis Panætium ſecut
fuiſſe ſcribit. Quæ volumina (inquit) ejus ediſcenda, non modo
manibus habenda quotidie noſti. Ecce quantopere Plinius hoc o
de Officiis commendat, quod tu quodam in loco, in iſtis diſqu
tionibus tuis, tanquam ſterile, jejunum, & mutilum vitupe
Sed fuerint ſane cæci tot ſummi viri, qui & noſtra & majorum noſ
rum memoria floruerunt: non adverterint hunc Ciceronis (ut tu
dis) errorem. Videamus quid tu, videlicet vir ingenioſus, & C
ronianorum operum Ariſtarchus ſentias. Profer in medium, qua
rationes iſtas, quibus hanc de Officiis inſcriptionem vituperes.
nius, inquis, atque uberius de Officio, exiſtimaſſem: ſicuti &
nætius inſcripſit, περὶ τοῦ καθήκοντος. En cauſam quare a Calca
no neſcio quo parens eloquentiæ Romanæ Cicero reprehenda
Revocas igitur nos omnes Ciceronis ſtudioſos ad ſententiam tu
& poſtulas, ut tibi tanquam Apollini cuipiam Delphico credan
plenius atque uberius de Officio eſſe, quam de Officiis? Sed de
paulo poſt; illud nunc a te peto, unde Panætii libros ipſe habu
ex quibus intelligeres, eos de Officio, non de Officiis eſſe inſcrip
Equidem exiſtimo, nullum hoc tempore Panætii ſcriptum ext
ſed legeris apud aliquem autorem titulum hunc: Sic enim ad A
cum ſcribit Cicero: Nos hic φιλοσοφοῦμεθα, quid enim aliud
τὰ περὶ τοῦ καθήκοντος magnifice explicamus προσφωνοῦμέν que C
roni. qua de re enim potius pater filio? Inſcripſerit etiam ita Pa
tius ſuum opus, (vide quid tibi largiar, quod ſi negem, probare
poſſis) num iccirco neceſſe fuit Ciceroni verbum e verbo redd
cum præſertim fateatur ipſemet, ſe Stoicos in hoc opere potiſſim
ſequi, non ut interpretem, ſed ut ſolemus (inquit) e fontibus
rum judicio arbitrioque noſtro, quantum, quoque modo videb
hauriemus. Vult igitur uti judicio, arbitrioque ſuo Cicero,
Panætium in omnibus ſequi: neque fuit ea cauſa mutandi ti
quam tu frigide ſane, atque inepte objicis, ut a Panætio vari
Sed quoniam utriuſque linguæ peritiſſimus fuit, & hanc inſcri
nem, ut eſt, ita meliorem, ac magis propriam exiſtimavit:
ipſe ſcribens ad Atticum in quadam epiſtola docet his verbis: *Quo
inſcriptione quæris, non dubito quin* τὸ καθῆκον *Officium ſit, niſi
tu aliter:* ſed inſcriptio plenior, de Officiis. Nam quæ fuiſſet C
ronis amentia cum intelligeret, ut tu vis, melius eſſe, de Offi
quam de Officiis, librum ſuum inſcribere, ſi maluiſſet errare, q
cum Panætio bene ſentire? Sed tu nimirum cum nugatoriam cau
ſuſceperis, mavis ſine ratione garrire, quam prudenter tacere.
enim linguarum proprietates intelligere videris: nam eleganter
Græce dicitur, περὶ τοῦ καθήκοντος. quod ſiquis per majorem nu

m enuntiet hoc modo, περὶ τῶ καθηκόντων, priorem illam venu-
tem amittat. Contra titulum iſtum tuum de Officio, vix Latinæ
res patiuntur: niſi fortaſſe aliquid addatur aliud, quod ad pro-
iam aliquam artem pertineat: ut, de Imperatoris officio, de offi-
Medici: quibus tu exemplis, mentis noſtræ aciem præſtringere
naris. perinde quaſi ſit idem, de officio Imperatoris: &, de Offi-
, ſimpliciter. Quod ſi Dialecticis imbutus eſſes, non ita certe
pſum atque imperitos homines deciperes. Plurimum enim intereſt
t in Elenchis docet Ariſtoteles) cum additione aliquid proferre,
que illud idem ſine additione. Sed hæc relinquamus, quæ tu for-
ſſe non intelligis. Illud videamus: quod ais, nonnulla eſſe verba,
æ in numero unius uberius quid ſignificant, quam in numero mul-
udinis: in quorum numero nos Officium non ponimus. Nam
iam ridicula eſt hæc apud intelligentes argumentatio? Nonnulla
nt nomina, quæ cum ſingulari numero proferuntur, plenius ſigni-
catum habent, quam ſi eadem illa per numerum communem enun-
s: ergo Officium eſt hujuſmodi. Hoc enim quod concludis, te
robare oportebat, quod non facis. Vbi quæſo reperiſti, plus eſſe
fficium, quam Officia? Sed addis aliud non minus ineptum, nec
inus ridiculum enthymema, quod ita conformari poteſt: Melius
t inſcribere Geographicos libros de ſitu Terræ, quam Terrarum:
go Cicero libros ſuos de Officio, non de Officiis appellare debuit.
ihilne te pudet hominem (ut audivi) peritum, & magni nominis,
a argumentari? Vbi eſt acumen tuum? Hæcne tibi videntur eſſe
onſectaria? non hercle magis, quam ſiquis ita colligat, Mundus
rovidentia regitur, ergo reſpirant ſub aqua piſces. At tu tibi places
a (ut ita dicam) obratiocinatione, audeſque titulum etiam de Fini-
us bonorum & malorum reprehendere, quem Zeno περὶ τέλυς
ommodius, ut tu exiſtimas, appoſuerat: arguiſque mutatum eſſe
Cicerone. Sed dic mihi, num in libris de Finibus bonorum & ma-
orum, ita Zenonem imitatur Cicero, ſicut de Officiis Panætium?
Qui poteſt (inquis) cum in eis omnium fere Philoſophorum ſenten-
as de finibus perſcrutetur? Cur igitur eum titulum ad hanc cenſu-
am revocas, cum longe ſit diverſa ratio? quaſi vero de uno tan-
um fine locutus ſit, ac non collegerit, quicquid ab antiquis Philo-
ophis ſuper ea re dictum fuerat. Inſcripſerit igitur bene Zeno, qui
nicum beatæ vitæ finem, nempe Honeſtatem ſtatuebat: num ideo
oges exemplo Zenonis Ciceronem de Fine boni & mali libros ſuos
nſcribere, in quibus Philoſophorum pene omnium opiniones pro-
ſequitur? Sed ad priorem quæſtionem revertamur. Dico rectiſſime
de Officiis, hoc opus inſcriptum eſſe: peſſime fieri, ſi de Officio,
quemadmodum tu vis, inſcribatur. Nam ſi de arte aliqua ſpeciatim
tractaret, aut de aliquo ordine, melius fortaſſe de Officio, quam
de Officiis inſcripſiſſet: ut de Conſulis Officio, de Prætoris Officio,
atque ita de reliquis. Sed cum omnem artem, omnem ætatem,
omnem ordinem, omne denique genus hominum his libris com-

m 4 pre-

prehenderit, & officii ſui ſingulos admonuerit, neceſſe fuit, u Latine loqui volebat, de Officiis, non de Officio titulum appo- ret. Nulla fuit ergo cauſa, cur inſcriptionem hanc damnares: quia ſperaſti, quemadmodum initio diximus, per hanc occaſion fieri poſſe, ut vulgo innoteſceres, ſi de Ciceronis fama detraxiſſ. Non enim te fugiebat (ut arbitror) hos fere libros, in quibus de m ribus tractatur, apud bonos autores & Latinos, & Græcos num majoris inſcriptionem habere. Sic Plato, cum libros ſuos, de Re blica poſſet inſcribere, περὶ πολιτείας: maluit tamen περὶ πολιτει Sic Ariſtoteles non ἠθικῆς, ſed ἠθικῶν, neque πολιτικῆς, ſed πο τικῶν, neque οἰκονομικῆς, ſed οἰκονομικῶν inſcripſit. Quæ cum ſint, neſcio quæ te tanta maledicendi cupiditas obcæcarit, ut h tam aperta non videres. Sed jam ad reliquas diſquiſitiones tuas niamus.

Iacobus Grifolus ad primam Cælii Calcagnini diſquiſitionem.

CÆlio titulus de officio, quam de officiis plenior videtur. itac cum M. Tull. ſcribat ad Atticum pleniorem ſibi videri inſc ptionem ſuam, nec rationem tamen ullam afferat, exiſtimat Cæl cum ambitione quadam, vel potius livore, inſcriptionem Pana περὶ τοῦ καθήκοντος, hoc eſt de communi officio immutaſſe. qu id eum feciſſe putat, ut a Panætio evariaret, cui palam eum rec mare ait, quo jure, quave injuria ſe illi offerat occaſio. nunc ob cro te, ut æquo mihi animo concedas eam libertatem agendi cu Cælio, quam ille contra M. Tull. ſibi ſumpſit, cum præſertim n ceſſarium plerunque ſit, defenſionem ad accuſationis rationem a commodare. quanquam perficiam ut multo magis Cælius modeſti ſuæ, quam ego meæ, oblitus eſſe videatur. quem ſtatim in Cicer nem velut imperitum aliquem, atque adeo malignum invaſiſſe des. itaque cum rationem nullam afferat, cur inſcriptionem Panæ immutaſſet, invidia motum illum exiſtimat. itane vero? ration afferre Cicero non potuit, cur ita ſentiret? nec humanius ejus ſe tentiam Cælius interpretari potuiſſet? aut ſaltem diligentius inveſ gare qua vir doctiſſimus ratione deduceretur? Quanto modeſtiu quantoque gravius Ioannes Baptiſta Egnatius vir in omni diſcipli clarus ipſius Ciceronis auctoritati de hac inſcriptione acquieſcendu eſſe ſtatuit. cujus quidem judicium cum in cæteris omnibus, tum his libris quos ille in primis admiratur, ego ſecutus ſpero me co ſecuturum, ut omnes fateantur rectum Ciceronis judicium fuiſſe, prius viderimus, quibus argumentis Cæl. confirmet officium lati propoſitum Ciceronis, quam officia complecti. Cum inquit unive ſum de eo, quod ad hominem pertinet, quodque agi decet in om vitæ genere his libris pertractet Cicero, non autem ad aliquaru

pe

rſonarum officia, & functiones obliget, multo plenius eſt, mulque latius propoſitum Ciceronis complectitur officium, quam ofia. hæc ſunt verba Cælii, quæ primum non ſatis inter ſe videntur nſentire. aliud eſt enim quod ad hominem univerſe pertinet, aliud od agi decet in omni vitæ genere: illud enim ad ſpeciem ipſam peret, quæ omnes homines complectitur, & facit ut omnes unum t. atque idem eſt univerſale, & omnibus commune. hoc autem diverſa genera, & diverſæ fortunæ, & ſortis homines referenm eſt: ut ad privatos, ad magiſtratus, ad imperatores, ad ſenares, & ad alios, quorum omnium diverſa eſt vitæ ratio, & diſa ſint officia neceſſe eſt. de quibus in his libris M. Tullius tracta. quod ſi tantum quæ ad omnes homines, ut ille ſcribit, ad uniſum genus hominum pertinent, tractare voluiſſet, rectius omni de officio, quam de officiis inſcripſiſſet libros ſuos. cum autem æ cives, quæ peregrini, quæque diverſorum ſint officia, velit ibere, non video cum ſint tam diſſimilia, & ad homines ſpectent eo diſſimiles, quo modo plenior ſit inſcriptio de officio, quam de iciis; nam quod ad aliquarum perſonarum officia ſe non obſtrint, fateor, non enim de Catonis officio, aut Lælii ſcribere contuit, verum ſenatoris, & hominum variarum conditionum, quam non iidem poſſunt eſſe gradus officiorum: quæ cum tam multa t, & tam varia, ut quod uni generi conveniat, ab altero prorſus horreat, uno tamen tractatu volens omnia complecti, de offis maluit ſuum opus inſcribere, quam de officio. & hæc eſt ea ra, ni fallor, quam Attico ſcribere tanquam notiſſimam omiſit: n, ut Cælius exiſtimat, ut cum Panætio bellum gereret. quem idem tantum abeſt, ut oppugnet, ut etiam ſæpe defendat, & lau, ut in tertio offic. ubi ſic ait: *Ac primum Panætius in hoc loco ſendendus eſt, quod non utilia cum honeſtis pugnare dixit aliquando e (neque enim ei fas erat) ſed ea, quæ viderentur utilia, & quæ uuntur.* rurſus in eodem inquit. *qui autem omnia metiuntur emomentis, & commodis, neque volunt ea præponderari honeſtate, hi nt in deliberando honeſtum cum eo, quod utile putant, compara-* boni viri non ſolent. itaque exiſtimo Panætium, cum dixerit mines ſolere, in hac comparatione dubitare, hoc ipſum ſenſiſſe, od dixerit ſolere modo, non etiam oportere. defendit igitur eum ero, eum defendi patet, nec ullum omittit laudandi tempus. are in ſecundo: *Iudicis*, ait, *eſt ſemper in cauſis verum ſequi, roni nonnunquam veriſimile, etiam ſi minus ſit verum, defende-* quod ſcribere, præſertim cum de philoſophia ſcriberem, non lerem, niſi idem placeret Panætio Stoicorum graviſſimo. hic quod rehendi jure poſſet, Panætii tamen autoritate probat. quem etiam aviſſimum Stoicorum appellat. nec ita multo poſt inquit theatra, ticus, nova templa verecundius reprehendo propter Pompejum. doctiſſimi non probant, ut & hic ipſe Panætius, quem multum his libris ſecutus ſum, non interpretatus. hic non ſolum in doctiſ-

ſimis numerat, verum teſtatur ſe multum in iis libris Panætium
cutum eſſe, id quod minime feciſſet, ſi ejus laudem, & glori
voluiſſet imminuere. in calce vero tertii libri de Fin. ita de Pana
ſcriptum reliquit. *Quam illorum triſtitiam, atque aſperitatem*
giens Panætius, nec acerbitatem ſententiarum, nec diſſerendi ſp
probavit. fuitque in altero genere mitior, in altero illuſtrior, ſ
perque habuit in ore Platonem, Ariſtotelem, Xenocratem, Theoph
ſtum, Dicæarchum, ut ipſius ſcripta declarant. jam vides quam ju
Ciceronis invidiam, aut iniquitatem Cælius accuſet. ſed eo jam v
tum eſt, ut ne liberum quidem ſit ſcriptoribus, quo libeat titulo
ullius malevolentiæ ſuſpitione ſuos libros inſcribere. at quando
Cælius hoc ſumit, ut tam libere Ciceronis judicium reprehendat,
mioribus argumentis id fieri oportuit. nam Cælii ſimilitudines
rum ſunt rei ſimiles, cum qua conferuntur. multo enim plenius
quit, multoque latius Ciceronis propoſitum complectitur officiu
quam officia, ſicut de ſitu terræ, quam terrarum libentius geo
phicos meos inſcripſerim. ſic de Imperatoris officio rectius inſcr
tur, quam Imperatorum. in quo univerſum præſcribatur,
Imperator agere debeat, & qua ratione Imperatoriam poteſta
adminiſtret. at in quonam terra, quæ eſt una, & unum corp
ac unum elementum, ſimilis eſt officio, quod eſt tam varium
tam multiplex? in quonam Imperator, qui unus eſt tantum di
tatis gradus ad omnes pertinens Imperatores? ſatis ſpero ſupe
multa eſſe genera officiorum declaratum, quæ uni convenire n
ratione poſſunt. at nullum eſt officium Imperatoris, quod no
omnium Imperatorum, nec terra, cum una ſit, plures ſitus, q
unum poteſt habere. quare de ſitu terræ, & non de ſitibus te
rum, itemque de officio Imperatoris, & non de officiis Imper
rum ipſe quoque meos libros inſcripſerim. contra vero de of
hominum, & non de hominis officio. ſed video jamdudum in
verſetur Cælius errore, ad id enim reſpicit, quod omnes ſunt ho
nes, quorum officia ſcribuntur, ut omnes Imperatores. hoc eſ
lud, inquam, quo Cælius decipitur. Nam Cicero ad conditi
hominum & gradus, & ſtatus, & fortunas reſpicit, quorum
pria cujuſque ſunt officia ſeparatim præſcribenda. Iam vero cu
tas Imperatorum, & commentarios de Imperatoribus nuncupa
quia non omnium, ſed aliquorum geſta comprehendit? at ego
tius quia Imperatores habent artem quidem, & diſciplinam com
nem, proprias autem res geſtas. ut oratores, habent illi qui
artis eadem præcepta, ſed ex illis proprium ſibi quiſque opus co
cit. ita propria cujuſque eſt Imperatoris vita, propriæ res ge
quas tamen communi Imperatorum diſciplina geſſerint. nam
autem titulum de Fin. bonorum, & malorum improbat, cum
ſit error ejus, noſtra quoque defenſio eadem eſſe debet. nam
plures ſint Philoſophorum ſcholæ, nec eundem finem ſibi pr
nant, cumque de omnibus Cicero ſcripturus eſſet, ut conſtat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

e de finibus, & non de fine pulcherrimum illud opus inſcripſit. ubi ro Zeno περὶ τοῦ τέλους inſcripſerit ſuos libros omnino me legere n memini. at ſi Cælii conjectura fidem mihi faceret, non vererer erere Zenonem, de uno, & proprio tantum fine diſſeruiſſe. Cice- nis autem verba ex tertio de fine mecum faciunt. quid enim is dixit id extremum eſſe? quonam modo deſcripſit? *congruenter naturæ venienterque vivere.* qui unus eſt finis, & proprius Stoicorum, are uterque recte ſua eſt uſus inſcriptione.

Altera Cælii Calcagnini diſquiſitio.

Dem ſe definiturum officium pollicetur, quod a Panætio præ- termiſſum fuiſſe miratur. Nec tamen ego video eum præſtitiſſe, od pollicebatur. nam protinus officii diviſionem, non definitio- m aggreditur: *Omnis*, inquit, *de officio duplex eſt quæſtio.* Quo co obſervandum eſt, Ciceronem veritate coactum de Officio, non tem de Officiis quæſtionem propoſuiſſe, & mox rurſus ita con- ipſiſſe: *Atque etiam alia diviſio eſt officii.* Differre autem diviſio- m a definitione, nemo eſt tam ignarus Dialecticæ, qui neſciat, l ipſo Cicerone autore in Topicis. *Nam juſta definitio e genere ac fferentiis conſtat; nec ad finitionem accerſenda eſt diviſio: niſi for- in æquivocis, ne in Sophiſtarum laqueos incidamus.* Nec mihi ar- tator aliquis objiciat, diffinitionem & definitionem differre: prio- mque illam ad diviſionem magis, id eſt διαίρεσιν, quam τὸν ὁρισμὸν ectare. Nam hanc ſibi Cicero defenſionem ademit, quum ex Pla- nis imitatione dixit, *omnem quæ a ratione ſuſcipitur aliqua de re ſtitutio, debere a definitione proficiſci, ut intelligatur quid ſit id, quo diſputetur.* Idemque in Topicis: *Finitio eſt*, inquit, *quæ id od definitur, explicat quid ſit.* cujus etiam inveſtigandæ rationem octe enarrat. In definiendo enim ille ordo ſervandus eſt, ut quum mpſerimus ea, quæ ſunt rei quam definire velimus cum aliis com- unia, uſque eo perſequendum, dum proprium efficiatur, quod llam aliam in rem transferri poſſit. Ob id ergo ſubjici debuit: *Of- ium eſſe actionem in omni vita, cum virtute ac ratione conjunctum.* ctio, genus eſt: in omni vita, tam eam officii partem complecti- ır, quæ ad finem bonorum, id eſt, felicitatem adipiſcendam, uam eam quæ præceptis conſtat cum virtute differentia. quod quic- uid a virtute abjunctum, ab officio longe abſit & ratione. Altera ifferentia communem hanc vitam attingens, in qua decorum, id ſt, τὸ πρέπον requiritur. nihil enim agendum eſt, cujus probabilis atio afferri non poſſit. Totus autem hic locus a Cicerone erutus eſt x Phædro Platonis, apud quem ita Socrates loquitur: περὶ παντὸς ία ἀρχὴ τοῖς μέλλουσι καλῶς βουλεύεσθαι, εἰδέναι δεῖ περὶ οὗ ἂν ᾖ ἡ ουλή· ἢ ἅπαντας ἁμαρτάνειν ἀνάγκη. τοὺς δὲ πολλοὺς λέληθεν, ὅτι οὐκ τας τὴν οὐσίαν ἑκάστου· ὡς οὖν εἰδότες, οὐ διομολογοῦνται ἐν ἀρχῇ τῆς σκέ- ψεως. προελθόντες δὲ τὸ εἰκὸς ἀποδιδόασιν. οὔτε γὰρ ἑαυτοῖς, οὔτε ἄλλοις ὁμο-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ὁμολογῶσιν. Hoc eſt: *Iis qui recte atque ordine conſulere volunt,*
num eſt omnium principium, cognoſcere quid illud ſit, quod in conſi
tationem venit: alias error accidat oportet. nam plerique neſciun
ſe rei cujuſque propoſitæ ſubſtantiam ignorare. ſed quaſi ſciant,
perſpectum habeant, in ipſo diſceptationis initio eam declarare n
curant. in progreſſu igitur orationis, quod par eſt ſubſequitur,
multa nec ſibi nec alii conſentanea loquantur. De hoc loco nuncu
tim meminit Cicero in 2. de Finib. *Omnis autem in quærendo, q*
via quadam & ratione habetur oratio, præſcribere primum debet,
quibuſdam in formulis ea res agatur: ut inter quos diſſeritur, con
niat quid ſit id de quo diſſeratur. Hoc poſitum in Phædro a Plato
probavit Epicurus, ſenſitque in omni diſputatione id fieri oporte
Iureconſulti atque Oratores non temere ſe definitionibus obſtr
gunt, exiſtimantes eas plerunque ſubverti ſolere. ex quo fiat,
quicquid iis fuerit ſuperſtructum, protinus concidat. de qua re
Vlpianus libro quinquageſimo Digeſtorum; *Omnis definitio in j*
civili periculoſa eſt. rarum eſt enim, ut non ſubverti poſſit. Et Qu
til. lib. 7. *Rariſſima enim apud oratores repertetur illa ex conſuetu*
ne philoſophorum ducta ſervitus. Eſt enim certe ſervitus, ad certa
verba obſtringendi. idque faciendum in libris Ciceronis de Orat
vetat M. Antonius. *Nam eſt etiam periculoſum, cum ſi uno verbo*
erratum, tota cauſa cecidiſſe videamur. optimaque eſt illa via, c
utitur Cicero pro Cecinna: *ut res proponatur, verba periclitentur*

M. Ant. Majoragii Deciſio ſecunda.

MIratur a Panætio prætermiſſam eſſe officii definitionem Ci
ro, nec injuria: neque enim aliter poteſt intelligi, quid
id, de quo diſputetur, niſi definitio ſtatim adhibeatur. Sed tibi n
videtur id ipſe præſtitiſſe: atque, ut ex verbis tuis colligi pote
putas Ciceronem aut neſciviſſe, quid eſſet Definitio, aut per ne
gentiam definitionem officii prætermiſiſſe. Nam protinus (inqu
officii diviſionem, non definitionem aggreditur. Addis præte
multa, quæ nihil ad diſquiſitionem tuam faciant: citas loca Pla
nis & Quintiliani extra propoſitum, ut aliquid ſapere videaris.
antequam doceo rectiſſime definitum a Cicerone fuiſſe Officium,
vero nihil aliud quam imperitiam oſtentare, refellam id, quod
priorem etiam quæſtionem pertinet. Verba Ciceronis ſunt: *Om*
de officio duplex eſt quæſtio, & paulo poſt: *Atque alia diviſio eſt*
cii. ubi tu obſervandum eſſe cenſes, Ciceronem veritate coactum
Officio, non autem de Officiis quæſtionem propoſuiſſe, & Offici
ſingulari numero, non autem plurali (ut grammatici vocant) u
paſſe. Quo in loco Parthos imitari videris, qui etiam fugientes
cula retrorſum torquent: ut cum te viciſſe putes, tunc tibi maxi
pugnandum ſit. Sed heus tu bone vir, ubi unquam inveniſti verb
aliquod per majorem numerum definiri? neſcis definitionem
ſin

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

gularium? ut ſi Geometræ de Lineis loquendum ſit, & uti defini-
e velit, non quæret, quid ſint Lineæ: ſed ita proponet, quem-
modum Euclides: γραμμὴ ἐστι μῆκος ἀπλατές, id eſt, Linea lon-
do eſt ſine latitudine. Eodem modo, ſi de literis, aut accenti-
Grammaticus aliquis verba ſit facturus, non quæret, quid ſint
ræ, aut quid ſint Accentus: ſed ita definiet, quemadmodum
cianus, *Litera eſt pars minima vocis compoſitæ. Accentus eſt*
lex, & regula, ad elevandam & deprimendam ſyllabam uniuſ-
ſque particulæ orationis. Quid mirum igitur, ſi loquendi con-
udinem ſecutus Cicero, cum eſſet ei definiendum Officium, ſin-
rem numerum uſurparit? Sic enim etiam ille præſtantiſſimus
oſophorum Ariſtoteles, cum opus ſuum de tuenda re familiari
ſcripſiſſet, περὶ τῶν οἰκονομικῶν, a ſingulari tamen numero in-
ns, ita proponit: ἡ οἰκονομικὴ, καὶ πολιτικὴ διαφέρει. Quare vi-
e fruſtra ſpicula retorſiſſe. At objicis, Officium a Cicerone non
iri. Iam igitur hoc agamus. Vtrum putas hoc a Cicerone per
rantiam eſſe commiſſum, an per negligentiam? Atqui non erat
rus in hoc genere, te judice ac teſte, Cicero: quippe qui defi-
di rationem in Topicis doctiſſime tradiderit: quod opus ſi tu di-
ter perlegiſſes, nunquam tam imperite Ciceronem accuſaſſes.
c enim locum per ea quæ docet in Topicis facile potuiſſes intelli-
. Supereſt, ut dicas eum negligentem fuiſſe. Verum unde iſta
roni negligentia? an quia ſit oblitus definitionis? aut eum pi-
it addere, aut noluerit? Si dixeris oblitum fuiſſe: ridiculum te
bimus: cum ibidem paulo ante proponat, ſe velle definire quid
fficium, & præterea maximæ memoriæ Cicero fuiſſe dicatur.
guit addere, cur reliqua ſcripſit? cur non totum potius opus
reſſit, quam mutilum & mancum emitteret? At noluit definire.
vero voluit, & rectiſſime definivit. Sed tu definiendi rationem
odos non didiciſti. Diſce igitur, ſi potes, hoc tempore quod
enus ignoraſti, Definire idem eſſe aliquando, quod diſtingue-
& dividere: Diviſionemque omnem recte appellari etiam defi-
nem. Siquidem Definire nihil aliud eſt, quam ſingula intra fi-
ſuos redigere, quod per diviſionem commodiſſime fieri ſolet:
e ideo dicebat Antipater in primo de definitionibus, *definitio-*
eſſe orationem, per reſolutionem perfecte enuntiatam; autor
genes Laertius in vita Zenonis Cittiei. Quare cum officium hoc
reſolvit, ac dividit Cicero, ita ut unicuique parti, ſeu formæ,
n finem aſſignet: quis non intelligit, eum definire? hoc eſt, in-
nes ſuos officium redigere? *Omnis* (inquit) *de Officio duplex eſt*
tio: unum genus eſt, quod pertinet ad finem bonorum: (Ecce
definitio) *alterum, quod poſitum eſt in præceptis, quibus in*
es partes uſus vitæ confirmari poſſit. (ecce altera.) Atque ita ſe-
ur dividendo, ac definiendo, uſque ad eum locum, *Triplex eſt*
tr (ut Panætio videtur) conſilii capiendi deliberatio. Hoc enim
um *definire*, apud Latinos idem eſt quod terminare, & circum-
ſcri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ſcribere, & quaſi fines ſtatuere, intra quos rei alicujus propriæ co-
tineantur poteſtates: quod tunc maxime fit, cum omnes diviſio-
partes comprehendimus, ut tertio de Oratore Craſſus apud Cice-
nem tradit, *omnem cauſam, vel controverſiam, tribus definiri,*
te, aut Deliberatione, aut Laudatione. Scimus autem hanc c-
cauſarum diviſionem in Iudicialem, Deliberativam & Demonſtr-
vam. idem eſt igitur apud nos *definiri*, quod Dividi, quamvis a-
quadam ratione. Eodem modo docet hoc loco Cicero, omne o-
cium duplici quæſtione definiri. Atque ita intelligendum eſt quod
perius dixit: *Omnis quæ a ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitu-*
debet a definitione proficiſci: id eſt, a terminorum circumſcrip-
ne, & declaratione, quot modis id accipi poſſit, de quo diſputet-
ut etiam primo de Oratore, *nullis ut terminis circumſcribat, aut*
finiat jus ſuum: id eſt, declaret quot in rebus jus ſuum conſtitut-
ſit. Quod etiam obſervare Dialectici ſolent, ut nunquam propr-
definitionem addant, niſi prius explicuerint omnes vocabuli ſig-
cationes: ut ſi de Genere tractandum ſit, primo triplicem Gen-
quæſtionem proponunt: nam & multitudinem ab uno deſcenden-
Genus eſſe dicunt, & ipſius multitudinis principium, & id cui -
ponitur Species. Deinde quoniam de hoc ultimo genere tractant -
loſophi, id ſolum ſuis proprietatibus circumſcribunt, ac defini-
Erit igitur apud Latinos duplex Definitio: *altera Communis,*
Diſtinctio etiam appellatur, & Diviſio; & eſt ambiguæ ſignifica-
nis explanatio: *altera Propria*, quæ genere conſtat ac differen-
& rei naturam explicat, quid ſit. Priore illa definitione utitur -
loco Cicero, cum ita proponit, *omnis de Officio* duplex eſt quæ-
Secunda paulo poſt, cum ait: *Medium officium id eſſe, quod cur*
ctum ſit, ratio probabilis reddi poteſt. Sed differt (inquis) a de-
tione diviſio. Sit ita ſane, modo ſit ea tantum differentia, quæ -
genus & ſpeciem eſſe ſolet. Definitio enim tanquam genus eſt, -
viſio tanquam ſpecies: ut paulo poſt oſtendam. Nunc a te qu-
quo autore dicas illud, *nec ad definitionem accerſenda eſt diviſio,*
forte in æquivocis, ne in Sophiſtarum laqueos incidamus. Ergo i-
minibus unius ſignificationis definiendis, te videlicet præcep-
nihil proderit diviſio? Quorſum igitur attinuit, *Dialecticos quar-*
ex partibus aut formis definitionem aſſignaſſe? quæ certe ſine di-
ne fieri non poteſt: ut ſiquis juris civilis definitionem ex par-
ſumat hoc modo: *Ius civile eſt, quod in legibus, Senatuſconſ-*
rebus judicatis, juris peritorum autoritate, edictis magiſtrat-
more, æquitate conſiſtit. Hæc eſt definitio partitionis, cum t-
Ius civile non ſit ambiguæ ſignificationis, vel (ut Logici dicun-
quivocum. Eſt etiam diviſionis definitio hoc modo: *Abaliena-*
ejus rei, quæ mancipi eſt, aut traditio alteri nexu, aut in jure
inter quos ea jure civili fieri poſſunt. Sed ut hanc quæſtionem -
diam, dico ex Ciceronis ſententia in Topicis, *diviſionem eſſe a-*
tioni attributam, ut ſit ejus veluti ſpecies quædam. Species au-

e forma, quod idem eſt, a genere, quoad ſuum nomen retinet, nquam ſejungitur. Itaque omnis diviſio recte poteſt appellari de- itio: ſicut omnis homo animal. Genus enim (ut Ariſtoteles au- r eſt) de qualibet ſubjecta forma ſemper dicitur. Sed non contra: n enim Forma de genere dici poteſt: ut ſiquis dicat, *animal eſt no:* abſurdum id quidem eſſet. Ita rectiſſime dicitur, *diviſio eſt finitio*, non contra. Sunt enim multæ definitiones, quæ diviſio- s nuncupari non poſſunt: ut quæ conſtant ex genere & differen- ; quas tu ſolas exiſtimaſti definitiones appellari poſſe: quæ te res hanc ſententiam induxit, ut Ciceronem* erraſſe crederes. Sed ſi igenter advertiſſes, quid in Topicis ſcribat ipſe Cicero, ubi de u finitivo verba facit, non tam facile deceptus eſſes: Sic enim ibit: Cum autem quid ſit quæritur, notio explicanda eſt, & pro- etas, & diviſio, & partitio: hæc enim ſunt definitioni attributa: litur etiam Deſcriptio, quam Græci χαρακτῆρα vocant. Vides iſionem eſſe definitioni attributam? Quare ponenda tibi poſthac cenſoria virgula, cum intelligas non autorum vitio, ſed imperi- tua fieri, ut quæ docte & præclare dicta ſunt, ea tibi errata eſſe eantur. Ais enim, hoc loco Ciceronem non præſtitiſſe, quod llicebatur: cum officium dividat, pollicitus ſe definiturum. Sed n (ut opinor) agnoſcis ignorantia tua factum, ut Ciceronem ac- ſares, cum neſcires diviſionem eſſe definitioni attributam, & tan- ram ſpeciem: & qui Dividat, eum Definire rectiſſime dici poſſe. tu (ſi Diis placet) Ciceronem docere vis, atque illi præſcribere, a definitione ſit utendum. Quot modis peccaſſet Cicero, ſi ita de- iſſet, ut tu præſcribis? Officium eſſe actionem in omni vita cum tute ac ratione conjunctam. Nam primo, cum Officium actio- n appellas in omni vita: nihil eſt omnino vivens quod excipias: cum Omne animal dicimus, quicquid ſentit ac movetur, intelli- mus: ſed Pecudes etiam & Plantæ vitam habent, nutriuntur enim creſcunt, & in plantis ea eſt anima, quam Ariſtoteles θρεπτικὴν, idam ex noſtris, quamvis parum Latine, Vegetativam appella- it: in pecudibus eſt ea, quam idem Ariſtoteles αἰσθητικὴν, noſtri ſitivam dixere. Nos, ſi Latine loqui volumus, in plantis *nu- entem animam*, in pecudibus *ſentientem* eſſe dicemus. Ideo di- ntur etiam pecudes & plantæ mori, quod vitam habeant. Itaque ſi ficium (ut tu tibi videris ingenioſe definire) eſt actio in omni vita: t etiam in pecudibus & plantis officium: quoniam in eis (ut oſten- mus) vita eſt. Quæ ſane fuit inepta quorundam Stoicorum ſenten- , ut in plantis ac belluis Officium eſſe dicerent, quemadmodum ibit Laertius Diogenes. Quare ſequitur, ut etiam Virtus & Ratio in plantis & pecudibus: quoniam officium (ut tu vis) eſt cum ra- ne ac virtute conjunctum: quo quid abſurdius dici, aut excogi- i poteſt? Non erit igitur Officium actio in omni vita, ſed tantum vita hominum. Sed deinde etiam reliqua pars definitionis tibi di- entius conſideranda fuit: non enim omne officium eſt cum vir-

tute

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

tute conjunctum ; tametſi cujuſlibet officii ratio probabilis red poſſit. Differt enim a Virtute Ratio plurimum : ſiquidem Ratio pa ea nobilior eſt animi, quæ nos a belluis maxime ſegregat, & q ſola homines cenſemur, quam Plato in capite, tanquam in ar poſuit. Hæc eſt (ut ait Cicero) quæ efficit, ut homo conſequen cernat, cauſas rerum videat, earumque progreſſus, & quaſi an ceſſiones non ignoret, ſimilitudines comparet, rebuſque præſen bus adjungat, atque annectat futuras, facile totius vitæ curſum deat, ad eamque degendam præparet res neceſſarias. Virtus aut animi habitus eſt, aut affectio conſtans convenienſque, laudab efficiens eos, in quibus eſt, & ipſa ſua ſponte ſeparata etiam ut tate laudabilis. Sed quoniam Ratio longe latius patet, quam Virt multa cum ratione fieri poſſunt, ut virtus non adjungatur. Archi ctus enim recta ratione domicilium ædificabit, & hoc modo ſu officium exequetur, cum tamen in eo virtutem nullam eſſe vid mus. Poteſt enim eſſe vir nequiſſimus, & bonus architectus. Eod modo cæteri opifices ſumma ratione in artificiis ſuis utuntur, & cuntur officium ſuum exequi, etiam ſi nulla virtus in eis eſſe vid tur. Poſſunt enim factorum ſuorum probabilem reddere ratione quæ, Cicerone teſte, vera eſt officii medii definitio. Gloriantur thenæ armamentario ſuo, ut ait Valerius Max. nec ſine cauſa, enim illud opus & impenſa & elegantia viſendum, cujus Architect Philonem ita facundæ rationem inſtitutionis ſuæ in Theatro re diſſe conſtat, ut diſertiſſimus populus non minorem laudem quentiæ ejus, quam arti tribueret. Quid cum de utilitate ſola, tracta honeſtate, tractandum eſt? ut duobus propoſitis utilib utrum ſit utilius. Hic nulla eſt honeſtas, nulla virtus: & tamen officium. Non igitur erit ſemper officium cum virtute conjunct Quamobrem aperte vides, te non officium ſatis acute definiv quin potius non mediocriter peccaſſe. Nam ejuſmodi debet eſſe nitio, ut neque plura, neque pauciora quam ipſum definitum c plectatur, ut proprium quiddam efficiatur, quod nullam in a rem transferri poſſit. Tu vero cum in omni vita officium eſſe nis, pecudes, & plantas rationis participes efficis: cum autem quam ſine virtute vis officium eſſe, artifices omnes multaſque a nes, quæ ſunt a virtute remotæ, privas officio ſuo. Poteras ig rectius officium hoc modo definire: Officium eſt actio in omni hominum, cujus probabilis ratio reddi poſſit.

Iacobus Griſolus ad ſecundam & vigeſimam priman Cælii Calcagnini diſquiſitionem.

QVæritur ſecundo loco utrum Cicero definierit officium, ut miſit, necne. Cælius quidem negat, ego vero affirmo. v mus igitur uter noſtrum errore magis capiatur. at ſi prius oſte

, in quo errore mens Cælii verſetur, facilior erit probandæ opi-
onis meæ ratio. Credit igitur Cælius, atque id conſtantiſſime cre-
, quando non contentus hanc opinionem ſuam ſemel declaraſſe,
alia quoque diſquiſitione etiam pluribus contendit errorem ſuum
nfirmare, credit inquam Cælius Marcum Tullium, cum dixit,
*acet igitur (quoniam omnis diſputatio de officio futura eſt) ante de-
ire, quid ſit officium, quod a Panætio prætermiſſum miror, genus*
ium officii ſe definiturum promiſiſſe. at id neque Cicero promiſit, &
promiſiſſet, longe gravius peccaſſet ille ſua promiſſione, quam
ælius ſua interpretatione. quandoquidem officium, cum ſit analo-
m, definiri per genus ſuum non poteſt. quare Cælii definitio, ut
ulo poſt conſtabit, eſt vitioſiſſima. nec tamen ſi recte definiri
ſſet officium, eſſet ea diffinitio neceſſaria, niſi forte Cicero de ge-
re, & non de ſpecie officii diſputaturus eſſet. at res contrarium
clarat, & ipſius auctoris hæc verba. *Quorum autem officiorum præ-
ta traduntur, ea quanquam pertinent ad finem bonorum, tamen
minus apparet: quia magis ad inſtitutionem vitæ ſpectare videntur,
quibus eſt nobis his libris explicandum.* ſi de his igitur ſe Cicero
putaturum profitetur, cur quærat quiſquam definitionem gene-
, de quo præſertim nullo modo diſputari poſſit? cum enim Plato
it omnem inſtitutionem, quæ a ratione ſuſcipitur, a definitione
oficiſci, quis tandem ratione de ea re poterit diſſerere, quæ vix
lam habeat definitionem? Quamobrem M. Tullius vir doctiſſimus
telligens, ne oratio ſua in erroribus vagaretur, explicari oportere
idnam id eſſet, de quo diſputaturus erat, nec poſſe, nec ſi poſ-
, debere analogum definiri, diviſit ſtatim officium in ſuas pote-
tes, ut Plato, & Ariſtoteles monent in ejuſmodi vocibus fieri
ortere. & de qua vellet diſſerere declaravit, ut in definitione ſub-
ntiæ, & aliis in locis fecit Ariſt. cum igitur Cicero dixit, *Quoniam
nis diſputatio de officio futura eſt*, *de quonam officio?* *de quo credo
erat diſputari, & de quo denique diſputavit.* deinde cum ait,
*acet ante definire, quid ſit officium, quod tandem officium, de quo
verbum quidem facturus erat?* quid ineptius? jam vero Panætium
prehendit, quod officii definitionem prætermiſerit, velim (Cælius
ciſſet) cujuſnam officii. at quoniam περὶ τοῦ καθήκοντος inſcripſit
um opus, definitionem τοῦ καθήκοντος omiſit. ergo quod omiſe-
t Panætius, ſe facturum Cicero promiſit, omiſit ille definitionem
mmunis officii, ergo commune officium definiturum ſe Cicero
ofitetur. Et tamen in animo Cælii tanta vis inhæſit erroris, ut duo-
is locis auſus ſit a Cicerone quaſi ſyngrapha definitionem generis
igitare. quæ nam (malum) ratio in eam mentem impulit homi-
m alioqui doctiſſimum, ut exponeret tam multis differentiis di-
ſionem a definitione differre, ne quis diviſionem illam definitio-
m eſſe crederet? ego vero qui dubitarit in hac re præter eum arbi-
or eſſe neminem. nec majore prudentia tam verboſus eſſe voluit
definitione generis a definitione ſpeciei diſtinguenda, quando

animadvertit tandem Ciceronem definiſſe partes officii. at eas d
nitiones ita conatur confutare, ut nec illis fidem ſuam liberet, q
generis non partium definitionem promiſerit, nec idoneæ vide
tur eſſe. at utrum genus, an partes quid eſſet explicandum fue
ſatis diſputatum eſt. videamus nunc an idonea uſus ſit utriuſque
ficii definitione. verba Ciceronis hæc ſunt. *atque ea ſic definiu*
ut rectum quod ſit, id perfectum officium eſſe definiant, medium
tem officium id eſſe dicant, quod, cur factum ſit, ratio probabilis r
poſſit. In utraque Cælius inquit genus. i. caput definitionis dee
nec miror, non enim vim officii analogam eſſe vidit. dixiſſet e
in ejus ſignificationibus definiendis, aut nomen definiti repetendu
aut analogi genus accipiendum, ut in æquivocis. nam ſi quær
quis nam ſit canis terreſtris, reſpondebitur opinor, ille, qui lat
aut quid tale. ubi ille canem referet, nec erit in oratione neceſſ
ταυτολογία. vel dicetur, eſt illud animal domeſticum, quod la
cur igitur etiam Stoicis (nam Stoicorum ſunt illæ definitiones)
cium non liceat ita definire ſi rectum ſit, perfectum officium
vel recte factum? nonne ſophiſtarum paralogiſmus hac ratione
clinatur? quod ſi ita Cælius, ut debuit, aſſumpſiſſet in ſuo pa
giſmo; perpendiculum eſt rectum officium, ſtatim cognoviſſ
quo delirabat. hæc eadem ſunt dicenda de officii medii definiti
ſed adhuc in alia ſumus difficultate, utraque enim definitio ad ut
que partem poteſt accommodari, id quod eſt maximum in de
tione vitium. Etenim & perfectum officium, inquit Cælius
quod cur factum ſit, probabilis ratio reddi poteſt. neque enim
quam, ut putat, adeo contumax eſt, qui ſine probabili rat
perfectum officium geri contendat. aut medium officium id co
rectum non ſit; alioqui ſi rectum non eſt, perverſum ac præp
rum id eſſe fateamur neceſſe eſt. at videamus, ſi peccatum ſit
re, quam belle in idem Cælius labatur. ita enim cum hæc con
bat, officium definierat, ut actionem eſſe diceret in omni vita
virtute, & ratione conjunctum, ac ſe ipſe interpretatus eſt, n
nos ambiguitas perturbaret. Actio inquit eſt genus. in omni
tam eam officii partem complectitur, quæ ad finem bonorum.
licitatem adipiſcendam ſpectat, quam eam, quæ præceptis co
Cum virtute, differentia, quod quicquid a virtute abjunctum
officio longe abſit. & ratione, altera differentia communem
vitam attingens, in qua decorum, id eſt, τὸ πρέπον requi
actionem cum virtute conjunctam ad felicitatem adipiſcendam
ctare ait, cum ratione communem hanc vitam attingere, in
decorum requiritur, quod nihil agendum ſit, cujus ratio prob
lis afferri non poſſit. ſi duas hic Cælius vult eſſe partes officii
certe vult, vehementer cenſura ſua peccat. namque ſi in comm
vita requiritur τὸ πρέπον, quanto magis requirendum eſt in ea
quæ perfectior eſt, & ad felicitatem propius accedit? rurſus
communi vita nihil agendum ſit, cujus ratio probabilis afferri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

t, quanto minus a ſapiente? ut Cæl. ipſe contra M. Tul. con-
it? omnes igitur hæ differentiæ conveniunt officio cum virtute
junɔto. at ſi, ut ille ait, quod rectum non ſit, oportet perver-
eſſe, & præpoſterum, neceſſe ut ſecunda pars illius officii per
aut recta ſit, aut perverſa. (nam quod cum virtute conjunctum
rectum eſt puto) ſi recta, ergo eadem cum prima, ſin perver-
nihil habet cum officio commune, ut mox clarius oſtendam.
nisi Tullius effugiat eam calumniam, Cælius effugiet? nihil
s. ac ſi bene Cæl. optime M. Tullius. nam ſi rectum officium
quod perfectum appellant, nimirum ejus ratio perfecta, ne-
probabilis reddi poteſt. tantum enim intereſt inter perfectum,
obabile, ut diſparata quaſi eſſe videantur. perfectum enim id
cui nihil addi poteſt, & quod in ſuo genere expletum, & cumu-
n eſt. probabile vero cui ſæpe tantum deeſt, ut imperfectum
ideatur. quo circa eo officio, quæ cuique probari poſſunt,
ſecunda honeſta, ut inquit M. Tullius non ſapientum modo
ia, ſed cum omni hominum genere ſunt communia: perfecta
in ſolum ſapientem cadunt, ut mox copioſius explicabitur.
rectum officium non modo probabile, ſed etiam perfectum
& proprium ſapientis. medium verum probabile tantum, &
bus commune, tanquam res quædam inchoata & non perfecta.
his differentiis a Cicerone. i. a Stoicis, vel potius ab Ariſtotele
artes officii diſtinguuntur. hic enim in ſecundo Ethicorum
nes hominis nondum perfecti oſtendit ab actionibus diſtare jam
cti. nec ſimiliter in his evenire, ac in operibus artificium. hæc
non propter auctorem, ſed per ſe, ſponte ſua commendari ſo-
modo pulcra eſſe, & decentia videantur; actiones vero non
nam hæ perinde, ut opinio eſt de eo, a quo proficiſcuntur,
mandæ ſunt. ita multa fiunt ab homine in recta ratione vitæ
um ſatis confirmato, quæ juſta ſunt, non tamen juſte facta.
hæc ab habitu rationis & jam perfectæ naturæ ſunt, ut illa com-
a quædam ſint officia, & media, & nondum perfecta, hæc
n κατορθώματα, id eſt, recta, & perfecta poſſint appellari,
oteſt inter Ariſt. & Stoicos magis convenire? Cælius autem vult,
rectum ſit, eſſe probabile, & quod probabile, rectum: ut
imul convertantur. quod ſi concedatur, illud quoque conce-
neceſſe eſt, omnem inchoatam virtutem cum perfecta & abſo-
onverti. ſed haud ſcio an illud quoque Cælio aſſentiatur quiſ-
, omne officium aut rectum, aut perverſum eſſe, vel præpo-
m oportere. nam cur officia communia media dicuntur? nonne
nec in bonis, nec in malis numerantur? & medium inter ea
n videntur obtinere? ſic Stoici, ut in tertio de fin. conſtat,
iſi mentiuntur, quis neget inter rectum, & perverſum eſſe me-
? ſin mentiuntur, ſcire velim cur Cælius ea media vocet officia.
imium perſeverat in hoc errore, nec poſterior cogitatio, de eo
quam detraxit. non enim eadem de re iterum diſputaſſet, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

tolerabilius fuiſſet conjunctè de omnibus diſputare, quæ ad hu quæſtionem videbantur attinere. quare ne forte videar ſimiliter care, conjunxi utriuſque confutationis reprehenſionem. Cum tem Cælius ſit tam facilis, & tam acutus in aliorum definition improbandis, videamus jam viciſſim quam vel acutiſſimus qui illius definitionem facile tueretur. officium eſſe vult actione omni vita cum virtute, & ratione conjunctum. ubi impreſſo fortaſſe vitio factum eſt, ut conjunctum potius quam conjun legatur. omnes deinde partes definitionis ſuæ ſic explanavit. inquit genus eſt. recte. in omni vita, tam eam officii partem c plectuntur hæc verba, quæ ad finem bonorum, id eſt, felicita adipiſcendam (hic verbum deeſſe attinent, videtur) quam eam praeceptis conſtat. non recte eſt enim tertium genus vitæ, quod in perfectis officiis nec in communibus verſatur, propterea quo tioſum eſt. quod ſi quis negat, jam non erit cur officia comm media dicantur. erunt enim extrema. ſed eſt tertia vivendi r quæ ſi non ſit, media non erit, ut media, ſed ut extrema. ſed ci volunt eſſe hanc mediam, eſt igitur & tertia. neque Stoico auctoritatem inficiari poteſt quiſquam. nam & Cælius in vige prima diſquiſitione medium eſſe alteram differentiam officii, & mam dicit. Sed nullum officium ad turpem vivendi rationem p net, nihil enim tam contrarium eſt cuiquam, quam officio tur do. falſum eſt igitur, officium eſſe actionem in omni vita. virtute, differentia, quod quicquid a virtute abjunctum ab o longe abſit, ergo per hanc differentiam communis vita longe ab officio. aut ſpecies confundit, hoc eſt, humano capiti cerv jungit equinam, ſed ut concedam omnia, quæ in ſua definitione lius exponit, illud tamen concedi non poteſt, quod hæc ſit defin generis, in qua ponuntur ultimæ differentiæ, quæ ſpecies c tuunt: nihil enim in generis definitione eſſe debet, quod omn partibus illi ſubjectis non conveniat. ita ſi definias animal eſſe ſtantiam animatam cum ſenſu, nullum invenietur animal quod ſit ejuſmodi, at ſi rationale addas, jam non animalis, ſed ho erit definitio, qualis hæc eſt, de qua tam multa diximus. nam cium quod eſt cum virtute conjunctum, eſt rectum officium. cum ratione, eſt medium. in quos errores lapſus Cælius non e niſi definire voluiſſet, quod definiri commode non poteſt. ſed officii, quidem recti vim ſatis intelligere viſus eſt. ſive enim offi virtute conjunctum id intelligit, quod Stoici rectum vocant, quam Ariſt. perpetuam animæ rationalis actionem ex virtute. omnino id eſt interpretatus. nam & illi rectum officium, & actionem virtutis ultimum bonorum eſſe definiunt. in quo utriuſque ratio conſiſtit. neque hic quicquam refert, quod al interſit inter utriuſque diſciplinæ bonum. ſatis eſt enim quod vult actionem virtutis felicitatem eſſe, Stoicis perfectum offici quod ſolum ſtatuunt eſſe bonum, honeſtum. quod autem ha

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

abeant, ex definitionibus conſtat. in primo enim Ethicorum m *humanum*, inquit Ariſt. *actionem rationalis animæ per opti- virtutem eſſe in vita perfecta.* Cato vero apud M. Tullium in o de Fin. inquit, *rectum officium omnes numeros virtutis continet.* fficiorum vero tertio ſic ait Cicero, *illud autem quod rectum idem llant, perfectum, & abſolutum eſt, & uti idem dicunt, omnes eros habet. nec præter ſapientem cadere in quenquam poteſt. igitur animæ cum virtute eſt ipſa felicitas, & officium perfectum ſa virtus, id eſt, ultimum bonorum.* male igitur Cælius ſi al- rum intelligit, exponit eſſe inſtrumentum, per quod ad felici- n perducamur. at quanto rectius id officio medio tribuiſſet? in- enim Ariſt. *juſtum fieri qui juſta facit, & temperatum, qui temperantiæ. quæ propterea juſta, & temperata dicuntur, quod iis ſimilia, quæ vir juſtus, & temperatus ageret.* Cato vero apud ronem in tertio de Fin. *a principiis naturæ officia duci refert opor- , ut per ea ſapientiam adipiſcamur, quæ ut alibi teſtatur comes, djutrix eſt naturæ.* verum & Ariſt. & Cicero ſæpiſſime conclu- , finem optimum, & ſolum id eſſe bonum, ad quod omnes ones noſtræ referendæ ſunt. & cujus cauſa ſint omnia repetenda, m vero nullius unquam rei, verum ſua ipſius cauſa tamen repe- r. at ſatis multa de re minime dubia diſſeruimus. Reliquum eſt lis quoque reſpondeamus. qui jure prætermiſſam officii defini- em a Panætio confirmant, quod inter Stoicos quid illud ſit omni- onſtet. quare ſupervacanea illa definitio fuiſſet. Ego vero tan- dico. ſi in Stoicorum corona, aut in porticu Zenonis Panætius ataſſet, cum his fortaſſe ipſe quoque ſentirem. cum autem ibus ille ſcriberet, & ab omnibus vellet intelligi, quibus non conſtitutum eſſet, quænam vis eſſet officii, ſtatuendum puto itionem illam ſine vitio præteriri non potuiſſe.

Tertia Cælii Calcagnini diſquiſitio.

Erba Ciceronis ſunt: *Hac diviſione, quum præterire aliquid maximum vitium in dividendo ſit, duo prætermiſſa ſunt. nec ſolum, utrum honeſtum an turpe ſit deliberari ſolet: ſed etiam us propoſitis honeſtis, utrum honeſtius: itemque duobus propoſitis bus, utrum utilius.* At tu hæc Cicero, quod tua pace dictum nimis cupide, ne dicam anxie, Panætio objicis. An tu vir tanti nii, tantuſque dogmatis profeſſor, non meminiſti, apud Stoi- ejuſcemodi gradus eſſe ſublatos? neque dato utili, aliud utilius: e dato honeſto, honeſtius aliud inveniri? Sed fac, ut aliquando ommuni & vulgari vita hæc in dubium revocari videantur. Quid on duo tantum, ſed tria & quatuor, vel etiam plura dubitando rrant? puta, pater graviter ex morbo laborat, tu ignarus ejus edii es, quod patri ſalutem reſtituat. Eodem tempore amicus ortunis, de capite, de dignitate periclitatur: tu cauſarum patro-

nus auxilio eſſe potes, eidemque grati animi teſtimonium red
quum ille te aliquando fortunæ indignitate oppreſſum ſublevav
Eodem tempore ignis vicinas ædes corripit, verendumque tibi,
tuæ ædes tua cum familia protinus conflagrent. Eodem temp
hoſtis patriam aggreditur, & propemodum intra mœnia irrum
Vt uno tempore te dubitare oporteat, non jam quid utilius,
honeſtius: ſed quid utiliſſimum quid, honeſtiſſimum ſit ex omn
Hinc patris ſalus te vocat, hinc amici. hinc viciniæ tuarumqu
dium periculum: hinc præſens patriæ, tuorumque civium dir
ac ſervitus. Sane ſi huic diviſioni ſemel feneſtram aperueris, no
ubi ſiſtas. Nam & quid utile, & quid utilius, & quid utiliſſim
& ſi ulterius promovere licet, ex plurimis utiliſſimis quid præ
deret, erit inquirendum. In quo non aliunde, quam ab ipſo
rone, teſtimonium mutuabor. Is enim in præfatione ſecundi
de Officiis ait: *non ſolum quid utile, quid inutile, ſed ex ut*
quid utilius, aut quid maxime utile quærendum eſſe. Quare
hanc infinitatem deſcendere oporteat, Panætianæ obſecro divi
acquieſcamus. præſertim quum Ariſtoteles lib. 5. Ethicorum ita
bat: *Boni namque rationem ſubit minus malum, ad majus m*
comparatum. Minus enim malum magis quam majus eſt expet
At quod expetitur, bonum eſt: & quod magis, majus. Ex q
plane colligimus, *Diviſionem hanc a Cicerone allatam contra*
tium: honeſti ſcilicet, & magis honeſti: utilis, & magis utilis
ſupervacaneam. Siquidem minus utile, utile eſſe deſinit, ſi
utili conferatur. In affulgente ſole, cætera lumina hebetantu
ſub Dictatore cæteræ juriſdictiones abolentur. Hujus rei argu
tum inde quoque elici poteſt: quod ſi contingat eodem tem
opitulantem eſſe amico & parenti, qui parentum graviter lab
tem deſtituerit, & amico fuerit opitulatus, improbe dicetur f
quamvis certum ſit, quod abdicata * comparantur. Amico
lari bonum eſt, ſed comparatio rei conditionem mutat: ceu
altera parte trutinæ ponduſculum, in altera magnum pondus
fuerit. Ponduſculum enim magno ponderi collatum, nullius
ponderis, nulliuſque gravitatis exiſtimabitur.

M. Ant. Majoragii Deciſio tertia.

QVanta porro verborum gravitate, quo ſupercilio, quo
Ciceronem aggrederis: quod is Panætium reprehendat,
diviſione de conſilio capiendo? quam tripartitam tantum Pa
eſſe voluit, cum quinque partes habere oporteat. *non enim* (
Cicero) *ſolum honeſtum an turpe ſit deliberari ſolet: ſed etiam*
propoſitis honeſtis, utrum honeſtius: itemque duobus propoſitis
bus, utrum utilius. Ita quam ille triplicem putavit eſſe rationen
quinque partes diſtribui debere reperitur. Hæc tu ſcilicet,
maxime, Ciceronis verba laceras, mordes, vituperas, & ta

peritum, aut obliviosum eum irrides, cum ita inquis: *An tu ti ingenii tantique dogmatis profeſſor, non meminiſti, apud Stoi- ejuſmodi gradus eſſe ſublatos? neque dato utili, aliud utilius, ne- dato honeſto, honeſtius aliud inveniri?* Quis iſta tua verba tam a, tam ponderoſa, tam gravia Calcagnine non perhorreſcat? quæſo te, mitius aliquanto loquere: ne tam agas nobiſcum Stoi- ac ſevere. Reſponde igitur, niſi moleſtum eſt, *Anne omnes qui onſilio capiendo deliberant, Stoici ſunt?* Quid (ais) hoc ad rem? n faxo ut intelligas: Cum Panætius triplicem ait conſilii capiendi berationem eſſe, utrum apud omnes eam deliberationem eſſe t, an apud Stoicos tantum? Si tantum apud Stoicos, cur mihi officiis præcepta dat, qui non ſum Stoicus? aut cur ſolis Stoicis a eſt deliberandi facultas, ſi apud omnes eſt ea deliberatio? ut re a eſt. Iam non omnes Stoicorum dogmata ſequuntur, aut appro- t: ſed plerique & in honeſtate, & in utilitate, hos comparatio- n gradus eſſe exiſtimant, ut aliud alio ſit honeſtius, eademque one aliud alio utilius. Quare cum de Officiis præcepta traduntur, n quæritur, quæ ſint Philoſophorum decreta, aut quam Stoici itionem tueantur: ſed ad communem opinionem accommodatur nis oratio: quoniam non ad aliam rem, quam ad inſtitutionem e communis officia ſpectare videntur. Itaque culpam & crimen prudentiæ non poteſt effugere Panætius, qui tantum tripartitam volueril conſilii capiendi deliberationem: cum ſæpenumero ac- it apud eos qui deliberant, ut honeſtæ res atque utiles inter ſe nparenrur, & quæratur, utrum hæc, an illa ſit honeſtior, aut ior. Sed hoc tu facile concedis, quod negari nullo modo poteſt. um aliud longe firmius argumentum aggrederis, ut oſtendas, m Ciceronis diſtributionem eſſe mancam, & mutilam. Quid ſi quis) non duo tantum, ſed tria, & quatuor, vel etiam plura itando accurrant? Qua in re videris tu quidem aliquid dicere: n enim ſolum de duobus, ſed etiam de pluribus eodem tempore ſe videtur eſſe conſultatio: quod idem etiam de utilibus intelle- m volo. Sed antequam Ciceronem defendo, libet mihi tuam im- dentiam aliquantulum irridere, qui quo crimine Ciceronem ac- as, idem ipſe committis: & quod magis etiam ridiculum eſt, n nimis cupide Ciceronem inſectaris, & exemplo declarare vis s errorem, tale profers exemplum, quod Ciceronis ſententiam roboret, tuam infirmet. Quid ais, cenſor argutiſſime? dic a- te, quæſo, Ciceronis erratum: fac ut omnes intelligant, eſſe te cerone longe ingenioſiorem, quem quo jure, quaque injuria nnare contendis. Non tantum (inquis) uno tempore, utrum ho- tius, aut utilius, ſed etiam quid honeſtiſſimum, quid utiliſſi- m deliberare contingit. Audio: ſed hanc rem nobis exemplo de- ra. Puta (inquis) pater graviter ex morbo laborat, tu ignarus s remedii es, quod patri ſalutem reſtituat: eodem tempore ami- de fortunis, de capite, de dignitate periclitatur, tu cauſarum

patronus auxilio eſſe potes, eidemque grati animi teſtimonium re
dere, quum ille te aliquando fortunæ indignitate oppreſſum ſub
vaverit: eodem tempore ignis vicinas ædes corripuit, verendumq
tibi, ne tuæ ædes tua cum familia protinus conflagrent: eodem te
pore hoſtis patriam aggreditur, & propemodum intra mœnia irru
pit. Hoc tuum eſt exemplum, in quo primum duo proponis h
neſta ſimpliciter, deinde duo utilia cum honeſtate conjuncta: n
& patri, & amico ſuccurrere, honeſtum eſt, ſed honeſtius pat
præterea ignem extinguere, utile eſt, ſed utilius hoſtes a pat
mœnibus propulſare. Itaque tuo exemplo Ciceronis ſententia co
firmatur, ut duobus propoſitis honeſtis, utrum honeſtius conſi
remus: & duobus propoſitis utilibus, utrum utilius. Sed fac a
dere tempus, ut plura ſimul honeſta nobis occurrant, de quib
deliberandum eſſe videatur: nunquam tamen eodem tempore q
quam plura, quam duo conſiderat quæ ſequatur: dum enim h
videtur honeſtum, illud tanquam honeſtius animum attrahit: r
ſus ſi tertium aliquid ſuccurrat quod gravius ſit, relicto priore
poſtremis duobus deliberatur, & (ut ait Comicus) dum in dubio
animus paulo momento huc vel illuc impellitur: nam quamvis p
ra videantur honeſta propoſita, tamen duo, quæ ſint præcipu
ſolet animus eligere, ut vel hoc, vel illud aggrediatur: ut, ſi
dem tempore pater graviter ægrotet, amicus de capite & fortu
periclitetur, fratrem inimici perſequantur, patriam hoſtes op
gnent: ſtatim occurrit nobis pater & patria, de quibus delib
mus: atque ita non jam de amico, non de fratre, ſed de patre
patria conſervanda cogitamus: quoniam hæc illis longe præſt
Eadem eſt etiam de utilibus ratio: eſt enim inter ea tantum deli
ratio, quæ non multum inter ſe diſtant: quod ſiquid eſt ejuſmo
ut plurimum excellat, id ad ſe ſtatim animum noſtrum allicit,
de aliis rebus ſinit cogitare. Non eſt igitur quod in Ciceronem ar
teris, qui omnino ingenioſe vidit, etiam de ſolis honeſtis eſſe d
berationem, itemque de ſolis utilibus: atque ideo Panætium re
ſime reprehendit, quod hæc duo diviſionis membra prætermiſe
At tu, dum contra Ciceronem Panætium defendere ſtudes, Ari
telis verba nihil ad hunc locum facientia, ex Ethicorum quinto r
tas. *Boni videlicet rationem ſubire minus malum, ſi ad majus c
paretur: minuſque malum magis, quam majus eſſe expetend*
Sed quid hæc ad rem? non enim video. Quoniam (inquis) mi
utile, utile eſſe definit, ſi magis utili conferatur. Nunc dem
intelligo, quo torqueas Ariſtotelem. Sed dic mihi, notumne
omnibus, quid magis utile ſit, & quid minus? aut quid minus
neſtum, & quid magis? Certe ſi ita ſit, nulla erit de magis aut
nus utili atque honeſto deliberatio. Sed vide ne prudentes, ac rer
uſu periti homines, tibi actionem injuriarum intendant, quod il
quæ ſunt eorum propria, imperitis etiam, ac ruſticis impert
Nam duobus propoſitis honeſtis aut utilibus, ſtatuere quid ſit

ſtius, aut utilius, vel maxime prudentis eſſe videtur. Quod ſi non
nes prudentes ſunt, neque facile intelligunt, qui ſint gradus ho-
ſtatis, atque utilitatis: neceſſe eſt, ut aliquando, vel potius ſæ-
, de magis utili, & de magis honeſto ſit deliberandum. At quam
lchre ſimilibus ludis: quæ licet ad docendum ſint accommodata,
m apte ſumuntur: tamen ad probationem, teſte Quintiliano, mi-
num valent. In affulgente ſole cætera lumina hebetantur, ſic ſub
ctatore cæteræ juriſdictiones abolentur. Perinde quaſi ſit unum
quod honeſtum, aut utile ſummum, quod tanquam ſol quidam
ter cætera omnia honeſta, aut utilia ſplendeat, & id ſolum in con-
ltationem veniat. Imo vero ut inter homines ſæpenumero duo re-
rientur in eodem genere tam præſtantes, ut neſcias uter utri ſit
æferendus, quod etiam in equis, & in cæteris ejuſmodi rebus ac-
dit: ita in rebus honeſtis, & utilibus, duæ poſſunt ejuſmodi con-
ngere, ut neſcias utram utri præferri oporteat. Neque exemplum
ud, de opitulando amico & parenti, convenit huic loco, propterea
od (ut jam docuimus) inter ea tantum eſt deliberatio, quæ non
ultum inter ſe diſtant. Hoc autem dico, quoties de duobus ho-
eſtis, aut utilibus, eſt conſultatio: ut ſi in utraque parte trutinæ
ondus fere æquale expoſueris, non ſtatim erit planum, in quam
artem ſit inclinatura; ſed paulatim, in eam partem in qua paulo
ravius erit pondus, deprimetur.

Iacobus Grifolus ad tertiam Cælii Calcagnini diſquiſitionem.

SEquitur locus, in quo Cicero aut ignorantiæ, aut etiam maligni-
tatis crimine convincitur, ut ne ſua quidem eloquentia defendi
oſſit. quo igitur me vertam neſcio. nam quo tandem ore in illa di-
iſio ne tripartita Pan. peccaſſe dicam? quis enim neget ſatis eſſe du-
itare honeſtum ne ſit, quod in deliberationem cadit, an turpe;
tile an inutile? poſtremo an cum honeſto pugnet, quod utile vi-
eatur? jam quis me feret accuſare Stoicum hominem, qui non po-
uerit honeſto aliquid honeſtius, ac utile aliquid utilius poſſe repe-
iri, cum omnes comparationis gradus in his rebus ea diſciplina
uſtulerit? Rurſus pati, M. Tul. omni deſtitutum patrocinio in-
dicta cauſa damnari, impium mihi propemodum videtur. cum præ-
ſertim, ut jam quod ſentio libere ſemel dicam, facillima ſit hujus
defenſionis ratio. equidem vix ſatis mirari queo viris quibuſdam
plane doctis, cum libros de Fin. Tuſc. quæſtiones, tot denique vo-
lumina Ciceronis legerint, tamen in mentem veniſſe ſuſpicari Mar-
cum ipſum Tullium ignoraſſe Stoicos quam bonum ſemel eſſe con-
firmaſſent, negare aut ipſum creſcere, aut melius eo fieri quidque
poſſe, atque id quidem facit, ut magis hac re mirer, quod hi Cri-
tici, qui Ciceronem tam vehementer inſectantur, ne nomen qui-

dem Stoicorum, ne dum diſciplinam cognoviſſent, niſi de eis
tam multa ſcripta reliquiſſet. at ſciebat, o graviſſimi cenſore
ſciebat etiam M. Tullius, atque etiam a ſuis Academicis didice
virtutes abſolutas neque creſcere, neque decreſcere, quare in ter
de fin. *recta inquit effectio, item convenientia, denique ipſum*
num, quod in eo poſitum eſt, ut naturæ conſentiat, creſcendi acc
ſionem non habet. Præterea in quarto de fin. dicit *ſi externa, aut eti*
corporis dicamus bona, aliud alio melius, aut pejus eſſet, & propter
Stoici negant præter honeſtum quicquam eſſe bonum. ex quo fit,
qui eo honeſto, quod ſolum, & abſolute bonum eſt, potiatur beatus
nec requirat quicquam, ut ſit beatior. Nam ut in quinta Tuſcul. ſc
bit, *ſi eſt, quod deſit, ne beatus quidem eſt.* Sciebat igitur (ne ſi
gula perſequamur) hæc omnia M. Tullius atque cæteros perpulch
docuit. Cur etiam Panætium reprehendit? quia erravit: nam c
de communibus officiis ſcripturus erat, non de recto, & perfect
conſiderare debuit ea non eſſe paria; ſed alio aliud eſſe majus,
honeſtius, & magis neceſſarium. Namque Stoicorum ſchola n
ſuſtulit comparationis gradus niſi in bonis, & malis. de quibus nil
erat Panætius dicturus. quod autem communia officia paria non ſin
in tertio de fin. ibi perpulchre declaravit, ubi ait, *incommoda aute*
& commoda (ita enim εὐχρηστήματα, καὶ δυσχρηστήματα *appel*
communia eſſe voluerunt. illa enim quæ proſunt aut nocent bona ſu
aut mala. quæ ſint paria neceſſe eſt. commoda autem, aut inco
moda in eo genere ſunt, quæ præpoſita, & rejecta dicimus. ea p
ſunt paria non eſſe. ſi poſſunt igitur paria non eſſe, habendus eſt
eis delectus, & aliud alii præponendum, ut melius, & honeſti
Cum Panætius igitur non intellexerit honeſtum illud abſolutum, ſ
officium, quod ab honeſto ducitur, quodque medium & commu
appellatur, cur ſua partitione non erraſſe videatur? at illa vox h
neſti horum facile judicium deluſit. non enim exiſtimarunt eam p
communi officio ſolitam eſſe uſurpari. verum a Cicerone diſca
eandem aliquando honeſtatem officium commune appellari, &
officia ſecunda honeſta dici, in primo enim officio inquit, *intel*
gendum eſt autem cum propoſita ſint genera quatuor ex quibus hon
ſtas, officiumque manaret, ſplendidiſſimum videri quod animo m
gno, elatoque, humanaſque res deſpiciente factum ſit. ac in eode
ait, *cum omnis honeſtas manet a partibus quatuor, quarum una*
cognitionis, altera communitatis, tertia magnanimitatis, quar
moderationis, & quæ ſequuntur. ſi honeſtas igitur a quatuor ill
generibus dicitur manare, cur etiam honeſtum non dicemus id off
cium quod e quatuor virtutum manat ab aliqua? cum in primo o
ficio idem ſcripſerit, ſed omne quod honeſtum eſt, id quatuor pa
tium oritur ex aliqua? & paſſim in his libris honeſtum ſic intellig
tur? at ne te diutius teneam, lege in tertio ejuſdem operis, ubi ha
invenies. *Atque illud quidem honeſtum quod proprie vereque dicitu*
in ſapientibus eſt ſolis, neque a virtute divelli unquam poteſt. in

auten

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

utem , in quibus ſapientia perfecta non eſt , illud quidem perfectum
meſtum nullo modo eſſe poteſt. ſimilitudines honeſti eſſe poſſunt. &
ıulo poſt , *hæc igitur officia* , inquit *de quibus his libris diſſerimus ,*
uaſi ſecunda quædam honeſta dicunt eſſe , non ſapientum modo pro-
ria , ſed cum omni hominum genere communia. jam perſpexiſti cum
ngularum virtutum , ſint propria quædam officia , ut in ſecundo de
)rat. & in quinto de fin. docet M. Tullius *hæc alias ſimilitudines per-*
ecti honeſti , alias ſecunda honeſta , alias honeſtates , & officia me-
ia vocari , non igitur honeſtum illud rectum , quod a virtute non
ivellitur , in dubium venit , honeſtumne , an turpe ſit , nihil enim
lluſtrius eo , neque clarius lucet , nec fallere quenquam poteſt. ſed
oc medium , quod illius ſimilitudinem quandam habet minime diffi-
ilem ad diſtinguendum , quandoque naturam habet ambigendi , ac
e forte deſideres exemplum hujus comparationis , in calce primi libri
a diſputavit: *Placet igitur aptiora eſſe naturæ ea officia , quæ ex*
ommunitate , quam ea , quæ ex cognitione ducantur. deinceps ſe-
quuntur argumenta. ubi eſt animadvertendum , non juſtitiam Tul-
ium dixiſſe aptiorem naturæ quam prudentiam , ſed officia , quæ
ducuntur ex juſtitia eſſe aptiora iis , quæ ducuntur ex cognitione.
quæ quidem conceſſu Stoicorum inter ſe comparantur. ſi male igi-
ur Panætius , cur non recte M. Tullius ? equidem ſcire velim quid
ſit , quod prius diſcere quidam nolint , quid in graviſſimis ſuis ſcri-
ptis ſummi viri præſtantiſſimo ingenio præditi , & magna eruditione
ornati ſentiant , quam temere audeant illorum doctrinam , & ſum-
mam prudentiam accuſare. ſed illud quoque Cælio negotium faceſ-
ſit , quod poſſunt infinita ſimul nobis occurrere , de quibus non fa-
cile , quod optimum factum ſit , deliberari queat. idque Ciceronis
ipſius auctoritate confirmat evenire poſſe. quod ſi concedam in eam
infinitatem poſſe nos incidere , nonne in infinitis probabitur etiam
ille , qui curabit quoad ejus fieri poterit , ut optimum ſequatur ? at-
que hoc etiam ſimili diviſionem Ciceronis impugnat , quod ut mi-
nus malum collatum cum majore deſinit eſſe malum , ita minus uti-
le cum utiliore comparatum deſinit eſſe utile. at quid Stoicis cum
Ariſtotele ? verum eſto minus utile comparatione majoris deſinat eſ-
ſe utile. tanto magis igitur cavendum eſt , ne quod utile non ſit ,
eligamus , quod autem eſt utile omittamus. at ne longum faciamus,
comparatio plus , & minus tantum oſtendit , natura vero rerum mu-
tare non poteſt. quare qui amico potius , quam patri præſto eſt ,
non in eo peccat , quod amicum adjuvet , nam id eſt officium : ſed
in eo , quod patrem deſerit , cujus ſalus filio potior eſſe debet , quam
amici. item qui centum lucrari poſſit , tamen octoginta mavult ac-
cipere , quamvis centum majus lucrum ſit , non ſtatim ſequitur octo-
ginta non eſſe lucrum. ita quamvis minus officium ſit amico , quam
patri ſuccurrere , eſt tamen officium. ſed in eo quoque male ſentit
Cælius , quod punduſculum cum magno pondere Ciceronem confer-
re voluiſſe putat. non enim hæc exiſtimavit conſultationem ullam ,
aut

aut deliberationem deſiderare. Sed cum duo ſunt honeſta, aut du utilia, quæ non tam facile diſcrimen habent, ex quo conſilium anceps eſſe poſſit: tamen conſultatione opus eſſe, duxit. ut cum officia, quæ a communitate, & quæ a cognitione ducuntur, inte ſe conferre neceſſe eſt.

Quarta Cælii Calcagnini diſquiſitio.

PHiloſophi diſcendi ſtudio impediti, quos tueri debebant, deſerunt. itaque eos ad remp. ne quidem deceſſuros putat Plato niſi coactos, æquius autem erat, id voluntate fieri. Nam hoc ipſum ita juſtum eſt, quod recte fit, ſi eſt voluntarium. Tu recte quiden Cicero. Nam bonarum malarumve actionum modus ac menſura eſt hominis voluntas. Sed enim ne in Platonis ſententiam arguteris Nec enim Plato debere philoſophos, aut poſſe cogi dixit, ad reip gubernationem: ſed eos ſibi ſua ſponte hanc neceſſitatem impoſituros, ut quum tempus poſtulaverit, id eſt, quum nullus idoneu publicæ adminiſtrationi præſidebit: vel magnum aliquod periculum imminebit civibus: tum ipſi ſe a rerum contemplatione ἀκόντε ἑκόντες, ut dicunt, avellent. Et ſicut navis Salaminia, ut ajeba Themiſtocles, non niſi ad neceſſaria tempora, neceſſariaſque functiones expetebatur: ita ipſi non niſi rerum & temporum ratione impulſi, prodeant in medium, ſuorum civium commodis ac ſaluti conſulturi. Certe Plato quinto libro τῆς πολιτείας tradit, *non eſſe munus nautarum & gubernatorum, eos rogare qui navi vehuntur, u ſe vehi ſinant: ſed eorum potius qui vehuntur, orare, ut gubernatores & nautæ eorum curam ſuſcipiant. atque in portum pervehant* Pari ratione neque Philoſophorum intereſſe, ut rogent ipſi, ſe ad publicam adminiſtrationem admitti: ſed ut rogentur potius, ut velint ipſi reipub. clavum capeſſere, & laborantem civitatem ſua prudentia ſuſtinere. Alioqui multa accidere poſſunt, quæ philoſophos deterreant, ne reip. curam ſuſcipiant. quod & Cicero in quadam ad Lentulum epiſtola attigit: *Id jubet*, inquit ille, *Plato*, *quem ego autorem vehementer ſequor*, *tantum contendere in rep. quantum probare tuis civibus poſſis*, *vim neque parenti*, *neque patriæ afferre oportere.* Atque hanc quidem ille cauſam ſibi, ut non attingendæ reip. fuiſſe: quod cum offendiſſet populum Athenienſem prope jam deſipientem ſenectute, quum eum nec perſuadendo nec cogendo regi poſſe vidiſſet, quum perſuaderi poſſe diffideret, cogi fas eſſe non arbitraretur.

M. Ant. Majoragii Deciſio quarta.

PRoponit Tullius Injuſtitiæ duo genera: *unum eorum qui inferunt*, *alterum eorum qui ab iis*, *quibus infertur*, *ſi poſſunt*, *non propulſant injuriam:* damnatque Philoſophos in hac parte, *qui dum* *alte-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

terum juſtitiæ genus aſſequuntur, in ferenda ne cui noceant injuria,
alterum incidunt: diſcendi enim ſtudio impediti, quos tueri de-
nt, deſerunt. Quis hanc Ciceronis ſententiam non videt eſſe ſan-
am, & religioſam? Nam quis injuſtitiæ nomen effugere poteſt,
tantopere ſtudiis ſuis deditus fuerit, ut amicos, parentes, pa-
iam deſerat? Non damnantur a Cicerone Philoſophi, quod diſcen-
ſtudio ſint impediti, quippe qui Philoſophiæ ſtudium multis in
cis divinis prope laudibus efferat, & cum Platone ſentiens, Deo-
m immortalium munus eſſe affirmet. Sed ii majorem in modum
tuperandi ſunt, qui ſtudium ſuum humanæ ſocietati præponunt,
diſcere potius volunt, quam ab iis propulſare injuriam, cum
ſſunt, a quibus debent. Licet enim veri cognitio maxime natu-
m attingat humanam, & quod in rebus honeſtis & cognitione
gnis operæ curæque ponitur, id jure laudetur: tamen ejus ſtudio
rebus gerendis abduci, contra officium eſt. Quid ergo? dabit
aidem operam ſtudiis ſuis vir ſapiens: ſed cum intelligat, nulla re
opius homines ad Deos accedere, quam ſalute hominibus danda,
unquam communem utilitatem contemnet, ſed erit in perpetua
uadam ſtatione, ut ſimul atque viderit opera ſua patriam, aut
nicos indigere, ſtatim ad ferendum auxilium, non coactus, ſed
onte ſua veniat. hoc eſt, quod merito repræhendit Cicero, *ſi ad*
empub. ne quidem deceſſuri ſint Philoſophi, (ut putat Plato) *niſi*
acti. Æquius enim (inquit) *erat, id voluntate fieri. Nam hoc ipſum*
a juſtum eſt, quod recte fit, ſi eſt voluntarium. Tu vero Cicero-
em accuſas, quod (ut ipſe loqueris) in Platonis ſententiam argu-
etur: aiſque dictum eſſe a Platone, *Nec debere Philoſophos, nec*
ſſe cogi ad Reipub. gubernationem: ſed eos ſibi ſua ſponte hanc ne-
ſſitatem impoſituros, ut quum tempus poſtulaverit, Rempub. capeſ-
ant. Sed dic mihi, ubi, aut quando dixit hoc Plato? equidem vi-
eo pluribus in locis hanc fuiſſe Platonis ſententiam, *Philoſophum ad*
empub. non eſſe acceſſurum, niſi multis precibus rogatus, ac pene
actus fuerit. Itaque de Repub. libro ſeptimo, dicit *eſſe cogendos*
hiloſophos, ut Reipub. adminiſtrationem ſuſcipiant: quod tu, vi-
elicet Platonis ſtudioſus, negas unquam ab eo dictum fuiſſe. Sed
uid illa comparatio, quam ex quinto de Repub. Platonis libro no-
is adducis, nonne aperte contra ſententiam tuam facit. Vt enim
on eſt munus nautarum, & gubernatorum, eos rogare, qui na-
i vehantur, ut ſe vehi ſinant: ſed eorum potius, qui vehuntur,
rare, ut gubernatores, & nautæ eorum curam ſuſcipiant, atque
n portum pervehant: pari ratione, neque Philoſophorum intereſt,
t rogent ipſi ſe ad publicam adminiſtrationem: ſed ut rogentur po-
ius, ut velint ipſi Reipub. clavum capeſſere, & laborantem civita-
em ſua prudentia ſuſtinere. Itaque ſi expectant, ut rogentur, quo
tempore laborat Reſpub. non ſibi ſua ſponte hanc neceſſitatem im-
ponunt, quam tu paulo ante Platonis ſententiam eſſe falſo dicebas.
Sed dicat mihi Plato, vel tu potius Platonis defenſor, utrum juſtum

ſit, an injuſtum, periclitantem Rempub. ſublevare? Si injuſtum nunquam ad eam accedere Philoſophus debet, etiam ſi cogatur: vitam potius profundere, quam aliquid injuſte committere. Si juſtum, cur jubet expectare Plato, donec rogentur, ac pene cogantur? cur non ultro ſe offerunt? cur non id, quod juſtum & honeſtum eſt, libenti animo, ac voluntario ſuſcipiunt? cum præſertim doceant omnes Philoſophorum ſcholæ, juſtum maxime omnium eſſe expetendum. Expetant igitur, ſi boni ſunt, hanc juſtitiam, obviis (ut ajunt) ulnis amplectantur. Ergo ſi fuerit in periculo patria, vir juſtus in ſtudiis ſuis erit quietus? nihil commovebitur? non accurret? non ſe ſponte offeret? non manum extollet, & cum Naſica illo clamabit, *qui Rempub. ſalvam eſſe vult, me ſequatur*; ſed expectabit in lectulo ſuo proſtratus, ac libris undique ſeptus, cives ſui veniant ſupplicatum, ut ſeſe ad ejus genua proſternant, miſere vociferentur, ut calamitates ac miſerias ſuas exponant, denique illum humeris ſuis ſublatum in forum deducant, & omnes una voce cum lachrymis deprecentur, ut laboranti patriæ ſubveniat. Pro Dii immortales, hæccine vir juſtus expectabit, qui nihil aliud quam de communi ſalute cogitat, qui pro patria ſanguinem ac vitam profundere paratus eſt, qui nihil intelligit eſſe laudabilius, nihil præſtantius, quam de Repub. bene mereri? Crede mihi, quamvis multa præclare, multa divinitus Plato dixerit, tamen in hac parte parum omnino, quid ſapientem deceat, perſpexiſſe videtur: qui eum putet, non niſi coactum ad Rempub. acceſſurum: & a Cicerone merito reprehenditur: quod nulla res juſta recte appellari poteſt niſi voluntaria. Sed objicis, multa accidere poſſe, quæ Philoſophos deterreant, ne Reipub. curam ſuſcipiant. Præclaros vero ac nobiles Philoſophos nobis inducis, qui terrore tanquam mulierculæ quatiantur. Sed detur hoc imperitiæ tuæ, qui non intelligas, terrorem in ſapientem cadere non poſſe. Videamus exemplum quod a Cicerone ſumis ad ſententiam tuam probandam ex epiſtola quadam ad Lentulum. *Id jubet* (inquit ille) *Plato, quem ego autorem vehementer ſequor, tantum contendere in Repub. quantum probare tuis civibus poſſis: vim neque parenti, neque patriæ afferri oportere.* Quid vero dicamus nos, vim afferendam eſſe parenti, ac patriæ. nam quemadmodum expectare ſapiens non debet, ut a civibus ei ſupplicetur, quoties periclitantem patriam viderit, ſed ſponte ſe periculo caput objectare: ita cives invitos, ac recuſantes ſervare non debet. Illud enim Horatianum habet aliquam veri ſimilitudinem:

Invitum qui ſervat, idem facit occidenti.

ut in hac re, ſicut in reliquis omnibus, juxta Peripateticorum ſententiam, neque defunctus, neque exceſſus, ſed ipſa mediocritas, quam merito Flaccus auream appellat, laudabilis eſſe videatur. Hanc tu complecti didiciſſes, nunquam profecto te cæca ac temeraria dominatrix animi Cupiditas ad tantam inſaniam compuliſſet, ut ipſu[m]

omn[…]

nnis eloquentiæ, ac ſcientiæ fontem, tanquam aper quiſpiam
miſſus, perturbare auderes.

Iacobus Griſolus ad quartam Cælii Calcagnini diſquiſitionem.

QVartus locus eſt in quo Cicero a Platone in eo diſſentit, quod philoſophos is non putat ad remp. niſi coactos accedere debere. cero vero id voluntate fieri æquius eſſe ducit. At Cæl. tanquam artulum Cic. vexat, atque perinde infeſtatur, ac vim cogendi non telligat, ſic enim inquit: *Nec enim Plato, debere Phil. aut cogi ſe dixit ad reip. gubernationem. ſed eos ſibi ſua ſponte hanc neceſatem impoſituros, ut cum tempus poſtulaverit, id eſt, cum nullus oneus reip. præſidebit, vel magnum aliquod periculum imminebit vibus, tum ipſi ſe a rerum contemplatione ἀκόντες ἑκόντες, ut dint, avellent, atque refert ut Salaminia non niſi ad functiones neſarias expetebatur, ita philoſophos non niſi rerum, & temporum tione impulſos prodire in medium ſuorum civium commodis, & ſati conſulturos.* ac omnia hæc ipſius Platonis auctoritate confirmat quinto politicorum. Ego vero hanc quoque defenſionem paucis pediam. *M. Tullius, ut patet, in his libris Stoicos eſt ſecutus. quaudem diſciplina ſtatuit ſapientes æquum eſſe capeſſere remp. quare tertio de Fin. Cato ſic inquit: cum autem ad tuendos, conſervanſque homines hominem eſſe natum videamus, conſentaneum eſt huic turæ, ut ſapiens velit gerere, & adminiſtrare remp. atque ut e tura vivat, uxorem adjungere, & velle ex ea liberos procreare,* que hoc idem Hor. demonſtrat, dicens in prima Epiſtola. *Nunc ilis fio, & verſor civilibus undis, Virtutis veræ cuſtos, rigiduſque telles.* Cicero igitur ut Stoicus contra Plat. inquit *æquum eſſe phiſophos gerere remp. & procurare ne eo veniatur, ut niſi eam perire lit, capeſſere cogatur. namque eſt etiam quædam neceſſitas condionalis, ut niſi patriæ ſuccurras, ab hoſte capiatur. ergo ſi nolis eam hoſte capi, cogeris defendere. hac itaque neceſſitate coactos philoſohos oportere gubernare remp.* Plato voluit. nec aliter interpretatus t Cicero. ſed æquius eſſe contendit non expectare ullam talem neeſſitatem, ſed eam ita gerere, ut in nullum diſcrimen venire poſſit. on igitur ita coactos intelligamus, ut non libentiſſimo quidem anio eam ex periculis eripiant. ſed in eo hæc omnis quæſtio verſatur, uod Cicero vult *omni tempore philoſophos Reip. præeſſe*, Plato vero *tudiorum cauſa eoſdem quandoque deeſſe.* quid nunc attinet Plat. uctoritate oſtendere non pertinere ad Phil. rogare, ut admittantur d adminiſtrationem Reip. ſed rogari? ac etiam ſi non rogetur ſaiens, cum illius ſtudio, & arte reſpub. carere non poſſit, ſi bonus t civis, ab adminiſtratione publica non ſine vitio poteſt abſtinere. uin etiam rogare, & omni ſtudio tentare debet, ut tunc ſibi Reſp.

com-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

committatur. alioqui non ſapiens magis, quam impius haben-
eſſet. & hæc eſt mens Platonis, qui nihil aliud omnino voluit,
ambitionem cohibere. ſic etiam Plutarchus in ſua politica de
negat optimum virum nimio ſtudio, & ambitione petere magiſ-
tus, ſin vero ut lex, & mox civitatis fert, ultro deferatur,
eſſe boni civis Reip. ſuæ munera defugere. ſed item Stoicus ſap-
tem vult officia virtutis ſine ambitione ſequi, ſed illis nunquam
ctrinæ ſtudia præferre, neque cum ſit in aliquo periculo conſtit-
neque cum in tuto eſſe videatur. nunc enim ut in optimo ſtatu
ſervetur, tunc autem ne pereat. quam quidem ſententiam M. T
lius eſt ſecutus.

Quinta Cœlii Calcagnini diſquiſitio.

SVnt autem privata natura nulla: ſed aut veteri occupatione,
qui quondam in vacua venerunt: aut victoria, ut qui bello
titi ſunt: aut lege, aut pactione, conditione, ſorte. Quod in
viſione præterire aliquid, maximum vitium in dividendo ſit, ut
lo ſuperius hoc libro, & in Topicis ipſe teſtatur: quid de iis
mus, quæ edicto prætorio nobis addicta ſunt? nam edictum
toris a lege diverſum eſt. quid de iis, quæ contractu nobis &
cio ita comparavimus, ut noſtri mancipii facta ſint? quid de
quæ prædio noſtro alluvione fluminis accreverunt? quid de iis,
ſe nobis forte fortuna obtulerunt? ut theſauri inventio, ut av
captura, quæ libero aere vagantur. Quod ſi quis omnia hæc a
gem referat, quæ, quid quaque in re obſervari oporteat, co
tuerit: tum vero in alterum diviſionis vitium non multo minus
ciderit. Sicut enim in diviſione deſiderari aliquid turpe eſt, ita
quam diviſionis partem redundare turpiſſimum. Nam & qui in
cua venerunt, & qui victoria potiti ſunt, qui pactione, condi-
ne, ſorte, uſucapione aliquid tenent, ii omnes promiſcue ſe
defendunt. Apud M. Varronem, in emptionibus dominum le
mum ſex fere res perficiunt. *ſi hæreditatem juſtam adiit: ſi, u
buit, mancipio ab eo accepit, a quo jure civili potuit: aut ſi in
ceſſit, cui cedere potuit, & id ubi oportuit: aut ſi uſu cepit: a
e præda ſub corona emit: tum item, quum in bonis ſectioneve cu
jus publice venit.*

M. Ant. Majoragii Deciſio quinta.

QVid, quod Ciceronem ſuis telis jugulare contendis? Qu
demum hoc excellentiæ putandum eſt, ſiquidem a te præ
poteſt? O præclarum, & omnium literis, ac ſermone præd
dum facinus, unum extitiſſe poſt hominum memoriam Calca
num, qui Ciceronem Romanæ linguæ principem aggreſſus,
dium ei de manibus, tanquam Herculi clavam, eximere, a
i

m transfodere conatus ſit. Verum libet mihi cum Ænea Virgilia- tanquam ex alto loco proclamare,

Quo moriture ruis, majoraque viribus audes?

tamen argumentationis tuæ vim, ac robur videamus: ut omnes illigant, te non aliter atque apri ſeipſos, in oppoſita venabula ntes, infigere ſolent, dum nimis cupide venatores invadunt, ſponte Ciceroniams armis eſſe confoſſum. Duobus in locis (in-) affirmat Cicero, *Præterire aliquid, maximum eſſe vitium in dendo:* & in hoc primo de Officiis libro, & in Topicis. Sit ita: d tum poſtea? At ipſemet Tullius in hoc, quod in Panætio ſum- pere damnat, vitium incidit turpiſſime. Magnum Ciceronis de- us, ſi ita eſt. Sed quibus tu id rationibus approbas? Vtitur (ais) loco hujuſmodi diviſione: *Sunt autem Privata natura nulla, aut veteri occupatione, ut qui quondam in vacua venerunt: aut oria, ut qui bello potiti ſunt: aut lege, aut pactione, conditione,* e. Quid (inquis) de eis dicemus, quæ edicto prætorio nobis ad- a ſunt? nam edictum prætoris a lege diverſum eſt: quid de iis, contractu nobis & pretio ita comparavimus, ut noſtri mancipii a ſint? quid de iis, quæ prædio noſtro alluvione fluminis accre- unt? quid de iis, quæ ſe nobis forte fortuna obtulerunt, ut the- i inventio, ut avium captura, quæ libero aëre vagantur? Hæc eſt objectio, quam mihi diligenter examinare ac perpendere cer- n eſt, antequam defendo Ciceronem: nam aperte paulo poſt endam, hanc neque diviſionem eſſe, quam adducit hoc loco Ci- o, neque ſi eſſet diviſio, quicquam eſſe prætermiſſum. Nam ſi omnia, quæ tu dicis a Cicerone eſſe prætermiſſa, ſub illis ab eo is poſitis generibus continentur, quis non arrogantiam tuam ri- t, qui pedem (ut dici ſolet) in alienam meſſem ponas, & ea tes, quæ nihil intelligis? qui Ciceronem ideo repræhendas, quod vitioſa diviſione noluerit? neſcis & a Dialecticis, & a Rhetori- doceri, vitioſam eſſe diviſionem, in qua poſito prius genere, tea generis partes ſeu formæ ſubjiciuntur? Quid igitur primo di- eſſe prætermiſſum? Bona quæ edicto prætorio nobis addicta ſunt. id ita? Quoniam (inquis) edictum Prætoris a lege diverſum eſt. ne obſecro jus civile didiciſti? Vis ergo, ut tibi potius, quam perato Iuſtiniano credamus, quia ſcilicet in autores egregios ſoriam virgulam arripuiſti. Sed fortaſſe ipſum etiam Iuſtinianum nnabis, propterea quod auſus ſit te invito Prætorium edictum is ſcriptæ formam, ſeu partem eſſe, dicere. Ego vero iſtud os m videre nimium vellem. Certe Iuſtinianus Inſtitutionum ſua- n libro primo, Legum eandem eſſe diviſionem apud Latinos, e apud Græcos ſtatuit. *Conſtat* (inquit) *jus noſtrum, quo utimur, ſcripto, aut ſine ſcripto:* ut apud Græcos τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγρα- , οἱ δ' ἄγραφοι. Scriptum autem jus eſt, Lex, Plebiſcitum, natuſconſultum, Principum placita, Magiſtratuum edicta, Re- nſa prudentium. Atque hæ quidem ſex juris ſcripti formæ legis

 nomi-

nomine continentur, quamvis per Antonomaſiam Lex ea prop
dicatur, quam Populus Romanus Senatorio magiſtratu interrog
te, veluti conſule vel cenſore conſtituebat. Sicuti cum Poëtam d
mus, apud Græcos Homerus, apud nos Virgilius intelligitur. H
etiam ex ipſius Iuſtiniani verbis facile poteſt intelligi, qui quam
primam juris ſcripti formam Legem eſſe ſtatuiſſet, tamen non
multo poſt ita ſcribit: *Quodcunque ergo Imperator per epiſtolam c
ſtituit, vel cognoſcens decrevit, vel edicto præcepit, legem eſſe c
ſtat.* Quod niſi Lex aliquando generale vocabulum eſſet, aliquan
ſpeciale, non poſſet excuſari Iuſtinianus, quin vel formas juris c
fudiſſet, vel poſt genus ſpeciem in diviſione collocaſſet: quod ma
me conſtat eſſe vitioſum. Verum Lex interdum pro omni jure
ſcripto, vel non ſcripto capitur, interdum pro ſcripto tantum ju
interdum vero ſolum pro conſtitutione populi Senatorio (ut d
mus) magiſtratu interrogante. Quod ita eſſe multis exemplis ma
feſtum fieri poteſt: nam Legem omne jus continere, declarat
verbis Cicero: *Cum legem dico, nihil aliud intelligi volo, quam
perium, ſine quo nec domus ulla, nec civitas, nec gens, nec homin
univerſum genus ſtare, nec rerum natura omnis, nec ipſe mun
poteſt.* Quin etiam in Verrem Cicero *Prætorium edictum legem
nuam dicit eſſe.* Non eſt igitur, ut tu vis, Prætorium edictum a
ge diverſum: cum præſertim (ut præclare docet Cicero) vere
poſſit, *Magiſtratum legem eſſe loquentem, Legem autem mu
eſſe magiſtratum.* Quin potius (ut ait Iuſtinianus) *Prætorum qu
edicta non modicam obtinent juris autoritatem. Hoc etiam* (inq
Ius honorarium ſolemus appellare, quod qui honores gerunt, id
magiſtratus, autoritatem huic juri dederunt. Itaque quæcunqu
dicto Prætorio nobis addicta ſunt, ea per legem privata fiunt:
vero contractu, & pretio ita comparavimus, ut noſtri mancipii
ea per pactionem nobis acquiruntur: quod vel puero perſpicuum
Præterea quæ prædio noſtro fluminis alluvione ſunt adjuncta, no
non eſſent, niſi legibus ita ſtatutum eſſet: quamobrem hæc et
ad legem referuntur. Quæ ſe nobis forte fortuna obtulerunt, ut
ſauri inventio, ut avium captura, quæ libero aëre vagantur:
non videt hæc ſorte nobis evenire, vel conditione aliqua, ut ſi
dio, & induſtria venati fuerimus? Vides igitur ſub generibus
a Cicerone poſitis in hac, quam tu diviſionem appellas, omnia c
tineri, quæ tu objicis eſſe præterita. Quæ cum ita ſint, omnino
ceſſe eſt, ut te vel imperitiſſimum, vel glorioſiſſimum exiſtimem
Imperitiſſimum, ſi hæc tam aperta & manifeſta non vides, quæ
cæcis (ut dici ſolet) appareant. Glorioſiſſimum, ſi intelligis, &
men contradicendi ſtudio vis impugnare: ut innoteſcere poſſit o
bus, Calcagninum cum Cicerone, tanquam Scarabæum cum aq
certamen ſuſcepiſſe. Nunc aggrediar id oſtendere, quod initio p
licitus ſum, hanc videlicet non eſſe Diviſionem, quam inducit
loco Cicero; ſed quandam potius cum enumeratione Partitione

Diſtributionem: atque ideo non eſſe vitioſum, etiam ſiquid in præteritum eſſet. *Nam Diviſio* (ut Boëthius docet) *quæ vere ac rie dicitur, ea eſt, qua vel genus propoſitum in formas diducitur, totum in membra diſcerpitur, vel verbum ambiguum per ſuas ſignijones exprimitur.* Hoc autem loco, neque genus ullum eſt proſitum quod dividatur, neque totum, neque verbum ambiguum: a eſt igitur diviſio. Cum enim ita proponit Cicero, *ſunt autem vata natura nulla*: declarat, *omnia naturaliter eſſe communia.* ue nullum ſtatuit privatorum genus quod dividat: ſed aliquos nerat modos, quibus ea quæ prius communia fuerant, poſtea ata facta ſunt: quo in genere nullum eſt vitium, aliqua prætep: quod ipſe Cicero ſic in Topicis docet: *Partitione autem ſic uten, nullam ut partem relinquas: ut ſi partiri velis Tutelas, inter facias, ſi ullam prætermittas: at ſi Stipulationum aut Iudium formulas partiare, non eſt vitioſum in re infinita prætermitteiquid: quod idem in Diviſione vitioſum eſt. Formarum enim cereſt numerus, quæ cuique generi ſubjiciantur: Partium diſtributio eſt infinitior, tanquam rivorum a fonte deductio.* Itaque in Oiis artibus quæſtionis genere propoſito, quot ejus formæ ſint, ungirur abſolute. At cum de ornamentis verborum ſententiaque præcipitur, quæ vocantur σχήματα, non fit idem, res enim nfinitior: ut ex hoc quoque intelligatur, quid velimus inter Parnem & Diviſionem intereſſe. Hæc Cicero: *Quibus intelligi facile , plerunque contingere, ut in partiendo nulla præterire non ſit ſum: quod idem non ſit in Diviſione, in qua nihil unquam ſine præteriri poteſt.* Sed fac iſtam, quam reprehendis, eſſe diviem: quid tandem in ea prætermiſſum eſt? nam quæ tu vis eſſe erita, declaravimus omnia ſub illis generibus a Cicerone nume- contineri: neque præterea quid dici, aut excogitari poſſit, vi-: nihil eſt igitur prætermiſſum. Quare ſive Diviſio ſit, ut tu exias, ſive non, ut ego affirmo, nihil eſt in hac parte vitioſum.

Iacobus Griſolus ad quintam Cælii Calcagnini diſquiſitionem.

ud quidem parum prudentis hominis, atque conſtantis eſſe viium videtur, ſi quis aut contra ſuum præceptum faciat, aut quod eſſe cernas, id in aliis accuſet. quare Cælius juſtæ reprehenſionis m cenſuit ſibi datam eſſe. M. enim Cicero cum paulo ante Pai diviſionem improbaſſet, tamen ipſe quoque in officiorum pricontra, quam monet in Topicis peſſime diviſit. ubi ſic ait. *ſunt m privata natura nulla. Sed aut veteri occupatione, ut qui quon in vacua venerunt, aut victoria, ut qui bello poſiti ſunt: aut le aut pactione, conditione, ſorte,* quod in diviſione inquit Cælius. terire aliquid maximum vitium ſit, & paulo ſuperius hoc libro,

& in topicis ipſe Cicero teſtatur. quid de iis dicemus, quæ edi
prætorio nobis adjecta ſunt? nam edictum prætoris a lege diverſ
eſt. quid de iis dicemus, quæ contractu nobis, & precio ita com
ravimus, ut noſtri mancipii facta ſint? quid de iis, quæ prædio
ſtro alluvione fluminis accreverunt? quid de iis, quæ ſe nobis
tuna obtulerunt? ut theſauri inventio, ut avium captura, quæ l
ro aere vagantur? quod ſi quis hæc ad legem referat, redundans
rit hæc diviſio, quod non levius eſt peccatum. hactenus Cælius.
autem cum plebano ſancti Apollinaris Baptiſtæ Electo noſtro opt
ut ſcis ingenio, ſummaque doctrina prædito legiſſem, quid in
Cælius hic ait? Equidem non arbitror hic M. Tullium omnes ra
nes, & modos numerare voluiſſe quibus quiſque rei alicujus do
nus fieri poſſit. ſed quibus cauſis, tantum quæ communia erant,
cta ſint privata. neque ſi recte quis conſideret, alias fortaſſe pr
has facile reperiet. Nam edicto prætoris, & contractu ea noſtra fi
quæ erant alterius, non communia. item eluvione ea terra, qu
alterius fundo erat, in alienum aquarum vi tranſlata eſt, ex pri
loco ſcilicet in privatum. Theſaurus autem qui offeratur, & avi
bera, & id genus alia in communibus rebus numerantur, & f
occupantis. itaque communia aut occupatione facta ſunt privat
ris, aut bello, aut lege inter populos, pactione, conditione,
te. illud autem eſt hic animadvertendum quod Marcus Tullius
de privatorum hominum, verum de publicis poſſeſſionibus pop
rum, & civitatum loquitur. quod ipſe ſtatim exponit dicens
quo fit ut ager Arpinas Arpinatum dicatur, Tuſculanus Tuſcul
rum, ut hac ſimilitudine oſtendat certæ cujuſque perſonæ res
proprias. quare inquit, ſimiliſque eſt privata & poſſeſſionum de
ptio. ex quo ſuum cujuſque fit eorum, quæ natura fuerant com
nia, quod cuique obtigit id quiſque teneat, hic ita eſt intelli
dum, ea, quæ natura fuerant communia, illis tantum ratio
potuiſſe fieri publica, vel privata, hæc autem & iiſdem & aliis c
pluribus poſtea excogitatis modis, diſtribui, & ad alios quotidie
vos dominos pervenire. itaque ſi ex verbis Ciceronis verum elicia
ſenſum, fortaſſe in ea diviſione nihil amplius deſiderabimus.
ſi communem interpretationem ſequi libeat, non video cur edic
prætoris Cælius neget eſſe, legem cum in tertia Verr. Cicero co
met edictum eſſe legem annuam, ſed ut de nomine concedam
vim tamen legis obtineat neceſſe eſt, ut ſenatuſconſultum, reſp
prudentum, principum placita, plebis ſcita, juſſa populi, mos
conſuetudo, & ſi qua ſunt alia hujus generis, quæ tanquam ſp
legi, ut generi ſubjici debent, quod autem permutatur aut pecu
aut alia re non pactione continetur. nam theſaurus fortuna obla
& piſces in publicis aut in communibus fluminibus, & aeriæ a
omnia ſunt communia, & occupatione fiunt propria, itaque
mus hæc omnia illius diviſionis partibus eſſe comprehenſa. nequ
ri poteſt ea, quam Cælius dicit, in ea diviſione redundatio,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

artes ad legem nemo referret. aliud eſt enim vim legis habere, o lege uſurpari, aliud eſſe legem, vel verius fortaſſe dicamus, nodum, quo per legem ex communi conditione res tranſeunt in tam. atque hæc electus. at quid, ſi Tullium ea quoque ratione ndamus, ut dicamus eum voluiſſe omnes illius diviſionis partes qui, ac illas rationes exempli cauſa poſuiſſe? quod Horatium ſcriberet ad Florum videmus feciſſe, cum ait. *Tanquam ſit pro- n cuiquam, puncto quod mobilis horæ, Nunc prece, nunc precio, vi, nunc ſorte ſuprema Permutet dominos, & cedat in altera* Nam & aliis rationibus ab Horatio omiſſis hæc permutatio fie- let. ſed iis fuit exemplis contentus, ut M. Tullius, qui tamen n eo argumento defendi poſſet, quod illis tantum modis ante a ſint a privatis obtineri communia, quam eſſent edicta, & re- vel a Cælio, vel a me ſuperius poſita. Ciceronem enim tem- m habuiſſe rationem credendum eſt. verum ſi rem recte perpen- s facile perſpiciemus, ut electus noſter ait M. Tull. expoſuiſſe es cauſas & modos, quibus privata fierent, quæ natura eſſent munia, & non quibus ea, quæ ſunt privati juris, in jus alterius nti tranſeunt: nam hoc eſt dominum mutare, non conditio-

Sexta Cælii Calcagnini diſquiſitio.

Vi autem non defendit, nec obſiſtit, ſi poteſt, injuriæ: tam eſt in vitio, quam ſi parentes, aut amicos, aut patriam deſerat. c nimis Stoice dictum eſt, & quod inter Paradoxa referri opor- Quid ſi ſontem defendam? ſi eum, qui alium prius injuria ocarit? ſi eum denique, cujus cauſa & mihi & meis diuturnas ſas concitem? ſane hæc ad obruſſam & rigorem illum Zenonis i, durum & plenum inclementiæ exiſtimaverim. Præſertim n in medio hominum, neque inter perfectos vivamus. Adde , ut ipſe paulo poſt monet, multa circumſpicienda ſunt in omni o: & conſuetudo exercitatioque capienda, ut boni ratiocinato- fficiorum eſſe poſſimus: & addendo deducendoque videre, quæ ui ſumma fiat, ex quo quantum cuique debeatur intelligas. Quid erea, ſi peregrinus & ignotus in periculo ſit? ſit itidem is, qui optime meritus ſit? Quid ſi plures eodem tempore defendendi ? Quid ſi conſtituto in periculo opitulari non poſſis, niſi alium, amicum vel neceſſarium læſeris? Profecto hæ omnes circumſpe- es ſententiam Ciceronis infirmant. Quæ vero (malum) hæc paratio? quam abſona, quam veritati refractaria? Ergo igno- ac peregrinum, & forte nihili hominem deſtituiſſe, juxta par s exiſtimabis, ac ſi parentes, quibus vitam educationemque o: ac ſi amicos, quos eadem mihi voluntas idemque ſtudium nxit: ac ſi denique ſanctiſſimam patriam, in qua omnia jura ſita ſunt, prodidero. Vide obſecro, ne ſi poſitionem tueri volue-

ris: & pietatem erga parentes, & neceſſitudinem inter amicos, & charitatem in patriam vili nimis loco habuiſſe videare: quam u- blico, ac late nimis profuſo humanæ ſocietatis vinculo adæq veris.

M. Ant. Majoragii Deciſio ſexta.

ECce autem cum Injuſtitiæ duo genera Cicero ſtatuiſſet: un eorum, qui injuſte impetum in quempiam faciunt, aut ira aliqua perturbatione incitati: alterum eorum, qui nec defendu nec obſiſtunt injuriæ, ſi poſſunt: velitque hos, qui propulſare lunt injuriam, tam eſſe in vitio, quam ſi parentes, aut patriam ſerant. Inſurgis ab altera parte tu vehemens accuſator, damna Ciceronem nimiæ ſeveritatis, ac pene immanitatis, quod hoc n Stoice dictum eſſe videatur, & quod inter paradoxa referri opor Equidem nequeo ſatis mirari, quid hoc loco nimis Stoice dic exiſtimes: aut quid tibi videatur eſſe Paradoxon. An fortaſſe, Stoici paria volebant eſſe peccata, Ciceronem putas eorum opi nem ſecutum, hoc dixiſſe? Credo te ita cogitaſſe. Sed diligen quæſo, Ciceronis verba conſidera. videbis enim te longe tua op ne falli. Non enim ait Cicero, *tanto eſſe in vitio, qui non defe nec obſiſtit, ſi poteſt, injuriæ, quanto ſi parentes, aut amicos, patriam deſerat.* Sed ait, *tam eſſe in vitio:* hoc eſt, *tam contr ficium facere, & in vitium injuſtitiæ cadere.* Nam cum de Inju verba faciat, *non tantum eos qui inferunt, ſed eos etiam qui non pulſant injuriam, injuſtos eſſe oſtendit: & quemadmodum qu rentes, aut amicos, aut patriam deſerunt, injuſti ſunt appell ita etiam qui non propulſant, ſi poſſunt, injuriam.* Vtri vero ſi juſtiores, nihil ad hoc tempus: ſatis eſt enim hoc loco demonſtr genus eſſe quoddam injuſtitiæ, non propulſare, cum poſſumu juriam. Itaque in eo membro, *tam eſt in vitio:* verbum illud, non quantitatem, ſed qualitatem potius, ac ſimilitudinem ſig cat. Vt ſiquis ita dixerit, *qui ſervum interficit, tam eſt in cri cædis, quam ſi parentem interfeciſſet.* Vel ſic: *Qui clam Dena ſurripit, tam eſt in furto, quam ſi decies ſeſtertium ſurripu* Hæc quis non videt eſſe veriſſima, quamvis inter ſe plurimum p ta differant? Tam eſt furtum denarium clam ſurripere, quan cies ſeſtertium: ſed hoc longe majus. Eodem modo dicit Cic *tam eſt Injuſtitia, Non propulſare, ſiquis poteſt, injuriam:* *parentes, aut patriam deſerere:* ſed nemo dubitat hanc eſſe r rem. Itaque non eſt, quod hæc inter paradoxa referas, quæ p ſima ſunt. Quam vero copioſe, quam pene tragice contra Ci nis verba fulminas? Quid ſi ſontem (inquis) defendam? ſi eum alium prius injuria provocarit? ſi eum denique, cujus cauſa & & meis diuturnas offenſas concitem? durum & plenum incleme Ah Calcagnine, ne quæſo tam acriter inſurgas, cum præſertim

o tibi has neceſſitates imponat. Quis te ſontem jubet defendere? onon injuſtitia ſit, ſi hoc facias? Quis jubet, ut eum defendas, prius alium injuria provocarit? Obſecro te, perpende prius Ciconis verba diligenter, & mande, & concoque, deinde ſiquid tibi ſeam concitarit, tunc illud evomito. Iubet Cicero, *ut reſiſtas injuriæ, non ut ſontes defendamus, aut eos qui priores injuriam ulerint. Non eſt injuria, ſontem punire: non eſt injuria, vim vi llere.* Quare ceſſa bonis avibus in hac parte: neminem neque tem, neque injurioſum defende, non te accuſabit Cicero. At di, *nolim mihi & meis inimicitias comparare.* Eſto igitur prudens, bonus ratiocinator officiorum eſſe poſſis: nam ſi ejuſmodi ſunt inicitiæ, ut eas non admodum pertimeſcas, tibi repellenda eſt ina, & ſubeundæ propter juſtitiam inimicitiæ. Si vero tales futuræ, ut & tibi, & tuis detrimentum ſint allaturæ, ceſſa: non enim es injuriæ reſiſtere. Vult autem Cicero, *te tantum ſolummodo conſdere, quantum ſuſtinere commode poſſis.* Quid ſi plures eodem pore defendendi ſint? Accurre ad eum, qui tibi charior eſt, cui gis debes, ſi non potes omnibus eodem tempore ſubſidium ferre. uid ſi conſtituto in periculo opitulari non poſſim, niſi amicum vel eaſſrium læſero? amicus ille tuus vel juſtus, vel injuſtus eſt: Si us, neminem per injuriam offendet: ſin injuſtus, nihil ejus acitiam curare debes: ſed innocentem, ſi potes, omni ratione levare. Crede mihi, nihil invenies, quod Ciceronis ſententiam irmare poſſit, quam a natura ipſa, vel potius a recta ratione dexit. Ecce autem iterum eloquio tonas. Quæ, malum, (inquis) c comparatio? quam abſona? quam veritati refractaria? deinde onſtra quædam verborum, & portenta fingis: Deſtituere ignon, ac peregrinum, ac nihili hominem, & prodere parentes, acos, patriam, a Cicerone par ſcelus exiſtimari. Vnde hoc (quæſo) um ſumis? ubi eſt hæc Ciceronis ſententia? ubi comparatio? ubi quitur Cicero de proditione patriæ, parentum, aut amicorum? æ, malum, eſt iſta perverſitas tua? ut fingas a Cicerone dici, æ non dicuntur, quo facilius eum impugnes? Adeo ne mortales nes negligentes eſſe putas, ut eorum oculos tuis nugis præſtrinre, atque eis tenebras offundere poſſis? Dic, ubi pietatem in pantes, neceſſitudinem inter amicos, charitatem in patriam, publi, ac late nimis profuſo, humanæ ſocietatis vinculo Tullius adæarit? ex hoc certe loco non potes hæc elicere: quoniam (ut initio cuimus) nulla eſt hic quantitatis comparatio, ſed ſimilitudo quæm: neque de magnitudine criminis, ſed de genere vitii diſputatur: oſtendat Cicero, *non propulſare injuriam, tam eſſe ſub injuſtitia, am patriam deſerere.* Sicuti meretricia conſuetudo, tam eſt ſub xuria vel libidine, quam adulterium, quam inceſtum: quamvis mo ſit, quin intelligat, longe majus eſſe peccatum Adulterium, t Inceſtum committere, quam coire cum meretricula. Qui quim gradus etiam in virtute reperiuntur: ut Amicum adjuvare, tam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

eſt ſub juſtitia, quam patriam defendere: ſed hæc tamen poſteri
virtus, longe præclarior. Iaces igitur cum tuis argumentis, qui vi
culum humanæ ſocietatis a Cicerone, parentibus, & amicis, & p
triæ putes adæquari.

Iacobus Grifolus ad ſextam Cælii Calcagnini diſquiſitionem.

ILlud quoque Cælio non probatur tanquam dure, & nimis Sto
dictum, ac etiam inconſtanter. quod tam ſit in vitio qui non
fendit, nec obſiſtit injuriæ, ſi poſſit, quam ſi parentes, aut am
cos, aut patriam deſerat. Quid ſi ſontem, inquit, defendam?
eum, qui alium prius injuria provocant? ſi eum denique, cuj
cauſa & mihi, & meis diuturnas infenſas concitem? ut pro Cic
reſpondeam, impie id facies, & ſtulte, & contra Zenonis, &
Tullii præceptum, qui humani ſunt, & juſti: at primum qu
Stoicis agat Cicero reprehendi non debet, quando ſe id facturum
principio profeſſus eſt. deinde quod aut nimis, aut inconſtante
falſum. præſertim hoc in loco, ubi noluit, ut Cælius putavit,
ria eſſe peccata, non obſiſtere injuriæ, & patriam deſerere. ſed
lud non eſſe vitium magis, quam hoc. ita in ſuo genere non long
abeſt a uitio, qui non propulſat injuriam, ſi poſſit, quam qui
rentes amicos, & patriam deſerunt. ut ſi furatus ſit quiſquam
cem, alius vero centum, non magis hic eſt in vitio, quam ille. na
ſi concedamus utrunque furtum eſſe, illud quoque concedamus
ceſſe eſt, utrunque eorum eſſe pariter in vitio. quare M. Tullius
monſtrare voluit non apertius peccare, qui patriam deſerit, qu
qui non defendit injuriam, cum poſſit. hoc ita conſtituto abſu
ſunt omnia, quæcunque Cælius in Ciceronem jacit. *nam ſonte*
aut qui provocavit injuria ſiquis defendat contra officium facit. ne
enim veriſimile eſt Stoicos defendi eos voluiſſe, qui noceant aliis, qu
pe qui monent, ut injuriæ reſiſtamus, id eſt, *ut contra ſontes,*
injurios homines pugnemus. alias cum his injuriam conjungere,
conſociare videremur. nec etiam illud præcipit M. Tullius, *ut cæte*
ita quietem patiamur, ut perturbemus noſtram. dixit enim ſi poſſ
poſſe autem is dicitur, qui & ſocium, & ſe tueri queat. Quid?
quit Cælius, *ſi peregrinus, & ignotus in periculo ſit, ſit itidem*
qui de te optime meritus ſit? utrunque ſi poſſit, defendi jubet:
minus, cui plus debeatur. nonne paſſim Stoici monent, ut delecti
rerum habeatur? nonne mire ſibi conſtat Cicero, qui ſocietatis g
dus inter homines docuit eſſe plures, ut facile ſciremus, quæ cuiq
officia deberentur? nonne officium dixit eſſe *majus damnum antep*
minori? notus eſt locus ille. ubi hoc exemplo Cælius convincitur.
conſtitueris te cuipiam advocatum in rem præſentem eſſe venturu
atque interim graviter ægrotare filius cœperit, non ſit contra o
ciu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

m non facere, quod dixerit. magiſque ille, cui promiſſum ſit, officio diſcedat, ſi ſe deſtitutum quæratur, ſed paſſim tibi occurrt hujuſmodi loci, nequis credat Zenonem, ſive M. Tullium Aonem aliquem fuiſſe, qui nihil in mediis officiis relinquant, quod aut ſecundum naturam, aut contra. verum ſi Cælius ex conſtan, & perpetuitate, & non ex ſingulis vocibus philoſophos ſpectaſ, non fuiſſet ita propenſus ad hujuſmodi calumnias. mitto nunc s ejus circumſpectiones. nam quis dubitet, ſi plures oporteat dem tempore defendi, omnes defendere, ſi poſſit? ſin minus, os poſſit? quod ſi nullum ſervare queat, nemo unquam exiſtimaab eo deſertum eſſe quemquam. jam ſi conſtituto in periculo ſine cujus injuria opitulari non poſſim, non opitulabor: officium en nunquam debet cum injuria conjungi. nam ut dixit. M. Tuls, *qui aliis nocent, ut in alios liberales ſint, in eadem ſunt injuſti, ut ſi in ſuam rem alienam convertant.* ubi vides eum, cum par e crimen vellet oſtendere, in eadem eſſe injuſtitia dixiſſe, tam en eſſe in vitio, & in eodem, plurimum differt: quæ ſi diligenre trutina Cælius examinaſſet, non tam durus illi Cicero viſus et.

Septima Cælii Calcagnini diſquiſitio.

Cicero liberalitatem cum juſtitia confundit. Habent omnino aliquam inter ſe vicinitatem, præſertim ea parte, quæ in erogan conſtat. dat enim utraque pro dignitate benemeriti, ſed juſtitia lto latius evagatur. Sane Ariſtoteles duplicem juſtitiæ proportiom tribuit: *geometricam alteram, alteram mathematicam. Ahmeticam verſari in contractibus* ſcribit: *in quibus omnes homines res eſſe decet. Geometricam vero, unicuique ſuum diſpenſare, quans eſt cujuſque captus & exiſtimatio.* Hæc imperio ac magiſtratus æclare natis ingeniis præbet, cæteris pro ſuo modulo munera & iniſteria partitur. Proprium eſt liberalitatis, pecuniam aſpernari, mque ad publica hominum commoda impartiri: multos habere o beneficio obſtrictos, nemini quicquam imputare, a nemine vim repoſcere. Hanc Philoſophi animi magnitudini ac deſpicientiæ rum humanarum proximiorem, quam juſtitiæ, exiſtimaverunt. oſſet aliquis fortaſſe ea ratione tueri Ciceronem, quod iſtæ virtus conjunctæ ſint, ac ita proximæ, ut mutuo vinculo teneantur. uod qui dixerit, incidet in Menedemi Eretrienſis ſententiam, *i omnes virtutes unam eſſe virtutem arbitrabatur, eamque pro is functionibus diverſis nominibus appellabat.* Autor Plutarchus libello de Virtute morali.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

M. Ant. Majoragii Deciſio ſeptima.

SEd quæ hactenus a te ſunt impugnata, fuerunt ejuſmodi, u eis aliquid dicere videreris: quod vero nunc addis, omnino f ſum eſt: itaque tolerari nullo modo poteſt. Equidem non miror, multa quotidie finguntur ab iis, qui nullum ſibi contradictur ſperant, aut qui tabellis obſignatis, ſecum agi non poſſe inte gunt: cum tu, quem veriſimile eſt crediſiſſe, multos fore, contradicerent, ac Ciceronem defenderent: & qui præclare inte gis, opera Ciceronis a ſtudioſis literarum in manibus continen haberi: tamen audeas id fingere, quod nuſquam Cicero dixit, ne ſomniavit quidem. Sic enim ſeptimam diſquiſitionem tuam grederis: *Cicero Liberalitatem cum Iuſtitia confundit.* Vbi qu hoc, aut quibus verbis efficit Cicero? Porrige obſecro manum, digito locum demonſtra: non enim in Officiis Ciceronis, ubi l faciat invenio: niſi forte tu novum aliquod exemplar habes, confuſio illa liberalitatis ac juſtitiæ lateat. In eis certe quæ mihi vi re contigit, nuſquam hanc confuſionem inveni. Tuum igitur fu locum aperte declarare: non poſtulare, ut tibi tanquam Xenoc cuipiam injurato credamus. At ego contra video, diligenter a Ci rone virtutes iſtas inter ſe diſtingui, ſeparatimque alteram ab alt tractari: ut non poſſim non mediocriter admirari, te tam impud ter & aperte mentitum. Sed præſtat ipſius Ciceronis verba recita ne me quiſquam fortaſſe putet, amore ductum, quo ſemper ineunte pueritia Ciceronem complexus ſum, aliquid fingere, q ſic habent: *De tribus autem reliquis latiſſime patet ea ratio, qua cietas hominum inter ipſos, & vitæ quaſi communitas continet cujus partes duæ ſunt: Iuſtitia, in qua virtutis ſplendor eſt maxim ex qua viri boni nominantur, & huic conjuncta Beneficentia, qu eandem vel Benignitatem, vel Liberalitatem appellare licet.* Hic des apertiſſime diſtinctam a Liberalitate Iuſtitiam: atque ita de Iu tia verba facere incipit, ſeparatim a Liberalitate: Sed juſtitiæ p mum munus eſt, ut ne cui quis noceat, niſi laceſſitus injuria: de de, ut communibus utatur pro communibus, privatis ut ſuis. I que progreditur, & Iuſtitiæ munera pluribus verbis explicat. Poſ vero, cum jam ſatis multa verba de Iuſtitia ſibi feciſſe videretu μετάβασιν, id eſt, tranſitionem addidit, ut a Iuſtitia Liberalitat ſegregaret, quæ eſt ejuſmodi: *De Iuſtitia ſatis dictum eſt: de ceps, ut erat propoſitum, de Beneficentia ac Liberalitate dicatu qua quidem nihil eſt naturæ hominis accommodatius.* Hæc certe Ci ronis verba ſunt, quibus intelligi ſatis poteſt, voluiſſe eum *a Iu tia disjunctam eſſe Liberalitatem.* Quæ cum ita ſint, omnino mentitum eſſe fateare neceſſe eſt. Quid ergo Ciceronem impugna an fortaſſe quia *juſtitiæ conjunctam eſſe liberalitatem* dixerit? At h ipſe tua ſponte fateris, cum dicis, has duas virtutes habere aliqu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ter ſe vicinitatem, præſertim in ea parte, quæ in erogando con-
at: dat enim utraque pro dignitate bene meriti. Sed quemadmo-
ım hæ virtutes differant, optime declarat Ariſtoteles in libello de
irtutibus: *Iuſtitia* (inquit) *eſt virtus animi* διανεμητικὴ τοῦ κατ' ἀξίαν,
eſt, *quæ diſtribuit quod pro dignitate cuique convenit. Liberalitas*
ro eſt virtus animi εὐδαπάνος εἰς τὰ καλὰ, hoc eſt, *quæ in rebus*
neſtis facile ſumptum facit. Propterea Iuſtitiæ munus eſſe vult,
ıtrios mores ſervare, legibus obtemperare, promiſſa & conventa
ficere. Liberalitatis vero, facilem eſſe in erogando, quoties opus
ıerit, & quoties honeſtas ipſa poſtulat: libenterque auxilium e-
ınti ferre, neque unde non licet aliquid accipere. Quæ ſiquis dili-
ınter advertat, intelliget profecto, magnopere cum iis quæ de
ıſtitia & Liberalitate tradit Cicero, convenire. Quæ vero tu citas
ı Ariſtotele de duplici proportione, Geometrica, & Arithmetica,
on video quid ad hunc locum faciant. Vtrum autem id verum ſit,
uod tu aſſeris, Liberalitatem eſſe Fortitudini propinquiorem, quam
ıſtitiæ, viderint alii: ego certe, niſi firmiores attuleris rationes, a
icerone noſtro non diſcedam: *qui non fortitudini, ſed juſtitiæ con-*
unctam eſſe liberalitatem ſtatuit: neque injuria, cum utraque ad
ominum ſocietatem, & vitæ quaſi communitatem pertineat.

Iacobus Griſolus ad ſeptimam Cælii Calcagnini diſquiſitionem.

SEptimo loco inquit Cælius, *liberalitatem Cicero cum juſtitia con-*
fundit, quam Philoſophi animi magnitudini, & rerum humanarum
eſpicientiæ conjunctiorem, quam juſtitiæ exiſtimarunt. Ego vero
uis nam fuerit de liberalitate ſenſus Ciceronis breviter oſtendam, ſi
rius monuero, ne vitio illi vertatur, ſi cum Ariſtotele ſentire vo-
uit. Credebam ego jam omnibus hoc eſſe manifeſtum, quod ille
ſe profeſſus eſt, Ciceronem in his libris ſecutum eſſe Stoicos.
uamobrem non recte Cælius, ſi quid ab eo dictum ſit, quod ab
riſtotelica regula aberrare videatur, id eſſe corrigendum ſtatuit.
am Cicero, ut teſtatum multis voluminibus reliquit, Ariſtotelis
noralia diligenter legit, nec ab eo propterea diſſentit, quod neſciat,
uid ille ſenſerit, ſed quia tunc eum non probat. neque vero illius
ætas erat huic noſtræ ſimilis, quæ unum novit Ariſto. præterea
neminem. at vigebant quatuor illæ Philoſophorum ſcholæ, qua-
rum ſingulæ multos habuerunt amatores, a quibus eruditiſſimis
diſputationibus defenſæ ſunt. ac ſi veterum Philoſophorum ſcripta
videremus, aut eorum, quos reliquos habemus, teſtimonio cre-
deremus, neceſſe eſſet fateri longe plures, & eos graviores Platoni-
cos, quam Ariſtotelicos fuiſſe. erat ergo fas bonis illis temporibus,
ut etiam ante fuerat, Ariſtoteli non modo non aſſentiri, verum
etiam repugnare. nunc autem eo jam ventum eſt, ut dicere non
ſatis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ſatis ſit, ut olim de Pythagora ſolebat, αὐτὸς ἔφη, verum ſingu
hujus verba ſingula eſſe oracula putemus. at ſi hoc inertiæ noſtr
largiamur, ut ex tam multis vix unum cognoſcamus, laudare d
bemus eos, qui ut omnes cognoſcerent ſummo ſtudio, & labo
perfecerunt. itaque omnium collatis opinionibus, quæ maxim
placerent, eas cum cauſa, ut illis videbatur, ſecuti ſunt. ut Ma
cum Tullium feciſſe conſtat, quem quidem cum ex aliis, tum
illis quinque de fin. bonorum, & malorum libris par eſt exiſtimar
nihil ignoraſſe quod illæ ſcholæ, quæ tunc erant in honore, ſenti
bant. hic ego, quod ſæpius ſe fecerit academicum, & Stoicum
quam peripateticũm, nolo ſtatuere, utrum recte fecerit nec n
verum quoniam ea tempeſtate nulla religio videbatur, ſi quis impr
baſſet Ariſtotelem, demus hanc veniam Ciceroni, ut ab iis, qu
ſibi duces elegerit, ad Ariſto. non deficiat. nec libeat ſemper h
Enthimemate, ut Cælius conſuevit, uti. non ſic Ariſtoteles. er
male Cicero. nam apud eum, ut toties jam dixi, non ſemper Ari
probatur, quemadmodum in ratione liberalitatis; quam quidem il
in pecuniæ tantum uſu, & earum rerum, quæ pecunia æſtimantu
Cicero vero non in his ſolum, verum etiam in omni genere libera
tatis verſari putat. quare ſic ait. *de tribus autem reliquis latiſſi*
patet ea ratio, qua ſocietas hominum inter ipſos, & vitæ, quaſi co
munitas continetur. cujus partes duæ ſunt, juſtitia, in qua virtu
ſplendor eſt maximus. ex qua boni viri nominantur, & huic eſt co
juncta beneficentia, quam eandem vel benignitatem, vel liberalit
tem appellare licet. tum de juſtitia, & injuſtitia primum, poſtea
liberalitate ſeparatim ſua utrique munera, & officia tribuens tract
vit. ubi videmus Ciceronem juſtitiam eam partem intelligere, qu
noceat nemini, nec tamen proſit cuique, niſi dando, & accipiend
ut artifices, & mercatores ſolent, quippe qui ſic aliis proſunt,
etiam ſui commodi honeſtam rationem habeant. quare Alexand
Aphr. eam τῆς πλεονεξίας, καὶ τῆς μειονεξίας medium eſſe tradit in To
ſed hæc virtus manca videbitur. non enim ſatis eſt abſtinere tantu
ab injuria, niſi benignum te, & liberalem præſtes. quare adjungu
ei liberalitatem, cui tribuunt non ſolum uſum pecuniæ, & earu
rerum, quæ pecunia æſtimantur, verum etiam omnem cujuſv
generis benignitatem. itaque in ſecundo officio inquit Cicero, *lib*
ralitatis eſt ratio duplex. nam aut opera benigne fit indigentibu
aut pecunia. atque his duabus partibus juſtitiæ univerſum genus h
manum ſuſtentatur. nam ſocietatem tuetur is, qui jus ſuum cuiq
tribuit. itaque in tertio de fin. *juſtitia* inquit Cice. *in ſuo cuiq*
tribuendo cernitur: ac in. 3. de nat. deo. *juſtitia, quæ ſuum cuiq*
tribuit, quid pertinet ad deos? hominum enim ſocietas, & commun
tas, ut vos dicitis, juſtitia procreavit. de inventione vero, ut inte
ligas hujus virtutis vim jam vide a puero Ciceronem didiciſſe, *juſt*
tia, inquit, eſt habitus animi communi utilitate conſervata ſua
cuique tribuens dignitatem. Rurſus ille quoque ſocietatem conſerva

q

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

i nec ulli nocet, & communes utilitates in medium affert. mu-
ione officiorum dando, & accipiendo, tum arte, tum opera,
m facultatibus inter ſe, & alios ſocietatem devincit, cujus qui-
m juſtitiæ fundamentum eſt fides, ut liberalitatis pro dignitate cui-
e tribuere, ut ſuo loco melius apparebit. atque hæc eſt, quam
eometricam, & illa, quam Arithmeticam vocat Ariſtoteles, nam
od magnanimo conjunctiorem liberalitatem cenſet Ariſt. quam
ſtitiæ, id non ignoravit M. Tullius, quippe *qui in partitionibus
gnitudinis animi liberalitatem in uſu pecuniæ dixit eſſe.* ſed hic
ter agendum fuit. ſequitur enim Stoicos, apud quos certe latius
tet liberalitas, quæ juſtitiæ ſubjicitur, quam quæ tantum ad ma-
animum refertur. hæc enim in ſolo uſu pecuniæ, illa vero in
nni benificio verſatur, & propterea Stoici eam juſtitiæ adjunge-
nt. unde Cato in tertio de fin. *juſtitiæ* inquit *adjunctæ ſunt pie-
s, bonitas, liberalitas, benignitas, comitas, quæque ſunt generis
ſdem.* jam mihi videor Ciceronem ſine illo mutuo vinculo, quo
nul omnes virtutes continentur, defendiſſe. ut nequaquam in
enedemi ſententiam delabi ſit neceſſe.

Octava Cælii Calcagnini diſquiſitio.

ET quanquam omnis virtus nos ad ſe allicit, facitque ut eos di-
ligamus, in quibus ipſa ineſſe videatur: tamen juſtitia & libe-
litas id maxime efficit. Cur hoc fiat, Cicero prætermittit oſtende-
. Oſtendit id Ariſtoteles: quod cæteræ ſcilicet virtutes habenti de-
ri ſint, & emolumento: ſola juſtitia & liberalitas non habenti,
d cæteris potius mortalibus proſint, aliorumque gratia & commo-
exerceantur. ob id etiam eas ἀλλοτρίας ἀρετὰς, id eſt, alienas
rtutes, veteres appellavere: quod publicæ utilitatis gratia potius
am privatæ, inventæ ſint. omnis autem virtus, quo ſe pluribus
ljutricem præbet, hoc eſt apud omnes charior, majoreque in ad-
iratione habetur. Si igitur Cicero, quum Officiorum librum ſcri-
eret, Ariſtotelem habuiſſet in manibus, potius quam Panætium:
on dubito, quin fœcundiora uberioraque ſuis civibus præcepta
adidiſſet, eaque locupletioribus argumentis & rationibus com-
robaſſet.

M. Ant. Majoragii Deciſio octava.

ATque hæc quidem, quæ de juſtitia ac Liberalitate dicta ſunt a
Cicerone, declarant id apertiſſime, quod ab eo tu dicis eſſe præ-
ermiſſum: nempe quam ob cauſam fiat, ut quanquam omnis vir-
us nos ad ſe alliciat, faciatque, ut eo diligamus, in quibus ipſa
neſſe videatur: tamen Iuſtitia & Liberalitas id maxime efficiat. Su-
erius enim copioſe declaratum eſt a Cicerone, duas has virtutes la-
iſſime patere; in iiſque ſocietatem hominum inter ipſos, & vitæ
com-

communitatem contineri: atque in juſtitia virtutis ſplendorem eſ
maximum, ex qua viri boni nominantur: quia nemini nocent, qu
naturam ducem ſequuntur, & communes utilitates in medium aff
runt, & opera atque facultatibus devinciunt hominum inter hom
nes ſocietatem: quia facile condonant injurias, nullis dolis, nul
fraudibus utuntur: & cum nemini noceant omnibus prodeſſe ſt
dent: præterea quia liberales homines plurimum eis tribuunt, a qu
bus plurimum diliguntur. Hæ ne tibi parvæ videntur eſſe cauſæ
quibus approbet Cicero Iuſtitiam & Liberalitatem nos ad ſe allicere
facereque ut eos diligamus, in quibus ipſæ ineſſe videantur? Equ
dem non video, quid ab Ariſtotele copioſius, aut melius dicatu
Quin potius idem dicere videtur Cicero quod Ariſtoteles, & lon
clarius atque ornatius. Non enim Cicero, quod tu fortaſſe ſomnia
ad ipſum qui habet has virtutes, ſed ad vitæ communitatem per
nere docet: quod idem etiam Ariſtoteles facit, cum Iuſtitiam & I
beralitatem ſcribit aliorum gratia & commodo exerceri: atque id
ἀλλοτρίας ἀρετὰς, id eſt, alienas virtutes a veteribus appellata
quod publicæ utilitatis gratia potius, quam privatæ ſint invent
Quid aliud, quæſo, tradit Cicero? nonne hæc eadem longe po
tius, & elegantius? Sit enim graviſſimus autor (ut eſt) Ariſtotele
tamen in eo quod eſt oratoris proprium, apte, diſtincte, orna
dicere longiſſimo Ciceroni eſt intervallo proximus: neque vid
quid fœcundius, atque uberius hoc opere Ciceronis inveniri poſſi
quod ſcilicet ex Ariſtotelis lectione putas tu locupletius ac perfecti
fieri potuiſſe. Quid ſi noluit Ariſtotelem imitari Cicero? Quid
longe melius de Officiis præcepta tradidit, quam Ariſtoteles? t
men ne tam obſtinate dabis operam, ut eum ſine ulla cauſa, a
ratione vituperes? dicam enim, pace tanti Philoſophi, *Pluris h*
ego unum de Officiis opus facio, quam univerſa Ariſtotelis morali
Non quod Ariſtotelis ingenium non majorem in modum admire
cujus aſſidua lectione ſoleo mirifice delectari. Sed quod hoc Cicer
nis opus ad vitæ communis inſtitutionem longe aptius eſſe judic
quam ea quæ de moribus tradit Ariſtoteles. *Sit enim Ariſtoteles Ph*
loſophorum longe præſtantiſſimus, ſit naturæ diligentiſſimus indag
tor, fundat aureum flumen orationis, ut ait Cicero: *ſit in appr*
bandis rationibus acutiſſimus: tamen cum eum a rerum naturali
contemplatione revocaris, multis in rebus a cæteris autoribus ſuper
tur. Quare ſi primum omnium Philoſophorum in naturalibus re
bus inveſtigandis, & memoriæ prodendis Ariſtotelem affirme
facile id quidem tibi conceſſero. Quod ſi eandem in moribus,
in reliquis diſciplinis illi præſtantiam attribuas: neminem (ut op
nor) paulo doctiorem invenies, qui tibi velit aſſentiri. Non
igitur quod Ciceronem accuſes, ſi cum de officiis præcepta trad
ret, Ariſtotelem in manibus habere noluerit: cum vel fortaſſe Pan
tium pluris in hac parte fecerit, vel aliter quam Ariſtoteles, h
quæ ſpectant ad mores, tractare voluerit: cum præſertim init

Ste

ɔicos ſe velle ſequi propoſuerit, & judicio arbitrioque ſuo, quan-
m quoque modo videretur e fontibus illorum haurire.

Iacobus Grifolus ad octavam Cælii Calcagnini diſquiſitionem.

QVod M. Tullius ſcribens officia Panætium maluit in manibus
habere, quam Ariſtotelem, nec in præceptis ſatis copioſus,
c in argumentis ſatis firmus Cælio videtur. Quid? ignoraſſe etiam
ionem eum putat, cur juſtitia, & liberalitas maxime omnium
tutum ad amandum nos alliciat. mihi vero ignorare Cælius po-
s videtur & quid ſciret Cicero, & quid agendum illi eſſet, & quid
erit tandem Ariſtoteles. nam ſi unum ſaltem de tribus cognoviſ-
, non tam injuſtus judex in Ciceronem extitiſſet. fateretur enim
m, qui tam multis diſputavit ſola juſtitia ſocietatem hominum in-
homines conſtitui, & conſervari, non ignoraſſe hanc ipſam vir-
tem alienorum commodorum habere rationem, cum præcipiat
n modo, ne cui quis noceat, ſed quo ad ejus fieri poſſit, ut quiſ-
e omnibus proſit, at cur quiſquam tandem ignorare aliquid di-
tur, a quo vim ejus explicatam videamus? non dixit M. Tullius
ſtitiam eſſe bonum alienum: at eam ita deſcripſit, ea præcepta tra-
lit juſtitiæ, ut quivis facile cognoſcat utilitatem ejus ad alios po-
ıs, quam ad eum ipſum, in quo ſit habitus ille, pertinere. ſiqui-
m duo poſuit in primo off. juſtitiæ fundamenta. *primum rerum*
tractarum fidem, alterum tribuere ſuum cuique, quæ quidem
nditus evertit his, quicunque omnia ex ſuo tantum commodo me-
tur. quo enim modo ſocietatem tueatur is, qui vel ſibi vendicet
ena, vel de nullo bene mereatur, vel denique datam fidem præ-
are nolit? Rurſus qui ſuo contentus eſt, & prout quiſque mere-
r, in omnes eſt liberalis, nec quenquam fallit, cur non is aliis
tius, quam ſibi conſulit? quid aliud explicat M. Tullius, *cum*
ſtitiæ hominem inquit ſtudere, ut paret ea, quæ ſuppeditent ad
ltum, & ad victum, nec ſibi ſoli, ſed conjugi, liberis, cæteriſque
os caros habeat, tuerique debeat? quare præclare ſcriptum a Pla-
ne dixit, *non nobis ſolum nos eſſe natos, ortumque noſtrum partim*
triam, partimque parentes ſibi vendicare, partim amicos? cur
oicis placere omnia, quæ in terris gignuntur, ad uſum hominum
eari, homines autem hominum cauſa eſſe generatos, ut ipſi in-
r ſe aliis prodeſſe poſſent? ac in eo debere nos ducem naturam ſe-
ui? quid illud etiam, quod tam eſſe in vitio eos putat, qui ab iis,
ıibus infertur. non propulſant injuria, ſi poſſint, quam ſi paren-
s, aut amicos, aut patriam deſerat? hunc ignoraſſe quiſquam au-
t ſuſpicari ad communem utilitatem juſtitiam referri? Sed ea quo-
e legenda ſunt, quæ in calce primi libri ſæpius repetit in compa-
tione honeſtatis, quæ a communitate, & ejus, quæ a cognitione
duci-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ducitur. jam plenum fiet etiam, qui ſecutus eſt Panætium potuiſ
de juſtitia copioſe, & ſubtiliter diſputare. mitto quam multa in ta
multis voluminibus dixerit, ex quibus cognoſci poteſt utilitate
plerumque alienam juſtitiam tueri. quod ſi quis negat, illud ſalte
doceat rogamus, cur is dixerit per hanc, & per liberalitatem in pr
mis effici, ut ad amandum alliciamur. unde hoc novit? fortaſ
Cæl. reſponderet furore aliquo afflatum divinaſſe Ciceronem. na
deliraſſe hic, ut alibi confirmat, illi non videtur, quippe que
ſenſiſſe recte non audet negare, ſed quod Ariſt. rationem non att
lit, eam ignoraſſe ſuſpicatur. quaſi vero neceſſarium ſit, quicqu
omittatur a ſcriptoribus, id ab eis ignorari. at rationis hujus n
erat ignarus, immo vero eam ſuis verbis ſic expreſſit. ſic enim
officio ſecundo ſcribit, itaque illa tria, quæ propoſita ſunt ad gl
riam, omnia juſtitia conficit, & benevolentiam, quod prode
vult plurimis, & admirationem, quod eas res ſpernit, & neglig
ad quas plerique inflammati rapiuntur. ubi res igitur id poſtula
non præteriit rationem. nam in primo cum de juſtitia, & libera
tate, tunc ageret, exiſtimavit rationem illam ex longa diſputatio
doctis ſaltem viris perſpicuam eſſe factam. ita ſuperfluens pot
fuiſſet, ſi quid aliud ea de re dixiſſet, quam ut Cælius vult fœcund
ut autem ad Ariſt. tandem veniamus, aliud illi propoſitum erat,
liud Ciceroni. hic enim non virtutum vim & rationum tam doc
voluit, quam quæ officia, & quo modo ex virtutibus ſingulis du
rentur. Ariſt. vero contra, ut in quo ſita eſſet felicitas exponere
naturam cujuſque virtutis, ac omnes differentias eſt ſumma dilig
tia perſecutus. nam hic quærit quid ſit virtus. Cicero vero quis e
uſus. ut fabri angulum rectum, quantum ad ipſorum artem pe
net, conſiderant: geometra vero quid, & qualis ſit, diligenter p
ſcrutatur. non igitur eodem modo res eaſdem conſiderat uterq
ut nec liberalitatem, de qua ſcribens Ariſt. ubi quid ea eſſet defi
ſet, in ſua quoque officia diſtribuit, & eorum differentias expoſ
cum enim in dandis & accipiendis pecuniis liberalitas verſetur,
donat ut decet, & oportet multis rationibus eum præſtare oſten
illi, qui per injuriam nihil ſumit. inter quas eam quoque poſu
quod liberalitas prodeſt, quia donat. cujus rei argumento nobis e
quod omnium virtutum maxime amatur. id quod accipienti, q
ſuum eſt, non accidit. num hac neceſſitate Cicero coactus eſt
diſputare? cum præſertim ex ejus juſtitia, oratione quivis int
gat, ut dixi, liberalitatem, & juſtitiam, ad alienam utilitatem
tinere? nihil minus. juſtitiam vero præclariſſimam omnium vir
tum: propterea tradit Ariſt. quia non ſolum ipſi juſto verum eti
aliis prodeſt. qua quidem ratione omiſſa quod ſibi propoſuerat, c
ficere non potuiſſet. Ciceronis autem ratio alia fuit. expoſita e
ea caritate, quæ inter ſanguine conjunctos eſſe debet, ſtatuit null
ſocietatem præſtantiorem eſſe, neque firmiorem, quam quæ in m
rum ſimilitudine bonorum eſt. ac ne quis hac in re virtuti p

poſueret, quam ſimilibus ſtudiis, paribuſque voluntatibus negavit, iuſtitia quidem æque nos ad amandum allici, neque liberalitate, arum vis eſt in ea re maxima. quoniam ſimiles nos eas non habe-s. ne intelligat Cælius pari aut ſimili virtute id fieri, ſed eum m ad amandam impelli honeſtatem, qui potius in aliis quam in llam cernat, quæ benevolentia, & amicitia non eſt tam firma, que tam copulata, quam quæ ſimilitudine bonorum morum con-atur, id eſt, quam cum virtute præditus alterum ſibi ſimilem in-tur. atque quod probandum ſibi ſumpſit, rationibus confirma-dicens. in quibus enim eadem ſtudia ſunt, eædemque volunta-, in his fit ut æque quiſque altero delectetur ac ſe ipſo: efficitur-e id. Pythagoras vult in amicitia, ut unus fiat ex pluribus. neque o in pronunciationibus ſingula egent approbatione, ut ſi dicas gis ad amandum nos alliciat morum ſimilitudo bonorum, quam itia, quæ præter omnes alias virtutes amari ſolet. quid hic ne-e eſt approbare juſtitiam maxime virtutum omnium amari, cum certo, atque conceſſo habeatur? quid eſt igitur cur ad ineptias ceronem vocemus?

Nona Cælii Calcagnini diſquiſitio.

T Themiſtocles quidem nihil dixit, in quo ipſe Areopagum , adjuvarit. An parum dixit Themiſtocles, parumque adjuvit A-pagum, quum oraculum interpretatus eſt? quum oſtendit ſuis ibus, quæ forent lignea mœnia? quum perſuaſit, ut ſe navibus rentur? quum Regi vafro conſilio utile oſtendit, in anguſtiis gnare? ſed quid opus dicto fuit? quum naviter atque induſtrie ndo patriam ſervaverit? Quod niſi fortiter pugnando, ſeque ximis periculis exponendo, præpotentis Regis vires fregiſſet: cer-Areopago locus non ſuperfuiſſet, ſed una cum Areopagitis ſalus & ria Athenienſium concidiſſet. Poſſem hic togæ bellique conſilia mparare, poſſem civiles caſtrenſeſque labores conferre: eaque ex-lis eloquentiæ velis exaggerare, quæ in Oratione pro L. Murena redibili facundia Cicero proſecutus eſt. Sed in re plana, atque nibus expoſita, non adeo oportet eſſe eloquentem.

M. Ant. Majoragii Deciſio nona.

C Omparat Cicero res urbanas cum bellicis, multaſque res urba-nas extitiſſe majores clarioreſque quam bellicas affirmat: atque c approbare volens, Solonis ac Themiſtoclis exemplum in me-m profert. *Solon enim Athenis Areopagitarum ſapientiſſimum con-ium conſtituit: Themiſtocles vero clariſſimam in Salamine pro patria gnans contra Perſas victoriam reportavit. Non minus præclarum quit* Cicero) *Solonis factum, quam Themiſtoclis judicandum eſt: c enim ſemel profuit, illud ſemper proderit civitati, illo conſilio leges*

 Athe-

Athenienſium & majorum inſtituta ſervantur. Et Themiſtocles qu dem nihil dixit, in quo ipſe Areopagum adjuverit: at ille vere a adjutum Themiſtoclem: eſt enim bellum geſtum conſilio Senat ejus, qui a Solone erat conſtitutus. Hic tu Ciceronem impugna atque objicis interpretatum a Themiſtocle oraculum, cum oſte dit ſuis civibus, quæ forent lignea mœnia: quum perſuaſit, ut navibus tuerentur: perinde quaſi forent hæc civitati profutura, n Areopagus ea ſuo judicio comprobaſſet. Quod vero Themiſtoc conſilium ac prudentiam in bello gerendo, fortitudinem & ind ſtriam in agendo verbis amplificas: nihil aliud agere videris, niſi credamus, magnum Imperatorem & egregium bellatorem fui Themiſtoclem: quam ei gloriam & laudem, etiam ſine tuis verbi facile concedimus. Sed hoc tempore non id agitur, quam magn Imperator Themiſtocles fuerit: ſed uter magis Reipub. profuer ipſene, an Solon. *Quod ſi Leges* (ut eſt Pindari ſententia) *Deor hominumque reginæ ſunt:* vel (ut docet Cicero) ſi *Lex eſt vincul civitatis, libertatis ſundamentum, fons æquitatis: & quemadm dum corpora noſtra ſine mente, ita civitas, ſine legibus nihil comm de, nihil ſapienter, nihil utiliter efficere poteſt: profecto qui le optimas conſtituit, quibus adminiſtretur recte Reſpub. is omni maxime civitati prodeſt.* Quid enim ſine legibus & conſilio forti do prodeſt, aut bellica prudentia? Geſſit bellum cum Xerxe Th miſtocles, & quidem nobiliſſimum, quo patriam a Perſarum reg dominatu liberavit: ſed nunquam id geſſiſſet, niſi Areopagi con lio decretum eſſet, quem Senatum antea Solon conſtituerat. Ta igitur Reipub. profuit, qui autor rei gerendæ fuit, quam qui g ſit: niſi enim ille ſtatuiſſet, hic nunquam geſſiſſet. Sed extollis e quentiæ tuæ vires, & ais te poſſe togæ, bellique conſilia compa re, civiles caſtrenſeſque labores conferre, eaque paſſis eloquent velis exaggerare. Sit ita ſane: eſto diſertus, & eloquens, id qu ego de te nunquam audivi: ſed quid hoc loco tibi prodeſt eloque tia? num ut declamantium more res bellicas extollas, urbanas primas? Hæc quidem eſſet puerilis exercitatio, quo genere ſole apud me nobiliſſimi pueri Mediolanenſes fere quotidie uti: po hoc idem Marcus Fannianus diſcipulus meus, qui non ita prid maxima cum hominum admiratione publice de loco ſuperiore maximo conventu Græcarum literarum cognitionem improbav nec minori facundia paucis poſt diebus eandem eruditionem divi prope laudibus exornavit, cum nondum duodecimum annum tigiſſet. Poſſet hoc idem T. Tonſus, Franciſcus Boſſius, Bapti Cuſanus, nonnullique alii eximia ſpe, ſummæque virtutis adoleſce tes, quos ego ſumma cum voluptate declamitare doceo. Sed h non ejus ſunt, qui Ciceronis impugnandi perſonam ſuſceperit. rum quia negare nemo poteſt, quin tantum Athenienſibus Solo aut etiam fortaſſe magis quam Themiſtocles profuerit: non hic d tius immorabor, ipſius Ciceronis verba perpendenda ſunt. Nam cu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Cicero, *nihil Themiſtoclem dixiſſe, in quo ipſe Areopagum ad-verit:* non hoc dicit, nullam unquam utilem in Senatu dictam a emiſtocle ſententiam: hoc enim non eſſet veriſimile, cum vi-prudentem fuiſſe Themiſtoclem acceperimus: quippe qui ora-m interpretatus ſit, quod jubebat, ut ſe ligneis mœnibus Athe-nſes tutarentur: Sed nullam legem, nullum inſtitutum, nullum atuſconſultum, nullum ordinem a Themiſtocle fuiſſe conſtitu-: nihil quod ad Reipub. adminiſtrationem, & ad res urbanas rineret: nihil quo leges Athenienſium, quo majorum inſtituta arentur: nihil denique quo Senatus melior, aut Areopagus ex-ntior fieret, ab eo dictum. Hæc ſunt, quæ Cicero non minus gia, quam bellicas virtutes eſſe cenſet: additque præclaram eam ntentiam, quæ certe eſt veriſſima: *Parva eſſe foris arma, niſi ſit ilium domi.* Proinde ſi vera fateri voluerimus, dicemus, utram-virtutem, & bellicam, & urbanam æque Reipub. conducere. enim video, quid rei militaris ſcientia proſit, quum nullis in-tis, aut legibus, nulloque ſapientum hominum conſilio civitas ernatur. Nec rurſus, urgentibus ex omni parte bellis, & hoſti-, graviſſima Senatus autoritas quicquam proderit, niſi rei mili-periti duces & ſtrenuiſſimi Imperatores adfuerint:

——— *alterius ſic*

Altera poſcit opem res, & conjurat amice.

Iacobus Griſolus ad nonam Cælii Calcagnini diſquiſitionem.

Erdificilis eſt illa quæſtio utrum Themiſtocles inſigni illa ad Sa-laminam victoria plus adjuverit remp. an Solon eo conſilio, quo tituit Areopagitas. hunc Cicero, illum Cælius defendit. ma-s uterque vir magnum eſt nactus patrocinium. nam Cicero ad c ætatem primas inter latinos ſine controverſia ſemper tulit, & t etiam poſthac, niſi Cælio cogatur cedere. cui non ſatis eſt ium fere animos ad ſe convertiſſe, niſi Ciceronis diuturnam glo-, & eandem maximam imminuat. Ego vero tametſi noſtra pora cariora mihi eſſe debent, ſtudioſus tamen veritatis, & quia n mihi videtur tantum virum, & de nomine latino tam bene itum defendere, & glorioſum cum Cælio, ut ſæpius jam ſe-congredi, contendam quantum potero etiam nunc exiſtimatio-ejus illuſtriſſimam tueri. ſpero etiam Solonis manes huic meo io gratiam habituros. volens igitur M. Tull. res bellicas mino-eſſe, quam urbanas ſuadere, vere inquit ſi volumus judicare, tæ res extiterunt urbanæ majores, clarioreſque, quam bellicæ. e orationem a communi quæſtione univerſi generis ad propriam nitamque diſputationem viſus eſt traducere, cum dixit. quam-enim The. jure laudetur, & ſit ejus nomen quam Solonis illu-

 ſtrius,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ſtrius, citeturque Solamis clariſſimæ teſtis victoriæ, quæ antep
natur conſilio Solonis ei, quo primum conſtituit Areopagitas. n
minus præclarum hoc, quam illud judicandum eſt. illud enim
mel profuit, hoc ſemper proderit civitati. hoc conſilio leges At
nienſium, hoc majorum inſtituta ſervantur. & Themiſt. quid
nihil dixit, in quo ipſe Areopagum adjuverit. at ille adjuvit The
eſt enim bellum geſtum conſilio Senatus ejus, qui a Solone e
conſtitutus. duo ſunt hic argumenta, quibus conſilium Solo
victoriæ Them. præfertur. & quod ſemel tantum ea profuit civi
ti, conſilium vero Sol. & ante, & tunc, & deinceps erat ſem
profuturum. & quod in eo bello Them. adjuvit conſilium Solon
minime vero Them. victoria Solonem. Cælius autem contem
primum argumentum, aut exiſtimavit ſecundo confutato cau
Solonis ſtare non poſſe. ita quaſi ſubiratus, an parum dixit Th
inquit, parumque adjuvit Areopagum cum oraculum interpreta
eſt? cum oſtendit ſuis civibus quæ forent lignea mœnia? cum p
ſuaſit ut ſe navibus tuerentur? parum me hercule, parum, at
adeo nihil Areopagum juvit o Cæli, quid iraſceris? nihil inqu
adjuvit, niſi quoties ſenator de re aliqua ſapienter cenſet, ip
Senatus ſtatum, & rationem meliorem facit. nam The. hæc on
dixit, non ut imperator, ſed ut Areopagita, ac omnia illa con
Themiſtoclis Areopagitæ, non imperatoris fuere. nec alia ca
Solon Areopagum conſtituit, niſi ut in eo de rebus ad remp. p
nentibus deliberaretur. deliberatum eſt autem Themiſtocle r
rente, aut etiam ita cenſente ut claſſe id bellum gereretur. non e
unius Them. nutu, atque arbitrio claſſe dimicatum eſt, ſed
Sen. Conſ. in ejus ſententiam factum eſſet, qua tamen ſente
non adjuvit conſilium Solonis ille quidem, ſed ſecutus eſt potius
poſtea ſuis conſiliis bellum adminiſtravit. Imperator enim eſt ad
niſtrator belli, non auctor. ad quem quidem exercitus, caſtrorum
agminum, ſignorum conferendorum, oppidorum oppugna
rum, commeatuum, inſidiarum faciendarum, ac vitandarum
aliarum rerum, quæ propriæ ſunt belli gerendi, cura pertinet.
quibus certe Themiſtocles excelluit. ſed hæc non fecerunt Are
gum ſapientiorem. Areopagus contra multis modis Them. a
vit: etenim Athenienſes nec vires, nec opes tantas habuiſſent,
Solonis conſilio leges & majorum inſtituta ſervaſſent: tum ne
milites, neque duces, neque ipſe Themiſtocles tantæ virtutis ſp
dorem conſecutus eſſet, niſi bonis legibus, & inſtitutis civi
paruiſſet, quæ auctoritate Areopagi cuſtodiebantur. adde etiam
lud, quod ad ea tempora illa reſp. perduci non potuiſſet, niſi
dem conſilio recta, & aucta fuiſſet. quo circa Themiſt. aut
fuiſſet, aut remp. quam ſervaret, non habuiſſet. quod ille e
ctoria ſemel fecit, Areopagus vero ſæpiſſime, & cum nondum
ſet Them. & poſtquam deſiit eſſe. vicit igitur Them. Perſarum
gem arte ſua ille quidem, ſed conſilio adjutus Solonis, quare p
cla

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

rius eſt, hoc, quam illud. nam ut Ariſto. ait in poſterioribus
olutionibus ἀεὶ δι᾽ ὃ ὑπάρχει ἕκαστον, ἐκεῖνο μᾶλλον ὑπάρχει, id
id ſemper magis eſt propter quod unum quodque eſt. quid eſt
ur, cur Cælius Ciceronem reprehendat? quid eum moveat no-
n Themiſtoclis? & ſcire debet Athenis longe plures fuiſſe Them.
m Solones. & ducem illum græciæ, nunquam optaſſe ut Ajacis
iles decem haberet: at Neſtoris. quod ſi accidiſſet non dubitabat
n brevi Troja eſſet peritura. lege de Sen. at cur primum argu-
ntum non refutavit? Nam ſi concedit Areopagitas ſemper civi-
profuiſſe, tantum vero ſemel Them. duram provinciam ſuſce-
, ſi negat, cur non diluit? ſin vero contemnit, ignorat diſpu-
di rationem, nec ſatis intelligit, quæ ſit argumenti cujuſque vis.
tagemmata vero, quæ narrat, tum fortitudinem, ſolertiam,
nuitatem viri confitentur omnes fuiſſe maxima. neque eſt quiſ-
m, qui laudem illius victoriæ præſtantiſſimo viro detrahat, quam
communi conſenſu tota græcia conceſſit. neque Mar. Tullius lau-
n illius cum laude Solonis contuliſſet, niſi maximam eam judi-
et. quid arma Cæl. comparat cum toga? nonne Cicero C. Cæ-
declaravit *in armis militum virtutem*, *locorum oportunitatem*,
cilia ſociorum, *commeatus*, *multum juvare? nonne maximam*
tem quaſi ſuo jure fortunam ſibi vendicare? & quicquid proſpere
um eſt, id pene omne ſuum ducere? at vero illius gloriæ, quam
ſapientia viri graves conſequuntur, ſocium habent neminem.
n enim temeritas fortunæ cum ſapientia commiſcetur. quare ne-
unquam dixit fortunatum Solonem, Lycurgum, Socratem,
ium, Catonem, contra fortunatum Alexandrum, Annibalem,
ſarem, Syllam, Them. & denique maximos quoſque duces. la-
es caſtrenſes civilibus eſſe graviores concedimus. Ergo nobilio-
? negamus. Nam etiam nautæ, & in ergaſtulis durioribus la-
ibus torquentur homines, quam qui togati graviſſimas ſenten-
in Senatu dicunt, & ſapientia ſua remp. optime gubernant. qua-
on quantum corpore quiſque poſſit, ne boves etiam cum ſapiente
ferantur, ſed quantum ingenio, & prudentia proſit ponderan-
n eſt. nam ut corporis ſervitio, & animi imperio utimur, ſic
itum laboribus, & Ducum, Senatus autem conſilio utimur. nec
o Ciceronem Ciceronis auctoritate confutare nitatur Cælius, nam
tior eſſe cuique debet ejus mens, ubi de Philoſophia ſcribit, quam
reum, de cujus dignitate, atque adeo ſalute agitur, defendit.
n, ut de officiis auctoritate Panætii confirmat, judicis eſt in cau-
ſemper verum ſequi. Patroni vero nonnunquam veriſimile, etiam
ninus ſit verum, defendere. quis porro negare audeat, eandem
causam ab iiſdem oratoribus alias aliter agi oportere? Laudet
ur Cælius quantum libet eloquentia Ciceronis labores militares,
illis ejuſdem judicio, nemo dubitet ſenatoriam ſapientiam præ-
e.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Decima Cælii Calcagnini diſquiſitio.

PRudentia apud Ariſtotelem, inter virtutes architectonicæ loc obtinet: utpote quæ cæteris imperet, & reliquas moderet ob id Socrates, omnes virtutes prudentiæ nomine appellabat: qu ſententiam Ariſtoteles in moralibus arguit. Non enim omnis vir prudentia eſt: ſed nulla virtutum eſt ſine prudentia. Plato in gibus *prudentiam oculum, juſtitiam pulchritudinem, temper tiam, ſanitatem, fortitudinem, manum animi virtute inſtituti ganter nuncupabat.*

M. Ant. Majoragii Deciſio decima.

AGe vero quid decimo loco vocas in diſquiſitionem? Ego dem certe non video, quid ſit illud, de quo dubites, nulla Ciceronis verba proferas, nullum notes locum. Prudentia quis) apud Ariſtotelem inter virtutes architectonicæ locum obti utpote quæ cæteris imperet, & reliquas moderetur. Memini, cum eſſe apud Ariſtotelem magnorum moralium libro primo, finem, ubi docet, *Virtutes omnes ſub actionem cadere, qua Prudentia tanquam architectus quidam ſit:* quoniam ut ipſa ſcripſerit, ita virtutes, & quæ ſunt ex virtutibus, agunt. Sed hæc ad propoſitum? an quia non idem Cicero dicit, iccirco p eſſe condemnandum? Ergo tu (ſi Diis placet) objicies Cicer quod Ariſtotelis interpres eſſe noluerit? Quod ſi in hac parte di tirent inter ſe hi autores, fortaſſe poſſes aliquid contra dicere Ariſtotelis ſententiam confirmares. Sed cum ita conveniant, ut ne eadem dicere videantur, quid eſt cur contra Ciceronem hi audeas? *Dividit* Ariſtoteles Ethicorum primo *virtutes in duas mas, & alias* διανοητικὰς *eſſe dicit, alias* ἠθικάς: vel ſi Latin qui malumus, *alias in agitatione mentis eſſe conſtitutas, ali moribus. In agitatione mentis Prudentiam ſtatuit, in moribus ralitatem, Temperantiam, reliquaſque ejuſmodi.* Quid aliud e Cicero, cum ita proponit: *Ordo autem & conſtantia, & mo tio, & ea quæ ſunt his ſimilia, verſantur in eo genere, ad adhibenda eſt actio quædam, non ſolum mentis agitatio.* Hic ſe idem eſt, qui apud Ariſtotelem: quamvis verba ſint diverſa. terea vult Ariſtoteles Ethicorum ſexto, *Prudentis hominis eſſe, recte conſilium capere de rebus honeſtis & utilibus ad bene viven Prudentiamque habitum eſſe, quo cum recta ratione verum in gantes, in rebus humanis aliquid agimus.* Quid Cicero cur Prudentia loquitur? *Omnis* (inquit) *cogitatio, motuſque an aut in conſiliis capiendis de rebus honeſtis, & pertinentibus ad beateque vivendum, aut in ſtudiis ſcientiæ cognitioniſque verſab* Quid poterat ſimilius dicere Cicero, ſi Ariſtotelis interpres

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

fuiſſet ? Sed Socratem (inquis) Ariſtoteles reprehendit, quod Pru-
dentiæ nomine virtutes omnes comprehenderit. Quid hoc autem
ad Ciceronem ? An fortaſſe tu ideo reprehendendum eſſe putas Ci-
ceronem, quod ipſe Socratem, quemadmodum Ariſtoteles, non
reprehenderit ? Crede mihi, veriſſimum illud eſſe, quod ait Cice-
ro. *Male inſtitutam rationem exitum reperire non poſſe.* Quid e-
nim ais bone vir ? cujus rei Ciceronem accuſas hoc loco ? dic aperte.
nihil eſt. Quid ergo vocas in diſquiſitionem ? Nihil. Quid igi-
tur ? quid tibi vis ? Neſcio hercle, (inquis) niſi ut multos locos con-
tra Ciceronem annotaſſe videar. Plato in legibus *Prudentiam ocu-
lum, Iuſtitiam pulchritudinem, Temperantiam ſanitatem, Forti-
tudinem manum animi virtute inſtituti eleganter nuncupabat.* Eu-
ge vir doctiſſime, ſapienter, docte, lepide, laute, nihil ſupra.
Cur enim tibi hoc non gratificer, cum præſertim tanquam Thraſo
quidam, nihil aliud quam gloriam ambire videaris ? Quorſum e-
nim hoc loco citas & laudas eam Platonis ſententiam, niſi ut te Pla-
tonis fuiſſe ſtudioſum oſtentes ? Quid eſt quod te tranſverſum ab
inſtituto trahit ? Dic tandem Poſthume de tribus capellis. Hoc age
obſecro: non meminiſti te provinciam impugnandi Ciceronis ſuſce-
piſſe ? Quid ergo attinet Platonem laudare ? Profer prius Ciceronis
peccatum: deinde vagare quantum libet. Quid nobis ad reſponden-
dum in iſta diſquiſitione dediſti, bone accuſator ? Nihil, (ais) cum
nihil impugnem. Atqui mirabar quidem, cum nihil viderem. De-
mus igitur hoc imprudentiæ tuæ, quod ſine cauſa, & imprudenter,
in prudentiæ reprehenſionem veneris, reliqua videamus.

Iacobus Griſolus ad decimam Cælii Calcagnini diſquiſitionem.

DE prudentia nobis uſu ſæpe venit, ut diſputemus: nunc au-
tem quia Cælius apud Ariſt. inquit eam inter virtutes archite-
ctonicæ locum obtinere, atque id nonnullis fortaſſe videbitur contra
M. Tullium diſcerniſſe, demonſtrabimus ſpero & quænam ſit phi-
loſophi ſententia, & eam Ciceroni contrariam non eſſe. Archite-
cton igitur, quem nos dictione quidem Græca, forma vero Latina
dicimus Architectum, princeps fabrorum eſt, ei præeſt aliis, & dat
ædificandi leges. quare per tranſlationem Ariſt. illas artes, quæ præ-
ſunt aliis Architectonicas appellat, ut in primo Ethicorum patet,
& in ſexto, cum prudentiam rerum univerſalium ſecundum Euſtra-
tium Architectonicam appellat. at iterum idem paulo poſt ait par-
tes ejus perſequens, civilem, & prudentiam idem eſſe genere, dif-
ferre vero ſpecie. quarum prudentia, quia in primis propria com-
moda procurat, & quia vulgo is ſolus videtur eſſe prudens, qui
optime ſuis rebus conſulit, ſola nomen generis retinuit. altera ve-
ro, cum totius civitatis curam ſuſcipiat, civilis nuncupatur. hæc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

autem eſt duplex. namque, ut princeps leges condit, & præcipit liis, legifera vocatur. altera vero pars communi nomine civilis citur. illi enim ſingulæ res civitatis curæ ſunt, & ſuis pene manib omnes adminiſtrat. inter quas Architectonicam eam eſſe parte dixit, quam legiferam nominavit. vel dicamus, quia prudentia p litica, œconomica, &, ut ita dicam, perſonalis eſt, & tertia cundæ, utraque vero primæ, ut principi, ſubjicitur, hæc Arch tectonica jure debet appellari. ſic utraque nimirum ratione obtin re mihi videor, non prudentiam genus, ſed aut univerſalem, a legiferam ſpeciem principem eſſe non virtutum, ſed aliarum pr dentiæ formarum. hic equidem non video quid contra. M. Tu lium eſſe videatur, niſi quicquid ille tacuit, quod ab Ariſt. dictu ſit, id omne contra eum eſſe ſtatuamus. at Cicero ut alibi di mus, non profeſſus eſt in libris illis ſe virtutum vim demonſtrat rum, ſed potius quænam ex ſingulis officia duci oporteret. id qu ſemper, & copioſe fecit. illud vero pro ut neceſſitas rei poſtulab nam quod *virtutem eſſe nullam ſine prudentia* ſcribit Ariſt. m cum Cicerone convenit. eſt enim apud eum hoc velut axioma, *v tutes omnes cum prudentia conjunctas eſſe*. ut in quinta Tuſculan per eam quæ inducta eſt, perſonam expreſſit his verbis. *ſi en nulla virtus prudentia vacat, prudentia ipſa hoc videt*, &c. I Ariſtotelis ore quaſi locutum Ciceronem videmus, nec ab ejuſd oratione hæc in libris de Fin. videntur aberrare. *omnibus artibus e attributam eſſe volumus, quæ communis appellatur prudentia, qu omnes, qui cuique artificio præſunt, debent habere*. Ergo prude tiam ſordidis artificibus ponet eſſe neceſſariam, in munere vero ſtitiæ, aut moderationis, aut fortitudinis cenſebit ſine pruden nos verſari? at hic fortaſſe dicet aliquis prudentia communis p diligentia poſita eſt. fateor, ſed diligentia aut prudentia eſt, ſoror prudentiæ. quare confundit eas uſu M. Cicero cum alib tum in ſecundo libro de Orat. ubi de inventione agit. Antonius c percurret eum locum hoc etiam de diligentia ſcriptum reperiet, *liqua, ſunt in cura, attentione animi, cogitatione, vigilantia, ſiduitate, labore. complectar hoc uno verbo, quo ſæpe jam uſi mus, diligentia, qua una virtute omnes virtutes reliquæ contine tur. videſne, quæ propria ſunt prudentiæ, tributa hic eſſe dilige tiæ? quid, quod ea reliquæ virtutes omnes continentur? hoc eſt al num à prudentia?* ſentit idem ergo Cicero de prudentia, quod A ſtoteles, ſed haud ſcio an etiam plus ei tribuerit. in partitionib vero diviſione prudentiæ fere ſimili uſus eſt Ariſtotelice dicens *e in ſuis rebus domeſticam, in publicis vero civilem appellari, ſole* ubi tertiam omiſit, quæ ad unicam perſonam videtur attinere. na ea cura, quæ unius imprimis commoda tuetur moralis potius vid tur, quam civilis appellanda. nam *quod oculum eſſe animi prude tiam* Plato dixit, non eſt contrarium Ciceroni quippe qui *men riam, intelligentiam, & providentiam partes eſſe prudentiæ* teſtatu

h

enim præterita recordatur, præſentia perſpicit, & proſpicit fu-
. ut non magis Plato, quam Cicero *prudentiam oculum appel-*
videatur, ſed etiam Ariſt. videt hunc oculum. qui in ſexto E-
orum *virtutem illam prudentiæ, quam δυνάμιν ipſe vocat, quæ*
eſt aliud quam naturalis quædam habilitas hanc inquam *natu-*
m vim perſpiciendi oculum appellat. qui morali virtute impreſſione
lentiæ perficitur. ex quibus facile perſpici poteſt laudem Cicero-
um Ariſt. & Platonis laude conjungi oportere.

Vndecima Cælii Calcagnini diſquiſitio.

D Vplex omnino jocandi genus. unum illiberale, petulans, fla-
gitioſum, obſcœnum: alterum elegans, urbanum, ingenio-
, facetum. quo genere non modo Plautus noſter, & Attico-
antiqua Comœdia, ſed etiam philoſophorum Socratici libri re-
ſunt. De jocis Plautinis ſtat Horatius adverſus Ciceronem:

At noſtri proavi Plautinos & numeros, &
Laudavere ſales: nimium patienter utrumque,
Ne dicam ſtulte, mirati. ſi modo ego & vos,
Scimus inurbanum lepido ſeponere dicto.

detur tamen mihi liber judicandi locus, in Ciceronis malim
m Horatii ſententiam deſcendere. Nam multorum mihi & ſalis
ellis, & facetiarum & ſcommatum habere videtur Plautus, jo-
ue & perſonis pulcherrime inſervire. ut mirari ſubeat Horatium,
viſſimi alioqui judicii ſcriptorem, tam inique ſuper jocis Plauti-
decidiſſe: quod ſatis conſtet, eum imitatum eſſe Siculum Epi-
rmum, quem Cicero in quadam ad Atticum epiſtola *vafrum* ap-
at. Et ſane conſtat, Siculos homines ad joca & dicta multum
minis habuiſſe. Nec profecto videtur Horatius hoc ignoraſſe,
m dixit:

Plautus ad exemplum Siculi properare Epicharmi
Dicitur.

Movet me quoque Varronis autoritas, qui in cenſura comœdia-
n Plautinarum non alio fere argumento uſus eſt, quum eas a ſup-
itiis ſecerneret, niſi quod quæ jocis & luſibus redundarent, eas
nctanter omnique abdicata dubitatione Plautinas pronunciabat.
de quod in hoc genere longe plus fidei Ciceroni quam Horatio
eri par eſt: utpote quum Ciceronis jocos collegerit, & in ali-
ot volumina digeſſerit Tyro libertus, ſi credimus Quintiliano.

M. Ant. Majoragii Deciſio undecima.

D Vplex jocandi genus ait eſſe Cicero: unum *illiberale, petu-*
lans, flagitioſum, obſcœnum: alterum *elegans, urbanum, in-*
ioſum, facetum: quo genere non modo Plautus noſter, & At-
orum antiqua Comœdia, ſed etiam Philoſophorum Socratici libri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

referti ſunt. Tu vero contra Ciceronem Horatii carmina de Plau-
nis jocis ac ſalibus objicis : placet tibi tamen magis Ciceronis ſe-
tentia. Hoc certe mihi videtur monſtri ſimile, ut in eo quod app-
bes, Ciceronem vituperes. Nam ſi tibi placet Ciceronis ſenten-
cur in diſquiſitionem hunc locum vocas? cur inter Ciceronianos
rores hunc connumeras? Omnino verum eſt quod paulo ante di-
mus, te nihil aliud ſpectaſſe, niſi ut multos locos in Cicero-
annotaſſe videaris. Mihi vero ſatis eſt, ut quantum facultas
fert, divinum Oratorem ab inſulſis tuis criminationibus liber-
Itaque cum nihil hoc loco reprehendas, otioſo & quieto animo
cum agam, ut vehementius inſurgere poſtea poſſim, cum opus
videbitur. Age ergo bone vir, narra mihi obſecro cauſam, qua
ductus hunc locum annotaris. Vt oſtenderem (inquis) Horatiu-
Cicerone diſſentire. Eſto: ſed utram tandem ſententiam prob-
Horatii ne, an Ciceronis? Ego vero (inquis) longe meliorem C-
ronis ſententiam eſſe judico. Cur ergo hunc locum contra Cic-
nem annotandum eſſe cenſes? Cur non potius aliud opus in H-
tium conſcribis? Accuſandus eſt Horatius in hac parte, non C-
ro: cum præſertim illuſtrium autorum teſtimonio ſummam in j-
ac facetiis laudem Plautus ſit conſecutus: quam ipſemet Poëta
carminibus apud poſteros teſtatam eſſe voluit: nam (ut ſcribit A. G-
lius) hoc epigramma Plauti a M. Varrone poſitum eſt in libr-
Poëtis primo:

Poſtquam eſt morte captus Plautus,
Comœdia luget, ſcena eſt deſerta:
Deinde riſus, ludus, jocuſque, & numeri
Innumeri ſimul omnes collachrymant.

Sed illud Varronis judicium, viri acutiſſimi, & omnium Lat-
rum doctiſſimi, plurimi faciendum eſt, qui in cenſura Comœ-
rum, quaſcunque jocis & facetiis refertas eſſe videbat, etiam ſi a-
rius eſſent inſcriptæ nomine, tamen eas Plauto adjudicabat.
prætermittendum illud Epii Stolonis elogium, quod a Quintil-
refertur: *Muſas ipſas, ſi Latine loqui voluiſſent, Plautino ſer-
ne fuiſſe locuturas.* Vt non dubium ſit, quin Horatius aliqua -
levolentia vel invidia ductus, de jocis Plautinis parum candide -
dicarit.

Iacobus Griſolus ad undecimam Cælii Calcagnini diſquiſitionem.

DE jocis Plautinis ſtat Horatius, inquit Cælius adverſus Cic-
nem. verum Cælius in communi multorum errore meo -
dem judicio verſatur. putat enim Horatius abſolute numeros
ſales Plautinos vituperare. ſed ut dixi fallitur cum multis. na-
recte judicium Horatii conſideretur, numeros, & ſales Plauti

P-

ctis græcis comparatos reprehendit, præfert autem comicis & tra-
gis latinis. namque illius judicium latinos ſemper negligentiæ cri-
ais damnavit. quare *nec virtute foret*, inquit, *clariſve potentius*
is, quam lingua latium, ſi non offenderet unumquemque poë-
tam limæ labor, & mora. vos o Pompilius ſanguis carmen repre-
ndite, quod non *multa dies, & multa litura coercuit*, atque *Per-*
ſum decies non caſtigavit ad unguem. & in ſecundo Ep. inquit,
is enim græcis admovit acumina chartis, & poſt punica bella quie-
quærere cæpit quid Sophocles, & Theſpis, & Æſchilus utile ferret.
tavit quoque rem ſi digne vertere poſſet, & placuit ſibi natura
limis, & acer, nam ſpirat tragicum ſatis, & feliciter audet. ſed
vem putat in ſcriptis, metuitque lituram. contra vero grajis, in-
t, *ingenium, grajis dedit ore rotundo muſa loqui præter laudem nul-*
avaris. volens igitur hoc vitium negligentiæ corrigere noſter
ccus, & Piſones monere ut id penitus caverent. ait *in ſcenam miſ-*
magno cum pondere verſus, aut operæ celeris nimium, curaque ca-
tis, aut ignoratæ præmit artis crimine turpi. hic ſubjecta perſona
n expectans dum Horatius judex proferret, nam id eſt ſuppoſitum
bi premit, ſtatim objicit, *non quivis videt nec modulata poëmata*
ex, & data Romanis venia eſt indigna poëtis. cui poëta reſpon-
, idcirco ne vagere. *quia non quivis judex immodulata poëmata*
et? ſcribamve licenter? *quamvis data Romanis venia ſit indigna*
tis, an omnes viſuros peccata putem mea, tutus & intra ſpem ve-
cautus? quod ſi nec incuria animadvertitur, nec licentia repri-
tur, quid tandem conſequar? vitavi denique culpam, num lau-
n merui? at culpa ſimul vitanda eſt, & laus quærenda, *quam vos*
conſequamini, exemplaria græca nocturna verſate manu, verſate
rna. quo præcepto aperte declaravit latinorum imitatione ad fru-
n veræ laudis perveniri non poſſe, cum nullus eorum perfectus
videatur. Fuit hoc loco aliquis ex latinis, qui videretur optimus,
jiciendus, quo confutato jure omnes reliqui, ut minores confu-
i viderentur. viſus eſt ergo Plautus is eſſe, qui ſi a græcis vince-
ur, nullus deinde ex latinis cum illis conferendus eſſet. at quod
Plauto eſſe præcipuum videtur, tamen cum Græcis comparatum
nium patienter admirati ſunt antiqui. quid de cæteris Plautinis
tutibus ſtatuendum? quid de noſtris reliquis poëtis? ex his vide-
s Plautum præ græcis improbari, præ latinis vero maxime proba-
quem alibi quoque ita laudavit. creditur e medio quia res acceſ-
habere ſudoris minimum, ſed habet comœdia tanto plus oneris,
anto veniæ minus. aſpice Plautus *quo pacto partes tutetur amantis*
bæbi, ut patris attenti, lenonis ut inſidioſi. quæ nam igitur diſ-
tio de Plautinis ſalibus eſſe poteſt inter M. Tullium, & Horatium?
ando uterque ut latinum in eis maxime commendat? nam ſi Ci-
ro cum græcis illum contuliſſet, certe cum Horatio ſenſiſſet, ut
ea laude, quæ latino tribuenda eſt, ſenſiſſe judicamus.

Duo-

Duodecima Cælii Calcagnini diſquiſitio.

PVlchre Ariſtoteles in Ethicis, & Plutarchus in commentario Virtute morali oſtendunt, *inter continentem incontinentem, te- perantem intemperantemque* quid differat. Continens cum affectib colluctatur, & vincit: incontinens reluctatur quidem, ſed vict dolet. Contra temperans nullam habet luctam, ſed pacatis affec bus utitur,

Vt mare tranquillum, quod nulla impellitur unda.

Intemperans vero, ſine lucta manus dat affectibus, ſeque obſeque tem ad nutum omnium voluptatum ſponte profitetur.

M. Ant. Majoragii Deciſio duodecima.

SImile huic eſt etiam quod ſequitur, vel multo etiam inepti nihil eſt enim in quo Ciceronem reprehendas, & tamen lo rum numerum auges. Pulchre (inquis) Ariſtoteles in Ethicis, Plutarchus in commentario de Virtute morali oſtendunt, *inter C tinentem & Incontinentem, Temperantem, Intemperantemque* q differat. Deinde Ariſtotelis & Plutarchi ſententiam exponit: *Co nens cum affectibus colluctatur, & vincit: Incontinens reluctat quidem, ſed victus dolet, Contra Temperans nullam habet lucta ſed pacatis affectibus utitur: Intemperans vero ſine lucta manus affectibus.* Hæc ſane præclare dicuntur ab Ariſtotele, & Plutarch ſed quid ad hunc Ciceronis locum? aut quid ad officiorum præcep quæ tradit Cicero? Me certe jamdudum ſuppudet, his tam levib objectionibus tuis diutius immorari: nec video quid reſpondea tam ineptis accuſationibus: hæc eſt enim (ut opinor) tua concluſi Cicero non declaravit eo modo quo Ariſtoteles & Plutarchus, qu inter continentem & incontinentem intereſſet: & quid inter temp rantem & intemperantem: ergo peccavit. Papæ, quam acute co cluſum, quam argute, quam ingenioſe: omnino Chryſippeu hoc tuum eſt argumentum, aut ſiquid validius dici poteſt; hoc ve Zenonis Achillem ſuperat: digna res, propter quam damnetur o torum Deus, quod noluerit idem dicere, quod Ariſtoteles: a quod non providerit, quid multis annis poſtea dicturus eſſet Plut chus. Sed dic mihi, quid prodeſt ad officia conſervanda, ſcire iſta differentiam? Vel ſi proſit etiam, cur cenſes damnandum Cicer nem, quod noluerit eadem dicere, quæ antea dixerat Ariſtotele Quid ſi longe utiliora Cicero dicit in hac parte, quam Ariſtotele Eadem ego ratione poſſem Ariſtotelem & Plutarchum damnare, qu multa non dixerint, quæ divinitus a Cicerone tractantur: ut ſi cam, non eſſe uſum Ariſtotelem ea pulcherrima diſtributione, q Tullius utitur, cum de quarta honeſtatis parte verba facit: *In om* (inquit) *actione ſuſcipienda, tria ſunt tenenda.* Primum, *ut app*

tit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

us rationi pareat, quo nihil eſt ad officia conſervanda accommoda-s. Deinde, *ut animadvertatur, quanta illa res ſit, quam effice-velimus: ut neve major, neve minor cura & opera ſuſcipiatur, am cauſa poſtulet.* Tertium eſt, *ut caveamus, ut ea quæ pertinent liberalem ſpeciem & dignitatem moderanda ſint.* Et paulo poſt: *rum tamen trium præſtantiſſimum eſt, Appetitum obtemperare ra-ni.* Hæc ſunt pulcherrima temperantiæ, ſeu moderationis præ-pta, quæ nuſquam apud Ariſtotelem invenies hoc modo diſtri-ta: quæ longe præſtantiora ſunt, atque utiliora, quam ſtatuere, id temperans atque intemperans inter ſe differant. Quis eſt enim n rudis, aut rerum ignarus, quin intelligat, Temperantiam & ntinentiam virtutes eſſe: Intemperantiam vero, & Incontinen-m vitioſitates? Doce igitur me, qua ratione has fugiam, illas plectar, & nihil ad officium conſervandum in hac parte mihi erit. Quod cum efficiat Cicero, vides te aërem hoc loco ver-raſſe.

Tertia decima Cælii Calcagnini diſquiſitio.

CIcero trahit officium ab honeſto, ab utili: tum quomodo pu-gnet honeſtum cum utili, quid honeſto honeſtius, quid utili ilius explorandum proponit. At ego a jucundo quoque officium quirendum puto. Tria enim ſunt, ob quæ quiſpiam expetit: ho-ſtum, utile, jucundum. Tria rurſus, ob quæ refugit: turpe, utile, atque moleſtum. Et *virtutem facultatem eſſe*, ſcribit in cundo Ethicorum Ariſtoteles, *agendi res optimas circa volupta-n.* & Speuſippus, *voluptatem congenitam nobis* atteſtatur. ob id bis etiam maxime elaborandum eſt, ut eam moderemur. Nam edicamenta ex contrariis conſtant. cæterum ſicut ex populari opi-one utile ab honeſto ſeparamus: ita & jucundum ab honeſto atque ili jure ſeparari poteſt. Quatenus ergo ſequendum ſit quod jucun-um eſt, diſquiri ex officio debet. Tum illud quoque dubitari pote-:, *utrum jucundius: an agriculturam exercere, an uxorem duce-, an cælibem vitam vivere*, & ex tribus quid præſtet: *cultumne ri, an villaticam paſtionem, an mercaturam perſequi.* Incurrit hanc jucundi mentionem Cicero, nolens, aut certe aliud agens, fine tertii libri de Officiis: qua admonitum miror non attuliſſe in edium, multifariam hanc atque operoſam diviſionem, *honeſtum turpe, utile & inutile, jocundum & non jucundum, honeſtum m utili contendens, jucundum cum honeſto decertans, jucundum m utili depugnans.* quæ ſextuplex erit diviſio. Quod ſi *honeſtum honeſtius, & utile & utilius, jucundum & jucundius* addamus: m ad novenarium uſque numerum procedet diviſio.

M. Ant. Majoragii Deciſio tertia decima.

QVod vero ſubjungis, videtur aliquam potius habere veriſim-
tudinem, apud eos præſertim, qui rem non acute perpen-
rint: quod a jucundo quoque officium exquiri debere contendis. S
tamen hoc etiam tuum argumentum molli (quod ajunt) brachio
fellemus: neque enim recte reprehenditur a te Cicero, quod ab h
neſto atque utili Iucundum non ſepararit: propterea quod nunqu
accidit, ut de jucundo ſolo ſit deliberatio: quod tibi homini p
ſatis audaci non videtur: putas enim Iucundum ab honeſto atq
utili jure ſeparari poſſe. Ita dum nimis cupide Ciceronem accuſ
ipſum etiam Ariſtotelem, quem unum ad impugnandum Ciceron
videris elegiſſe, damnas. Docet enim Ariſtoteles *Iucundum cum u
li atque honeſto ita conjunctum, ut ſeparari non poſſit.* Cujus ve
ſi diligenter advertiſſes, nunquam tam temere Ciceronis diſtri
tionem improbaſſes. Cum enim Ethicorum ſecundo docuiſſet, T
eſſe, quæ in electionem cadant, Honeſtum, Vtile, Iucundum: r
*ſus e contrario tria, quæ fugienda ſint, Turpe, Inutile, Moleſtu
atque in his omnibus virum probum recte ſe gerere, improbum v
perperam:* ſubjunxit, *Voluptatem iis omnibus, quæ in electionem
dant, adjunctam eſſe: ut quicquid honeſtum ſit, atque utile,
etiam jucundum eſſe videatur. Quare cum ab honeſto, atque utili t
hitur officium, tunc etiam a jucundo trahi videtur: eo quod re
omnibus expetendis* (ut vult Ariſtoteles) *jucunditas adjungatur.* S
nequis me putet fingere, ipſius Ariſtotelis verba recitabo:

Τριῶν γὰρ ὄντων τῶν εἰς τὰς αἱρέσεις καὶ τριῶν ὄντων τῶν εἰς τὰς φυγ
καλοῦ, συμφέροντος, ἡδέος, καὶ τριῶν τῶν ἐναντίων αἰσχροῦ, ἀσυ
φόρου, λυπηροῦ, περὶ πάντα μὲν ταῦτα ὁ ἀγαθὸς κατορθωτικός ἐ
ὁ δὲ κακὸς ἁμαρτητικός. Μάλιστα δὲ περὶ τὴν ἡδονήν. κοινή τε γὰρ α
τοῖς ζώοις, καὶ πᾶσι τοῖς ὑπὸ τὴν αἵρεσιν παρακολουθεῖ. καὶ γὰρ
καλὸν, καὶ τὸ συμφέρον ἡδὺ φαίνεται.

Hoc etiam tu per imprudentiam fateris: ut non mirum ſit, te
reprehendendo Cicerone cæcutire, cum ea quæ tibi ante oculos p
poſita ſunt, non videas. Ais enim Ariſtotelem dicere, *virtu
eſſe facultatem agendi res optimas circa voluptatem.* quod quid
eſt veriſſimum, niſi quod tu vocabulo Voluptatis abuteris, quod
pud Latinos in deteriorem partem fere capi ſolet, ut inferius oſt
demus. Sed quæſo te, declara mihi, niſi moleſtum eſt, quæ
Res optimæ: Nonne vel honeſtæ, vel utiles? Nihil enim aliud
petendum eſſe video, niſi quod vel honeſtum, vel utile ſit. E
virtus agit res honeſtas & utiles cum voluptate. quomodo igit
in exquirendo officio ſeparatur ab honeſtate atque utilitate Iucun
tas? Sed Speuſippus ait, *voluptatem congenitam eſſe nobis,* atq
ob id maxime eſſe laborandum, ut eam moderemur. Sit ita ſa
Sed quid opus erat Speuſippum in medium adducere? cum l
id

n dicat longe gravior autor Ariſtoteles : cujus hæc verba ſunt
icorum ſecundo, ubi de voluptare loquitur:
τί δ' ἐκ νηπίου πᾶσιν ἡμῖν συντέθραπται, διὸ καὶ χαλεπὸν ἀπο-
ψασθαι τοῦτο τὸ πάθος, ἐγκεχρωσμένον τῷ βίῳ.
Neque parva difficultas eſt in rebus agendis, benene, an male quis
doleat, vel lætetur: & quemadmodum dicere ſolebat Heraclitus,
ge difficilius eſt voluptati, quam iracundiæ reſiſtere. Sed quate-
ſit expetenda vel fugienda voluptas, honeſtate atque utilitate
ninari debet: non enim quid fiat, ſed quid fieri debeat, & quid
cio conveniat, exquirimus. Nunquam igitur de Iucundo ſolo
ſultatio eſt, niſi forte quis in Ariſtippi vel Epicuri caſtra ſe conje-
t, qui ſummum bonum in voluptate conſtituebant. Quamvis
net Epicurus, *Non poſſe jucunde vivi, niſi cum virtute vivatur.*
us opinionem de ſummo bono, in fine tertii libri de Officiis Ci-
damnat: ubi tu ais, in hanc Iucundi mentionem eum nolen-
, aut aliud agentem incidiſſe. Perinde quaſi non in principio ſta-
operis de Iucunditate meminerit, & eam utilitati conjunxerit.
tu, quod pace tua dictum velim, nimis negligenter atque oſci-
er Ciceronis opera legis: atque ideo turpiter in mendacio depre-
deris, & putas ab eo prætermiſſum eſſe, quicquid tu non adver-
. Quare cape libros de Officiis, atque diviſionem illam de ca-
ndo conſilio, diligentiſſime relege: videbis apertiſſime de Iucun-
te mentionem a Cicerone fieri, ſic enim ait: *Triplex igitur eſt*
Panætio videtur) *conſilii capiendi deliberatio; nam honeſtumne*
ſit, an turpe dubitant, id quod in deliberationem cadit: in quo
derando ſæpe animi in contrarias ſententias diſtrahuntur. Tum
m aut anquirunt, aut conſultant ad vitæ commoditatem jucundi-
mque ad facultates rerum, atque copias, ad opes, ad potentiam,
us & ſe poſſint juvare, & ſuos: conducat id necne, de quo deli-
nt: quæ deliberatio omnis in rationem utilitatis cadit. Tertium
tandi genus eſt, quum pugnare videtur cum honeſto, id quod
tur utile. Hic (ut opinor) jam aperte vides de commoditate vitæ
e jucunditate Ciceronem meminiſſe, voluiſſe ab eo officium
uiri. Itaque exempla ea, quæ tu in medium protuliſti: *Vtrum*
ndius, an agriculturam exercere, an uxorem ducere, an cæli-
vitam vivere. Sic enim tu loqueris, (ut obiter de tuis elegantiis
uid dicam) cum Latini ſcriptores de duobus tantum, nunquam
luribus Vtrum dicant. Sed utcunque tu loquaris, nihil curo.
lucuntur (inquam) hæc exempla ad vitæ commoditatem jucun-
temque, quæ deliberatio (ut ait Cicero) in rationem utilitatis ca-
Inſulſe igitur admiraris diviſionis membra Ciceronem non am-
ſſe, cum nihil penitus iis membris opus eſſe videatur. Nullam enim
nino vir probus, aut officii ſui memor, jucunditatem quærit,
quæ vel ad honeſtatem, vel ad utilitatem pertineat.

Iaco-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Iacobus Griſolus ad tertiam decimam Cælii Calcagnin *diſquiſitionem.*

CIcero trahit officium ab honeſto, ab utili, tum quo modo j
gnet honeſtum cum utili, quid honeſto honeſtius, quid u
utilius explorandum proponit. at ego a jucundo quoque officio
quirendum puto. Si Cælius quid hic honeſtum ſit apud Marc
Tullium dicere voluiſſet, rectius certe locutus eſſet. nec officium
jucunditate ducere voluiſſet. nam falſum eſt primum, ut hic
Ciceronem officium trahere ab honeſto, & ab utili, cum hoc
neſtum, ut jam ſatis multis declaratum eſt, officium ſit. offici
enim & id, unde duceretur, idem eſſet, quo nihil abſurdius.
hoc eſt ſecundum illud honeſtum, quod habet ſimilitudinem qu
dam veri, & perfecti honeſti. falſum eſt præterea quod in noſ
actionibus honeſtis jucundum ſequi debeamus. verum de hoc n
dicemus. nunc redeo ad honeſtum. Quod igitur in deliberation
cadit, & honeſtumne an turpe factu ſit, quæritur, id eſt, q
nobis cum ratione faciendum proponimus. id autem nobis ſatis e
ſi honeſtum eſſe intelligatur. nam idem utile, atque juſtum
neceſſe erit, ut in ſecundo de off. auctoritate multorum phil
phorum Cicero confirmat. neque eſt ulla ratio, qua ſecundum S
cos utile diſtrahatur ab honeſto. de qua re in eodem copioſe diſp
tur, in tertio vero hæc inter ſe pugnare nullo modo poſſe. cur
tur ea Panætius, & poſt eum Cicero partitione ſua diviſerunt?
more vulgi loquendum fuit, ut imperitorum error inde tolleret
deinde quamvis alterum ab altero non ſeparetur, cogitatione ta
ſeparari poteſt & diverſam rationem habet. ſed quærat quiſque qu
tum libet, nunquam reperiet ubi ſit ea utilitas, quam Cicero &
nætius intelligunt, ibidem ſimul eſſe poſſe turpitudinem. nequ
ro deliberanda ſunt ea, in quibus non honeſta ſit deliberatio.
autem ſit honeſtas, ibi juſtitia ſit neceſſe eſt. at honeſtæ acti
noſtræ alias mihi videntur emolumenti aliorum habere ration
alias & noſtri ſimul, & aliorum, alias ſine cujuſquam injuria n
tantum. quoniam vero quæ proſpera nobis, & commoda ſunt
magis ſentimus, factum eſt conſuetudine quadam ut hæc utilia
cipue nominentur. cumque propria utilitas plerumque pertu
rationem, docuerunt doctiſſimi viri quemadmodum ſervata hon
te utilitatem quiſque ſuam quærere videatur. id quod in ſecund
offic. libro Cicero perficit. ut autem omnis ambiguitas tolleret
in tertio diſcernit *utile cum honeſto pugnare non poſſe*. jam vide
niſi fallor, cur graviſſimi viri ſejungere partiendo videantur,
ſemper conjuncta ſunt. ſed *voluptatis, & jucundi* Cicero *n*
unquam rationem habuit. nam in tertio de officiis nihil unquam
xit, quod ad Cælii calumnias poſſit accommodari. quid ita?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ejus ratio, alia fuit Ariſtotelis. hujus enim ſtudium id erat in ea
e, ubi tertia eſſe dixit, quorum cauſa quiſquam aliquid expe-
. ut oſtenderet illos eſſe compotes virtutis, qui cum gaudia &
ptates aſpernarentur, & pericula ſubirent, cumque multis de
a diſputaſſet, addidit etiam illud, quod virtutis experientia in
maxime verſatur, quod omnibus humanis bonis eſt commune.
vero, quæ ut bona humana expetuntur, ſint omnino tria,
ſtum, utile, & jucundum, atque iis omnibus communis ſit
ptas, conficitur virtutem in moderanda voluptate aſſidue ver-
nam aut confuſam voluptatem cum honeſto, & utili cogimur
tere, aut ſine his ferinam. ne igitur nos aut illa nimium traha-
, aut hac funditus perdamur, virtute ſemper repugnandum eſt.
e hoc erat Ariſt. propoſitum. Cicero vero non ſigna confirma-
m virtutis, atque conſtantis quærit, nec quæ ſint nobis expe-
a docet, ſed quæ ſint officia, quæ neque turpitudinem, neque
mmodum ullum habeant. nam quicquid alterum horum ha-
, contra officium eſt. quo igitur pacto cum eo jucundo miſce-
r officium, quod ſine honeſto atque utili ſciamus eſſe? relin-
ur ut honor & gloria, quæ ex honeſtis actionibus conſequitur,
nda ſit, verum illius cauſa nihil agendum Stoici confirmant.
ob ipſum tantum honeſtum laborandum: quod quidem multis
ocis Cicero teſtatur. Quare in officio colendo nemo ullius ju-
litatis rationem habet, ſi præceptis pareat Stoicorum. Sed &
Ariſt. ubique monuit *eam voluptatem fugiendam eſſe, quæ ſejun-*
ſſet ab honeſtate. nec eam, quæ inſita eſt in re honeſta, ſequen-
potius, quam ipſam honeſtatem ſtatuit. quare novenarius ille
tionis numerus Cælio relinquatur.

Decima quarta Cælii Calcagnini diſquiſitio.

T enim venuſtas & pulchritudo corporis ſecerni non poteſt a
valetudine, ſic hoc de quo loquimur decorum, illud totum
em cum virtute confuſum, ſed mente & cogitatione diſtingui-
Generale quoddam decorum in omni honeſtate: aliud huic
ectum, quod ad ſingulas honeſtatis pertinet partes. Non nega-
m eſſe quoddam decorum, in univerſum per virtutes perfuſum:
ddam rurſus particulare, ad ſingulos actus privatos pertinens.
prius illud in natura abſconditum eſt, & ratione magis quam
u dignoſci poteſt: ſicut omnia univerſalia, quæ ſenſu percipi
poſſunt. Privatum autem hoc alterum, mihi videtur locis,
poribus, perſonis, aliiſque delectibus circumſcribendum eſſe:
quidem more poëtarum, apud quos turpes ſententiæ laudan-
, quum ſunt turpibus perſonis attributæ: ſed civilis cujuſdam
deſtiæ reſpectu. Nam hortari ad virtutem intempeſtive: fortitu-
e uti quum parum oporteat, vel levis cauſa urgeat: ſi in convi-
aliquis ſeveritatem adhibeat: ſi puer de juſtitia inter ſenes diſpu-

tet. Hæc omnia, & his ſimilia, dedecent. contra, ſi loca, te-
pora, perſonæ, cæterique reſpectus & delectus ſerventur, mir
ſane quam omnia deceant. Egregius mimus animadvertere deb
quid ſuæ perſonæ conſentaneum ſit. nam ſi parvus Hectorem ag
tum illud Antiochenorum in eum quadrabit: *Aſtyanactem videm*
ubi reliquiſti Hectorem? ſi quis amicum ad venationem exiturum
ad fortitudinem & animi magnitudinem hortetur: vel is ſeipſi
paret ita, ac ſi contra hoſtes conflicturus: tum omnes clame
parvo pedi magnum calceum induiſti, vel Coloſſi ornamenta p
millo impoſuiſti. Atque hoc eſt fortaſſe, quod inquit Cicero:
ſtitia non violat homines, verecundia non offendit.

M. Ant. Majoragii Deciſio decima quarta.

DVplicem, ait Cicero, *deſcriptionem eſſe Decori.* Nam *& ge-*
rale quoddam (inquit) *decorum intelligimus, quod in omni*
neſtate verſatur: & aliud huic ſubjectum, *quod pertinet ad ſin-*
las partes honeſtatis. Hoc neque tu negare potes, neque negas,
quoddam Decorum quod intelligitur in omni virtute: rurſus al
rum, quod ad ſingulos actus privatos pertineat. Sed prius illud
in natura abſconditum eſſe, & ratione magis quam ſenſu digno
Atque hæc eo vultu dicis, quaſi ſint a ſententia Ciceronis alie
Quorſum, obſecro, trahit te maledicendi cupiditas? An non
idem Cicero fatetur? aut quid aliud agit, cum ita proponit? *Qu*
autem differentia ſit Honeſti, & Decori, facilius intelligi, qu
explanari poteſt. Et paulo poſt: *Eſt enim quiddam id quod intell*
tur in omni virtute, quod deceat, quod cogitatione magis a virt
poteſt, quam re ſeparari. Quid igitur hoc loco reprehendis?
fortaſſe quia Cicero Decorum illud univerſalibus non compara
rit, quæ ſenſu percipi non poſſunt? quid opus eſt in hac parte c
latione, cum ipſum Decorum univerſale ſit? Sed hoc tu vides e
leviſſimum. Privatum vero decorum tibi videtur locis, temporib
perſonis, aliiſque delectibus circumſcribendum eſſe: non quid
(inquis) more Poëtarum, apud quos turpes ſententiæ laudant
quum ſunt turpibus perſonis attributæ, ſed civilis cujuſdam m
deſtiæ reſpectu. Atque equidem etiam in hac parte nihil a Cicer
te video diſcrepare: niſi quod non more Poëtarum (ut videtur v
Cicero) Decorum vis intelligi. Nam quod ais, *Locis, temporib*
perſonis, aliiſque delectibus hoc decorum eſſe circumſcribendum: id
eſt, quod his verbis ait Cicero: *Hoc Decorum, quod elucet in vi*
movet approbationem eorum quibus cum vivitur, ordine, & conſt
tia, & moderatione dictorum omnium atque factorum. Nam
dictorum omnium atque factorum ordinem & conſtantiam & mode-
tionem ſervat, is neque ad virtutem hortabitur intempeſtive, neq
fortitudine utetur quum parum oportebit, vel levis cauſa urgeb
neque in convivio ſeveritatem adhibebit, neque puer de juſtitia in

ſe

es diſputabit, quæ tu forte putaſti Ciceronis verbis non eſſe com-
menſa : quæ res omnino declarat, te vel non ſatis intelligere Ci-
onem, vel ejus opera negligentiſſime legere. Quod autem dicis,
more Poëtarum Decorum eſſe conſiderandum quemadmodum Ci-
o exiſtimat : id velim aliquibus argumentis a te probari. Neque
n tu is es, cui tantam autoritatem præbeat omnium eruditorum
ſeſſus, ut quemadmodum Pythagoræ diſcipuli ſolebant, illud
iciat, αὐτὸς ἔφα. Quis enim tu es? aut quod nobis tuæ maxi-
 ſapientiæ ſpecimen præbuiſti : ut magis tibi, quam Ciceroni
veriſſimum ſit: quique & acutiſſime & celerrime poteſt & videre e explicare rationem, is prudentiſſimus & ſapientiſſimus rite habe ſolet. Hoc primum nego, prudentiam & ſapientiam eandem eſ virtutem. Nam *prudentia eſt exacta rerum humanarum diſcreti quæ in conſiliis & omnibus iis quæ in dubitationem veniunt, domin tur. ſapientia autem eſt rerum humanarum divinarumque cogniti* Hæc in iis quæ ſemper eodem modo ſe habent, divinis puta & æte nis, verſatur. Prudentiæ munus, non tam vera & falſa, quam b na & mala, utilia & inutilia, appetenda & refugienda intermiſcer Super iis conſultamus, quæ aliter atque aliter ſeſe habere poſſun quæque adjutrice indigent fortuna. nam reluctante fortuna, pr dentia ſuum nunquam finem adſequatur. At ſapientia tam ſubli & excelſo loco poſita eſt, ut rerum humanarum viciſſitudines lon deſpiciat, fortunæque ipſius imperium nihil ad ſe pertinere arbit tur. De prudentia verba ſunt Ariſtotelis, quem jure Plato philoſ phum veritatis appellabat. *Videtur itaque prudentis eſſe, bene co ſulere poſſe circa ea, quæ ſibi ſunt bona, ac proſunt: non aliqua parte, ut quænam ad ſanitatem, vel vires, ſed quæ ad bene vive dum omnino conducant. Argumento eſt id ita eſſe, eos etiam qui c ca aliquid verſantur, prudentes dici: quum bene ad finem ſtud ſum aliquem excogitaverint ea, quorum nulla eſt ars. Quare omnino prudens is eſt, qui ad conſultandum eſt aptus.* Ex iis fac intelligas, prudentiam non circa vera & falſa (hoc enim commu eſt humani animi, omniumque virtutum propoſitum) ſed circa u lia & inutilia verſari. Sed quid ego peregrinis advocationibus uto quum Cicero non multo poſterius eodem libro adverſus ſe teſtim nium dicat, ut hic prope ſui oblitus videatur. Ejus verba non pi bit ſubſcribere: *Prudentia, quam Græci φρόνησιν, aliam quand intelligimus, eſt rerum expetendarum fugiendarumque ſcientia. autem ſapientia, quam principem dixi, rerum eſt divinarum at humanarum ſcientia, in qua continetur deorum & hominum comm nitas, & ſocietas inter ipſos.* In hac ergo quæſtione non aliunde, alio libentius, quam a Cicerone ad Ciceronem appellaverim.

M. Ant. Majoragii Deciſio decima ſeptima.

NAm quod ſequenti capite Ciceronem accuſas, quoniam de Prudentia, ac Sapientia agendum proponit, utramque detur ita commiſcere, ut non facile intelligas, quid Prudenti Sapientia differat, quodve ſit utriuſque munus: non dubito, q omnes agnoſcant, te Latinam linguam nunquam didiciſſe, neſcias, apud Latinos ſcriptores Sapientiæ nomine Philoſopha rationem omnem contineri, vel quæ de vita & moribus traditur, de natura & rebus occultis, vel de diſſerendo, & quid verum, quid falſum, quid rectum in oratione pravumve, quid conſentie quid repugnet, judicando. Quas qui adepti fuerint ſcientias,

P

…dentes a Latinis appellari ſolent: ut in libro de Claris oratoribus …ero tradit, *omnes fere Stoicos in diſſerendo prudentiſſimos eſſe.* & …ibro de Amicitia, *L. Acilium prudentem in jure civili vocat.* & …o de Oratore ſcribit, *Romanos, qui excellere ſapientiæ gloria …nt, omnia quæ civitas noſſet, ſolitos eſſe complecti.* atque ibi… paulo poſt, *Scipionem prudentiſſimum hominem appellat, pro…ea quod excelleret ſapientia.* Hæc fuit (inquit) P. Craſſi illius …ris, hæc T. Coruncani, hæc proavi generi mei Scipionis pru…tiſſimi hominis ſapientia, qui omnes Pontifices maximi fuerunt, …d eos de omnibus divinis atque humanis rebus referretur. Ita… ſi tam Latine loqui didiciſſes, quam maledicere, non illud pri…n negares, Prudentiam, & Sapientiam eandem eſſe virtutem. …et igitur mihi primo declarare, quid apud Latinos Prudentiæ …pientiæ vocabulum ſignificet, deinde tuis argumentis reſponde… Et quoniam nemo eſt tam iniquus judex, qui Latini ſermonis …prietatem, & principatum Ciceroni non facile concedat, utar …ad hanc rem probandam autoritate. Primo igitur dico, Sa…ntiam tribus maxime rebus contineri: Nam & ſcientiam rerum …narum atque humanarum, cauſarumque quibus hæ res conti…ur, ſignificat: & hæc per Antonomaſiam proprie Sapientia di…, quam pauci tamen adipiſci poſſunt: unde *felix* a Virgilio …ur, *qui potuit rerum cognoſcere cauſas.* Altera Sapientiæ ſignifi… eſt, cum accipitur pro cognitione rerum multarum, longo …acquiſita: quo in genere artes omnes, & ſcientiæ comprehen…ur. Tertia, cum pro conſtantia, & moderatione recte & ho… vivendi capitur: atque hæc omnia prudentiæ nomine compre…duntur, quamvis duobus in poſtremis plerumque Prudentiæ vis …reat, eorum enim cognitio ſpectat ad actionem aliquam, …ium autem honeſtarum actionum Prudentiam eſſe moderatri… ſtatuunt. Et quoniam officiorum hoc loco præcepta tradit Ci…, quæ quatuor partium oriuntur ex aliqua, primo tractat eam …em, quæ in perſpicientia veri, ſolertiaque verſatur: hoc eſt, … ad ſcientias pertinet, & ad explicandam rationem rerum ge…arum, quæ rectiſſime & Sapientia & Prudentia poteſt appel… Quod autem Sapientiæ nomen ſit commune iis rebus, quas …o ante diximus, maxime perſpicuum eſt: & de prima quidem …ficatione nemini dubium eſſe exiſtimo. quis eſt enim qui ne…, Sapientiam multis in locis a Cicerone ſic definiri, ut dicat, …*entiam eſſe rerum divinarum atque humanarum ſcientiam, co…ionemque, quæ cauſa cujuſque rei ſit.* qua tamen definitione vi…ur omnia comprehendi, quæ diximus. Ab hac doctrina ſeptem …apud Græcos uno tempore ſapientes & habiti ſunt, & vocati: … tertio de Oratore docet Cicero fuiſſe prudentiſſimos, quippe …omnes, præter Mileſium Thalem, civitatibus ſuis præfuerunt. …ecunda ſignificatione plurima ſunt exempla, ſed illud in primis … Ciceronem libro de Amicitia, ubi Fannius Lælium alloquitur

 hoc

hoc modo : *Vnum te ſapientem & appellant, & exiſtimant.* Tı
buebatur hoc modo M. Catoni. Scimus L. Acilium apud patr
noſtros appellatum eſſe ſapientem, ſed uterque alio quodam m
do: Acilius, quia prudens eſſe in jure civili putabatur: Cato, qu
multarum rerum uſum habebat: multa ejus & in Senatu & in fo
vel proviſa prudenter, vel acta conſtanter, vel reſponſa acute fer
bantur, propterea quaſi cognomen jam habebat in Senectute ſ
pientis. Ecce quemadmodum ad omnem cognitionem ſapien
pertinear. Iam tandem errorem tuum agnoſce, qui prudentia
neges eſſe ſapientiam. Nam ſi L. Acilius iccirco ſapiens eſt appel
tus, quod eſſet prudens in jure civili: ſequitur, ut prudentia
ſapientia: & ſi Cato, quia multarum rerum uſum habebat, qu
ſine controverſia prudentis eſt, ideo ſapientis cognomen ſorti
eſt, nulla erit apud Latinos inter prudentiam & ſapientiam differe
tia. quod etiam illud ex oratione pro Cecinna declarat, *Sapiens*
mo: & multarum rerum peritus. Et illud ex libro de Amicitia,
non ſolum natura & moribus, verum etiam ſtudio & doctrina
ſapientem. De tertia ſignificatione exemplorum plena ſunt omn
quod ſapiens ille dicatur, qui bonis moribus ſit imbutus, & re
vivendi rationem teneat, quod etiam Soſias ille Terentianus in
lexit, qui cum eximios Pamphili mores audiviſſet, ita reſpond
Sapienter vitam inſtituit. & Cicero de lege Agraria contra Rullu
Singularis homo privatus, niſi magna ſapientia præditus, vix fa
ſeſe regionibus officii, magnis in fortunis & copiis continet. Hæc
tem ea ſapientia eſt, quæ virtutes omnes moderatur, quæ a
etiam nominibus appellari ſolet: nam & Recta intelligentia, &
finita moderatio animi, & Perfecta ratio, & Prudentia dicitur. H
in procemio Rhetoricorum Cicero *Rerum omnium moderatricem*
cat: & in Oratore, *Rerum omnium fundamentum:* ut hoc l
non injuria principem inter virtutes locum illi dederit. Hanc in
bris de Finibus *Prudentiam* appellat, quam omnibus artibus at
butam eſſe vult: ſed præſtat ejus verba recitare: *Omnibus* (inq
artibus volumus attributam eſſe eam, quæ communis appellatur P
dentia: quam omnes, qui cuique artificio præſunt, habere deb
Ex hoc certe loco perſpicuum eſt, communem quandam eſſe p
dentiam, quæ ad omnes ſcientias pertineat, quæ communi v
bulo dicitur etiam Sapientia. Sed hoc etiam apertius in Oratoriis p
titionibus annotavimus, eandem videlicet eſſe prudentiam &
pientiam, ſic enim ibi virtutes diſtinguit: *Eſt igitur vis virtutis*
plex: aut enim ſcientia cernitur virtus, aut actione. Nam quæ
dentia, quæ Calliditas, quæque graviſſimo nomine Sapientia ap
latur, hæc ſcientia pollet una: quæ vero moderandis cupiditati
regendiſque animi motibus laudatur, ejus eſt munus in agendo,
Temperantiæ nomen eſt. Hic vides prudentiam & ſapientiam eand
eſſe. Quare poteram hoc in loco finem facere, cum ſatis a me
fenſus ſit Cicero, niſi velim etiam tua quædam argumenta re

lc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

...e, & te mendacii, vel imperitiæ potius, arguere. Nam ubi ni-
...s inverecunde, atque impudenter Ciceronem ſui oblitum putas,
...ue ideo tanquam victor lætitia geſtiens, ac levitatem animi quan-
...n oſtentans, a Cicerone ad Ciceronem appellas: ibi facile poſſu-
...s intelligere, quod jam docuimus, nullam apud Latinos inter
...dentiam & ſapientiam, eſſe differentiam. Quorſum enim atti-
...at, ut Cicero Græca verba uſurparet, ſi Latina ſatis erant di-
...ſtcta? Videamus ejus verba, quo facilius criminationem tuam di-
...mus. Quid igitur ait Cicero? *Nam cum omnis honeſtas manet a*
...tibus quatuor, quarum una ſit cognitionis, altera communitatis,
...tia magnanimitatis, quarta moderationis: hæ in deligendo officio
...e inter ſe comparentur neceſſe eſt. Et paulo poſt: *Princeps omnium*
...utum eſt illa Sapientia, quam σοφίαν Græci vocant: Prudentiam
...m, quam Græci φρόνησιν dicunt, aliam quandam intelligimus,
... eſt rerum expetendarum fugiendarumque ſcientia. Illa autem
...ientia, quam principem dixi, rerum eſt divinarum atque huma-
...um ſcientia, in qua continetur Deorum & hominum communitas
...r ipſos. hæc Cicero. Quibus tu putas adverſus ſe teſtimonium
...ere: ſed tu nimium negligenter ejus verba conſideras. Non enim
...et hoc loco, quemadmodum tu exiſtimas, quæ ſit inter ſapien-
...n & prudentiam differentia, quæ nulla eſt: ſed quomodo Græ-
...οφίαν & φρόνησιν diſtinguant: nam cum dicit, Illa ſapientia,
...m σοφίαν Græci vocant: oſtendit, aliam etiam eſſe ſapientiam,
...e σοφία non vocetur: atque ideo ſubjungit. Eam prudentiam,
...m Græci φρόνησιν vocant, aliam quandam eſſe ſapientiam. Ita-
...: duas ſtatuit ſapientias, vel prudentias: unam, quam Græci
...ίαν, alteram, quam φρόνησιν vocant. Apud Latinos tamen
...nis ſapientia, prudentia vocatur: quod apertiſſime non ita multo
...t his verbis idem Cicero docet: *Ita illi ipſi doctrinæ ſtudiis, &*
...ientiæ dediti, ad hominum utilitatem ſuam prudentiam, intelli-
...tiamque potiſſimum conferunt. Tolle eam dictionem, Pruden-
...n, & loco ejus ſtatue Sapientiam, hoc modo: Ad hominum
...itatem ſuam ſapientiam intelligentiamque potiſſimum confe-
...t: atque idem eſſe penitus videbis. Etenim ſi recte virtus omnis
...atinis in quatuor partes eſt diſtributa, quod ſecundo de Inven-
...ne docet Cicero, *in prudentiam, juſtitiam, fortitudinem, &*
...perantiam: illa ſapientia princeps, aut virtus non erit, aut pru-
...tiæ nomine continebitur. Virtutem non eſſe dicere ſapientiam,
...nentis eſt, cum rectiſſime virtutum omnium dicatur princeps
...ientia. Igitur ſub Prudentia continetur. Quare tot argumentis
...tus, fateare tandem neceſſe eſt, Prudentiam tanquam genus
...oddam eſſe, quod omnem artem, omnem ſcientiam, omnem
...ique ſapientiam complectatur. Illi vero tuæ opinioni, quia ni-
... ad hunc locum facit, non reſpondebo: in qua dicis, Reluctan-
...fortuna prudentiam nunquam finem ſuum aſſequi: cum præſer-
... eam exiſtimem a Chriſtiana religione longe alienam: & (ut vulgo

dicunt) hæreticam. Itaque viderint alii: mihi ſatis eſt Ciceronem
defendere. Quod autem dicis, Sapientiam in iis tantum verſari
quæ ſemper eodem modo ſe habent, ut in divinis & æternis, omni
no falſum eſt. Nam non minima ſapientiæ pars eſt, in ſedandis ani
mi cupiditatibus, & in efficiendo, ut appetitus rationi pareant. un
de Socrates ſapientiſſimus omnium fuit appellatus, non quod divin
ſemper atque æterna tractaret, quippe qui putaret, *Quæ ſupra nos
nihil ad nos attinere:* relictaque cura rerum naturalium, ac cæle
ſtium, omne ſuum ſtudium ad formandos mores tranſtulit: diligen
terque cogitare cœpit, quid eſſet expetendum homini, & quid fu
giendum: quod proprie prudentis officium eſt. Non ergo Sapien
eſt appellatus, quod eam eſſet adeptus, quam tu ſolam ſapientiam
eſſe cenſes: ſed quod hanc, quam Cicero Prudentiam appellat, exe
ceret. Quod vero prudentiam non circa vera & falſa verſari ſcribis
ſed circa utilia, & inutilia, neſcio quæ te agitet intemperies, ut Pru
dentiam eſſe velis mercaturam quandam, quæ tantum de utili & no
utili cogitet. Nullam ergo, te præceptore, prudentia partem ho
neſtatis attinget? non erit omnium virtutum moderatrix? non er
rerum honeſtarum & turpium ſcientia? neſciet inter verum & fa
ſum diſtinguere? Quæ, malum, eſt iſta tua pravitas, aut anim
cæcitas, ut ſolos nobis mercatores prudentes eſſe perſuadere veli
cum apud Latinos nulla major laus eſſe poſſit, quam ſiquis Prude
tiſſimus appelletur? eum enim demum omnibus virtutibus exorn
tum intelligimus, quoniam virtutes aliæ prudentiam, veluti d
cem) ſemper & ubique comitantur, neque ab ea latum (ut dici ſ
let, unguem diſcedunt unquam.

Iacobus Grifolus ad ſeptimam decimam Cælii Calcagnini disquiſitionem.

PRudentiam, & ſapientiam Cælio ita videtur commiſcere M.Tu
lius, ut non facile intelligatur quid altera differat ab altera. C
ceronis autem verba hæc ſunt ex primo off. *in prima parte, in q
ſapientiam & prudentiam ponimus, ineſt indagatio, atque inven
veri, ejuſque virtutis hoc munus eſt proprium. ut enim quiſque m
xime perſpicit, quid in re quaque veriſſimum ſit, quique & ac
tiſſime, & celerrime poteſt & videre, & explicare rationem, is pr
dentiſſimus, & ſapientiſſimus, rite haberi poteſt.* hoc in loco C
lius duo falſiſſima ſuo judicio deprehendit. primum eandem eſſe v
tutem prudentiam & ſapientiam, cum diverſam definitionem h
beant, tum prudentiæ eſſe munus indagandi, & inveniendi ve
atque non ſolum hæc Ariſt. auctoritate, ſed etiam Ciceronis ipſi
levitate ſibi demonſtraſſe viſus eſt. cur autem Cælius ſic obſtin
Mar. Tullium perſequi voluerit, ut uſui nihil quicquam cader
quem penes arbitrium & vis, & norma loquendi eſt, miror. h

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

icero quoque in oratore ſuo nonnunquam ceſſiſſe confitetur.
n ſi Cælius imitari voluiſſet, uſum loquendi populo ut Cicero
, conceſſiſſet, ſibi vero ſcientiam reſervaſſet. quapropter ſi
uetudo ita loquitur, ut pro prudentia frequenter ſapientiam u-
et, nimium putide ipſe ſtuduit proprietatem latini, græcique
onis conſervare. nam quod M. Tullium, Ariſt. alioſque maxi-
philoſophos diligenter fortaſſe legerit, quam qui maxime ju-
nobis eſſe debet, quod jam rationem prudentiæ atque ſa-
tiæ aptiſſimis definitionibus expreſſit, non ſolum in primo &
ndo officiorum libro, ſed etiam in quarto Tuſc. ſed tamen oſten-
M. Tull. in eo & nonnullis aliis locis utramque ita conjunxiſſe,
ulla confuſione perturbarit. cum enim propriam eſſe hominis
uiſſet veri inquiſitionem atque inveſtigationem, exiſtimavit hanc
tatem non in rebus humanis tantum quæ in noſtris actionibus
antur, ſed etiam in earum rerum ſcientia, quæ ſunt occultio-
, & magis in natura ipſa reconditæ. cum autem utraque inda-
o ad mentis noſtræ ſagacitatem pertineat, jure hominis eſſe pro-
m exiſtimavit. & quamvis prudentem virum ſtatuat eum, qui
utriuſque cognitionis compos, non tamen eas ita permiſcet, ut
m eſſe velit, ſed prudenti viro tribuit, utramque partem. quod
intelligatur cum de prudentia loqueretur ait, in qua ſapientiam
rudentiam ponimus, ineſt indagatio, atque inventio veri, ejuſ-
virtutis hoc munus eſt proprium. ex quibus prudentis viri par-
eſſe quaſi duas oſtendit, alteram quæ nomen retinet, pruden-
: alteram, quæ ſapientia nuncupatur, ut in partitione juſtitiæ
fortitudinis idem fecit. nam illius primam partem juſtitiam ap-
lat, liberalitatem vero, ſeu beneficentiam ſecundam. in hac au-
n fortitudinem primam, & alteram patientiam nominavit. quis
retur igitur ſi idem is fecerit in diſtributione prudentiæ? hunc
tem fuiſſe Ciceronis ſenſum in eodem officiorum libro, & in eo-
m fere loco videtur declarare, ubi ait. *ex quatuor autem locis*,
quos honeſti naturam, vimque diviſimus, primus ille qui in veri
nitione conſiſtit, maxime naturam attingit humanam, quæ cogni-
ad ſtudia rerum obſcurarum pertinet, ut ex illius exemplis con-
t, quibus oſtendit illa duo vitia in eo genere vitanda eſſe, unum
incognita pro cognitis habeamus, alterum ne nimis magnum ſtu-
um multaque opera in res obſcuras, atque difficiles conferamus.
d non ita multo ante in hac eadem explicatione *prudentiæ cogni-*
nem inquit *rerum aut occultarum aut admirabilium ad bene, bea-*
que vivendum neceſſariam ducimus. Præterea ſi ſapientia eſt re-
m humanarum atque divinarum ſcientia, prudentiæ partes in ea
ntinentur. quare ſapiens jure prudens appellari poteſt. num igi-
r ſi utraque ſit in uno facultas, diviſus erit ſapiens? aut confuſæ
cultates? ex his fit, ut Cicero prudentiam nonnunquam ſapien-
am appellet, ut in partitionibus: *Eſt igitur* inquit, *vis virtutis*
plex aut enim ſcientia cernitur virtus, aut actione. namque pru-

 dentia,

dentia, quæ calliditas, quæque graviſſimo nomine ſapientia appel
tur, ſcientia pollet una. ſed etiam uſui dandum eſt aliquid non
lum Ciceronis, ſed etiam philoſophorum. M. enim Tull. in qua
de Fin. ſapientiæ munus, & opus eſſe dicit in delectu rerum. le
tur in tertio Tuſcul. ubi de morbis animorum agitur, *ſapienti*
eſſe ſanitatem animi, inſipientiam quaſi inſanitatem. adde qu
ſapientes non modo latini, ſed etiam græci ex officiorum frequen
nominabant. ut in tertio officiorum docet M. Tullius, cum di
neque cum duo Decii, aut duo Scip. fortes viri commemorantur, a
cum Fabritius aut Ariſtides juſtus nominatur, aut ab illis fortitu
nis, aut ab his juſtitiæ tanquam a ſapiente petitur exemplum. ne
enim horum ſic ſapiens eſt, ut *ſapientem intelligi hic volumus,*
ii qui ſapientes habiti ſunt, & nominati M. Cato, & C. Lælius
pientes fuerunt, nec illi quidem ſeptem. ſed ex mediorum officior
frequentia ſimilitudinem quandam gerebant, ſpeciemque ſapientu
jam hic arbitror patere quos ſæpe intelligat M. T. ſapientes, n
perfectos ſcilicet, ſed eos qui virtutibus iis, quæ ad mores pertinen
erant inſtructi. & eadem ratione ſapientiam, quæ perfecta non f
pro prudentia uſurpat, ut paulo ante hunc locum aperte docet. i
quit enim *in iis autem, in quibus ſapientia perfecta non eſt, ipſ*
illud quidem perfectum honeſtum nullo modo eſſe poteſt, ſimilitudi
honeſti eſſe poſſunt. fuiſſet hoc igitur prudentiæ, ſapientiæque Ca
conferre locos Ciceronis, ut quod uſitatum eſſet, in eo tam tem
non improbaret, cum præſertim videret, eum modo propriam v
ſapientiæ, modo impropriam explicantem. at videamus jam nu
tandem Ariſt. ſapientiam eſſe ſemper dicat divinarumque rerum c
gnitionem. hic in ſexto Ethic. *quemlibet artificem qui in arte ſ*
præſtans ſit, Sapientem ait *appellari.* ſed Thragem Platonis leg
jam hæc omnia copioſiſſime diſputari reperies, ſed Hom. etiam
ἑόρτλω illum Ithacenſem toties *ὄρχαμον ἀνδρῶν* nominavit, quod ſuu
paſtor eſſet optimus. quod ſi in quavis arte præſtantes homines
lius artis ſapientes vocari poſſunt, & principes, quid in arte vive
di, qua quidem nulla major, nec æque neceſſaria excogitari pote
ſapientes quidem appellemus, quamvis in humanis tantum rebu
& ſingularibus verſaretur illorum ſapientia. ut græci primum,
poſtea latini conſueverunt. quibus ducibus errare pulcherrimum
detur. eſt igitur imperfectior quædam ſapientia, quæ tam ſub
lem definitionem ſuſcipere non poteſt, quam illa, quæ rerum h
manarum, & divinarum, cauſarumque, quibus hæ res contine
tur, eſt ſcientia. ſic etiam poëtæ ſentiunt, ut Hor. qui ait. *virt*
eſt vitium fugere & ſapientia prima ſtultitia caruiſſe, idem alibi l
tius, & melius inquit. *Quis nam igitur libere? ſapiens, ſibi q*
imperioſus, quem neque pauperies, neque mors, neque vincula te
rent, reſponſare cupidinibus, contemnere honores fortis, & in ſe ip
totus teres, atque rotundus; Externi ne quid valeat per leve mor
ri, in quem manca ruit fortuna. eadem Vir. in viro bono. eade

M. T

Tullius in Tuſc. & paradoxis. ubi quid poſſit virtus, & hæc ſa- ntia, quæ magnitudinem animi complectitur, & juſtitiam con- . quare nulli tantus vir commiſcere virtutes illas, aut confun- e videri debet. quid oportuit igitur in exponendis earum rerum ferentiis laborare? quaſi vero Cicero eas non expreſſerit definitio- us. At videamus jam, quod eſt ſecundum a Cælio reprehenſum, um munus ſit prudentiæ inveſtigandi, & inveniendi veri. *Pru- ntis eſſe cenſet* Ariſt. *bene, & utiliter ſuis rebus ad benevivendum tinentibus conſulere.* quæro igitur nunquid ſuis rebus bene pro- ciat, qui veritatem aſſequi non curet, nonne propoſitum habere et vir prudens, ut ſuo conſilio res ſuas aut tueatur, aut augeat, quicquid oporteat bene geratur? ubi nam eſt aptitudo illa, quam it Ar. prudentis eſſe ad bene deliberandum? Nonne in proſpi- ntia quadam, & ſagacitate? quæ virtus eſt in homine, qua cau- rerum, & conſecutiones, & ſimilitudines transferat, & dis- cta conjungat, & cum præſentibus futura copulet, & omnem mplectatur vitæ conſequentis ſtatum. equidem rationem eſſe pu- jam longa experientia perfectam. at utilia inquit, & inutilia, petenda & rejicienda prudens intermiſcet. ſed hæc ipſa an ſibi ſuc- ſſura ſint, & ne judicio fallatur, non conſiderabit iſte prudens? n quo nam modo utilene ſit aliquid, an inutile quiſquam diſcer- t, qui veritatem veluti materiam ſibi ſubjectam non habeat? uod ſi prudentiam eſſe rerum expetendarum, fugiendarumque entiam, ut voluit M. Tul. negat Cælius, concedat ſaltem eam ſe habitum agendi ea, quæ homini ſunt bona, vel mala vera, cum tione, ut voluit Ariſt. at ſi huic adimas officium veritatis inda- ndæ, oculum, quem illi Plato tribuit, eripies. *veritatis matrem ſe longi temporis experientiam* dicunt, & propterea negant Phil. oſſe juvenes prudentes eſſe. verum conſtituit Cæl. temerarium eſſe endam prudentem virum, aut in re quadam communi, & natu- li prudentiam verſari, cum verumne ſit aliquid, an falſum diju- cat. ſed aberrat toto ut ajunt, cœlo. nam, ut paulo poſt conſta- it, *prudens cum veritatem rei quærit, in ſua ipſius propria materia erſatur. nec ſi unuſquiſque in actionibus ſuis ne decipiatur errore vet, eſt prudens appellandus. unus enim quiſque omnibus virtuti- us eſſet compos, quarum quidem nulla eſſe poteſt a prudentia dis- ncta, ſed prudens eſt ille, qui in ſuis conſiliis, & deliberationi- us de rebus honeſtis non fallitur. nam bona, & recta conſideratio, tque deliberatio eſt ea, quæ bonum finem ratione congrua & oportuno empore conſequitur: atque id perſpicuo lumine veritatis, quod non ſt omnibus mentibus commune, ſed eſt unius tantum prudentis, & apientis viri. nam prudentiæ propria vis eſt in ſola ſcientia, cætera- um virtutum in actione.* quare M. Tull. recte dixit vim *virtutis eſſe luplicem. aut enim* inquit, *ſcientia cernitur virtus, aut actione. am quæ prudentia, quæ calliditas, quæque graviſſimo nomine ſa- ientia appellatur, hæc ſcientia pollet una, quæ vero moderandis*

cupi-

cupiditatibus, regendiſque motibus laudatur, ejus eſt munus in agen
do, cui temperantiæ nomen eſt. Ariſtoteles ait *ad prudentiam ratu*
nes attinere. nam quid dicemus eſſe, quod fiat cum ratione ſine lu
veritatis? una igitur ſcientia pollet prudentia. quid ita? quia cu
quid agendum ſit, & quomodo, & quando ea ſtatuerit, cæteræ vi
tutes agent. præfert enim lumen veritatis & ſe ducem præſtat cæter
virtutibus. ne miretur quiſquam igitur ſi negant philoſophi ſine ha
virtute nullam aliam poſſe conſiſtere virtutem. hæc enim inquirit
conſultat, deliberat, conſilium agendi rectum capit: agit deinc
temperatus, aut fortis, aut juſtus; quod idem Cicero pro Sexti
demonſtrat. inquit enim *ſi leges non valerent, judicia non eſſent,*
reſpub. vi, conſenſuque audacium armis oppreſſa teneretur, præſidii
& copiis defendi vitam, & libertatem neceſſe eſſet. hoc ſentire pru
dentiæ eſt, facere fortitudinis, ſentire vero, & facere perfectæ cu
mulatæque virtutis. Illa vero Panætii triplex conſilii capiendi delibe
ratio, quam Cælius defendit, aut illa quinque partita Ciceronis
quam reprehendit ad neminem ſpectat, niſi ad prudentem. cuju
Ariſto. in ſexto Ethicorum verum eſſe judicium ita confirmat εἰ δὴ
φρονίμων τὸ εὐβουλεύεσθαι, ἡ εὐβουλία εἴη ἂν ὀρθότης, ἡ κατὰ τὸ συμ
φέρον πρός τι τέλος, οὗ ἡ φρόνησις ἀληθὴς ὑπόληψίς ἐστι. hoc eſt
quod ſi prudentis eſt bene conſultare, bona conſultatio eſt ea, qu
utiliter ad aliquem finem recta via perducit, cujus finis prudentia e
verum judicium. nemo alius auctoritate Ariſt. ſuis conjecturis u
prudens ad veritatem poteſt pervenire, nec eſt aliarum virtutum ho
idem propoſitum ut Cælius confirmat in quo vehementer errat. nan
ſi juſtus juſte facit, & hoc ſibi proponit, ut tamen id cognoſcat &
aſſequatur prudentia nititur, non juſtitia. neque enim juſtitia eſ
poteſt, aut alia virtus ſine prudentia. nam hæ ſi per ſe falſum, &
verum perſpicere poſſent, ſupervacanea eſſet hæc prudentiæ tam ce
lebrata virtus. at, ut ſemel finiam, omnes habemus contra Cæ
lium, qui prudentiam dicit adjutrice fortuna indigere, quod relu
ctante fortuna finem ſuum nunquam aſſequatur. at quisnam fin
eſt prudentis, & ſapientis viri? certe ſi eſt prudentiæ rem bene, &
diligenter conſiderare, conſiliumque quod optimum eſſe videatur
ſequi, quoties ea hæc effecerit, finem ſuum erit aſſecuta. nun
igitur quæro, num fortuna vim conſiderandi, & interiorem anim
virtutem prudentis viri poſſit impedire. omnes credo ſanæ ment
viri negant. nam aliæ virtutes fortaſſe, ut quæ verſantur in actio
ne, poſſent vi fortunæ diſturbari. conſtat enim prudentiæ quid a
gendum ſit invenire liberum eſſe, fortitudini vero agere non item
quanquam in hoc etiam cum doctis viris eſt ſentiendum, qui pru
dentiæ omnes virtutes ſubjicientes prudentem virum ſtatuunt omn
bus virtutibus inſtructum eſſe. ergo felicem. cujus Ariſt. in ſecun
do Ethic. non adeo infirma fundamenta jecit, ut tam facile poſſi
everti. *an vel Epicurum dicere neſcimus fortunam exiguam interve*
nire ſapienti? quid ſi cum Stoicis ſenſiſſet? qui beato viro non e

tri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

uebant, in quibus fortuna dominatur? ſi vero Peripateticus fuiſ- exiguum ſtatuiſſet eſſe, quod de beata vita per fortunam detrahi iſſet. at ſi tam firma fundamenta voluptatis eſſe ſtatuebat, quis eat virtutem in fortunæ poteſtatem ponere?

Decima octava Cælii Calcagnini diſquiſitio.

I lbro Officiorum tertio. Eſt etiam, inquit, jus bellicum, fi-, deſque jurisjurandi ſæpe hoſti ſervanda. Quod enim juratum eſt, mens conciperet fieri oportere, id obſervandum eſt. Quod aliter, non fecerit, nullum perjurium eſt. ut ſi prædonibus pro capite cium non attuleris, nulla fraus eſt: ne ſi juratus quidem id non ris. Nam pirata non eſt ex perduellium numero definitus, ſed mmunis hoſtis omnium. Cum hoc non fides eſſe debet, non jus-andum commune. non enim falſum jurare, pejerare eſt: ſed d ex animi tui ſententia juraveris. ſicut verbis concipitur, more tro id non facere, perjurium eſt. Scite enim Euripides: *Iuravi gua, mentem injuratam gero.* Regulus vero non debuit conditio- pactioneſque bellicas & hoſtiles perturbare perjurio. Cum juſto m & legitimo hoſte res gerebatur, adverſus quem & totum jus ciale, & multa ſunt jura. Hoc loco mihi videtur Cicero parum nſtantiam ſuam ſervaſſe, quum jurandum cuiquam arbitratur, od mens concipiat fieri non oportere. præſertim quum in his li- s, decretis Stoicorum nomen dederit: apud quos nullus eſt tam vis metus, qui in conſtantem virum cadere poſſit, qui non malit ori, quam quicquam præter dignitatem aggredi. Nunc mitto, od neque prædoni fallendam fidem, neque gladium furioſo abju- dum putant. Quod ſi ex ſeveritate illa Stoica, & duricie ſummi abſoluti officii, alio loco a nobis improbati, aliquid recidendum tamus: ſane tacito quodam hominum judicio conſtitutum eſt, prædoni & ſicario fides ſervetur. Non quia ſit ex perduellionum mero definitus, nec ut ex ſuo ſcelere aliquid commodi lucrifa- t: ſed ne violato hoc jurejurando protinus materia detur ad majus fas: & captivi, qui ſpe prædæ ſervantur, ut aliquando incolu- s emittantur, præciſa utilitatis expectatione, actutum jugulum ebeant carnifici. Illud quoque non video quomodo probari poſ-, falſum jurare non eſſe pejerare, ſed quod ex animi tui ſen- tia juraveris. Sicut enim oratio non dicentis, ſed audientis tia inventa eſt: ita jusjurandum non ejus qui ſe juramento ſtringit, ſed ejus cui obſtringitur cauſa inſtitutum eſt. Et pro- cto ſi juras, ut fallas, ab ipſo uſque principio perjurium eſt. am quid aliud pejerare eſt, niſi perperam & in alterius fraudem rare? quod in ipſis fit auſpiciis, quum verbis conceptis te in ju- mentum adigis: atque ita inducis animum, ut jam tuam fidem llas, quocunque id nomine aut titulo prætexas. Certe Plato ſecun- Legum libro id fieri vetat, *ne quid in deos pecces, quorum majeſtas*

vio-

violari putatur, ſi parum religioſe jusjurandum ſervaveris: cujus
aut teſtes, aut vindices invocati ſunt. Ob id probe ac ſancte feciſſe
dentur, qui nunquam ſubeundum jusjurandum monuerunt. Ea cau
Socrates vel canem vel anſerem, Zeno capparum adjurabat: non qu
in iis aliquid numinis eſſe ſuſpicarentur, ſed nequando temere de
rum nomine abuterentur. Hoc præterea in diſquiſitionem vocandu
puto, quodnam ſit jusjurandum, quod invitus aut ex animi tui ſe
tentia ſuſceperis. Nihil enim a quoquam invito fieri aut dici exiſ
mandum eſt, cujus principium in nobis ipſis ſitum ſit, ita ut id ager
aut prætermittere, integrum ſit nobis. Nam quæ pendent ex ani
noſtri ſententia, ea plane noſtra fieri ſponte, & in noſtra eſſe po
ſtate, vel Epicteto autore, jure dixerimus. Econtra, quæ extra n
ſunt, quæque principium & impulſum habent aliunde, ita ut reluct
tes repugnanteſque non urgeant; hæc merito cogentia & violen
dixerimus. Cujus rei judicium eſt, quod dum hæc aguntur, vel ac
ſunt, dolemus: in ſuperioribus autem illis, nullum doloris teſtim
nium accedit: ex quo facile agnoſcas, non eſſe violenta, neque præ
animi voluntatem. Qui enim captus eſt a prædonibus, qui in vincu
retinetur apud Tyrannum, ſiquid pejeret ſui commodi gratia, ut
in libertatem vendicet, ſeque ab ea neceſſitate eximat: ſane volens
propria animi inductione hoc agit. Neque aut dum pejerat, neq
quum pejeravit, angitur: ſed lætatur potius, ſe ea fraude vel pr
donibus vel Tyranno impoſuiſſe, ſuiſque rebus conſuluiſſe. Qu
planiſſime teſtimonium eſt, eum nihil coactum & præter animi ſe
tentiam feciſſe. Atque hoc peritiſſimi in hac cenſura ſentiunt. Qu
vero dicam, quod nonnulla ſunt, quæ animum mordent, & p
moleſte habent, & tamen noſtra ſponte proveniſſe arbitrantur?
ſi quis cruciatibus actus patriam prodiderit, ſi vi tempeſtatis conſt
natus jactum fecerit. Nec enim veriſimile eſt, quenquam aut patria
prodere, aut ſuarum rerum jacturam facere velle. hæc tamen e
moleſtiam afferant, & ſi pœnitentia permoveant animos: quia c
tum habent ab animi noſtri ſententia, idcirco voluntaria cenſent
Ex iis in confeſſo eſt, quoties quis falſum jurat, quia volens & ſcie
fallit, quia Deos ſuæ teſtes fraudis vocat, quia ſuo ſcelere non aff
ctatur, ſed potius gaudet, ſibique gratulatur: eum perjurio obſtri
gi, nec prætextu ſuo latebram inveniri poſſe facinori. Quod ſi qu
hac in re argutator dixerit, hujus perjurii principium non a libert
conſilii noſtri, ſed vel a timore, vel a ſpe, vel ab alio quopiam a
fectu proficiſci: is ſe nihil dixiſſe demum intelliget, ſi obſervaver
nullam eſſe actionem humanam, quæ ab aliquo humani animi mo
non ortum capeſſat. Aut amor, aut libido, aut voluptas, aut ali
quiſpiam affectus mortalium animos percellit. Ita in functionibus h
manis nihil erit, quod voluntarium & ultroneum dici poſſit. Qu
quam ſit abſurdum, melius agnoſcent, qui recta opem volunta
metiuntur, & iis præmia deberi contendunt: quam a nobis poſ
oratione explicari.

M. A

M. Ant. Majoragii Deciſio decima octava.

Ge vero quam temere, quam inſolenter, quam contumelioſe Ciceronem inconſtantiæ damnas, ut omnem ei (ſi fieri poteſt) oritatem adimas, & tibi magnam ingenii gloriam compares. Sidem inconſtantia levatur autoritas, & damnandis aliorum erros ſolent homines plerumque gloriam acquirere. Verum fallit te utum frigida calliditas tua: Nam Ciceronis autoritas adeo firmis ixa radicibus, ut nulla vi neque convelli, neque labefactari it. Tua vero mala, atque nugatoria accuſatio, non errores nat Ciceronis, qui nulli ſunt: ſed imperitiam, atque malitiam n oſtentat. Quid enim reprehendis hoc loco tot ambagibus? Niliud certe, niſi quod ait Cicero, *Iusjurandum aliquando non eſrvandum: ut ſi prædonibus* (inquit) *pro capite pretium non attu-, nulla fraus eſt, ne ſi juratus quidem id non feceris. Nam pi- non eſt ex perduellium numero definitus, ſed communis hoſtis ium: cum hoc non fides eſſe debet, non jusjurandum commune. enim Falſum jurare, pejerare eſt: ſed quod ex animi tui ſentenjuraveris, ſicut verbis concipitur more noſtro, id non facere, perum eſt.* Scite enim Euripides,

Iuravi lingua, mentem injuratam gero.

ulus vero non debuit conditiones, pactioneſque bellicas, & hoſtiperturbare perjurio, cum juſto enim, & legitimo hoſte res gereur, adverſus quem & totum jus feciale, & multa ſunt jura. Hoc (inquis) mihi videtur Cicero parum conſtantiam ſuam ſervare, m jurandum cuiquam arbitratur, quod mens concipiat, fieri oportere. Et tibi videtur quidem: ſed quo tempore, aut qua parte? Non primo diluculo, ut opinor, ſed a cœna fortaſſe, h furor acceſſit capiti numeruſque lucernis. Vbi enim eſt iſta, quam uſas, Ciceronis inconſtantia? nullam enim ego video. Quod urandum (inquis) non ſemper ſervandum exiſtimat, præſertim n in iis libris decretis Stoicorum nomen dederit, apud quos nuleſt tam gravis metus, qui in conſtantem virum cadere poſſit, non malit mori, quam quicquam præter dignitatem aggredi. tu (quod pace tua dixerim) nimis inepte Stoicorum hoc loco ntionem facis. Nam quamvis initio dixerit Cicero, ſe Stoicos in opere potiſſimum ſequi, non tamen hæc officiorum præcepta olos Stoicos pertinent, ſed ad omne genus hominum, quod his bis Cicero tertio de Officiis teſtatur: *Hæc igitur officia, de quibus libris diſſerimus, quaſi ſecunda quædam honeſta eſſe dicunt, non entum modo propria, ſed cum omni hominum genere communia. que his omnes, in quibus eſt virtutis indoles, commoventur.* amobrem non quærendum eſt in hac parte, quam poſitionem ici tueantur, ſed quid officio conveniat aut repugnet, an liceat quando quod juraveris non ſervare: an contra officium faciat, qui

qui Tyranno, aut prædoni fidem fallit. Non enim omnes qui
jusjurandum coguntur, Stoici ſunt, ut in eos nullus cadat timo
nulla perturbatio: quin potius nulli fere, aut certe pauciſſimi rep
riuntur, qui in magnis periculis atque calamitatibus non movea
tur, aut animo cadant. Eſt enim naturale quiddam in animis noſt
tenerum, atque molle, quod periculo & miſeria, quaſi tempeſt
quatiatur. Veniat igitur jam illud ſolum in dubitationem, non qu
Stoicum hominem deceat, ſed an aliquando jusjurandum violari ſi
ſcelere poſſit. Quod ſi, prætermiſſa Stoicorum ſeveritate, dilige
ter quid ratio poſtulet, conſiderare voluerimus: profecto reper
mus, multa hujuſmodi poſſe tempora accidere, in quibus quod
raveris non ſervandum ſit. Neque enim verum eſt, quod ais, T
cito quodam hominum judicio conſtitutum eſſe, ut prædoni & ſi
rio fides ſervetur. Quin potius (ut arbitror) vix ullus reperietur t
religioſus, qui ſi potuerit e ſicariorum, aut piratarum manibus
fugere, etiam ſi millies juratus fuerit, ſe rediturum, revertat
neque prædonum quemquam reperies, qui jurejurando conten
eum dimittat, quem captivum fecerit, niſi aut fidejuſſorem de
rit, aut aliquem charum, puta filium, aut fratrem, aut par
tem, aut denique neceſſarium aliquem pro vade reliquerit. Quæ
omnino declarat, nullam eſſe jusjurandi cum prædonibus relig
nem: quippe quibus cum nulla debet eſſe ſocietas, nulla vitæ co
munitas, nulla conventio, nullum fœdus. Eodem enim animo
bemus in prædones eſſe, quo ſumus in Tyrannos, quos Reip
gratia quoquo modo de medio tollere ſemper glorioſiſſimum fu
ut apud Græcos olim Tyrannicidæ divinos honores conſequerent
Nulla enim nobis (ut ait Cicero) *cum Tyrannis ſocietas eſt, ſed po*
ſumma diſtractio eſt: neque eſt contra naturam, ſpoliare eum, ſi
ſis, quem honeſtum eſt necare: atque hoc omne genus peſtiferum at
impium ex hominum communitate exterminandum eſt. Etenim
membra quædam amputantur, ſi & ipſa ſanguine, & tanquam
ritu carere cœperint, & nocent reliquis partibus corporis: ſic iſta
figura hominis feritas, & immanitas belluæ, a communi tanqu
humanitate corporis ſegreganda eſt. Non eſt igitur contra officiu
fidem Tyrannis, ac prædonibus datam fallere, cum quibus n
poteſt eſſe pax, aut ſocietas. Neque eſt id periculum, quod tu
ſtra nobis intentas, ne violato hoc jurejurando, protinus ma
detur ad majus nefas: perinde, quaſi jam viceris, hoc eſſe ne
aut aperiat Cicero quaſi feneſtram ad maleficium. Nam qui inte
git maximam eſſe oportere jurisjurandi religionem apud omnes
mines, quibus cum aliqua poteſt eſſe ſocietas aut communitas:
tametſi prædones fefellerit, qui ab omni humano jure ſunt alie
non tamen protinus in aliis rebus ad perjurium promptus erit.
que enim hoc eſt conſectarium, Prædones aut Tyrannum fefelli
ergo tibi aliis in rebus fidendum non eſt: ſicut illud Terentii: N
qui fallere conſueverit patrem, tanto magis audebit cæteros. E
ſu

ata hac cauſa, nihil eſt, quare fides prædonibus ſervanda eſſe atur. Sed illud a te peto, utrum putes ſemper eſſe ſervandum urandum, an aliquando violandum? Si ſemper ſervandum eſt: itur, ut ſi Tyrannus, aut aliquis impius magiſtratus jurare per quempiam coëgerit, ut patriam prodat, aut utrumque paren- interficiat, id omnino ſit faciendum. Quod certe, niſi penitus one cares, non audebis affirmare. Licet igitur aliquando quod veris non facere, quin potius flagitium ſit, & maximum ſcelus, facias. Quæ cum ita ſint, vides te de illa ſententia tua depul- : neque ſemper præſtandum eſſe jusjurandum, cum hujuſmodi pora incidant, ut non facere quod juraveris, nullum ſit flagi- n. Quod ſiquando violare licet jusjurandum, tunc profecto vio- um eſt, cum homines perditiſſimos, ac profligatiſſimos deci- us: quos perdere atque exterminare, ſi fieri poſſet, eſſet opti- n. Quod vero tibi non probatur, Falſum jurare, non eſſe peje- : nimis quidem craſſa (quod ajunt) Minerva Perjurium definis, edis, omne falſum jusjurandum eſſe perjurium: & Pejerare l aliud eſſe, quam falſum jurare. Sæpe enim accidere poteſt, ut falſum juret, neque tamen ſit perjurus: *ut ſi deceptus ab ad- ario quiſpiam juret: patet* (inquit Ariſtoteles in Rhetoricis) *id urium non eſſe*. Et ſi juraveris, te daturum alicui pecunias, quas i numeratas in arca te poſſidere putes: & domum reverſus, ef- tam arcam, & furto ſublatas eas pecunias repereris, hic qui- nullum eſt perjurium, cum tamen falſum ſit jusjurandum. Et madmodum ſæpenumero fit, ut ea dicendo affirmemus, quæ ime vera ſint, quoniam eſſe arbitramur, neque tamen ideo men- s habemur: ita ſæpe falſum juramus, neque tamen pejeramus. enim Pejerare conſulto, ac dedita opera, perperam, & contra s, ac juſtitiam, in alterius fraudem jurare. Non eſt igitur per- um, prædones fallere: non enim hoc eſt contra leges ac juſti- . Nam ſi juſte poſſunt interfici, quanto juſtius fallentur? & ſi s permittunt, ut eos trucidemus, quanto magis, ut decipia- s? Licet igitur piratas & ſicarios impune perſequi, ſpoliare, erare, & denique omni cruciatu necare: & qui hoc faciunt, mia ſæpenumero conſequuntur: & eoſdem per jusjurandum fal- , te autore, non licebit? Cur ergo Theologi noſtri fidem obſti- hæretico non eſſe ſervandam cenſent? niſi quia religioſo homi- nullam eſſe cum eorum pravitate communionem arbitrantur? od ſi fides hæretico non ſervatur, neque prædoni, aut ſicario ari debet. At Plato nos vetat pejerare. Vetant etiam Chriſtianæ s, quæ longe majoris ſunt ponderis, ac momenti, quam Plato- e. Sed nos contendimus prædones fallere non eſſe pejerare. Per- um enim omne contra juſtitiam eſt, & omnia jura divina atque nana ſubvertit: quod autem in prædonum ac ſicariorum perni- n aut fraudem committitur, id omne juſtum ac legitimum eſſe ini dubium eſt: quoniam hujuſmodi peſtis hominum quoquo

modo tollenda eſt. Non eſt igitur, prædones fallere, perjuriu
At probe, & ſancte feciſſe videntur, qui nunquam jurandum e
monuerunt. Quis negat? ſiquidem id fieri poteſt. Nam qui cupi
jurare ſolent, ii facile perjurium committunt. Non ergo jura
debet quiſquam, niſi magna aliqua coactus neceſſitate. Atque h
modo Divus Auguſtinus præceptum illud evangelicum interpretatu
Nolite jurare omnino. cujus verba libet adſcribere. Ita ergo præ
piſſe dominum intelligitur, ne juraretur, ne quiſpiam ſicut bonu
appetat jusjurandum, & aſſiduitate jurandi ad perjurium delaba
per conſuetudinem. Quapropter qui intelligit non in bonis, ſed
neceſſariis jurationem habendam, refrænet ſe quantum poteſt,
non ea utatur, niſi neceſſitas cogat. Ridiculum vero quod Socra
vel per canem, vel per anſerem, Zeno per capparim juraret.
enim jusjurandum affirmatio religioſa (ut ait Cicero) atque ideo D
vus Hieronymus inquit, *Qui jurat, aut veneratur, aut dili*
eum, per quem jurat, & Paulus ad Hebræos ait, *Homines per m*
jorem ſe jurare debere, ut omnis controverſiæ finis ſit jusjurandu
Neque in ſcripturis ſacris per Deum jurare prohibemur, ſed per
quæ ſunt a Deo condita. Vult enim hunc a nobis honorem Deu
ut per ipſum ſolum juremus, quaſi eum conſcientiæ noſtræ teſt
adducamus: ut videat quid mens concipiat fieri oportere. Si en
coacti juravimus non ex animi ſententia, tum illud Euripidis ju
poſſumus uſurpare,

Iuravi lingua, mentem injuratam gero.

Non enim id facere te leges jubent, quod per vim coactus jurave
quod etiam Ariſtoteles primo Rhetoricorum libro declarat, qu
locum ſi aut legiſſes, aut conſideraſſes, in hanc certe Ciceronis ſe
tentiam non eſſes argutatus. Nam illam tuam diſputationem de V
luntario, & Violento, quam ex tertio Ethicorum ad verbum p
deſcripſiſti, prætermittam: tantum dicam, te per negligentiam
opinor) non advertiſſe, quæ vi aliqua coacti facimus ab Ariſtot
ſimpliciter ἀκούσια, hoc eſt, violenta vel involuntaria dici, ut j
jurandum, ad quod per vim vel prædonum, vel Tyrannorum adi
mur, recte violentum dici poſſit. Nam quamvis in poteſtate noſ
ſitum ſit, ut id vel ſuſcipiamus, vel repellamus: ſimpliciter tame
id non ſponte facimus, ſed vi extrinſecus adveniente, quæ majo
periculi timore nos jurare cogit: ut interim ſileam, te id in diſqu
tionem vocare, quod nuſquam Cicero dixit. Vbi enim loquitur C
cero de jurejurando violento? aut ubi dicit aliquem invitum, & pr
ter voluntatem jurare? Vt liquido conſtet, te hoc finxiſſe, quo
cilius oſtentare poſſes, te apud Ariſtotelem, cujus tamen ſupprim
nomen, quæ ſit inter Voluntarium ac Violentum differentia de
ciſſe. Cum enim juramus, ab aliqua majori poteſtate coacti, n
id quidem præter voluntatem facimus: poſſumus enim non jura
ſi volumus, & potius mortem oppetere: ſed volentes juramus, n
tamen ex animi ſententia. Nam ſi nulla vis adeſſet, non jura

mu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

s. Hoc autem non ſacere, quod vi coactus juraveris, nullum
jurium eſt, quod his verbis Rhetoricorum primo probat Ariſto-
es:
κούσιον γὰρ τὸ ἀδικεῖν ἐστι, τὸ δὲ ἐπιορκεῖν ἀδικεῖν ἐστι, τὰ δὲ βίᾳ καὶ
ἀπάτῃ ἀκούσια· ἐνταῦθα οὖν συνακτέον καὶ τὸ ἐπιορκεῖν, ὅτι ἐστὶ τὸ
διανοίᾳ ἀλλ' οὐ τὸ στόματι.
æ verba ſatis eleganter Trapezuntius vertit hoc modo: *Injuria*
n ex voluntariis eſt, & Perjurium injuria eſt: cuncta vero quæ vi,
deceptione fiunt, involuntaria. Hinc colligitur, quid Pejerare
eſt enim mente, ſed non ore. Hæc Ariſtoteles, quæ ad amuſſim
veniunt cum hoc, quod ait Cicero, *Non enim falſum jurare,*
rare eſt: ſed quod ex animi tui ſententia juraris, ſicut verbis con-
tur more noſtro, id non facere, perjurium eſt. Hæc profecto vi-
quam ſimilia ſint: quare aut abſolvendus eſt ab hac criminatio-
Cicero, aut prius Ariſtoteles condemnandus. Prius enim ipſe
it, Perjurium non ore, ſed mente fieri. verum uterque rectiſſi-
ſenſit, nullum enim omnino maleficium committitur, cui non
s malus, aut perverſa voluntas accedat. A te vero,

——— *velut ægri ſomnia vanæ*
Finguntur ſpecies, ut nec pes, nec caput uni
Reddatur formæ.

acobus Grifolus ad decimam octavam Cælii Calcagnini diſquiſitionem.

Vam ſit æquus æſtimator rerum Cælius, in his ſuis diſquiſitio-
nibus pulcherrime declarat. nam ſi Stoico more agit Cicero,
cat, quoniam ſecus Ariſt. ſin vero a Stoicis videatur quicquam
entire, Stoicorum auctoritate convincitur. quid igitur ille fiet?
do equidem ſi viveret, retractaret omnes hos locos, ut Cælio
rem gereret. at quoniam id non conceditur, experiamur hic
m, ut ſæpe id fecimus, an efficere poſſimus, ut ne auctoritate
lii inconſtans Cicero fuiſſe videatur. non eſt igitur ut ait Cælius
vitatis Stoicorum ullo adduci metu, ut malit vir fortis quicquam
ter dignitatem aggredi, quam emori. quare Cicero, qui Stoi-
in his libris imitatur, parum conſtanter jurandum cuiquam ar-
atur, quod mens concipiat fieri non oportere, atque rationem,
Cicero propoſitionem ſuam approbat, ſic infirmat. quamvis
pirata nec fides eſſe debeat, nec jusjurandum commune, ta-
inquit neque prædoni fallendam fidem, neque gladium furioſo
randum putant. ac tacito quodam hominum judicio conſtitu-
eſt, ut prædoni, & ſicario fides ſervetur. neque hoc ſine ap-
batione dixit, ait enim non quia ſit ex perduellionum numero
nitus, nec ut ex ſuo ſcelere aliquid lucri faciat, ſed ne violato
jurejurando protinus materia detur ad majus nefas, & captivi,

qui ſpe prædæ ſervantur, ut aliquando incolumes emittantur, præ
ciſa utilitatis expectatione, actutum jugulum præbeant carnific
hæc Cælius. at quoniam ſunt in hac diſquiſitione plures quæſtione
curemus primum tanti viri conſtantiam defendere. Cum nulla fid
cum piratis, nullum jusjurandum ſit commune, jurejurando put
Marcus Tullius piratis promittere licere, quod ſervare nolis. nece
ſe eſt, qui velit hoc fundamentum evertere, hæc eſſe nobis comm
nia cum piratis oſtendat, nam quod gladium furioſo abjurare lice
a Cicerone jam diſputatum eſt. quod negent quidam prædoni falle
dam eſſe fidem, nihil refert, non enim quid quiſque neget, a
affirmet curandum eſt, ſed quibus nitatur argumentis. Ratio Cic. fi
miſſima videtur, nam quod ait Cæl. ne violato jurejurando actutu
carnifici præbeatur jugulum, male hercule narrat. non enim ut j
gulum petant ſurgunt de nocte latrones, ſed ut faciant prædam
cujus ſpe ſublata cædis cauſa ſublata erit, & propterea cantabit v
cuus coram latrone viator. nec ullus eſſet locus infectus latrociniis
nemo ſecum nummos, aut alias res ferret, quibus cupiditas latr
num excitaretur, aut pactum a viatoribus precium non perſolver
tur. quare ſi omnes quavis ratione fallerent prædones, aut occi
mallent, quam ſpe lucri latrocinium nutrire, nemo ſe gratis t
periculis exponeret, nemo communis hoſtis omnium eſſe velle
oratio igitur Cælii fovet ſpem prædonum, quam Cicero prorſus a
mit. neque vero, ſi nemo illis præſtaret fidem, actutum petere
jugulum. Sed ut quotidie fit, retinerent apud ſe captivos, don
pacta pro capite pecunia penderetur. id quod etiam inter juſtos,
legitimos hoſtes fieri videmus, mitto multas alias rationes, quib
cupiditatem ſuam, quam iram explere mallent. quæ nam eſt igit
iſta cædis tam nefandæ neceſſitas? nempe quæ ex tacito illo hom
num judicio fit. quippe qui dum gladios latronum metuunt, a
ne, ſi fidem fallant, & iterum forte in eoſdem incidant, gravi
mulctentur, quod minime deberent jusjurandum ſervant. veru
non ſolum veteres, qui cuncta metiebantur honeſtate, nec tanta r
ligionis pietate, quanta eſt Chriſtianorum tenebantur. ſed noſ
etiam theologi confirmant, id nos præſtare minime debere, qu
vi coacti cuiquam juremus. legitur apud divum Thomam Aquin
tem, ubi de juramento diſputat (ut jam Cælium minus pudeat h
verbum minime latinum ſæpius uſurpaſſe) *eos, qui jurant invit*
omni religione talis jusjurandi ſolvi, ac liberari oportere, & pr
pterea libenter pontifices eam religionem ſemper expiare. quod qu
dem nequaquam facerent, ſi qua vis in ejuſmodi jurejurando for
neque vero divus Aquinas de piratis loquitur, verum de quibuſ
aliis. qui quavis cauſa homines cogant aliquid jurare, quod men
ſua concipiant fieri non oportere. præterea nonne juſta nobis a ju
civili data eſt facultas abjurandi, ſi quid in carcere cuſtoditi jurej
rando promiſerimus? quid ita? quia ſtatuunt viri ſapientes ſine u
ſuſpicione coactæ voluntatis ratum eſſe jusjurandum oportere. ja

vid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

es arbitror ſine perjurio poſſe dari falſum jusjurandum. Negat inde Cælius ſe videre poſſe quonam modo falſum jurare non ſit erare. at nec ego videre poſſum, ſi ea perſona, cum qua nec fi-, nec jusjurandum ſit commune, periculo mortis propoſito ju- e te cogit, cur id jusjurandum ſervare te oporteat. nam mens, ſi verum fateare, non concepit oportere id fieri. magna vis eſt hoc verbo *oportere*, quam Cælius non curat, at M. Tullius *opor-* inquit. *declarat perfectionem officii, qua ſemper utendum eſt, omnibus.* quare nec ego inquam *video cur ſervare fidem perfidis rteat*, id eſt officium ſervare ſit neceſſarium illis, quibuſcum lla ſit ſocietas, nullum commercium. qui contra jus humanum, divinum te tua libertate privent, ut tuæ pecuniæ vi jurisjurandi, od ipſi nemini conſervarent dominos, ſe faciant. at jusjurandum uit. non ejus, qui ſe jurando obſtringit, ſed ejus cujus obſtrin- ur cauſa inſtitutum eſt, quis negat? verum addas tu cum quo fi-, & jusjurandum eſt commune, quare cauſa piratæ inſtitutum nego, cum quo nec fides, nec jusjurandum eſt commune. & pterea nemo eſt perjurus, qui jurejurando eum fallat. nam quod erare ait eſſet perperam, & in fraudem alterius jurare, nihil ea initio nos oppugnat. quoniam in piratas ea non eſt appellanda us, quos licet omnibus inſidiis & dolis fallere, capere, & obtrun- e. quid hic mihi narrat auſpicia? quid Platonem, qui de re juſta, legitima loquitur? ac temporum, & perſonarum rationem ha-? at ſi quis in poteſtate prædonum eſſet, & per canem & anſe- , aut etiam per capparim juraret, jam quanti Socratis, & Ze- nis religio ab illis fieret, experiretur. Iurejurando inquit (nam id t tertium) invitus ſe nullus obſtringit. immo vero dantur ſæpe pora, quibus ab invito permulta fiant. nec ignoramus quid ſt. περὶ τῶν ἑκουσίων καὶ ἀκουσίων dicat, id eſt, *de iis rebus, quæ untate, & contra voluntatem fiunt.* nam quæ nos metu, vel ſpe cujus maximi vel mali, vel boni facimus μικταὶ μὲν εἰσιν αἱ τοιαῦται ξεις, id eſt, *hujuſmodi actiones ſunt miſtæ.* eas enim volentes ſi- l, & nolentes agimus. ſerviendum eſt enim tempori potius, am nobis. ita in quo tempori ſervitur, non inviti facimus, in o vero jactura fit, inviti. qui piratis igitur cogitur jurare, pro pore non invitus jurat. & tamen invitus, quia non poteſt alia ione tam humilem, tam turpem, & obſcuram mortem effuge- , nec vitam ſuam commodis ſuorum & propinquorum, & in pri- s Reip. conſervare, ita tamen ut oportuno tempore non pluris fa- t turpem vitam, quam honeſtam, & claram mortem. legimus apud ſt. *quam viro forti mors ignobilis gravis, & moleſta ſit, ut indigna virtute, qua ſe præditum cognoſcit.* at quis prohibet eum jusjuran- m conſervare? eorum conditio, qui cogunt. deinde quantum eſt eo ſceleratos homines a tam nefando inſtituto ſic prohibere cogi- . quo quidem conſilio nihil ſanctius, Cælii vero nihil perverſius, ud enim tollit piratas, hoc autem conſtituit.

Decima nona Cælii Calcagnini diſquiſitio.

CIcero prope in fine tertii de Officiis: *Conſeramus igitur in pau ca. Nam ut utilitatem nullam eſſe docuimus, quæ honeſtati e ſet contraria: ſic omnem voluptatem dicimus honeſtati eſſe contrarian* Ego contra, honeſtate nihil melius, nihil dulcius, nihil magis vo luptificum, nihil magis naturæ conſentaneum puto. Ac longe illo falli arbitror, qui voluptatem ab honeſtate diremerunt: quam ha duo ſint omnium maxime, animantum generi accommoda. Mu toque minus mea ſententia, voluptas ab honeſtate, quam utilit ſejungi poteſt. Nam ratio voluptatis multo magis per ſe innata eſt quam ratio utilitatis: quæ plerumque extra nos eſt, & adſcitit advenit. Neque voluptates nunc libidines, aliaſque improbitates vo co: quibus & honeſtati & voluptati nihil magis contrarium arbitro niſi quatenus naturæ neceſſitati morigeramur, ſed conſentiente animi & corporis habitum, tranquillitate & conſtantia perfruen tem. Hanc denique veram voluptatem exiſtimo, quæ ab honeſta nunquam abjungi poteſt. Certe hujus ſententiæ noſtræ Eudoxum virum graviſſimum, & Ariſtotelem philoſophorum acutiſſimum autores habemus. *quorum alter voluptatem ſummum bonum, alt ſummum bonum non conſtare ſine voluptate contendit.* Vt nemo p tet, vel ſolum Ariſtippum, vel ſolum Epicurum fuiſſe volupta patrocinatum. Tametſi hoc inter nos atque illos intereſt, quod i voluptatem brutis communem, & corpori agnatam admirantur: n cœleſtem illam tantum, & Diis hominibuſque Diis ſimillimis fam liarem approbamus.

M. Ant. Majoragii Deciſio decima nona.

NAm quod argumentaris, a Cicerone non recte dictum eſſe *Voluptatem omnem honeſtati eſſe contrariam:* quis eſt, qui no videat, te pueriliter in ambiguis ludere? aut certe non intelliger quæ ſit Latini ſermonis proprietas. Voluptas enim a Latinis duob modis capi ſolet: aut proprie, aut tranſlate. Proprie voluptas dicitur, quæ ſenſus jucunde movet, quæ boni naturam fallacit imitando adulterat, quæ eſt illecebra turpitudinis. Tranſlate, p omni delectatione capi ſolet: ut in epiſtolis, *ex tuis literis cepi incr dibilem voluptatem.* & alibi: *Capiebam animo non mediocrem volupt tem.* Cum igitur affirmat Cicero, *Voluptatem omnem eſſe honeſt contrariam:* eam intelligit, quæ proprie Voluptas appellatur. qua omnes Latini Voluptatem, omnes Danai aut Mycenenſes, Atti pubes, reliquique Græci ἡδονὴν vocant. Tu vero (ſi Diis placet) C ceronem proprie loqui, aut Latine docere vis. Sed omnino teme nugaris, & tanquam culex (ut ajunt) elephantum Indicum inſect ris: neque advertis, quid ſecundo de Finibus libro Tullius ipſe voc bu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

vo Voluptatis comprehendi doceat: audi igitur ejus verba contra
tentiam Epicuri, & deſine tandem oblatrare: *Ergo* (inquit) *illi*
lligunt, quid Epicurus dicat: ego non intelligo? Vt ſcias me in-
gere, primum idem eſſe dico Voluptatem, quod ille ἡδονήν. &
diem ſæpe quærimus verbum Latinum par Græco, & quod idem
at, hic nihil fuit quod quæreremus. Nullum inveniri poteſt,
d magis idem declaret Latine, quod Græce, quam declarat Vo-
tas. huic verbo omnes qui ubique ſunt, qui Latine ſciunt, duas
ſubjiciunt, Lætitiam in animo, commotionem ſuavem jucundi-
in corpore. Nam & ille apud Trabeam Voluptatem animi ni-
m Lætitiam dicit, eandem quam ille Cæcilianus, qui omnibus
tiis lætum eſſe ſe narrat. Sed hoc intereſt, quod Voluptas dicitur
m in animo vitioſa res, ut Stoici putant, qui eam ſic definiunt,
ationem animi ſine ratione opinantis ſe magno bono frui. Non
itur lætitia neque gaudium in corpore. In eo autem Voluptas
nium Latine loquentium more ponitur, quum percipitur ea, quæ
um aliquem moveat, jucunditas. Vides ut Voluptas proprie res
ſa ſit, & in animo, & in corpore? quid eſt autem magis ho-
ati contrarium quam vitioſitas? ſed nihil omnino legiſſe videris,
meminiſſe, qui neſcias quam acriter Cato Major apud Cicero-
n in voluptatem invehatur, e quibus ſunt illa Rhetorum fulmina:
ptatis avidas libidines temere & effrænate ad potiundum incitari.
c patriæ proditiones, hinc rerum publicarum everſiones, cum
ibus clandeſtina colloquia naſci: nullum denique ſcelus, nullum
um facinus eſſe, ad quod ſuſcipiendum non libido voluptatis im-
at. Stupra vero, adulteria, & omne tale flagitium, nullis aliis
ebris excitari, niſi voluptatis: quumque homini ſive Natura, ſive
Deus nihil mente præſtabilius dederit, huic divino muneri ac dono
il tam eſſe inimicum, quam voluptatem: nec enim libidine domi-
te, temperantiæ locum eſſe omnino, nec in voluptatis regno virtu-
poſſe conſiſtere. Nec ita multo poſt pulcherrimam hanc ſenten-
n addit, *Impedit enim conſilium voluptas rationi inimica, ac men-*
(ut ita dicam) perſtringit oculos, nec habet ullum cum virtute
mercium. Ii ne igitur tibi falli videntur, qui voluptatem ab ho-
tate diremerunt, cui tantopere ſit inimica? Sed voluptatem (in-
s) non eam ego intelligo, quæ virtuti contraria eſt: verum eam,
e ab honeſtate proficiſci ſolet. Deſine igitur ineptire, cum Latine
cias: nemo enim apud nos ita loquitur, ut tranquillitatem eam
mi, & quietem, quæ ab honeſtate proficiſcitur, voluptatem ap-
let: cum *voluptas* (ut oſtendit Cicero) *ſemper ſit in motu*, atque
definiatur, *Voluptas eſt jucundus motus in ſenſu.* vel ita, *Voluptas*
quæ ſuavitate aliqua naturam ipſam movet, & cum jucunditate
dam percipitur ſenſibus. Quod autem Honeſtas, & quæcunque
na ſunt, voluptate careant, docet primo de Legibus his verbis
cero: *Animi omnes tenduntur inſidiæ ab ea, quæ penitus in omni*
ſu implicata inſidet, imitatrix boni voluptas, malorum autem

 mater

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

mater omnium: cujus blanditiis corrupta quæ natura bona ſunt, qui
dulcedine hæc, & ſcabie carent, non cernuntur ſatis. Sed nequ
apud Latinos invenies, qui dicant, Honeſtatem eſſe voluptatis effi
ctricem. Pulchram, decoram, expetendam, laudabilem, hone
ſtatem appellamus: voluptificam vero (ut tu vis) non dicimus. Præ
terea beatos, & felices, qui omni ſunt honeſtate præditi, voca
ſolemus: voluptarios vero nequaquam. Quod ſi voluptas (ut im
perite tu contendis) ab honeſtate non ſeparatur, voluptarius hom
nihil differet ab honeſto: qua ratione fiet, ut omnes adulteri, he
luones, aſoti, ſardanapali, te magiſtro, quia voluptatem ample
ctuntur, ſint honeſti? Rurſus eodem revolveris, & veram volupta
tem ais te, non libidines exiſtimare, ſed eam, quæ ab honeſta
nunquam abjungi poteſt. Non igitur erravit Cicero, ſed tu, q
Latine non didiciſti: cum neſcias, quid vocabulo voluptatis apu
eos, qui proprie loqui volunt, intelligatur. Sed Eudoxus *ſummu*
eſſe bonum voluptatem dixit: Ariſtoteles *ſummum bonum ſine volu*
ptate non conſtare voluit. Eſto: modo intelligas, eos abuſos fuiſ
vocabulo Voluptatis: cum pro ea delectatione, quæ ab honeſta
percipitur, nunquam proprie Voluptas dici poſſit. Vnde meri
reprehenditur a Cicerone multis in locis Callipho, qui ad honeſta
tem adjunxerit voluptatem. Quid enim neceſſe eſt (inquit) ta
quam meretricem in matronarum cœtum, ſic voluptatem in virtu
tum concilium adducere? reprehenditur etiam Epicurus, qui a
quam ſtabilem voluerit eſſe voluptatem. cum voluptas tantum
ſit, qua ſenſus dulciter ac jucunde movetur: *quam etiam pecud*
(inquit Cicero) *ſi loqui poſſent, appellarent voluptatem.* Quin
Xerxes Perſarum Rex, quum præmium ei proponeret, qui nova
voluptatem inveniſſet: non honeſtatem certe quærebat, ſed eam
quæ ſenſum aliquem moveret, jucunditatem. & Plato cum eſca
malorum voluptatem appellaret, quod ea homines capiuntur,
hamo piſces, omnino nihil ei cum honeſtate commune judicav
Et hoc eſt, quod ait Cicero: *Maximas virtutes jacere omnes nece*
eſt, voluptate dominante. & alibi: *Voluptates blandiſſimæ domi*
majores partes animi a virtute detorquent. Sed quid exemplis in
moror, cum apud Latinos contendam, voluptatem quæ proprie d
citur, ſemper eſſe vitioſam, nec ullam unquam honeſtatis parte
attingere poſſe? niſi fortaſſe quis Epicuri ſententiam ſequi volu
rit, & cum Epicureo Poëta Lucretio furore correptus, clamet h
modo:

Æneadum genitrix, hominum, divumque voluptas
Alma Venus.

Hoc enim Philoſophorum genus Deos iccirco beatos & æternos p
tabat, quod in perpetuis eſſent, ac ſummis voluptatibus. Itaq
merito ridetur a ſapientibus viris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

…acobus Grifolus ad decimam nonam Cælii Calcagnini diſquiſitionem.

ONferamus igitur in pauca, nam utilitatem nullam eſſe duci-
mus, quæ honeſtati eſſet contraria, ſic omnem voluptatem ho-
ati dicimus eſſe contrariam. hæc ſunt Ciceronis verba ex tertio
contra quæ Cælius more ſuo diſputavit, ut ſibi viſus eſt, ſed
te nihil minus hac in diſquiſitione fecit. itaque cauſa videtur eſſe
la cur illi reſpondeatur. nam Cicero contra Epicurum, & Cyre-
cos, & Annicerios diſputavit, quorum voluptatem Cæl. com-
nem eſſe brutis confitetur, cum vero defendit, quæ conſequitur.
neſtatem, quam Cicero teſtatur eſſe ſapientis. hac autem æqui-
catione nihil poteſt eſſe inter eos controverſiæ. aliud enim repre-
ndit Cicero, aliud Cæl. defendit. poteram his acquieſcere, ſed
eræprecium mihi viſum eſt de voluptate quædam non aliena ab
c loco breviter percurrere. ac ne tam cito Cæl. relinquamus, oſten-
m, ut potero, falſum eſſe quod ait voluptatem multo minus ab
neſtate ſejungi poſſe, quam utilitatem. nam ſi nullum, eſt ho-
tum, quod utile non ſit, nec ullum viciſſim utile quod non ho-
tum, quanam ratione poterunt ſejungi? at Stoica ſunt iſta. quid?
Cicero nonne Stoice loquitur? præterea voluptas per ſe nulla eſſe
itur, verum ex actionibus omnis exiſtere, quarum naturam imi-
ur. quare ſi actiones ſint honeſtæ, ex eis quoque voluptates ho-
ſtæ capientur. at propter quod unumquodque eſt, id magis dici-
t eſſe tale. actiones igitur, quarum cauſa voluptates honeſtæ
nt, honeſtiores eſſe confitendum eſt. ſed omnis actio civilis aut
utilis, aut contra, aut neutrum horum. quæ vero contraria eſt
ili, eadem honeſtati, & felicitati eſt contraria. quæ vero neutra
t, ea nec prodeſt cuiquam, nec nocet. utilis animum conſtituit
ſam felicitatem. quoniam bona, & honeſta eſt, nam felicitatem
riſt. actione animæ ſecundum virtutem eſſe finit. num mentio vo-
ptatis in ea definitione facta eſt? nihil minus. at nec utilitatis, fa-
or, ſed nulla poteſt eſſe bona actio ſine utilitate. permultæ vero
ne voluptate, atque adeo cum dolore ut in tractatu de fortitudine
clarat Ariſt. ex quibus patet honeſtatem ſemper eſſe cum utilitate
onjunctam. ad hæc vir bonus nihil quicquam agit cauſa voluptatis,
d honeſtæ utilitatis potius. judicio igitur boni viri honeſtati con-
ntior eſt utilitas, quam voluptas. qui fiet igitur ut ab honeſtate
cilius utilitas, quam voluptas ſeparetur? quod autem negat Ariſt.
mmum bonum ſine voluptate conſtare non poſſe, non intelligit
oluptatem eſſe partem ſummi boni. poſita enim eſſet in definitione
us. ſed ut corpus, umbra, vel, ut ipſius philoſophi utet exem-
lo, ut decor juventutem, ſic felicitatem voluptas, & honeſtas
ctiones, ex quibus eſt felicitas conſequitur. Eudoxus vero poſuit

 ille

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ille quidem in voluptate ſummum bonum, ſed improbatur ab omni- bus fere, qui recte ſentiunt. nam ſi voluptas eſt ſummum bonum omnia illa ex quibus ea eſt, expetenda ſunt. & ut dolor ſit ſummum malum neceſſe eſt. ergo ex quibus dolor fit, ſunt omnia fugienda at officia fortitudinis dolore vix carere poſſunt, ergo virtus præſtan tiſſima fugienda eſt. o importuniſſimam philoſophiam. at ne qui fallatur Ariſt. in ethicis in eo ſententiam Eudoxi probat, quod i honore, & veneratione dignum eſſe potius, quam laude, cenſui Eudoxus, quod ſummum eſſe bonum ſtatuebat. nam utrum rect id eſſe voluptatem ſtatuerit necne, ibi non explicat. in decimo ve ro prorſus negat. ſed percurramus jam quid philoſophorum princi pes de voluptate ſentiant. non dubium eſt, ut de virtutibus conſtat quin voluptatum quædam ſint naturales, quædam vero aſciſcantur ut enim a natura data nobis eſt quædam facultas, & aptitudo ad vir tutes acquirendas, ſine qua fruſtra laboraremus, & nihil invita fa ceremus, diceremuſve minerva. ita data eſt in ſenſibus, & in anim vis quædam naturalis, qua voluptates capiamus, quæ res paſſim & ab omnibus confirmatur. unde ſi natura reſpuat voluptatem, e nemo delectari poterit. capitur igitur voluptas nunc corpore, nun animo: corpore quidem cum motus cujuſdam ſuavitate, & titilla tionis jucunditate afficitur, animo vero, cum aliqua delectatur ſp vel actione. ſed eſt inter quatuor illas ſcholas, quæ quondam omne viguerunt, aliqua de voluptate, diſſenſio. Ariſtoteles enim tan animi, quam corporis nomine communi voluptatem vocat. quan negat affectum eſſe, & propterea non eſt lætitia, quam in Ethici inter affectus numeravit. Plato vero gaudium in animo, & lætitian plerunque vocavit, quæ tamen aliquando laudari poſſit. volupta tem autem in ſenſibus collocavit. a quo Stoici non diſſentiunt. nan ut in quarta Tuſcul. ſcribit Cicero *cum ratione movetur animus placi de, atque conſtanter, tum illud, gaudium vocatur: cum auten inaniter, & effuſe exultat, tum illa lætitia geſtiens, & nimia dic poteſt, quam diffiniunt, ſine ratione animi elationem.* verum hanc lætitiam indifferentem Stoici etiam voluptatem nominant. itaque in animo ponunt gaudium, quod in ſapientem cadit, & lætitiam, ſeu voluptatem, quæ propria eſt inſipientis. in quo tantum a Platone diſſentiunt. quod hic non omnem lætitiam vituperat, illi vero vi- tioſam omnino judicant. Epicurus autem duplicem poſuit volupta- tem, ſtantem alteram, & alteram in motu, atque ſtantem appel- lat eam, quæ ex ſaturata cupiditate, ut ſiti reſtincta fit. in animo vero gaudium ab omni prorſus dolore vacans. quod tamen lætitiam, & voluptatem nominant, eamque a corporis voluptate ortum ha- bere dicit, ut de Fin. a Cicerone ſcriptum eſt. Hæc autem cum mo- vetur ſuavitate ſenſus, & jucunditate afficit: ut in bibendo, quod in ſecundo de Fin. explicatur. gaudet igitur Epicurus ſi corpori bene ſit. reliqui vero ſi bene intelligant, & honeſte agant. atque ita di- ſtingunt voluptates, ut alias ad mentem, ad corpus alias ſpectare velint.

it. ad mentem quidem, cum aut in contemplatione, aut in one verſantur. quæ autem ad corpus referuntur, aut commu- eſſe ajunt, ut conjunctionis appetitus procreandi cauſa & cura um, quæ procreata ſunt, aut propriæ. unumquodque enim ge- animantium proprias voluptates habet. unde recte Maro, *trahit quemque voluptas* ait. & hæc ſunt omnes ſecundum naturam. rum alia pro partis ejus perfectione, cujus eſt voluptas, perfe- r eſt alia. ex quo multis partibus perfectiores eſſe voluptates ani- , quæ in contemplatione, quam quæ in actione verſantur, ndit Ariſt. & quando uniuſcujuſque actionis bonæ eſt propria ptas, nec actiones ſunt pares, fit ut neque voluptates ſint pa- Secundum naturam vero corporeæ voluptates ſunt neceſſariæ, edium inter nimium & parum locum obtinent: quod ſi earum dus non retineatur naturæ fiunt contrariæ. idque aut ejus cor- cione, aut mala conſuetudine, aut morbi vitio, aut opinione evenit. ut illa Zenonis exultans ſine ratione lætitia, & jucun- s in ſenſibus major, quam integritas naturæ patiatur, quæ qui- tunc conſervabitur, cum temperantiæ præſidiis utemur, a qui- longe abſunt quicunque in ſola voluptate bonum conſtituunt. ſi vero ob id ſolum ſit ortus homo, ut iis voluptatibus fruatur, non proprio munere, & natura ſcientiam rerum omnium, & dentiam ſtudio, & labore ſibi comparet, ut domitis tandem ſen- s vel contemplando divina, vel agendo ſimili divinæ voluptate fruatur. atque multi ſolent voluptatem Epicuri ex honeſtate il- vitæ laudare. quemadmodum etiam Eudoxi, perinde quaſi ut t philoſophus, non ut loquatur attendendum ſit. at etiam gra- r quandoque loquitur, ut Stoicum audire putes, imo vero ut s & inconſtans habeatur, ut qui ſæpe propoſiti ſui oblitus eſſe vi- tur. contra quem M. Tullius & ejus voluptatem hic diſputavit, m Cælius aut debuit defendere, ſi more ſuo contra M. Tullium tiebat, aut ut jure reprehenſam tacitus omittere.

Vigeſima Cælii Calcagnini diſquiſitio.

Dem ait: Mercatura autem ſi tenuis eſt, ſordida putanda eſt: ſin magna, & copioſa, multa undique apportans, multiſque ſine nitate impartiens, non eſt admodum vituperanda. Atque etiam ſi iata quæſtu, vel contenta potius, ut ſæpe ex alto in portum, ex o portu ſe in agros poſſeſſioneſque contulerit: videtur jure optimo ſſe laudari. Hanc ego ſententiam non video, quomodo rationi nſentaneam putem. de mercatura enim in univerſum quærimus, obanda an improbanda ſit. ſi probanda eſt, profecto tam probari ſtitorem oportet, qui cymbam onuſtam pipere, quam qui in- ntem onerariam navem ultimis ex regionibus adduxerit. Non e- m hic quæſtio eſt de rei quantitate, ſed de qualitate. Quærimus im, vitium an virtus in re ſit: quæ qualitatem, non quantitatem ſpe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ſpectant. Si virtus ineſt, plane tota laudanda eſt: ſin vitium, tot rejicienda. veteratoriam artem, & impoſtricem, totam reproba mus: ſive in re exigua, ſive magna impoſtura facta deprehendatu tota enim mala eſt. Statuariam laude proſequimur, ſive in coloſſis ſive in chamæteris formandis induſtriam oſtendat. etiam ille Pyrrhi chus, qui Rhyparographus vocatus eſt, ex tonſtrinarum & aſell rum pictura ſuam commendationem tulit. Poteſt ergo mercatura quæ in rerum magnarum magnique ſumptus convectionibus agitur illuſtrior fortaſſe, non melior videri: quam quæ in rebus perexigu vires intendit. quando quibus modulis quiſque ſuam metiatur in duſtriam, non ab arte pendet, ſed a cujuſque facultate. Penetren alii Euxinum, & ad ultimos navigent Garamantas, quibus magna opes fortuna indulſit: atque inde raras & exquiſitas merces conve hant. Huic, qui rerum & fortunarum difficultate premitur, ſat rit, ex Sicilia medimnos aliquot frumenti, aut ex Chio amphora vini non adeo multas ferre, in ſubſidium laborantis annonæ. Pa induſtria, par voluntas utriuſque: pari mihi quoque laude videntu provehenda. Atque hic forte anguſtæ fortunæ inſtitor, majoren videatur aliquibus gratiam emereri, quod leviore quæſtu propoſito paria tamen maris cœlique ſævientis pericula non reformidarit. Ca to enim quodam ſciſcitante, quid ſibi de mercatura videretur, no mercaturam damnavit: ſed magnitudinem periculorum, quæ mercatoribus perſæpe adiri ſolent, exhorruit. Quis enim jure mer caturam qualis qualis & quantulacunque eſt, improbaverit? Cuju ope factum eſt; ut humano generi innumera commoda proveniant & totus prope orbis in communionem veniat. Rectius Ariſtoteles qui non in quantulis rebus, ſed in quibus evigilaret mercatura obſer vavit. Nam quæ diſtrahit ea quæ ſibi profuſius ſuppetunt, quæqu commodis hominum inſervit, hanc recipiendam approbandamqu exiſtimavit. Contra, quæ vilius emit quædam, ut deinde chariu vendat, & (quod in monopoliis maxime fieri ſolet) publicam fla gellat annonam (cui etiam voce Græca καπηλικὴν nomen fecit) han prorſus exploſit. Haud multo ſecus, & quæ inſtrumenta luxuria ſuppeditat, eſt e civitate jure exturbanda. ſic Lycurgus eos, qui de licias & ſcitamenta gulæ apparabant, exilio multavit. Sic Roman eos urbe ejecerunt, qui victo Antiocho, & Aſia in poteſtatem reda cta, exotica unguenta nundinabantur.

M. Ant. Majoragii Deciſio vigeſima.

VArie me afficiunt iſtæ tuæ diſquiſitiones. Nam aliquando mih neceſſe eſt indignari, cum te tam arroganter inſurgere video tamque petulanter in graviſſimum, & eloquentiſſimum omnium autorem invehi: nonnunquam vix poſſum riſum continere, cum diligentius rationes & verba tua perpendo, quæ nihil a puerilibus fa bulis, & delirantium ſomniis differre videntur: eſt etiam, cum ali-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

biuid mihi primo aſpectu videris dicere: ſed tandem ubique depre-
odo, nihil tuis nugis inanius. Hoc autem in loco mihi potius ri-
udum, quam indignandum puto: cum te ſatis egregie videam in-
are, neque quid aut tu dicas, aut Cicero ſentiat, cogitare. Cum
m de Artificiis, & Quæſtibus hoc loco Cicero tractet, qui libe-
s habendi, & qui ſordidi ſint, *Mercaturam* dicit, *ſi tenuis eſt,*
idam putandam: ſin magna, & copioſa, multa undique appor-
s, multiſque ſine vanitate impertiens, non admodum eſſe vitupe-
dam. Tu vero non putas hanc ſententiam rationi conſentaneam:
d dicas, de Mercatura in univerſum quæri oportere, probanda,
mprobanda ſit. Si probanda eſt, (inquis) profecto tam probari
itorem oportet, qui cymbam onuſtam pipere, quam qui ingen-
onerariam navem ultimis ex regionibus adduxerit. Maxime ve-
pertimui illa tua verba ex intimo artificio deprompta, & ab Ari-
elis Myrotheciis recens educta. Non enim hic (inquis) quæſtio
de rei quantitate, ſed de qualitate. Nam quis eſt, obſecro, mer-
or ille tam confidens, qui non majorem in modum pertimeſcat,
udierit mercaturam ſuam ad Dialecticorum ſcopulos & ſirtes,
eſt, ad quantitatem aut qualitatem trahi? Prô bone Iuppiter,
d faciam in iſta Quantitate aut Qualitate tua? Ergo tu logica di-
dſti? Vide, nunquam quivi ego iſtuc intelligere. Certe ſi crede-
te majores progreſſus in Dialecticis facturum abjecto clypeo
im aufugerem. Sed vereor ne ſi ordinem deſeruero, Ciceroniani
minis amatores mihi λειποταξίου δίκην intendant, cum ſemel
onus a conſortio Muſarum impoſitum ſuſceperim, ut in are-
n pro Cicerone deſcenderem. Incipiam ergo enſem dextra læva-
rotare. Primum, dico te Ciceronis ſenſum non intelligere:
que hic de ea qualitate, quam tu putas, eſſe quæſtionem. Non
m quæritur, Vtrum honeſta, an turpis ſit mercatura: hoc eſt,
um in ea virtus, an vitium ſit, ut tu exiſtimas: ſed utrum libe-
s, an illiberalis haberi debeat: hoc eſt, utrum ingenui homi-
, atque excelſo loco nati, debeant eam exercere: atque in uni-
ſum oſtendit, *mercaturam aliquid habere, quod a nobilitate,*
que ingenuitate ſit alienum. Non enim ſatis convenire videtur, ut
no nobiliſſimus, & ſui municipii princeps, mercaturam exerceat.
d tamen non eſt admodum ille vituperandus, qui magnam & copio-
n exercet mercaturam, ita ut multa undique apportet, & multis
e vanitate impertiat. Omnis vero tenuis mercatura, quia vide-
r hominem ignobiliorem, ac viliorem reddere, illiberalis, & ſordi-
putanda eſt: cum præſertim in ea nihil, aut parum proficiant
nines, niſi admodum mentiantur: nihil autem eſt turpius vanita-
Hæc fuit Ciceronis ſententia, quæ pulcherrima eſt, & rationi
nſentanea, & conſenſu fere gentium omnium approbata: pluri-
is enim in locis Mercatores inter nobiles non habentur: in Italia
amvis ſuam dignitatem obtineant, non tamen habentur nobiles,
ſi qui magna, atque ampla negotia gerunt. Quis enim inſtitorem
eum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

eum, qui lintea, telam cannabeam, funes, vittulas vendat, lib
ralem exiſtimet? At contra liberales habentur multis in locis, q
maximum lanæ, veſtis ſtragulæ, gemmarum, aromatum, & r
rum hujuſmodi numerum advexerint: ut facile poſſimus agnoſcer
veram hanc eſſe Ciceronis ſententiam, quam omnino tu non int
lexiſti. Cum enim ait Cicero, *tenuem mercaturam ſordidam eſſ*
non ita putare debemus, quaſi vitioſam eam dicat, & tanquam fl
gitium aliquod fugiendam: ſed ejuſmodi, ut homini claro atq
ingenuo non conveniat. Quod ſi ita eſſet, ut tu ſomnias: hoc eſ
ſi omnes artes illiberales, ac ſordidæ, turpes eſſent, atque inh
neſtæ: ſequeretur, ut omnes mercenarii, atque opifices, nihil
liud quam ſcelera, & flagitia committerent, quoniam omnes in ſo
dida arte verſantur. At tu tam craſſus & pinguis es, ut putes hoc l
co Ciceronem quærere, utrum vitium, an virtus in mercatura ſi
& quia ſordidam appellat mercaturam tenuem, tu contra ita arg
mentaris. Si virtus ineſt, plane tota laudanda eſt: ſin vitium, to
rejicienda. Quid hoc dilemmate tuo validius, aut firmius inven
poteſt? plane Ciceronem hoc uno ictu proſtraveras, ſi nemo ti
contradiceret. Sed dic mihi, quæſo, bone Dialectice, quoniam
qualitate putas agendum, non de quantitate: poteſtne eſſe vitiu
aut virtus in mercatura? Atqui nos alii, qui non tam acute vid
mus, & vitia, & virtutes in animo eſſe arbitramur, non in merc
tura: eaſque eſſe qualitates ejus generis, ut difficile poſſint ab anin
divelli, cum per diutinam conſuetudinem adhæſerint. Mercatura
vero quodam in genere medio ponimus, ut in ea neque virtutem e
ſe, neque vitium ullum dicamus, ſed in homine qui illam exerce
Nam qui mentitur, fraudat, decipit, ſpoliat, in eo vitium eſ
qui vero ſine ulla vanitate, juſte & ingenue nundinatur & vendi
ille certe nullum committit vitium, ſed magna potius laude dign
eſt. Vides igitur, te nihil illo tuo dilemmate penitus concluſiſſ
cum in homine, non in re, vitium aut virtus ſit: &, ut ait Corn
lius Gallus,

Non res in vitium, ſed malefacta cadunt.

Poteſt enim aliquis in ſordido, atque illiberali artificio verſari, & t
men erit probus, ac virtute præditus: ſicuti contra, ſceleſtus h
mo nonnunquam liberalem artem exercet: niſi forte putas Dion
ſium Tyrannum, & Neronem Cæſarem quia liberalibus diſciplin
(ut accepimus) erant dediti, iccirco probos atque honeſtos habe
debere. Contra ſi Socrates ea qua fertur fuiſſe ſapientia, patris ſ
artem exercuiſſet, ideo futurum fuiſſe flagitioſum, & improbun
Non igitur in artificiis, ſive illa liberalia ſint, ſive ſordida, virt
aut vitium ineſt: quoniam neque meliorem, neque pejorem viru
efficiunt. Sed utcunque ſit, illud mihi ſatis eſt, quod tu vel ipſa v
ritate coactus, vel (quod magis credo) per imprudentiam fateri
Mercaturam eam, quæ in rerum magnarum, magnique ſumpt
convectionibus agitur, illuſtriorem eſſe, non meliorem. Neq

enı

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

em Cicero bonas aut malas artes quærit hoc loco: ſed aut libera-
, aut ſordidas. Non eſt autem dubium, quin liberales longe ſint
ſtriores, quam ſordidæ: quantoque minus ſordidæ ſunt, tanto
nt illuſtriores. Itaque cum tu Mercaturam magnam & copioſam
ſtriorem eſſe confiteris, tam tardus es atque hebes, ut non in-
igas, te nobis id concedere, de quo ſolo quæſtio eſt. Quid igitur
us eſt, ut argumenta quæram? cum tu in cauſa propria prævari-
or ſis, atque illam prodas? En hominem acutum, quem timeant
nes Cicerones, & Platones ſi revixerint. omnino ſi Carneadi
grediendum fuiſſet tecum, ut cum Chryſippo ſolebat, ei neceſſe
ſſet exorbere totas Anticyras: cum enim te Dialecticum oſtentaſ-
, & de Qualitate verba facturum eſſes pollicitus, ut nos Barones
terrefaceres, tandem pro leone murem oſtendiſti. At excurris
communem locum, & Mercaturam laudas, cujus ope factum
, ut humano generi innumera commoda perveniant: & hoc
inor) ut ſciamus te Rhetorem etiam agere poſſe. Quid ſi ego,
tam multa non profiteor, opponam tibi artes eas, quæ miniſtræ
t voluptatum? Cetarios, lanios, coquos, fartores, piſcatores?
quibus humano generi non minora commoda, quam a Mercato-
us proveniunt? iccircone iſtas liberales appellabis? aut in eis lau-
dis pandes eloquentiæ tuæ vela? Verum odioſe Ciceronem cum
iſtotele comparas, & ais Ariſtotelem rectius de Mercatura verba
iſſe. Sed profer, obſecro te, quæ melius ab Ariſtotele dicta
t, ut diligentiam tuam in conferendis autoribus videamus. Hæc
t (inquis) Ariſtotelis ſententia, ut Mercaturam, quæ diſtrahit
quæ ſibi profuſius ſuppetunt, quæque commodis hominum in-
vit, eam recipiendam, approbandamque exiſtimaret. Contra,
æ vilius emit quædam, ut deinde carius vendat, eam prorſus ex-
deret, haud multo ſecus & quæ inſtrumenta luxuriæ ſuppedi-
, eſſet e civitate jure exturbanda. Hæccine ſunt, quæ dicis ab
iſtotele melius, quam a Cicerone præcepta fuiſſe? Primo, ſi ti-
concedam, hoc verum eſſe, nulla tamen erit culpa Ciceronis:
n enim ideo damnandus eſt Cicero, quod eo melius aliquid dixe-
Ariſtoteles. Sed non ſinam te iſta frui voluptate: nam nihil eſt
hac re dictum ab Ariſtotele, quod non idem longe politius, ac
elius dixerit Cicero, cujus hæc tu verba non conſideraſti. *Primum*
probantur ii quæſtus, qui in odia hominum incurrunt, ut portito-
m, ut fæneratorum: illiberales autem & ſordidi quæſtus mercena-
rum, omniumque quorum operæ, non quorum artes emuntur: eſt
im in illis ipſa merces autoramentum ſervitutis. Sordidi etiam pu-
tur, qui mercantur a mercatoribus, quod ſtatim vendant: nihil
im proficiunt, niſi admodum mentiantur: nec vero quicquam eſt
rpius vanitate. Opificeſque omnes in ſordida arte verſantur: nec
im quicquam ingenuum habere poteſt officina. Minimeque artes eæ
bandæ, quæ miniſtræ ſunt voluptatum, Cetarii, lanii, coqui,
rtores, piſcatores, ut ait Terentius: adde huc, ſi placet, unguen-
tarios,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

tarios, ſaltatores, totumque ludum talarium. Quibus autem artib
aut prudentia major ineſt, aut non mediocris utilitas quæritur, u
Medicina, ut Architectura, ut Doctrina rerum honeſtarum, hæ ſun
ex iis, quorum ordini conveniunt, honeſtæ. Mercatura autem ſi tenu
eſt, ſordida putanda eſt: ſin magna, & copioſa, multa undique ap
portans, multiſque ſine vanitate impertiens, non eſt admodum vi
tuperanda: atque etiam ſi ſatiata quæſtu, vel contenta potius, u
ſæpe ex alto in portum, ſic ex ipſo portu ſe in agros poſſeſſioneſque con
tulerit, videtur jure optimo poſſe laudari. Omnium autem rerum
ex quibus aliquid acquiritur, nihil eſt Agricultura melius, nih
uberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius. Hæc tu cu
legis, nonne cognoſcis in eis eadem eſſe, quamvis elegantius tra
ctata, quæ tantopere laudas in Ariſtotele? & nonnulla etiam pul
chre & prudenter addita? An ita cæcus es, ut hæc tam perſpicua no
videas? Sed jam tempus eſt ab hac diſquiſitione tua recedere, i
qua fortaſſe plus ſatis luſimus. Sed quid facerem? tu mihi feneſtra
aperuiſti.

Iacobus Griſolus ad vigeſimam Cælii Calcagnini diſquiſitionem.

MAle ſtatuiſſe Tullius de Mercatura Cælio videtur. putat eni
ſi tenuis ea ſit, eſſe ſordidam: ſin magna, & copioſa, mul
undique adportans, multiſque ſine vanitate impartiens, non eſſe a
modum vituperandam, atque etiam ſi ſatiata queſtu, vel conten
potius, ut ſæpe ex alto in portum, ex ipſo portu ſe in agros, po
ſeſſioneſque contulerit, videri jure optimo poſſe laudari. hæc a
tem ſententia nequaquam Cælio rationi conſentanea videtur. itaq
a definita quæſtione ad infinitam rem traducit, ut de ſingulis part
bus idem, quod de univerſo genere ſtatuatur. atque ait de qualita
non de quantitate quæri. cui facile ſic reſponderi poteſt. omnis p
cunia, quæ œconomiæ non ſervit improbanda eſt, quæ vero ſerv
eſt probanda. nam ut in primo politicorum inquit Ariſt. *cura, e*
diſciplina rei familiaris, quia eſt neceſſaria, & ſecundum naturan
laudanda eſt: mercatura vero, quæ poſita eſt in pecuniis, quia e
contra naturam, vituperanda. tum omnis mercatura, quæ princ
pium, & finem commutationis ſuæ poſitum habet in nummo, deſid
rium habet infinitum. inquit enim idem Ariſt. *earum rerum, q*
ad finem ducunt, finitum eſſe deſiderium. contra vero earum, q
pertinent ad finem, infinitum. nullus enim eſt, qui finem ipſum ad
bonum, atque perfectum conſequatur, quin perfectiorem optet. qu
autem ducit ad finem certam menſuram habet. ut medicinæ finis
infinitus. nam etiam ſi nobis ſanitatem medicina pariat, tamen ea
perfectiorem ſemper exoptamus. medicinam vero juſta dati menſu
poſſimus. cum igitur mercaturæ finis ſit pecunia, infinita eſt ej

ditas. contra vero in cura rei familiaris accidit. hæc enim pecu-
quærit non ut finem , ſed ad uſum neceſſarium totius domus ,
eſt finitus. unde familiaris cura finitam cupiditatem habet. dico
ir ex Ariſt. ratione eam mercaturam , quæ ad uſum neceſſarium
us referatur , & propoſitum illum finem habeat , eſſe ab omni-
probandam , quia non abhorret a natura , quæ vero pecuniam
ter ſe quærit , & expetit , vituperandam , quia diſſentanea eſt
ræ. ex quo conficitur univerſam mercaturam non ut Cælius
probandam eſſe , vel rejiciendam. redeamus nunc ad M. Tul-
, & quæ nam ſit ejus mens conſideremus. is mercaturam
em illiberalem eſſe dicit , præter eam , quæ ſatiata quæſtu , vel
enta potius ſe in agros , poſſeſſioneſque contulerit. hæc enim
tur jure optimo laudanda. quid ita ? quoniam contenta quæſtu
quieſcit , & finem cupiditati fecit , ac uſus rei familiaris rectam
nem habuit. reliqua omnis mercatura ſordida , & illiberalis eſt.
eſt homine libero indigna. proferat nunc aliquis , ſi poteſt ,
uem Phil. qui mercaturam inter artes liberales numeraverit.
idem invenio Platonem in libro de leg. octavo negare *mercato-*
& opifices omnes eſſe cives , quod idem in tertio politicorum
t. confirmat. hoc definiens *cives proprie non eſſe* , *ſed eos tan-*
, *qui rempublicam adminiſtrant.* quod illiberale eſt , in homine
rali poteſt laudari ? quis hoc cuiquam conceſſerit ? verum Cælius
ronem putat quæ tenuis ſit mercaturam vituperare , eam vero ,
magna ſit , & ampla laudare. & ideo de qualitate non de quan-
e in quæſtionem eſſe dicit. ſed fallitur. nam & de quantitate eſt
ſtio , neque magna , & copioſa mercatura laudatur , verum non
modum. id eſt omnino vituperatur. nam perſæpe in eo ſenſu
Tullius hanc particulam uſurpat. ut in Bruto. *nam plane* inquit
fectum , & cui nihil admodum deſit , Demoſthene facile dixeris.
le Oratore *nihil admodum ſcripti* reliquit. quod ſi placet admo-
n pro multum hic eſſe poſitum , non laboro , dum intelliguntur
uem mercaturam eſſe prorſus vituperandam : copioſam vero , quæ
lta undique apportet , multiſque ſine varietate impartiatur , non
nino ſeu multum vituperandam. ubi oſtenditur utramque ſor-
am , & illiberalem accipi oportere , ſed in eo differre tantum
od illa magis , & hæc minus vituperanda ſit. parum enim tenuis
deſſe poteſt vel aliis , vel ſibi , niſi mentiatur. copioſa vero mul-
n ſine vanitate , & multis prodeſſe poteſt. at , quæ ſatiata quæ-
in agros jam ſe contulit , propterea laudari poteſt , quod ad uſum
ceſſarium domus quæſita videtur eſſe. ut ejus domini jam vere
t divites appellandi , nam *qui frumento , vino , oleo , & rebus*
uſmodi abundant , divites potius ab Ariſt. *dicuntur , quam bene*
mmati. homines enim ſine pecunia quidem , ſine iis vero fru-
bus , qui ex terræ cultu percipiuntur vivere non poſſunt. at dicet
quis , Plato *in civitate ſua mercatores ait eſſe neceſſarios , ut ea*
portent , quibus civitas abundet , & ea , quibus careat , importent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

recte id quidem, ſed etiam bajuli, & qui cloacas, & latrinas pu
gent ſunt in civitate neceſſarii. verum artes eorum ſordidæ ſunt,
illiberales. ita etiam mercatura eſt neceſſaria illa quidem, ſed t
men illiberalis: ſed idem Plato magnos omnino quæſtus in civita
fieri prohibuit: nam ſuis mercibus neſciunt quidem finem ſtatuer
ſic igitur intellige mercaturam hominem liberalem minime decer
decere autem illiberalem, & eſſe civitati neceſſariam, nec ob ea
rem tamen liberalem. ita conſtare jam reor Ciceroni cum maxim
philoſophis optime convenire, nec ſua ipſius tantum auctoritat
ſed etiam Platonis, & Ariſtotelis defendi poſſe.

Vigeſima prima Cœlii Calcagnini diſquiſitio.

Illud non prætermittam, aliquos fortaſſe noſtræ huic diſqui
tioni ita poſſe occurrere, ut officii definitionem non prætermi
ſam contendant: quum poſt perfecti & medii officii diviſionen
utriuſque definitionem ſubjunxerit. Sic enim inquit Cicero. *H*
autem commune officium vocant, atque ſic definiunt, ut rectum qu
ſit, id perfectum eſſe definiunt. Medium autem officium id eſſe d
cunt, quod cur factum ſit, ratio probabilis reddi poſſit. Quoru
opinioni recte ita reſponderi poſſe arbitror, multum ſcilicet intere
ſe, an quis genus, an generis formas differentiaſve definiat. Pe
fectum autem & medium officium non eſſe genus, ſed duas gene
differentias. Dividitur enim officium in perfectum & mediu
ſicut animal in rationale & irrationale. Quod ſi quis utrumque p
ſe definierit, non is in commune animal definiſſe exiſtimandus e
quando in definitione generis, puta animalis, differentiæ omn
veluti rationalis & irrationalis includuntur. Tam enim rationa
quam irrationale animal eſt, ſi Platonicis credimus. At quum g
nus partimur, ſuæ cuique parti ſua differentia tribuenda eſt. Qu
fit, ut longe diverſa ſit generis formarum definitio. Genus omn
differentias complectitur: quæ deinde ſeorſum generi additæ, ſi
gulas formas pariunt. ſic perfectum, ſic medium officio adjunctum
duas ſeparatas formas efficiunt: quarum unaquæque ſua conten
eſt differentia, quum tamen omnes intra generis complexum del
teſcant. Quare ut ad inſtitutum redeam, permulti intereſt, an qu
in univerſum genus, an generis formas definiat. Ex quo facile no
bis conſtare poteſt, officium quatenus genus eſt, non eſſe defin
tum: cujus definitionis Cicero nobis expectationem concitavera
Quod ſi illud quoque exactius explorare lubeat, qualis ſcilicet hæ
ipſa ſit medii perfectique officii definitio: eam profecto parum ido
neam, parumque accommodatam cognoſcemus, ad officii naturam
ſubſtantiamque declarandam: utpote cui genus, hoc eſt caput ipſiu
definitionis deſit. Quid enim deſignat? Perfectum eſt id, quod re
ctum ſit. aut Medium id eſſe dicunt, quod cur factum ſit ratio pro
babilis reddi poſſit. Sane hoc nihil eſt, mea quidem ſententia, quan

ium illud incidere, quod Græci ταυτολογίαν dicere ſolent: quum ſeipſo exprimitur. Dic enim per Muſas rogo, quid pro no- *id* eo loco tibi ſignificet. Quippe mihi officium repetit, ut ita pretari ſit neceſſe: Perfectum officium eſt id officium, quod m ſit. & medium officium eſt id officium, quod cur factum ſit abilis ratio reddi poſſit? Quæ omnino abſurda, & Cicerone indigna eſt repetitio: tum quæ ad officii ſubſtantiam indican- ſit omnino ſupervacua. Quod niſi hanc interpretationem ap- mus, periculum eſt, ne protinus in paralogiſmum illum So- arum incidamus, quum dicunt: Officium perfectum ex defi- ne Ciceronis eſt, id quod rectum ſit: ſed perpendiculum eſt, od rectum eſt: Nihil ergo repugnant, quin perpendiculum ſit um. Hujus argumenti maxima propoſitio in promptu eſt: Cui- ue competit definitio, eidem competit definitum. His adde, perfecti officii definitio medio officio, & viciſſim medii officii itio perfecto belliſſime accommodari poteſt. Nam & perfectum um eſt id, quod cur factum ſit probabilis ratio reddi poſſit. Ne- enim quiſquam puto tam contumax eſt, qui ſine probabili ra- perfectum officium geri contendat: aut medium officium eſſe, od rectum non ſit. Alioqui ſi rectum non eſt, perverſum ac oſterum id eſſe fateamur oportet.

M. Ant. Majoragii Deciſio vigeſima prima.

Vrſus ad eandem quæſtionem redis, quam ſecundo loco tracta- veras, quod ſcilicet a Cicerone non ſit definitum Officium: e in hac parte ſatis vehemens videris eſſe Dialecticus, qui non um Ciceronem impugnes, ſed etiam ea quæ contra dici poſſunt, lere contendas. Poterat enim aliquis oſtendere, definitionem ii non eſſe prætermiſſam, cum poſt perfecti, & medii officii ionem utriuſque definitionem ſubjunxerit. Sed tu objicis, mul- intereſſe, an quis genus, an generis formas, differentiaſque iat. Officium autem in Perfectum & Medium dividi, quæ ſunt ii formæ, vel differentiæ, quas qui definiverit, non continuo en in commune officium definiviſſe exiſtimandus eſt. Hæc tua vera eſt omnino, quis enim negare poteſt? Sed nos longe aliter ronem defendimus, neque hæc indagamus, quæ tu refellere is: verum ea, quæ veriſſima ſint, ac firmiſſima, ut nullis am- s argumentis labefactari aut infirmari poſſint: cum certum ha- nus, nullum eſſe Ciceronis erratum in tot tuis diſquiſitionibus: dubito, quin omnes eruditi cum hæc noſtra legerint, ſtatim cent, te non juſtum reprehenſorem, ſed injurioſum calumnia- m fuiſſe. Sed ad propoſitam quæſtionem dico, Si quis ita defi- onis vocabulum accipiat, ut nihil aliud ſignificet, niſi quod tu timas, declarationem rei per genus & differentias, aliquid poſ- ici contra Ciceronem, qui per genus & differentias officium non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

definiverit. Sed cum jam ſuperius docuerimus, apud Latinos defi re ſæpiſſime idem eſſe quod diſtinguere, & omnes terminos ac fi alicujus rei complecti: quid eſt, quod iterum in Ciceronem inſi gas? cum præſertim ſcias, in Topicis eum docere, *Diviſionem e definitioni attributam.* Tunc enim ille recte diviſiſſe dicitur, qui cte definierit: hoc eſt, omnes formas, quæ ſub aliquo gen comprehenduntur, perſecutus fuerit, & eas intra fines ſuos re xerit, neque ullam prætermiſerit. Vt ſiquis dicat, omnem vir tem aut prudentia, aut juſtitia, aut fortitudine, aut temperan definiri: rectiſſima hæc erit definitio, quoniam omnis virtus ſub formis complexa eſt. Quod ſiquis dixerit, omnem quantitatem longitudine, aut latitudine, aut altitudine definiri, non recta aut integram rei definitionem afferet, non enim omnes quantita fines indagavit: cum tempus, locum, numerum, orationem p termiſerit: ut ſiquis univerſum orbem definiret Occidente, Vert aquilonari, Oriente, Circulo æquinoctiali, damnanda eſſet h definitio: quoniam etiam ultra æquinoctialem circulum max pars orbis protenditur: pone quarto loco Polum auſtralem, & definitio perfecta. nam orbis univerſus his quatuor regionibus d nitur, Occidente, Vertice aquilonari, Oriente, Polo auſtrali. igitur ad propoſitum revertamur, cum docet Cicero *omnem off quæſtionem eſſe duplicem*, videndum eſt, an alia ſpecies offici aliqua, quæ non hac definitione contineatur: quod ſiqua eſt, proferatur, & accuſetur Cicero: non enim ego repugnabo, ſi n do ſit error manifeſtus: ſi vero nulla eſt alia ſpecies, quoniam om officium aut eſt perfectum, aut eſt medium: quid eſt quod in t egregium præceptorem hiſcere audeas, cum videas officium rec ſime definitum? Sed ais: ego non ita definitionem accipio. Q igitur ego tibi faciam, ſi Latine non didiciſti? nos quidem in h ſignificatione verbum hoc a Latinis uſurpari frequentiſſime videm ut non mirum ſit, Ciceronem hoc loco Romanam potius loque conſuetudinem ſecutum, quam moroſas Dialecticorum in loquen ſuperſtitiones. Quod autem Cicero voluerit definitionem, tanqu genus quoddam eſſe, quod diviſionem etiam complectatur, c in Topicis aperte declaravit, ubi diviſionem & partitionem defi tioni attributam eſſe docet, tum etiam ſecundo de Finibus, qua vis non tam aperte, ubi hæc verba notavimus, *Omnis autem quærendo, quæ via quadam & ratione habetur oratio, præſcribere p mum debet, ut quibuſdam in formulis ea res agatur, ut inter q diſſeritur conveniat, quid ſit id, de quo diſſeratur.* Cum enim d cet, ut quibuſdam in formulis res agatur, non aliud certe doc niſi ut in formas ac ſpecies diſtinguamus, ac definiamus id, de q diſputamus, quo facilius quid ſit, poſſit intelligi. Huc pertinet quod etiam in ſecunda quæſtione diximus. Craſſus enim apud Ci ronem tertio de Oratore ſic loquitur: *Atque horum ſuperius il genus cauſam aut controverſiam appellant, eamque tribus Lite, a*

De

eratione, aut Laudatione definiunt. Illud vero, quod non ita
poſt adjungit, *Craſſus omnem penitus dubitationem tollit, &*
unatione tua Ciceronem liberat: ut ſi nullam rationem aliam
liſſem, id per ſe ſatis ſit ad omne firmamentum tuum obruen-
a ac penitus diluendum: audi igitur quid dicat Craſſus: *Defi-*
is autem ſunt diſceptationes, ut cum quæritur, quid in commu-
nte quaſi impreſſum ſit: ut ſi diſſeratur, id ne ſit jus, quod
næ parti ſit utile: aut cum, quid cujuſque ſit proprium, exqui-
ut Ornate dicere, propriumne ſit oratoris, an id etiam ali-
ræterea poſſit? aut cum res diſtribuitur in partes, ut ſi quæra-
quot ſint genera rerum expetendarum: ut, ſintne tria, corpo-
nimi, externarumque rerum: aut cum quæ forma & quaſi na-
s tota cujuſque ſit deſcribitur, ut ſi quæratur avari ſpecies,
ſi, glorioſi. Hæc Craſſus. E quibus mihi ſatis eſt, ut intelli-
etiam hanc definitionis eſſe diſceptationem, cum res in partes
buitur, quo videas clariſſime, quam inſcienter dicas, Officium
nus genus eſt, a Cicerone non eſſe definitum. Tu vero non
ntus hac plaga, damnas etiam Perfecti, ac Medii officii defini-
m: utpote, cui genus (ut ais) hoc eſt caput ipſum definitionis
: vel ſi ſubintelligatur Officium, neceſſe ſit in vitium illud in-
, quod Græci ταυτολογίαν dicere ſolent, cum idem ſe ipſo
mitur: interrogaſque Ciceronem per Muſas, ut tibi dicat,
illud pronomen, *id*, eo loco ſignificet: cum ita ait, *Medium*
m id eſſe dicunt, quod cur factum ſit, ratio probabilis reddi
. Ego autem tibi pro Cicerone reſpondeo, illud pronomen,
erum nomen officii repetere. neque tamen eſſe abſurdum,
 cenſes) aut Cicerone indignam repetitionem: atque in hac
non aliis rationibus, quam tuis uti ſtatui, ut tuo te gladio
l ajunt) interimam. Ipſe enim paulo ante dixiſti, Perfectum
edium officium non eſſe genera, ſed duas unius generis diffe-
as: dividitur enim (inquis) officium in Perfectum & Medium,
animal in Rationale & Irrationale: hoc autem tibi facillime
edam, quod totum pro me facit. Sed adverte, quæſo, quam
udenter loquaris: Negas recte dici, Perfectum officium eſt of-
n: aut, Medium officium eſt officium: quoniam idem ſeipſo
ur exprimi. Sed mihi per ignorantiæ tuæ tenebras, cui maxi-
iteris, reſpondeas velim, poſſitne genus de ſuis differentiis
icari? Quid ni, inquis: docet enim hoc Porphyrius, *Genera*
a de ſibi ſubjectis formis, & differentiis dici. Eſto: eſtne ge-
fficium? Iam hoc ſponte tua confeſſus es. Suntne differentiæ
ctum officium & Medium? Hoc tu conatus es docere. Quid
r prohibet Officium, quod genus eſt, de perfecto & medio
o dici, quæ ſunt officii differentiæ? Videſne, quam incredi-
it in Dialecticis acumen tuum, quorum adhuc elementa peni-
gnoras? Quis eſt enim eorum, qui tantum a limine (quod
ſolet) Dialectica Salutarint, qui neſciat, de omnibus differentiis

ſuis genera omnia rectiſſime dici? Deinde peto a te, quoniam arg
mentaris, officium ita dividi in perfectum & medium, ſicut anin
in rationale & irrationale: an recte dicatur Animal de utraque h
differentia? ut ſi dicam, Rationale eſt animal: & ſiquis ita pro
nat, Animal rationale eſt id, quod rationis eſt particeps: Irrat
nale, quod rationis expers eſt: an ſint hæ propoſitiones vituper
dæ, propterea quod illud pronomen, *id*, iterum animal repet
quid in hac interrogatione mihi reſpondebis? aut hæ tibi propoſit
nes improbandæ ſunt, aut concedendum, recte dixiſſe Cicerone
Sed has improbare non potes, quoniam ipſe dixiſti, tam rationa
quam irrationale animal eſſe. Ergo te autore, & judice, recte di
Cicero: *tam enim Perfectum officium, & Medium, eſt officiu
i, & communes utilitates in medium afferre mutatione officiorum, do, accipiendo, tum artibus, tum opera, tum facultatibus de-vire hominum inter homines ſocietatem. hujus autem ſocietatis, fere omnes intelligimus vitæ quaſi communitatem contineri, an fir-s eſſe poteſt ullum fundamentum, quam fidei? nonne, hæc eſt ea juſtitiæ, quæ ſublata fide conſtare non poteſt? quod autem Tullius hoc intelligat, non ſolum ex fidei definitione patet. quam dictorum, conventorumque conſtantiam, & veritatem ait, ſed m ex ethymologia. inquit enim credamuſque quia fiat quod di-m eſt, appellatam fidem. quod autem fides humanam ſocietatem ſervet, idem etiam in ſecundo off. confirmat, cum dicit, *nec n, ulla res vehementius remp. continet, quam fides, quæ eſſe a poterit, niſi erit neceſſaria ſolutio rerum creditarum.* quare pro mp. Rom. inquit *ſolutione impedita fidem concidiſſe.* in partitio-us vero expreſſius ait: *juſtitiam in rebus creditis fidem nominari.* ro Quintio *ſocietatem fide edi.* ex quibus locis conſtat Cicero-n dixiſſe *fidem*, non ut Cælius opinatur, *eſſe fundamentum lega-uſtitiæ, in qua omnes reliquæ virtutes includuntur:* verum τ͂ ἀλ-επικῆς, quæ ad permutationem rerum pertinet: & eſt prima pars itiæ. de liberalitate vero altera ſcilicet juſtitiæ parte non ita multo t inquit, *nitendum eſt ut pro dignitate cuique tribuatur. id enim fundamentum juſtitiæ.* ita utriuſque juſtitiæ partis proprium po-t fundamentum. Et partitione uſus eſt Ariſtotelica, præterquam od in verbo liberalitatis differt. verum de eo ſuo loco plenius age-. ac his jam Cælii calumniæ ſatisfactum puto. ut autem omnia, e ſunt hujus loci perſequamur, in primo de legibus Cicero *fun-mentum juris dilectionem eſſe* dixit. Etenim jus ſemper verſatur in uitate, quæ quidem ſine dilectione ſervari non poteſt. ut in hoc is fundamento, ſit omnis fere chriſtianæ pietatis conſervatio. ubi m dilectio, ibi locus injuriæ nullo modo eſſe poteſt, ſed *veræ tatis laus*, quam recte Cicero pro Plancio *fundamentum eſſe vir-tum omnium* teſtatur. verum ſeu dilectionis, ſeu pietatis funda-ento (eadem fere vis eſt utriuſque verbi) univerſalem niti juſtitiam luiſſe M. Tullium exiſtimo. ſed illud etiam videtur aliquid habere æſtionis, cur nemini nocere, & communi utilitati ſervire non ge ab hoc loco juſtitiæ fundamenta eſſe dixerit. nam ſi fides eſt ndamentum Arithmeticæ juſtitiæ, tribuere cuique pro dignitate eometricæ, nam verbis tantum ab Ariſtotele Cicero diſſentit, cu-nam hæc alia erunt fundamenta? an ejuſdem, cujus eſt fides? nim qui fidem ſuam præſtat, is nec quicquam per injuriam, quod um non ſit, ſibi vendicat, & communi utilitati, id eſt, ſuæ, & orum ſervit. ſed ut ipſius Ciceronis verbis ex off. primo ſumptis ncludamus, his duobus fundamentis hominum ſocietas ſuſtenta-r, *tribuendo ſuum cuique, & rerum contractarum fide.*

Vigeſima quarta Cælii Calcagnini diſquiſitio.

Illúd quoque videtur in diſquiſitionem vocari poſſe, cur Cicero *prudentiam loco principe inter virtutes* ſtatuerit. quam in quartam demum claſſem, & poſt ipſam juſtitiam Ariſtoteles collocaverit, quum in fronte & inter anteſignanos fortitudo ordinem ducat. Vterque ſane videtur juſtis rationibus ſuam tueri poſſe ſententiam. Quando Cicero vidit prudentiam unam eſſe, quæ ſe cæteris ducem virtutibus præbeat, meritoque apud Platonem vice oculi fungi. nam plane ablegata prudentia exoculatæ ſunt omnes, ſuumque munus implere non poſſunt. Iure itaque prudentiæ princeps locus debetur. Atqui diverſa ratio Ariſtoteli perſuaſit, ut in quartum locum eam rejiceret. Tres enim priores virtutes, fortitudinem puta, temperantiam, & juſtitiam, parti animæ ratione carenti tribuit, eaſque tantum moralibus adnumerat. Tum demum aliam diviſionem init ejus animæ partis, quæ rationis eſt compos: quum ejus partem alteram contemplationi earum rerum, quæ ſemper eodem modo ſe habent, præficit. quo loco ſcientia & ſapientia imprimis præpollet. Pars vero altera præſidet conſultationi earum rerum, quæ neque æternæ ſunt, neque eodem modo ſemper ſe habent. Hic autem prudentiæ primæ partes cedunt, quæ quoniam certo quodam modo inter morales intellectualeſque virtutes ambigit, ex eo in limite utrarumque conſulto ab Ariſtotele conſtituta eſt, & in quartum denique ordinem tranſcripta. Cæterum quod fortitudinem ante ipſa principia coordinarit, ideo factum videtur: quoniam neque temperantia, neque juſtitia, ſine fortitudine eſſe poteſt. nam etſi mutuo quodam inter ſe nexu virtutes omnes morales contineantur, fortitudo tamen una omnium maxime ad continentiam temperantiamque, & rurſus continentia & temperantia ad juſtitiam pertinet. Quid enim aliud eſt temperantia, niſi adverſus corporis voluptates lucta? de quibus voluptatibus jam evectis atque expugnatis, temperantia propemodum trophæum ſtatuit. Iuſtitia vero quomodo ſuum unicuique tribuat, aut ſuas alias functiones perſequatur, niſi temperantiam in comitatum adſciverit? ob hæc jure optimo princeps locus fortitudini fuit tribuendus.

M. Ant. Majoragii Deciſio vigeſima quarta.

CVr autem Cicero primum inter virtutes Prudentiæ locum dederit, quam Ariſtoteles in quarta claſſe collocarit, facillima eſt ratio. nam multo melius feciſſe videtur Cicero, quam Ariſtoteles. Nihil enim omnino neque juſte, neque fortiter, neque moderate fieri poteſt, niſi prius intelligamus, qua ratione id faciendum ſit. Sic enim ordine quodam naturali conſtitutum eſt, ut prius oporteat intelligere, quam agere: atque ideo magnis in rebus ſolent omnes, ante-

uequam ad eas aggrediantur, diligentiſſime conſultare, qui mo-
nin gerendo, & quæ ratio ſervanda ſit. Hinc illa Thucydidis ſen-
tia, quam ita Latine Salluſtius reddidit: *Priuſquam incipias, con-
to: ubi conſulueris, mature facto opus eſt.* Prudentia igitur inter
utes merito principem locum obtinet, ut non injuria Socrates
dentiæ nomine virtutes omnes appellaret, & in legibus Plato *pru-
tiam oculum* vocat. Ariſtoteles vero *quaſi architectum quendam
utum omnium* vult eſſe *prudentiam:* ut mihi veniat in mentem
ari, quare non eam primo loco poſuerit, ſicuti Cicero. Menan-
hanc virtutem maximum bonum nuncupavit eo carmine:

Ἀγαθὸν μέγιστον ἡ φρόνησίς ἐστ' αἰεί.

iuvenalis omnia cum prudentia docet optime fieri poſſe, cum ſic
Nullum numen abeſt, ſi ſit prudentia. Quin etiam Xenophon
lius virtutis uſum abſque prudentia dixit eſſe. Quod ſi verum eſt,
quod Ariſtoteles docet, quatuor modis aliquid primum dici poſ-
Natura, Tempore, Ordine, & Honore: profecto his omni-
modis reliquarum virtutum prima eſt prudentia. Nemini enim
bium eſt, quin natura ſit ita comparatum, ut cognitio volunta-
n præcedat: nam (ut Divus ait Auguſtinus) *cognita diligere poſ-
mus, incognita nequaquam.* Nullus enim ea deſiderat, de quibus
nquam quicquam cogitavit: ſed prius humana mens rerum ipſa-
m notiones percipit, atque intelligit: deinde vel eas expetit, vel
ugit? quo fit, ut naturaliter intellectus prior ſit, quam volun-
. At vero *prudentia* (ut Ariſtoteles autor eſt) *in intellectu ſedem
bet, reliquæ virtutes in voluntate: tota enim prudentiæ vis in co-
itione, atque intelligentia poſita eſt, reliquarum virtutum in actionis
ſiderio. Quare prudentia virtutum omnium juxta naturam prima eſt.*
n vero nemo eſt, qui negare poſſit, tempus & ordinem rerum
poſtulare, ut omnibus rebus gerendis adhibeatur conſultatio &
æparatio diligens, nequid temere aut inconſtanter geratur: vetatque
bis ratio, ut ea tractemus, quæ penitus ignoramus: ſed præci-
, ut ad conſiderandas res adhibeamus & tempus, & diligentiam,
vemuſque præceptum illud Iſocratis, βουλεύου μὲν βραδέως ἐπιτέλει
ταχέως τὰ δόξαντα. *Omnis autem recta conſultatio, quæ rem ge-
ndam antecedit* (ut omnes Philoſophi docent) *prudentia eſt:* ergo
quitur, ut & tempore, & ordine cæterarum virtutum prima ſit
udentia. Præterea ſi recte probavimus in ſuperioribus quæſtioni-
s, omnem ſcientiam & ſapientiam prudentiæ nomine contineri,
n eſt quod quiſquam dubitet, omnium virtutum præſtantiſſimam
ſe prudentiam: ſiquidem ſapientes ac ſcientes ſoli maximum hono-
m, & gloriam conſequuntur: neque quiſquam vir excellens ha-
tur, niſi qui rei alicujus peritiam ac ſcientiam maximam adeptus
erit: & qui ita ſe gerit in rebus omnibus, ut nunquam eum facto-
m ſuorum pœniteat: quod prudentis hominis maxime proprium
t. Planum igitur eſt, ac manifeſtum, omnibus modis pruden-
am virtutum eſſe primam. Nam & ea prima dicuntur, quæ cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

adempta fuerint, reliqua ſecum in perniciem trahunt, ſed non eodem modo cùm reliquis auferuntur. Tolle prudentiam omnem, nulla erit virtus, quæ recte munus ſuum obire poſſit. At ſi reliquæ virtutes adimantur, maxima tamen prudentiæ pars remanebit. Omnes enim artes liberales, ipſa naturalis philoſophia, & dicendi ac diſſerendi ratio, quæ ſub prudentia comprehenduntur, etiam ſi nulla ſit alia virtus, in homine poſſunt eſſe. Quare longe melius Cicero feciſſe videri poteſt, qui primo loco prudentiam ſtatuit: quam Ariſtoteles, qui in quarta demum claſſe collocavit.

Vigeſima quinta Cælii Calcagnini diſquiſitio.

CIcero & hic & multis aliis locis extollit exemplum illud Reguli, quaſi ſingulare quoddam fidei teſtimonium. quod puto pulchre & commode in examen diſquiſitionemque poſſe pertrahi. ſed prius ad verbum ſententiam Ciceronis tranſcribamus. M. Attilius Regulus, quum conſul iterum in Africa ex inſidiis captus eſſet, duce Xanthippo Lacedæmonio, Imperatore autem patre Hannibalis Hamilcare, juratus miſſus eſt ad Senatum: ut niſi eſſent redditi Pœnis captivi nobiles quidam, rediret ipſe Carthaginem. Is quum Romam veniſſet, utilitatis ſpeciem videbat: ſed eam, ut res declarat, falſam judicavit. quæ erat talis: Manere in patria, eſſe domi cum uxore, cum liberis: quam calamitatem accepiſſet in bello, communem fortunæ bellicæ judicantem: tenere conſularis gradum: quis hæc neget utilia? quæ cenſes? magnitudo animi & fortitudo negat. An locupletiores quæris auctores? Harum enim eſt virtutum proprium, nihil extimeſcere, omnia humana deſpicere: nihil quod homini accidere poſſit, intolerandum putare. Itaque quid fecit? In Senatum venit, mandata expoſuit: ſententiam ne diceret, recuſavit. quamdiu jurejurando hoſtium teneretur, non eſſe Senatorem. Atque illud etiam, o ſtultum hominem (dixerit quiſpiam) & repugnantem utilitati ſuæ: Reddi captivos negavit eſſe utile. Illos enim adoleſcentes & bonos duces eſſe, ſe jam confectum ſenectute. Cujus cum valuiſſet autoritas, captivi retenti ſunt, ipſe Carthaginem rediit. neque eum charitas patriæ retinuit, nec ſuorum. Neque vero tamen ignorabat, ſe ad crudeliſſimum hoſtem & ad exquiſita ſupplicia proficiſci. Sed jusjurandum conſervandum putabat. Itaque tamen quum vigilando necabatur, erat in meliori cauſa, quam ſi domi ſenex, captivus, perjurus, & conſularis remanſiſſet. Vidit Cicero, quam parum ſapienter hoc factum ſit a Regulo, occurritque aliquot quæſtionibus, quæ intendi potuiſſent. Maluit tamen poſitionem Stoicorum tueri, quam ex ſententia decedere. Ita enim Ciceronis & ſcriptorum plerunque mos eſt, inſervire tempori, & quo jure quaque injuria propoſito patrocinari. Illud vero mihi primum petendum duco, quid Regulo perſuaſerit, ut Legationem ſuſciperet ad Senatum, ut ſe hoſtibus jurejurando obſtringeret: niſi impetraſſet, ut

capti-

ivi redderentur, ſe reverſurum. Nam ſi hoc jam ſecum ipſe præ-
itarat, captivos reddi non debere: cur fruſtra homo ſenex tan-
n itineris, ſupervacuamque operam aggreditur? cur hoſti illudit?
non alia cauſa eum mittendum judicavit, niſi ut operam daret ad-
returque, ut captivi redderentur. At Regulus non modo ea parte
tem fallit, quod de reddendis captivis nihil agit: neque liberum
icium, ut par erat, ſenatui relinquit: ſed ipſe contra fidem ac
urandum, contra morem patriæ (neque enim erat facultas ei
entiam dicendi in Senatu: neque civis, neque Senator erat: ſed
xima capitis diminutione perculſus. atque interim dum erat hoſti
trictus, nulla erat ſpes conſequendi poſtliminii.) Ille inquam
tra datæ fidei ſacramentum, non modo non ſuadet faciendum
d ſuadendum ſuſceperat, ſed quantum poteſt hortatur ne id fiat,
us cauſa legatus advenerat. Quid eſt obſecro prævaricari ſi hic non
varicatur? quid fidem frangere ſi hic fidem non frangit? At pa-
e utilitatem (dicat aliquis) fide hoſtibus data multo antiquiorem
uit. Verum hoſtes non utilitatis patriæ gratia, neque ut ſuorum
eficio inſerviret, ei legationem ad Senatum demandarunt: ſed
rem Carthaginenſium procuraret, eaſque partes obiret, quæ ad
em tanti viri pertinere videbantur. quid quod neque ſuum, ne-
e ſuorum commodum videtur ſatis intellexiſſe, quum patriam
nto cive, ampliſſimum ordinem tam eximio Senatore, totam de-
que Rempub. tam forti imperatore orbavit? Atqui captivi illi, ado-
centes, & boni duces: ipſe ſenex, & prope inutilis Reipub. Quo-
odo inutilis, qui tanta adhuc prudentia, tanta pollebat animi con-
ntia? qui tanta patriam charitate complectebatur? An tu hunc
tilem, dum vivit, exiſtimare audes? An inutilis Appius, qui &
io confectus, & captus oculis, Pyrrhum non admittendum intra
bem cenſuit, præclara illa oratione, de qua Ennius: *Quo vobis*
ntes, rectæ quæ ſtare ſolebant Antehac, dementi ſeſe flexere ruina?
Cato? qui ſuprema prope ætate, dum ſecuritati poſteritatis con-
lit, arrepta recentis fici occaſione Carthaginem delendam perſua-
. nam protinus tertium bellum Punicum decretum eſt, quo dein-
Carthago interiit, quo tempore Cato jam e vita emigrarat. Quos
ro tu mihi adoleſcentes narras? quos duces objicis? Ceu vero
ſciamus præclaram illam Africani ſententiam, qui unum ſe malle
vem ſervare, quam multos hoſtes occidere profitebatur. At tu
ihi ſæpius fidem, jusjurandum, promiſſorum conſtantiam inge-
s. quaſi vero ego adverſus hæc non poſſim uxoris & liberorum, &
tius familiæ amicorumque benevolentiam, tum etiam patriæ cha-
tatem, & cætera neceſſitudinum pignora regerere. Adde amoris
nculum, quo quiſque ſibi naturæ inſtinctu devincitur. Eſt id ſane
nacisſimum, atque arcte nobis impreſſum. Quod quum omnibus
ſitum eſſe debet, tum iis maxime, qui de ſocietate hominum,
ui de rebus mortalium poſſunt bene mereri. ut eo quiſque impen-
orem curam ſibi ac ſaluti ſuæ impendat, quo poteſt melius ac pro-

lixius

lixius communi hominum conſortio accommodare. Turpe enim eſt, & prope impium, eum non ſe tanti facere, quanti virtutes & ſplendor animi & rerum a ſe geſtarum gloria poſtulat. Quare ego pace tanti viri, non adeo Regulum laudaverim, qui volens ac ſciens in eum ſe locum conjecit, qui ſibi atrociſſima ſupplicia & exitium cum ſumma ſuorum civium jactura excitavit. Quid vero dicam, quod ſæviſſimorum etiam hoſtium cauſam meliorem fecit? qui quum illum acerbiſſime torquerent, eum meritas perfidiæ, ac τῆς ἀδικο-πρεσβείας, id eſt, violatæ legationis pœnas luere cauſabantur.

M. Ant. Majoragii Deciſio vigeſima quinta.

DE facto Reguli, quod ultimo loco vocas in diſquiſitionem, non eſt quod tibi multis verbis reſpondeam: cum præſertim parum hoc ad Ciceronem, qui non Reguli ſapientiam hoc loco, quamvis maxima fuiſſe videatur, ſed fidem laudat: neque diſputat, quam ſapienter eam legationem ſuſceperit, ſed quam religioſe jusjurandum ſervaverit. Tu vero locum hunc quaſi dubium & controverſum arripis, & declamatorio quodam dicendi genere factum illud improbas, quod ſane in utramque partem copioſe tractari poteſt. Sed deſine, quæſo, declamatoriis exercitationibus, quoniam domi nobis iſta naſcuntur. relinquamus hoc exercitationis genus adoleſcentibus & pueris, quibus utiliſſimum eſt hos locos tractare, atque in utramque partem diſputare, ut aliquam ſibi dicendi facultatem parent, & Latinam locutionem exerceant. Nos vero non oratoriis floſculis, ſed rationibus pugnemus: non illas dicendi veneres, non laſcivientem tropis & ſchematibus elocutionem, in hoc præſertim diſputandi genere, ſequamur. Sed rem ipſam, quam præ manibus habemus, diligenter enucleando veritatem indagemus. Quam enim copioſe putas me poſſe cauſam hanc tractare, ſi pandere velim orationis vela? Sed non faciam: ne id ipſum, quod in te vitupero, committere videar. Ipſam tantum rem breviſſime proponam, & oſtendam, a te ſine cauſa factum hoc improbari. Quid ais igitur? damnandum eſt illud quod tam egregium omnes exiſtimant Reguli factum, qui maluerit ad crudeliſſimum hoſtem, & ad exquiſita ſupplicia proficiſci, quam jusjurandum violare? Sed qua de cauſa damnandum cenſes? an quod jusjurandi religionem maximam eſſe cenſuit? Hoc vero nemo eſt, quin intelligat, honeſtiſſimum eſſe. An quod reverſus eſt ad ſupplicia, cum poſſet in patria ſecure vivere? At ſi hoc feciſſet, perjurio vitam ſuam contaminaſſet. Non igitur video, quid poſſis reprehendere. Verum illud oſtendere conaris, fruſtra legationem ſuſcepiſſe Regulum, ſi ipſe præcogitaverat captivos reddi non debere: feciſſeque contra datæ fidei ſacramentum, quod adhortatus ſit, ne id fieret, cujus cauſa legatus advenerat. Hæc (ut opinor) ſumma eſt accuſationis tuæ. Quod ſi nos docuerimus, neque fruſtra legationem eum ſuſcepiſſe, neque con-

ntra fidem datam quicquam feciſſe, non erit dubium, quin a Ci-
rone meritiſſimo Regulus laudetur: propterea quod etiam captivus
ximum in patriam ſuam amorem oſtenderit, & tamen jurisjuran-
religionem obſervarit. Quid igitur eſt? Cum primo bello punico
thaginienſium res vehementer eſſent afflictæ, neque Romano-
n robori, ac fortitudini diutius reſiſtere poſſent, neceſſe fuit illis
Lacedæmonios confugere, & ab illis auxilium petere, quo im-
rato Xanthippus Lacedæmoniorum ductor Carthaginem profe-
s, non ita multo poſt Romanorum exercitum, cui conſul Atti-
Regulus præerat, debellavit, ipſum Conſulem cepit & Cartha-
em deduxit. Poſtea vero Carthaginienſes hac accepta tam inſigni
ctoria, de pace cum Romanis facienda cogitare cœperunt: ſpera-
t enim Romanos ob acceptam belli nuper offenſionem, facile id
ceſſuros: & quo magis populum Romanum ad pacem allicerent,
um conſulem Regulum, quem captivum habebant, cum legatis
s Romam miſerunt. Sed prius eum jurejurando adegerunt, ut ſi
mani neque pacem facerent, neque captivos redderent, ipſe cum
atis iterum Carthaginem reverteretur. Regulus vero qui vereba-
r, ne Romani pacem acciperent, aut captivos permutarent, quod
umque videbat Romanæ Reipub. pernicioſiſſimum fore, legatio-
m non recuſavit, neque aliud Carthaginienſibus promiſit, niſi ſe
verſurum, ſi nihil a Romanis eſſet impetratum. Non autem pol-
itus eſt (ut tu fortaſſe exiſtimas) ſe daturum operam, ut pax fie-
t, aut captivi redderentur: quod neque hoſtes ab eo petiviſſe di-
ntur: quippe qui crederent illum obnixe omnia facturum quo
rſuaderet captivos eſſe mutandos, ut domi, atque in patria ſua,
m conjuge ac liberis eſſe poſſet. Hic a te peto, quid eſſet facturus
patriæ amantiſſimus? an recuſaret legationem? At fortaſſe Ro-
ani neſcientes quo in ſtatu res Carthaginienſium eſſent, cupide pa-
m feciſſent, & captivos reddidiſſent: quod ſi eſſet factum, ſpe-
oſiſſimum illum triumphum de Carthaginienſibus Quinto Lucta-
o Conſule atque Imperatore populus Romanus non reportaſſet.
d interim Carthaginienſium vires auctæ majus poſtea Romanis de-
imentum attuliſſent. Quod cum homo prudentiſſimus Regulus
uaſi e ſpecula quadam longe futura proſpiceret, voluit civibus ſuis
Romanis ea prædicere: quod nullo modo facere poterat, niſi Ro-
am profectus eſſet. Non igitur fruſtra legationem ſuſcepit, ſed
t patriæ conſuleret, ut Romanis aperiret quod ignorabant, ut Pœ-
orum debilitatas jam & fractas vires eſſe Senatus intelligeret. At
on licebat illi ſententiam dicere, cum eſſet capite diminutus. Hoc
erte leviſſimum eſt, ac nugatorium. Quid enim ſi Senatus illi fecit
beram dicendi poteſtatem, an non poterant eum Romani legibus
olvere? At fecit contra fidem datam. Quid ita quæſo? Quoniam
ortatus eſt, ne id fieret, cujus cauſa legatus advenerat. Sed dic mi-
i, nunquid juratus eſt, ſe Romanis ſuaſurum, ut pacem facerent,
ut captivos permutarent? Atqui nuſquam hoc reperitur: non fecit
igi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

igitur contra jusjurandum. Nam Pœni tanquam exploratum habe-rent, illum cupide tractaturum de permutandis captivis, de ea re nihil cum eo diligentius egerant. Quis enim non putaſſet, hominem Conſularem, maximis in Repub. rebus geſtis, exoptatum a civibus ſuis, conjugem & liberos domi habentem, non libenter in patria remanſurum, & de permutandis captivis non cupidiſſime tractaturum? At Regulus qui magis patriam, quam ſe, quam conjugem & liberos amabat, maluit eam dicere ſententiam, quæ longiſſimo tempore eſſet Reipub. profutura, quam quæ ſe ſenem & captivum parvi temporis uſura condonaret. At potuiſſet Reip. vivens prodeſſe, quoniam multi ſenes, ut Appius Cæcus, Cato Cenſorius, nonnulli alii ſententiis ſuis, quamvis ad bellum non amplius eſſent apti, tamen Romano populo plurimum profuerunt. Sit ita. Sed quid, ſi videbat Regulus, ut erat homo prudens, nunquam futurum ut tantum Reipub. prodeſſe poſſet, quantum nocuiſſet eo tempore, ſi aliter ſententiam dixiſſet? Crede mihi, quamvis ingenioſe multas rationes excogitaris: nullam tamen eſſe, quæ tam egregii facinoris gloriam obſcurare poſſit. Eſt enim ejuſmodi, ut ab omnibus merito laudetur. Neque vero fecit hoſtium cauſam meliorem, quæ peſſima fuit. cum enim potius virtutem ejus admirari deberent, & juvenes ſuos ad ejus imitationem hortari, ut patriam ante omnia diligerent, eum multis ſuppliciis affecerunt: quamvis illi violatam legationem objectarent, non tamen id juſto judici probare potuiſſent, cum præſertim ille quicquid eis erat pollicitus & juratus, ſanctiſſime conſervaſſet.

Iacobus Griſolus ad vigeſimam quintam Cælii Calcagnini diſquiſitionem.

RESTAT ut Reguli graviſſimi viri conſtantiam fidei, & miram religionis obſervantiam defendamus, ut intelligatur Cic. in hujus laude non ſerviſſe tempori, ſed patrocinium veritatis ſuſcepiſſe. Primum igitur quærendum eſt, num Regulus a pœnis poſtularit, ut Romam legatus de redimendis captivis mitteretur. Si negatur, ut res ipſa cogit, confiteamur neceſſe eſt ab hoſtibus petitum eſſe ut eo nomine Romam iret. non enim ea res ad alium quemquam ſpectare poterat. quod ſi ita ſeſe res habet, rurſus quærendum eſt, num Pœni rebus Romanis, an ſuis ea legatione conſultum vellent. ſiquis dicat utriſque, dicat etiam, quæſo, quid cauſæ fuerit, cur mittendum in primis Regulum ad id negotium cenſerent. nam ſi par fuiſſet Romanorum utilitas, per quemvis legatum res tranſigi potuiſſet. miſerunt tamen Regulum, quem virum ſapientiſſimum cognoverant, quem fortiſſimum Imperatorem experti fuerant, cujus auctoritatem, & gratiam ſummam eſſe apud ſuos intelligebant. quare? niſi quod eam permutationem adeo contra rempublicam Romanam

eſſe

ur judicabant, ut niſi per virum gratioſiſſimum, & ſumma auctoritate præditum in ea præſertim calamitate conſtitutum id, quod rabant a Senatu, populoque Romano conſequi non ſperabant. ſtimarunt igitur fore ut ſola hujus præſentis gratia, auctoritate, ſericordia ſibi obſequi Romani cogerentur. nam ſi ſecus fuiſſet, eni per fidum genus hominum libertatem ejus viri, cujus virtute ies afflicti fuerant, de quo graviſſimum ſumere ſupplicium exebant, ſimplici jurejurando nunquam credidiſſent. verum tanti iebant illam captivorum permutationem, ut agere periculoſe llent, quam, quod ſua plurimum referret, ullo modo intentam relinquere, nunc ſtatuendum eſt utrum Attilio id faciendum rit, quod hoſtis jubebat, an quod ad optimum civem, graviſſimque virum pertinebat, ſi quod hoſtis jubebat, neque bonus is eſſe poterat, neque vir fortis. quippe qui animo imbecillo, nidoque mortis & ſuam, & populi Romani dignitatem violaſſet. n enim id eum fugiebat, ſe libertatis dulcedine ab hoſtibus teni, ut quod ſibi minus honeſtum videretur, tamen agere auderet. ærit hic Cælius, quid Regulo ſuaſerit, ut eam legationem ſuſciret. præterea, quæ M. Tullius ad hanc quæſtionem attulit, hoc de quod verebatur ne, ſi non ſuſcepiſſet gratia propinquorum, & nicorum ſuorum, tamen eorum, qui ſecum in eadem erant calaitate, ſenatus captivos permutaret. voluit enim vir fortiſſimus, poſtea quoque de illis octo millibus, quos Annibal in caſtris a ulo, & Varrone Coſſ. relictos tenebat. ſtatuit Senatus, omni e ſublata poſſe fieri, ut, qui caperentur ab hoſte, redimerentur, t permutationibus poſtliminio redeunt, cogi aut vincere, aut forer occumbere. quod quidem Horatius a Cælio diſſentiens carmine lcherrimo ita celebravit.

Hoc caverat mens provida Reguli
Diſſentientis conditionibus
Fœdus, & exemplo trahentis
Perniciem veniens in ævum,
Si non periret immiſerabilis
Captiva pubes. Signa ego punicis
Affixa delubris, & arma
Militibus ſine cæde dixit
Direpta vidi, vidi ego civium
Retorta tergo brachia libero,
Portaſque non clauſas, & arva
Marte coli populata noſtro.
Auro repenſus ſcilicet acrior
Miles redibit? flagitio additis
Damnum. neque amiſſos colores
Lana refert medicata fuco.
Nec vera virtus, cum ſemel excidit
Curat reponi deterioribus.

Si

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Si pugnat extricata denſis
Cerva plagis, erit ille fortis,
Qui perfidis ſe credidit hoſtibus.
Et Marte Pœnos proteret altero
Qui lora reſtrictis lacertis
Senſit iners, timuitque mortem.
Hic unde vitam ſumeret inſcius
Pacem duello miſcuit, o pudor,
O magna Carthago probroſis
Altior Italiæ ruinis.

Hæc Horatius. Quæ quidem a Platonica inſtitutione non abhorrent
qua cautum eſt ne in ſanctiſſima illa Repub. qui capti eſſent ab hoſti
bus redimantur. Ergo fidem fallere vir talis debuit? quam tu te ipſ
etiam hoſti ſervandam prædicas? oſtendam paulo poſt ab eo fiden
omni religione ſervatam. nunc affirmo eam fidem nemini præſtar
oportere, qua rempublicam ſuam prodat. habebat Regulus ut a
M. Tullius utilitatem reip. propoſitam, quam tueri non poterat,
quod Pœni poſtulabant ſuſcipere noluiſſet, aut denique ſuſceptur
effeciſſet, quare utroque modo remp. ſuam prodere viſus eſſet. ma
luit igitur quod poterat, & levius videbatur agere, vel cum tam lon
gi itineris labore, quam patriam deſerere. hic fateor me riſum te
nere vix poſſe, cum Cælius miretur eum ſenectuti ſuæ non peper
ciſſe, qui ſeſe brevi hoſtium exquiſitiſſimis ſuppliciis tradere cog
tabat. verum cur tanta religione ſervari oporteat, quod contr
rempublicam tuam facturum te promittere cogaris, non video
coactus autem promiſit Regulus, quia ut dixi timebat ne, dur
ipſe abeſſet, Senatus aliquid decerneret, quod contra dignitatem
& utilitatem populi Romani eſſet. neque vero bono civi, viroqu
forti ullius rei major neceſſitas afferri poteſt, quam tuendæ reip
dignitatis. quam quidem rem M. Regulus proſpiciens coactus Ro
mam venit, nec ejus rei aliam cauſam videmus, quando ne filio
quidem, nec uxorem ad ſe voluit admittere, nec ullius precibus ad
duci potuit, ut ſuam utilitatem ſine honeſtate ſequeretur. quar
idem Horatius inquit.

Fertur pudicæ conjugis oſculum
Parvoſque natos, ut capitis minor,
A ſe removiſſe, & virilem
Torvus humi poſuiſſe vultum,
Donec labantes conſilio patres
Firmaret auctor nunquam alias dato,
Interque merentes amicos
Egregius properaret exul.
Atqui ſciebat quæ ſibi barbarus
Tortor pararet: non aliter tamen
Dimovit obſtantes propinquos,
Et populum reditum morantem,

Quan

Quam ſi clientum longa negocia
Dijudicata lite relinqueret
Tendens venafros in agros,
Aut lacedæmonium Tarentum.

igitur fruſtra ſuſceptum eſt illud iter tam longum ab homine
ſene. quod ſi non ſuſcepiſſet ille, hoſti non ſine magno reip.
damno permultum profuiſſet. nam quid aliud a Regulo petiere
i, quam ut contra patriam ſuam iret legatus? quod hi præ-
n propoſuerunt ut is Romanis perſuaderet, quod honeſtum illi
me fuiſſet? ſalutem. quod ſi viciſſim rem non peregiſſet? mor-
atrociſſimam. hic regulo ſtatuendum fuit utrum honeſte ſibi
endum eſſet, an turpiter vivendum. Et dubitabimus quid tali
faciendum eſſet. atqui non eſt imbecillitate noſtra robur illius
i, virtutiſque magnitudo ponderanda, quæ recte cenſebat ad
num quemque virum pertinere omne decus patriæ omnibus ſuis
modis, & vitæ etiam ipſi præferre non dubitare. quoniam vero
ro hanc partem optime defendit, ea omiſſa, jam pes pedi con-
dus eſt, & vi majore, ac impreſſione pugna conferenda. quid
andem Cælius? hoſtiumne Regulum mandata ſe jurejurando
irmaſſe curaturum? ego vero nego. unum enim tantum legi-
eum jusjurandum hoſtibus dediſſe; niſi redditi captivi eſſent,
Carthaginem rediturum, quod quidem mira conſtantia conſer-
. oſtendat nunc obſecro, qui contra ſentit, dis immortalibus
poſitis Regulum ſe mandata curaturum hoſtibus recepiſſe. ſed
s etiam ratione confirmetur, videamus utrum pœnis jusjuran-
eſſet utilius, an id, quo ad hoſtes re infecta reverti M. Regu-
ogeretur, an quo utcunque res acta eſſet, liberum foret illi a-
ſuos remanere. utilius illud omnino fuit, quod, ne gratis liber
t Attilius, prohibuit. hoc igitur obſtringi eum maluerunt, exi-
antes deſiderio ſalutis, & pœnæ metu omnia facturum, ut ca-
permutarentur. ac ſi non poſſet illud obtineri, noluerunt gra-
mperatorem ſuum remittere Romanis, ut accidiſſet, ſi ſe fide
um optima legationem illam juraſſet obiturum. quod ut faceret
s plane conditionibus adduci potuiſſet. illud igitur juratus Ro-
n venit, niſi redderentur captivi, ut Carthaginem rediret. at
iti non ſunt captivi, rediit Carthaginem Regulus. quid aliud
ret quiſquam? ut patriam proderet? tu vero ſic habeto, ſi pœ-
ab his conditionibus mandata Regulo dedere, ut ſi ea ex ſenten-
onficeret, liber eſſet; ſin minus, ad carceres rediret, optionem
ulo datam eſſe, utrum mallet eligendi, ut ſcilicet curandis man-
liber, aut non curandis in hoſtium poteſtate eſſet. non enim
abſoluta ſunt mandata, quibus premia, vel ſupplicia ſunt pro-
ta. nam qui ſupplicium ſubire velit, non continuo perjurus eſt
endus, ſi mandata negligat. ita Regulus accepit ea mandata,
, ſi feciſſet, præmium libertatis propoſitum habebat. ſi non
ſſet, compedes, & catenas. non fecit is mandata, num ſupplicia

recuſat? num perfidiæ accuſandus eſt is, qui Romam profectus eſ juratus ſe, niſi fieret id, de quo legatus erat, ad hoſtes rediturum & infecta re ſtatim rediit ad hoſtes? vides quanto plus patriæ chari tas apud eum, quam propria valuerit? profuit ergo patriæ, & præ ſtitit fidem hoſti regulus, nec quicquam fecit, aut dixit contra jus jurandum. at omni religione conſervata utilitatem patriæ jure, quan hoſtium antiquiorem habuit. Cætera ſunt multo leviora. nam quo negat Cælius virum ſapientem neque ſuum, neque reip. commodun intellexiſſe, fallitur. intelligebat enim ſuum ſe niſi contra jureju randum ſequi non poſſe. cui ſolam Cælius reſpiciens utilitatem præ textu tamen charitatis regerit uxoris, liberorum, totiuſque fami liæ benevolentiam, tum patriæ charitatem, & neceſſitudinum pi gnora. quæ cum Regulus obſtrictus religione pro minimo putarit durus illi nimium videtur. verum Cælius contra nimium fortaſſ mollis, ſi ea omnia tanta labe turpitudinis aſperſa optanda cenſuit hic autem cum ſine perfidia tot bonis & commodis frui non poſſet omnibus vir optimus carendum potius honeſte cenſuit, quam turpi ter fruendum, præſertim illis, ut ait M. Tullius temporibus, cun nullum vinculum ad ſtringendam fidem jurejurando majores arctiu eſſe voluerunt. Tantam vero utilitatem, quantam ipſe prædicat, e ſe Regulus in patriam redundare non exiſtimavit. non enim arrogan erat, nec tam eximiam virtutem ſuam judicabat, ut ea tantum im perium carere non poſſet. at liceat cuique de aliis magnifice quantum vis loqui. de ſe autem nemini. quare ſuo judicio noluit vanitatis, & ſtultitiæ crimen ſubire. ſed pergit Cælius, & ſententia vult Africa virum integerrimum cum infamia perfidiæ adhuc vivere. verum ſe ſus Africani longe diverſus eſt a tuo Cæli, ut cuique conſtare poteſ turpe eſt, fateor, minoris ſe facere, quam virtus, & ſplendor an mi, & rerum a ſe geſtarum gloria poſtulat. ſed longe turpius ha omnia fœdiſſima labe turpitudinis, quam poſtea nulla deleat ætas maculare. quare pace tua Cæli Regulum vehementer laudamus quippe qui nullo metu ſupplicii deterreri potuit, quo minus ſancti ſimum jusjurandum, & ſimul utilitatem, Deoſque patriæ ſervare quo quidem hoſtium cauſa facta eſt longe deterior, qui ſua imma nitate exemplum illud fidei, & juſtitiæ auſi ſunt extinguere. qu poſt hominum memoriam nullum unquam pulchrius extitiſſe con ſtat.

A L

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ALDI MANVTII P.F.

COMMENTARIVS

IN

M. TVLLII CICERONIS

CATONEM MAIOREM,

VEL

DE SENECTVTE.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

CLARISSIMO VIRO
OANNI DONATO.

BOnum omnes ſuſpiciunt, laudant, atque etiam ad id adipiſcendum natura impelluntur, *Ioannes Donate*, ampliſſime. ſed multos a virtutis via, quæ ad verum bonum ducit, aberrantes, id, quod ſpecie quidem bonum, re autem ipſa malum eſt, expetere ſatis conſtat. Multi rurſus ſunt, quos, ne male agant, pœnæ tantum metus deterret, eoſque tamen extra bonorum numerum collocandos, maloſque appellandos, ſapienter ceci- Poeta. Neque meliores videntur his, qui propter divitias, honorem, do- nationem, bene, non ſponte quidem, ſed velut inviti, agunt. Sed opti- ım illud, & cæleſte, ac pene divinum hominum genus cenſendum eſt, qui, ɔpoſita impunitate mali, vel etiam præmio, nihil turpe, nihil indecorum, ıil umquam flagitioſum admitterent, nihil in religionem, fidem, remp. entes, amicos, audendum eſſe exiſtimarent. Quorum Tu in numerum, vir ıpliſſime, non ſolum adſciſcendus es, verum omnium, quorum memo- m litteræ nobis commendarunt, princeps cenſendus, ſoluſque inter opti- ɔs optimus, & inter præſtantiſſimos quoſque præſtantiſſimus. ſed (id quod maxima felicitatis parte numerandum eſt) non alius de te ſenſus eſt homi- m: neque ingrata eſt Civitas, & Reſpublica, quæ, in Te tota converſa, ıſilium, tanquam Pythii Apollinis ab Oraculo reſponſa, petit. Equidem Catonem Porciæ gentis Principem tres ſummas in homine res præſtitiſſe unt. fuiſſe enim optimum oratorem, optimum ſenatorem, optimum im- ratorem. Quas omnes in Te eſſe ſummas, atque admirabiles, maximis, ac ficillimis ſuis temporibus, Veneta, omnium, quæ a prima uſque mundi gine fuerunt, nobiliſſima Reſp. non ſemel experta fuit. Et, licet Tibi num- am militarem rem attingere, & bellicas tuas virtutes ſimul cum aciebus ipſis ɔlicare, & manum cum hoſte conſerere, contigerit, (quod talis, & tanta ſp. talem, tantumque virum a ſe longius ablegandum numquam paſſa fue-) non tamen Tibi ſemel oblata eſt occaſio, domi, atque in toga, quantum hac militari laude poſſes, & ſententia, & conſilio, & quotidiano ſermone, in omni alia publica, privataque actione, declarandi. Hujus igitur viri me- oriam, quem Tibi ex omni antiquitate licet multo inferiorem ſimillimum men & his, quas dixi, virtutibus, & vitæ inſtituto, & moribus fuiſſe, di- e ſæpe ſolitus ſum, & mihi facile perſuadeo, cum ego ſemper eximio quo- m animi ſtudio jam inde a puero coluerim, omniaque ipſius dicta, ac facta, que etiam, quæ ejus perſonæ adſcripta ſunt diligenter obſervaſſem, & plera- e memoriæ mandaſſem: volui tandem Ciceronis de Senectutis laudibus alogum, in quo loquentem ipſum facit, meis illuſtratum commentariis, ıoque ampliſſimo nomini commendatum, typis mandare, ut & maximam ıdiorum, vitæ, morumque tecum cum Catone ſimilitudinem, & meam vobis opinionem, Tuique ſingularem obſervantiam, & mirificam de lit- atis viris benemerendi voluntatem ſimul teſtatam relinquerem. Vale. Ve- tiis. Kal. Iun. cIↄ. Iↄ XXCI.

IACOBI CRITONII SCOTI,

Ad Clariſſimum virum, Patritium Venetum,

IOANNEM DONATVM,

Ode.

DVm cupidus, tumiduſque Deo tua dicere facta,
Donate, quæro, maxime:
Mens deſideriis ardet, ſed lenta fatiſcit
Sub corde virtus anxio.
Non tenui tentanda videns freta turbida velo,
Tardoque Pontum remige,
Compreſſo fervore ſemel ſub pectore anhelo
Labore deſiſto gravi.
Sed nihil intonſus fruſtra mihi Cinthius umquam
Suaſit, vel alta numina.
Ergo Deum, & doctas ſæpe in mea vota camœnas
Rurſus invoco furens.
Tum mens evehitur multa ſeu candidus auro
Olor levatus evolat,
Præpetibuſque petit volitans ſublimia pennis,
Magnumque inane dividit.
Victorem armatæ flammis ſi Muſa Chimeræ
Canora vatis extulit,
Sive trucidantes immania monſtra, vel ipſum
Natum Marinæ Tethyos,
Aut Anchiſiadem, Priamerumque Hectora grande
Carmen poetarum beat,
Si vivunt Theronque, Hieronque, atque Ithacus ille,
Ob vana Clari ludicra,
Quos numquam obſcura ſub nube ſilentia condent
Oblivioſa Tartari,
Hoc opus o veſtrum, Muſæ, eſt. mihi cingite frontem,
Tempuſque Lauro Apollinari.
Nec deerit divos inter, regeſque deorum
Genus, Donato gloria.

M. TVLLII CICERONIS CATO MAIOR, VEL DE SENECTVTE,

Ad T. Pomponium Atticum.

Dialogi perſonæ,

SCIPIO. CATO. LÆLIVS.

CAPVT I.

C*Ato Major*] De hujus Dialogi inſcriptione ipſe Cicero in Lælii prooemio. Major, autem addidit, ad Minoris differentiam. nam moris quoque laudem Cic. ſcripſit. quo Cæſar Anticatonem litteris ndavit. Vide Plutarchum in Cicee.

De ſenectute] M. Terentius Varro ium & ipſe ſcripſit, Tithonum, γήρως. Demetrius quoque Phales περὶ γήρως nominatur a Laertio.

O Tite] Verſus antiquorum poetan apud Ciceronem ſæpe inſertos reriri, ſcribit Quinctil. lib. 1. cap. 3. quo vide ipſum Ciceronem lib. 2. Orat.

Siquid] Nonnihil, aliquantum. eat hoc amicitiæ mutuæ, cujus ofum eſt, tam mutuo admonere, am omnia communia reddere.

Adjuro] Sic lego, pro, *adjuvero*, od legitur in vetere meo: & in alio m ſcriptum eſſe, Langius notat. relui omnes viginti, (nam in hoc li emendando uno & viginti utor iptis, meis) *adjuto*. *Adjurit*, Ter. orm. act. 3. ſc. 3.

Levaſſo] Pro, *levavero*. antiquè tum. ſic, *nemo ſeparatim habeſsit deos*. Et, *ſi aliquiſim occiſit*. Vnus meus, *relaxo*.

Quæ nunc te coquit] Ad Q. fratrem: *Vaticinii odia non ſorbeo ſolum, ſed etiam concoquo*.

Et verſat ſub pectore fixa] *Sub pectore*: in extrema parte pectoris, ore ſtomachi. Vnus, *& verſat tibimet in pectore fixa*. Vnus, *& verſatur in pectore firma*. Vnus, *& verſatur in pectore fixa*. Tres, *& verſat in pectore fixa*. Duo, *verſatur pectore fixa*. Quinque, *verſatque in pectore fixa*. Vnus, *verſatque in pectore firma*. Vnus, *& vexat in pectore firma*. Vnus, *vexatque in pectore fixa*.

Ecquid] Venuſtatis quiddam habet. quale apud Terentium Eunucho:

Ecquis me vivit hodie fortunatior?

Præmii] Sic quattuordecim mei. Septem, *pretii*.

Mihi affari te] Ε'μφατικῶς: amiciſſimo amiciſſimum.

Flaminium] L. Quinctium Flaminium, L. Quinctii Flaminii fratrem, quem Ennius his verſibus alloquitur, Galliæ proconſulem, a Catone cenſore ſenatu motum, & ignominia notatum, propter quendam, quem ad preces, ſive amaſii, ſive amicæ, vel ſua manu occiderat, vel ſecuri percuſſerat: qui ex Macedonia, & Philippo rege triumphavit anno ab V. C. DLIX.

Haud magna cum re] Iocus. nam, cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

cum vellet dicere, Locuples teſtis, ex conſuetudine Latini ſermonis, recordatus ejus inopiæ, dixit, *haud magna cum re.* Sic omnes mei libri. & Ennius ipſe in Annalibus:

Certantes magna cum cura, tamen cupientes
Regni dant operam. ſimul auſpicio, augurioque.

Sed fide plenus] *Sed plenus fide*, duo. reliqui, *ſed plenus fidei.*

Sollicitari te, Attice] *O Attice*, unus. In uno deeſt τὸ, *te. Tite*, ſex. *O Tite Attice*, unus.

Noctesque dieſque] Νύκτας τε, καὶ ἤματα πάντα.

Moderationem animi tui] Qui neque ſecundis rebus efferaris, nec adverſis deprimaris. quod magni animi eſſe, ait Ariſtoteles, quod pari faſtigio ſteterit in utraque fortuna. ait Nepos.

Et æquitatem] Æquum animum, æquanimitatem.

Cognomen] Nepos: *Hoc ſpecimen prudentiæ, quod, cum in eam ſe civitatem contuliſſet, quæ antiquitate, humanitate, doctrinaque præſtaret omnes, ei nunc ante alios fuerit cariſſimus. Huc ex Aſia Sulla decedens cum veniſſet, quamdiu ibi fuit, ſecum habuit Pomponium, captus adoleſcentis, & humanitate, & doctrina. ſic enim Græce loquebatur, ut Athenis natus videretur: tanta autem ſuavitate ſermonis Latini, ut appareret nativum quendam leporem eſſe, non adſcitum. Idem poemata pronuntiabat & Græce, & Latine ſic, ut ſupra nihil poſſit addi.*

Humanitatem] Doctrinam, ſcilicet, eruditionem. unde *humaniores litteræ.* Cornelius Nepos: *Atticus & principum philoſophorum ita percepta habuerat præcepta, ut iis ad vitam agendam, non ad oſtentationem, uteretur.*

Prudentiam] In diſſimulando dolore animi: ne tyrannus offenſus magis ſæviat. quod Ciceronem, Tulliolæ obitum parum moderate ferentem, monet Sulpicius.

Iiſdem rebus] Reip. perturbatione.

Meipſum] Qui non modo, ut tu, philoſophiam didici, ſed alios docendos, & animi perturbationibus levandos ſuſcepi.

Interdum] Majores enim vires ſunt naturæ, quam diſciplinæ.

Gravius] Quam deceat, vel quam doctrina permittat.

Et major eſt] Nam, quo major dolor, eo major conſolatio requiritur.

Et in aliud tempus differenda] Non enim licet, ob tyrannum.

Onere] Onus, cum advenit: quod dum abeſt, deſideramus.

Adventantis] Horatius:

Eheu fugaces. Poſtume, Poſtume,
Labuntur anni: nec pietas moram
Rugis, & inſtanti ſenectæ
Afferre, indomitæque morti.

Seneca:

Rota præcipitis vertitur anni.

Ovidius:

Vtendum eſt ætate: cito pede labitur ætas:
Nec bona tam ſequitur, quam bona prima fuit.

Meipſum] Ne imitari videar malos medicos, qui in alienis morbis ſe profitentur tenere medicinæ ſcientiam, ſeipſos curare non poſſunt.

Levari volo] *Levare*, unus.

Modice] Pro, *modeſte.* ſic locutus in oratione pro Plancio, & lib. III. de Leg. non longe ab extremo. ſic omnes mei libri, uno excepto, in quo, *modeſte.*

Certo ſcio] *Certe ſcio*, quindecim mei.

Dignus eo munere] Atqui ſcriptores ſemper cupiebant ſcripta ſua dignis hominibus commendare: quorum utinam nunc eſſet copia.

Vterque noſtrum] Amicorum enim omnia communia.

Satis laudari] Satis laudari digne, novem. Satis digne laudari, quinque. Digne ſatis laudari, unus.

Philoſophia poterit] Ord. præp. *quinque.*

De ceteris] Philoſophiæ laudibus.

Sæpe dicemus] Propoſitum enim ei erat, totam philoſophiam Latinis litteris illuſtrare.

Hunc vero librum] *Vero*, abeſt ab omnibus. in duobus, *hunc autem librum.*

De ſenectute ad te] Ord. præp. decem ſeptem.

Tithono] Laomedontis filio. qui cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

...d ab Aurora adamatus eſſet, ab ea- ...in cælum ſublatus, illius ſucco ...enctus eſt. atque ob id ad eam ...ctutem pervenit, ut petiverit ſe in ...idam converti: quod genus cantan- ...mori ferunt. Horatius:

...bſtulit clarum cita mors Achillem:
...nga Tithonum minuit ſenectus:
...rſan & nobis, tibi quod negavit,
Contulit hora.

...: Comm. in Hom. Il. λ. & Οδ. ε. ... Æn. IV. Hygin. cap. CCX.

...riſto Chius] De quo Laertius.

...uo majorem auctoritatem] In Lælio. *...us hoc ſermonum, poſitum in homi- ... veterum auctoritate, & eorum il- ...ium, plus neſcio quo pacto videtur ...re gravitatis.*

...alium] Sapientem dictum prioris ...ii filium. Phil. XI.

...cipionem] Africanum minorem, ...li filium.

...acile ſenectutem ferat] Ῥαδίως φέ- ... τὸ γῆρας, Plato.

...racis litteris] Quas natu grandior, ...idiniæ prætor, ab Ennio didiciſſe ...tur.

...ententiam] Quod animo ſentimus. ...νοιαν. Vide Quinctilianum lib. IIX. ... 5.

CAPVT II.

...Vm C. hoc Lælio] Cum hoc C. Læ- lio, decemnovem. unus, Cum ... Lælio.

...Ceterarum rerum] Quas in Lælio e- ...merat: Cato, quia multarum re- ...m uſum habebat, multaque ejus & ...ſenatu, & in foro vel proviſa pru- ...nter, vel acta conſtanter, vel reſpon- ...acute ferebantur, propterea quaſi ...gnomen jam habebat in ſenectute ...pientis.

...Quod numquam gravem tibi ſenectu- ...n eſſe perſenſerim] Vndecim, Quod ...mquam ſenectutem tibi gravem eſ- ...ſenſerim. quinque, Quod num- ...am tibi ſenectutem gravem eſſe ſen- ...rim. unus, Quod numquam ſene- ...utem tuam gravem tibi ſenſerim. ...nus, Quod numquam ſenectutem ...avem tibi omnem ſenſerim. unus, ...uod numquam ſenectutem tuam ...avem tibi perſenſerim. Duo faciunt cum impreſſa lectione, præterquam quod pro Perſenſerim habent Senſe- rim.

Onus Ætna gravius] Ex Euripide in Herc. Furente:

ἁ νεότας μοι φίλον,
τὸ δὲ γῆρας ἄχθος αἰεὶ
βαρύτερον Αἴτνας σκοπέλων
ἐπὶ κρατὶ κεῖται.

Vide Muretum Var. lect. lib. VII. cap. 15. De Ætna autem Pindarus Ode 4. Olymp. Ode prima Pyth. Virg. 3. Æn. Agell. lib. XVII. cap. 10. Macrobius lib. V. cap. 27. Claudianus lib. I. de raptu, Silius lib. XIV. Lucretius. Strabo lib. VI. Pomponius Mela, de Sicilia, lib. 2. Plinius lib. II. cap. 106. lib. III. cap. 8. Solinius cap. XI. Oroſius lib. XI. cap. 12. Auguſt. de Civ. lib. III. in fine, Iuſtinus in principio libri IV. Græcus ſenarius Senectutem grave onus dicit: χαλεπὸν τὸ γῆρας ἐστιν ἀνθρώποιν βάρος.

A ſeipſis petunt] Sic omnes libri, uno excepto, in quo, *in ſeipſis ponunt.*

Quod naturæ neceſſitas afferat] Euripides:

Δεινῆς ἀνάγκης οὐδὲν ἰσχύει πλέον.

Id eſt:

Neceſſitatis omnium vis maxima.

Et Heſiodus.

Eandem accuſant adepti] Sic legendum, ex duodecim meis libris. In Græco, κτησάμενοι. Martialis:

Quod ſis, eſſe velis, nihilque malis.

Antiphanes apud Stobæum:

Ὠνειδίσας μοι γῆρας, ὡς κακὸν μέγα
οὗ μὴ τυχόντι θάνατός ἐστ' ἡ ζημία.
οὗ πάντες, ἐπιθυμοῦμεν, ἂν δ' ἔλθῃ ποτὲ
ἀνιώμεθ' οὕτως ἐσμὲν, ἀχάριστοι φύσει.
τοῦ ζῆν γὰρ οὐδεὶν, ὡς ὁ γηράσκων ἐρᾷ.

Et Theres, apud Euripidem:

ὀλίγον μὲν τὸ ζῆν, φίλον δέ.

Inconſtantia] Quia diſſentiunt a ſeipſis.

Stultitia] Quia ſine cauſſa.

Perverſitas] Quia mentis, animique vitio. eſt enim *perverſitatis* major, quam *ſtultitiæ*, culpa. excuſationem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

enim aliquam habet ſtultitia, perverſitas non habet: in qua rationem depravata voluntas vincit. itaque accedere ad improbitatem videtur, cujus expers ſtultitia eſt. ep. 7. lib. 1. Fam. *Quamquam eſt incredibilis hominum perverſitas, (graviori enim verbo uti non libet)* &c. *Ineſt*, pro *eſt*, octo. Septem ord. præp. *Stult. inconſt. Stultitiæ inconſtantia*, unus. *Tanta eſt hominum inconſt.* &c. unus.

Obrepere ajunt eam citius quam putaſſent] Plato in Axiocho: Λαθὸν ὑπεισῆλθε τὸ γῆρας. Sumpſit ex Menecrate poeta, apud Stobæum:

Γῆρας ἐπὰν μὲν ἀπῇ, πᾶς εὔχεται.
ἢν δ᾽ ἤ ποτ᾽ ἔλθῃ, μέμφεται.

Idem tradit Ovidius Faſt. I. & VI. & de Arte amandi III. Auſonius:

Seneſcimus, effugit ætas.

Et Satyricus,

——— *Obrepit non intellecta ſenectus.*

Quis coegit] Nam dicere, *non putaram*, turpe eſt.

Cum effluxiſſet] Perinde enim eſt, ac ſi numquam fuiſſet.

Nulla conſolatione] Nulla tamen conſolatione, ſeptem. Nulla cum conſ. unus. Conſolatio, duo.

Stultam ſenectutem] Μετωνυμία. continens pro contento.

Si ſapientiam meam admirari ſoletis] Quam Lælius in dialogo de Amicitia ſuæ pari modeſtia prætulit: immo Socrati, Apollinis judicio ſapientiſſimo, antepoſuit: quod illius tantum præclare dicta, hujus etiam egregie facta laudarentur.

Noſtroque cognomine] *Veſtroque cogn.* octo. non placet. M. enim Cato, & C. Lælius nominati Sapientes. vide lib. III. de Off.

Naturam optimam ducem] Quam ſequentibus omnia expedita ſuccedunt. Seneca Ep. lib. XXII. ep. 122.

Tamquam deum] Nam *errare humanum eſt*, non divinum. Plin. lib. II. cap. 1. Naturam deum facit. Cic. III. de Fin. *Tempori parere ſequi deum, ſe noſcere, nihil nimis.*

Eſſe aliquod extremum] *Aliquid*, Omnes mei. Duo, *aliquid eſſe extr.* Vnus, *aliquid fuiſſe extr.*

Baccis terræque frugibus] Cic. I. de Leg. *Nec ſolum ea, quæ frugibus, atque baccis terræ fetu perfunduntur, ſed etiam pecudes Ovidius, Ingrataſque, vocat, nec frugum munere dignas.*

Maturitate tempeſtiva] Vide Agellium lib. X. cap. 11.

Vietum] Languidum, ſine vi, naturalibus viribus privatum. Feſtus. *Vietus ſenex*, Terentio: *Vieta membra*, Horatio: *Vieta veſtis aranei*, i. tela, Lucretio. *Vietus locus*, Catoni: *Vieta ficus*, Columellæ.

Cadúcum] Ad caſum pronum.

Molliter] Non effeminate, & parum viriliter: ſed, animo leni, & non iniquo.

Gygantum more] *Gygantium*, unus. *Modo*, quinque. *More gygantum*, unus. *Gygantes bellare*, unus. Gygantomachiam ſcripſerunt Heſiodus in Theogonia, Virg. Georg. I. Ovid. Metam. I. & V. & Claudianus, De fabulæ mythologia Macrobius Sat. lib. 1. cap. 20. Theognis:

οὐκ ἔστι θνητοῖσι πρὸς ἀθανάτους μαχέσασθαι,
οὐδὲ δίκην εἰπεῖν. οὐδενὶ τοῦτο θέμις.

Bella movere nefas, litemque intendere divis,
Mortales, vetitum eſt. hoc tibi nemo dabit.

Vt etiam pro Scipione pollicear] Sic de Amicitia: *Pro hoc, qui minor eſt natu, meo jure ſpondeo.*

Quoniam volumus, (ſperamus quidem certe)] *Quoniam ſperamus, volumus quidem certe*, tres. *Quoniam ſperamus, & voluimus quidem certe*, duo. *Quoniam ſperavimus, voluimus quidem*, unus. *Quoniam ſperamus, & voluimus quidem*, unus. *Quoniam ſperamus, & volumus quidem*, ſeptem. *Quoniam ut ſperamus & volumus*, unus. *Quoniam ſperamus, volumus certe*, unus. *Quoniam ſperamus, & volumus quidem certe*, quinque.

Faciam vero, Læli] Annuentis. De Fin. Tuo vero id arbitratu. Tuſc. V. Tu vero, ut videtur. Terentius: Laudas eos, qui heros fallunt? Cui reſpondet ſervus: Ego vero laudo.

Volumus ſane, niſi &c.] Sunt hæc verba Socratis ad Cephalum Athenienſium oratorem, I. de Rep. unde tota hujus ſermonis ratio deſumpta eſt.

Mo-

oleſtum eſt tibi] Τὸ *tibi*, abeſt a ...ecim. Vnus, *ni.* Vnus, *niſi* mo-...um eſt, M. Cato.

...uam nobis quoque ingrediendum ſit] ... obſervata figura multos potuit in ...em inducere. Nos & veteres li-... undecim, in quibus eſt, *quam*, ..., ut in vulgatis, *qua*, & conſue-...nem ſecuti Latini ſermonis, repo-...us, *quam.* Cujus generis exem-...ubſcribam. In Vatinium: *Eripue-...enatui provinciæ decernendi poteſta-* Terentius: *Novarum ſpectancti.* ...ecyra: *Ejus videndi.* cum de mu-... loquatur. Quo loco vide Dona-... Et hic, infra: *Notandum putavi ...nem.* Et Tuſc. I. *Iphigenia Aulide ... ſe immolandum jubet.* Quæque ab ...rto Giſanio, præſtantis induſtriæ ..., quemque Venetiis aliquando ...iliariter novi, obſervata eſſe video: ...conis lib. III. de re ruſt. *Acus ſub-...endum gallinis parturientibus.* Ejuſ-..., eodem libro: *Eas haras ſubſter-...lum palea.* Virgilii:

——— *Pacem Trojano ab rege petendum.*

...retii lib. I.

...œnas timendum.

...dem lib.

...ulta agendum.

...dem:

...ons corpora privandum.

... II.

Addendum partes alias.

... III.

...aciendum eſt animam ſenſibus auctam.

...le de hoc Platonem lib. VII. Pol.

CAPVT III.

...Ares cum paribus, &c.] Ar. Rhet. II. Ἧλιξ ἥλικα τέρπει. Et Plato ... Sympoſio, in Lyſia, & de Rep.

Quas C. Salinator, quas Sp. Albinus ...lorare ſolebant] Durum videri poteſt, ...plorare querelas: niſi putemus u-...patam eſſe vocem continentem pro ... quæ continetur. querebantur enim ...ectutis incommoda, eaque deplo-...bant.

Tum, quod voluptatibus carerent] ...ato Polit. I.

Tum, quod ſpernerentur ab iis, a quibus eſſent coli ſoliti] Hinc vere Terentius:

Omnes ſibi malle melius eſſe, quam alteri.

Et Ovidius:

Vulgus amicitias utilitate probat.

Et paullo poſt:

——— *en detrahe menti*
Spem fructus avidæ: nemo petendus erit.

Et Polynices, apud Euripidem:

Εὖ πρᾶσσε. τὰ τῶν φίλων οὐδὲν, ἤν τις δυστυχῇ.

Id eſt:

Cura, ut bene tibi ſit. nulla enim ſunt in calamitate amicorum ſubſidia.

Sine querella] Non quærulam.

Moderati] Qui cupiditatibus, voluptatibus, & iracundiæ moderentur.

Nec difficiles] Qui nec æquas petitiones reſpuant, nec modicis delictis veniam negent, nec neceſſe habeant omnia pro ſuo jure agere: apud quos & cognoſcendi, & ignoſcendi peccati locus ſit.

Nec inhumani] Comes, benigni, non importuni, & moroſi: qui habent aliquid juvenilis hilaritatis.

Importunitas autem & inhumanitas] Quæ ipſa vitia modo dicta ſunt.

Omni ætati] Omni ætate, ſex mei. & ita Græce.

Lælius. Eſt, ut dicis, Cato: ſed fortaſſe dixerit quiſpiam, tibi, propter opes, & dignitatem tuam tolerabilem ſenectutem videri: id autem non poſſe multis contingere. Cato. *Eſt iſtud quidem, Læli, aliquid: ſed nequaquam in iſto ſunt omnia: ut Themiſtocles fertur Seriphio cuidam injurgio reſpondiſſe: cum ille dixiſſet, non eum ſua, ſed patriæ gloria ſplendorem aſſecutum: Nec hercle, inquit, ſi ego Serephius, nobilis: nec tu, ſi Athenienſis eſſes, clarus umquam fuiſſes*] Cum hunc locum ex Platonis lib. I. de Rep. ſumptum eſſe conſtet: mirari ſatis non poſſum, qui venerit in mentem nonnullis, reponere, *ignobilis*, pro *nobilis.* nam in Platone quidem legitur Ὀνομαστός. quem locum Cicero paullo liberius, ſuo more, convertit: quippe pro unico verbo Ὀνομαστός, quod in Platone ad Themiſtoclem ſimul, & Seriphium quendam pertinet, duo retulit: & de Themiſto-

miſtocle, *nobilis* : de Seriphio, *Clarus*, dixit. verum Platonis locum ſubſcribemus, atque etiam ad verbum interpretabimur: quod ob eam cauſſam neceſſarium videtur, quia Latina Platonis converſione, quæ in pleriſque libris mendoſa eſt, utuntur multi. Τὸ τοῦ Θεμιστοκλέους εὖ ἔχει, ὃς τῷ Σεριφίῳ λοιδορουμένῳ, καὶ λέγοντι, ὅτι οὐ δι' αὐτὸν, ἀλλὰ διὰ τὴν πόλιν εὐδοκιμοῖ, ἀπεκρίνατο, ὅτι οὔτ' ἂν αὐτὸς Σερίφιος ὢν, ὀνομαστὸς ἐγένετο, οὔτ' ἐκεῖνος, Ἀθηναῖος. καὶ τοῖς δὴ μὴ πλουσίοις, χαλεπῶς δὲ τὸ γῆρας φέρουσιν, εὖ ἔχει ὁ αὐτὸς λόγος, ὅτι οὔτ' ἂν ὁ ἐπιεικὴς πανύ τοι ῥαδίως γῆρας μετὰ πενίας ἐνέγκοι· οὔθ' ὁ μὴ ἐπιδικὴς πλουτήσας, εὔκολός ποτ' ἂν ἑαυτῷ γένοιτο. Latine ſic: *Bene Themiſtocles, qui Seriphio convicianti, ac dicenti, non propter ipſum, ſed propter civitatem clarum eſſe, reſpondit, neque ipſum, ſi Seriphius eſſet, ſplendorem aſſecuturum fuiſſe: neque illum, ſi Athenienſis. ſimiliter in eos, qui inopia laborant, nec ſenectutem facile ferunt, idem ſermo convenit. nam neque moderatus admodum facile ſenectutem cum inopia patiatur: neque immoderatus dives moleſtia unquam vacet.* Idem Themiſtoclis reſponſum in ejus vita, & in Apophtegm. Plutarchus, idem, omiſſa tamen Seriphii mentione, Herodotus quoque recitat: & apud Plutarchum, Ἔνδοξος, apud Herodotum, Ὀνομαστὸς, ſcriptum eſt. Quorum conſenſu mendi ſuſpicio tollitur. niſi ſi quis clariſſimis etiam rebus tenebras offundere conetur. Sed omittamus hiſtoriam cui non valde patent eorum aures, qui Græce neſciunt: perpendamus ſententiam, & ad eam Themiſtoclis exemplum accommodemus. Propoſitum Ciceroni videtur, vel Platoni potius, a quo Cicero ſumpſit, ut ſenectutem & inopi ſapienti, & diviti inſipienti gravem eſſe oſtendat. utrique enim aliquid deeſt ad tolerandam ſenectutem: inopi ſapienti, rei familiaris adjumenta: diviti inſipienti, ſapientia. hoc plane Ciceronis illa verba declarant: *Nec enim in ſumma inopia levis eſſe ſenectus poteſt, ne ſapienti quidem: nec inſipienti, etiam in ſumma copia, non gravis.* quod Plato Græce dixit hoc modo: Οὔτ' ἂν ὁ ἐπιεικὴς πανύ τοι ῥαδίως γῆρας μετὰ πενίας ἐνέγκοι, οὔθ' ὁ μὴ ἐπιεικὴς πλουτήσας, εὔκολός ποτ' ἂν ἑαυτῷ γένοιτο. Quo loco, pro ἐπιεικὴς, &, μὴ ἐπιεικὴς, dixit Cicero, *Sapiens*, & *Inſipiens* : quod eſt proprie, *moderatus*, & *immoderatus*. Sed, ut dixi jam, paullo liberius Cicero, nec tamen male, vertit: ſi quidem, & qui moderatus, idem ſapiens, & qui ſapiens, idem moderatus eſt. Comparantur igitur inter ſe inops ſapiens, & dives inſipiens: nec tantum aut apud inopem ſapientia, aut apud inſipientem divitiæ valent, ut ſenectutem agere tolerabilem queant. quod ſi adimatur vel inopia ſapienti, vel inſipientia diviti, ut cum ſapientia divitiæ conjungantur: æquo animo feretur ſenectutis onus. Cum hac ſententia, quis non intelligit, dictum Themiſtoclis optime congruere? nam, quemadmodum ad ferendam ſenectutem valent aliquid opes, & copiæ, nec tamen in iis omnia ſunt; quia, niſi ſapientia ſimul aderit, ſenectus levis eſſe non poterit: ſic ad hominum decus, & ornamentum valet omnino aliquid patria, nec tamen in eo ſunt omnia: quia, ſi quis virtute careat, is, vel in patria nobiliſſima natus, claritatem aſſequi nullam poterit. itaque nec Themiſtocles, ſi ei contigiſſet, ut in humili, obſcuraque inſula Seripho naſceretur; nec Seriphius ille, ſi Athenis, clarus unquam fuiſſet. porro, cum Seriphio illi non tam patriæ gloria, quam ipſius virtus defuerit: non videtur conferendus neque cum ſene inopi ſapiente, neque cum divite inſipiente: quorum alteri ſenectutem inopia, alteri inſipientia gravem facit: ſed ei ſeni ſimillimus eſt, cujus ad miſeriam addi nihil poteſt, cum neque res domeſtica ſubſidio eſt, neque ſapientia ſolatio. nam ſenectus inopi ſapienti gravis eſt, diviti inſipienti gravior, inopi ſimul & inſipienti graviſſima. atque hoc tertium ſenectutis miſerrimæ genus indicat Cicero, cum ait: *Ne ſapienti quidem.* nam ſeni ſapienti quidem inopi levis eſſe ſenectus non poteſt: ſequitur, ut inſipienti inopi

gra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

miſſima ſit. Fieri autem graviora ſe-
ectis incommoda, ſi abſit ſapien-
quam ſi copiæ, tum Plato ipſe,
etiam Cicero, ſiquis eorum ver-
ligenter inſpiciat, perſpicue de-
ſtrant. Ac ſeni quidem inopi ſa-
i Themiſtocles, ſi in Seripho in-
natus eſſet, ſimilis fuiſſet; diviti
n inſipienti Seriphius ille, ſi A-
s. Quocirca hoc etiam modo
niſtocles Seriphio præſtitiſſet. Nec
potuit acutius reſpondere, aut
eſtius. nam & cum homine pa-
vituperavit: & ſuam laudem
patriæ laude conjunxit. Satis hæc
ntur, ut Ciceronis pulcherrima
ntia conſervetur, adjuncto præ-
m antiqui libri teſtimonio, quem
meo, præſtans eruditione, at-
integritate vir, omnique plane
e cumulatus, ac de nobis quidem
etua multorum annorum benigni-
optime meritus, Gulielmus Sir-
s Cardinalis, ut ad communem
tatem uteretur, donavit. in eo li-
, non obſcuris litteris, *nobilis*, ſcri-
m video. ut jam neminem fore ar-
r, niſi ſi quem a veritate perti-
a detorſerit, qui Platonis, Hero-
, Plutarchi teſtimonio, libri ve-
s auctoritati, &, quod caput eſt,
eronis ipſius ſententiæ, infirmam,
nem, & plane falſam conjecturam,
eat opponere. Alius meus liber,
ignobilis.

t Themiſtocles fertur] Sunt, qui,
non ſat bonum loquendi genus
, jurejurando affirment. quos re-
unt ipſa exempla. nam de nat. de.
III. de Solibus loquens: *Quartus,
, quem heroicis temporibus Achanto
odi peperiſſe dicitur, avum Ialyſi, Ca-
i, & Lindi. quinctus, qui Colchis
tur Axeram, & Circen procreaviſſe.*
Lælio quoque: *Quod Tarquinius
iſſe fertur.* ſic enim emendo, ex
ctoritate quattuor meorum libro-
n.

Nec *inſipienti, etiam inſ.* &c.] *Nec
idem inſipienti*, & in ſ. tres.

Afferunt fructus] Sic quattuor. *Ef-
unt*, quattuordecim. *Efferent*, u-
s. *Efficiunt*, unus. *Effecerunt*, unus.
Verrem: *Id perdere aratorem, quod
, ſegeteſque extuliſſent.* De Clar. or.
*Ager, qui multos annos quieviſſet, ube-
riores efferre fructus ſolet. Mirificos effe-
runt fructus*: de quibus videndus Iſo-
crates in proœmio Parænefeos.

Non ſolum, quia numquam deſerunt] Adverbium, *quia numquam*, eſt in meis antiquis libris: & recte. quod obſervatione Latini ſermonis facile perſpexi. Aut enim dicebant veteres, exempli gratia, Non amat ne propinquos quidem ſuos; ſequentibus, poſt verbum, *amat*, *ne quidem*. Aut: *Ne propinquos quidem ſuos amat*; ſequente verbo *amat*, poſt *ne quidem*. ſimiliter hoc in loco uſitate, & proprie duobus modis loqui Cicero potuit, vel, ut locutus eſt, *non ſolum quia numquam deſerunt, ne extremo quidem tempore ætatis*, vel, *non ſolum quia ne in extremo quidem tempore ætatis*, vel, *non ſolum quia ne in extremo quidem tempore ætatis deſerunt*. Nec tamen, ſublato *numquam*, ſententia mutaretur. Hoc in loco mirari equidem non ſatis poſſum, elegantis ingenii viros, beneque de litteris meritos, quibuſdam ſcriptis libris adductos, a quibus abeſt *numquam*, quod tamen, ut dixi, eſt in omnibus meis, parum, ut videtur, obſervato Latinæ linguæ uſu, pariter in mutatione conſenſiſſe. Rectene, an ſecus, alii quoque judicent. ego meam ſententiam oſtendi; &, ut arbitror, ſatis probavi. nec mihi tamen tantum aſſumo, ut eruditis hominibus judicandi facultatem ereptam velim.

Conſcientia bene actæ vitæ, multorumque benefactorum recordatio jucundiſſima eſt] Ariſtoteles quoque Rhet. lib. II. in jucundis numerat. *Conſcientia, mille teſtes*, in adagio. Et Satyricus:

——— prima eſt hæc ultio, quod ſe
Iudice nemo nocens abſolvitur.

Benefactorum] Ennius:

Benefacta male locata, malefacta arbitror.

CAPVT IV.

E*Goque Maximum*] *Ego quidem Q. Maximum*, tres. *Ego quidem Maximum*, unus.

Eum qui Tarentum recepit] Calabriæ metropolin. Strabo lib. VI. Pompo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

nius Mela lib. II. Plin. lib. III. cap. II. Bello Punico II. ad Hannibalem defecit. præſidium tamen Romanorum, cujus erat dux Livius Salinator, in arcem ſe recepit. Q. Fabius Maximus eam recuperavit, militibuſque diripiendam tradidit. Livius lib. XXVII. Silius lib. XV. Plut. in Fabio Max. ſcriptor de viris ill. Aug. de Civ. D. lib. I. cap. 6.

Senem adoleſcens] Ætatis inæqualitas amicitiæ noſtræ nihil incommodavit.

Erat in illo viro comitate condita gravitas] Sic Fam. lib. XII. ep. 27. *Eſt ita temperatis, moderatiſque moribus, ut ſumma ſeveritas cum humanitate jungatur.* Eadem laus Attico tribuitur: *Ejus comitatem non ſine ſeveritate fuiſſe, neque gravitatem ſine facilitate. ut difficile eſſet intellectu, utrum eum amici magis vererentur, an amarent.* Et Iſocrates ad Nicode.

Anno enim poſt, quam conſul primum fuerat, ego natus ſum] In librorum varietate, omnes tamen fere conſentiunt, ita legentes: *Anno enim poſt conſul primum fuerat, quam ego natus ſum.* Reliqua cum impreſſa noſtra lectione.

Ad Capuam] Contra Grammaticos.

Quem magiſtratum geſſi conſulibus Tuditano, & Cethego] Secutus ſum eorum ſententiam, qui Catonis quæſturam, non præturam, hic ſignificari putant. nam, ſi prætor fuiſſet his conſulibus: non tam longe diſtaret a prætura conſulatus ejus, quem geſſit annis novem poſt hos conſules, ut Faſti Capitolini declarant. talis enim viri perſpectæ virtuti tam ſero tributum eſſe conſulatum, cui veriſimile videretur? geſſit igitur quæſturam iis conſulibus, non Romæ, ſed in Africa. nam cum P. Scipione, non conſule, ſed proconſule in Africa profectum eſſe, docet hiſtoria.

Legis Cinciæ de donis & muneribus] Tacitus legem *Titiam* mendoſe nominat, qua antiquitus cavetur, ne quis ob cauſſam orandam pecuniam, donumve accipiat. Vide Livium lib. XXXIV. Feſtum, Cic. I. de or. & I. ad Att.

Vt adoleſcens] Alacritate animi, non temeritate juvenili.

Hannibalem, juveniliter exſultanten
patientia ſua molliebat] Qui pro *mollie*
bat, *moliebatur* reponunt, pulcherr
mum verbum e ſuo loco ſine cauſſ
extrudunt: qui retinent, iis habend
gratia eſt. cum & ſententia, & vete
res libri, & auctoritas Nonii coden
concurrant. Quod autem iidem illi
qui mutant, verbum *mollire* alienu
eſſe putant a ſententia, mihi contr
videtur: quia aptius nihil exiſtimo
at, *moliebatur*, minime hunc in lo
cum convenire, cum ad alia, ſed diſ
ſimilia, proprie, & eleganter uſurpe
tur. Eſt autem, *mollire*, pro, Effice
re, ut minus exſultaret, qui ſuperio
ribus victoriis, ducumque Romano
rum inſcitia, exſultare ſolitus era
Quis autem ignorat, molles qui ſunt
modeſtius agere, nec temere exſulta
re ſolitos eſſe? Ergo Fabius patienti
ſua, quia locum committendi proeli
acerrimo duci Hannibali, pugnand
cupido, numquam dabat, reprime
bat eum, nec ſinebat, ut antea, ju
veniliter exſultare, ſed molliorem
quietioremque reddebat, quia ſib
cum ſapientiſſimo duce, nihil per im
prudentiam, temeritatemve peccan
te, quibus antea vitiis res Romana la
boraverat, negotium eſſe intelligere
Secus autem fecit, quam Cleonbro
tus, & Callicratidas, qui cum patri
pernicie ſuccubuerant.

Cunctando] Inde Cunctatoris co
gnomen adeptus. Livius, Plutarchus
Polybius lib. III. Florus lib. II. cap. 6
Prima, inquit, redeuntis, ſed (ut ſi
dixerim) *reviviſcentis imperii ſpes Fa*
bius fuit, qui novam de Hannibale vi
ctoriam commentus eſt, non velle pugna
re. hinc illi cognomen novum, & reip
ſalutare, Cunctator. hinc illud ex po
pulo, ut Imperii ſcutum vocaretur.

Non ponebat enim &c.] Propter con
vicium ſtulti populi, & magiſtri equi
tum Q. Minucii obtrectationes, & in
jurias, non diſcedebat a ratione con
ſiliorum ſuorum.

Ergo poſtque magiſque] Sic legitu
lib. I. Off. ſic eſt & in undecim meis
Vnus, *ergo poſt magiſque.* Duo, *erg*
poſtque magis. Vnus, *ergo magiſqu*
magiſque. Duo, *ergo magis magiſque*
Vnus, *ergo magis atque magis.* Vnus,
erg

prius, *magiſque*. Vnus, *ergo pri-* *magiſque*. Vnus, *ergo magiſque*. Ex nii XII. Annali. Macrobius. Quem gilius eſt imitatus:

nus qui nobis cunctando reſtituit rem.

e & Livium lib. XXX.

alinatori] C. Livio Salinatori, ar- Tarentinæ præfecto, ut ait Poly- s lib. IIX. nam M. Livius Salina- , geſto ante multos annos conſu- , Tarentum privatus profectus n eſſet. ut omittam, quod Taren- quo anno amiſſum eſt, non vi- ur eſſe potuiſſe. exſulabat enim, uli judicio damnatus ex conſula- nec, niſi anno ante, quam Ta- tum a M. Fabio V. conſule rece- m eſt, in urbem rediit, opera, & eficio conſulum Marcelli, & Læ- i. At Cicero Salinatorem vocat. id tum? num ideo ſequitur, ut ſit Livius Salinator? quaſi vero, præ- M. Livium, non potuerint alii Sa- atores eſſe: cum ſupra quoque C. inatoris mentio facta ſit. cujus nomine adducor, ut eundem ſuſpi- eſſe, quem hic Cicero nominat: idem & Polybius Cajum appellat m, qui acri Tarentinæ præfuit. T. ius M. Livium nominat. facit cum cerone Plutarchus.

Certe, inquit, ridens] Sic de Div. II. *bem philoſophiæ proditis, dum caſtella enditis.* Hoc autem dicit, ut Sali- orem accuſet, qui magno alieno ore partem gloriam verbis in ſe nſmovet. Cic. de Orat. II. de Iocis, Livius lib. XXVII.

Nec vero in armis præſtantior, quam oga] Parva quippe arma foris, ubi n eſt conſilium domi. hinc, *Cedant na togæ*, &c. Ad Att. IV. *Ergo eri- s* ὁπλῖται, *qui togati eſſe nolumus.* omerus:

Ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρα-
τερός τ' αἰχμητής.

Rex bonus, & duris bellator fortis in
armis.

:

Μύθων τε ῥητῆρ' ἔμβμαι, πρηκτῆρά
τε ἔργων.

Vt idem & eloquentia & rebus gerendis
excellat.

Carvilio] Teſtatum volo, in ſe- em legi, *Cornelio*: in uno *Canu- leio*: in uno, *Garulio*: in uno, *Cal- vinio.*

C. Flaminio] Qui conſul ad Thraſi- menum in prœlio cæſus eſt.

Quoad potuit] Ne quidquam id qui- dem conatus. Polybius lib. 2. De hoc bello Cic. in Bruto.

Picenum] *Picentem*, unus meus. & ita etiam legit recitans hunc locum Cariſius lib. II.

Contra ſenatus auctoritatem] Invito, & refragante ſenatu. Polybius lib. IIX. ait, ab eo latam eſſe legem invito ſe- natu. hic Cicero, reſiſtente Fabio, la- tam non eſſe oſtendit.

Optimis auſpiciis ea geri, quæ pro reip. ſalute gererentur] Homerus Il. μ.

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ
πάτρης.

Augures Græcis οἰωνοπόλους vocari poſ- ſe, ſcribit Dionyſius lib. 2. Vide Pla- tonem in Phædro. Plut. in Marcello: Οἱ δὲ αὔγουρα ἀπέδειξαν, τοῦτο δ' ἐστὶν ἱερωσύνης εἶδος, ᾧ μάλιστα τὴν ἀπ' οἰωνῶν μαντικὴν ἐπιβλέπειν καὶ παρα- φυλάττειν νόμος δέδωκεν.

Quæ contra remp. fierent, contra au- ſpicia fieri] *Ferrentur*, & *ferri*, omnes libri mei, licet quidam aliqua ex parte mendoſe: uno tantum excepto, qui facit cum impreſſa lectione.

Quo modo] Quanta animi conſtan- tia, & moderatione. Durior autem conſtructio eſt hæc, *nihil admirabilius, quam quomodo*: quæque longe abſit a Grammaticorum regulis.

Laudatio] Laudavit enim ipſemet filium in funere. Plutarchus. Et ipſe Cicero librum ſcripſit de Conſolatio- ne ad ſe ipſum, in morte filiæ.

In luce] In publico.

In oculis civium] In conſpectu ci- vium.

Intus] Apud animum ſuum Græce, καθ' ἑαυτόν. Perſius, Intus, & in cu- te. Contra illud,

Aſtutam vapido geſtaſſe in pectore vul-
pem.

Quæ ſcientia juris augurii] Sic malo, conſentientibus octo meis libris, quam ut eſt in ſex, *juris, & augurii.* quod viri docti probarunt: diſtinguentes, *juris, augurii.* ut in Fabio fuerit & juris civilis, & augurandi ſcientia. Quod probare non poſſum. Nam, ſi

jus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

jus civile Cato ei tribueret, certe litteras tribueret, quibus ipſum jus continetur. Ac de litteris poſtea loquitur. Itaque malo, *juris augurii*, pro, Iuris augurandi. Et fortaſſe, cum ſcriptum eſſet in antiquis libris *aug.* quod ſignificare potuit, *augurales*, produxere imperiti librarii, & fecerunt, *augurii.* Quod ideo dictum volui, ne quis in dubium vocaret, quaſi diriuſcule dictum, *juris augurii.* τὸ *augurii* deeſt in uno. *Augurandi*, in uno. Vnus, *quanta notitia antiquitatis, & augurum & quanta ſcientia juris?* Duo, *q. n. a. & augurii, quanta ſcientia juris?* Vnus, *quæ ſcientia juris, & augurum?*

Vt in homine Romano] Litterarum enim laudem Romani Græciæ concedebant, militarem ſibi aſſumebant.

Quippe magis norat, quam ſidera, Romulus arma.

Domeſtica] Geſta a Romanis.

Externa] Exterarum nationum, Græcorum, Perſarum, Aſſyriorum.

Quaſi divinarum id, &c.] Ovidius:

Augurium ratio eſt, & conjectura futuri:
Hac divinavi, notitiamque tuli.

Plautus in hanc ſententiam:

Tum demum homines noſtra intelligimus bona,
Cum ea, quæ in poteſtate habuimus, amiſimus.

Horatius:

——— *Virtutem incolumem odimus:*
Sublatam ex oculis quærimus invidi.

Græcus Poeta, apud Suidam:

Ζώον ἀτιμήσαντες ἀποφθίμενον ποθέουσι,
Καὶ πόθ' ὑπὲρ τύμβοιο καὶ ἀπνοίου εἰδώλοιο
Ἀστὰ νεῖκος ἐπῆλθεν, ἔρεν δ' ἐστήσατο λαός.

Quos fortaſſe reſpexit Virgilius, de Palamede loquens:

——— *quem falſa ſub proditione Pelaſgi*
Inſontem, infando judicio, quia bella vetabat,
Demiſere neci: nunc caſſum lumine lugent.

Vnde] A quo.

CAPVT V.

Scipiones] Majorem Africanum ſignificat.

Lenis ſenectus] *Levis*, quattuor libri. & Græce. Duo alii, *levis, & placida ſenectus.*

Platonis] Idem tradit D. Hieronymus de vita clericorum, & Lucianus in Macrobiis. Laertius varias ſententias adducit, alteram Hermippi, qua cum Cicerone fecit: alteram Neanthis, qui XXCIV. annos natum defeciſſe ſcribit. Scribit idem Laertius, Magos divinitatis quandam opinionem e ſeptenario toties multiplicato de Platone concepiſſe.

Eſt mortuus] Non immoratus eſ ſtudiis, ſed immortuus.

Iſocratis] Legendus Panathenaicus & oratio περὶ ἀντιδόσεως. Philoſtratus, Plutarchus, Halicarnaſſæus. D. Hier. ad Nepotianum.

Vixitque quinquennium poſtea] Dura conſtructio. ſed nec ferri poteſt. Sunt qui mutant, *vixiſſe quinquennium poſtea:* contra veteres omnes libros. *Quinquennio*, unus.

Leontinus Gorgias] Sudas de Gorgia ἐβίω ρθ ἔτη. Quinct. lib. III. cap. I & lib. XII. cap. 21. Lucianus in Macrobiis, Plin. lib. VII. cap. 48. Ælianus var. hiſt. Val. Max. lib. VIII cap. 13. 2.

Centum & ſeptem] Sic. & Valerius Lucianus, & Plinius, *centum & octo* Apollodorus apud Laertium in vita Empedoclis, & Quinctilianus, *centum & novem.*

Præclarum reſponſum] Vide alia ejuſdem reſponſa, eadem de re, apud Athenæum lib. XII. cap. 26.

Vicit Olympia] Synecdoche Attica *Pugnare pugnam, certare certamen.*

Cæpione, & Philippo iterum coſ.] Coſ *conſule.* ut ad Philippum referatur. Vide Faſtos. *Conſule*, diſtincte. eſt in ſeptem meis.

Legem vocaniam] De mulierum hereditatibus. D. Aug. de Civ. D. lib. III cap. 21. Agell. lib. XVII. cap. 6. & lib. XX. cap. 1.

Magna voce, & bonis lateribus] D Catonis validis ſuprema ætate lateri

bu

bi vide Val. lib. VIII. cap. de ſtudio, & induſtria: *Cato ſextum & octogeſimum annum agens, dum in rep. tuenda juvenili animo perſtat, neque aut memoriæ ejus quiſquam tardiorem, aut firmitatem lateris, ulla ex parte quaſſatam, ullos hæſitatione impeditum animadverti.* Sic Phil. 2. *Tu iſtis faucibus, iſtis lateribus, iſta gladiatoria totius corporis firmitate.*

Quum complector animo] Sic omnes mei. Sunt, qui legant, *quantum complector animo*.

Corpus faciat inſirmum] *Infirmius*, decem mei.

Quantum quaque valeat, quamque juſta, videamus] *Quanta, quamque juſta ſit unaquæque, videamus*, quattuordecim. *Quanta, & quam juſta ſit unaquæque, videamus*, duo. Reliqui mendoſi.

CAPVT VI.

Quæ juventute geruntur] Sic novem mei. Quæ in juventute geruntur, novem. Quæ a juv. ger. unus. Quæ a juv. & viribus ger. unus. Quæ ger. juv. unus.

Animo tamen adminiſtrentur] *Tamen*, legendum aliquando putavi. & ſecum facit antiquus meus liber. alii, mendoſe, *animo tamen, ac tamen adminiſtrentur*.

Socer optimi viri, filii mei] Ideo laudat, quia perierat jam. infra quoque probitatem ejus commendat. τὸ, *viri*, eſt a duobus.

Auctoritate] Conſilio gravi, & prudenti.

Dementi ſeſe flexere ruina] *Dementem ruinam* quoque dixit Horatius in odis. Pro *ruina*. *Via*, habent tredecim mei.

Et tamen] *Et tum*, tres mei.

Hæc ille egit] *Hoc*, duo. *Geſſit*, duo.

Anni decem] Quod lex tum quidem nulla jubebat, ut exempla declarant, quod poſt juſſit lata a L. Sulla.

Interfluxiſſent] *Interfuiſſent*, decem octo.

Et tamen ſic a patribus accepimus] *Tamen*, non eſt in vetere. Parentibus, uno.

Nihil afferunt] Nugas agunt, nulla firma ratione utuntur, ab ipſa experientia coarguuntur.

Si quis] *Qui*, ſexdecim, *qui* autem, pro *quis*, dictum eſt. Vt alibi. In quo mendum peperit ignoratio, vel negligentia potius: ut infra reponeretur, *dicant*, pro *dicat*. Quaſi numero multitudinis *qui* poſitum ſit. quod hic quidem ſingulare eſt.

Curſent] *Curſitent*, duo.

Aut velocitatibus] Suſpicabatur pater hoc abundare: cum ſequatur proxime, *aut celeritate*.

Aut celeritate corporis] *Corporum*, ſexdecim.

Verſatus ſum] Præſertim in Hiſpania. Livius, Plut. alii.

Avi] Qui tributariam, Hannibale victo, Carthaginem fecerat.

Sextus hic & trigeſimus annus eſt] *Tertius*, veteres omnes libri.

Sententia] In ſenatu. concio vero ad populum.

Summum conſilium] De Div. lib. I.

Aut audire] Sic decem ſeptem. recte. Val *audire* tres. *Et audire*, unus, & alias.

Externa] Exempla.

Labefactatas] *Labefactas*, quattuordecim.

Percunctanti] *Percunctantur*, decem-octo.

Nævii Ludo] *Nævii poëtæ, Ludo*, duodecim. *Nævii poſteriori libro*, quattuor. *Ennii*, tres. *Ennii poſteriori libro*, unus. *Libro Nævii poëtæ*, unus. Citatur a Feſto in Redhoſtire Nævii Ludus. Agellius, & Cariſius citant libros Ἐρωτοπαιγνίων. Marſus edidit olim, *in Nævii Præcone poſteriore*.

Proveniebant] *Præveniebant*, unus. *Veniebant*, unus. Sunt, qui legant, *provehebantur ad res novi*, &c.

Novi, ſtulti] Ord. præp. unus.

Novi] Rerum imperiti: ſive, novandarum rerum cupidi.

Temeritas eſt florentis ætatis, prudentia ſenectutis] Ariſtot. Polit. lib. VII. Ἡ μὲν δύναμις ἐν νεωτέροις ἡ δὲ φρόνησις ἐν πρεσβυτέροις ἐστί.

Prudentia ſenectutis] *Seneſcentis*, ſex mei libri. & ſane eleganter opponitur τῷ *florentis*.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

CAPUT VII.

THemiſtocles] Cui cum Simonides artem memoriæ polliceretur, ſe artem oblivionis malle dixit, quod meminiſſet eorum, quæ nollet: oblivisci non poſſet, quæ vellet. De ejus memoria vide Cic. de Orat. 2. Quinctil. lib. XI. Val. lib. VIII. cap. de ſtudio, & induſtria.

Sed eorum patres etiam] Τὸ, etiam, abeſt a ſeptem meis.

Et avos] Τὸ, &, abeſt a duobus. *Avos:* Proavos, unus.

Memoriam perdam] Legendis enim multorum nominibus, perturbatur, & confunditur memoria. quod ſequentibus verbis declaratur.

A filiis] Lucianus in Macrobiis Iophantem nominat, eumque lege talionis inſaniæ judices damnaſſe ſcribit.

Male rem gerentibus patribus bonis interdici ſolet] Delevi verbum, *patribus*, quia non patribus tantum, ſed omnibus, vel ſi liberos non haberent, bonis interdici ſolet. & in uno meo vetere libro in ordine verborum non eſt *patribus*, ſed additum in margine: a tribus prorſus abeſt. Quod autem, *patriis bonis*, alii legunt, id repellit ratio. Nam, ſi poſt obitum patris male rem gerit filius, ſuis ei bonis, non jam patriis, interdicitur: præterea, ſi quis hereditatem accepit a patruo, ab aliis propinquis, ab amico aliquo: aut ſi ipſe, mercaturis faciendis, induſtriaque ſua, dives factus eſt, poſteaque male rem gerit, num ei patriis bonis interdicitur? Bonis quidem, non tamen patriis.

Oedipum Coloneum] Qua ſola fabula omnium ejuſdem ſtudii poëtarum præripere gloriam potuit. Valerius.

Num illud carmen deſipientis videretur] Satyrus, ut eſt apud Ariſtophanis interpretem, Sophoclis apologiam hujuſmodi fuiſſe prodit, Εἰ μὲν εἰμὶ Σοφοκλῆς, οὐ παραφρονῶ, εἰ δὲ παραφρονῶ, Σοφοκλῆς οὐκ εἰμί.

Sententiis judicum] Plutarchus: Θαυμαστοῦ δὲ τοῦ μέλους φανέντος προεπέμφθη μετὰ κρότου καὶ βοῆς τῶν παρόντων.

Eſt liberatus] Tantum ſapientiæ in ætate jam fracta ſpecimen dedit, ut ſeveritatem tribunalium in theatri favorem verteret. D. Hieronymus.

Num igitur hunc, num Heſiodum] *Num igitur hunc Homerum, num Heſiodum*, ſex. & rectius conjungitur Homerus cum poëtis, quam infra ponitur. Dicitur autem Homerus annum CIIX. attigiſſe.

Heſiodum] Inde, *Heſiodi ſenecta*.

Simonidem] Somonides Poëta octogeſimo anno & docuiſſe ſe carmina, & in eorum certamen deſcendiſſe, ipſe gloriatur. Valerius lib. VIII. Vixit autem Luciano, ſupra nonaginta.

Steſichorum] Octuagintaquinque annis vixit, quot Anacreon. Lucianus. *Hi autem grandes natu cygnæum neſcio quid, & ſolito dulcius vicina morte cecinerunt.* Hieronymus ad Nepotianum.

Pythagoram] Obiit anno octuageſimo: vel, ut alii, nonageſimo. Laertius. Lact. lib. III. cap. 2. Aug. de Civ. D. lib. VIII. cap. 2. Cic. Tuſc. 5.

Democritum] Hic centum & quattuor annos natus, cum alimento abſtineret, mortuus eſt. Lucianus.

Xenocratem] Octogenario major obiit. Laertius. Male antea, *Socratem.*

Zenonem] Octo & nonaginta. Lucianus, & Laertius.

Cleanthem] Novem & nonaginta. Valerius, & Lucianus. Hic, cum decreviſſet inedia vitam abſumere, acceptis ab amicis litteris, cibum ſumpſit: &, amicorum negotiis abſolutis, denuo cibo abſtinuit, & obiit.

Diogenem] Octuaginta octo. Lucianus.

An non in omnibus his] Sic ſex. reliqui non habent *τὸ non.*

Ruſticos Romanos] Sic eſt in omnibus meis. Sic in epiſtola Ciceronis filii ad Tironem: *Ruſticus Romanus factus es*, Fam. lib. XVI. ep. 21. Et Varro Γέροντο διδασκάλῳ, apud Nonium, in Nundinæ: *Quoties priſcus homo, ac ruſticus Romanus, internundinum barbam radebat.*

Vicinos] Infra: Convivium vicinorum quotidie compleo.

Quamquam in his minus hoc mirum] Omnes libri, *aliis*, pro *his*. Vnus, *his aliis.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

M Minus, inquit, habet admira- ... , quod in aliis omnibus rebus, ... ad ipſos pertinent, curam po- ... : in hoc vero, quod ſenex ſerit ... es, quæ alteri ſeculo proſint, id ... o magis mirandum videtur.

...mo eſt tam ſenex, qui ſe annum ...tet poſſe vivere] Φιλοζώους, id eſt, ...rorogandæ ſtudioſos, eſſe ſenes, ...riſtoteles Rhet. lib. 2.

...it arbores] Sic undecim. reliqui, ..., ut antea. Loquitur de ſene al- ...ſæculo proſpiciente. ut infra. ...1 1. *Serit arbores, quæ alteri ſæculo ...t, ut ait Statius in Synephebis, ...pectans, niſi etiam poſtera ſæcula ad ...tinere?*

...i me non accipere modo hæc a majo- ... noſtris voluerunt, &c.] Iſocrates ...gyrico. Ὅτι τὸν βίον οἱ πρῶτοι ...τες ἐπὶ γῆς οὐκ εὐθὺς οὕτως ὥσπερ ...ἔχοντα κατέλαβον, ἀλλὰ κατὰ μι- ...αὐτοῖς συνεπορίσαντο.

...d etiam poſteris prodere] Propagare ...ſteros, impium quippe illud:

...μοῦ θανόντος, γαῖα μιχθήτω πυρί.

CAPVT VIII.

Æcilius] Plotio. vide Nonium ...in, *advenire*.

...pol] Pro, *Ædepol.* ut ſtet verſus. ...rii enim ſunt.

...pportes tecum] Sic omnes, duobus ...ptis, in quibus, *apportas.* unus, ...*tet ſecum.*

...dvenis] *Adveneris*, quinque. *Ad-*..., unus.

...um id] Ord. præp. quinque.

...*t*] *Satis*, novem. *Vnum ſatis eſt*, ...

...iu quis vivendo] Quod diu viven- ... ſexdecim. Euripides:

βίος ἀληθῶς οὐ βίος, ἀλλὰ ξυμφορά.

...cilius] Ephæſtione. vide eundem ...ium in Senium.

...m etiam] *Tum equidem*, in trede- .... Vnus, *tum quidem. Iam equidem*, ...nque. *Iamque equidem*, unus.

...ſe odioſum ſe alteri] *Eſſe ſe odioſum ...i*, in tribus. *Se eſſe odioſum alteri*, ... *Eum odioſum eſſe ipſum alteri*, u-..., *Eſſe odioſum alteri*, quinque. *O-dioſum ſe eſſe alteri*, quattuor. *Se odio-ſum eſſe alteri*, tres.

Leviorque eſt eorum ſenectus] *Levior-que ſit ſenectus eorum.* quattuor. *Le-viorque eſt ſen. eorum*, quattuordecim. *Leviorque eſt ſenectus ſenum*, unus. *Le-viorque ſit ſenectus ſenum*, unus.

Coluntur] Propter virtutem, & di-gnitatem, atque etiam ætatis reveren-tiam.

Diliguntur] Propter facilitatem, & morum ſuavitatem. Hæc duo verba conjunxit & infra, & in Lælio.

Operoſa, & ſemper agens aliquid] *Ope-roſa, & ſemper agens aliquid*, Nonius, in, *moliri*, & omnes libri mei.

Quid, quod etiam addiſcunt aliquid] *Quid, qui etiam* &c. tredecim. reliqui mendoſi.

Solonem verſibus gloriantem videmus] Infra: *Vt honeſtum illud Solonis ſit, quod ait verſiculo quodam, ſeneſcere ſe multa in dies diſcentem.* Valerius, Lucianus ait c. annis vixiſſe. Plato in Amatori-bus, in Lachete, & VII. de Rep. Ex-ſtat & Senecæ epiſtola in hunc ſenſum lib. x. ep. 77. De Solonis poëſi Plato in Timæo. Solonis verſus eſt:

Γηράσκω δ᾽ αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος.

Græcas litteras ſenex didici] Ennio poëta docente, quem ſecum in pro-vinciam duxit. Quinct. lib. XII. c. XI. Valerius lib. VIII. cap. de ſtudio, & induſtria, Hieronymus ad Nepotia-num. Athenis Græce oravit. Plutar-chus.

Socratem] Valerius lib. VIII. Quin-ctil. lib. I. cap. de Muſica, lyræ inſti-tutum refert. Ejus præceptor Conus vocatus eſt. Cic. Fam. lib. VIII.

Diſcebant enim fidibus antiqui] *Diſce-bant enim in fidibus antiqui*, ſeptem. Totum hoc, ſunt, qui delendum cenſeant.

CAPVT IX.

N*Ec nunc quidem*] *Ne nunc quidem*, unus, *neque*, duo.

Elephanti] *Elephantis*, viginti.

Eo uti decet] *Eo decet uti*, trede-cim.

Pro viribus] Quas quælibet ætas exi-git.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Milonis Crotoniatæ] Maximis quondam viribus præditi, ut ſublatum in humeros bovem per ſtadium ferret. de quo paullo infra. Vide Plin. lib. VII. cap. 20. Solinum cap. 4. De ejus miſerabili interitu vide Strabonem lib. VI. Sudam, Agellium lib. XV. & Val. lib. IX. cap. 22.

Illacrymanſque] Recordatione victoriarum & priſtinæ gloriæ deſiderio.

Nugator] Qui naturam, tamquam novercam, falſo, male gratus, inſimulas.

Sex. Ælius] *Sex. Æmilius*, omnes ſcripti. *Ælius*, tamen, probo: qui propter juris civilis ſcientiam ſic appellatus a ſummo poeta eſt.

Egregie cordatus homo, catus, Ælius
Sextus.

Quem verſum refert Cicero Tuſc. I. Is librum populo R. dedit, *jus Ælianum* inſcriptum: auctore Pomponio l. 2. §. augeſcente. ff. de orig. juris. Ibidemque ait exſtare illius librum, inſcriptum *tripartita*, qui veluti juris cunabula continet.

Multis annis ante] Circiter XC.

Ti. Coruncanius] Qui jus primus profiteri cœpit. idem Pomponius.

Eſt provecta prudentia] *Providentia*, unus. *Prudentia producta eſt*, unus. *Provecta eſt ſapientia*, unus.

Sed laterum etiam, & virium] *Sed laterum & etiam virium*, unus. *Sed laterum, etiam virium*, unus. *Sed etiam laterum, & virium*, unus. *Sed laterum, & virium*, quinque. *Sed laterum etiam, & virium:* Quinct. lib. 2. cap. de Pronunc. *Latera cum geſtu conſentiant, facit enim aliquid & totius corporis motus, adeo, ut Cicero plus illo agi, quam manibus ipſis, putet. Ita enim dicit in Orat. Nullæ argutiæ digitorum, non ad numerum articulus cadens, trunco magis toto ſeipſe moderans, & virili laterum flexione.* Et idem Cicero de Orat. III. *Omnes autem hos, manus ſubſequi debet geſtus, non hic verba exprimens ſcenicus, ſed univerſam rem, & ſententiam non demonſtratione, ſed ſignificatione declarans, laterum inflexione hac forti, & virili, non ab ſcena, & hiſtrionibus, ſed ab armis, aut etiam a palæſtra.*

Canorum illud in voce] Quinctilianus, ubi de Pronunciatione agit, di cit, vocis naturam ſpectari quantita te, & qualitate. Quantitas eſt ſimpli cior: in ſumma enim, grandis, au exigua eſt. Qualitas magis varia eſt nam eſt aut candida, aut fuſca: & plena, & exſilis: & lenis & aſpera & contracta, & fuſa: & dura, & flexibilis: & clara, & obtuſa. *Cano rum:* vocem claram. clarior enin tum fit, cum obtuſa ſplendeſcit.

Quod equidem adhuc non amiſit] *Quo equidem non amiſi adhuc*, duo.

Et videtis annos meos] *Et vos videt annos*, unus. *Etiam videtis annos meos* unus. *Et videtis tamen meos annos*, u nus. *Meos*, non eſt in ſex.

Sed tamen eſt decorus ſenis ſermo] *Sed tamen ſermo eſt decorus ſenis*, duo *Sed tamen decorus eſt ſermo ſenis*, quat tuor.

Remiſſus] Citat hæc Nonius in, *re mittere*, delectare.

Audientiam] Sic Plautus: *Surge præco, fac populo audientiam.*

Quod ſi ipſe exſequi nequeas, poſſ tamen Scipioni præcipere, & Lælio] I libri veteres mei decemocto habent *quam*, pro, *quod:* & eos docti vi ſequuntur. ego aſſenſum ſuſtineo. ve reor enim, ne quis, ob illud antece dens, *compta, & mitis oratio*, puta verit eſſe ſubjungendum, *quam.* ſe meæ quidem aures, *exſequi orationem* invitæ audiunt. Illud autem, *quod exſequi nequeas*, hoc videlicet ſpectat ut prompta, & miti utaris oratione Poſteriora quoque verba, *poſſis tame Scipioni præcipere, & Lælio*, magis con gruere videntur cum eo, *quod ſi exſe qui nequeas. Ipſe*, non eſt in uno.

Quid enim jucundius] Quid eſt enin juc. ſex. Quid enim eſt juc. unus. Qui eſt juc. duo.

Cn. & P. Scipiones] Duo fratres, qu in Hiſpania ceciderunt. Silius:

Dum Capua infauſtam luit haud ſin
ſanguine culpam,
Interea geminos terra crudelis Ibera
Fortuna abſtulerat, permiſcens triſtu
lætis,
Scipiadas, magnumque decus, ma
gnumque dolorem.

Hos Virgilius in VI. vocat, *duo Fulmina belli Scipiadas.* Publius eſt majoris

Afri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

…nni, & Aſiatici pater: Cnæus, …a patruus, Scipionis Naſicæ ge-

…*avi tui duo*] Æmilius ſanguinis, …anus Publii filius adoptionis li-

…*giſtri non boni*] Id eſt, idonei. …ii dicunt, ἱκανοί.

…*temperans adoleſcentia*] Exhau- …ur enim vires eæ, quibus ſuſten- …nectutem oportebat.

…*ud Xenophontem*] Lib. IIX. Cy- …liæ. Herodotus, & Iuſtinus va- …oc ſcribunt. A quibus diſſentit …anus in Macrobiis.

…*tatique noſtræ*] Propter auctori- …a, opinione prudentiæ, & multi …erum partam.

…*ceditur*] Non vitio vertitur, …avis non laudetur.

CAPVT X.

…Pud Homerum] Il. lib. I. & XXIII. …potiſſimum, & alibi.

…*virtutibus ſuis*] Id eſt, iis de re- …quas virtute ſua geſſerat.

…*rtiam ætatem*] Τριτάτην γενεὴν, …merus Il. α.

——— τοῖσι δὲ Νέστωρ
…υεπὴς ἀνόρουσε λιγὺς πυλίων ἀγορή-
της,
καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυ-
κίων ῥέεν αὐδή.
…δ' ἤδη δύο μὲν γενεαὶ μερόπων
ἀνθρώπων
…φθίαθ' οἵ οἱ πρόσθεν ἅμα τράφεν,
ἠδ' ἐγένοντο
…πύλῳ ἠγαθέῃ, μετὰ δὲ τριτάτοισιν
ἄνασσεν.

…Ovidius:

…*ectatorem operum multorum reddere, vixi*
Annos bis centum, nunc tertia vivitur ætas.

…le:

…*er binos, decieſque novem ſuperrexit in annos*
…*ſta ſeneſcentum quos complet ora virorum.*

…vius *Triſæcliſenem*, & *Dulciori lo-* …*m vocat*, ut eſt apud Agellium lib. … cap. 17. Vide Lucianum in Ma- …biis, & Hieron. ad Nepotianum, & …verb. *Neſtorea ſenecta.*

Nec erat ei verendum] Tacite indicat, ne ſibi quidem id verendum eſſe.

Vera prædicans de ſe] Præſertim ob eam cauſſam, ut non ſuas decantet laudes, ſed ut auctoritatem ſibi conciliet. Audite, inquit, juvenes, ſenem, quem ſenes juvenem audiverunt.

Ex ejus lingua melle dulcior fluebat oratio] Cic. in Bruto, ex hoc Homeri loco colligit, heroicis illis temporibus oratoriam in pretio fuiſſe, cum Homerus Vlixi vim, Neſtori ſuavitatem dicendi dederit. Quinctilianus in XI. ex Homero tria dicendi genera obſervavit, brevem, & propriam jucunditatem in Menelao, in Neſtore melle dulciorem ſermonem, in Vlixe orationem impetu, flumini, nivibus hibernis aucto, parem. Plutarchus in Homeri vita de generibus dicendi alia oſtendit exempla. Vide Proverb. *Neſtorea eloquentia.*

Et tamen dux ille Græciæ] Agamemnon. ſignificat, bellum magis conſilio, quam vi, geri debere. Locus eſt Il. β.

αἲ γὰρ Ζεῦ τε πάτερ, καὶ Ἀθηναίη,
καὶ Ἄπολλον,
τοιοῦτοι δέκα μοι συμφράδμονες εἶεν
Ἀχαιῶν,
τῶ, κε τάχ' ἠμύσειε πόλις Πριάμοιο
ἄνακτος,
χερσὶν ὑφ' ἡμετέρῃσιν ἁλοῦσά τε,
περθομένη τε.

Interea tamen Cic. pulchre diſſimulat, quod Neſtor ubique queritur, ſe juvenili robore deſtitutum. *Ille dux*, quattuor.

Ajacis ſimiles] *Ajaci*, unus.

Neſtoris] *Neſtori*, unus. Hom. Il. lib. 2.

Quod ſi acciderit] *Quod ſi ſibi acciderit*, tredecim. *Quod ſibi ſi acciderit*, quinque. *Quod ſibi acciderit*, unus. Quod ſi is Neſtor acciderit unus, male.

Aut conſul in Hiſpania fuerim] In qua plura oppida cepit, quam dies fuit. Plutarchus. Mirum autem, glorioſum ſenem glorioſum obtinuiſſe triumphum. de quo Livius lib. XXXIV. & Plut. in ejus vita.

Cum tribunus mil. depugnavi apud Thermopylas, *Man. Acilio Glabrione*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

conſule] Memoriæ vitium in Cicerone deprehenditur. legerat enim in Annalibus, Catonem non tribunum mil. ſed legatum apud Thermopylas M. Acilio coſ. depugnaſſe. quod Livius lib. XXXVI. perſpicue docet. neminem enim poſt conſulatum tribunum mil. fuiſſe conſtat, at legatos ita multos, ut exemplis probare neceſſe non ſit. *Thermopylas:* Thermopylarum deſcriptionem vide apud Livium lib. XXXVI. & Strabonem lib. IX.

Vt videtis] Valent enim multum teſtes oculati.

Enervavit] Robore deſtituit. nam robur eſt in nervis ſitum. Hinc, *omnibus nervis*, *nervos intendere*, expedire. Cic. pro Cœlio: *Quem ſi vobis, ſi ſuis, ſi reip. conſervatis, addictum, deditum, obſtrictum vobis, ac liberis veſtris habebitis, omniumque hujus nervorum, ac laborum vos potiſſimum inde fructus uberes, diuturnoſque capietis.*

Non clientes, non hoſpites] Cicero in Divinatione: *Clariſſimi viri noſtræ civitatis, temporibus optimis hoc ſibi ampliſſimum, pulcherrimumque ducebant ab hoſpitibus, clientibuſque ſuis, ab exteris nationibus, quæ in amicitiam populi R. ditionemque eſſent, injurias propulſare, eorumque fortunas defendere.* M. Catonem illum ſapientem, clariſſimum virum, & prudentiſſimum, cum multis (maxime Galba) graves inimicitias geſſiſſe accepimus, propter Hiſpanorum, apud quos conſul fuerat, injurias. De clientibus, & hoſpitibus, vide Halicarnaſſeum lib. 2. Agellius lib. V. cap. 13. Clientem a Colendo dicunt, quaſi Colentem.

Mature fieri ſenem] Mature ſibi parcere, & juvenilia opera intermittere. vel, juvenili ætate ſenilem ſibi prudentiam, & affectuum, cupiditatumque moderationem comparare.

Quam eſſe ſenem ante, quam eſſem] Ignavo otio torpeſcere, dum & animi, & ſenſuum integritate valeam.

Convenire me voluit] *Valuit*, ſex.

Quin fuerim occupatus] Off. lib. III. in prooemio, de P. Scipione: *Numquam minus otioſum, quam cum otioſus.*

Nec vos quidem] *Ne*, unus.

T. Pontii centurionis] Fortaſſe Pontium intelligit, qui, cum Capitoliu[m] a Gallis eſſet obſeſſum, Tiberi[m] tranſnavit. Plut. in Camillo, Liv. lib. Ait Vegetius, centuriones non ni[ſi] procero, & robuſto corpore eſſe le[ctos].

Num iccirco eſt ille præſtantior] Sic de[cem] octo mei. duo, & alias, *n. i. i. p. vobis?*

Quantum poteſt quiſque nitetur] *Quantum quiſque poteſt, nitatur*, duo[decim].

Milo] Crotoniata. Quinctil. lib. cap. 14. Vide Prov. *Taurum tollat, v[i]tulum qui ſuſtulerit.*

Pythagoræ] Valerius lib. IIX. ca[p.] de ſtudio, & induſtria, Laertius i[n] vita.

Iſto bono] Corporis commoda vo[cat] Bona, communi loquendi modo non Stoicorum dogmate.

Paullulum ætate progreſſi] Vltra ado[leſcentiam].

Suaque cuique parti ætatis] Tò, Æ[tatis], abeſt a ſeptem.

Tempeſtivitas] Non tempus hic ſi[gnificatur], ſed maturitas tempori[s]: ideoque male videtur legiſſe Noniu[s] *tempeſtas.*

Eſt data] A natura.

Infirmitas puerorum] Quæ pue[ris] cum ſenibus quodam modo comm[unis] eſt: unde Prov. *Bis pueri ſenes.*

Ferocitas juvenum] Quæ poſita e[ſt] magis in inferenda, quam propulſa[n]da injuria, & quidvis virium poti[us] arbitrio, quam conſilio ſuſcipiend[i] grave, periculoſum vitium, & ho[ne]ſtis laboribus corporis, atque anim[i] frangendum.

Gravitas jam conſtantis ætatis] Qu[æ] omnium dicta, & facta certo conſi[lio] gubernat.

Suo tempore percipi] Refertur ad ma[turitatem] ſenectutis tantum, non etiam ad infirmitatem puerorum, & feroci[tatem] juvenum: quod putarunt alii librorum quorundam varietate addu[cti].

Hoſpes tuus Maſſiniſſa] *Hoſpes tuu[s] habitus Maſſ.* decemocto. *Hoſpes tuu[s] habiturus Maſſ.* unus. errore facili. Legendum enim, *hoſpes tuus ajutus Maſſ*[.] Africani enim majoris hoſpes fuit u[t] ex Scipionis Somnio. Quando in Ro[mano]

mano

…orum amicitiam venerit, vide a-
…Sall. Iugurtha. De ejus conſtantia
…micitia, Valerius lib. v. cap. de
…is. Quæ ipſe Scipioni dono dede-
…recenſet Silius lib. 1.

…uic juveni dono inſignem velamine picto
…at chlamydem, ſtratumque oſtro (quem ceperat ipſe
…ejecto victor Magone, animumque probarat)
…ornipedem, & cum qua divum libabat ad aras
…aſdrubal, ex auro pateram, galeamque comantem,
…x infirmato ſociali fœdere regis.

…onaginta annos natus] Tot etiam …ianus vixiſſe ſcribit. Florus vero …t. 1. majorem deceſſiſſe ait.

…um ingreſſus iter] Valerius lib. iix. … 13. de Senect. De eo Plin. lib. vii. … 14. & 48.

…taque exſequi omnia regis officia, & …nera] Honeſtam diſciplinam, & …pletationem civium regis officia …cipua, tradit Iſocrates.

…Exercitatio, & temperantia] Ergo …emperantia, & ignavia priſtinum …our tollit.

Capvt XI.

…N *ſenectute etiam*] Non modo in juventute.

…Vacat ætas noſtra muneribus iis] Qui …ceperunt pro *dare operam*, quod nuſ…am libera rep. quiſquam dixit, per…ram locum interpretati ſunt, & di…nxerunt. Hinc *vacatio*, & *excuſatio …nerum*, apud Iuriſconſultos. Dice…ntur autem hi, *emeriti*.

Muneribus iis] Belli, & ſenato…o.

Sunt imbecilli ſenes] *Imbecilles*, duo…ecim.

Commune valetudinis] Sic omnes: …obus exceptis, in quibus, *invaletu…nis*.

P. Africani filius] Majoris, fratris …orneliæ, Gracchorum matris. In …ruto: *Ipſum Scipionem accepimus non …fantem fuiſſe. filius quidem ejus, is, …ui hunc minorem Scipionem a Paullo …doptavit, ſi corpore valuiſſet, in primis …abitus eſſet diſertus. indicant cum oratiuncula, tum hiſtoria quædam Græca, ſcripta dulciſſime.*

Aut nulla] *Et*, unus. *Ac*, tres.

Alterum ille extitiſſet lumen civitatis] *Illud*, ſex. τὸ, *ille*, non eſt in uno. *Alterum in iſto extitiſſet lumen civ.* unus. Apud Homerum Ajax Teucro ait:

Βάλλ' ὅτως εἰ κέντι φόως Δαναοῖσι
γένηαι.
Ita jaculare, ſi quod forte lumen Græcis exſiſtas.

Ejuſque vitia diligentia compenſanda ſunt] *Diligentius*, unus. *Compeſcenda*, octo.

Exercitationibus modicis] Plin. lib. xxiix. cap. 4.

Potionis] *Potationis*, ſeptem. *Potus*, duo.

Sed menti, atque animo multo magis] *Sed etiam menti, & animo magis*, unus. *Sed etiam menti, & animo multo magis*, unus.

Hæc quoque] Mens, atque animus.

Exercitationum defatigatione ingraveſcunt] Τὸ, *exercitationum*, non eſt in duobus. *Defectione*, unus. *Defatigatione, & exercitatione*, unus.

Animi autem exercendo levantur] Hoc Quinctilianus de memoria dicit, quæ pars ingenii eſt. Iſocrates τὰ μὲν σώματα τοῖς συμμέτροις πόνοις. ἡ δὲ ψυχὴ τοῖς σπουδαίοις λόγοις αὔξεσθαι πέφυκε. *Exercendo*: dum exercentur, Vt: *uritque videndo Femina*. *Exercitando*, tres. *Exercitatione*, duo. Animi autem ſe exercendo lev. quattuordecim.

Credulos] Credulitatem eſſe vitium, ſcribit Dion Pruſænſis περὶ ἀπιστίας. Vide & Luciani libellum περὶ τοῦ μὴ ῥᾳδίως πιστεύειν διαβολῇ.

Diſſolutos] Qui verecundiæ fines tranſierint. Off. 1. *Negligere, quid de ſe quiſque ſentiat, non modo arrogantis eſt, ſed etiam omnino diſſoluti.*

Deliratio] De Orat. ii. *O delirationem incredibilem*. Plautus Amph. *Hæc quidem deliramenta loquitur*. Suet. Veſp. *Neque illa quidquam aliud, quam cachinaſſe, mirantem, quod, adhuc ſe mentis compote, deliraret jam filius ſuus.* Metaphora ſumpta a re ruſtica. Plinius lib. xiix. cap. 20. de Occaſione: *Hoc quoque ubi conſuetudo patitur, crate den-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

dentata, vel tabula aratro adnexa, quod vocant Lirare, operientes ſemina, unde primum appellata deliratio eſt. Hinc, *lirari*, & *liratim*, apud Columellam.

Regebat & ſenex, & cæcus] Tuſc. v. *Appius Claudius, qui cæcus multos annos fuit, in illo ſuo caſu nec publico, nec privato muneri deſuit.*

Tenebat non modo] *Tenebat enim non modo*, quinque.

Auctoritatem] Quam aut virtus, aut ſapientia, aut potentia parit, ſæpe etiam amor.

Imperium] Auctoritas habere videtur aliquid voluntarium: Imperium, aliquid coactum, & violentum: ut, niſi quid ex præſcripto fiat, pœna ſequatur.

Metuebant eum ſervi] *Eum*, non eſt in ſexdecim.

Honeſta eſt] Honore digna, & honorata.

Si ſe ipſa defendit] Anteacta vita parta auctoritate, & de diligentia nihil remittendo.

Si jus ſuum retinet] Ne ex arbitrio liberorum pendeat, neve ad agnatos, & gentiles, id eſt in tutelam, & quaſi mancipationem deducatur. eo enim Cicero reſpexiſſe videtur, ne ſenex bis puer, rei ſuæ adminiſtrandæ parum idoneus, inverſo naturæ ordine, quaſi in liberorum ſacra recidat. Ius ſuum obtinere, Demoſtheni, & Iſocrati, τυγχάνειν τῶν δικαίων Demoſtheni, τὸ δίκαιον ἔχειν.

Mancipata eſt] *Emancipata eſt*, Nonius & duo mei libri. *Emancipare*, eſt, alteri in manum tradere, *emancipatum*, interpretatur Nonius, ſubnixum, deditum.

Vltimum ſpiritum] *Vltimum vitæ ſpiritum*, unus. *Vſque ad ultimum ſpiritum:* Veſpaſianus ajebat, imperatorem ſtantem mori oportere.

In quo aliquid eſt adoleſcentis] Alacritas, & hilaritas juvenilis.

Septimus] Nec plures citantur a veteribus. quorum nullus exſtat. nam, quæ circumferuntur, Annii Viterbienſis eſſe, nemo neſcit.

Liber Originum eſt in manibus] Quibus Cicero in Bruto florem, & eloquentiæ lumen tribuit. Vide Feſtum. *Eſt in manibus:* a me conſcribitur. Supra, *in manibus eſt laudatio:* id eſt, edita doctorum manibus teritur.

Orationes conficio] In quibus eum Lyſiæ comparat Cicero in lib. de claris Orat.

Pythagoreorumque more] De Pythagoreorum vivendi ratione, Agellius lib. 1. cap. 4. Pythagoras in Carminibus aureis:

> Μηδ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι,
> Πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων τρὶς ἕκαστον ἐπελθεῖν.
> Πῆ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;

Id eſt:

> *Neque ſomnum mollibus in oculis ſuſcipe,*
> *Antequam diurnorum operum ter unumquodque percurras.*
> *Quo tranſgreſſus ſum? quid feci? quid mihi decens non perfectum eſt?*

Pythagoreorumque more: Pythagoreorum more, ſeptem. Pythagoreo more, unus. Pythagoricorumque more, unus.

Deſudans] Exercens. Manet in metaphora palæſtræ, *curricula*, ſunt ſpatia, intra quæ ſe curſores exercent, *deſudare*.

Adſum amicis] Adeſſe, patrocinari: ſicut Græcis, τὸ παρεῖναι.

Non magnopere] Nam Ariſtoteles Rhet. ad Theodecten 11. ait τὴν ἐπιθυμίαν eſſe τοῦ λείποντος.

Eaſque tueor] Contra eos, qui a me diſſentiunt.

Animi, non corporis viribus] Verbis enim, non pugnis, ut alibi ait, diſceptamus. In ſenatu vincit non robuſtior, & potentior, (ſiquidem libera ſit reſpublica) ſed prudentior, & diſertior.

Senſim ſine ſenſu ætas ſeneſcit] Ταυτολογία. joci genus, & lepor quidam, in repetitione litterarum. Sic Ennius apud Priſc. l. XII. & ad Her. lib. IV.

> *O Tite, tute Tati tibi tanta tyranne tuliſti.*

Item:

> *Quidquam quiſquam cuiquam, quod conveniat, neget.*

Item alibi:

> *Nam, cujus rationis ratio non exſtet, ei rationi ratio non eſt fidem habere.*

Et

...tem in Phœnice, apud Nonium:
...ultu'ſt, *qui cupita cupidus cupienter*
... *cupit.*
...autus Menæch.
...*on potui paucis plura plane prolo-*
... *qui.*
...ato ſenex, apud Cariſium l. 2.
...*apte natio ſua ſeparata ſeorſum.*
...*m*: unde Ovidius:
...*mpora labuntur, tacitiſque ſeneſci-*
... *mus annis.*

CAPVT XII.

... *aufert a nobis*] *Id aufert nobis*, ...cto.

...*adita eſt*] In manus: nimirum ...ta.

...*d potiundum incitarentur*] Id eſt, ...enſe cupiunt, conſulunt parum, ...t Comicus.

...*amdeſtina colloquia naſci*] *Clamde-*...*colloquia naſci dicebat*, undecim.

...*xcitari, niſi voluptatis*] *Incitari*, ...tuor. *Voluptatibus*, ſex.

...*ec omnino*] *Neque omnino*, unde-...

...*uanta poſſet maxima*] *Quanta per-*...*poſſet maxima*, decemſeptem. *Poſ-*... quattuor.

... *Pontio Samnite*] Herennii filio, ...e longe prudentiſſimo nato. Li-... de vir. ill. additum cognomen ...Theleſini. Hic ille eſt, qui opta-...in ea ſe tempora reſervatum, cum ...mani dona accipere cupiſſent. Off.

...*audino prœlio*] Livius lib. IX. Flo-...lib. I. cap. 17. de vir. ill. cap. 30. ...ſ. lib. III. cap. 15. D. Aug. de ...D. lib. III. cap. 17. Agell. lib. ...I. cap. 21. De Caudinis furculis ...e Livium.

...*onſules*] Cum iterum conſules eſ-... Off. III.

...*uperati ſunt*] Sub jugum miſſi.

... *Camillo*] Sic recte ſex mei.

...*mpedit conſilium voluptas*] Voluptas ...lum habet cum virtute commer-...m.

...*ationis inimica*] *Rationi inim.* quin-...im. *Rationi eſt inimica*, duo. *Ratio-*...*n inimica*, unus. Voluptatis cum ...one prœlium deſcribit Prudentius ...Pſychomachia. Comparatio item voluptatis cum virtute eſt apud Senecam lib. I. de vita beata.

Invitus] Nam omnis animadverſio, & caſtigatio contumelia vacare debet, neque ad ejus, qui punit aliquem, aut caſtigat, ſed ad reip. utilitatem referri.

Septem annis] *Octo*, liber Vrſini.

Notandam putavi libidinem] Sic omnes mei. *Notandum*, legebat Giſanius. *Notandum*: Livius eadem de re: *Patrum memoria inſtitutum fertur, ut cenſores motis a ſenatu adſcriberent notas.*

Ille enim, cum eſſet conſul in Gallia] Hanc hiſtoriam ſcribentes Livius lib. XXXIV. & Plut. in Catone, & T. Flaminino, inter ſe diſſentiunt.

Exoratus] Aliis ſubinde atque aliis blandimentis impulſus.

In convivio] Cum vino incaluiſſent.

Scorto] Philippo Pœno, caro, ac nobili ſcorto. Livius. Eum autem adeo deperibat, ut, ſive exercitus ductaret, ſive provincias adminiſtraret, ab ejus latere numquam diſcederet. Plutarchus.

Imperii dedecus] Cum id flagitii conſul admiſiſſet.

CAPVT XIII.

PORRO] Id eſt, retro. Sic in Lælio: *Verum ergo illud eſt, quod a Tarentino Archita, ut opinor, dici ſolitum, noſtros ſenes commemorare audivi, ab aliis ſenibus auditum.*

Theſſalo Cynea] Demoſthenis auditore, imitatoreque, tantæ eloquentiæ viro, ut plures civitates ſua facundia, quam Pyrrhus armis, ſuperaſſe creditus ſit. atque ob hoc a Pyrrho in magno pretio habitus. Hic ille Cyneas eſt, qui Romanorum ſenatum regum conſeſſum, vel, ut Iuſtinus inquit, regum urbem: vel, ut Florus. Vrbem templum, ſenatum vero regnum ſibi viſum reſpondit. Plutarchus in Pyrrho, & Val. lib. IV. cap. de Continentia.

Quendam] Epicurum.

Ti. Coruncanium] Epit. Liv. XIII.

Quo facilius vinci] *Vt facilius vinci*, unus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

P. Decio] Filio.

Devoverat] Gallico prœlio. Livius lib. x. Florus lib. v. cap. 17. Val. l. v. cap. de Pietate erga pat. de vir. ill. cap. 27. Oroſ. lib. III. cap. 21. Devovendi ritum vide apud Livium lib. IIX.

Norat eundem Fabricius, norat Cornicanius] A cujus devotione ſedecim annis alter conſul, alter ad Pyrrhum legatus fuit.

Cum ex ſua vita] *Tum*, decem ſeptem.

Sua ſponte] Sine ullo alio præmio & fructu.

Spreta] Quia deformis. *Spreta:* præ honeſtate: cui dum ſtudent, hac careant neceſſe eſt, in munus officii ſui toto animo intenti. quod dum exſequi ſtudent, nec conviviis intempeſtivis, & luxurioſis, nec mulierecularum illecebris, nec ſomno, atque ignaviæ vacare poſſunt.

Hæc tam multa] Hæc, non eſt in decemnovem.

Vinolentia] Quæ parit tremorem, rigorem, delirium, vertiginem. *Vinolentia:* Ebrietate. de qua Seneca: *Ebrietas unius horæ hilarem inſaniam, longi temporis tædio penſat.*

Cruditate] Quæ ex ciborum copia oritur. Varro in Satyris Menippeis apud Agellium ait, πέμμασιν cum πέψεως ſocietatem infidam eſſe, πέμματα autem bellaria vocat. hinc capitis gravedo, ſtupor ingenii, diſtentio ventris, nonnumquam etiam obſtructiones hepatis oriuntur, apoplexiæ aditum parantes.

Inſomniis] Quæ multa gignuntur ex crapula. Plinius inter cetera ebrietatis incommoda etiam furiales ſomnos, & inquietem nocturnam recenſet.

Caret etiam vinolentia, & cruditate] *Caret & vin. & crud.* unus. *Caret etiam ergo vin. & crud.* duo. *Caret ergo etiam vin. & crud.* quattuor. τὸ, *&*, non eſt in uno. *Caret ergo vin. & crud.* octo. quorum unus, *igitur*, pro *ergo*. *Caret igitur vin. crud.* unus. Quattuor mendoſe habent, *crudelitate*.

Et inſomniis] *Et inſomnia*, Lambinus. *Et inſomnio*, tres.

Non facile obſiſtimus] Ergo obſiſti poteſt: ſed cum labore, difficultate, moleſtia.

Divine enim Plato] *Divinus*, unus. *Divin~*, unus. Cyrillus lib. IIX. contra Iulianum apoſtatam non longe Platonem a Chriſtianiſmo abeſſe judicat. Cicero Platonem Philoſophorum Deum appellat. de quo vide D. Aug. contra Pelag. lib. IV. Plutarchus περὶ παίδων ἀγωγῆς, Platonem δαιμόνιον appellat. Scribit D. Hieron. adv. Iovinianum lib. I. Speuſippo, Clearcho, & Anaxili de auctoribus, Platonis matrem Perictionem phantaſmate Apollinis oppreſſam, & ſapientiæ principem non niſi de virgine editum.

Eſcam malorum appellat voluptatem] Δέλεαρ τῶν κακῶν. Plautus Merc.

Voluptas eſt malorum eſca, quod ea
non minus homines,
Quam hamo capiantur piſces.

Vide Sextum Empiricum Pyrrh. lib. III. cap. 23. & Plut. in Catone.

Capiantur] Per imprudentiam. conſiderant enim ſuavitatem mox perituram, noxam diu duraturam non vident.

Modicis tamen delectari poteſt] Omnes ſcripti libri, *modicis tamen conviviis delectari poteſt*. Vnus, *moderatis*. unus, *ſolet*. Duo. Tres addunt poſt *conviviis*, *potationibus*.

Delectabatur cereo funali, & tibicine] Alii, *crebro funali*, veteres libros ſecuti. Ego, *cereo*, ex duobus meis ſcriptis. (duo alii, mendoſe, *credo*) primum enim, cum dixerit, *a cena redeuntem ſenem videbam puer*, apte non ſubjungitur, *delectabatur crebro funali*. cum illud ipſum tempus deſignetur, quo poſt cenam domum redibat. Deinde locus Valerii Max. lib. III. c. 6. perſpicue demonſtrat, *cereum funalem fuiſſe*. Quotieſcunque, inquit, epulaturus erat, ad funalem cereum, præeunte tibicine, & fidicine, a cena domum reverti ſolitus eſt. De vir. ill. Epit. Liv. lib. XVII. Florus lib. II. c. 2. Silius Italicus lib. VI.

Iuſtum Sarrana ducebat cæde triumphum,
Æquoreum juxta decus, & navale tropæum,
Roſtra gerens nivea ſurgebat mole columna,
Exuvias Marti, donumque Duillius, alto

An-

Ante omnes merſa Pœnorum claſſe, dicabat:
Cui nocturnus honor, funalia clara, ſacerque
Poſt epulas tibicen adeſt, caſtoſque penates
Inſignis læti repetebat murmure cantus.

ttua præterea illi impoſita eſt: de a Plin. lib. XXXIV. cap. 5.

Ad meipſum revertor] *Ad meipſum n revertar*, ſexdecim: quorum u-s, Reverta3: alter, Revertor. Rettar, quattuor.

Sodalitates] Τὰ συσσιτία. Sodalium nim erant epulæ quod ſequitur. Ariſt. Pol. & apud Cretas, & apud Sparnos docet eas fuiſſe. ſic locutus Trois lib. XXXVII. De ſodaliciis, & ſoliciis epulis, Ariſt. in Polit.

Magnæ Matris] Quæ Peſinunte ana ſimulacrum, ac templum habuet. Sacris Idæis, dixit, ab Ida, Phryæ monte, unde etiam ipſa Idæa mar dicitur. Sicut Berecynthia, a Berentho, monte, vel opido, ubi colelatur. Cybele, a rotunditate, a cuo, ut Martiano Capellæ, & Cœlio hodig. placet. Rhea, ἀπὸ τοῦ ῥέειν. pis, quod opem ferat frugibus. Vi: de ea Diodorum lib. IV. & Luc. b. 2. Quo modo Magnæ Matris idom Romam advectum ſit, Livius b. XXIX. Ovid. Faſt. IV. Silius lib. VII. Plin. lib. XIIX. cap. 3. De æde li in Palatio conſecrata Livius lib. XXVI.

Placet hoc loco veteres quaſdam Inriptiones de Cybele adſcribere, non ngratas fortaſſe futuras.

In ædibus Cardinalis Cæſii.

M. D. M. I. ET. ATTINIS.

Hic eſt ipſius Matris Deum ſimularum, quod a Leonibus vehitur, caite turrito, tympanum ſiniſtra, ſpias dextra tenens. Adſtat Attis mitraus, barbaris caligis indutus, altera em tympanum, altera vero clavam enens, ac pinui innixus.

L. Cornelius. Scipio. Orcitus
V. C. Augur. Taurobolium
Sive. Criobolium. Fecit.
Die. IIII. Cal. Mart.
Tuſco. & Anullino. COSS.

In dextro latere faces duæ, cum crotalis annexis inſculptæ ſunt. In ſiniſtro vero fiſtulæ.

In Sancto Nicolao in Calcaria, retro Cæſarinos, in Ara grandi, in duas partes fiſſa.

ΜΗΤΕΡΙ ΤΗ. ΠΑΝΤωΝ. ΡΕΙΗ. ΤΕΚΕωΝ ΤΕ ΓΕΝΕΘΛω
ΑΤΤΕΙ. ΘΥΥΙϹΤωΙ. ΚΑΙ. ϹΥΝΙΕΝΤΙ. ΤΟΠΑΝ
Τω. ΠΑϹΙΝ. ΚΑΙΡΟΙω. ΘΕΜΕΡωΤΕΡΑ. ΠΑΝΤΑ. ΦΥΟΝΤΙ
ΚΡΙΟΒΟΛΟΥ. ΤΕΛΕΤΗϹ. ΗΔΕΤΙ. ΤΑΥΡΟΒΟΛΟΥ.
ΜΥϹΤΙΠΟΛΟϹ. ΤΕΛΕΤωΝ, ΤΟΥΤΟΝ. ϹΥΝΕΘΗΚΑΤΟ. ΒωΜΟΝ
ΔωΡΟΝ. ΑΠΟΛΛωΝΟϹ. ΘΕΙΟΝ. ΕΧωΝ. ΕΠΙΚΛΙΝ.

Petronius Apollodorus. V. C. Pontif. Major. XV. VIV. ſacr. fac. Pater. Sacr. Dei. Invicti. Mithræ Taurobolio. Ciroboliоque percepto Una. cum. RVF. Voluſiana. C F. conjuge. XVI. Kal. Iulias. DD. NN. Valentiniano. &. Valente. AVGG. III. COSS. Aram. dicavit.

In dextro aræ latere, Cybele turrita cum tympano a Leonibus vehitur. Prope pinus eſt, & ſubtus taurus. In ſiniſtro latere mithratus Attis, bis cinctus, dextra Fiſtulas, & Crotala, ſiniſtra Pedum tenens. Superius eſt tympanum. A tergo ipſius ſtat Pinus, & ſub ea Aries. Subtus deinde Aries, ſeorſum.

A tergo Aræ, ſunt Tædæ tranſverſæ. Lituus, Patera, Guttus, ſive Urceus, & ſympuvium.

Superiores verſus Græci ſic Latine redduntur.

Cunctorum Cybele genitrix hominumque Deumque.

Ex-

Excelſoque Alti, quem nihil orbe latet.
Qui facit, ut pura celebremus mente quotannis
Crioboli feſtos, Taurobolique dies.
Qui cognomen habet de munere Apollinis, aram,
Sacrorum Antiſtes, marmoream hanc ſtatuit.

In Sancto Michaële in vaticano.

Tertia hujus generis ara ſub altari quodam poſita eſt: cujus prima facies, quæ inſcripta erat, contra parietem verſa eſt atque ideo legi nequit. In parte averſa, ſunt Faces duæ ardentes, ut ſupra, Lanx, Poculum, & Lituus, & aliud inſtrumentum, in formam Cochlearis.

In latere dextro, Pinus, ſub qua Taurus: appendent Tympanum & Fiſtulæ.

In latere ſiniſtro, ſub quo Aries: appendent, Mithra, Pedum, & aliud Lanci non abſimile.

Et:
CIIMT
PATORIBus. Suis
Ceionius. Rufius. Voluſianus, V. C. & inluſtris Ex. Vicario. Aſiæ ; & ; Ceioni Rufi Voluſiani V. C. & inluſtris. Ex. Præfecto prætorio. & Præfecto. Vrbis Licecinæ. Lollianæ ; clariſſimæ ; &. inluſtris. Femine Deæ. Iſidis. Sacerdotis. Filie ; nato ; viginti ; annis ; Exeeis. Tauroboliis VI. Aram conſtituit & conſecravit. x. Kal. IVN. D. N. Valen TINIANO. AVG. FIL. ET ; NEOTERIO

In latere dextro, Aries, ſub Pinu, a qua Tympanum, Fiſtule, & Grotala dependent.

In ſiniſtro latere Bos, ſub altera Pinu, a qua pedum, & alia, & Fiſtulæ dependent.

A longo Faces, ut ſupra: ſuperne, Arietes quinque, ſinguli ſcilicet in ſingulis angulis, atque unus in fronte, mactati jacent.

In domo Angeli Colotii, magna Ara ſuperiori ſimilis, ſed multo barbariori & ſculptura, & ſcriptura.

MDMIDA ETATTIDI MINOTVRANO. NOBILISSI..
. . . .
. . . .
. . . .
Et Venerandam. . . . . . .
Augentur Meritis. Simbola Taurobolii

Ruf. Cæion Cæ Sabini . . . . . .
Pul. Pr Q Pater ſacror Invict Methræ Taurobolinus MDMAD & Attidis Minoturani & Aram. AIIII Id Mart. Gratiano V. & Merobaude conſulibus dedicabit Antiqua Generoſe domo cui regia Veſtæ Pontifici felix ſacroto militat igne

Idem Augur triplicis cultor Venerande Dianæ Perſidicique mithræ Antiſtes Babilonie templi Taurobolique ſimul Magni Dux miſtice ſacri

In dextro latere, Bos, ſub Pinu, e qua Fiſtulæ, Mithra, Crotala & Pedum, pendent.

In ſiniſtro latere, Aries, ſub Pinu.

A tergo, Faces, & ſertum.

Superne, Arietes quinque, ut ſupra.

In arula reperta prope D. Mariæ Trans Tib. in domo Piſtoris cujuſdam.

Præſentiæ
Matris. Deum
P. Septimius
Felix
Ob coronam
Milleſimi
Vrbis anni

In Platea D. Petri, in Sacello Clau. Pontificis.

Dis magnis
Vlpius. Egnatius. Faventinus V. C. Augur. PVB. P. R. Q. Pater & Hierocetyx. D. S. M. I

Ar-

rchibucolus. Dei. Liberi
ierofanta. Hecatæ. Sa-
rdos. Iſidis. percepto
aurobolio. Criobolioque
libus. Auguſtis. DD. NN.
alente. Aug. V. &. Valentinia-
o. Augg. conss. feliciter
ota. Faventinus. bis. deni
ſcipit orbis
t. mactet. repetens. aurata
onte bicornes

n dextro latere eſt Pinus, a qua ſtala, & Fiſtulæ compactæ pen-, & ſubtus adſtat Aries alliga-

n ſiniſtro latere, item Pinus, a pedum, & Fiſtulæ duæ etiam pen-t, & inferius Taurus adſtat.

In horto Carpenſi.

M D. M
I D
ATILIA
NA

n Sancta Lucia in Silice, in capite Subura.

D I S

Magnis
atri. Deum. & Attidi. Se-
tilius. Ageſilaus. Ædeſius
. C. Cauſarum. non. ignobi-
is. Africani. Tribunalis. ora-
or. &. in. conſiſtorio
Principum. item. Magiſte
. libellorum. &. cognition
acrarum. Magiſter. Epiſtu
ar. Magiſter. Memoriæ
Vicarius. Præfector. per
Hiſpanias. Vice. S. I. C. Pa-
er. Patrum. Dei. Solis. Invi-
cti. Mithræ. Hierofanta
Hecatæ. Dei. Liberi. Archi-
bucolus. Taurobolio
Cribolioque. in. æter-
num. renatus. Aram. ſacra-
vit. DD. NN. Valen-
te. V. &. Valentiniano
Iun. Augg. conss. Idib.
Auguſtis.

In domo Podocatharorum, ad Cloacam D. Luciæ.

Silvano. Dendrophoro. Sacrum

M. Poblicius. Hilarus. Margar.
Q. Q. P. P. cum liberis
Magno. &. Hermogiano. Dendro-
phoris. M. D. M. ſuo. fec†

In domo Cardinalis Caſii.

Qui. colitis. Cybelen. &. qui. Phry-
ga. plangitis. Attin
Dum. vacat. &. tacita. Dyndima.
nocte. ſilent
Flete. meos. caſus. nón. eſt. alienus.
in. illis
Hector. &. hoc. tumulo. Mygdo-
nis. umbrategor
Ille. ego. qui. magnI. parvus. co-
gnóminis. heres
Corpore. in. exiguo. res. nume-
róſa. fui
Flectere. doctus. equos. nitida. çer-
tare: palæſtra
Ferre. iocos. aſtu. fallere. noſſe.
fidem.
At. tibi. dent. ſuperi. quantum. Do-
mitilla. mereris
Quæ. facis. exigua. ne. jaceamus.
humó

Sed erat quidam fervor ætatis] *Sed erat quidem fervor ætati*, tredecim. *Sed erat tum quidem fervor æt.* unus. *Sed erat tunc quidam fervor æt.* duo. *Sed erat fervor æt.* unus. *Sed erat quidam ætatis fervor*, tres. *Sed quidam fervor æt.* unus.

Mitiora] Vt poma.

Bene enim majores] Sed addunt, *noſtri.*

Accubationem] *Accubitionem*, legit Nonius. & ita eſt in duobus meis.

Convivium] Lib. IX. Fam. in epiſtola ad Pætum. Macrob. Sat. lib. I. cap. I.

CAPVT XIV.

T*Empeſtivis quoque conviviis delector*] Quoque, abeſt a quattuor meis. *Tempeſtivis quoque conviviis delector:* Tempeſtivis, ad modum temporis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

poris pertinet, quæ nec ante inciperent, nec ſerius deſinerent, quam opus erat, læta quidem, ſed moderata, quibus Catonem cenſorium, gravem, & ſapientem virum, extrema ſenectute alioſque bonos viros accumbere turpe non eſſet. nam, quæ in multam noctem producerentur, *intempeſtiva* dicebantur. Pro Archia: *Quis tandem me reprehendat, ſi, quantum alii tribuunt tempeſtivis conviviis, quantum, aleæ, quantum pilæ, tantum mihi egomet ad hæc ſtudia recolenda ſumpſero?* Ad Att. ep. I. lib. IX. *Audio, bonis viris hanc cunctationem noſtram non probari, multaque in me, & ſevere in conviviis tempeſtivis quidem diſputari.* Ibidem, ep. XI. *Viris bonis me non nimis excuſo. quas enim eos cenas & facere, & obire, ſcripſit ad me ſextus? quam lautas? quam tempeſtivas?* In Verrem lib. III. *Statuitur Lollius in illo tempeſtivo gladiatorum convivio.* Pro Murena: *Nemo fere ſaltat ſobrius, niſi forte inſanit, & neque in ſolitudine, neque in convivio moderato, atque honeſto. tempeſtivi convivii, amœni loci, multarum deliciarum comes eſt extrema ſaltatio.* Tacitus lib. XI. *Claudius, domum regreſſus, & tempeſtivis epulis delenitus, ubi vino incaluit, iri jubet, nunciarique miſeræ, dicendam ad cauſſam poſtera die adeſſet.* Idem lib. XIIX. *Legati, tribunique ex moribus imperatorum, ſeveritatem æmulantur, vel tempeſtivis conviviis gaudent. perinde miles intentus, aut licentior.* Intempeſtiva contrario ſenſu, dixit Curtius lib. VI. *Vt primum inſtantibus curis laxatus eſt animus, militarium rerum, quam quietis, otiique patientior, excerpere eum voluptates, &, quem arma Perſarum non fregerant, vitia vicerunt intempeſtiva convivia, & perpotandi, pervigilandique inſana dulcedo, ludique & greges pellicum, omnia in externum lapſa ſunt morem.* Et infra: *Cum intempeſtivis dies pariter nocteſque conſumeret. ſatietatem epularum ludis interpolabat.* Suetonius quoque in Caligula, *ſenatum*, inquit, *populumque graviſſimo objurgavit edicto, quod, Cæſare prœliante, & tantis diſcriminibus objecto, intempeſtiva convivia circum & theatra, & amœnos ſeceſſus celebrarent.* Nemo igitur, ut puto, dubitaverit, quin *tempeſtivis conviviis* opponantur *intempeſtiva:* & hæc in malam, illa in bonam partem accipiantur. alioqui contraria non eſſent. Quod ſi *tempeſtiva* probantur: ſine dubio locus pro Murena jam recitatus emendationem requirit. ibi enim *tempeſtivum convivium*, ut moderato, atque honeſto contrarium, ponitur. itaque ſententiam, ipſamque vocabulorum vim ſecutus, malim legere, *intempeſtivi convivii.* Similiter ad Atticum: *Quam lautas? quam intempeſtivas?* non, *tempeſtivas.* Nam in Verrem: *In illo tempeſtivo gladiatorum convivio:* ironia eſt, pro, minime tempeſtivo. Ac vereor, ne duo Taciti loca labes eadem inquinaverit. de quo homines eruditi judicabunt. Locus quidem hic in Catone, cujus occaſione tam multa diximus, mendo vacat. & verbum, *quoque,* hoc ſignificat. quamvis hilariora ſint, nec cenſorium fortaſſe hominem ſatis decere videantur. itaque recte licet dicere, tempeſtivis in conviviis hilaritatem quidem eſſe, immodicas tamen potationes, & cetera, quibus intempeſtiva non carent, abeſſe.

Qui pauci jam admodum reſtant] *Iam,* non eſt in octo.

Habeo ſenectuti magnam gratiam] Tantum abeſt, ut incuſem.

Bellum indixiſſe] Renunciaſſe.

Naturalis motus] *Modus*, undecim. *Motus*, duo.

Magiſteria] Συμποσιαρχίαι. unde *Magiſter convivii,* συμποσίαρχος: non is, qui convivas invitat, qui συμποσίου ἄρχων dicitur, ſed qui in communi convivio vel ſorte, vel ſuffragio electus, convivium adminiſtrat. Pollux lib. VI. cap. I. Vide Horatium Od. 4. lib. I. qui vocat *Regnum vini.* ibique Acronem, & Porphyrionem: qui Ἀρχιποσίαν appellant, quaſi principatum bibendi.

A ſummo magiſtro] Lambinus delet, *Magiſtro,* ſine cauſſa. Dicebantur antiquitus, *modiperatores,* quaſi modum imperantes. Varro lib. XX. rerum humanarum, apud Nonium. Athenæus lib. X. ſcribit eos a Græcis etiam οἰνόπτας, & ὀφθαλμοὺς dici.

Adhibetur in poculo] More, ut opinor, a Græcis deducto. nam Laertius

ἐπι-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

…υλικίας ἐξηγήσεις, id eſt, habitas …poculo narrationes, in Arceſila no…at: Athenæus autem ἐπικυλικίους …ς. quod enim, In poculo, Cice…dixit, Plutarchus, ἐπὶ κύλικι, ut …æſare: Λόγον ἐπὶ τῇ κύλικι πρoύ…, τίς ἄριστος ἀνθρώπῳ θάνατος. …ebat igitur ſummus convivii ma…r, qua de re ſermonem haberi vel…n poculo: eaque ipſe de re primus …nium convivarum diſputabat. Hunc …nem Octavianus Ferrarius in pul…rimo, vereque aureo de diſciplina …clio libello, & primus, & eru…admodum oſtendit. In poculis, …ttuor.

…pocula, ſicut in Sympoſio Xeno…tis, minuta, atque rorantia] Ro…ia pocula vocat quæ vini parum …unt: non ut impleant convivas ad …tatem, & plane ſitim extinguant, …ut leviter tamquam irrorare vi…ntur. quod fit parvis poculis, quæ *…uta* dixit: quod Xenophon, Μι…ς κύλιξι. & quod Cicero, *roran…* ille, Ἐπιψεκάζουσιν, hoc tan… differunt, quod Cicero, *pocula …e*, Xenophon *pueros ait poculis ir…e.* quod tamen idem eſt. actio… enim ad inſtrumentum transfer… nihil habet incommodi, neque …rmonis conſuetudo reſpuit. Athe…s lib. XI. locum Xenophontis re….

…efrigeratio æſtate] *Reſrigeratio in …e*, octo.

…Sabinis] Vbi villa habuit, ſim…ter, & rudi forma ædificatam. …tarchus.

…nviviumque vicinorum] Nam men… maxime amicorum parentem, ac …reatricem exiſtimavit Plutarchus.

…mpleo] Complector, eſſe in vete…bro. ſcripſerunt eruditi viri.

…rio ſermone] Qualis conviviorum …o eſſe debeat, vide Plut. in Cleo…e.

…m affecto ætate] Sic malo, quam, …d alii, *confecto ætate*: ut extrema …ctus non oſtendatur: cum de me… loquatur. Valerius Max. lib. IV. … 3. hanc ipſam hiſtoriam recitans, *…e jam ſenior*, dixit. (Vide & Plut. …rep. a ſenibus adminiſtranda.) …firmant opinionem meam novem ex meis libris. *Iam confecto ætate*, unus. *Ætate jam affecto*, unus. *Effecto ætate*, tres. *Effeto ætate*, duo. *Efeto ætate*, unus. *Affecta ætate*, unus. *Effect. ætate*, unus. *Iam quidem confecto ætate*, unus. *Iam affecto*, unus.

Dic meliora] Quod, inſpectis Platone Polit. I. & Plutarcho in Catone majore, mihi placebat, ut legeretur, *dic meliora*, cum in Græco ſit, Εὐφήμει, vel, Εὐφήμησον: id octo meorum librorum comprobari auctoritate, mirabiliter gaudeo. ſic itaque imprimi volui. Similiter Comici poëtæ dicunt: *Bona verba*, quæſo. Non negaverim, *dii meliora*, uſitatum fuiſſe, nec adverſari ſententiæ: ſed Græco verbo. quod hic Cicero vertit, non reſpondet. Philip. 10. *Dii meliora*, inquies. *Dii vero meliora*, unus.

Hoc ego, non deſiderare] Τὸ, *ego*, non eſt in duobus. Ergo, *non deſiderare*, tres. *Ergo hoc non deſiderare*, novem. *Ergo hæc non deſiderare*, quattuor. *Ergo non deſiderare*, quo, unus.

Dico eſſe jucundius] *Dico eſſe jucundius, quam frui*, tres. *Dico jucundius, quam deſiderare*, unus. Ex qua varietate perſpicue apparet, omnia eſſe gloſſemata. τὸ, *eſſe*, non eſt in duobus.

Bona ætas] Adoleſcentia. Contra, Mala ætas, ſenectus. Vide Nonium. Sic Demoſthenis interpres: Ἡλικία ἐπὶ τὸ νεώτερον ἐξαιρέτως. ἐν αὐτῇ γὰρ πάντα δυνάμεθα πράττειν.

Parvulis] Sic omnes mei, duobus exceptis, in quibus, *parvis*. Lambinus, *pravis.*

Turpione Ambivio] Nominatur a Tacito in dialogo de oratoribus.

Cavea] Theatro. Virg. 8.

> *Conſeſſu caveæ magnis Circenſibus actis.*

Cavea, temporaneum theatrum.

Spectat] Deeſt in uno.

Delectatur tamen etiam] Delectatur & tamen, unus. τὸ, Delectatur, non eſt in quattuor delectabitur, unus.

Voluptates prope intuens] Nonius legit, *propter*: quem ſequi non placuit: tum quia veteres omnes libri, *prope*, habent: tum etiam, quod *propter* non accipitur abſolute, ſed ſemper cum accuſandi caſu jungitur: ut in omnibus exem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

exemplis. hic autem poneretur abſolute, contra conſuetudinem. Lib. I. de Rep. *Eum quoque ut ſalutavit, propter Tuberonem juſſit aſſidere.* In Piſonem: *Mihi hic vir clariſſimus, qui propter te ſedet, L. Gellius.* Salluſtius, Catilina: *Ipſe cum liberis, & colonis propter Aquilam aſſiſtit.*

Eas ſpectans] *Aſpectans*, unus. *Ea*, duo. τὸ *eas*, deeſt in duobus. *Eam*, duo: & ſupra *voluptatem*, iidem duo.

Libidinis] In adoleſcentia.

Ambitionis] In virili ætate.

Contentionis, inimicitiarum] in Reip. adminiſtratione.

Cupiditatum omnium] Tota vita.

Contentionis] *Contentionum*, decemnovem.

Gallum] Sulpicium Gallum. lib. I. & in Lælio, in extremo: Livius lib. XLIV. Plut. in Paullo Æmilio, Val. lib. VIII. cap. 2. Plin. lib. 2. cap. 12. Quinctil. lib. I. cap. 17. Cajum, unus.

Patris tui] Paulli: cujus in exercitu, bello Macedonico, tribunus militum fuit. Livius lib. XLIIII.

In levioribus ſtudiis] Poëticam Mathematicis poſthabet.

Plautus] Vixit igitur Catonis ætate.

Livium] Andronicum.

Septem annis ante] *Sex annis ante*, quindecim. Ita emendandum in Bruto, & in Tuſc.

Craſſi] Hic eſt Craſſus Mucianus Dives. lib. I. & 3. de Or.

P. Scipionis] Hic eſt Scipio Naſica Corculum, de quo pont. max. lib. III. de Or.

M. Vero Cethegum] Vide lib. de claris orat.

Suadæ medullam] Πειθώ, in Bruto. τὴν τύραννον τῶν φρενῶν Euripides. *Suadelam*, Horatius:

Sed bene nummatum decorat Suadela,
Venuſque.

Sunt autem hi verſus Ennii apud Cic. in Bruto:

——— *dictus ollis popularibus olim,*
Qui cum vivebant homines, atque ævum agitabant,
Flos delibutus populus, & Suadæ medulla.

Vide Politianum Miſcell. cap. XCI.

Prudentibus, & bene inſtitutis] Iſocrate in Nicocle.

CAPVT XV.

AD ſapientis vitam proxime videntur accedere] Columella, Rem ruſticam ceteris vivendi rationibus præferens, proxime ſapientiam locat ejuſque quaſi conſanguineam facit.

Habent rationem cum terra] Eſt illis negotium cum terra. id eſt, a terra pendent. ep. 5. ad Att. lib. 2.

Imperium] *Impendium*, legendum putabat Pater. ut ad Att. lib. VI. epiſt. I. & in Bruto. & Varro lib. IV. *Vſura* inquit, *quod in ſortem accedebat. Impendium appellatum.*

Gremio mollito, ac ſubacto] Compreſſo.

Sparſum ſemen excepit] *Accepit* quinque. *Acceperit*, unus. *Accipit* quinque. *Recipit*, duo. *Excipit*, unus.

Occæcatum] Ita legendum. & ita videtur Nonius legiſſe.

Complexu ſuo] *Compreſſu*, undecim. *Compreſſum*, ſeptem, mendoſe. *Cumpreſſu*, unus, mendoſe. *Comprehenſum*, unus, mendoſe. *Oppreſſu*, unus.

Elicit &c.] Vide, quam elegante ea, quæ ad agriculturam pertinent, explicet: cum Latinæ orationis facultatem, quocumque vellet, ingenii pra ſtantia, traduceret.

Culmoque] *Calamoque*, apud Nonium. ſed gloſſa eſt ad, *culmo* ſic enin interpretatur Servius Georg. I. *Culmus*, inquit, *dicitur ipſe calamus.*

Vaginis jam quaſi pubeſcens] Vid Var. lib. I. cap. 48.

Emerſit] *Emerſerit*, ſexdecim.

Frugem, ſtructam] *Fruges, ſtructas* in Nonio.

Spicæ] *Spici*, legit Nonius. qu modo eſt in quattuor meis. In Arato Et Varro Lege Mænia: *Neque in bona ſegete nullum eſt ſpicum nequam, neque in mala non aliquod bonum.*

Morſus] *Morſum*, decem.

Munitur vallo ariſtarum] Plin. lib XVIII. cap. 7.

Requietem] Sic legit Priſcianus lib VI. ſicque eſt in duobus meis. *Quietem*, ſex. Reliqui, *requiem.*

Ex acino vinaceo] *Vinacio*, tres

Vina

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

atico, duo. *Vineaceo*, duo. *Ex acinvinacei*, legit Langius.

Malleoli] Novelli palmites, innatis oris anni flagello. Colum. lib. III. p. 6. Plin. lib. XVII. cap. 21.

Plantæ] Surculi recens conſiti.

Sarmenta] Non inutilia putamina, quæ a vitibus tanquam ſuperflua na ſecantur.

Vivi radices] Φυτὸυτήϱια, id eſt ntulas cum ſua radice in aliud ſon tranſlatas. *Vites*, *radices*, omnes: o excepto, in quo, *radices*, *vites*. as, *vites traduces*.

Vt quemvis cum admiratione delent] Sic omnes mei, duobus exces, in quibus τὸ *cum* non legitur.

Caduca] Ad caſum prona.

Claviculis] Claviculas, fem. gen. it Plinius prooemio lib. XXIII.

Quaſi manibus] Quia habet & braa, & capita, & cornua.

Ne ſilveſcat] Columella lib. V. *Me gus docuit uſus, multo utilius eſſe pri quoque tempore falcem vitibus admore, nec ſupervacaneis pati ſilveſcere: eam quoque, quæ primo ſummittetur, teriam ferro coercendam cenſeo, uſque alteram, vel tertiam gemmam, quo uſtiores palmites agat.*

Ineunte vere] Virg. Ge. II.

Parturit almus ager, Zephyrique tepentibus auris
Laxant arva ſinus, ſuperat tener omnibus humor,
Inque novos ſoles audent ſe gramina tuto
Credere, nec metuit ſurgentes pampinus auſtros,
Aut actum cælo magnis aquilonibus imbrem:
Sed trudit gemmas, & frondes explicat omnes.

vid. Faſt. I.

Omnia tunc florent, tunc eſt nova temporis ætas,
Et nova de gravido palmite gemma tumet.

IIII.

Nec Veneri tempus, quam ver erat, aptius ullum.
Vere nitent terræ, vere remiſſus ager.
Nunc herba rupta tellure cacumina tollunt,
Nunc tumido gemmas cortice palmas agit.

Se oſtendit] *Seſe*, quattuordecim.

Guſtatu] *Guſtata*, unus. *Guſtanti*, unus. *Guſtu*, alias. *Peracerba guſtatu*: Theophr. de cauſſis plant. lib. VI. cap. 7. Plin. lib. XV. cap. 27. ſapores, omnibus ſuccis communes, tredecim numerat.

Nimios ſolis defendit ardores] Sic dicebant, *litus mare defendit*, pro, arcet. Et Ennius Achille: *Serva cives, defende hoſtes, cum potes defendere.* Vide & Agellium de, *defendere*.

Cum fructu lætius, tum aſpectu pulchrius] Varro lib. I. cap. 4. de Agricolis: *Vtilitas quærit fructum, voluptas delectationem.*

Adminiculorum ordines] Vide Columellam lib. V. cap. 2. & 3.

Capitum jugatio] *Conjugatio*, tredecim. Vide Columellam lib. IV. cap. 16. & Plin. lib. XVII. cap. 22.

Religatio] Alligatio. Cato cap. 33. Alligatoque recte, dum ne nimium conſtringas. Vide Columellam lib. IV. cap. 13. & 20. Palladium cap. 20. Februarii. Plin. lib. XVII. cap. 23.

Propagatio vitium] Cato cap. 32. Columella lib. IV. cap. 15. & de arboribus cap. 7. Pallad. in Febr. cap. 16. De propagine, vide Plin. lib. XVII. cap. 13.

Amputatio] Huc Pampinatio quoque referenda. Columella lib. IV. Palladius tit. 15. Febr.

Immiſſio] Hoc fit, quando virga edita a matre ſulco committitur. vide Columellam, cap. de Arboribus 7.

Irrigationes] Riguis vites ali, ſcribit Plinius lib. XVII. cap. 26. Sed hæc dicta in genere.

Agri foſſiones] Hoc eſt, ſcrobes, & ablaqueationes. de foſſura Columella de arboribus cap. 12.

Repaſtinationeſque] Columella lib. III. cap. 13. 15. & 16. & lib. XI. c. 2.

Stercorandi] Cato cap. 5. 29. & 36. Theophraſtus lib. III. Columella lib. 2. cap. 17. Plin. lib. XVII. cap. 27. Plin. lib. XVII. cap. 27. & lib. XIIX. cap. 23.

Quem de rebus ruſticis ſcripſi] Qui nunc exſtat.

Homerus, qui multis, ut mihi videtur,

Z ante

ante ſæculis fuit] Eſt in hoc aliqua controverſia. vide Agellium lib. III. cap. XI. & lib. XVII. cap. 21. Plinium lib. VII. Solinum cap. 53. Vellejum lib. I. Dionem Chryſoſtomum in principio orat. de Regno, Ciceronem Tuſc. I. Tzetzem in Lycophronem & D. Cyrillum in libro contra Iulianum Apoſtatam primo. Seneca inutile putat, quærere, Homerus ne, an Heſiodus antiquior ſit. Plutarchus in oratione Conſolatoria Heſiodum Homero, ut exiſtimatione, ita ætate poſteriorem facit.

Doctus Heſiodus] Humanæ vitæ optimus conſultor. Iſocrates.

Laertem colentem agrum, & eum ſtercorantem facit] Homerus Οδ. ω. non ſtercorantem, ἀλλὰ λιστρεύοντα, καὶ ἀμφιλαχαίνοντα τὸ φυτὸν, id eſt, purgantem, & ablaqueantem arbores, inducit Laertem. Agros tamen Trojano ſæculo a priſcis illis ſtercoratos indicat Odyſſ. ρ.

——— ὄφρ' ἂν ἄγοιεν
δμῶες Ὀδυσσῆος τέμενος μέγα κοπρήσοντες.

Quam ab iis curam ideo prætermiſſam, falſo aſſeruerunt nonnulli, quod ſalubritati potius, quam fertilitati, & copiæ, conſulerent.

Nec vero &c.] Rei ruſticæ partes, ſegetes, prata, vineæ, arbuſta, horti, apum examina.

Pecudum paſtu] Virg. Ge. III. Columella lib. III. & VII.

Apum examinibus] Virg. Ge. IV. Plin. lib. XI. cap. 5. Varro de re ruſt. lib. III. cap. 16. Columella lib. X. a cap. XI. ad finem libri. Palladius lib. IV. cap. 37. & lib. V. cap. 8. Ariſt. de nat. anim. lib. V. cap. 21. & 22. Quinctil. declam. pro paupere contra divitem.

Examinibus florum &c.] Vnus addit, *tum*. alius, *&*.

Conſitiones, inſitiones] *Conſtitutiones, inſtitutiones*, male legit Nonius.

Agricultura] *Agricoltura*, unus. *Agri cura*, unus. *Cultura agri*, duo.

CAPVT XVI.

IGnoſcetis autem] *Ignoſces autem*, unus. *Ignoſcite autem*, unus. *Ignoſcatis autem*, unus. *Ignoſcetis autem, Læli, & Scipio*, quattuor.

Senectus eſt natura loquacior] Ariſtot. II. Rhet. ad Theod. cauſſam reddit, quod ſenes, quia memoria magis vigeant, quam ſpe longioris vitæ fulti vivant, propterea plus quoque voluptatis in anteactæ vitæ rebus commemorandis ponant.

Ne ab omnibus eam vitiis videar vindicare] Nam nulla ætas ſuis vitiis caret, ut nec mortalium quiſquam. ſed optimus ille, qui minimis urgetur. *Vindicare:* trahere, liberare. Nonius.

M. Curius] Plut. in Catone, Aug. lib. V. cap. 18.

De Samnitibus] Florus Epit. XI. & XIV. Florus lib. I. cap. 18. haud ullum ante pulchriorem in urbem, aut ſpecioſiorem triumphum intraviſſe teſtatur: cum nihil libentius populus R. adſpexerit, quam illas, quas timuerat cum turribus ſuis belluas.

Cujus ego villam] Quæ nullo ſumptu, nullo ornatu exſtructa erat.

(Abeſt enim non longe a mea)] *A me*, decem ſeptem.

Hominis ipſius continentiam] Cum enim Italia Pyrrhum exegiſſet, nihil ex regia præda attigit. Cumque ſenatus, exactis regibus, plebi ſeptena jugera, ſibi quinquaginta aſſignaſſet, noluit popularis aſſignationis modum excedere. parum idoneum, ſive, ut Plinius ait, pernicioſum reip. civem exiſtimans, qui eo, quod reliquis tribueretur, contentus non eſſet. Val. lib. IV. cap. 3. Plin. lib. XIIX. cap. 3. Columella in Præfatione, & lib. I. cap. 3. Plut. in Apophthegm. Rom. *Hominis ipſius continentiam:* quæ privatæ naturæ, & educationi, & induſtriæ cujuſque adſcribitur.

Temporum diſciplinam]. Multum enim refert, in quæ tempora cujuſque virtus incidat. *Temporum diſciplinam:* quibus ab imperatoribus agri colebantur, gaudente terra vomere laureato, & triumphali aratore. Plinius. Vel, *Temporum diſciplinam*, id eſt, temporum obſervationem, quam ſine lumine animi, & ſine exquiſitiſſimis diſciplinis non poteſt quis habere. Columella, & Agell. lib. X. cap. XI.

Curio ad focum ſedenti &c.] Lib. III. de

Rep. apud Nonium : *Cujus etiam* *m Cato ille noſter, cum venerat ad ſe* *abinos, ut ex ipſo audiebamus, viſere* *rat : apud quem ſedens, Samnitum,* *dam hoſtium, tum jam clientium ſuo-* *, dona relegaverat.* (id eſt, remi- t.) Et de vir. ill. & Athenæus lib. x. *epudiati ab eo ſunt*] In nullo vetere o leguntur illa, *ab eo.*
e a me ipſo recedam] Sic omnes : uno excepto, in quo, *ut a me* *non recedam.*
. *Quinctio Cincinnato*] Ore nudo, oque etiamnum pulveris. Liv. III. Dionyſ. Halic. lib. x. de vir. cap. 17. Plin. lib. XIIX. cap. 3. & umella in Præfatione.
. *Servilius Ahala*] Livius lib. IV. *ala*, non eſt in quinque.
ccupatum interemit] Oppreſſum an- quam perficeret id quod cogita- . Elegans, nec tamen ſatis notum, uendi genus. Alibi, *occupavi te for-* . Et lib. III. de Rep. apud Lactan- m : *Quid, ſi vita ejus in periculum* *iet, ut eum aliquando neceſſe ſit aut* *pare, aut mori.* (id eſt, præripere, venire.)
iatores nominati ſunt] Idem Colu- lla in Præfatione. Liv. & Diony- s Legatos miſſos ſcribunt. Florus torem.
Agri cultione oblectabant] Sic novem. *ricolatione*, duo. *Agriculturæ*, u- s. *Agricultura*, unus. *Delectabant*, o. *Agri delectatione delectabant*, u- s. *Oblectabant*, undecim. *Oblecta-* *tur*, duo.
Haud ſcio, an ulla beatior poſſit eſſe] ſex mei. *Haud ſcio, an ulla ætas poſ-* *eſſe beatior*, duo. *Haud ſcio, an ulla* *ſit eſſe beatior vita*, ſeptem. *Haud* *, an nulla vita, beatior eſſe poſſit*, us. *Haud ſcio, an res ulla beatior eſſe* *ſit*, unus. *Haud ſcio, an ulla beatior* *, & poſſit eſſe vita*, unus. *Haud ſcio,* *od nulla vita poſſit eſſe beatior hac*, us. *Haud ſcio, an ulla ætas beatior* *ſit*, unus. *Haud ſcio, an illa beatior* *ſit eſſe*, unus. *Haud ſcio, hac an ulla* *ta beatior poſſit eſſe*, Lambinus. Ego npreſſam lectionem probo. nam ex rietate, quæ apparet in veteribus li- is, Res, Vita, Ætas, conſtat omnia e gloſſemata.

Ad cultum etiam deorum] Nam pri- mitias profert, & victimas ſuppeditat. Xenophon in Oecon. *Ad cultum etiam deorum :* Sic quattuordecim. *Et ad cul- tum etiam deorum*, tres. *Et cultum etiam deorum*, unus. *Cultumque deorum*, u- nus. *Ad cultum deorum*, unus.
Boni, aſſiduique domini] Unde, Do- mini oculus. Vide & Agellianum a- pologum de Caſſita.
Cella vinaria, olearia, & penuaria eſt] Etiam quinque. *Etiam &*, unus. *Mellaria*, addunt poſt τὸ, *Olearia*, duo libri. *Neque. Et, neque. Etiam*, unus. Poſt *vinaria*, eſt *mellaria*, in duobus. *Mellearia* eſt in Lamb. *Pe- nuaria : Penaria* etiam dicitur. *Pecua- ria*, unus. *Pomaria*, unus. *Panaria*, duo.
Villaque tota locuples eſt] Locuples, qui pleraque loca, hoc eſt multas poſ- ſeſſiones tenet. Agellius lib. x. cap. 5. Plin. lib. XIIX. cap. 3. Cajus in l. quos nos, ff. de orig. juris. *Villa locuples :* de villæ poſitione vide Columellam lib. I. cap. 6.
Succidiam alteram] Suillæ carnis fruſtum, ut perna, petaſo. Varro lib. 2. de re ruſt. & 4. de Ling. Lat. Nonius aliter interpretatur, & male, *ſucceſſionem neceſſariam.* Plinius, *alte- rum macellum.*
Specie dicam] *Specie plura dicam*, decemſeptem.
Brevi præcidam] Longiorem ſermo- nem amputabo. Acad. IV. *Præcide : ſtatue aliquando, quod lubet.* IIX. ad Att. *Numquam reo cuiquam, tam hu- mili, tam ſordido, tam nocenti, tam alieno, tam præciſe negavi, quam hic mihi plane ſine ulla exceptione præcidit.* Sic eſt in undecim meis. *Brevi tibi præ- cidam*, unus. *Breviter præcidam*, qua- tuor. *Breviter prædicam*, unus. *Brevi ſuccidam*, unus. *Brevi dicam*, unus. *Breviter* unus : ſine ullo verbo. *Brevi- ter plura expediam*, unus.
Illa ætas aut caleſcere] *Illa ætas æque caleſcere*, novem, τὸ, *aut*, vel *Æque*, non eſt in quatuor. *Illa ætas æque aut caleſcere*, tres.
Aut viciſſim] *Vel viciſſim*, tres. *Vi- ciſſim :* vide Cariſium lib. II.
Sibi habeant igitur arma] Sic omnes mei : duobus exceptis, in quibus, *ſibi*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ergo habeant arma. In Lælio: *Sibi habeant ſapientiæ nomen.*

Sibi clavam, & pilam] *Sibi clavam, ſibi pilam*, decem. τὸ, *&*, ſine *ſibi* non eſt in duobus. *Pilam*: militarem, quidam: quidam, luſoriam. Si impreſſam lectionem retinemus, *ſibi clavam, & pilam*, intelligendam fortaſſe de pila, & clava, quam nos hodie *Palamaglio* dicimus.

Talos] De quibus ſcripſit Nicolaus Leonicus Thomæus in dialogo, *ſannutus*: ſive, de ludo talario.

CAPVT XVII.

M*Vltas ad res perutiles Xenophontis libri ſunt*] Dictus Attica Muſa. Cicero, Quinctilianus. Sed, quid teſtimonia quærimus? Ipſum χαρακτὴρ id facile indicat. Hiſtorica, ethica, œconomica, politica, rei militaris præcepta, & exempla complectitur.

Qui Oeconomicus inſcribitur] Quem Cicero juvenis admodum e Græco vertit.


Præſtanti ingenio] Sic quinque. unus, *præſtante.* quindecim, *præſtantem.*

Lyſander Lacedæmonius] Cujus vitam Plutarchus ſcribit.

Vir ſummæ virtutis] In re militari: tamen a Conone navali pugna poſtremo victus eſt. Iuſtinus lib. VI. Atqui dicebat, pueros nucibus, viros jurejurando fallendos eſſe: &, quo leonina pellis penetrare non poſſit, ibi vulpinam eſſe adhibendam.

Sardis] Aſiæ opido: in quod cum Cyrus major victor intraſſet, ubi tunc Crœſus latitabat, Athis, filius regis, mutus ad eam diem, dixiſſe fertur: *Parce patri meo, Cyre: &, te hominem eſſe, vel caſibus diſce noſtris.* Solinus cap. 7. Plin. lib. V. cap. 29. ſcribit, Lydiam, quæ Mæonia ante appellata, Sardibus in latere Tmoli montis maxime celebrari.

Et directos in quincuncem ordines] Quincunx, quinque ſunt aſſis partes: ut Decunx, vel Dextans, decem. &, ut denarius numerus hac nota, X, quinarius hac, V, deſignatur quæ duplicata ſit X. ut duplicatus item numerus oſtendatur. Arbores igitur in quincuncem recto ordine diſpoſitæ, figuram quicuncialem, V, referunt, ſic, ut ea figura, quamcumque in partem ſpectaveris, oculis occurrat. quod ut pateat illuſtrius, exemplum ſubjiciam.



Nam, ſi a duobus ſuperioribus punctis ad unicum ſubjectum, vel ab unico ſuperiore ad duo ſubjecta lineas ducas: quicuncis notam efficies: a duobus ad unicum, hoc modo. Vt ab unico ad duo, ſic, Λ. quo quidem ordine ſpecioſius, & gratius eſſe nihil poteſt. hodieque hujus generis exempla, ad antiquitatis imitationem a peritis hominibus elaborata, cernuntur. De quicunce Columella lib. III. cap. 13. & lib. IV. cap. 30. Plinius lib. XVII. ait, in diſponendis arboribus, arbuſtis, ac vineis quincuncialem proportionem utilem eſſe, & adſpectu gratam, quocunque modo intuearc in ordinem ſe porrigente verſu. Quinctilianus lib. IIX. cap. 3. *Quid illo quicunce ſpecioſius, quid in quamcumque partem ſpectaveris.* Virgilius de eo, Georg. II.

Indulge ordinibus, nec ſecius omnis in unguem
Arboribus poſitis ſecto via limite quadret.

Cæſar quoque, de bello Gall. lib. VII. *Ante hos*, inquit, *obliquis ordinibus in quincuncem diſpoſitis, ſcrobes trium in altitudinem pedum infodiebantur.*

Qui afflarent e floribus] Sic arbitror omnino a Cicerone ſcriptum eſſe, & imperitos poſtea, ignoratione pulcherrimi verbi, quod modo abſolute capitur, modo ἐνεργητικῶς, feciſſe, *afflarentur.* Sane veteres libri non ſuffragantur ſententiæ noſtræ: ſed unum tamen ſe vidiſſe teſtatur, in quo erat, *afflarent*, vir excellentis induſtriæ, magni ingenii, ſingularis doctrinæ, Obe-

ctus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

us Gifanius. Et Lucretius, *efflare*, mel & iterum abſolute dixit. Locus uidem eſt in Epiſt. ad Att. lib. XVI. m hac ſignificatione apte congruens: *umoris neſcio quid afflaverat, commiſ- ne Græcorum frequentiam Comitiorum n fuiſſe.* Pro, *exierat, emanaverat.* mnes mei, *afflarentur*, tribus exce- is, in quibus, *efflarentur. Ex*, tres. *e*, unus. *A*, quattuor. Neque, *e:* que, *ex:* neque, *de:* neque, *a*, nus.

Diligentiam] Sic omnes mei libri.

Nitorem corporis] *Corporis*, abeſt a tere impreſſo. neque legitur in Xe- ophonte.

Recte] *Rite*, tres.

Quoniam virtuti tuæ fortuna conjuncta] Ἀγαθὸς γὰρ ὢν εὐδαιμονεῖς.

Hac igitur fortuna frui] Sic decem ptem. *Vti*, duo. *hac vero frui*, unus. *rtuna*, non eſt in uno.

M. Valerium Corvinum] Quem Li- us Alexandro Magno comparat in re llica. Livius lib. VII. Agellius lib. IX. p. XI. Valerius Max. lib. 2. cap. 2. lib. IIX. cap. 16. de vir. ill. Florus . I. cap. 13. Ovidius in Faſtis.

Vitam perduxiſſe] *Produxiſſe*, ſex. *Vi- m*, non eſt in quinque.

Cujus inter primum & ſextum conſu- tum ſex & quadraginta anni interfue- nt] Diſputari poteſt in utramque rtem de hoc annorum numero. ſive im, VI, ut eſt in antiquis omnibus bris, ſive, IIX, ut eſt in multis vul- tis, legatur: non infirmis rationi- us utraque niti videbitur opinio. Fa- i Capitolini inter primum & ſextum orvini conſulatum annos interpo- unt XLIIX. quorum auctoritas effe- t, ut in iis libris, qui poſt eorum aſtorum editionem ſunt impreſſi, re- oneretur, IIX: perinde ac, VI, men- oſum eſſet. Contra, libri veteres mnes, & vulgati ſimul, ante reper- s Tabulas Capitolinas emiſſi, ha- ent. VI, nec aliter in Valerio Max. gitur. Quodque valet apud me plu- mum, deſcribi video militarem æ- tem a Cicerone, cum ſubjungit ita, *uantum ſpatium ætatis majores ad ſe- ectutis initium eſſe voluerunt, tantus li curſus honorum fuit.* Militare autem on ultra quadrageſimum ſextum æta- tis annum quiſquam cogebatur: quaſi annus ille, proxima ſenectute, meri- to finem laboribus, ac periculis affer- ret. de quo ne quis ambigat, Polybii de peditibus legionariis verba recitabo. Οὓς δεῖ στρατείας τελεῖν κατ' ἀνάγκην ἐν τοῖς τετταράκοντα καὶ ἓξ ἔτεσιν ἀπο- γενεᾶς. Eodemque pertinet illud Ta- citi lib. I. *Atrociſſimus veteranorum clamor oriebatur: qui tricena, aut ſupra, ſtipendia numerantes, mederetur feſſis, orabant. Tricena* enim *ſtipendia* ſunt an- ni triginta: quibus additi ſexdecim pueritiæ, quibus militare non licebat, (nam decimo ſeptimo virilis toga ſu- mebatur) fiunt anni XLVI. Sed eſt, ut mihi videtur, in ipſo Cicerone diſ- ſenſio quædam: quam a nemine ad- huc eſſe video animadverſam. Pri- mum dicit, *interfuerunt:* quo verbo ſpatium interjectum ſignificari, vix quiſquam negaverit, excluſo utroque conſulatu: deinde ſubjungit: *Tantus illi curſus honorum fuit.* ut omnino comprehendere videatur utrumque conſulatum: ſiquidem *curſus honorum* incipit in primo conſulatu, deſinit in ſexto. ita neceſſe eſt, inter primum & ultimum conſulatum non annos intereſſe XLVI, ut habent veteres omnes libri, ſed XLIV. quod eo mihi magis placet, quia conſentire Livius videtur: qui, cum anni XLIIX. inter primum & ultimum Corvini conſu- latum a Verrio ponantur, ipſe ex hoc toto numero quattuor non agnoſcit, primum eum, qui ſignatur anno V. C. CDXX, nullis conſulibus: alterum, anno V. CDXXIX, nullis conſulibus, dictatore L. Papirio Curſore: tertium, anno CDXLIV, nullis conſulibus, eo- dem Curſore dictaturam iterum ge- rente. quartum, anno CDLII, nullis conſulibus, dictatoribus autem Q. Fa- bio Rulliano, M. Livio Corvo. Quod ſi quattuor anni ex Livii auctoritate tollantur: recte legetur in Cicerone, IV & XL, pro VI & XL. quod ipſe con- firmat, ſubjungens: *Tantus illi curſus honorum fuit.* Nec tamen erraſſe Ver- rium dixerim, ſed alios eum annales, alios Livium, ac Ciceronem ſequi maluiſſe. Mihi nunc id tantum pro- poſitum eſt, ut Ciceronis locum re- ſtituam: in quo ſubjecta ipſius verba

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

de militari ætate me adjuvant. Adjungo Livii teſtimonium, quod facio plurimi. recte ne ſenſerint, an ſecus, mihi quærendum non fuit: neque id ſtatuere meæ ſententiæ videtur. mentem Ciceronis aſſequi, & ad eam numerum annorum accommodare, ſatis habeo.

Hujus extrema ætas] De Tribus apud Rom. ætatibus vide Agell. lib. x.

Apex ſenectutis auctoritas] Senectus nihil ſublimius habet, nihil magnificentius auctoritate.

L. Cæcilio Metello] Pontifice max. Valerius lib. IIX. de Senectute, Plin. lib. VII. cap. 48.

In quem illud eulogium unicum: Plurimæ conſentiunt gentes, populi primarium fuiſſe virum] Singulare illud eulogium memoriter Cicero refert, non, ut plane inciſum erat in ſepulcro Calatini, in quo erat, *uno ore cui plurimæ conſentiunt gentes, populi primarium fuiſſe virum.* ut eſt in lib. 2. de Fin. in extremo. Sufficit enim ei, hoc quidem in loco, ipſam Calatini laudem oſtendere, quæ eſt, populi primarium fuiſſe virum. Satis autem conſtat ex antiquis libris utrobique, id eſt hic, & in lib. de Fin. eodem modo legi non poſſe. Nec video, cur aut hic, aut ibi quidquam mutetur: cum ibi ipſa inſcriptio totidem verbis referatur, hic autem eulogii ſumma ponatur. Vnus ex meis poſt, *unicum*, addit, *fuit.*

Poſtea] Triennium.

De Paullo] Patre tuo, o Scipio. Valer. lib. 2. cap. de Majeſtate, Plut. in vita.

Aut Africano] Avo tuo adoptivo. Val loco citato, Livius lib. XXXIV.

Maximo] Fabio, cum quo ſe militaſſe, jam dixit.

CAPVT XVIII.

NOn cani, non rugæ] Seneca de brevitate vitæ: *Non eſt, quod quemquam propter canos, aut rugas putes diu vixiſſe, non ille diu vixit, ſed diu fuit.* Iuvenalis:

——— *Facies tua computat annos.*

Auctoritatem afferre poſſunt] *Arripere*, quindecim. *Accipere*, duo. *Erripere*, unus. *Eripere*, unus.

Capit] Sic omnes libri.

Salutari] Sic conjurati apud Salluſtium ineunt conſilium de opprimendo Cicerone, ingredi, ſicuti ſalutatum.

Aſſurgi] Iuvenalis Sat. 12.

Credebant hoc grande nefas, & morte piandum,
Si juvenis vetulo non aſſurrexerat, & ſi
Barbato cuicumque puer: licet ipſe videret
Plura domi farra, & majores glandis acervos.

Et Ovidius Faſtis:

Magna fuit quondam capitis reverentia cani,
Inque ſuo pretio ruga ſenilis erat.

Deduci, reduci] Nam juvenes deducebant ad curiam aliquem ſenatorem, quem exſpectabant, ut domum reducerent. Valerius lib. 2. cap. 1. & Agellius lib. 2. cap. 15. qui hunc morem Romanos a Lacedæmoniis accepiſſe ſcribit.

Conſuli] Atqui Iuriſconſulti domus, oraculum civitatis. Cic. de Orat. 1. & ſenes conſuli multis de rebus poſſunt, quas ob ætatem experti ſunt.

Vt quaque optime morata] Sic ſex mei. tres addunt, *eſt. Vt quaque optime morata ſunt*, quinque. *Vt quæque optime moderata ſunt*, unus. *Vt quæque morigerata eſt optime*, unus. *Vt quam optime morigerata*, unus. *Vt quæque bene morata eſt*, unus. *Vt quæque bene morata ſunt*, duo. *Vt quæque optima morata eſt*, unus.

Lyſandrum] Vide Plut. in Apophthegm. Laconicis.

Domicilium ſenectutis] Sic omnes libri. Lambinus, *Senectuti.*

Ludis] Panathenaicis.

Lacedæmonios] Qui ſenectuti honorem habebant. Agellius.

Conſurrexiſſe omnes] Addunt omnes libri, *illi* dicuntur.

Seſſum] *Feſſum*, unus.

Ex iis] Lacedæmoniis Pluth. in Apophth. Valerius lib. IV. cap. 5.

Dixiſſe ex iis quendam] Sic omnes mei. unus addit, *dicunt.* quod ſapit gloſſema.

Athe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Ithenienſes ſcire, quæ recta eſſent, facere nolle] Plato I. de Leg. ait, uis Athenienſis bonus ſit, eum e bonum eſſe. Demoſthenes ſcri- de ſuis civibus, τὰ πλείω ἐκπεφεύ- γ αὐτοὺς, οὐ τῷ μόνον εἶναι, ἀλλὰ καὶ βούλεσθαι ποιεῖν τὰ δέοντα.

n noſtro collegio] Augurum. *In no- collegio præclaro:* ſic duodecim. re- nam, quod additur, in ſex, : in tribus, *cognovi*, gloſſemata .

Antecedit] Sic decemnovem. unus, *cedat*, unus, male, *antecellit*.

ententiæ principatum tenet] Vel pri- s ante alios ſententiam dicit.

orporis] Sic recte decemſeptem. *orum*, quattuor. ex quibus duo, q. præp.

n extremo actu] Ep. I. lib. I. ad fr. Illud te *ad extremum & oro, & ror, ut, tamquam poetæ boni, & res induſtrii ſolent, ſic tu in extrema te, & concluſione muneris, ac nego- tui diligentiſſimus ſis: ut hic tertius us imperii tui tamquam tertius actus ectiſſimus, atque ornatiſſimus fuiſſe eatur.*

At] Sic omnes libri.

Moroſi] Vide Nonium in differen- .

Anxii] Suis diffidunt.

racundi] Si quid ceſſatum pecca- ve fuerit.

Dificiles] Duri ad ignoſcendum.

Etiam avari] Terentius Adelph.

Ad omnia alia ætate ſapimus rectius:
Solum hoc unum vitium affert ſenectus
hominibus:
Attentiores ſumus ad rem omnes, quam
ſat eſt.

Contemni ſe putant] Sunt enim ſenes piciosi, Ariſtoteles Rhet. II.

Deſpici] *Decipi*, unus. Vnus non bet.

In fragili corpore] Cujus imbecilli- em animi quoque imbecillitas fere mitatur.

Omnis offenſio] Vel levis.

Dulciora fiunt] Mitigantur.

In altero duritas] Diſſentire video teres libros, & eſſe in aliis, *diritas*, ui tamen pauci ſunt,) duo, & alter lii Galli in aliis, *duritas*. (in uno eſt, *uritia.*) Sed magis in patrem conve- nit *duritas*, quam *diritas*. Dirus enim eſt, qui ſævit in aliquem, & ad ſævi- tiam eſt natura propenſus: quod ad patrem non pertinet, qui filio multa quidem negat, in eum tamen non ad- ducitur ut ſæviat: cum vero negat, & nihil indulget, in eo durus eſt. Ita *durum ſenem* dixit Cicero in orat. pro Cœlio, & in Oratore, & Propertius lib. II. eleg. 31. *Durus pater*, Ovid. lib. IX. Metam.

Nec nos aut durus pater, aut reveren-
tia famæ,
Aut timor impediet.

Et lib. I. Am.

Dum fallax ſervus, durus pater, im-
proba lena
Vixerit, & meretrix blanda, Menan-
dros erit.

Diritas, male bis in Nonio.

Omnis natura] Sic recte duodecim. *Omnis ætas naturæ*, octo. Omnis ætas natura in vetuſt. unus.

Vetuſtate coaceſſit] Non bene ætatem fert. ſupra.

CAPVT XIX.

R*Eſtat*] *Reſtet*, tres. Deeſt in duo- bus.

Appropinquatio mortis] Seneca lib. I. ep. 12. Ariſtoteles ait, θάνατον ἐστὶ πάντων τῶν δεινῶν φοβερώτατον.

Aut plane negligenda, aut etiam optanda] Martialis:

Summum nec metuas diem, nec optes.

Optanda] Sic omnes mei. Alii le- gunt, *appetenda*, *oppetenda*.

Atqui tertium certe nihil inv. pot.] Sic decem. ex quibus quinque non habent, *certe*. *Atque*, quattuor. *At- qui certius certe nihil inv. pot.* ſex. ex quibus unus non habet, *certe*. *Atqui nihil certius*, unus.

Quamvis ſit adoleſcens] *Sit*, abeſt a duobus meis. & a Nonio, in *explo- rare*.

Ad veſperum] Hinc illud Cæſaris, Kalendæ Martiæ venere. cui reſpon- ſum, *ſed nondum præteriere*. Et illud Varronis, *neſcis, quid ſerus veſper ve- hat.*

Mortis caſus] Sic legendum: & ita decemocto mei.

Facilius in morbos incidunt adoleſcen- tes]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

tes] Id Hippocratis aphoriſmo comprobatur.

Gravius] Periculoſius.

Triſtius] Difficilius. Nonius. ob morbi vehementiam, cui extrema remedia ſunt adhibenda. Vel, majore cum moleſtia & ægrotantis, & domeſticorum, ob adoleſcentis jacturam, a quo ſperari poſſunt plurima.

Perpauci] Propter caſus mortis plures, morborumque vehementiam. *Perpauci: Pauci*, decem.

Ni] Sic quattuordecim.

Conſilium] Εὐβουλία.

In ſenibus] Iis, qui cum naturæ bonitate temperantiam conjunxere.

Qui ſi nulli fuiſſent] Nam adoleſcentes, viribus freti, vim potius, quam jus, ſpectant, invitique ſe legibus adſtringunt. Heſiodus:

Ὑβρισταὶ, καὶ χειροδίκαι, καὶ ὑπερφίαλοι καὶ ἀθέμιστοι ὄντες.

Nullæ omnino civitates] Adoleſcentes enim, ferocia, & temeritate præditi, nihil conſtituiſſent, omnia potius evertiſſent. *Civitates:* hominum conſociationes. *Fuiſſent*, *Eſſent*, duo. *Forent*, duo.

Exſecratus ad ampliſſimam dignitatem] Magnam ſpem de præbentibus. pueris etiam num.

Fratribus tuis] Pauli filiis, qui adhuc pueri ſunt exſtincti. Livius, Vellejus, alii.

Sperat adoleſcens] De ſpe Lucianus περὶ θυσιῶν: Αἱ ἐλπίδες ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς αἰωρούμεναι, ὅταν μάλιστ' ἄν τις οἴηται ἐπιλήψεσθαι αὐτῶν, οἴχονται ἀποπτάμεναι, κεχηνότας αὐτοὺς ἀπολιποῦσαι. Id eſt: *Spes ſupra caput agitatæ, ubi te illas omnino comprehenſurum exiſtimes, avolantes evaneſcunt, eoſque hiantes relinquunt.*

Diu ſe eſſe victurum] *Eſſe*, abeſt a quatuordecim. Vnus, *ſe diu victurum.*

Incerta pro certis] Nam, ut ait Seneca, *prætерita certa ſunt, voluptates futuræ incertæ: quæ, pene, antequam veniant, auferantur.*

Ne quod ſperet quidem habet] *Sperat* quattuor. *Quid* octo. *Ne quid ſperet habet*, unus. *Ne quid ſperet*, habet quidem, unus. *Nec hoc ſperat, quod habet*, unus. *Id ſperat, quod & habet*, unus.

Hic jam conſecutus eſt] *Hic conſecutus eſt*, decemſeptem. *Is conſecutus eſt*, unus. *Hic ſecutus eſt*, unus. *Hi conſecutus*, unus. *Eſt conſecutus*, unus.

Quid eſt in hominis vita diu] Seneca, *quod agimus, breve eſt: quod acturi ſumus, dubium: quod egimus, certum.* Virgilius:

——— *Viximus ambo,*
Rhœbe, diu: res ſi qua diu mortalibus ulla eſt.

Centum & viginti vixit] De numero annorum conſentiunt quidem antiqua exemplaria: veterum tamen ſcriptorum teſtimonia diſſentiunt. Annos ei cxx. tribuunt Herodotus lib. I. Valerius lib. VIII. cap. 13. & Plinius lib. VII. cap. 48. CL, Cenſorinus in præclaro illo libello de die natali. Lucianus ἐν Μακροβίοις, & Anacreon. CCC, Silius Italicus lib. III. poetica, ut arbitror, uſus licentia.

Argonthoniacos armat Carteia nepotes,
Rex proavus fuit humani doctiſſimus ævi,
Ter denos decies emenſus belliger annos.

Vide & Tzetzem in Lycophronis Caſſandram.

Cum enim id advenit, tunc] Sic quinque. *Tum*, quinque. *Cum enim id idem extremum advenit, tunc*, unus. *Cum enim aliquid advenit, tunc*, unus. *Cum enim advenerit extremum, tum*, unus. *Cum enim id evenerit, tum*, quattuor. *Cum enim id venerit, tum*, duo. *Cum enim jam advenit, tum.*

Effluxit] Vide Senecam lib. III. ep. 24. Auguſt. de Civ. D. lib. XII. cap. 12.

Remanet, quod virtute, & recte factis ſic conſecutus] Seneca de brevitate vitæ ſcribit, eum male vixiſſe, qui neſciat bene mori. Ibidemque, vivere in tota vita diſcendum monet. Et lib. 2. Epiſt. ep. 1. ſtultitiæ proprium dicit, ſi quis incipiat vivere. Horatius:

——— *præter laudem nullius avaris.*

Et:

Exegi monumentum ære perennius.

Ovidius:

——— *perque omnia ſæcula, fama,*
(Si quid habent veri vatum præſagia) vivam.

Theo-

ocritus quoque:

'κ μοισῶν ἀγαθὸν κλέος ἔρχεται
ἀνθρώποισι.

x muſis bona fama venit hominibus.

Nec, quid ſequatur ſciri poteſt] Τὸ ὅλον ἀόρατον, Iſocrates ait.

Adplaudite] *Ad*, non eſt in quin-

Veniendum] *Vivendum*, quattuor. i diſplicet.

Non magis dolendum eſt] Sed potius dent.

Tamquam adoleſcentia] *Adoleſcen-n*, quindecim.

t ſæpe dixi] Sic omnes, duobus ceptis, quorum unus, *ut ſæpe dixi-s:* alter, *& ſæpe dixi jam.*

Sicut cum ſua ſponte] *Cum*, non eſt tredecim.

Quo propius ad mortem accedam] Ma-ius:

*Naſcentes morimur, finiſque ab origi-
ne pendet.*

In portum ex longa navigatione] Se-ca ad Paullinum: *In hoc tam procel- mari navigantibus nullus portus, niſi rtis eſt.*

CAPVT XX.

Enectutis autem nullus certus eſt ter-minus] Ante hæc verba, leguntur a in quibuſdam antiquis libris, (ſex eis) quæ doctis viris placuiſſe video, c inquam: *Omnium ætatum certus terminus.* Ego vereor, ex interpre-tione in libri margine adſcripta, re-ptum eſſe inter verba Ciceronis. ut tenderetur, quod ceteris ætatibus on contingit, id contingere ſenectu-, ut certum non habeat terminum. ihi quidem neceſſe non videtur, ut idquam addatur: cum in ceteris æ-tibus terminum eſſe pateat, in ſe-ctute vero non niſi cum vis mentis, actio deficit. Quod ſi ante mors ccupet, æquo animo ferendum. id im ceteris etiam ætatibus poteſt ac-idere.

Et tamen mortem contemnere] Tollit æc liber Fulvii Vrſini. Tum, tres. *Tueri poſſit, mortemque cont.* duo. *Poſ-it*, quattuor.

Piſiſtrato] Hippocratis, Athenis ty-ranno, regnante apud Romanos Ser-vio Tullio. Iſocrates in Panathenaico. Herodotus lib. 1. Iuſtinus lib. 2. A-gellius, & Euſebius.

Tyranno] Vt qui libertatem oppreſ-ſit, non crudelitate barbarica ſævienti.

A Solone reſponſum] Plutarchus, & Laertius.

Integra mente] Antequam deficien-tibus ſenſibus deliraveris.

Certiſque ſenſibus] Sic octo. *Ceteriſ-que ſenſibus*, novem. *Certiſque rationi-bus*, unus. *Cunctiſque rationibus*, unus. *Ceteriſque finibus*, duo. *Rectiſque ſen-ſibus*, alii legunt.

Navem] *Navim*, quinque.

Injuſſu imperatoris] Tuſc. 1. & in Somnio Scipionis.

Solonis quidem eulogium eſt] Tuſc. 1.

*Mors mea ne careat lacrumis: linqua-
mus amicis*
*Mœrorem, ut celebrent funera cum
gemitu.*

Græca leguntur apud Plutarchum:

Μηδέ μοι ἄκλαυστος θάνατος μό-
λοι, ἀλλὰ φίλοισι
Ποιήσαιμι θανὼν ἄλγεα, καὶ στο-
ναχάς.

Funera fletu] Sic omnes mei. Fune-re fletum, eſſe in veteribus quibuſdam libris, alii ſcribunt. Lambinus, Fu-nere leſſum.

Si aliquis eſſe poteſt] Sic omnes mei: duobus exceptis, in quibus, *ſi quis poteſt eſſe.*

Is ad exiguum tempus] *Iſque eſt uſque ad exiguum tempus*, unus. *Vſque ad exiguum tempus*, quinque. *Iſque ad exiguum tempus*, octo. *Iſque ad exi-guum*, unus. *Iſque uſque ad exiguum tempus*, unus. Poſt, Tempus, *erat*, *durat*, in vulgatis libris, tollendum cenſuimus auctoritate ſeptem meo-rum librorum.

Poſt mortem quidem ſenſus &c.] *Sen-ſus*, delendus jampridem putavi. nunc, opinionem meam libro meo vetere confirmari, gaudeo.

Meditatum] Seneca dolet, magnam vitæ partem nihil agentibus, majorem male agentibus, totam aliud agenti-bus elabi.

Moriendum certe eſt &c.] Seneca e-piſt. *Omnes eadem condicio devinxit. cui naſci contigit, mori reſtat. intervallis di-ſtinguitur, exitu æquamur. hoc, quod*

Z 5 inter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

inter primum, & ultimum diem jacet, varium, & incertum eſt. ſi labores æſtimas, etiam puero longum, ſi velocitatem, etiam ſeni anguſtum. nihil non lubricum, & fallax, & omni tempeſtate mobilius. jactantur cuncta, & in contrarium tranſeunt, jubente fortuna. &, in tanta volutatione rerum humanarum, nihil cuiquam, niſi mors, certum. Pindarus Olymp. Od. 2. Τὸν ὅλον ἀμφὶ χρόνον, ἤτοι βροτῶν γε κέκριται πείρας οὔ τι θανάτου, &c. Et Metrodorus: Πρὸς μὲν τὰ ἄλλα ταῦτα, ἀσφάλειαν ἐστι πορίσασθαι, χάριν δὲ θανάτου πάντες ἄνθρωποι ἀτείχιστον πόλιν οἰκοῦμεν. Id eſt: *Adverſus alia omnia præſidii aliquid parari poteſt: ſed, quod ad mortem attinet, omnes urbem incolimus carentem mœnibus.*

Qui poterit] *Quis*, decemſeptem.

Animo conſiſtere] *Animo*, non eſt in uno. *Animo læto*, unus.

Eſt interfectus] Ab Arunte, Tarquinii regis filio: & ab ipſo item Aruns occiſus eſt. Livius lib. 2. Plut. in Poplicola, de vir. ill. cap. 10. Valer. lib. v. cap. 6. Florus lib. 1. cap. 10. Cic. Tuſc. 1. & 4. & in Paradoxis.

M. Atilium] Regulum.

Ad ſupplicium eſt profectus] De Supplicio variant ſcriptores. vide Agellium lib. vi. cap. 4. de vir. ill. cap. 40. Flor. lib. 2. cap. 2. Epit. Liv. lib. xviii. Valer. lib. 1. cap. 1. & lib. ix. cap. 2. Polybium, Oroſium lib. iv. cap. 10. Vide & D. Aug. de Civ. D. lib. 1. cap. 15. & 24. & Silium lib. vi. & Cic. Off. 1. Parad. 11. in Piſonem, Valerium lib. 2. cap. 4. Horatium Carm. lib. iv. od. 5.

Duos Scipiones] Livius lib. xxv. Silius lib. xiii. Appianus in Libyco, Oroſius lib. iv. cap. 17. Florus lib. 2. cap. 6. & Valerius lib. iii. cap. 7. Vide Parad. 1.

L. Paullum] Livius lib. xxiii. Polybius lib. v. Plut. in Paullo Æmilio, Silius lib. x. Florus lib. 2. cap. 6. Oroſ. lib. iv. cap. 16. & Valer. lib. iii. cap. 2.

Morte ſua luit] *Sua*, non legitur in decemocto meis. *Morte luit ſui*, unus.

M. Marcellum] Livius lib. xxvii. Plut. in vita. Valer. lib. v. cap. de humanitate, de vir. ill. cap. 5. Silius lib. xii. Oroſ. lib. iv. cap. 18. & Off. 1.

Legiones noſtras] Idem Tuſc. 1.

Quod] *Quas*, duodecim.

Etiam ruſtici] Ex agris enim in militiam proficiſcebantur. ep. 7. lib. 11. Fam. *Ex agricolis* (ait Cato de re ruſt.) *& viri fortiſſimi, & milites ſtrenuiſſimi gignuntur.* Columella quoque idem dicit. Et Xenophon in Oeconomico ſcribit, Rei militari non aliud hominum genus magis idoneum eſſe, quam agricolas.

Sunt pueritiæ certa ſtudia] Minervæ hæc ſunt ad Telemachum, apud Homerum:

——— οὐκ ἔτι σὲ χρὴ
Νηπιάας ὀχέειν, ἐπεὶ οὐκ ἔτι τηλίκος ἐσσί.

Id eſt:

——— *pueriles ſpernito nugas,*
Confirmata virum cum te jam fecerit ætas.

A ſenectute quæruntur] *Quæruntur in ſenectute*, undecim.

Occidunt] Solis inſtar.

Sic occidunt etiam ſenectutis] *Etiam*, non eſt in uno. *Iam*, unus. *Et*, unus. *Occidunt ſic etiam ſen.* unus. *Occidunt*, non eſt in tribus.

CAPUT XXI.

NOn audeam dicere] *Vobis*, addunt omnes libri ſcripti. *Vobis*: adoleſcentibus generoſis, liberaliter inſtitutis, acutis, præclare de me ſentientibus, quique nihil in malam partem ſitis accepturi.

Quo ab ea propius abſum] Pro, minus diſto. Sic locutus ep. 1. ad Att. *Illam manum tu mihi cura ut præſtes, quoniam tu propius abes, Pompeji noſtri.* Alibi: *Loca, quæ a Brunduſio propius abſunt, quam tu, biduum, aut triduum.* Tuſc. 1. *Quæ propius aberant ab ortu.* Et Plin. lib. iv. *Tum prope ab origine rerum ſumus.* *Quo ab eo propius abſum*: ſic quattuordecim. unus, *eo*, unus non habet. *Ab eo.* Male in quinque, *quod*. *Adſum*, quinque. *Aſſum*, unus.

Compagibus corporis] Vide Lactantium cap. ix. de orig. erroris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

vi opere] Sic decem octo. *Gra-* *opere*, unus. *Gravi ope*, unus. *opera*, unus. quomodo Lamb. s Lucretium :

——— *parva perfunctus opella.*

enim animus cæleſtis] Probat ſex mentis animorum immortalita- *Animus cœleſtis* : Lucretius :

nique cæleſti ſumus omnes ſemine oriundi.

mnibus ille quidem pater eſt.

Lactantium de opificio hominis, c19.

altiſſimo domicilio] Ex primo or- qui continet ceteros, qui ſum- ipſe deus eſt. de Somnio Scipio-

rpora humana] Ex humo orta.

uerentur] Excolerent, guberna-

cleſtium ordinem] De nat.de.2. *Qui* *num eos humo excitatos celſos, &* *tos conſtituit, ut deorum cognitionem,* *m intuentes, capere poſſent. ſunt e-* *e terra homines non ut incolæ, at-* *habitatores, ſed quaſi ſpectatores ſu-* *rum rerum, atque cæleſtium: qua-* *ſpectaculum ad nullum aliud genus* *mantium pertinet.* Et de Somnio p. *Homines ſunt hac lege generati,* *tuerentur illum globum, quem in hoc* *plo medium vides, quæ terra dicitur.* *o loco* vide Macrobium, Et Xeno- on lib. I. de dictis, & factis So- tis.

Nobilitas] Atqui Pythagoras auri- ri filius fuit, ſua tamen ſapientia bilitatus.

Auctoritas] Inde, Αὐτὸς ἔφα.

Contemplantes] Platonis etymolo- m de homine poſuimus lib. I. Off. onet & D. Gregorius :

Θυμὲ βλέψον ἄνω χθονίων δ' ἐπιλήθεο πάμπαν.

Pythagoreoſque] *Pythagoricoſque*, duo.

Incolas pæne noſtros] Tenuerant enim aliæ partem, quæ Magna Græcia vo- batur. In Lælio. Vide Laertium b. VIII. & omnino Auguſtinum lib. III. de Civ. Dei.

Delibatos animos] Id eſt, derivatos, fuſos, alias, *delibratos*. Tuſc. 5. *Hu-* *manus animus decerptus ex mente divina.*

Socrates] Apud Platonem in Phæ- one.

Sapientiſſimus] *Omnium ſapientiſſi-mus*, omnes mei libri, uno excepto: Græca oraculi verba :

Σοφὸς Σοφοκλῆς, σοφώτερος Εὐριπίδης,
Πάντων δὲ σοφώτατος Σωκράτης.

Sic mihi perſuaſi] *Sic mihi prorſus perſuaſi*, legi in vetere libro, ſcribunt docti viri. *Sic perſuaſi mihi*, duodecim. *Mihi ſic perſuaſi*, duo.

Cum tanta celeritas ſit animorum, &c.] Argumenta quattuor, ad probandam animorum immortalitatem, ex Platone ſumpta.

Prudentia] Ita legit Nonius perſpicue. itaque eſt in antiquis meis ſexdecim. quinque, male, *providentia.*

Tot ſcientiæ] Sic decem. *Tantæ ſcientiæ*, ſeptem. *Tot ſententiæ*, tres. *Tantæ ſententiæ*, unus.

Scientiæ] Iurejurando affirmare quidam non ſunt veriti, *ſcientias* non reperiri plurali numero.

Cumque animus ſemper agitetur] Sic decemnovem. duo, *Cumque ſemper agitetur animus.*

Simplex animi natura] Contra Ariſtoteles in fine lib. VII. Ethicorum.

Diſpar ſui] Sic omnes mei, uno excepto, a quo abeſt τὸ, *ſui.*

Hæc Platonis fere] Sic ſeptem. *Hæc ſunt Platonis fere*, quattuor. *Hæc Platonis fere ſunt*, duo. *Hæc Platonis ſunt*, unus. *Hæc Platonis eſſe ferunt*, unus. *Hæc Plato veſter*, unus. *Noſter*, unus. *Hæc ſententia Platonis fere*, unus. *Hæc Platonis ſunt vere*; unus. *Hæc Platonem ferunt*, unus.

CAPVT XXII.

APud *Xenophontem*] Argumenta ſex Xenophontis, pro animorum æternitate.

Eum eſſe] Eum, abeſt ab uno.

Nec vero] Probat, eſſe animos in corporibus.

Quo diutius] Ob eorum merita. nec enim diu memoria manet, niſi cauſſa ſit, cur diu maneat. Inde natum eſt gloſſema, *quo juſtius, & diutius* : (quod eſt in uno meo) quod alii probarunt, ſententia parum examinata.

Teneremus] Sic tredecim. *Retineremus*, octo.

Abeunt

Abeunt illuc omnia, unde orta ſunt] Euripides Supplicibus:

Ὅθεν δ᾽ ἕκαστον εἰς τὸ σῶμ᾽ ἀφίκετο,
Ἐνταῦθ᾽ ἀπῆλθε. πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα,
Τὸ σῶμα δ᾽ εἰς τὴν γῆν. οὔτε γὰρ κεκτήμεθα
Ἡμέτερον αὐτὸ, πλὴν ἐνοικῆσαι βίον.

Nihil morti tam eſſe ſimile, quam ſomnum] Ovid. lib. 2. Am.

Stulte, quid eſt ſomnus, gelidæ niſi mortis imago?

Gorgias, extrema ætate, cum in ſomnum ſe delabi animadverteret, *ſomnus*, inquit, *fratri ſuo me traditurus eſt.*

Atque] Sic decemſeptem. quattuor, *atqui.*

Cum] *Quoniam*, legit Langius, ex Xenophonte.

Corporis vinculis] *Corporum*, tres.

Sic me colitote, inquit, ut Deum] Sic de Som. Scip. *Deum te igitur ſcito eſſe. Colite*, ſeptem. *Inquit*, abeſt a quattuor.

Hanc omnem pulcritudinem] Mundum univerſum.

CAPVT XXIII.

A*Fricani patrem, aut patruum*] Vterque periit in Hiſpania.

Poſteritatem ad ſe pertinere] *Poſſe*, addunt novem. Iſocrates: Ὅτι τὶς ἐστιν αἴσθησις τοῖς τελευτηκόσι περὶ τῶν ἐνθάδε γιγνομένων.

Ipſo] *Ipſe*, quattuor.

More ſenum] Supra: *Nihil neceſſe eſt de me ipſo dicere mihi: quamquam eſt id quidem ſenile, ætatique noſtræ conceditur.*

Domi, militiæ] Libro 2. Off. in extremo, dixit, Vel belli, vel domi.

Ad immortalitatis gloriam] Sic novem. *Ad immortalitatem, gloriam*, unus. *Ad immortalem gloriam*, decem. *Ad immortalem maxime gloriam*, unus.

Videre &c.] Non enim æque vident omnes animi.

Convenire aveo] Habeo, omnes libri ſcripti.

Nec tamquam Peliam recoxerit] Diodorus lib. IV. Ovidius Metam. *Ne ſi tamquam Pelias, recoxerit*, Langiu probat: & dictum ait, *tamquam*, pr *quemadmodum. Neque tamquam pilam retorſerit*, quattuor. *Nec tamquam pilam retorſerit*, tres. *Nec tamquam retorſerit pilam*, unus. *Nec tamen retorſerit pilam*, tres. *Nec umquam pilam retraxerit*, unus. *Nec tamquam retoxerit pilam, peliam* unus. *Nec tamquam recoxerit pilam*, unus. *Neque tamquam retorſerit pilam*, duo. *Nec tamquam retroxerit pilam*, unus. *Neque tamquam retorſit pelliam*, unus. Muretus Variarum Lect. lib. VI. cap. 10. e Plaut Pſeudolo verſus ad hunc Ciceronis locum facientes ponit:

Quia ſorbitione faciam ego te hodi mea,
Item ut Medea Peliam concoxit ſenem:
Quem medicamento, & ſuis veneni dicitur
Feciſſe rurſus ex ſene adoleſcentulum,
Item te ego faciam.

Eſt & illud apud Nonium, in, *puellis*, ex Varronis Marcipore: *Peliam Medeæ permiſiſſe, ut ſe vel vivum degluberet, dummodo redderet puellum.* Vide & Catullum epig. L. *Peliam*: Iaſonis patrem, quem a Medea, in Iaſonis gratiam, medicatis aquis, recoctum, & juventuti reſtitutum, poetæ fingunt.

Quod ſi] *Et ſi*, decemnovem, & in Nonio, *repueraſcere.*

Quis] Sic omnes libri.

Deus mihi] Ord. præp. ſeptem.

Repueraſcam] Sic ſex. *Repuereſcam*, octo. *Repueriſcam*, ſeptem.

Cunis] Sic omnes libri. Apud Nonium, loco citato, *cunabulis*, legitur.

Quid enim habet vita commodi] Euripides:

Ὁ βίος ἀληθῶς οὐ βίος, ἀλλὰ ξυμφορά.

Non vita vita eſt: ſed gravis labor, dolor.

Et Virgilius:

Optima quæque dies miſeris mortalibus ævi
Prima fugit: ſubeunt, morbi triſtiſque ſenectus,
Et labor, & duræ rapit inclementia mortis.

Pin-

…rus etiam conqueritur,

ὅτι ἐν παρ' ἐσθλὸν
… δύο κακὰ δαίονται βροτοῖς ἀθα-
νάτοι.

…uid non potius laboris] Homerus:
…δὲν ἀκιδνότερον γαῖα τρέφει ἀν-
θρώποιο
…ντων, ὅσα τὰ γαῖαν ἐπιπνείει τε
καὶ ἕρπει.

…ex hac vita diſcedo] Sic quattuor. … *vita iſta diſcedo*, tres. *Et ex vita ita …o*, ſex. *Ex vita ita diſcedo*, duo. *Et … tanquam ex hoſpitio diſcedo*, duo. … *vita diſcedo*, unus. *Et ex vita hac …nquam ex hoſpitio diſcedo*, duo. *Ve… ex hac vita diſcedo*, unus.

…mmorandi enim natura diverſorium, …abitandi, dedit] *Comm. e. n. d. no… non habitandi, dedit*, undecim. *…n. e. natura d. dedit, non habitandi*, … *Comm. e. n. d. nobis dedit, non ha…di*, tres. *Commorandi enim, non ha…di, natura diverſorium dedit*, unus. …e alias, poſt hæc verba erat, *locum, …non habitandi locum.* quod male eſt … duobus meis. *Non habitandi:* cum …ra nobis dederit uſuram vitæ, …i diverſorium: cur velimus eſſe …etuum, quod ad tempus datum … Commoramur enim, non habi…us, in diverſoriis.

…d illud divinorum animorum conci…] *Divinum*, decemſeptem.

…roficiſcar: diſcedam] Ὕστερον πρότε-… dicendum enim primo loco fuit, *…dam*: deinde, *proficiſcar.*

…erum etiam ad Catonem meum] Sic …decim. *Verum & ad Cat. m.* unus. *…m ad Cat. m.* unus. *Verum etiam ad …nem filium meum*, unus. *Sed etiam …at. m.* unus. *Sed ad Cat. m.* unus.

…ir melior] Plutarchus in Catone …ore, filium ejus virum optimum …o ſæpe in libris nominari, prodidit: …iſſe autem, cum bellum gereret … cauſſa.

…ujus a me corpus crematum eſt: quod …ra decuit ab illo meum] Pro, *cum con…deceret, ab illo meum.* Sic locutus in …io: *Peccaſſe ſe, non anguntur: objur… , moleſte ferunt: quod contra oporte… , delicto dolere, objurgatione gaudere.* …pro Quinctio: *Reliquum eſt, ut eum …o judicio defenderit: quod contra co…ſſime defenſum eſſe contendi*, &c. Hæc ideo collegi, nequis, duriore fortaſſe offenſus loquendi genere, mutandi occaſionem, quo morbo laborant multi, acciperet ex inſcitia ſua.

Placet hoc loco veteres Inſcriptiones adſcribere, in quibus idem legitur.

Romæ, in ædibus Delphiniorum.

NINNIA CRONIS
VIX. AN. III M. X. DIES. XXV
QVOD. DECVIT. NATAM.
PATRI. PRÆSTARE. SEPVLTO
HOC. CONTRA. NATÆ. PRÆ-
STITIT. IPSE. PATER

Ibidem.

DIS. MANIBVS
FLAVIÆ. APOLLINARI
NEPTI. SVÆ. VIX. A. VIII
QVOD. NEPTIS. AVIÆ. FACER
DEBVIT. AVIA. FECIT. NEPTI
SVÆ. SACR

In foro Trajano, in ædibus Io. Coritii.

Verius. hunc. tumulum. matri. tu. nata. dicaſſes
Quam. mater. miſeræ. nunc. tibi. nata. facit
Bis. ſenos. completam. annos. te. filia. matri
Eripuit. miſeræ. mortis. iniqua. dies
Opteſtor. manes. meritæ. ſanctæque. patronæ
Et. comprecor. ut. leni. terra. tegat. tumulo

In domo Cæſia.

Diis
Manibus
Suceſſi. Fil
Cæſia. Gemella
mater. piiſſimo
filio. de. ſuo
Vix. ann. IX
M. IIII. Dieb. XV
Fatis. peractis. mater
Eode. eſt. condita. quæ
poſt. obitum. fili
Vix. ann. III. M. XI. D. VIII.

A ſiniſtro latere.

Quod. fas. parenti
facere. debuit. filius
Mors. immatura. fecit
ut faceret. parens

Pa-

Pater. Succeſſus
Supprem um. utriſque
præſtitit. officium

Et.

alumno. et. ſibi
Infelix. Fatu
prior. debui
mori. mater

Neapoli.

Nonia. M. F. Maxima
Vixit. ann. xxxv
et. quod. miſerrimum. eſt
mater. fecit. filiæ
Cantria. C. F. Polla

Flerii, in agro Brixiano, ad D. Zenonis.

L. Cornelio
Secundo
qui. vixit. ann. X.
M. V. D. XX.
L. Cornelius
Glycon
pater. infel
filio dulciſſim
Quod: ſi. ti. tua. fata
ſiviſſent. tu. nobis
ponere. debueras

In agro Sorano.

D. M. S.
Oppia. Caſſiane. ma
ter. feci. filiæ. meæ
Quod. æquom. fuerat
filia. hoc. faceret. mihi
Vitelliæ. L. F. Talliæ
Q. V. A. XXI
Septimius. Profutu
rus. optimæ. conjugi

Romæ, ad D. Andreæ, prope Columnam Antonini, Montem Citatorum, Forum Capranic.

Iulio. Ce
liano. qui
vicxit. an
xvi. M.
dies
Parentes
Quod. ſibi
i. a. filio fie
ri. optabant
ipſi. filio
fecerunt
in. pace

Romæ.

Æmilio. Paulo. Papi
niano. præfecto. præ
torio. juriſconſulto
qui vixit annos. XXXVI
dies. X. menſ. III. Papi
nianus. Hoſtilius
Eugenio. Gracilii
turbato. ordine
in. ſenio
heu. parentes
fecerunt
filio. optimo

Lenii, in agro Brixiano, ad Abbatiam.

D. M
Attiæ. Innocentiæ
ſummæ. caſtitatis
ac. ſapientiæ. feminæ
quæ. vixit. ann
XLIII. M. VIII. D. IV
Auguſtinus. ſubdiac
conjugi. dulciſſimæ
cum. qua. vixit. ann. VII. M. II
D. XX. contra. votum
B. M. M. P.

Crematum: In Epitome Livii legitur; *Catonem filii funus parvo ſumptu feciſſe.* *Decuit: Debuit*, unus. *Ab illo meum: Meum*, non eſt in uno.

Animus vero] Catonis filii, e vita diſcedentis.

Fortiter ferre] Hoc Lælius de Amicitia, de Catone claro præconio prædicat.

Non moleſta] *Nec*, unus.

Iucunda] Propter conſcientiam recte factorum, bene actæ vitæ, & immortalitatis ſpem.

Quod animos hominum &c.] *Qui*, tres. *Quia*, duo.

Minuti philoſophi] Cyreanici, Epicurei, minorum gentium.

Vereor, ne] *Vereor, ut*, unus.

Philoſophi mortui] *Philoſophi morituri*, duo. *Philoſophi minuti*, unus. *Philoſophi*, non eſt in uno. *Mortui*, non eſt in uno.

Irrideant] *Rideant*, duo. *Philoſophi mecum mortui*, unus.

ALDI

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ALDI MANVTII P.F.

COMMENTARIVS

IN

M. TVLLII CICERONIS

LIBRVM

DE AMICITIA.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

PRÆSTANTISSIMO VIRO,

LAVRENTIO MASSÆ,

Reip. Venetæ Secretario.

MEos in M. T. Ciceronis de Amicitia Dialogum Tibi nuncupo
commentarios, mi *Laurenti Maſſa*. Tibi, inquam, quem ho-
neſtiſſimum, & ornatiſſimum virum, tum propria, tum majo-
rum gloria, perilluſtrem, mihi arctiſſimo amicitiæ vinculo ad-
jungere tanta dignum laude duco, ut majorem expetere nequeam.
ſiquidem ego, non tantum, honore, amplitudine, aut præpo-
um opibus, (quæ omnia ſimul in Te maxima ſunt) quam animo virtute
ito delectari ſoleo. qui (ut cum Cicerone noſtro dicam) amare, aut reda-
poſſit. qualem Tu medius fidius animum ſemper erga omnes, & me præ-
n, quibuſcumque licuit officiis, iiſque minime vulgaribus, oſtendiſti.
Venerem Charites, juxta Bacchum Æthiopes quondam Mercurium vete-
oſuere. & Capitolino Iovi vicina fuit Fides, ut in Catonis oratione ſcri-
m fuit. Tuæ vero ſtatuæ, quæ jampridem tali virtuti debetur, ad immortali-
memoriam aliquis amicitiæ typus adjungendus profecto eſſet, & omnis de
itia ſermo, omnis oratio, & diſputatio ad Te merito pertinere debet, Tibi-
licari. cum fortunas, animique vires pro amicis profundere, ita proprium
i ſit, & peculiare, ut, quod numquam vulgare fuit, numquam permanavit
ultos, Tu vix Tibi patiare commune eſſe cum paucis. Quod ſi ego, pro
tenuitate, pari erga Te officio, & obſervantia, uti non potui: Deum tamen
ortalem teſtor, numquam mihi officioſiſſimam voluntatem defuiſſe. Quæ
in primis, ut æquum eſt, in me meritis, excitari, atque augeri ſolet, quo-
orum mihi venit in mentem, recolo autem ea ſæpiſſime: nihiloque minus
tiſſimam, & præclariſſimam Maſſarum familiam complector animo, ex
dein Maſſæ cognominantur, quæ poſtquam omnem ſuam gloriam in Te,
enti nobiliſſime, tranſtulit, & illuſtrior facta eſt, & glorioſior. Etenim Ni-
us ille, Boccaccii teſtimonio celebris, & alter ejus cognominis, uterque ſin-
ri medicæ facultatis laude clariſſimus, Tibi merito cedunt. itemque tres illi
ominus illuſtres ejuſdem item nominis, virtutiſque Antonii, quorum pri-
, Theologus clariſſimus ordinis minorum, pro Nicolao V. Nuncii Conſtan-
politani munere functus eſt. Secundus vero Antonius Maſſa Gallæſius ju-
egumque ſcientia adeo clarus, ut nulli ſuæ memoriæ in eo genere præſtanti
ſecundus foret. Tertius denique doctiſſimus ille, pater Apollonii, adhuc
rſtitis, qui tantam, atque tam præclaram inter medicos laudem conſecutus
nihil ut ad eam accedere poſſe videatur. Hi, inquam, omnes Tibi merito
nt, qui tantam iis reddis gloriam ſolus, quantam a tot viris illuſtribus acce-
. Te enim non temere Secretarium Reſp. Veneta complectitur, filium amat,
ultorem alloquitur, in Te fidem laudat, amorem commendat, ſapientiam
ratur, Te quoque cujuſcumque ordinis homines ſuſpiciunt, Tuamque im-
ſam virtutem, & comitatem, quam vel ex ipſo adſpectu, & corporis habitu
emplari licet, diligentiſſime colunt. Me ſtudiorum paritas, virtutis amor
munisque animorum ardor, quo Critonium noſtrum, divinum plane juve-
, proſequimur, ſubigit, ut Te æque ac ipſum amem, &, quæ ipſe de Te ceci-
i in primiſque ea, quæ hic ſubſcripſi, dulcis utriuſque veſtrum memoriæ
ſæpe, ac libenter uſurpem. Vale. Venetiis, Idib. Iun. CIↃ IↃ XXCI.

IACOBI CRITONII SCOTI

AD

LAVRENTIVM MASSAM,

Ode.

Errantem ab oris me Caledoniis
Poſtquam triremis per freta Nerei
Vexit, volentem, mox remotos
Conſpicere, & populos, & urbes,
Muſæ per undas præcipites piæ
Vagum ſecutæ, numine candido
Sævis obarmatum periclis
Incolumem ſine labe ſervant.
Nati labores ſeu dea Cypria
Secuta, longas per pelagi vias
Hoſtile per ferrum, per ignes,
Perque minas comes ibat omnes.
Si forte Gades impiger ultimos,
Syrteſve, aut Indos viſere barbaros,
Vellem, nec Indos, interve Syrtes
Deſtituent ope contumaces.
En obſtrepentis qui Oceani freta
Mutavi amicæ fluctibus Hadriæ,
Latinus hoſpes, jam relictis
Diis patriis, gelidoque cælo.
At non egenum cœtus Aonius
Abjecit, adſunt mî faciles deæ,
Præſtantque dulces una amicos,
Quos eadem pia cura jungit.
Te, Maſſa, clari gloria ſanguinis,
Pars una ſummi, & maxima conſilî,
Ardenſque virtus te nitentem,
Te decorant & opes beatum.
Muſis amicus cum vigeas tamen,
Muſis amico Critonio fove:
O digne Divarum favore.
Quique Deûm faveas amicis.

M. TVL-

.TVLLII CICERONIS LÆLIVS, VEL DE AMICITIA,

Ad T. Pomponium Atticum.

Dialogi perſonæ,

'ANNIVS. SCÆVOLA. LÆLIVS.

Capvt I.

Vintus Mucius augur multa narrare] Poſt Augur, in omnibus ſcriptis libris eſt, *Scævola*, ſic, *Q. Mucius augur Scævola multa narra-* on dixit autem, *Q. Mucius Scæ- augur*, ut initio Dialogi & con- ntium, & vocalium concurſum t.

C. Lælio] Cicero in Bruto, Læ- & Scipionis dicendi genus com- ıs, Lælio, ut horridius, & an- us, ſic etiam illuſtrius tribuit. ut horridos, ita velut Atticos Ro- os, fuiſſe ſcribit Quinctilianus ɪɪ.

omni ſermone] Quotieſcunque tio ejus incidiſſet.

dpellare ſapientem] Sapiens Lælius tus eſt, quod, videns ſe res no- ſine turbatione reip. moliri non , ab incepto deſtiterit. Plutarchus racchis. De ejus ſapientia libro ɪɪ. ff. Et de Fin. ɪɪ. Sapientem di- ı ſcribit, quod non intelligeret, eſſet ſuaviſſimum. non quod ſe- ur, ut, cui cor ſapiat, ei non ſa- palatus, ſed quia parvi id duceret. autem nomine Sapientis & ipſe, Cato cenſorius appellati ſunt. lib. de Off. & in procœmio de Se- nectute, & in hoc ipſo dialogo, infra.

Deductus] Tacitus in dialogo de Oratoribus: *Apud majores noſtros juvenis ille, qui foro, & eloquentiæ parabatur, imbutus jam domeſtica diſciplina, refertus honeſtis ſtudiis, deducebatur a patre, vel propinquis ad eum oratorem, qui principem locum in civitate tenebat. hunc ſectari, hunc proſequi, hujus omnibus dictionibus intereſſe, atque (ſic dixerim) pugnare in prœlio diſcere.* Ad hunc morem alludit Cato ſæpe, de Senectute diſſerens.

Sumpta virili toga] Quæ ſumebatur in Iovis Capitolini templo. Valerius lib. v.

Quoad poſſem, & mihi liceret] Sic tres mei. in undecim τὸ *mihi* deeſt. In uno additum in margine. In duobus additum in ſpatio, quod verſus dirimit. In uno erat, ſed deletum. *Quoad poſſem: per mea negotia. Et mihi liceret:* per ejus occupationes.

Multa breviter &c.] *Multa etiam breviter*, &c. ſexdecim: *&*, pro *etiam*, unus.

Breviter dicta] Α᾽ποφθέγματα, Græcis.

Commode dicta] In loco. *Commode: Iocunde*, unus.

Ejus prudentia] Omni eum prudentiæ genere præſtitiſſe, in libro de claris orat. ſcriptum eſt.

Pontificem Scævolam] Lib. III. de Orat. & lib. I.

Et ingenio, & juſtitia præſtantiſſimum] Sic undecim. duo, *& ingenio, & induſtria præſta.* unus, *& ingenio, & doctrina præſt.* unus, *& ingenio, & juſtitia audeo dicere præſt.* unus, *& ingenio, & induſtria, & juſtitia præſt.* duo, *ingenio, & juſtitia* (additum ſuperne, *induſtria*) præſt. *Ingenio :* de Oratore : *Q. Scævola, Æqualis, & collega meus*, (loquitur Craſſus) *homo omnium & diſciplina juris civilis eruditiſſimus, & oratione maxime limatus, atque ſubtilis, atque, ut ego ſoleo dicere, juriſperitorum eloquentiſſimus, eloquentium juriſperitiſſimus. Iuſtitia :* ut qui illud, *ex fide bona, magnifaceret.* de Off. 2.

Cum ſæpe multa narraret] Sic octo. *Narrabat*, quattuor. Vnus, *narrabat*, & ſup. Ret. Vnus, *diſſereret.* In uno prius, *diceret*, & poſtea additum, *narraret.* In uno deeſt. In duobus additum in margine. Qua ex varietate opinor eſſe gloſſemata : & rectius abeſſe.

In hemicyclo] Corona prudentum.

Qui tum fere erat multis in ore] Aut legendum, cum duobus meis veteribus libris, Qui tum multis erat in ore: aut, Qui tum fere erat omnibus in ore, ut in quinque : aut, Qui tunc fere omnibus erat in ore. Nam, Fere multis, abſurdum eſſe, conſtat.

Profecto, ut opinor, Attice] Sic duo. unus, *Profecto, Attice, ut opinor.* unus, *Profecto, o Attice.* duodecim non habent illud, *ut opinor.*

P. Sulpicio] Orator egregius, qui loquitur in libris de Oratore.

Diſſideret] *Diſcederet*, unus.

Conjunctiſſime, & amantiſſime] Duo, *conjunctiſſime diu, & am.* τὸ, *&*, non eſt in duobus. Vnus, *amatiſſime.*

Quanta hominum eſſet] *Quanta eſſet hominum*, ſexdecim. *Quanta eſſet vel hominum*, unus. *Quanta eſſet omnium*, unus.

Admiratio] Ob rei novitatem.

Querella] Ob damnum, & periculum. in quo reſp. ob eorum odia verſabatur.

Cujus diſputationis &c.] *Ejus diſput.* novem. *Ejuſque diſput.* duo. *Ejus vero diſput.* unus. *Ejus ipſius diſput.* unus.

In hoc libro] Abeſt τὸ, *in*, a novem. *Hoc in libro*, tres.

Meo arbitratu] Ord. præp. omnes libri.

Quaſi] Quod revera non loquerentur, cum eſſent mortui.

Introduxi] *Induxi*, quinque.

Ne, inquam, & inquit, ſæpius interponeretur. atque id eo feci, &c.] Hæc omnia, præter verbum, *atque*, tolluntur a diligentibus viris : idque ſe facere auctoritate antiquorum librorum, admonent. Ego nihil muto: quia conſentire meos omnes veteres libros video cum vulgata lectione. In uno meo. *Ne, inquam, & inquit, ſæpius interponeretur. atque ut tamque.* Imitatus eſt Platonem, cujus hæc ſunt in Theæteto : Ἵνα οὖν ἐν τῇ γραφῇ μὴ παρέχειεν πράγματα αἱ μεταξὺ τῶν λόγων διηγήσεις περὶ αὐτοῦ τε ὁπότε λόγοι ὁ Σωκράτης. οἷον κἀγὼ ἔφην, ἢ ἐγὼ εἶπον. ἢ αὖ περὶ τοῦ ἀποκρινομένου, ὅτι συνέφη, ἢ οὐκ ὡμολόγει, τούτου ἕνεκα ὡς αὐτὸν αὐτοῖς διαλεγόμενον ἔγραψα, ἐξελὼν τὰ τοιαῦτα.

Mecum ageres, Attice, ut de amic.] *Mecum ageres, o Attice*, duo. *Mecum ſæpe ageres, Attice*, unus. *Mecum ageres*, ut &c. ſex. In uno ſup. additum, *o Attice. Mecum ageres de amic.* ut, duo. *Mecum ſæpe ageres, ut de amic.* tres, *Mecum ageres, ut de amicitia ſcriberem Attice aliquid*, unus.

Prodeſſem multis] Nihil enim utilius, quam ea cognoſcere, quæ tum ad inſtituendam, tum ad conſervandam amicitiam pertinent. *Prodeſſem multis :* ord. præp. tres.

Tuo rogatu] Ord. præp. octo.

Vt in Catone majore, qui] Sic ſex. *Vt in Catone majore feci, qui*, octo. *Vt in Catone majori, qui*, unus. *Vt in Catone majori feci, qui*, duo. *Vt in Catone feci majore, qui*, unus.

Eſt ſcriptus ad te] Sic quattuordecim. *Eſt ſcriptus, Attice, ad te*, unus. *Eſt conſcriptus, o Attice, ad te*, unus. *Eſt conſcriptus ad te*, unus. *Eſt inſcriptus ad te*, unus.

In ipſa ſenectute] *In ipſa ætate*, ſex.

Præ ceteris] *Præter ceteros*, ſex. *Præ ceteros*, unus.

Magiſter meus] In jure civili.

Sic

in hoc libro] Τὸ *in* abeſt a ſe-... In uno additum *ſup.*

...*pſi*] Sic tres reliqui omnes, (quin-...a,) *ſcripſit.*

...*mporibus illis*] *Illis temporibus*, tres. ...nt hæc duo verba a duobus. ſed in ...dditum in margine.

...*me animum parumper avertas*] Sic ...*Animum a me parumper avertas*, ...n. *Animum a me advertas*, unus. ...*mum parum a me avertas*, unus. ...*mum a me paulliſper avertas*, unus. ...*mum a me paulliſper avertas*, tres. ...*mum ad me parumper advertas*, u-... *Paulliſper animum avertas*, unus. ...*mum a me rumpere avertas*, unus.

...*t mortem Africani*] Minoris. ... a propinquis occiſum eſſe, ſuſpi-...ait. de Somnio Scip.

CAPVT II.

...*nt iſta vera, Læli*] Sic octo. tres, ...*unt iſta vera, o Læli.* tres, *ſunt* ...*vera, ut dicis, Læli.* unus, *vera*, ...*ſunt iſta, o Læli.* unus, *Hæc ſunt* ... *o Læli.* Rectius in duobus non ...ur, τὸ *vera*, etſi additum ſit in ...gine. Quo modo locutus Acad. I. ...*ego, Sunt, inquam, iſta, Varro.* ... multis in libris, Ἔστι ταῦτα. In ...cho autem, Ἀληθῆ ταῦτα, ὦ ...ρχετες.

...*c enim melior vir fuit*] *Vir*, non ... duobus. *Melior*: virtute præ-...tior.

...*trior*] Rebus geſtis illuſtrior.

...*mnium oculos in te eſſe conjectos*] Vt ...o. defendas. In omnibus libris ad-..., *nunc*, ſic: *Omnium oculos nunc* ... *eſſe conjectos.* Recte.

... *Acilium*] *L. Atilium*, omnes fe-...ri: etſi multi mendoſe, *L. Acti-*... unus, *L. Acalidium*, emenda-...que, *L. Atilium.*

...*ppellatum eſſe Sapientem*] Hunc ... nominat libro III. de Off. Sed ...nem dumtaxat, & Lælium.

...*cilius*] *Atilius*, iidem libri.

...*to*] De cujus laudibus vide Livium ... XXXIV.

...*ſum habebat*] Sic omnes libri. *Vſum* ...nius, apud Agellium lib. XIII. c. 8. ...*ſus me genuit, mater peperit Memo-*...*ria*, (loquitur Sapientia.)

Multaque ejus &c.] Abeſt, *quo*, ab omnibus libris. In quattuor pro, *ejus*, *enim.*

Proviſa prudenter] Ne vel rei cauſſa caderent, vel reſp. aliquid detrimenti caperet.

Acta conſtanter] Cum invidiæ non cederet, neque periculis ab honeſta ſententia depelleretur.

Reſponſa acute] Ingenioſe, & ad rem propoſitam accommodate.

Quaſi cognomen] Vt ſemper Cato Sapiens diceretur. Vel, ut, *ſi quis, Sapiens diceret*, Catonem intelligeret. κατ᾽ ἐξοχὴν.

Alio quodam modo dicunt] *Dicunt*, abeſt a ſexdecim meis. & recte abeſt. *Dicent*, unus. *Dicunt hominis*, unus.

Natura] Ingenii bonitate.

Moribus] Quotidiana vitæ conſuetudine.

Studio, & doctrina] Φιλοσοφίᾳ, καὶ λόγῳ.

Sicut vulgus] Quod calliditatem, & oſtentationem pro ſapientia celebrat.

In reliqua Græcia neminem] Sic quattuordecim mei. recte. unus, *neminem in tota Græcia.* alii addunt, *inveni, invenerim, audivi.*

Qui Septem appellantur] De quibus Laertius in Thalete. Vide Auſonium.

Qui iſta ſubtilius quærunt] Stoici: qui eam Sapientis ideam fingunt, quæ inter homines non reperitur.

Vnum] Socratem de Senectute: Socrates, is, qui eſſet ſapientiſſimus Apollinis oraculo judicatus.

Apollinis] Pythici. Laertius in vita. Vide Valerium lib. III. cap. 4. Plinium lib. VII. cap. 3. Solinum cap. 7. & Xenophontem.

Hanc] Socraticam.

Vt omnia tua in te eſſe poſita ducas] Deſpicientiam rerum humanarum ſignificat, ut nihil admireris, præter virtutem: nihil tuum eſſe putes, præter animi bona.

Humanoſque caſus] Quidquid homini accidere poteſt: ſive morbus corporis, ſive jactura rei familiaris, ſive amiſſio dignitatis, aliarumque rerum, ſine quibus aut plane non vivi, aut non ſatis commode vivi poteſt.

Virtute inferiores, Vt ſemper animi conſtantiam retineas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Credo ex hoc] *Credo & ex hoc*, quattuor.

His proximis nonis] Hic mos lib. I. de Divin. ſignificatur. Vide & Ciceronis epiſtolam, lib. Fam. IX. ad Varronem.

Quod his proximis nonis] Sic unus. novem : *Quod in his proximis nonis.* duo, *quod in proximis nonis.* duo, *cum in his nonis proximis.* unus, *quidem proximis nonis.* duo, *quod proximis nonis.*

Quod autem his nonis] Sic quattuordecim. duo, *quod autem in his nonis.* unus, *quod autem his proximis nonis.* unus, *quod h' autem in nonis.*

In collegio noſtro non affuiſſes] Sic omnes mei. Fulvius Vrſinus tollit, ex vetere ſuo libro, illud, *noſtro.* & veterem formulam eſſe ait. Quæ cum legatur in duabus veteribus inſcriptionibus, quas Patri meo Horatius Fuſcus olim dono dedit, eæque dignæ ſint, quæ hoc loco adſcribantur, volui ſtudioſis rem gratam facere. Hæ autem ſunt.

VACCAM. SALVTI. PVBLIC. VACCAM. FELICITATI. VACCAM. GENIO. IPSIVS. TAVRO. ADFVERVNT. A. VITELLIVS. M. APONIVS. SATVRNINVS. L. SALVIVS. OTHO. TITIANVS. CIVIS. CAMERINVS. C. VIPSTANVS. APRONIANVS. P. MEMMIVS. REGVLVS. C. PISO

NERONE. CLAVDIO. DIVI. CLAVDI. F. GERMANICI. CÆSARIS. N̄. II. CÆSARIS. AVG. PRO. N. DIVI. AVG. AB., NEP. CÆSARIS. AVG. GERMANICO. PONT. MAX. TRIB. POT. V̄II. IMP. V̄II. COS. IV̄. COSSO. LENTVLO. COSSI. FILIO

K. IANVAR.

SVLPICIVS. CAMERINVS. MAGISTER. COLLEGI. FRATRVM. ARVALIVM. NOMINE. IMMOLAVIT IM CAPITOLIO. O COS. NFRONIS. CLAVDI. CÆSARIS. AVG. GERMANICI. IOVI. B. MAREM. IVNONI. VACCAM. MINERVÆ. VACCAM GFNIO. IPSIVS. TAVRVM IN COLLEGIO. ADFVERVNT. SVLPICIVS CAMERINVS. MAGISTER. L. PISO. L. F. T. SEXTIVS. AFRICANVS. M. APONIVS. SATVRNINVS. L. SALVIVS. OTHO. TITIANVS. MEMMIVS. REGVLVS. C. PISO.

ISDEM. COS. III. NONAS. IANVAR

SVLPICIVS. CAMERINVS. MAGISTER. COLLEGI. FRATRVM. ARVALIVM. NOMINE. VOTA. NVNCVPAVIT. PRO SALVTE NERONIS. CLAVDI. DIVI. CLAVDI. F. GERMANICI. CÆSARIS. N. II. CÆSARIS. AVG. PRO. N. DIVI. AVG. AB. N. CÆSARIS. AVG. GERMANICI. PONT. MAX. TRIB. VII. COS. IIII. ET. OCTAVIÆ. CONIVGIS. EIVS. VICTIMIS. IMMOLATIS. IN. CAPITOLIO. QVÆ. SVPERIORIS. ANNI. MAGISTRI. VOVERANT. PERSOLVIT. ET. IN. PROXIMVM ANNVM. NVNCVPAVIT. PRÆVNTE. M. APONIO. SATVRNINO IOVI. MARES. DVO. IVNONI VACCAS. II. MINERVÆ. VACCAS. II. SALVTI. PVBLIC VACCAS. II. IN. TEMPLO. NOVO. DIVO. AVG. B. MARES. II. DIVÆ. AVG. VACCAS. II. DIVO. CLAVDIO. B. MAR. II. IN. COLLEGIO ADF.

SVLPICIVS CAMERINVS. MAGISTER. A. VITELLIVS. L. PISO. L. F. M. APONIVS. SATVRNINVS. P. MEMMIVS. REGVLVS. L. SALVIVS. OTHO TITIANVS

ISDEM. COS. III. IDVS. IANVAR

ADSTANTIBVS. SVLPICIO. CAMERINO. MAGISTRO. L. SALVIO. OTHONE. TITIANO. C. VIPSTANO. APRONIANO

Sænius. Donatus. L. Fabius Fortunatus VII. Id. Nov.

Fratres Arval. in Luc. D. D. Via. Camp.

p. apud Lap. V. conv. per. C. Porc.
cum Mag. & ibi. imm. quod vi tem-
ictu Fulmin. arbor. ſacr. luci. DD.
act. arduer. earq. arbor. ervendar.
pendendar. adolendar. commolen-

em. aliar. reſtituendar. cauſa. ope-
ie. incoandi. aræ. temporal. ſacr.
D. reficiend. ejus rei. cauſa. luſtr.
ſuove taurilib. major. item ante ad.
D. B. F. A. junct. N̄ I I. *item ad*
tempor. dis inf. s. s. *Ian patr. a-*
I I. *Iovi. ver. bec.* I I. *Marti. patri*
ar. N̄. I I. *ſive Deo ſive Deæ. verb.*
Iun. D. D. ou. N̄. I I. *Virginib.*
ou. N̄. I I. *Fam. div. verb.* N̄.
Larib. verb. N̄. I I. *matr. lar. ou.*
I I. *Font verb.* N̄. *Flor. ou.* N̄. I I.
nman. pat. verb. atros. I I. *Veſtæ*
tri. ou. I I. *Veſcor. deor. deorq. ou.*
item. adolend. coinq. ou. I I. *& ante*
ar genio. D. N̄. *ſeveri Alexandri*
g. t. a. item diviſ. N̄. XX. *ver. bec.*

I I I I. *Id. Dec. fratres. arval. in luco*
Diæ via Campana. apud. lap. V. *con-*
ner per. C. Porc. Priſcum. mag. & ibi.
molav. quod ab ictu fulminis arbores
i ſacri. D. D. attacte arduerint ea-
nque arborum adoleſactarum & coin-
endarum & in eo luco ſacro aliæ ſint
oſitæ & aræ temporal. refectæ ferri.
er. rujus oper. perfecti. cauſa luſtrum
ſum ſuove taurilibus majoribus &
teraq. s. *adſuer. P. Æl. Secundinus*
Fl. Arcreſilaus M. Fab. Fortunatus.
. Sæn. Donatus.
Fuſco. I I. *& Dextro Coſ.* XI I I I. k
ai In luco deæ Diæ. P. F. mag. L. Por-
Priſci. ob ferri. inlationem ſcriptur.
ſcalptur. marmor. cauſa immol. ipſo
ag. Porcam & Agnam ſtruib. effertis
extas reddid. ad aram miniſtrantibus.
blic. & prelentibus ſacr. D. N̄. *Aug.*
em immolavit. obferri ſlationem ſcri-
uræ & ſcalctur & operis perfecti. I I I.
on. Mai. per Porc. Prilologo Calat &
er public fratr. Arvalium.

Invaletudinem] Sic tredecim. Ad Att. lib. VII. bis. Et de Senectute.

Cauſſam] Sic omnes mei libri. uno excepto, in quo non eſt. omnes autem addunt, *reſpondeo, ante, cauſſam.* Langius, *cauſſæ.* Citatque Varronem de re ruſt. I I I. Hic ſonus harum fugæ ſolet eſſe. Phil. 8. *Cui legatio ipſa morti fuiſſet.* De Orat. *Cum ille ſe cuſtodiæ in caſtris diceret remanſiſſe.* Ad Att. 9. *Cum ejus ſaluti, qui mihi fuerat, fuiſſet.*

Mæſtitiam] Sic omnes. unus, *moleſtiam.* unus, male, *inteſtinam.*

Vſurpavi] Pro, obire ſolitus ſum. nam hoc verbum conſuetudinem ſignificat. de Off. lib. 2. *C. Cælius, is, qui ſapiens uſurpatur.*

Conſtanti homini] Iuſto, & tenaci propoſiti viro, Horatius.

Nec agnoſco, nec poſtulo] Sic Fam. lib. IV. ep. 4. & lib. XI. ep. 3. *Nec agnoſco:* tantam in me eſſe ſapientiam. *Nec poſtulo:* nam arrogans eſſem, ſi plus mihi tribui vellem, quam mererer.

Facis amice] Qui hoc amori potius des, quam judicium ſequare.

Aut enim nemo] Hoc ex ſententia Stoicorum.

Aut, ſi quiſquam, &c.] Hoc ex communi doctorum judicio.

Quò modo enim, &c.] Tò *enim*, non eſt in ſexdecim.

Mortem filii] Vide Agellium lib. XIII. cap. 19.

Paullum] Æmilium, quattuor filiis orbatum, duobus in Corneliam familiam adoptatis, duobus morte exſtinctis. Valerius lib. V. cap. 10. Seneca decl. lib. IV. Plut. Liv. lib. XLV. Paulli hæc ſunt, ex oratione, quam de rebus a ſe geſtis ad populum habuit: *Cum in maximo proventu felicitatis veſtræ, Quirites, timerem, ne quid male fortuna moliretur, Iovem opt. max. Iunonemque Reginam, & Minervam precatus ſum, ut, ſi adverſi quid populo R. immineret, totum in meam domum converteretur. quapropter bene habet res ſe, annuendo enim votis meis, id egerunt, ut vos potius meum caſum doleatis, quam ego veſtrum ingemiſcerem.*

Cajum] C. Sulpicium Gallum. infra: *Paullos, Catones, Gallos, Scipiones, Philos.* Et Fam. lib. IV. *Gracchum,* tres mei libri. Male.

Sed hi nec comparantur Catoni, maximo, & ſpectato viro] Hæc verba, *maximo, & ſpectato viro,* negari non poteſt

poteſt aptius de Catone ſene dici, præſertim a Lælio, ſummo viro, quam de ejus filio, qui nec victorias ullas eſt adeptus, nec triumphavit, nec omnino pro rep. memorabile quidquam geſſit. non enim ſileret hiſtoria. Quare non ſequor eos, qui legunt, *ſed ii in pueris, Cato in perfecto, & ſpectato viro.* Quibus nec adſtipulantur mei veteres libri, (nam ſeptem habent, *ſed cave, ne hos præponas Catoni, maximo, & ſpectato viro*, reliqui faciunt cum impreſſa lectione) nec ſane video, a quo verbo pendeat, aut quo modo conſiſtat per ſe, *Sed ii in pueris.* Concedo, & Paullum, & Gallum puerorum mortem conſtanter tuliſſe, propterea que non mediocrem ſapientiæ laudem aſſecutos eſſe. ſed, ut ita ſit, comparandi tamen Catoni non videntur. non ſolum, quia, erepto ſibi filio conſulari, majorem, quam Paullus, & Gallus, qui pueros amiſerant, conſtantiæ ſapientiæque laudem meruit, ſed etiam propter alia multa, quibus ei Sapientis cognomen tributum eſt. quod neque Paullo, neque Gallo contigit. in quo ne comparandi quidem ſunt Catoni, maximo, & ſpectato viro. Quod Cicero cum dicit, omnes ejus virtutes complectitur, & oſtendit præſtitiſſe cum Paullo, & Gallo non ſolum conſtantiæ gloria, ſed aliis quoque laudibus, quibus Sapiens dictus eſt.

CAPVT III.

VT *jam cum utroque loquar*] Nam ſupra ſolum Scævolam allocutus fuit.

Ego, ſi &c.] Doleo, ſed moderate doleo.

Viderint ſapientes] Eſt enim controverſia, utrum nihil omnino dolendum.

Et, ut confirm. p.] Sic tredecim. *Vtque conf. p.* tres. *Vtique conf. p.* unus. *Vtunq. conf. p.* unus.

Non egeo medicina] Qui philoſophus ſim. nam *philoſophia medetur animis, inanes ſolicitudines detrahit, cupiditatibus liberat, pellit timores.* Tuſc. II.

Quo amic. d.] Sic omnes mei.

Deceſſu] Sic undecim. Septem, *diſceſſu.*

Scipioni] Cum emphaſi quadam dictum. viro tam præſtanti virtute, & dignitate.

Suis autem incommodis, &c.] Hoc & in libro de claris orat. dixit, cum de obitu Hortenſii loqueretur.

Non amicum, ſed ſeipſum amantis eſt] Οὐ φιλοφίλȣ, ἀλλὰ φιλαύτȣ εἶναι δοκεῖ.

Immortalitatem] Vt numquam moreretur. quod quia homini contingere non poteſt, recte, & ſapienter ne cogitabat quidem Scipio.

Spem] Quæ in pueris laudatur. Vt Virgilius Marcellum, lib. VI. Vbi vide Servium.

Petiit numquam] Ord. præp. unus. *Petivit*, decem.

Factus eſt conſul bis] *Factus eſt bis conſul*, octo. *Conſul eſt factus bis*, unus. *Factus conſul bis*, unus. *Eſt factus conſul bis*, unus.

Ante tempus] Lege vel virtuti, vel reip. temporibus id concedente. nam virtutis, quam ætatis, curſus celerior: ut ait Cicero Philip. V. vide Flor. Epit. XLIX. & Plut. in Catone.

Reip. pene ſpero] Ortis jam ſeditionibus tribuniciis, quæ remp. pæne perdiderunt. unde Scipio, in urbem reverſus, Ti. Gracchum, interrogatus a Catone trib. pl. reſpondit jure ſibi cæſum videri. Quod interpretes non ſunt aſſecuti: qui retulerunt ad Numantinum dedecus, in quo certe reſp. non periclitabatur, ut in rogationibus tribuniciis.

Duabus urbibus everſis] Carthagine, & Numantia. de Off. lib. I.

Moribus facillimis] Qui, Panætii domeſtica conſuetudine, oratione, & præceptis, licet Stoici, triſtior non eſt factus, ſed lenior. pro Murena.

Pietate in matrem] Papiriam, a patre, ob latentem cauſſam, repudiatam.

Liberalitate in ſorores] Quarum unam M. Catonis filius, alteram Tubero uxorem duxit. Patrimonium Æmilianum Q. Maximo patri conceſſit, Scipionis hereditate contentus, de qua & ſororum tenuitatem ſublevavit.

Benignitate in ſuos] Amicos. Sic tres. In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

..obus, ſupra *benignitate*, *bonitate*. ..tate, tredecim. Quo modo ſi le.. interp. lenitate, & facilitate in ..cos, & propinquos.

..ſtitia in omnes*] Qui reſtituerat Ma..ſæ avunculum. Valerius hoc hu..nitati tribuit. Iuſtitia fuit, Grac..m, etſi propinquum, jure cæſum ..nunciare. *In omnes?* cives, mili.. ſocios, hoſtes.

..æc nota ſunt nobis*] *Hæc*, non le..r in decemſeptem. *Omnibus*, u..

..vitati carus*] Civitati huic carus, ..s. *Civitati carus:* Pro Milone: ..ntum luctum in hac urbe fuiſſe a pa..s noſtris accepimus, cum P. Afri.., domi ſuæ quieſcenti, illa nocturna ..eſſet illata? quis tum non gemuit? .. non arſit dolore? quem immortalem ..eri poſſet) omnes eſſe cuperent: cu..ne neceſſariam quidem, exſpectan.. eſſe mortem?*

..œrore funeris indicatum eſt*] Alias, ..catum eſt*.

..uam mortuus eſt*] *Quam eſſet mor..*, quindecim. *Quam mortuus fuiſſet*, ..s.

..tiam nunc*] De præterito: pro, ..m tunc*. quod alibi quoque legitur. ..m tunc*, eſt in duobus meis.

..eleritas*] Hinc Cæſar, interroga.., quodnam mortis genus optimum ..icaret, reſpondit, Inopinatum. Et ..ratius:

> *Mercator*, inquit, *navium*
> *jactantibus auſtris*,
> *Militia eſt potior. quid enim? concur-*
> *ritur. hora*
> *Momento cita mors venit, aut victo-*
> *ria læta.*

Quid homines ſuſpicentur] *Quid au.. homines ſuſp.* quattuor. *Quid enim ..ines ſuſp.* unus. *Suſpicentur:* ſuſpi..bantur, veneno ſublatum. App. .. I. de bello ci. Vide Plut. in Grac..s, qui hoc in Fulvium confert, qui ..dem die in eum invectus ſit: Pli..um lib. VII. cap. 44. qui in Metel..n Macedonicum, qui liberis dixe.., *ite, filii, celebrate exſequias: nun..am civis majoris funus videbitis:* Epi..mem Livii lib LIX. qui in Sempro..am: Valerium lib. V. cap. de Ingra.., de vir. ill. Oroſium lib. V. cap. 10. De Fato: *Scipio morietur noctu, in cubiculo ſuo, vi oppreſſus, necatus.*

Hoc tamen vere licet dicere] Sic recte legitur. ſic, & mei quattuordecim. Vnus, *hoc vere tamen licet dicere.* Vnus, *hoc vero licet tamen dicere.* Vnus, *hoc verum tamen licet dicere.* Vnus, *hoc dicere vere tamen licet.*

Senatu dimiſſo] Ord. præp. unus. Sunt, qui legant, *Senato.*

Reductus] *Deductus*, unus. *Ductus*, unus.

Ad veſperum] Sic omnes libri.

A patribus conſcriptis, a populo R. a ſociis, & Lat.] Duodecim (in quorum uno, non legitur τὸ *conſcriptis*,) *a patribus conſcriptis, populo R. ſociis. & Lat.* Tres, *a. p. v. c. p. R, & ſoc. & Lat.* Vnus, *a. p. c, p. R, & a ſoc. & Lat.* Vnus, *a. p. c, & p. R, & ſoc. & Lat.* Vnus, *a p. c. p. R. ſociiſque, & Lat. Sociis & Latinis:* Socii, & Latini, veteres dicebant, pro, Socii Latini.

Ad ſuperos videatur potius, &c.] Sic ſex. Decem, *ad ſuperos videatur deos potius.* Vnus, *magis*, pro *potius.* Vnus, *ad deos ſuperos potius videtur.*

Iis] Epicureis. Fortaſſe Cæſarem notat, cujus hoc eſt apud Salluſtium, in oratione de Conjuratis.

Diſſerere] Sic omnes mei. A Pomponio Læto liber ſcriptus, *aſſerere.*

Animos] *Animas*, octo. Vnus, *animos ſimul interire.*

Atque omnia morte deleri] Sic tredecim. Vnus, *atque morte ſimul omnia deleri.* Vnus, pro *atque*, *&*. Vnus neque, *atque*. neque, *&*.

CAPVT IV.

Religioſa jura] *Iura*, pro *Iuſta*, dicit Cicero.

Quod non feciſſent profecto] *Qui*, pro, *quod*, unus: *ne*, pro, *non*, unus: *nec*, unus. *Quod profecto non feciſſent*, tres.

In hac terra] Italiam intelligit. Pythagoram, & Pythagoreos ſignificat. de Senectute.

Magnam Græciam] Quæ cur ita diceretur, videndus Strabo lib. VI. Iuſtinus lib. XX.

Deleta eſt, tunc florebat] *Tum*, ſeptem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Deleta eſt, quæ tunc, duo. *Deleta, quæ tunc*, unus. *Deleta eſt, ſed tum*, unus.

Erudierunt] Ait enim Livius, eo tempore parvum litterarum uſum eſſe in Italia.

Vt in pleriſque] Legunt alii, *ut plerique:* referuntque ad Academicos maxime, qui nihil affirmabant, varie diſputantes, aſſenſumque de unaquaque re ſuſtinentes. Ego, cum tredecim meis libris, *ut in pleriſque*, Referoque ad ipſum Socratem: cujus ironia propria fuit: nec affirmabat quidquam, ſed quaſi dubitans diſputabat. quod Platonis monumenta teſtantur.

Cum corpore exceſſiſſent] Ex, decem. *Diſceſſiſſent*, duo. *Exiſſent*, duo. *Receſſiſſent*, unus. *Exceſſent*, unus. *Cum corporibus exceſſiſſent*, unus.

Reditum in cælum] Sic tredecim. *In cælo*, tres. *In cælis*, unus.

Optimoque, & juſtiſſimo cuique] *Optimoque viro, & juſtiſſimo cuique*, ſeptem. *Quæ*, non eſt in duobus. *Quæ, &*, non eſt in duobus. In uno, ſupra vulgatam lectionem additur, *viro*. Vnus, *optimo viro, & juſtiſſimo cuique.*

Expeditiſſimum] Octo addunt, *iter*, unus ſupra addit. *Iter expeditiſſimum*, unus.

Qui quidem, quaſi præſagiret] Sic duo. *Quique idem, quaſi præſagiret*, duo. *Quique idem præſagiret quaſi*, unus. *Qui idem quaſi præſagiret*, ſex. *Qui quaſi præſagiret*, quinque. *Quod & idem quaſi præſagiret*, unus. *Quod quaſi præſagiret idem*, unus.

Et Philus] *Et*, non eſt in tribus.

Mecum veniſſes] Odi mutationes non neceſſarias. ut hic, non video, cur pro vulgata lectione reponatur, *me conveniſſes:* cum, *mecum veniſſes*, & apertam ſatis habeat ſententiam, & in meis ſexdecim legatur. (duo alii, *veniſſes mecum:* alter, *mecum fuiſſes*) Nam, quod Lælius in eadem domo cum Scipione habitaverit, id mutandi neceſſitatem non affert. Scævola enim ſocerum ſuum Lælium, foris repertum, officii cauſſa, domum comitatus eſt. ibi loquentem de republ. Scipionem audivit.

Extremum] In Somnio Scipionis, quæ pars fuit extrema libri VI. de Republica.

In quiete] Id eſt, in ſomno.

Per viſum] Sic ſex. *Ex viſu*, unus. *Viſu*, tres. *Viſa*, unus. *Viſo*, quinque. *Per viſum:* id eſt, per ſomnium. viſus enim eſt Africanus ea narrare nepoti ſuo Scipioni, quæ explicantur in Somnio Scipionis.

Id ſi ita eſt] *Id vero ſi ita eſt*, tres.

Tamquam e cuſtodia] Φρουρίῳ, Plato in Axiocho: ψυχὴ ζῶον ἀθάνατον, ἐν θνητῷ κατειργμένον φρουρίῳ. i. carcere: unde ſequitur, *vinculiſque.*

Mærere hoc ejus eventu] Sic duodecim. *Eventum*, quattuor. *Mærere hujus eventum*, unus. *Mærere hoc in ejus adventu*, unus.

Mecum autem incommodius] *Autem*, non eſt in tredecim. *Sed mecum incommodius*, unus. *Mihi vero incommodius*, unus. *Incommodius:* quod ejus jucundiſſimæ conſuetudinis fructu careo.

Quem fuit æquius] *Fuerat*, omnes. *Quem quidem fuerat æquius*, unus.

Introieram in vitam] *In vitam*, non leguntur in ſex.

Voluntatum, ſtudiorum, ſententiarum ſumma conſentio] Salluſtius, Catilina: *Idem velle, atque idem nolle. ea demum vera amicitia eſt.* Ariſtoteles Amicum eſſe dixit unam animam in duobus corporibus habitantem. Et Lyricus, Amicum, *animæ dimidium ſuæ dixit.*

Falſa præſertim] Sic omnes mei libri. *Falſa præſertim:* exempla modeſtiæ Lælii.

Vix tria, aut quattuor nominantur paria amicorum] Lib. III. de Off. *Nominantur: Notantur*, unus. Vnus, *nominentur.*

Spero item Scævolæ] Sic decem mei. *Spero idem Scævolæ*, quinque. *Spero & idem Scævolæ*, unus. *Spero item & Scævolæ*, unus. addito tamen τὸ & ſuperius. *Spero itemque Scævolæ*, unus.

Cum ex te quær.] *Quæ*, pro, *cum*, undecim.

Diſputabis] Sic unus. *Diſputaris*, novem. *Diſputaveris*, ſeptem. *Diſputaveritis*, unus. *Diſputabis:* rem ordine, ac methodo certa explicabis, vera confirmando, contraria refutando.

Quid ſentias] Quam rationem putes ejus eſſe oportere. cujuſmodi perſonæ ad eam ſint idoneæ.

Quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Quæ præcepta des] Quo modo colen-
n cenſeas, & quatenus.

CAPVT V.

NOn gravarer] Vobis obſequi.

Si mihi ipſe conſiderem] Si eam
ltatem diſſerendi eſſe putarem in
, ut ex tempore tantam rem poſ-
n expedire.

ræclara viſa res eſt] Tò, *viſa*, non
in duodecim.

Doctorum eſt ita conſuetudo] Acade-
corum, quorum patrium, & pecu-
em hunc morem fuiſſe, alibi teſta-
. Quem morem in III. de Orat. ad
rgiam refert. His autem Academiæ
tiis plus ſe eloquentiæ debere fate-
, quam rhetorum ſcholis.

t iis proponatur] *Anteponatur*, quat-
or. *Anteponeretur*, unus. Male. *Po-
tur*, tres. Inde, *poſitiones*, id eſt
σεις. Tuſc. I. *Ponere jubebam, de
quis audire vellet.* Et: *Quæſtiuncu-
n ponere.* I. de Orat. *Quamquam ſa-
iis, qui aderant, ad id, quod erat
itum, dictum videbatur.* Et Fam. IX.
uod tu unum ζήτημα *Dioni philoſopho
uiſti.*

Magnum opus eſt] Requirit magnum
genium, multiplicem doctrinam,
quiſitam methodum.

Niſi in bonis amicitiam eſſe non poſſe]
oc ait & Laertius in Zenone. Salluſt.
gurtha, in oratione Memmii. *Ea-
m cupere, eadem odiſſe, eadem metue-
, inter bonos amicitia, inter malos fa-
o.* Plato in Lyſide hujus rei ratio-
em reddit, quod boni ſunt ſimiles
ter ſe, ob idque amici: mali autem
ſibi ipſis quidem ſimiles, nedum
iis. Quod & legitur apud eundem
de Rep. & apud Ariſt. lib. VIII. &
. Moralium: & apud Iſocratem in
renetico. *Niſi in bonis*: pro, *inter
nos*. Græco more.

Illi, qui &c.] Stoici.

Subtilius diſſerunt] Sic undecim.
res, *inquirunt*. Duo, *dixerunt*. V-
us, *diſſeruerunt*. *Stultius dixerunt*,
nus.

Ad communem utilitatem] Officium,
uod καθῆκον μέσον appellant. Off. I.

Finguntur] Docendi, & acuendi
udii cauſſa.

Sperare debemus] Sic unus, reliqui omnes, Spectare.

C. Fabricium] Vide Agellium lib. IV. cap. 8. & Valerium lib. IV. cap. 3.

M' Curium] Vide Valerium eodem loco.

Ti. Coruncanium] De Orat. III. Pomponius de orig. juris: Florus Epit. 18.

Invidioſum] Pythagoræ, Democriti, & aliorum.

Obſcurum] Cujus nulla exempla exſtant, ſicut perfecti officii.

Concedantque] *Que*, non eſt in omnibus, uno excepto, in quo, *concedantum*, &c.

Ne id quidem facient] *Nec*, tres.

Pingui Minerva, ut ajunt] Non exquiſitis argumentis, rudius, planius, ἀμαθέστερον.

Fides] Quæ ut habeatur, duabus rebus effici poteſt, ſi exiſtimabimur adepti conjunctam cum juſtitia prudentiam. Off. II.

Integritas] Integri ſunt, qui ſe corrumpi non ſinunt. quod continentiæ eſt. ἀδιαφθορία. Vel, καλοκἀγαθία, ſanitas totius animi.

Æquitas] *Æqualitas*, omnes libri mei. *Æqualitatem* vocat I. Off. cum idem ſemper vultus, eademque frons eſt.

Liberalitas] Quæ juſtitiæ & ipſa pars eſt. quæ in dando, & accipiendo verſatur, ſed magis in dando.

Vlla cupiditas] Vlla, non eſt in uno meo. *Cupiditas*: avaritia, cupiditas pecuniæ, atque opum.

Libido] Amores impudici.

Audacia] Impetus animi, a rebus injuſtis perpetrandis non abhorrens.

Sintque] *Sitque* omnes uno excepto, qui non habet τὸ *que*.

Magna conſtantia] In virtutis propoſito perſeverantia.

Sequuntur] Sic legendum. ſic quinque mei.

Quantum homines poſſunt] Quaſi prorſus non liceat.

Optimam recte vivendi ducem] Omnes mei, *optimam bene vivendi ducem*. Fulvii Vrſini liber, *optima recte vivendi duce*.

Proxime accederet] Sic undecim. *Adhæreret*, duo. *Aderet*, deletum in uno,

&

& ſupra poſitum, *accederet*. *Adhareret*, vel *accederet*, duo. *Adhiberet*, unus. *Accederet:* ad quemque: id eſt, ut quiſque cuique proximus, & conjunctiſſimus eſſet.

Peregrini] Alterius nationis.

Propinqui] Ex eadem oriundi familia.

Alieni] Nulla neceſſitudine naturali conjuncti, non cognati.

Ex infinita ſocietate &c.] Sic omnes mei libri.

CAPVT VI.

Eſt autem amicitia] Amicitiæ definitio. *Eſt enim amicitia*, ſexdecim. *Eſt vero amicitia*, unus. *Ergo eſt enim amicitia*, unus.

Cum benevolentia, & caritate] Mutuo amore.

Summa conſenſio] Sic octo. Summa, deeſt in ſeptem. In duobus additum. Conjunctio, duo.

Excepta ſapientia] Quæ virtutem omnem in ſe complectitur: nec ab ea ſeparari poteſt.

Quidquam] Nihil, octo.

Belluarum] Epicureorum. de Fin. I.

Supertora caduca] Sic duo. *Superiora ſunt caduca*, reliqui: uno excepto, in quo, *ſuperiora ſunt & caduca*.

In fortunæ temeritate] Quæ, cæca, alata, & globo volubili inſiſtens pingitur. de qua Ovidius:

> *Nempe dat, & quodcumque libet Fortuna, capitque:*
> *Irus & eſt ſubito, qui modo Crœſus erat.*

Summum bonum] Ad quod omnia referuntur. Ariſt. I. Eth. & Cic. de Fin.

Gignit, & continet] Nam amicitia ex virtute oritur & conſervatur. eſt enim genitrix, & nutrix amicitiæ.

Ex conſuetudine vitæ] Sic quattuor. additur, *noſtræ*, in reliquis.

Nec metiamur eam, ut quidam docti, verborum magnificentia] *Nec eam metiamur*, tres. *Nec eam, ut q. d. verb. magn. metiamur*, quattuordecim. quorum unus, *ut quidam docti faciunt*. *Docti:* ſic omnes mei recte. intelligit Stoicorum imaginariam perfectionem: quos nequaquam pro indoctis habet. Siquidem opinioni illorum derogat, doctrinæ minime derogat.

Gallos] C. Sulpicium Gallum, ſupra.

Principio, qui poteſt eſſe vita vitalis] Pro, *quis* omnino vivit. Fulvii liber, *cui poteſt* &c. Principio quidem, q. &c. unus. *Qui*, ſeptem. in quorum uno additum ſupra, S. In vita vitalis, unus. *Quis poteſt eſſe vitalis*, unus. *Qui poteſt vita utilis*, unus.

In amici mutua benevolentia conquieſcat] In extremo hoc Lælio, *Viciſſim ſenes in adoleſcentium caritate acquieſcimus*.

Quid dulcius] *Quid enim dulcius*, quinque. *Quid dulcius eſt*, tres.

Quocum omnia audeas ſic loqui, ut tecum] *De cujus ſide, & taciturnitate non dubites: cujus conſcientiam minus timeas, quam tuam*, ait Seneca. Terentianus Chremes:

> *Nemo eſt meorum amicorum hodie, apud quem expromere omnia mea occulta,*
> *Clitipho, audeam.*

Vide Ovidium Triſt. lib. III. eleg. 6.

Adverſas vero ferre] *Adverſas vero res ferre*, tres.

Qui illas grav.] *Illas*, non eſt in duobus. *Illa*, unus. *Qui etiam illas grav.* duo. *Qui illas & grav.* unus.

Opportunæ ſunt ſingulæ rebus fere ſingulis] Id eſt, earum utilitas non ita late patet, non habent uſum tam multiplicem, quam amicitia. *Opportunæ ſunt ſingulæ: opportunæ ſunt & ſingulæ*, unus. *Opportunæ ſunt fere ſingulæ*, unus.

Vt utare] Nam divitiarum finis uſus eſt.

Vt colare] Vt habeas plures famulos, multos equos, magnificas ædes.

Vt laudere] Quod fieri non poteſt ſine præſtanti virtute.

Dolore careas, & muneribus fungare corporis] *Vt mun.* duo. *Dolore careas: vires, ut mun. f. corp.* duo.

Plurima res] immo omnes.

Numquam intempeſtiua] Plautus Mercatore:

> *Quamquam negotium eſt, ſi quid vis, Demipho,*
> *Non ſum occupatus umquam operam dare amico.*

Num-

Numquam moleſta] Horatius:

At, pater ut gnati, ſic nos debemus amici
Si quod ſit vitium, non faſtidire, &c.

De vulgari] Quam ex utilitate tan-m, & jucunditate metimur.

De vera, & perfecta] Quæ ex mu-ↄ bonorum conſenſu conſtat: cu-ique cauſſa efficiens eſt mera virtutis miratio.

Qui pauci nominantur] *Perpauci*, u-s. in altero additum, Per. *Nume-ntur*, unus meus. Intelligit autem nicorum paria.

Splendidiores] Vt in nuptiarum appa-u.

CAPVT VII.

Ona ſpe] *Bonam ſpem*, ſex. pro, ſpem oſtendere tamquam lucem andam prælatam. Sic Lucretius lib. *Lumen præpandere. Bon. ſemper ſp.* o. in quorum uno ſupra additum *ſemper.*

Prælucet in poſterum] Non modo æſentibus malis medetur, ſed etiam luti occidentis Solis rubeſcentes nu-s futuram animorum ſerenitatem ollicetur.

Cadere] Deſperare penitus.

Verum enim amicum qui intuetur] Sic es. *Etiam*, pro *enim*, quindecim. *tenim*, pro, *enim*, Fulvii liber.

Exemplar] *Exemplum*, unus. *Exem-are*, unus.

Abſentes adſunt] Nam amici non inus abſentium, quam præſentium, eminerunt: eos amant, colunt, eo-mque partes agunt. Inde Iſocrates, eros amicos a fictis diſtinguens, ait:

ἱ μὲν τοὺς φίλους παρόντας τιμῶσιν,
ὃ καὶ μακρὰν ἀπόντας ἀγαπῶσι.

Egentes abundant] Nam, ubi ami-, ibi opes: amicorum omnia com-unia.

Imbecilles valent] Nam amici id æſtant, quod illi ipſi per valetudi-em non poſſunt. Ovidius lib. I. de onto ad Rufinum. Et Seneca lib. E-iſt. 10. Imbecilli, tres.

Mortui vivunt] Quia ab amicis ſu-erſtitibus honorantur, deſiderantur, rebra eorum fit mentio: ut non tam ſſe mortui, quam peregre abiiſſe videantur: & eum quidem in locum, in quem non multo poſt & ceteri ſint perventuri.

Tantus eos honos] *Tantum*, tres.

Ex quo illorum beata mors] Quorum felicitas etiam poſt obitum duret.

Horum vita laudabilis] Propter conſtantem amicorum culturam, dempta omni ſpe utilitatis. unde apparet, honeſtate illos, non emolumento, duci.

Ex natura rerum] Humanarum.

Benevolentiæ conjunctionem] *Mentionem*, duo. *Iunctionem*, unus. *Vinctionem*, alii ex vet. lib. Quo verbo utitur Varro libro IV. de lingua Latina.

Ne agri quidem cultus] Sine hominum ſtudiis. Off. II. nam ad hæc potius referre hoc placet, quam ad tempeſtates. cum hic de moribus, non de natura rerum, diſſeratur.

Concordiæque] Inde Salluſtius: *Concordia, parvæ res creſcunt: diſcordia, maximæ dilabuntur.*

Atque ex diſcordia] Τὸ *ex* non eſt in duodecim.

Percipi] *Intelligi*, unus meus. Sed gloſſema eſt ad, *percipi*.

Agragantinum] Empedoclem. vide Plut. in libro de Iſide, & Oſiride: quamquam aliter Ariſtoteles lib. VIII. Ethicorum. & Simplicius lib. I. Phyſ. & lib. I. de Cælo. Ambitioſiſſimus omnium, ut ſe jam ardentis Ætnæ ſpecum nocte intempeſta dejecerit, ut, cum repente non apparuiſſet, abiiſſe ad deos crederetur. Lactantius lib. III. cap. 18. Strabo lib. VI. Vide de eo & Lactantium de orig. err. cap. 13. Laertium in Parmenide, Agellium, Plinium, Quinct. lib. III. cap. I.

In rerum natura] Vide Plut. in Placitis lib. I. cap. 3. & cap. 30. Inde Ovidius:

Diſſociata locis concorde pace ligavit.

Vide & Eryximachi apud Platonem in Convivio ſententiam.

Et re probant] Sic duodecim. Et approbant, duo. Atque probant, unus. *Et intelligunt, & re probant*: inde Euripides:

Τὰ χρῆστ' ἐπιστάμεσθα, καὶ γινώσκομεν,
οὐκ ἐκπονοῦμεν δέ.

Et Seneca: Inſitum etiam malis, probare meliora.

In periculis aut adeundis, aut communican-

micandis] Amicitiæ experimenta ſunt Iſocrati, ἤτε περὶ τὸν βίον ἀτυχία, καὶ ἡ ἐν τοῖς κινδύνοις κοινωνία.

Cavea] Area in theatro. Ridicule nomen tragœdiæ nonnulli putarunt.

Hoſpitis, & amici mei, M. Pacuvii in nova fabula] *In hoſpitis, & amici* &c. omnes mei libri. *Mei*, non eſt in uno. *In amici mei, & hoſpitis*, novem. Nota, unus. *Ante hoſp. Fuere*, unus: *Fuerunt*. quattuor.

Pylades Oreſtem ſe eſſe] Vide Ovidium Triſt. lib. IV. eleg. 4. & Manilium.

Stantes autem plaudebant] *Autem*, non eſt in tribus. *Stantes in re ficta plaudebant*, unus. Sunt, qui *flentes*, legant. quod fieri ſolitum, legitur apud Iſocratem in oratione ad Nicoclem, & Panegyrico.

In re ficta] A minori ad majus.

Facile indicabat ipſa natura vim ſuam] Significat, naturam conciliatricem eſſe amicitiæ: quæ ſi negligatur, id depravata conſuetudine fieri.

Tum homines, quod facere ipſi non poſſent] Sic novem. *Fere*, (pro *facere*,) unus. *Quidem*, pro *quod*, unus. *Ipſi facere*, unus. *Cum homines, quod facerent*, unus. *Cum homines quidem quod facere*, tres. *Poſſunt*, duo. *Quod facere ipſi non poſſunt*: propter φιλαυτίαν pravam, & animi imbecillitatem.

Id recte fieri in altero judicarent] Sunt hi candidiores, & meliores hominibus, ut ait Comicus, imperitis, qui nihil, niſi quod ipſi faciunt, rectum eſſe cenſent. Invidi vero ſunt omnium peſſimi, qui etiam præclariſſimis facinoribus obtrectant, eaque aliqua vitii labe contaminare nituntur.

Potiſſime dixiſſe] Omnes mei libri veteres habent, *potuiſſe dicere*.

Expetimus] Sic ſeptem. Novem, *Exſpectamus*. unus, *petimus*, ſed ſup. additum, *ex*. unus, *eſpectem*. Sunt, qui verba hæc expungant.

Filum] Φράσιν, ſive, (ut Quinctilianus) corpus eloquentiæ: Elocutionem. nam Inventio eſt anima. Metaphora ſumpta a re textoria.

Tum magis id diceres, Fanni] Eſt hoc μνημονικὸν ἁμάρτημα. vide Agellium lib. XV. cap. 6.

Diſputatum eſt] Hanc diſputationem Cicero ſex libris de Rep. complexus eſt. *Patronus*] Cujus mens etiam in ſcriptis ſpiravit, in Bruto.

Accuratam orationem Phili.] Sic omnes mei. alii ſcribunt eſſe in vet. libro, *accuſatam*. ex quo reponunt, *accuſantem*. De Philo, in Bruto: *L. Furius Philus perbene Latine loqui putabatur, litteratiuſque, quam ceteri.* Vide & Lact. lib. V. cap. 12. *Accuratam*: ingenioſe cogitatam.

Iuſtitiam juſtiſſimo viro] Rectius enim artifex de artificio tractabit.

Amicitiam] Quam cum juſtitia in eodem eſſe, Ariſtoteles ſcriptum reliquit.

Non ne facile ei erit] *Eſt*, pro *erit*, novem. *Fuit*, unus. *Erat*, duo. In quinque non legitur. In uno erat, ſed deletum.

Servatam] Sic quinque. Decem, *ſervata*. Vnus, *reſervata*. Vnus, *reſervatam*. Vnus, *ſervant*. Male.

Gloriam ceperit] Gloria eſt virtutis umbra, quæ etiam invitos ſequitur. Quo modo autem Gloria capiatur, vide Off. 2.

CAPVT VIII.

S*Tudiis generorum*] Vehementi cupiditati.

Num propter &c.] Sic unus. Vnus, Verum propter. Reliqui, Vtrum propter.

Deſideranda ſit amicitia] *Deſiderata*, ſex. *Conſiderata*, unus: male.

Vt in dandis] *In*, non eſt in undecim. *In* duobus additum.

Quod quiſque] *Quo*, ſex. *Quo*, ſed additum *d*, in uno.

Per ſe poſſet] *Per ſe ipſe poſſ.* undecim. *Per ſe minus poſſ.* quinque. *Poſſit*, unus.

Ab alio] *Ab aliquo*, unus. *Ab aliis*, duo. *Ab illo*, unus. Male.

Antiquior] Amicitiæ cauſſa quæritur. *Antiquior*: Inde Prætioſæ res antiquæ dicuntur.

Profecta alia cauſſa eſſet] *Eſſet*, non legitur in ſeptem. in quorum uno additum. *Eſt*, pro *eſſet*, undecim. *Profecta*, ſive, *perfecta*, delendum putat Lambinus. contra omnes vet. libros.

Amor enim, &c.] Cic. lib. II. de Fin. *Quid eſt autem Amare, e quo no-*

Amicitia ductum eſt, niſi velle bo-liquem affici quam maximis, etſi ex his nihil redeat.

inceps eſt] Principatum obtinet in icitia concilianda.

ilitates] Ex quibus vulgus amici-probat.

b indigentia] *Ab*, non eſt in uno. *pſa indigentia*, unus. *Ab imbecil-*, alias legebatur.

nſu amandi] Vt uterque mutuum rem ſentiat.

uantum illa utilitatis] *Quantum illa util.* ſexdecim. *Quam illa res util.* s. *Quantum illa res eſſet util.* unus.

uibuſdam] Sic omnes mei libri. s, *quiddam.*

nimadverti] *Adverti*, unus.

x ſe natos ita amant] Hoc omni-animantibus ex æquo naturæ lex t. Off. I. Vide & Plinium lib. IIX. x.

Ad quoddam tempus] Nam adultos igunt. quod toto die videmus.

imilis] *Simul*, duo. *Conſimilis*, tres.

eo quaſi lumen aliquod probitatis] . lib. III. Inſignia virtutis multi m ſine virtute aſſecuti ſunt. talium rum tanta ſtudia aſſequi ſola vir-poteſt.

erſpicere] Sic unus meus. Reliqui, *picere.*

ihil eſt amabilius virtute] Virtus xime omnium rerum benevolen-n conciliat. ſola propter ſe expeti-, reliqua omnia propter ipſam.

Alliciat homines ad diligendum] *Ho-es*, non legitur in quindecim.

. Fabricii, M' Curii] Et ſimilium imorum.

Et probitatem eos etiam] *Et probita-etiam eos*, quindecim. Duo *probi-m, & virtutem.*

Memoriam non uſurpet] Sic unus. Re-i non habent τὸ *non.*

Quos numquam viderit] Sic omnes i. Alias, *nuſquam.*

Tarquinium Superbum] Qui cogno-n traxit ex moribus. Florus. De eo e Livium lib. 2. Plut. in Publicola, onyſium lib. IV.

Sp. Caſſium] Cui Buſcelino cogno-n fuit. de quo in or. pro domo, n. lib. XXXIV. cap. 4. Valer. lib. VI. . 3.

Sp. Mælium] Liv. lib. IV. Plut. in Bruto. Cic. or. pro domo, Valerius ibidem, Off. II. Catil. I. Florus lib. I. cap. ult.

Cum duobus ducibus] Sic ſexdecim. *Cum duobus ducibus eſt in Italia de imp.* unus.

Pyrrho] Cujus vitam ſcribit Plut. Vide Florum. Epit. XIII. & XV. Oroſium lib. IV. c. I. Iuſtinum lib. XVII. & XIIX. Agell. lib. XVII. cap. ult. Plin. lib. IIX. cap. 6.

Hannibale] Livius.

Probitatem ejus, non alienos animos habemus] Sic quinque. *Prob. ejus nominis, non alien. an. hab.* decem. *Prob. ſuam, non minus alien. an. hab.* unus. *Prob. ejus, non nimis alien. an. hab.* duo. Quam veram lectionem puto, & inde factum, *nominis.*

Crudelitatem ejus] *Ejus*, non eſt in quattuor, rectiuſque abeſt.

CAPVT IX.

QVid mirum, ſi] *Quid mirum eſt, ſi*, quattuordecim.

Moveantur] Incitentur ad mutuum amorem.

Conjuncti eſſe poſſunt] Sic omnes, uno excepto, in quo, *poſſint.* Alias, *poſſumus.*

Perſpicere] *Proſpicere*, undecim.

Studio perſpecto] Benemerendi de nobis.

Conſuetudine adjuncta] Quæ, ſi congruunt ingenia, amicitiam confirmat: ſin diſcrepat, dirimit.

Quam ſi qui putant] *Quam ſi quis putat*, duo.

Per quam quiſque aſſequatur quod deſideret] *Per quam aſſequatur quod quiſque deſ.* novem. *Per quam aſſ. illud quod qu. deſ.* quattuor. *Per quam conſequitur quod qu. deſ.* unus.

Natam volunt] Sic omnes, excepto uno, in quo *nata.* Lambinus, *Naſci.*

Vt quiſque minimum in ſe eſſe arbitraretur] Virtutis, & probitatis: id eſt, quo quiſque egentior eſſet, eo etiam aptior foret ad amicitiam. Male alias, *ut quiſque valetudinis minimum in ſe eſſe arb.* Quo modo & unus ex meis.

Quid enim] Vide Agellium lib. XVII. cap. 5.

Afri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Africanus erat indigens mei] Sic tres. *Africanus indigens mei fuit*, unus. *Africanus fuit indigens mei*, duo. *Africanus indigens mei*, reliqui.

Hercule] *Hercle*, duodecim.

At ne ego quidem illius] *Ac*, novem. *An*, duo.

(Neque enim beneficium feneramur)] Vnus meus tollit τὸ *enim*. Sunt, qui parentheſim tollant, & legant, *feneremur*.

Ejus omnis fructus in ipſo amore ineſt] Ad Appium, Fam. lib. III. ep. ult. *Itaque mihi propono fructum amicitiæ noſtræ, ipſam amicitiam, qua nihil eſt uberius, præſertim in iis ſtudiis, quibus uterque noſtrum devinctus eſt. nam tibi me profiteor & in rep. ſocium, de qua idem ſentimus, & in quotidiana vita conjunctum cum iis artibus, ſtudiiſque, quæ colimus.*

Pecudum ritum] Hos, de Officiis, *homines nomine tantum, non re*, appellat.

Suſpicere] Sic recte & in duobus meis.

A. Natura gigni &c.] A, non eſt in novem.

Vt & uſu ejus] Et, non legitur in uno. Illius, quattuor.

Ad bene merendum] *Ad bene promerendum*, tres mei.

Atque hæc inter &c.] *Atque hoc inter*, tres. *Atque inter*, ſex. *Atque ſit inter eos* &c. unus.

Certatio] *Concertatio*, quinque. Hujuſmodi ſunt illa, Fam. lib. VII. *Vide, quanti apud me ſis, etſi jure id quidem: non enim amore te vinco.* Alibi dixit, *ut officiis inter ſe certent, quibus alter alterum vel vincat, vel equo animo vincatur.*

Maxime capientur] Vt fructus ex arboribus.

Et erit ejus ortus a natura] Male alias, & in uno meo, *& erit potius ejus ortus a nat.* Et in alio meo, *& erit ejus ortus a natura potius.*

Eadem commutata] Iſocrates, ad Demonicum: Τὰς τῶν φαύλων συνηθείας ὀλίγος χρόνος διέλυσε, τάς τε τῶν σπουδαίων φιλίας οὐδ᾽ ἂν ὁ πᾶς αἰὼν ἐξαλείψειεν. Vide & Senecam lib. I. ep. 9.

Natura mutari non poteſt] *Quam licet expellas furca, tamen uſque recurret*, Horatius. *Natura*: univerſa.

Iccirco veræ amicitiæ ſempiternæ ſunt] Nam natura pulchri deſiderio capitur, ex Socrate in Platonis Convivio. *Veræ amicitiæ*: quas virtus conglutinavit.

Adhuc] *Adhæc*, octo mei. *Ad hoc*, quattuor.

Forte] Pro, Fortaſſe. ad Att. lib. VIII. ep. 3. & lib. III. de Orat. *Fortaſſe*, duo mei.

Vultis] *Velitis*, tres mei. *Velletis*, unus.

Minor eſt natu] In Bruto.

CAPVT X.

AVdite vero*] *Ergo*, pro *vero*, quinque.

Ad extremum vitæ diem] Sic tredecim. Vnus, *ad extremum vitæ tempus.* Quattuor, *ad extremum vitæ.* Quod fortaſſe rectius. Vt τὸ *diem*, & *tempus*, ſint gloſſemata.

Non idem ſentirent] Sic unus. unus, Sentirentur. reliqui, Sentiretur. uno excepto, a quo abeſt.

Mutari mores hominum] Horatius:

Oderunt hilarem triſtes, triſtemque jocoſi,
Sedatum celeres, agilem, gnavumque remiſſi.

Alias, alias] Sic omnes mei: uno excepto, in quo, *aliis, aliis.* Lambinus notat eſſe in vet. libris, *alios, alios.* Legitque, *aliorum, aliorum.*

Cum prætexta toga] Sic recte ſeptem mei. *Cum prætexta, vel toga*, unus. *Cum prætexta, & toga*, quinque. *Cum prætexta & ſumpta toga*, duo. *Cum prætexta aſſumpta toga*, tres.

Deponerentur] *Ponerentur*, ſex.

Sin autem ad adoleſcentiam perduxiſſent] Duriuſcule omnino, *ſi amores uſque ad adoleſcentiam perduxiſſent*: pro, Perducti eſſent. Placeret, *perveniſſent*: vel, *perduraſſent*, quod olim in Variis Lectionibus a Patre notatum eſt. ſed veterem librum, qui adſtipuletur, nullum invenio. *Produxiſſent*, duo.

Dirimi tamen interdum contentione, vel luxuriæ conditionis, vel commodi alicujus] Hic ego, quid quiſque ſentiat, non referam: meam ipſe breviter ſen-

…iam exponam, comprobatam …que meis veteribus libris. Duas …ſſas ponit, cur dirimantur amores …dolescentia, qui fuerunt a pueritia …mmi: unam, quia propter luxuriam …tendat, quod alius alii præferri ve-… alteram, propter commoda, quæ … quiſque appetat. Nihil ſane, niſi …pum *condicio*, perturbaſſe videtur …c locum. Quod tamen apte, ut …ior, & proprie ſic explanatur: …*dicionis luxuriæ*: quod meliore u-…quiſque condicione velit eſſe in …uria. ex quo oritur contentio. *Lu-…riæ condicionis*: Luxuria, ait Feſtus, …rum eſt ſolutio.

…*n amicitia provecti*] *In amicitiam …vecti*, quattuor.

…*n amicitiis*] Tò *in*, abeſt a duo-….

Quod rectum non eſſet] Quod cum …cio pugnaret.

Libidinis miniſtri] In prodenda ſuo-…, vel violanda aliorum pudicitia.

Adjutores ad injuriam] Vel ad op-…mendos inſontes, vel ad opes, & …nores per fas & nefas conſequen-….

Quamvis honeſte id facerent] Nam, …d injuſte petitur, jure negatur.

Sed etiam odia gigni maxima, atque …piterna] Vnus, Sed etiam odia …ni ſolere ſempiterna. reliqui, Sed …m odia gigni ſempiterna.

Hæc ita multa] Itaque, quattuor.

Quaſi fata] Sic omnes mei libri. …*o*, Langius.

Impendere] Sic omnes mei. unus, …*minere*, *impendere*. Vt alterum, *im-…nere ſcilicet*, ſit gloſſema.

CAPVT XI.

C *Oriolanus*] Plutarchus, Halicar-naſſeus lib. VII. & VIII. Livius …. 2. de vir. ill. cap. 19. Val. lib. V. …. 2. & 4. Florus lib. I. cap. 22. Ap-…nus lib. I. bell. civ.

Buſcelinum] In magna veterum li-…rum varietate, ex iis elicio conje-…ram meam, qui habent, *Vulſeli-…*, & *Becilinus*, & *Viſcelinus*, & ex …onyſio, in quo, Οὐσκελῖνος. Nam, …*ſcelinus*, vocabulum eſt, cujus ety-…logia cognoſcitur: cum alii, cur aliter legant, certam rationem non afferant, nec, ut arbitror, afferre poſſint. *Buſcelinus* autem a Græca particula Βου, quæ in compoſitione auget, & a Σκέλος, quod eſt Crus, deducitur: quod inſignis eſſet magnitudine crurum, unde notari, & disjungi ab aliis proprio cognomine debuerit, Sp. Caſſius, nec enim arbitror, Caſſiæ gentis commune, ſed proprium hujus Caſſii cognomen fuiſſe, qui poſtea regni affectati crimine necatus eſt. Neminem enim, præter hunc, ſic appellatum reperi. Sic *Bucephalus*, *Bucentaurus*, & alia, de Græco fonte nomina derivata. Decem mei, *Becillimum*. Vnus, *Becellinum*. Vnus, *Becillum*. Tres, *Becilium*. Vnus, *Beſillium*. Vnus, *Actillinum*. Ab uno deeſt.

Iuvare] *Adjuvare*, ſex.

Ti. Gracchum] Plutarchus, App. libro I. de bell. ci. de vir. ill. cap. 64. Flor. lib. III. cap. 14. Epit. 58. & 59. Oroſ. lib. V. cap. 8. & 9. Sall. Iugurtha, Porcius Latro in Catilinam, Val. lib. I. cap. de Auſp. lib. III. cap. de Fortitudine, lib. IV. cap. de Amicitia, lib. VII. cap. de ſapienter dictis, & factis, Aug. de civ. D. lib. III. cap. 24.

Q. Tuberone] Homine Stoico, & auſtero. de quo pro Murena, & de claris oratoribus, Valer. lib. VII. cap. 5. Pomp. de orig. juris, Plut. in Æmilio, Plin. lib. VIII. cap. 17.

Æqualibuſque amicis] M. Octavio. Plut. & Appianus.

Bloſſius] *Bloſius*, tres. *Boſius*, duo. *Bleſius*, unus, *Gloſius*, unus. reliqui, *Biſſius*. In Valerio lib. IV. cap. 7. & Plut. *Bloſius*. Antipatri, Tharſenſis philoſophi, diſcipulus. Cic. in Rullum, & Plutarchus in Gracchis, qui tribuit Naſicæ, quod hic Lælius de ſe narrat. ſed cum Cicerone facit Valerius lib. IV. c. 7.

Familiæ veſtræ] *Noſtræ*, novem.

Qui aderam] Cujus conſilio præcipue conſules utebantur. Valerius. *Quo aderam*, novem.

Rupilio] Sic octo recte. unus, *rupellio*. duo, *rupillo*. unus, *ruptilio*. duo, *rupilio*. unus, *rutulo*. tres, *rutilo*. Male omnes.

In conſilio] In quo, quid agendum con-

contra ſocios Ti. Gracchi, deliberatur.

Deprecatum veniſſet] Vide Agellium lib. VI. cap. 16. & Val. lib. VI. cap. 24.

Voluiſſet id quidem: ſed, ſi voluiſſet, paruiſſem] *Id quidem*, abſunt, ab octo. a quorum uno abeſt & τὸ, *inquit*, quod præcedit. Alias legebatur, *voluiſſet, ſi voluiſſet? paruiſſem. Ita paruiſſem*, ſunt, qui legi dicant in vet. libro.

Hæc amentia, quæſtione nova pert.] Sic novem. *Dementia*, unus. *Quæſtione*, unus. *Nova quæſtione*, unus. *Hæc amicitia nova quæſtione*, duo. Male. *Hac amentia, & nova poſtulatione*, unus. Male. *Hac amentia, & quæſt. nova pert.* tres.

In Aſiam profugit] Ad Ariſtonicum, regis Eunenis filium, qui Aſiam occupavit, cum teſtamento Attali regis legata populo Romano libera eſſe deberet. Rebus autem Ariſtonici profligatis, ſibi mortem conſcivit. Plutarchus, & Florus, Cic. in Rullum.

Graves, juſtaſque] Quia vitam amiſit, & ſeditionis ſupplicium luit.

Amicitiam manere] *Remanere*, unus. *Permanere*, tres. *Difficile eſt amicitiam manere:* quia ceſſante cauſſa ceſſat & effectus.

Vel impetrare ab amicis] *Ab iis*, quinque. *Ab his*, novem. *Ab ipſis*, duo.

Perfecta quidem ſapientia ſumus, ſi nihil habeat res vitii] Perfecte ſapientes fuimus, in eo, cum ſtatuimus, rectum eſſe, & concedere amicis, quæ vellent, & ab iiſdem impetrare, quæ vellemus ipſi: ita vero perfecte ſapientes fuimus, ſi nihil ex eo ſequitur incommodi, quod fieri vix poteſt. Sed oſtendit Cicero, vitium in ea re eſſe: itaque perfecta ſapientia minime nos eſſe, ſi rectum ſtatuerimus utrumque. Hæc eſt præclara, nec admodum obſcura, hujus loci ſententia, confirmata duodecim meorum veterum librorum teſtimonio. Itaque valde miror, qui venerit in mentem nonnullis, de mutatione cogitare.

Quos videmus] *Vidimus*, unus, rectius.

Qui ad ſapientiam proxime accedunt] Qui pravis affectibus minimum indulſerunt, & omnis officii ſummum ſtudium habuerunt: etiamſi alicubi errarent, & laberentur, quod humanum eſt.

Vidimus] *Videmus*, quattuor.

Papum Æmilium] *Paullum Æmilium*, alias. *P. Æmilium*, omnes libri mei.

C. Luſcino] Fabricio Luſcino. Parad. 1. & 6.

Memoria traditum eſt] *Memoria proditum eſt*, tres.

Si contendiſſet, ſcio impetraturum non fuiſſe. Sic decem. *Si enim contendiſſet*, &c. quattuor. *Contendiſſent, impetraturos*, unus. *Dico*, pro, *ſcio*, unus. *Si enim concediſſet, ſcio impetraturum ſe aliquid non fuiſſe*, unus. *Scio eum impetr.* &c. unus. *Si quis eorum contrudiſſet, ſcio impetraturum non fuiſſe*, unus.

Facere rogatum] *Rogatu*, tredecim.

C. Carbo, C. Cato] Florus Epit. 59. *Fulvium Flaccum, & C. Carbonem creatos agro dividundo.* Idem tradit Appianus, niſi quod mendoſe nominat *Papirium Carbonem.* Plutarchus ſolius Fulvii mentionem facit. de Catone nihildum reperi. In uno certe meo, Sequebatur *C. Carbo*, & minime &c.

Tunc quidem Cajus frater] *Tunc quidem carus Cajus fr.* unus. *Tunc quidem cariſſimus fr. Tunc quidem Cajus fr.* duo. *Tum quidem acer Cajus fr.* tres, quorum unus, *tunc. Tunc quidem cariſſimus Cajus frater*, unus.

Nunc quidem acerrimus hoſtis] *Hoſtis*, abeſt a ſeptem. *Inimicus*, tres. In uno, ſuperadditum. *Hoſtis acerrimus*, tres. *Nunc acerrimus hoſtis*, quattuor. *Nunc idem nobis acerrimus*, unus. *Nunc quidem acerrimus*, tres. *Nunc idem*, ſex. *Acerrimus:* in tribunatu pl. quem gerebat hoc anno, quo dialogus hic a Lælio habitus fingitur. Infra: *De C. Gracchi autem tribunatu, quid exſpectem, non libet augurari.*

CAPVT XII.

HÆc igitur prima lex*] *Prima*, abeſt a quattuordecim meis libris. *Ergo*, unus.

Proſpicere] Prudentia eſt, ex præteritorum memoria, & præſentium conjecturis futura colligere, & proſpicere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Deflexit enim jam aliquantulum] *Iam*, non eſt in tribus. *Defluxit*, unus. *Aliquantulum*, unus.

De ſpatio, curriculoque] Metaphora a ſtadiis, curruumque certamine.

Conſuetudo majorum] Exceſſimus ... ſi limites honeſtæ diſciplinæ, a majoribus præfinitos. Semel enim labefactata diſciplina, licentia creſcit ... ies, & aliud ex alio facinus ori...

Numquid ſimile &c.] Sic omnes mei. ...as, *numquam*.

Aut viderat] Regnavit enim nemo, ...t ejectos reges.

In P. Naſicam] *In P. Scipionem*, quattuordecim. *In Remp. Naſicamque ...pionem*, unus. *In P. Scipionem Naſicam*, unus. *In Scipionem Naſicam*, u...

Effecerint] *Fecerint*, unus. *Fecerunt*, ...us.

Non queo] *Nequeo*, decem.

Carbonem quoque, quem modo poſui...s] Sic decem. *Carbonem quoquo mo...potuimus*, tres. *Carbonem quo modo ...uimus*, unus. *Quoque*, non eſt in ...o. *Propoſuimus*, unus. *Carbonem quo... modo poſſimus*, unus. *Carbonem ...ʒ queʒ non poſſumus*, unus.

Suſtinuimus] Hic poſtea, cæſo C. Graccho, ejus interfectorem Opimium ...fendit. de Oratore.

De C. Gracchi autem tribunatu] Sic ...decim. *Autem*, non eſt in tribus. ... *Caji autem tribunatu*, unus. *De Caji ...unatu*, unus. Vide Val. lib. IV. cap. ... Amicitia.

Quid exſpectem] An exitum fraterno ...nilem ſit habiturus: cum acerrimus ...e cœperit.

Non libet] Sic tredecim mei. Vnus, ...*n licet*. unus, *non lʒ*. Alius, *non ...vat*.

Augurari] Cæſus eſt ab Opimio con...le, cum ſtatum reip. convellere co...retur. *Augurari*: ſignis quibuſdam ...p. perniciem videre.

Serpit enim deinde res] *Enim*, non eſt ... quindecim.

Proclivis] *Proclivius*, duo.

Cœpit] *Cœperit*, octo.

Populum R.] R. abeſt a quindecim.

Ambitio] Temeritate, non vero ju...cio, & recta ratione.

Plures enim diſcent] Plures enim mala exempla imitantur, quam bona.

Quemadmodum hæc fiant] Quibus artibus ſit concilianda plebs, & contra ſenatum concitanda.

Vt ab amicis in magna re aliqua in rep. peccantibus] Sic unus. Vndecim, *ab amicis in magnam aliquam remp. peccantibus*. Duo, *ab amicis in magnam rem aliquam pecc*. Duo, *ab amicis aliqua in remp. pecc*. Vnus, *ab amicis in aliquam remp. pecc*. Vnus, *ab amicis in remp. pecc*. Fulvii liber, *ab amicis in rep. pecc*.

Iis, qui ipſi fuerint] Sic novem, *Iis, qui ſuerunt*, quattuor. *Illis, qui fuerunt*, duo. *Iis, qui fuerint*, tres.

Themiſtocle] Cujus res geſtas vide apud Plut. in Themiſtocle, Ariſtide, & Cimone. de quo Thucyd. lib. I. Herodotus lib. VII. & VIII. Iſocrates in Panathenaico, Demoſthenes pro Cteſiph. Iuſt. lib. 2. Oroſ. lib. 2. cap. 9. 10. 11. Æmilius Probus, Val. lib. V. cap. 3. lib. VI. cap. 11. lib. VII. cap. 2. lib. VIII. cap. 7. & 15. Cicero ſæpe, præcipue de Off. II. & III. de Senectute, ad Att. lib. X. pro Archia poëta, de Orat. II. & in Bruto, Quinct. lib. IV.

Græciam liberaſſet] Ejus enim virtute, & conſiliis, Perſis navali prœlio devictis, Xerxes, re infecta, pari damno, & ignominia, ſuo exceſſu Græciam belli moleſtia levavit.

Propterque invidiam] Quam effugere non potuit. alibi Cicero.

In exſulium pulſus eſſet] Sic duo. Expulſus, quattuordecim. Miſſus, duo.

Ingrata patria] Valer. lib. V. cap. de Ingratis.

Quam ferre debuit] Nam patriæ caritas injuriæ dolorem ſuperare debet. Sic Camillus Romam everſam, qua per injuriam exſulabat, in integrum reſtituit.

Fecit idem, quod &c.] Ad hoſtem ſe contulit. de clar. oratoribus.

Mortem ſibi uterque conſcivit] Aliter Livius, & Atticus, de Coriolano: de Themiſtocle autem, Clitarchus, & Stratocles. vide in Bruto. *Conſcivit*: *Concivit*, unus. *Aſcivit*, unus. *Accivit*, unus. *Conquiſivit*, unus. *Conſtituit*, duo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Improborum] Sic omnes mei. alias, *impiorum.*

Vindicanda] *Vindicanda eſt*, undecim. *Vindicanda ſupplicio*, unus.

Vt ne] *Ne*, unus.

CAPVT XIII.

HÆc *igitur prima lex*] *Prima*, abeſt a duobus. *Ipſa*, pro, *prima*, unus.

Nec exſpectemus quidem, dum rogemur] Seneca: *Gratiſſima ſunt beneficia parata, facile occurrentia: ubi nulla mora fuit, niſi in accipientis verecundia. Optimum eſt antecedere deſiderium cujuſque, proximum ſequi: illud melius, occupare antequam rogemur. quia, cum homini probo ad rogandum os concurrat, & ſuffundatur rubor: qui hoc tormentum remiſerit, multiplicat munus ſuum. non tulit gratis, qui, cum rogaſſet, accepit.* Publius in Mimo:

Bis eſt gratum, quod eſt opus, ultro ſi offeras.

Græcum diſtichon:

Ὠκεῖαι χάριτες γλυκερώτεραι· ἢν δὲ βραδύνῃ
Πᾶσα χάρις κενὴ μηδὲ λέγοιτο χάρις.

Iſocrates: Οὕτω δ᾽ ἂν ἄριστα χρήσῃ τοῖς φίλοις, ἂν μὴ περιμένῃς τὰς παρ᾽ ἐκείνων δεήσεις, ἀλλ᾽ αὐτεπάγγελτος ἐν τοῖς καιροῖς αὐτοῖς βοηθῇς. Vide Proverb. *Bis dat, qui cito dat.*

Sed ſtudium ſemper adſit] Sed, non eſt in quindecim.

Libere] Sine offenſa, aut privati incommodi metu.

Eaque adhibeatur admonendum] Nam, ut ait Homerus Il. Λ, ἀγαθὴ γὰρ παραίφασίς ἐστιν ἑταίρου.

Mirabilia quædam] Παράδοξα Stoicorum, Academicorum, & Epicurea quædam dogmata.

Non perſequantur ſuis argutiis] Quibus ipſi delectantur, & quibus confidunt: quibus plerumque veritas amittitur. *Proſequantur*, tres. *Aſſequantur*, unus. *Suis*, non eſt in ſeptem, in quorum uno additum. *Argutiis*: quattuor ex iis, qui non habent τὸ *ſuis*, habent, *argutius.* Vndecim, *argumentis eſt, quod illi non perſequantur ſuis argutiis*: nam & otio abundant, & novitate auditorum faſtidiis conantur occurrere, aut ambitione, & ſpe quæſtus impulſi, novi auctores haberi volunt.

Fugiendas eſſe nimias amicitias] De πολυφιλίᾳ Eurip. in Hipp. Cor.

χρῆν γὰρ μετρίας εἰς ἀλλήλους φιλίας
θνητοὺς ἀνακίρνασθαι.

Vide & Plutarchum.

Satis ſuperque eſſe ſibi ſuarum cuique rerum curam] *Curam*, abeſt a ſeptem. in quorum uno additum.

Quam laxiſſimas habenas habere amicitiæ] Eurip. apud Plut. περὶ πολυφιλίας: Ἀπὸ τ᾽ ὤσασθαι καὶ ξυνθεῖναι καθάπερ πόδα νεώς, ἐπιδιδόντα, καὶ προσάγοντα τῆς χρείας τὴν φιλίαν.

Securitatem] Εὐθυμίαν: cum animus tranquillus eſt, & in ſuis rebus acquieſcens, nec ſperat, nec metuit quidquam, aut certe quam minimum.

Firmitatis habeat] *Haberet*, omnes, uno excepto, in quo, Hab. 7.

Appetere] *Appeteret*, tredecim. *Expeteret*, tres. *Appetet*, unus. *Appetant*, unus.

Quam ii, qui putantur beati] *Quam qui putantur beati*, unus. *Quam ii, qui putantur eſſe beati*, undecim. *Quam beati*, Lambinus.

Reapſe] *Re*, unus. *Re ab ſe ipſa*, unus. mendoſe, ſed, unde pateat, *reipſa*, quod in aliis eſt, & alias in impreſſis erat, gloſſema eſſe. Sic lib. III. de Leg. lib. V. de Fin. Vide Senecam.

Repudianda eſt] *Eſt*, non legitur in decem.

Actionemve] *Actionemque*, unus.

Vt cum aliqua cura] *Vt*, non eſt in decem, quorum duobus additum.

Imbecillibus] Sic omnes mei. alii, *imbellibus.*

Animi bene conſtituti] Sic omnes mei. Fulvii liber, *inſtituti.*

Animi dolor] Sic omnes mei. quidam tollunt τὸ *animi.*

Cur amicitiam &c.] Sic ſexdecim. Vnus, *ut amic.* Vnus, *ut cur amic.*

Motu animi ſublato] Affectibus ſublatis: ſi homo neque gaudeat, neque doleat, neque amet, neque oderit, neque appetet, neque formidet quidquam.

Pecu-

ecudem, & hominem] Quæ ſpecie erunt.

ominem, & ſaxum] Quæ differunt ere.

t ſaxum, aut truncum] Sexdecim, runcum, aut ſaxum. unus, & trun-, vel ſaxum. unus, & truncum, nter hominem, & ſaxum.

unt iſti] Sunt, abeſt ab uno.

t & bonis amici] Vt in bonis amici, s. Vt in amicorum bonis amici, unus. n bonis amici, duo. Vt bonis amici, s. Vt & bonis amicis, unus. Vt & onis amici, unus.

iffundatur] Lætitia. Diffundantur, decim. Fundantur, unus.

ontrahatur] Mærore. Contrahantur, ndecim. Trahantur, unus.

Angor] Ægritudo premens in Tu-anis.

vita amicitiam] Amicitiam e vita, ttuor.

CAPVT XIV.

Ontrahat virtus amicitiam] Virtus, non eſt in octo, quorum additum.

ignificatio virtutis eluceat] Nam vir-, ut ait Seneca, in omnium animos en ſuum permittit, etiam qui non untur illam vident.

Amor ibi exoriatur] Ibi, non eſt in emſeptem. unus, amor ut oriatur.

Tam abſurdum] Tam abſurdum eſt, decim, quorum uni additum.

nanibus rebus] Quarum poſſeſſio que meliorem reddit, neque bea-rem.

Vt honore] Qui non tam ejus eſt, habetur, quam illius, qui habet eri. Græci divinum bonum, ho-rem, θεῖον ἀγαθὸν τιμὴν dicunt. ud Euripidem dii honorem appe-nt.

ἔνεστι γάρ τοι κἀν θεῶν φύσει τόδε
τιμώμενοι χαίρουσιν ἀνθρώπων ὕπο.

Vt gloria] Quæ eſt fama de præſtan-alicujus virtute, & ſapientia.

Vt ædificio, &c.] Quæ ſerviunt ne-ſitati, & commoditati corporis.

Animo autem virtute prædito] Sum-o naturæ humanæ in terris bono.

Vt ita dicam] Excuſat verbi novita-m. nam, redamo, inuſitatum. Quinct. lib. IIX. cap. de Ornatu, προεπιπλήσσειν: hoc eſt veniam, captando, præmuniendoque, licentiæ occurrere jubet, ſi quid inuſitatius ſit dictum.

Redamare] Sic tres. Redamari, tredecim. Reamari, unus. Amari, unus. male. Redamare: nam amicitia ex amore naſcitur. ut ait Pauſanias in Convivio Platonis. Græci ἀντιφιλεῖν.

Tum alliciat] Suavitate quadam, & quaſi blanditiis.

Et contrahat] Sic duo. Et tam contr. quattuor. Tam contrahat, unus. Tam attrahat, unus. Atque attrahat, unus. Et tam attrahat, quinque. Et tam trahat, duo. Extrahat, unus. Ab uno abſunt hæc duo verba. Et contrahat: Si, attrahat, legas, interpr. quadam naturæ vi, cui vel inviti homines parere ſolent: quales ſunt amantes.

Ad amicitiam ſimilitudo] Ad, abeſt ab uno meo. Inde Proverb. Æqualis æqualem. Ὅμοιον ὁμοίῳ φίλον. Similitudo: ingeniorum, morum, ſtudiorum. Similitudo quoque fortunarum, & corporum, eadem natio, & civitas, & alia, quæ in benevolentiæ, & beneficentiæ officiis conſiderantur.

Concedatur] Concedetur, quinque. Concedant, alias.

Adſciſcantque ſibi] Id eſt, eorum conſuetudinem, & familiaritatem expetant.

Nihil rapacius] Nec, pro nihil, omnes, uno excepto, in quo, ac.

Qui eſt amicitiæ fons] Sic quinque. reliqui, quæ. Vt ad benevolentiam referatur.

Inhumana virtus, neque ſuperba] Omnes libri mei veteres addunt, neque immunis, (ſive, ut in uno, nec) ſic: Inhumana virtus, neque, immunis, neque ſuperba. Immunis: improba. vide Feſtum. Plautus Trinummo. Immune eſt facinus. Hor. Od. l. 3. Od. 23. Immunis manus.

Si cum amore, & ſtudio eſt profectum] Si cum ſtudio eſt profectum, quindecim. Si cum amore, ſtudioque eſt profectum, duo.

Opibus, & copiis] Id eſt, propter opes, & copias, maximeque virtutem.

Maximeque virtute præditi] Præditi, non

non eſt in quindecim. quorum duobus additum.

Beneficentiſſimi] *Beneficientiſſimi*, unus. reliqui, *benificentiſſimi.*

Nihil umquam omnino deeſſe amicis] Sic quattuordecim. *Numquam omn. d. a.* unus. *Nihil umquam d. a.* unus. *Nihil omnino umquam d. a.* unus. *Omnino nihil umquam deeſſe amicis*, unus. *Nihil umquam indigere amicos*, Langius ex vet. libro. Notatque *indigere* caſu accuſandi, dictum eſſe a Plauto, & a Varrone.

Scipio eguiſſet] *Scipio*, abeſt a quattuor, quorum uni additum.

Secuta eſt] *Conſecuta eſt*, quattuordecim. *Conſequatur*, unus.

CAPVT XV.

Deliciis affluentes] *Deliciis*, omnes libri. *Diffluentes*, quattuor. *Defluentes*, duo. Lib. I. de Off. *Diſfluere luxuria.* lib. III. de Or. *Otio diffluentes.* Ter. Heaut. *Vt ejus animum, qui nunc luxuria, & laſcivia diffluit, retundam, redigam, ut, quo ſe vertat, neſciat.* *Affluentes:* qui nihil umquam incommodi paſſi ſunt: unde fructum aliquem ex amicitia capere potuerint. Inde illud, ad Trebatium, lib. VII. *Valde jam delicatus es, qui gravere litteras ad me dare, homini præſertim prope domeſtico.*

Nec uſu] Quia ex animo neque amant quemquam, neque amantur.

Nec ratione] Id eſt, doctrina, & inſtitutione.

Vt neque diligat quemquam] Adeo μισάνθρωπος.

Nulla ſtabilis benevolentiæ poteſt eſſe fiducia] Nulla ſancta ſocietas, nec fides regni eſt. Et Micion Terentianus longe errare putat, qui imperium gravius putat eſſe, vi quod fit, quam illud, quod amicitia adjungit.

Suſpecta, atque ſollicita] Sic octo, recte. decem, *ſuſp. ſunt, atque ſollicita.* *Suſpecta, atque ſollicita:* Dionyſius Siculus barbam ne filiabus quidem tondendam credere auſus fuit.

Nullus locus eſt amicitiæ] Sic quinque. tredecim, *N. locus amicitiæ.* Sed in uno additum.

Quem metuit] *Quem metuat*, novem. *Quem metuet*, tres. *Quem tantum metuat*, unus. Inde illud Ennii, *quem metuunt. oderunt*, lib. 2. de Off.

Simulatione amicitiæ] *Amicitiæ*, non eſt in decem. *Amici*, unus.

Quod ſi forte] *Qui*, unus. *Et*, unus. *Quid*, unus.

Intelligitur] *Intelligent*, tres.

Tarquinium dixiſſe ferunt] *Fertur*, quattuor. recte. quorum duo, alter, *fert˜*: alter, *feruntur*: & ſupra, in ſpatio, verſus dirimente, *ab hominibus.*

Tum, cum exſul eſſet, ſe intellexiſſe] Sic unus. *Tunc cum exſulem ſe intellexiſſet*, ſex. *Tum exſulem eſſe ſe intellexiſſ3*, tres. *Cum exſulem intellexiſſet*, unus. *Exſulantem*, deletum & additum, *tunc, cum exſulem ſeſe intellex.* unus. *Cum exſulaſſet ſe intell.* unus. *Cum exſulantem ſe intellex.* unus. *Tum cum exſulem eſſe ſe intellexiſſet*, tres. *Tum cum eſſet exſul intellex.* unus.

Quoſque infidos] *Que*, non eſt in ſexdecim.

Gratiam referre] Vide de hoc loquendi modo Agellium lib. VII. cap. 4. Hoc loco dictum eſt in malam partem. *Quos fidos amicos habuiſſet, quoſque infidos:* vide Halicarn. lib. IV. circa finem.

In illa ſuperbia] *In*, non eſt in quinque. quorum uni additum.

Importunitate] A quo nihil æqui poſſet impetrari, nihil præſidii ſperari, niſi ipſi collibitum eſſet.

Si quemquam] Fidum amicum, cum præ ſe omnes deſpiceret, atque injuriis afficeret.

Præpotentium] *Præpotentum*, novem. *Potentium*, unus.

Fortuna cæca] Vide Aug. de Civ. Dei, lib. IV. cap. 18.

Illi efferuntur faſtidio] *Illi*, non eſt in quattuor. quorum uni additum. Langius legit, *efferantur:* id eſt, exſtirpata ex eorum animis humanitate, in feras degenerant: quæ impetu feruntur, non ratione gubernantur. *Faſtidio:* metaphora, a ſtomacho, pleroſque cibos, cum nauſea quadam, rejiciente. Significat moroſitatem, cui ſatisfacere nemo poteſt, τὸ δύστροπον, ϗ δυσάρεστον.

Et contumacia] Qui ſe ſolos ſapere pu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

unt, aliorum conſilia non audiunt, ederident, atque contemnunt.

roſperis rebus immutari] *Proſperis re- etiam mutari*, unus. Exemplum apud Cic. ad Att. lib. XIII. de A- ndro. Ariſtotelis diſcipulo.

perni ab iis] Quod ſint impares di- ate.

ndulgeri] *Indulgere*, ſex. *Indulge-* nem. *Indulgeri novis:* ut eorum ſi- es habeantur, quorum conſuetu- e utuntur.

t plurimum] *Cum plurimum*, quin- im. *Quantum plurimum*, male, unus.

etera parare, quæ parantur, pecu- m, equos, &c.] Delendum puto, *uniam*, ut gloſſema. eſt enim in ere libro, *cetera parare, quæ paran-* , i. *pecuniam, equos* &c. Aliis pla- , *quæ parantur pecunia.* cum quibus unt ſex mei veteres libri. Cum ipſi oque viderint, pecuniam non eſſe merandum in ſupellectile, de qua Cicero loquitur. Sed ego malo ſſam eſſe: accedente antiqui mei ri auctoritate.

Famulos] *Familiam*, duo libri.

Veſtes egregias] *Veſtem egregiam*, un- cim. *Egregiam veſtem*, unus. *Veſtes tioſas, vaſa egregia*, duo. In uno eſt totum hoc.

Cum parant] *Cum parantur*, octo. *uæ parantur*, unus.

Cui parent] *Parentur*, tredecim. *Cui rent, neſciunt:* Iſocrates in oratio- Philippica: Συμβαίνει τῶν μὲν πλε- καὶ τῶν δυναστειῶν πολλάκις τοὺς θροὺς κυρίους γίγνεσθαι. τῆς δὲ εὐνοίας, παρὰ τῶν πολιτῶν, καὶ τῶν ἄλλων τῶν εργετημένων, μηδένας ἄλλους κατα- ίπεσθαι κληρονόμους, πλὴν τοὺς ἐξ μῶν γεγονότας.

Ejus enim eſt iſtorum quodque, qui incit viribus] Sic decem. *Ejus eſt e- m*, antiquus liber. *Eſt*, abeſt ab uno. *t enim eſt iſtorum, quidquid vincitur iribus*, alius. *Ejus enim eſt iſtorum, uidquid vincit viribus*, ſex. *Iſtorum uæque*, unus. *Iſtorum, quod quis vin- t vir.* unus. *Vincit: Vincat*, unus. *incet*, unus. *Vicit*, tres. *Ejus enim eſt torum* &c. Xenophon: Τὰ τῶν ἡττωμένων τῶν κρατούντων γίγνεται.

Amicitiarum] *Amicitiæ*, duo. *A- micitia*, unus: male.

Permanet] Sic omnes mei. Langius, ex vet. libro, *nam amicitiarum ſ. c. per- tinet.*

Stabilis, & certa poſſeſſio] Duo, *cer- ta, & ſtabilis poſſeſſio.*

Deſerta ab amicis] *Ab*, non eſt in duobus.

Poſſit] *Poteſt*, tres.

CAPVT XVI.

D*Iligendi*] *Deligendi*, unus, & a- lias.

Video] E doctorum ſcriptis cogno- vi.

Erga amicum] *Erga amicos*, duo.

Se ipſe facit] *Se facit*, ſex. *Seipſum facit*, quinque.

In amicum ſit animatus] *In amico ſit an.* unus. *In amicos ſit an.* unus.

Precari ab indigno] Sic duodecim. *Precari pro amicis ab indigno*, unus. *Pre- cari pro amico ab indigno*, tres. *Precari ab amico*, unus. *Precari veniam ab in- digno*, unus. Alius, *precari amicis ab indigno.*

Multa detrahunt] Sic omnes mei. *Detrahunt:* ultro concedunt amicis ea, quæ ad ipſos potius pertinent.

Detrahique patiuntur] Ab iis, qui in partem amicorum ſunt propenſiores.

Nimis exigue] *Minus exigue*, duo. *Exigue*, eſſe in vetere libro, notatum vidi.

Ad calculos revocare] Rationem ini- re, & æſtimare.

Acceptorum, & datorum] *Accepti, & expenſi.* pro Roſcio Comœdo.

Ditior mihi] *Mihi*, non eſt in meo. *Enim*, pro, *mihi*, eſſe in vetere libro, notatum eſt.

Videtur eſſe vera] *Eſſe*, non eſt in u- no.

Plus reddat] Sic omnes mei.

Neque enim verendum eſt] Alludere videtur ad illud Heſiodi:

Αὐτῷ τῷ μέτρῳ καὶ λώϊον εἴκε δύνηαι.

In amicitia congeratur] *In amicitiam cong.* ſexdecim.

Finis deterrimus] *Teterrimus*, unus. *Finis eſt deterr.* unus.

Se ipſe faciat] *Se faciat*, tres. *Seipſum faciat*, quattuor.

Sed potius eniti] *Sed potius debet eniti*, unus, male, & alias.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Inducatque in ſpem] *In*, non eſt in undecim.

Edixero] Expoſuero, præcepero, unde *edicta.* Alii, *diſſero.* vel, *ediſſero:* quod non placet.

Inimiciorem] *Inimicitiorem*, novem.

Ita amara oportere, ut aliquando eſſet oſurus] Ar. Rhet. II. Οὐ δεῖ, ὥσπερ φασὶ, φιλεῖν ὡς μισήσοντα, ἀλλὰ μᾶλλον μισεῖν, ὡς φιλήσοντα. Eadem ſententia uſus eſt & Sophocles in Ajace. *Vt aliquando: Vt ſi quando*, unus. *Vt ſi aliquando*, tres.

A Biante] Hoc non Bianti, ſed Chiloni, tribuit Agellius lib. I. cap. 3. Bianti Ariſtot. Rhet. III. Κατὰ τὴν Βίαντος ὑποθήκην, καὶ φιλοῦσιν, ὡς μισήσοντες: καὶ μισοῦσιν, ὡς φιλήσοντες. Vide & Val. Max. lib. VII. cap. 3.

Vnus e ſeptem] Is tripoda aureum, ab Athenienſibus piſcatoribus inventum, ad ſe, tamquam ſapientem, delatum repudians, ad Apollinem deferri juſſit.

Impuri] Improbi. vide Donatum in Terentium. ſordidi, avari, qui lucro omnia poſtponat.

Aut ambitioſi] Sic omnes mei: uno excepto, in quo, Aut, deeſt. Et amb. alias. *Ambitioſi:* qui gloriolam, & honores pluris faciat, quam virtutem.

Omnia ad ſuam potentiam revocantis] Hominis oligarchici, & tyrannici.

Cupere, & optare] *Et*, abeſt ab uno meo. Alias, *cupere, etiam optare.*

Rurſum] *Rurſus*, tredecim.

Recte factis] *Rectis factis*, duo.

Dolere, invidere] *Dolere, & invidere.* unus. *Invidere:* πολλοὶ γὰρ ἀτυχοῦσι τοῖς φίλοις συναχθόντες, καλῶς δὲ πράττουσι φθονοῦσι.

In amicitiis comparandis] *In amicis comp.* quattuor.

CAPVT XVII.

V*Tendum arbitror*] Sic omnes mei.

Vt, cum emendati mores amicorum ſint] *Vt, cum emendati fuerint mores amicorum*, unus. *Vt, cum em. m. antiquorum amicorum ſint*, unus. *Vt, cum amicorum mores em. ſint*, unus. *Vt, cum emendati mores amicorum ſunt*, unus. *Emendati mores:* ab iis vitiis alieni, quæ amicitiæ adverſantur. ut perfidia, levitas, avaritia, ambitio, & ſimiles pravi affectus: quos qui extirpare non poſſunt, moderari ſaltem, & velare ſtudeant.

Conſiliorum, & voluntatum] *Et*, non eſt in Agellio, hæc recitante, lib. I. cap. 3. nec in quindecim meis. *Conſiliorum, & voluntatum communitas:* ut conferant conſilia inter ſe: & ut idem velint, atque idem nolint.

Vt, etiam ſi qua fort.] *Et ſi qua fort.* alias, & unus.

Amicorum voluntates ſint adjuvandæ] *Voluntates amicorum*, in Agellio. *Adjuvandæ ſint*, in Agellio, & duodecim. *Sunt*, duo.

Aut de capite agatur, aut de fama] *Aut caput agatur*, unus. *Agatur aut capite*, duo. *Aut fama*, ſexdecim. *Vel fama*, unus. Cic. Papirio: *Privatas cauſſas, & eas tenues, agimus ſubtilius, capitis, aut famæ ſcilicet ornatius.*

Declinandum ſit de via] A ſummo jure nonnihil recedendum.

Negligenda eſt fama] Propter amicum: non eſt infamia ſuſcipienda, quam hominum odium ſequitur. nam ſic plus tibi noceres, quam amico prodeſſes.

Mediocre telum] Inde, *ingens telum. Neceſſitas.*

Benevolentiam civium] Quam beneficiis conciliari, ait lib. 2. de Off. vel ſaltem benefica voluntate.

Blanditiis, & aſſent.] Quibus populares populi auram captabant. Videndus Plutarchus in libello de diſcrimine Adulatoris, & Amici. *Et aſſentationibus:* Sic tres mei. *Et aſſentando*, reliqui.

Ad Scipionem] Pro, apud: vel, coram. Ad Sulpicium: *Quod ad te delatum diceret ſeſe contra dignitatem tuam.*

Quaſi ſigna quædam, & notas] Nam Virgilius generoſi pecoris ſigna enumerat. Euripides autem, Bonum virum ab improbo nullo ſigno internoſci, queritur.

Ὅπως τὸν ἐσθλὸν δεῖ κακοῦ διειδέναι.
Οὐδεὶς χαρακτὴρ ἐμπέφυκε σώματι.

Magna panuria] Ergo non temere fidendum.

Sane] Caſtigantis hoc eſſe, alii notant. III. de Leg. *Quæ res cum ſapientiſſime,*

ſte, modeſtiſſimeque conſtituta eſſet
ajoribus, nihil habui : ſane non mul-
, quod putarem novandum in Legi-

xperiendum autem eſt in ipſa amici-
Non in ipſa amicitia, ſed ante,
riri amicum nos debere, Plutar-
ſcribit in libello de diſcrimine
latoris, & Amici. & Theophra-
apud Plutarchum περὶ φιλαδελ-
, ait, non oportere amantem
care, ſed judicantem amare. Vide
ſocratem in Parænetico, apud quem
pandæ amicitiæ regulæ quædam
. Quod eſt & apud Xenophontem
Socratis perſona.

ſt igitur prudentis, ſuſtinere, ut cur-
, ſic impetum benevolentiæ, quo uta-
, quaſi aquis tentatis, ſic in amici-
&c.] Hic libri veteres ita diſſen-
t, ut probabilia tamen afferant.
enim habent, *curſum*, (& ita no-
mei) ut eſt in vulgata lectione:
qua verbum, *curſum*, referri poteſt
curſum navis, cum aquarum ſe-
tur mentio. Alii, *curſum navis*, &
ſex mei) quod aptam ſententiam
bet. Niſi ſi *navis* gloſſema fuit ad
ſum. Alii, & (ita duo mei) *equi*
ſum. Quod ſi probatur, infra, legi
terit, *equis tentatis* : ut ipſa ſibi
nſlatio congruat. Docti viri libros
e teſtantur, in quibus pro, *curſum*,
rum : & infra: *equis temperatis*, le-
ur. Quæ mihi ſane lectio admodum
idet. Nec tamen a vulgata diſcedo:
m ita proprie dicatur, *ſuſtinere cur-*
m, id eſt navis : ut, *ſuſtinere cur-*
m. ita vero *tentantur aquæ*, ut *equi*
nperantur : vel, ut aliis placet, *ten-*
tur. Vnus meus, *curſum navis*, *vel*
uæ. Male: ſed unde tamen eliciatur
oſſemata eſſe, *navis*, *vel aquæ*. Se-
em. *equis temperatis*. Novem, *aquis*
mpeſtatis. Vnus, *equis tempeſtatis*. V-
s, *aquis tempeſtantibus*, *Aquis ten-*
tis : ut in tranſitu fluminis. De Leg.
. 2. *Nec enim ullum hoc frigidius flu-*
en attigi, cum ad multa acceſſerim, ut
ix pede tentare poſſim.

Amicitiis] *Amicitia*, quinque.

Aliqua parte] Sex, *aliqua ex par-*
.

Periclitatis moribus amicorum] Pro-
atis, periculo facto.

Si vero] *Sin vero*, octo. *Siri vero*, unus: male. *Sint vero*, unus: male.

Excuſari ſe arbitrantur] *Se*, abeſt ab uno. Duo, *excuſatum iri arbitr.* in quorum uno emendatum, *obſcur.* Quattuor, *obſcuratum in arb.* Vnus, *obſcuratum iri arb.* Vnus, *obſcuritari arb.* & ſupra, *obſcrutari.* Vnus, *obſcurari ſe arb.* Duo, *obſcrutari ſe arb.* Quattuor, *obſcurari arb.* Vnus, *excrutari arb.* Vnus, *obſcurari peccatum arb.*

Quia non ſine magna cauſa ſit neglecta amicitia] Amicitia, ſuſpicor abundare.

In honoribus, reque publica verſantur] *In honoribus reipub. verſ.* quinque. *Reique pub.* unus.

(Hac ut omittam)] *Dimittam*, duo. *Obmittam*, unus.

Non eſt facile inventus] *Inventu*, duo. Recte. Sic Criſpus lib. III. hiſt. apud Cariſium lib. 2. *Non tu ſcis, ſi quas ædes ignis carpit acriter, haud facile ſunt defenſu, quin & comburantur proximæ?*

Amicus certus in re incerta cernitur] Tres mei, *in re certa*. Plautus *amicum in re dubia noſci* dicit. *In re incerta* : in periculo.

Pleroſque convincunt] In uno vetere, *pleros, eſſe*, alii notarunt.

In bonis rebus] Suis.

Contemnunt] Quod eſt levitatis.

In malis] Amicorum.

Deſerunt] Amicos. qui fidem cum fortuna mutant.

CAPVT XVIII.

IN *amicitia quærimus*] *In amicitiam quærimus*, unus.

Simplicem] Qui tamen prudens ſit.

Communem] Κοινὸν τοῖς φίλοις, Iſocrates: *Communem amicis* : qui facilis ſit.

Conſentientem] Nam conſenſum præcipue requirit amicitia. Græcis, ὁμόνοια, & συμφωνία.

Eligi par eſt] Si ſit facultas, & optio detur.

Addendum eodem eſt] *Addendum in eodem eſt*, tres.

Vt ne] *Vt nec*, duo. *Vt non*, unus.

Delectetur amicus] *Amicus*, abeſt a ſex.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Illatis] *Oblatis*, omnes mei.

Aperte enim vel odiſſe &c.] Horatius Sat. IV. libro I.

——— *abſentem qui rodit amicum,*
Qui non defendit, alio culpante: ſolutos
Qui captat riſus hominum, famamque dicacis:
Fingere qui non viſa poteſt, commiſſa tacere
Qui nequit: hic niger eſt, hunc tu, Romane, caveto.

Magis ingenuum eſt] *Ingenui*, omnes mei.

(*Quam fronte occultare ſententiam*) *deinde*] Novem, *quam fronte occultare ſententiam.* jam deinde.

Repellere] *Depellere*, unus, & alias. male.

Triſtitia autem, & in omni re ſeveritas abſit. habet illa quidem gravitatem] *Abſit*, non eſt in undecim. in quorum duobus additum.

Sed amicitia remiſſior eſſe debet] *Sed in amicitia*, duo. Hoc, & cetera, quæ ſequuntur, referuntur non ad *ſeveritatem*, ut alii putant, ſed ad *amicitiam. Remiſſior*: non rigida, aut intenta, ſed laxo magis vinculo colligata.

CAPVT XIX.

NVm quando amici novi, digni amicitia, veteribus ſint anteponendi] Inde adagium, *novos parans amicos, veterum ne obliviſcere.*

Equis vetulis teneros anteponere ſolemus] Virg. Georg. III.

Indigna homine dubitatio] *Indigna eſt homine dubitatio*, duo. *Indigna dubitatio homine hæc eſt*, duo. *Indigna dubitatio homine eſt*, tres. *Indigna dubitatio hæc eſt*, quinque. *Indigna eſt hæc dubitatio in homine*, unus. *Indigna dubitatio homine*, quattuor.

Eſſe debent] *Debent eſſe*, novem. *Debet eſſe*, duo. *Deberet eſſe*, duo. *Dicunt eſſe*, unus.

Sicut aliarum rerum] *Sicut belluarum aliarum*, unus. & ſupra, *rerum.*

Satietates] *Societates*, tres. *Satietas*, quinque. *Societas*, unus. *Satietas*: odium. quo modo interpretatur Donatus in Terentium.

Veterrima, ſuaviſſima] Omnes mei, *veterrima, ſuaviſſima.*

Vt amicitiæ munus expletum ſit] Vt amicitia perficiatur, certoque conſtet, neque de fide mutua dubitetur.

Novitates] Amicitiarum: novæ amicitiæ: novi amici.

In herbis] Ovidius in epiſt. Helenes ad Paridem:

Sed nimium properas, & adhuc tua meſſis in herba eſt.

Maxima vis vetuſtatis, & conſuetudinis] Id Ovidius de amore venereo præcepit, 2. de Arte:

Fac tibi conſueſcat: nil aſſuetudine majus.

Atque in ipſo equo] *Atqui*, quattuor. *Quia ut in ipſo equo*, unus. *Vt in ipſo equo*, ſex. *Quo in ipſo equo*, tres. *Quod in ipſo equo*, duo. *Qui in ipſo equo*, unus. *Quando ipſo equo*, unus. & ſupra, *ut in ipſo equo.*

Qui non eo] *Qui non illo*, unus.

Intractato] Sic ſexdecim. duo, *intacto.*

Nec vero in hoc tantum quod eſt animal] Sic quinque mei. *Tantum*, non eſt in quinque. *Tantum in hoc*, unus. *Nec vero in hoc ſolo*, &c. tres. *Nec vero in eo, quod* &c. unus. *Nec modo in hoc, quod* &c. tres.

Inanima] *Inanimata*, ſexdecim. *In amicitia*, duo: male.

Cum locis ipſis delectetur montuoſis etiam, & ſilv.] Sic ſex. *Locis in ipſis*, tres. *In locis ipſis*, quinque. *Quin*, pro, *cum*, tres. *Cum in locis montuoſis delectemur*, unus. Sic Homerus:

——— οὐδέ τι εἰν
Ἧς πατρίδος γαίης γλυκερώτερον
ἄλλο ἰδέσθαι.

Neque enim patrio ſolo dulcius quidquam novimus.

Scipionis] Sic omnes mei. Alias, *Scipioni.*

In noſtro, ut ita dicam, grege] Ter. Adelph.

At hic hercule de grege illo eſt.

Numquam ſe ille Philo] *Ille*, non eſt in uno.

Rupilio] Sic recte legendum. contra omnes veteres libros: ex hiſtoriæ teſtimonio. Amici enim Lælii & Rupilius, & Rutilius fuere: quorum nominum ſimilitudo peperit errorem: ſed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

qupilius, ejus æqualis: Rutilius, ſcens. De Rutilio, infra. De lio autem, eodem loco, & ep. 16. v. ad Att.

Vero Maximum] Ejuſdem Paulli n, ſed a Q. Fabio Max. adoptatum.

uod is anteibat ætate] *Quia*, unus.

r ſe eſſe poſſe ampliores volebat] *Poſ-* non eſt in uno. *Per ſe poſſe, ampl.* unus. *Per ſe eſſe ampliores, vol.* u- *Poſt ſe eſſe poſſe amp. vol.* unus. *ſe poſſe, eſſeque amp. vol.* ſcriptum in vetere libro, notatum video.

ati ſunt] *Sint*, duo. *Sint nati*, quin- *Sunt*, deeſt in uno.

t in fabulis] Sic quindecim mei. e. Vnus, *ut in fabulis videri poteſt.* s, *ut in fabulis dicitur.* Vnus, *ut in lis de illis audivimus.*

gnorantiam] *Ignorationem*, quat- r. quo modo legitur in Nonio, *fa- atus.*

Aut deorum, aut regum filii] Vt Te- hus, Herculis & Auges: Ægyſthus, yeſtis, & Pelopiæ filii: alter a cer- alter a capra nutritus, a paſtori- s inventi. ut Romulus, & Remus a uſtulo educati. ut Cyrum, Regem edorum, expoſitum ab Aſtyage pa- r Mithridates aluit. ut Semiramis, ab avibus alita, a paſtoribus ſubla- , regia conjux facta fuit.

Patres ſuos] Sic unus. unus, *Patres* . A ſexdecim abeſt, & *ſuos*, & *ſibi.*

Certiſque] *Ceteriſque*, duo.

Fructus enim ingenii, & virtutis, niſque præſtantiæ tum maximus capi- r, cum in proximum quemque confer- r] Sic ſexdecim. *Duo, tum permaxi- us.* Alias, *Carpitur.* Fructus autem rtutis eſt caritas.

CAPVT XX.

S*Ic inferiores non dolore, ſe* &c.] Sic decemſeptem quorum unus ſupra ddit, *debent.* Vnus, *ſic inferiores non de- e͂, ſe* &c. Hoc autem eſt invidorum: ui alienis rebus marceſcunt opimis.

A ſuis amicis] *Amicis*, non eſt in ecemſeptem.

Queruntur] *Querunt*, unus. Quæ- uli autem homines amicitiæ idonei non ſunt. Proverbium Græcum: Οἱ φιλομεμφεῖς εἰς φιλίαν οὐκ εὐφυεῖς.

Si aliquid habere ſe put.] *Si ſe habere put.* decemſeptem.

Officioſe] *Officioſiſſime*, unus. *Offen- ſioſe*, Lambinus.

Et amice] Sic omnes mei. Alias, *aut amice.*

Factum] *Facto*, unus. male.

Odioſum genus hominum, officia expro- brantium] Vide Senecam, lib. 2. de Be- neficiis. Commemoratio etiam, ex- probrationis vim habet. Soſia apud Terentium.

Quæ meminiſſe debet is, in quem col- lata ſunt, non commemorare, qui contu- lit] Proverbium Græcum:

χάριν λαβὼν μέμνησο: δοὺς δ' ἐπι- λάθου.

Qui etiam contemnendos ſe arbitran- tur] Nihil arroganter de ſe ſentientes.

Quantum ipſe efficere poſſis] Sic omnes mei: uno excepto, in quo, *poteſt.* Lam- binus, *poſſit.*

Non enim tu poſſis, quantumvis] *Non enim tu poſſis*, vel *quamtumvis*, tres. *Quamvis*, duo. unus, *quamtumquamvis.*

Excellas] Sic omnes mei. Alii no- tant eſſe in quibuſdam veteribus, *ex- celleas.*

Efficere, fratrem ejus &c.] *Efficere, ſed fratrem ejus* &c. unus. male. *Fra- trem ejus:* Tuſc. 4. & Plin. lib. VII. cap. 36. *Ejus:* pro, Suum. ut Livius lib. XXXIII. *T. Iuventium, & C. La- beonem, ejus fratrem*, id eſt, C. Aſinii Labeonis, ſupra nominati. Sic & in antiquis inſcriptionibus.

L. MÆLIVS. L. TARNITAS
VASCVLARIVS
SIBI. ET. DVRDENÆ. P. L.
CYTHERIDI
ET. L. MÆLIO. L. F. ANI
FLACCO
FILIO. EIVS
SCR. AED. CVR. ET. SCR
ET. LIBERTIS
ET. LIBERTABVSQ. SVIS

Et:

D. M
T. FLAVIVS. VITALIS
FEC. SIBI. ET. POSTERISQ. EIVS
LIB. LIBERTABVSQVE
QVORVM. NOMINA. I. S. S.
POSTE-

POSTERISQVE. EORVM
MERCVRIALI. HILARI
CINNAMO. SATVRNINI
CRESCENTI. SER. RESTITVTÆ
FORTVNAT. FESTÆ
COETONIDI. ANCILLÆ. I

Et ingeniis] Et, abeſt a novem meis.

Eodem ſtudio] Sic decemſeptem. recte. Male alias, Eorum. A duobus abeſt. male.

Nutrices] Sic Æneas pius in Nutricem, lib. VII. Æn.

Pædagogi] Servi. vide Valerium lib. VI. cap. I. Sic in Ariſtotelem Alexander primum, poſtea refriguit amor.

Sed alio quodam modo] Hoc placet, ut eſt in novem meis. duo ſupra habent, *diligendi*. unus, *amandi*. reliqui, *colendi*. Vt facile appareat, omnia eſſe gloſſemata. *Alio quodam modo:* qui multo minore culpa negligantur, quam veteres amici.

Aliter enim amicitiæ ſtabiles] *Enim*, non eſt in tredecim. *Aliter:* ſi vetuſtatis ratio potius habeatur, quam morum.

Ne quis intemperata quadam benevolentia] *Ne intemperata quadam benevolentia*, duo.

Neoptolemus] Immo Achilles. Ciceronis igitur hoc eſt *μνημονικὸν ἁμάρτημα*. Homerus ιλ. τ. Hyginus cap. 96. Plinius lib. XXXV. cap. II.

Deſiderium non facile ferat] Abſentiam.

Parum juſtus] *Parum eſt juſtus*, unus. *Parum juſtus:* Quod plus delectationi ſuæ tribuit, quam aut utilitati, aut officio amici.

CAPVT XXI.

Eſt etiam] *Eſt enim*, tres.

Remiſſione uſus elevandæ] Ita crebro uſurpatur hoc verbum a Cicerone, & ab aliis, ut in dubium ejus venire ſignificatio non poſſit. eſt enim, minuere, & extenuare. Vt infra: *Cauſſas ſuſpicionum, offenſionumque tum evitare, tum elevare, tum ferre, ſapientis eſt.* Tueor igitur vulgatam lectionem, diſſentiens ab iis, qui mutant: cum eum præſertim undecim veterum librorum auctoritas fulciat. Vnus, *levandæ*. Duo, *eluendæ*. Vnus, *eludendæ*. Vnus, *elidendæ*. Vnus, *eluenda*, & ſupra, *elevanda*. Vnus, *eluente*.

Diſcidendæ] Sic omnes mei. *Diſcutiendæ*, eſſe in uno vetere, notat Langius.

Commutatio quadam] Non tanta, neque tanti momenti, ut odium mereatur.

Loquor enim] *Loquor enim jam*, tredecim.

Nihil enim turpius] Addunt, *eſt*, tredecim.

Collega noſtro Metello] Macedonico: Collega autem Scipionis, & Lælii in auguratu. Vide Plinium lib. VII. c. 43.

Graviter, auctoritate] *Gravi auctoritate*, unus. *Graviter:* ratione in conſilium adhibita.

Exſtinctæ, oppreſſæ] Vide Nonium.

Cavendum vero eſt] *Vero*, abeſt a novem. Vnus, *cavendum vero, ne* &c.

Maledicta, contumeliæ] *Maledicta, & contumeliæ*, quattuor. *Maledicta contumeliarum*, unus.

In culpa] In vitio.

Omnino omnium horum vitiorum] *Omnium*, abeſt a quattuor meis.

Cautio] Ter. And. *Puerum ne reſciſcat mihi eſſe ab illa, cautio eſt.*

Proviſio] Q. Curt. lib. x. *Seditione proviſa.*

Vt ne] Ter. Eun. *Itaque, ut ne id videam miſera, huc effugi foras. Vt ne nimis cito:* Iſocrates: Βραδέως μὲν φίλος γίνου, γενόμενος δὲ πειρῶ διαμένειν. ὁμοίως γὰρ αἰσχρὸν μηδένα φίλον ἔχειν. καὶ πολλοὺς ἑταίρους μεταλλάττειν.

Incipiant] Sic tredecim. quinque, *incipias*. Alias, *incipiamus*.

Neve indignos] *Neve nos dignos*, unus meus.

Rarum iſtud genus] *Rarum id genus*, unus. reliqui decemſeptem, *rarum genus*.

Omni ex parte in ſuo genere perfectum] Non video, cur aſſentiar iis, qui auferunt illud, *in ſuo genere*, ex ingenio, cum & legatur in omnibus antiquis libris, & ſententia obſcuritatis, aut vitii nihil habeat. Eſt enim diverſarum rerum perfectio. propterea dixit eleganter, *in ſuo genere*. ut ſingularia omnia notaret, ac diſtingueret. Horatius, *nihil eſt ab omni parte beatum.*

Quid-

uidquam bonum] *Boni*, decem.
aturali] Sic omnes mei. *Natura-*
alii ſcriptum eſſe dicunt in qui-
lam veteribus.
ſe ipſo] Ipſe, ſeptem.
ſt enim is quidem tamquam alter i-] Sic tredecim. unus, *eſt enim is a-*
us quidem, qui eſt tamquam. unus,
nim verus comicus is quidem tam-
m. unus, *eſt enim is, qui eſt amicus*
quam. duo, *eſt enim vetus amicus,*
eſt alter idem. Alias, *eſt enim is a-*
us quidem, qui eſt tamquam.
Agreſtibus, natantibus, cicuribus]
novem. *Natantibus, agreſtibus, ci-*
quattuor. *Natantibus*, non eſt in
bus. *Agreſtioribus, natantibus qui-*
feris, & cicuribus, unus. *Cucuris,*
cicuribus, unus. *Agreſtibus, natan-*
s, ſuibus, cicuribus, unus, & alias.
Ad quas] *Ad quos*, duo.
um quadam ſimilitudine] *Cum*, abeſt
uattuor.
it natura] Non opinione, non ex
pia, aut neceſſitate, aut ſpe com-
dorum.
Anquirit] Sic legendum. Antea,
uirit, quo modo in duodecim. *Ad-*
rit, duo. *Acquirat*, unus. *Aquiri-*
, unus. *Inquirat*, unus. Quod cor-
nptum eſt ex *anquirit.*
Cujus animum ita cum ſuo commiſceat]
ocum conſilia communicat.

CAPVT XXII.

Erverſe] Vitium in amicitia.
Tractamus] *Tractavimus*, quin-
e. *Tractabamus*, duo.
Colent ſe inter ſe] *Colent inter ſe*, tre-
cim. Sic alibi: *pueri noſtri ament in-*
ſe, ac diſcunt.
Ac diligent] Sic omnes mei, uno
cepto, in quo *at.* ex quo alii libri,
que.
Conjuncta, & conſociata] *Conjuncta,*
ſociata, ſeptem. *Et conſociata*, unus.
cum ſociatata, unus. *Et conſonata*,
us. Mendoſe.
Quæ ſi quos inter &c.] Reſpexit ad
rbum, *conſociata.* *Q*, unus. Alii
ibunt eſſe in vetere, *quare*, pro
æ.
Vt, cum hæc adſint] *Et*, pro, *ut*, tre-
cim.

Experiri cogit] Fidem eorum, quos ſibi amicos eſſe, falſo putabant.
Dicendum eſt enim ſæpius] Sic quinque. *Etiam*, pro, *enim*, novem. *Et*, unus. *Dicendum eſt ſæpius*, unus. *Dicendum & cum ſæpius*, unus.
Diligere oportet] *Diligere oportere*, unus.
Acta agimus] Ter. Phorm. *Actum, ajunt, ne agas.*
Quod vetamur] *Quæ*, duo.
Implicati] *Impliciti*, unus.
Vltro & citro] *Vltro, citroque* duo. *Vltroque citroque*, unus. *Vltroque citro*, unus.
Vſu diuturno] *Diurno*, unus. *Diūrno*, duo. *Diurno*, unus, & ſup. add. *Tu divino*, duo.
Dirumpimus] *Diſrumpimus*, tres. *Dirumpimus*, unus.

CAPVT XXIII.

R*Ei maxime neceſſariæ tanta incuria*] Magna eſt hoc in loco (quod alii ſcribunt: nam mei quindecim faciunt cum impreſſa lectione, duo, *rei tam max. nec. tanta inc.*) antiquorum librorum varietas. *nec tamen ſatis apparet*, quos ſequi debeas. Nam, quocumque modo legas: *Rei maxime neceſſariæ tanta incuria.* vel: *Rei maximæ, tam neceſſariæ tanta incuria.* vel: *Rei tam maxime neceſſariæ tanta incuria*: recte legi puto. Primum eſt apertum. Alterum non obſcurum: & interdum conjungit Cicero rem maximam, maximeque neceſſariam. plus eſt enim, neceſſarium quiddam eſſe, quam maximum. ut in epiſtola ad Curionem: *Non dubitavi id a te per litteras petere, quod mihi animum eſſet maximum, maximeque neceſſarium.* *Poſtremum videri poteſt durius*, conjuncta particula, *Tam* cum adverbio *maxime*: ſed hoc ipſo vereor, ne rejectum ſine cauſſa ſit, ignoratione antiquitatis. Mihi enim diſplicere non poteſt, cum illud in Plauto in Aulularia non diſſimile intueor:

Quam ad probos propinquitate proxume
te adjunxeris,
Tam optimum eſt.

Et in illud Ter. Heaut. act. 5. ſc. 2.

Adoleſcens, quam minima in ſpe ſitus
erit,

Tam facillime patris pacem in leges conficiet ſuas.

Et ejuſdem, Adelph. act. 3. ſc. 5.

Quam vos facillime agitis, quam eſtis maxume.
Potentes, dites, fortunati, nobiles,
Tam maxume vos æquo animo æqua noſcere.
Oportet, ſi vos voltis perhiberi probos.

Et Varronis, de re ruſt. *Quam paucißimos reliqueris, tam optimi in alendo fiunt.* Et Salluſtii, in Iugurta: *Itaque quam quiſque peſſime fecit, tam maxime tutus eſt.* Nec illa diverſa, Catulli, & Velleji. Catulli, ad Ciceronem:

Tanto peſſimus omnium poëta,
Quanto tu optumus omnium patronus.

Velleji, lib. 2. de Mario: *Quantum bello optimus, tantum pace peſſimus.* Poſſem afferre multa de Græcis: ſed Latina ſufficiant.

Vtilitate] Non fine. nam alii alium ſtatuunt.

Namque a multis] *Quamquam*, pro, *namque*, eſt in omnibus.

Ipſa virtus] Ord. præp. tres.

Venditatio] *Vendicatio*, omnes.

Oſtentatio eſſe dicitur] *Oſtentatio conceditur*, Langius. *Eſſe*, non eſt in uno meo. omnes, *dicitur*, non *conceditur*.

Multi divitias deſpic.] *Multi etiam diu deſp.* duo. *Multi diu deſp.* unus, & ſupr. add. *Autem.*

Negotium gerunt otioſi] Quod attinet ad reſp. Sic omnes mei.

Vitam eſſe nullam] Sic tres. recte. undecim addunt, *ſentiunt.* tres, *dicunt.*

Per omnium vitam] *Vitas*, decemſeptem.

Quin etiam, ſi quis ea aſperitate eſt, & immanitate naturæ, ut congreſſus, ſociet. q. hom fug.] *Quin etiam, ſi quis aſperitatem eam, & immanitatem naturæ congreſſus, ut ſocietatem hom. fug.* ſeptem, quorum duo, *Societates ut hom.* unus, *ſi quis eſſet aſper. & imm.* Vnus, *inhum.* Fortaſſe pro *congreſſus*, *conſecutus*, legendum, ſi veteres hoſce libros ſequamur in aliis.

Timonem neſcio quem] *Timonem quendam*, eſſe in vetere libro, ait Lambinus. De Timone Tuſc. 4. Plut. in Alcibiade, & Antonio, & Sudas, & Lucianus.

Anquirat] *Inquirat*, unus. Quod factum eſt ex *anquirat.*

Iudicaretur] *Dijudicaretur*, duo.

In ſolitudinem] *In ſolitudinem*, tres. *In ſollicitudinem*, unus.

Tarentino Archyta] Pythagorico. de quo Laërtius lib. VIII. Vide Plut. in Bione.

Ab aliis ſenibus auditum] Æqualis enim Platonis Archyta fuit. de Senectute.

Si quis cælum aſcendiſſet] *Si quis in cælum adſc.* quindecim. *Si quis ad cælum adſc.* unus.

Niſi aliquem, cui narraret, habuiſſet] *Cui ea narr.* unus. *Non habuiſſet* duo.

CAPVT XXIV.

TOt ſignis] Argumentis evidentibus.

Ac quærat] *Aut quod requirat*, unus. *An quærat*, duo. *Quid quærat*, quattuor. *Acquirat*, duo. *Aut quærat*, duo. *Aut requirat*, unus. Deſunt hæc in quattuor. *Anquirat*, Lambinus.

Multæque cauſſæ ſuſp. offenſionumque] *Multæque ſuſpicionum cauſſæ, offenſionumque*, duo.

Elevare] Pro minuere, extenuare. ſupra.

Sapientis eſt] Iuxta naturæ præſcriptum viventis.

Vtilitas in amicitia] *Veritas*, duo.

Accipienda amice] *Accipienda ſunt amice*, novem. *Accipienda amice: ab eo, qui monetur, & objurgatur.*

Neſcio quo modo verum eſt] *Neſcio quo modo hoc verum eſt*, unus. *Neſcio quo modo id verum ſit*, unus. *Neſcio quo modo verum ſit*, unus.

Familiaris meus] Adeo familiaris, ut a Lælio ſcriptæ putentur, quæ Terentii nomine comœdiæ circumferuntur. ad Att. lib. VII. ep. 3.

Terentius] Abeſt a quattuordecim. unus, *T.*

Multo moleſtius] *Multo moleſtius eſt*, ſex. in quorum uno additum, in uno deletum.

Præcipitem ferri] In periculum agi.

Monitio] *Admonitio*, quatuor.

Obſequio] Vide Quinct. lib. VIII. cap. 3. de hoc verbo.

Nequeant] *Nequeat*, tredecim.

Illud

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

d Catonis multo melius, &c.] Sic que. *Illud Catonis, ut multa, me-* duo. *Illud Catonis, ut multa, mul-ius*, duo. *Illud Catonis ut multo s*, ſeptem.

a debeat carere] Sic quinque. *Qua t vacare*, quinque. *Qua deberent e*, quinque.

od contra oportebat] Similiter lo- in extremo de Senectute.

jurgatione gaudere] *Correctione*, o- *Correptione*, octo. *Correctore*, ſed add. *Correctione*, unus.

CAPVT XXV.

T monere, & moneri] Homer. Il. λ. ἀγαθὴ παραίφασίς ἐστιν ἑ-.

n aſpere, alterum &c.] *Non aſpe- & alterum*, unus.

dulationem, blanditias] *Blanditiam*, . *Blanditionem*, quattuor. *Et blan-*, unus.

uamvis enim multis nominibus] Sic cim. *Quam multis enim nom.* u- recte. *Quamvis enim hoc multis* unus. *Enim*, non eſt in uno. *mvis autem multis nom.* unus.

d voluntatem] *Ad voluptatem*, ſex.

um amicitiæ repugnas maxime] *Re-at* abeſt ab uno. Recte.

nec in uno quidem unus animus] *Si uno quidem quoque unus an.* quin- *Si nec in uno quoque unus an.* tres. *on in unoquoque animus erit unus*, . *Si non in uno quidem quoque unus* duo. *Si in uno quoque unus an.* unus.

t ait idem Terentius] *Idem*, abeſt ab . Eun. act. 3. ſc. 2.

oco] Dignitate. ad Terentiam, lib. . ep. 18. *Videte, quid aliæ faciant iſto femina.*

. Papirius conſul] Abeſt, *conſul*, a em meis. & recte abeſt. nam trib. rat. epit. Liv. lib. LIX.

Quanta illi, &c.] *Illi*, abeſt a duo-. *Illa*, ſeptem.

Quanta in oratione majeſtas] Sic nes mei. *Quantum in oratione ma-atis*, eſſe in quibuſdam, ſcripſit nbinus.

idebatur] Sic omnes mei. *Iubeba-*, alias. Lambinus, *ferebatur*.

Cooptatio] *Coaptatio*, octo. *Captatio*, unus, addita ſup. O. *Captatio*, tres. *Coaptio*, duo. *Coactatio*, duo. *Cohactatio*, unus.

Ad populi beneficium transferebatur] Vt populus ſacerdotes crearet, cum ea poteſtas antea ipſorum ſacerdotum fuiſſet.

Atque is &c.] Hoc Plutarchus C. Graccho tribuit, in Gracchis. alteruter igitur erravit.

Verſus] *Verſu*, unus. *Verſibus*, unus.

Tamen illius vend. or.] *Tum*, duo. *Tantum*, unus. *Venerabilem*, duo. *Vendibilem* : plauſibilem, popularem, quæ laudetur in vulgus.

Nobis defendentibus] Male alii, *deferentibus* : contra veteres omnes meos. Quaſi ad augures, ad quos antiquandæ legis poteſtas non pertinuit, ſed ad populum, ad quem Lælius diſſuaſit eam legem. De hac oratione in Bruto.

Prætore me] Sic quattuor. *Per me prætorem*, duo. *Per me PR.* unus. *Per me*, decem : in quorum uno ſupp. add. *Prætorem*.

Conſul ſum factus] *Sim*, novem. *Factus eſſem*, duo.

Quam auctoritate] *Quam ſumma auctoritate*, quattuordecim.

CAPVT XXVI.

QVod ſi in ſcena] Sic decem. *Scenis*, duo. *Scamna*, tres. *Scamna*, duo. *In iſtamna*, unus.

Ideſt in concione] Sic undecim. *Vel in conc.* tres. *Idem in conc.* unus. *In*, non eſt in uno.

Vt dicitur, apertum pectus videas] Sic duodecim. *Vt dicitur, aut apertum pectus vid.* quinque. quorum unus, *opertum*.

Aut amari poſſis] *Poſſis*, abeſt a ſex meis.

Quamvis pernicioſa] *Quamvis*, abeſt a quattuor. *Pernicioſa* : nam judicium corrumpit.

Recipit] *Recepit*, quinque.

Non de virtute nunc loquor] Sic duodecim. *Nunc*, non eſt in duobus. *De virtute nunc non loquor*, unus.

Magnas &c.] Eun. act. 3. ſc. 1.

Semper auget aſſentatio] Sic unus. *Aſſentator*, reliqui.

Qui ipſi illam] *Qui illi ipſam*, quattuor.

tuor. *Qui ipſam illam*, unus. *Ipſi*, abeſt a duobus.

Inſinuet] Irrepat in ſinum, penetraliaque amicitiæ.

Facillime] *Facile*, duo. *Faciliter*, unus.

Plus viciſſe] Ex contentione. unde major victoria. *Illuſiſſe*, quinque. *Luſiſſe*, quinque. *Vidiſſe*, vel *valuiſſe*, unus. *Plus vidiſſe*: ſapientius judicaſſe, Fam. lib. VII. *Vidiſſe mihi multum videris.*

Vt in Epicureo] Numquam credidi, nec legendo reperi, fabulæ nomen fuiſſe, *Epicureus*. *Vt in Epiclero*, recte legendum putavit Pater. *Epiclerus* autem Cæcilii fuit comœdia, teſte Priſc. lib. VI. & X. Cæciliique hos verſus eſſe, ait idem Cicero in Catone. Quod certe, quamquam diſſentientibus antiquis libris, noſtram conjecturam approbat. Nec tamen ignoro, Turpilii quoque comœdiam hoc nomine fuiſſe, ut eſt apud Priſcianum, & Nonium. Sed hæc Cæcilii eſſe, non Turpilii, locus in Catone jam citatus perſpicue declarat. Vertit fortaſſe eam comœdiam ex Menandro. nam Stobæus ejus exemplum adducit ex Epiclero. *Vt in Epicurio*, duo. *Pacuino*, quinque. *Pacunio*, unus. *Pacunii*, unus. *Pacunio*, unus. Mendoſe omnia.

Me hodie ante omn.] Sic novem. *Vt in eo die ante omn.* ſeptem. *Vno die ante omn.* unus.

Comicos] Sic duo. *Comitos*, unus. *Amicos*, quinque. *Coamicos*, decem.

Atque luſeris] Sic unus. *Atque ut diſſeris*, unus. *Atque ut luſeritis*, tres. *Atque ut juſſerit*, duo. *Atque juſſeris*, unus. *Atque ut luxeris*, unus. *Atque ut vixeris*, duo. *Atque juſſeris*, unus. *Vſeris atque*, unus. *Atque illuſeris*, unus. *Ac viſeris*, unus. *Atque ut illuſeritis*, unus.

Lautiſſume] *Laudatiſſime*, tres. *Latiſſime*, unus. Male. *Lautiſſime*, omnes.

CAPVT XXVII.

D*Efluxit oratio*] *Deflexit*, duo.

Ad illa prima red. eaque ipſa] *Ad illam primam red. eamque ipſam*, quindecim. quorum unus, *ipſamque*.

Agnovitque] *Cognovitque*, duo. *Et agnovit*, unus.

L. Paullum] Patrem Scipionis.

Sp. Mummium] Lucii fratrem. de quo in Bruto, & ad Att. lib. XIII.

Vt in veſtra, & Q. Tuberonis] Vnus, *ut ego in veſtra, & Q. Tub.* *Vt in veſtra, ut in Q. Tub.* tres. *Vt in veſtra, atque in Q. Tub.* unus. *Vt in veſtra, ut in Tub.* duo. *Vt in veſtra, & in Q. Tub.* octo. *Vt in veſtra, ut Q. Tub.* unus. *Vt in veſtra, & ubi Q. Tub.* unus

Equidem etiam admodum] Sic quinque. *Et quidem etiam adm.* novem. *Et quidem adm.* duo. *Equidem & adm.* unus.

P. Rutilii] Ad Att. lib. IV. ep. 16.

Et A. Virginii] *Et*, abeſt ab octo. *Et*, *A*, abeſt a duobus.

Vt alia ætas oriatur ex alia] *Ex alia*, abſunt ab omnibus meis. *Ex alia*: natura ſuppeditat nobis, unde ſemper amicos parare poſſimus ex quacumque ætate: cum veteres ſæpe morte eripiantur: ut cum iis ad eundem vitæ exitum pervenire nequeamus.

Iiſdem] *Cum iiſdem*, quindecim.

Acquirendi ſunt] *Exquirendi*, duo. *Adquirandi*, quattuor. *Requirendi*, unus. *Acquirendi*, unus. *Anquirendi*, legendum.

Ante oculos] Præſens. nam cara ob oculos verſantur.

Suſcipiet] Conabitur.

Natura] A qua ſunt animi quoque bona.

In hac mihi &c.] Perfectæ amicitiæ deſcriptio.

Ne minima quidem re] *Nec*, quattuor.

Nihil enim audivi] *Enim*, non eſt in ſeptem. & recte.

Nullo modo] Quando illa cum ipſo mihi eſſent prorſus erepta.

Atque diſcendi] Quod homini a natura inſitum, ſcribit Off. I.

Memoria] *Memoria mea*, quattuordecim. *Memoria mei*, unus.

Afferret] *Affert*, novem. *Offert*, unus.

Præſtabilius eſſe putetis] *Eſſe*, abeſt a ſex meis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ALDI MANVTII P.F.

COMMENTARIVS

IN

M. TVLLII CICERONIS

PARADOXA SEX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

NOBILISSIMO IVVENI,

[Ia]COBO CRITONIO SCOTO.

CVm nihil in te ſit ſummiſſum , & populare , (mi Iacobe
Critoni) quin omnia tam ampla , excelſa , atque admiranda ,
ut elapſi temporis viris illuſtribus , ac ſapientiſſimis gloriam ,
futuris vero etiam ſpem tua amplitudo auferat , noſtro autem
ſæculo ſingulare afferat ornamentum : cumque non minus opi-
niones tibi , quam vita ſint admirabiles : ſententias illas , quæ
oxa vocantur , quæ non ſane probantur in vulgus philoſophorum , in
orum ſcholis natas , nudas admodum , & ſqualidas , nunc vero M. Tul-
ceronis eloquentia exornatas , & auctoritate , meis Commentariis il-
itas nomini tuo dicare volui : cui iſta maxime conveniunt , non tantum ,
moris erga te mei indicium præbeam , qui niſi jam antea tibi ex tantis
itit argumentis , nunquam ex ullo patebit officio , quam ut animi grati
arminibus , quæ in tuo ad urbem Venetam appulſu mihi dediſti. Nunc
etiam lætor , toti Italiæ , & Orbi fortaſſe terrarum univerſo perſpectum
dicium de te meum , & ea , quæ , cum huc veniſſes , ſcriptis commen-
quæ tibi ipſi , ac nonnullis acerrimis cenſoribus , aſpera , atque inju-
a videbantur. nam , licet tum amorem malui oſtendere , quam pruden-
, nunc ambo cum amicis tuis , tum inimicis , ſi qui amplius tam feri ,
inhumani reperiuntur , manifeſta ſunt , poſtquam tua virtus tam cla-
ui ſplendorem diffudit. ego enim junctam invidiæ , ac multorum inimi-
eximiam quandam , atque immortalem gloriam ſum conſecutus. nam ,
illuſtrius , quid honeſtius , quid vero etiam glorioſius ad nomen meum
ere potuit , quam ut a me prolata παραδοξότατα primum , tum ἐγκω-
κὰ viderentur , nunc vero ἰσϱικώτατα ab omnibus habeantur. cum
i homines ſui judicii levitatem , infirmitatemque , cum eſſent ſtultitia
cati , mei vero conſtantiam , veritatemque perſpiciant. poteram enim
παινόν μοι μᾶσαι) Illuſtriſſ. Critoniam , & Sereniſſimam Stuardam ,
us oriundus es , familias extollere. Sed , quid Reges tui majores , (licet
us Scotorum Regibus merito tribui poſſit , quod inter omnes Europæ
s vetuſtiſſimi Chriſtiani ſint) quos numquam Romani imperio ſuo ſube-
cum Cæſar , propter tumultus excitatos , & res in Gallia fluctuantes ,
itum a Regni expugnatione revocaret : Quid , inquam , iſti , tuis virtu-
, animique dotibus amplius ſolidæ laudis afferunt ? Quid Critonii , qui
Scotorum militiæ Imperatores ſummi plerumque eſſent , Anglos e Gal-
Regno , & Scotiæ finibus toties , ac tanta virtute ejecerunt ? Quid Rober-
Critonius , pater tuus , Fifenſis in Scotia , & Stormondienſis , Elioki , &
næi , tot opidorum , tot præſidiorum dominus , qui longo tempore in-
mnes Regni proceres ærumnoſiſſimæ ſimul , & beatiſſimæ Reginæ , quæ
Anglos (pro dolor) jam captiva eſt , & Chriſtianæ religionis acerrimus
it propugnator , præſertim qui copias ad prœlium , quod Langſydium
nt , duxiſſet , quid ille tibi ſplendoris veri affert ? Non tantum illi for-
debes , quod te genuerit , quod maximos hujus tempeſtatis viros , Bucha-
m , Heppurnium , Robertonium , & Rhetorfortem præceptores tibi de-
, quod tam amplas pecunias fortunaſque in te erudiendo inſumpſerit , &
es vires animi , atque ingenii in educando profuderit , quantum quod ob
tinas ſeditiones , & prœlia domeſtica , contra te ſuſcitata , quæ cum pa-
eſſiſti , Regno diſcedere , & Regem relinquere , coëgit. Sed laudem ,

quæ a majoribus ad nos derivatur, ne laudem quidem eſſe, ſapientiſſimus ille vir Vlixes exiſtimavit. Neque te vero multum commendo, quod ſpecie, & corporis viribus polleas. fateor tamen aliquid eſſe in his, quod non tam a fortuna, quantum ab animo pendet, immortalitatis memoria proſequendum: quod ſcilicet Regno, patria, domoque ob Catholicæ fidei ardorem tam longe abes, nec ullum ex his ærumnis dolorem, ſed incredibilem animo ſentias voluptatem: neque Regis in conſobrinum tuum Iacobum Stuardum clementia, cui cum Moraviæ Principatu ſuam conſobrinam uxorem dedit: neque communis cum Rege educatio permovent, immo ne movent quidem. putas enim, majores quaſdam opes, & firmiora, quam quæ amiſiſti, præſidia eſſe quærenda. In corporis vero bonis id habes, quod effigies oris, atque ſermonis animi nobiliſſimi filia ſit. Sed belli ſtudia in ipſis ephebis inire, eadem animo, atque amore proſequi, & cum litteris, & Philoſophia, tamquam alter Brutus, conjungere, nemini umquam ab initio humani generis obtigit. Magna ſunt iſta profecto, & inaudita: mediocria tamen, ſi cetera ſpectemus. quod ſcilicet decem linguarum, multorum idiomatum, omnium diſciplinarum cognitionem ante vigeſimum primum ætatis annum ſis adeptus. & digladiandi, ſaltandi, omnium gymnaſticarum exercitationum, & equitandi ſtudia tanta cum alacritate ingenii, animique humanitate, manſuetudine, & facilitate conjunxeris, ut nihil te admirabilius, nihil etiam amabilius reperiri poſſit. Sed non innumerabiles vitæ tuæ tranſactæ laudes: non mirificam illam coram Sereniſſimo Principe, ac Illuſtriſſimis Venetæ Reip. proceribus actionem: non ſubtiliſſimas tuas de Theologia, Philoſophia, & rebus Mathematicis diſputationes in pleriſque maximorum hominum conſeſſibus recenſebo: non tantorum hominum ad te videndum concurſum, ut olim Platoni a Sicilia revertenti, relicto Olympico ſpectaculo, tota Athenienſium celebritas occurriſſe fertur: cum te omnes ſigno rubeæ Roſæ, quod tibi natura circa dextrum lumen impreſſit, tamquam unicam, & raram in terris avem homines cognoſcerent. Quæ enim gentes tam feræ ſunt, quæ, te cum adſpexerint, non maximum cepiſſe fructum putent? Sed, his prætermiſſis, nunc propria narrabo: quæ ſcilicet in Patavina Academia feciſti, tum quæ in hac Vrbe, totius Orbis nobiliſſima: cujus amplitudinem, & auguſtiſſimam majeſtatem inter omnes alias civitates te accipere, fovere, atque amplecti decuit: te vero etiam, humani generis miraculum, admirandam Vrbem incolere, amare, & omnibus aliis anteponere. Nam, poſtquam adverſa valetudine jam quattuor menſes laboraſſes, priuſquam in integrum priſtinæ ſanitatis ſtatum redires, amicorum conſilio ad Patavinam Academiam, tanquam ad Sapientiæ Officinam, profectus es, ubi Idibus Martii in diem ſequentem, ſuſcepto conſilio omnes omnium diſciplinarum profeſſores in ædibus Clariſſimi viri Iacobi Aloiſii Cornelii, ejus auctoritate, & precibus, ut convocarentur, petiiſti. cum autem maximus doctiſſimorum hominum cœtus, & omnes ex inſperato pæne ſtudioſi, & nobiles Gymnaſii juvenes una conveniſſent, ſtatim in primi ingreſſus veſtibulo elegantiſſimo carmine Patavinas laudes (nam ea tibi propoſita erat ad dicendum materia) ex tempore decantaſti: deinde cum celeberrimis illis doctoribus multa ex variis diſciplinis tam acute exagitaſti, tam docte pertractaſti, erroreſque Ariſtotelis, ac interpretum tam ſolide refutaſti, tanta denique cum maximis viris modeſtia egiſti, ut omnes in virtutis admirationem, & morum ſuavitatis amorem ſimul allexeris. Neque id ſilentio prætereundum eſt, quod ex tempore etiam, poſt ſex horarum de re litteraria colloquia & diſputationes, cum oblata tibi eſſet Ignorationem laudandi occaſio, tam ornate de ea re dixiſti, ut illi ipſi, qui intererant, potius ſomnia fovere, quam rem veram, & præſentem videre ſe putaſſe mihi poſtea affirmarint. Alium poſtea diem indixiſti in ædibus Illuſtriſſimi Patavini Epiſcopi, non ut altius ingenii tui ſpecimen præberes, quod profecto fruſtra feciſſes, ſed ut eorum, qui primis diſputationibus non interfue-

…ent, obnixis precibus ſatisfaceres. variæ res huic propoſito obſtaculo fuere. …rundum certamen ventum non eſt. ſed plerique cum primis Europæ viris …ones habiti ſunt. nonnumquam hominum expectationes, licet propter …tam illuſtria de te maximas, plerumque etiam & te ipſum ſuperaſſe di…s. ex quibus actis cum illico ſurrexiſſet magna fama, obtrectatores ali…quibus ex aliorum bene geſtis, & rebus ſecundis invidentia eſſe ſolet, …ili, neſcio quid dicam, tuæ virtuti aliquid derogare fruſtra tentaverunt. …dentes in obſcuro odio apertas inimicitias, &, in quo nihil nocere pote… ſummam voluntatem nocendi. Tum tu, ut iſtas obtrectationes male…tiſſimas puſillorum, malevolorumque proſterneres, atque obtereres, …æc Theoremata in hac Vrbe edidiſti:

…is, qui (virtute, veraque animi nobilitate aliis prælucentes) bene de Virtutis …ribus ſentire conſueverunt, gratias agat immortales, IACOBVS CRI…NIVS SCOTVS, *profligatiſque & perditis hominibus, omnem in poſte…actandi occaſionem auferat: errores Ariſtotelis pæne innumerabiles, & omnium …orum Philoſophorum, ſive cum de ipſius mente diſputant, ſive cum res Theolo…attingunt, & nonnullorum quoque Matheſeos profeſſorum ſomnia refutabit, & …lecta reſpondebit.*

…eram ad hæc in omnibus diſciplinis, ſive illæ publice doceri ſoleant, ſive ſapien…is tantum hominibus perviæ ſint, arguendi occaſionem dat. reſponſurus, ſive …is, & conſuetis reſponſionibus, ſive per Secretam Numerorum rationem, aut …s Mathematicas, ſive per aliquod ex centum carminum generibus: ex proponen…arbitrio,

In D D. Ioannis, & Paulli æde ſacra, in ipſo Sanctiſſimo Pentecoſtes die, poſt Meridiem,

EXORDIVM SVMET.

…t triduum indefeſſus ſuſtinuiſti, & quamdiu tua auctoritas tibi defen…a fuit, ſic acriter, & vehementer prœliatus es, ut clamor, concurſuſque …itus ad ſtudia tua lenienda tanta cum laude fieret, ut nihil umquam ma…centius ab hominibus auditum ſit. Tu vero me non ſolum auctorem con…um, ſed ſpectatorem pugnarum mirificarum habuiſti. Nunc, quoniam …s ſemper avidiſſimus fui, & præter ceteros φιλοκεϱτόνιϛ ab omnibus …tor, multorumque odia pro tua cauſſa ſuſcepi, cura obſecro, & effice, ut …, ut, quia veram virtutem cognovi, ab omnibus amer, amari, & lau…poſſim, & ut major in ea mihi in dies ſpes reſideat. Meas igitur in Cice… Paradoxa lucubrationes, hoc ipſo, quia in Paradoxa ſunt, ſub tuo no…e prodire volui, quod veteribus gratiam, novis favorem conciliare ſolet. …utem has noſtras vigilias, & Stoicorum opiniones ſimul (quoad veritas …ur) tuebere. id enim tibi admodum erit facile. jam enim pæne omnes …ines aut gratiam, aut eloquentiam, aut tantarum rerum, ne dicam …nium ſcientiam ſuſpiciunt. Vive noſtri memor, & vale. Venetiis, XIV. Kal. … ∞ ᴅ XXCI.

ARGVMENTVM.

Veterum Stoicorum ſapientia in eo poſita erat, (ut Plutarchus in libello adverſus Stoicos teſtatur) ut novum aliquid, inauditum, & admirabile in vulgus proferrent, quod ipſi tamquam peculiare ſibi vindicabant. Quorum princeps fuit Xenocrates. Sed iſtorum opinio de anima admodum futilis ſuit. nam eam omnes ante Socratem, cum circulos aliquos confeciſſet, deficere, ac veluti conteri affirmabant. Sic idem Xenocrates, & Zeno, illius ſectæ principes primum elementa, & id quod eſt ſecundum naturam, putabant eſſe ſummum bonum: Deum dicebant eſſe mentem corpus habentem, cui inſit tamquam materiei admiſtus. diverſam tamen, licet non multo, Socrates, recentiorum Academicorum facile primus, ab hac philoſophandi rationem inivit. nam, cum multi ſua tempeſtate ſophiſtæ (quod nomen primum veris ſapientibus, deinde vanis ſuis oſtentatoribus tributum erat) Græciam totam peragrarent, pecuniam a juvenibus magnam erogantes, qui ſtulta ſcientiæ perſuaſione obtumeſcebant, eorum Socrates faſtum comprimens, (ſed eo fortaſſe modo, quo Platonis ſedem conſcendens præ indignatione Cynicus ille philoſophus faſtum ſuum conculcabat) interrogabat ſemper, & veritatem, tamquam Piraſtes, (quo nomine Interrogantem Ariſtoteles XII. Topicorum appellat) ſedulo indagabat, nihil ex ſua opinione dicere viſus, ut auram popularem facilius conſectaretur. nam magni intereſt in diſputando, ambiguos videri, ancipites, & in neutram propoſitæ quæſtionis partem vergentes. Sic optimos Olympici certaminis judices Elæos fore ajebant, ſi nemo Elæus certaret. nam noſtrarum opinionum, ut aliarum rerum, amor nos plerumque cæcos facit. Sed, quid eſt, per Deum, mi Iacobe Critoni, quod Socratis diſputandi modum in ſophiſtas laceſſis, aut, ſi non laceſſis, ſane non ſatis approbare videris? Sane me fateor non hoc abs te plane intellexiſſe. num quia in bonos viros, qui juventutem venali ſcientia exacuebant, dicere nimium ſevere ſolitus erat? an quia nihil proprium, cum alios reprehenderet, umquam dicebat? ad aliorum inventa refutanda, quam ad ſua ſtatuenda, paratior. Profecto, ut mihi videtur, ejus, & aliorum omnium Stoicorum philoſophia etiam reprehenſione penitus non vacat. nam, Ariſtotelem in Phyſicis ſecutus, neque ſenſui ſolo fidentes, neque omnem illi fidem adimentes, ſed a ſenſu incipientes, & ad altiora proficiſcentes, approbo. Sed Stoici omnem ſenſibus fidem derogabant. Quid enim magis ridiculum audiri poteſt, quam quod de homine duplici, & bicorpore, dicebant? in uno quoque noſtrum duo corpora, quorum unum, alterabile: alterum, quod alterari nequeat: unum, quod creſcat: alterum vero, quod excretionis ſit expers, ponentes. Sic enim Pentheus in Euripidis Bacchylide inſaniens dicebat: Ego me duos jam videre Soles puto, dupliceſque Thebas. Ait, Puto. nam ſenſus illius hercle deluſus erat vana quadam ſpecie. Iſtorum præterea de univerſo, de elementis, de habitibus, & affectionibus animi, de tempore, contacto, infinito, incremento, & aliis pleriſque rebus, opiniones, quamvis abſurdæ ſint, tamen eæ, quæ ad mores ſpectant, niſi tantum iis rigoris ineſſet, (quo nomine a D. Hieronymo taxantur) perpulchræ eſſent: neque vero id negari poteſt, quantum ad exercitationem ingenii, & animorum conducant. & eas iccirco noſter Cicero, potius, quam quod veras eſſe exiſtimaret, pertractavit. Nam, ut Theodoretus putat, in eo genere quoque animos exercitandi admodum recentiores Academiam pollebant: cujuſcunque quæſtionis probabilis alteram ſe poſſe ex tempore partem ſuſtentare, aut refutare profitentes. quibus præterea, potius quam Peripateticis, quod magis rigidus eſt philoſophandi modus, adhæſiſſe Ciceronem crediderim. neque enim ſatis eum intelligunt, qui putant, ipſum majorem ingenii ſubtilitatem, & mentis acumen in Platone, quam in Ariſtotele, fuiſſe, exiſtimaſſe. Nam cum ait, Ariſtotelem omnes alios, præter Platonem, vincere, id ita intelligendum eſt, quod Ariſtoteles Platonem non longo, ut ceteros, intervallo ſuperaverit, cum tamen aliquo modo evicerit. Sic, benigne Lector, a Peripateticis exacta ſapientia, a Stoicis, & recentioribus Academicis (præſertim cum de moribus tractant) ſumenda eſt illa, quam Logici vocant, ſollertia, & perſpicacitas.

.TVLLII CICERONIS PARADOXA SEX, AD MARCVM BRVTVM.

Capvt I.

P*Aradoxa*] Acad. quæſt. 4. vocat *admirabilia* : Quinctilianus lib. IX. *inopinata*.

Ad M. Brutum] Cujus m Plutarchus litteris mandavit. n. lib. 2. *Brutum a me amari intel-*. *quid eſt cauſſa, cur mihi non in* ..tis *ſit, complecti hominem florentem* ..e, *opibus, hominibus, ingenio, li*..s, *propinquis, affinibus, amicis: col*..um *meum præſertim, & in ipſa colle*.. *laude, & ſcientia ſtudioſum mei?* Et .. IX. *Semper amavi M. Brutum pro*.. *ejus ſummum ingenium, ſuaviſſi*.. *mores, ſingularem probitatem, at*.. *conſtantiam.* Ejus nomine inſcri.. a Cicerone oratorum catalogus, ..ri de finibus bonorum & malorum: .. de nat. deorum, & Tuſculanæ ..æſtiones, & epiſtolarum libri. Bru.. autem Ciceroni librum dedit de ..tute. cujus de Finibus mentionem ..it.

Animadverti] *Animadvorti*, quat..or mei.

Catonem] Fratrem Serviliæ, Bruti ..atris: qui poſtea cum ſe Vticæ occi..ſet, Vticenſis eſt appellatus. nunc ..tem vivere videtur, cum hæc Cice.. ſcribit.

Sententiam diceret] Qualis ejus ora.. contra conjuratos, apud Sallu..ium. Vide Plutarchum.

Majus] Gravius, difficilius.

Diſcrepant] *Diſcrepent*, duo.

Philoſophia] Academica.

Non ſane] Sic quattuor. quattuor, ..*on plane.* decem, *non recte*.

In vulgus] *In vulgo*, tres.

Nullum ſequitur florem orationis] Stoicos eloquentiæ non dediſſe operam, ſcribit Quinctilianus lib. x. & XII. *Florens orationis genus vocat in Oratore.*

Sed minutis interrogatiunculis] *Sed*, abeſt a quinque. in quorum tribus additum.

Quaſi punctis] Metaphora a Geometris, qui Puncta σημεῖα dicunt, partes, ex quibus lineæ conficiuntur minutiſſimæ. II. de Oratore, *puncta argumentorum occulere*, dixit.

Quod propoſuit] Propoſitionem.

Non fiat probabile] Non veriſimile videatur.

Splendeſcat] *Exſplendeſcat*, unus.

Quod cum ita putarem] *Ita*, abeſt a duobus. in quorum uno add.

De magnitudine animi] Quæ cernitur in humanarum rerum deſpicientia. & in unius virtutis admiratione.

De continentia] *De conſtantia*, unus. *De continentia*: ne propter voluptatem, aut utilitatem, juſtitia, & modeſtia relinquatur.

De morte] Non eſſe forti viro metuendam, ſed fortiter, propter honeſtum, oppetendam.

De omni laude virtutis] Virtutem ſolum ſummum bonum eſſe, nec aliud quidquam laudandum.

De diis immortalibus] Eorum providentia mundum regi, & omnibus conſuli.

De caritate patriæ] Omnibus commodis, etiam vitæ, anteponendam.

Stoice] Quod attinet ad opiniones, verum adhibitis oratoriis ornamentis, dicendo conſequitur, ut illa etiam populo probabilia videantur.

Oratoriis ornamentis adhibitis] Non dubito, quin hæc verba vacent omni mendo. Sed, quoniam dubitare video homines eruditos, & addere negatio-

gationem, *nullis*, (quæ eſt & in ſex meis) non faciam, ſi modo conſequi potero, ut quiſquam, auctoritate commotus, in errore verſetur. Catoni non modo Cicero & alibi, & hoc ipſo in loco, ſed Salluſtius, & Plutarchus, & alii eloquentiam tribuunt, qua quidem in ſenatu ita diſputabat de magnitudine animi, de continentia, de morte, aliiſque rebus, quas probare pauci ſolent, ut idipſum, quod ipſe ſentiebat, populo etiam probabile videretur. In quo tanto majorem eloquentiæ gloriam obtinebat, quanto difficilius eſt, multitudini perſuadere, quæ Stoici probant, ut, de patriæ ſalute, vel cum omni periculo, tuenda, de criminibus acerrime vindicandis, de virtute denique ipſa rebus omnibus præferenda. Cicero autem majus quiddam ſuſcipit, cum non illa, quæ ſplendorem ab oratione poſſunt accipere, quæ peregregie Cicero in ſenatu, e Stoicorum ſententia, tractabat, ſed illa ipſa probaturum ſe eſſe, aut certe conaturum ut probet, quæ Stoici ipſi in ſuis gymnaſiis non facile probant. Hæc eſt hujus loci ſententia, magna cum Catonis laude expreſſa, aliquanto tamen majore Ciceronis. quamquam ipſe, cum dicat, *tentare volui*, arrogantiæ culpam vitat.

Ego vero tibi &c.] Sic novem. A novem abeſt, *tibi*.

Quæ vix in gymn.] Quo major eſt mea laus, quam Catonis. ille enim ornat ea, quæ ornari facile poſſunt: ego autem probanda, laudandaque ſuſcepi, quæ Stoici ipſi, nedum ceteri philoſophi, vix in gymnaſiis diſputantes probant.

Opinionem omnium] *Hominum*, duodecim.

Tentare volui] Sic decemſeptem. unus, *& tentare volui*. Alias, *ac tentare volui*.

In lucem, id eſt in forum] *Et in forum*, duo. *Vel in forum*, ſex. A tribus abſunt, *id eſt in forum*.

Eoque ſcripſi libentius] *Eoque hos locos ſcripſi libentius*, quattuordecim. *Locos ſcripſi libentius*, tres. *Eoque hos locos ſcripſi lubentius*, unus.

Quæ appellant] Sic duo.

Socratica] Non modo Stoica.

His jam contractioribus noctibus] Æſtivis.

Quoniam] *Quando*, quattuor.

Majorum vigiliarum munus] De Finibus, & de nat. deorum.

Exercitationum mearum] *Mearum*, abeſt a duobus. in quorum uno add.

Θετικὰ] Quinctil. lib. x. cap. 5. *In hoc optime facient infinitæ quæſtiones, quas vocari* θέσεις *diximus, quibus Cicero jam princeps in rep. exerceri ſolebat.* Cicero ad Att. lib. IX. *Sed tamen, ne me totum ægritudini dedam, ſumpſi mihi tamquam* θέσεις, *quæ & politicæ ſunt, & temporum horum, ut & abducam animum a querelis, & in eo ipſo, de quo agitur, exercear.* Θετικὰ: *poſitiones*. in Lælio. Tuſcul. I. & IV.

In apertum ut referas] *Proferas*, unus. *Deferas*, unus.

In arce] *In arcem*, quinque. *In arce*: Athenienſi.

Illa Minerva Phidiæ] *Illa Minervæ*, (ſine, Phidiæ,) unus. *Illa*, abeſt ab uno. *Minerva Phidiæ*: ex ære. Plin. lib. XXXIV. cap. 8. nam aliam non ita laudatam fecerat ex ebore. Plinius ibidem, & lib. XXXVI. cap. 5. Vide Plut. in Pericle, Thucydidem lib. II. Pauſaniam, & Cic. in Tuſc. quæſt. & Ariſt. de Mundo.

Tale tamen eſt] *Sed tale tamen eſt*, quinque. *Sed tamen tale eſt*, tres. *Sed tamen*, ut ex quinque. *Sed tantum*, ut ex, unus.

Exiſſe appareat] Sic omnes mei.

PARADOXON I.

Primum, ſex opinionum admirabilium, quæ in hoc libello a Cicerone noſtro, comprobantur, eſt, ὅτι μόνον ἀγαθὸν, τὸ καλὸν: *quod ſolum bonum, honeſtum. & hic ſtatus eſt quæſtionis, hæc primæ diſputationis ſumma. Sed Ciceronis argumentandi modum, qui juniores fortaſſe dialecticos latet, quod cum dicendi flore conjunctus ſit, hoc pacto in ratiocinationem redigemus. Solum id, quo adepto, mens*

noſtra

ſtra acquieſcit, nil amplius deſiderans, eſt bonum. ſolum vero honeſtum eſt tale. go ſolum honeſtum eſt bonum. Sic, ſumpta eadem propoſitione, a contrario, ullis opibus, divitiis, tectis magnificis, aut hujuſmodi, mens expletur. ergo n ſunt bona.

CAPVT II.

D*Ὅτι μόνον ἀγαθὸν, τὸ καλὸν*] Græcis utitur inſcriptionibus, quod lamationum themata ſint hæc, a ecis ſumpta.

x Stoicorum hominum] Sic quinde. Vnus, *ex Socraticorum hominum.* us, *exacticorum hominum.* Vnus, *ticorum hominum.* Exoticum autem , quidquid peregrinum eſt. Nonius, Plauto. Placet, Stoicorum. Non m de Græcorum omnium, id eſt egrinorum hominum, diſputatio-ous licet accipere: quod alii arbi-ntur. ſed hoc diſputat Cicero e icorum dumtaxat ſententia. atque am illa ipſa tantum, quæ nec Stoi- ipſis probare facillimum eſt. quod ora dixit.

Quam res tanta dici poſſit] *Quam res nta poſcit*, alii legunt. *Tanta res*, ovem. *Poteſt*, quinque.

Pecunias] M. Craſſi.

Iſtorum] Cum contemptu dictum.

Tecta magnifica] L. Luculli. Alibi *ſanas villarum ſubſtructiones dicit.*

Opes, imperia] Cn. Pompeji.

Adſtricti ſunt] *Stricti*, unus: male. lias, *affecti.*

In bonis rebus eſſe numerandas duxi] *n bonis rebus, aut expetendis, eſſe num. uxi*, quindecim: a quorum ſeptem beſt *numerandas. In bonis rebus, aut in xp. eſſe num. duxi*, unus. *In bonis re-us, aut appetendis eſſe num. produxi*, nus. *In bonis rebus, aut petendis, de-ſiderandis eſſe duxi*, unus.

Quippe cum viderem, homines rebus is circumſt.] *Quippe cum viderentur*, uo. *Homines*, abeſt a duobus.

Ea tamen deſiderare] *Tantum*, pro *amen*, duo. Ea tamen, non legitur n uno. In de Amicitia confertur Hydropiſi. Horatius:

Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops,
Nec ſitim pellit, niſi cauſſa morbi
Fugerit venis, & aquoſus albo
Corpore languor.

Neque enim unquam expletur, nec ſatiatur cupidatis ſitis] Ariſtoteles lib. II. Polit. cap. 6. Ἔτι δ' ἡ πονηρία ἀνθρώπων, ἄπληστον. καὶ τὸ πρῶτον μὲν ἱκανὸν διωβολία μόνον. ὅταν δ' ἤδη τοῦτ' ᾖ πάτριον, ἀεὶ δέονται τοῦ πλείονος, ἕως εἰς ἄπειρον ἔλθωσιν. ἄπειρον γὰρ ἡ ἐπιθυμίας φύσις.

Neque ea ſolum, quæ habent] *Neque ſolum ea quæ, hab.* ſex. *Nec ea ſolum quæ hab.* ſex.

Sæpe requiro] *Semper*, octo.

Hæc imb.] Sic omnes.

Imbecilla] *Imbecillia*, quattuor.

Pecuniæ membra ſolo verbo bona putaverunt appellanda] Bona non recte dicuntur, quæ fortuna tribuit. D. Aug. in ſerm. v. in Euang. ſec. Matth. *Ipſæ ergo divitiæ bonæ ſunt: ſed iſta omnia bona, quæ commemoravit, a bonis, & malis haberi poſſunt: &, cum bonæ ſint, bonos tamen facere non poſſunt. Solo*, abeſt a ſeptem. in quorum uno add.

Iudicaviſſent] *Iudicaſſent*, octo. Alii legunt, *indicaviſſent*: oſtendiſſent, demonſtraſſent.

Atqui iſti omnia] Sic tredecim. tres *atque i. o.* unus, *aut qui i. o.* unus, *an i. o.*

Etiam improbi] *Vt improbi*, ſex. *Etiam improbi: Dives enim aut iniquus eſt, aut iniqui heres.* D. Hieronymus.

Obſint probis] *Obſint bonis*, octo. Vnus, *Abſint a bonis.* (id eſt, ut boni non habeant.)

Quamobrem, licet irrideat, ſiquis vult] *Licet*, abeſt a quattuor. in quorum uno add. Alii ſcribunt eſſe in quibuſdam, *quamlibet irrideat*, &c. Quod tamen non probant.

Plus apud me tamen vera ratio] *Tamen*, abeſt ab uno. *Vera ratio: Oratio*, duo.

Illum bona perdidiſſe] *Illum*, abeſt a duodecim.

Biantem] Cujus multa apophthegmata leguntur apud Plutarchum, Laertium, Stobæum.

Inter ſeptem] *In ſeptem*, unus.

Prienem] Ioniæ urbem, Thebarum colo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

coloniam. Laertius. ab Ægypto, Nelei filio, conditam, & poſtea a Philota Thebano coloniam eo eductam, atque ab eo etiam Cadmen dictam. Strabo. qui ait, cum prius maritima eſſet, alluvione limi, continenti junctam, ad ſtadia CCL. & ab Helice originem traxiſſe. Hanc Ardys, Gygis, V. Lydorum Regis, filius expugnavit. Herodotus. Scribit Laertius, eam ab Aliatte, Ardyis filio, IIX Lydorum rege, bellis, cum hic Bias floreret, afflictam. Thucydides eam bello Euboico eſſe afflictam dicit.

Secum aſportarent] *Secum*, abeſt a quattuordecim. in quorum uno add.

Omnia mea mecum porto] Virtutem, & ſapientiam, quæ homini non niſi cum vita eripi poſſunt. vide Valerium Maximum.

Ludibria fortunæ] Ludit enim fortuna, divitiis nunc tribuendis, nunc eripiendis. De Officiis: *Divitiæ, nobilitates, honores, magiſtratus, imperia, & quæ ſunt his contraria, in caſu poſita temporibus gubernantur.* Ovidius:

Nempe dat, & quodcumque libet fortuna, rapitque:
Irus & eſt ſubito, qui modo Crœſus erat.

Horatius:

Si fortuna volet, fies de rhetore conſul:
Si volet hac eadem, fies de conſule rhetor.

Et alius:

Ludit in humanis divina potentia rebus.

Vere dicitur] *Vere*, abeſt ab uno. *Et recte dicitur*, Lambinus impreſſit.

Et, quod rectum] *Et*, abeſt ab octo.

CAPVT III.

OBſcuriora] *Obſcura*, unus. *Odioſiora*, eſſe in quibuſdam libris, alii ſcribunt.

Cum ſine appoſitione exemplorum lentius diſputantur] *Poſitione*, unus. *Oppoſitione*, unus. *Sine app. exemp.* abſunt a decem. in quorum duobus add. in uno deletum.

Subtilius] More Stoicorum.

Quam ſatis eſt] *Eſt*, abeſt ab uno. Male alii legunt, *quam factis*.

Num ullam cogitationem] *Illam*, tredecim. Male. *Vllam*: Non modo non maximam, ut plerique: aut aliquam, ut non pauci: ſed nec ullam prorſus.

Atque argenti] *Aut*, quindecim. *Et*, tres.

Amœnitatum] Quarum complura ſunt genera. *Amœnitatis*, quinque. *Amœnitates*, unus.

Ad voluptates] Sic omnes mei. Alii legunt, *aut voluptatis*.

Liberam civitatem] Sic omnes mei. Male alii, *liberatam*.

Liberaverunt eam] *Eam*, abeſt a ſex.

Romulus] Ennius, apud Cic. Tuſc. I.
Romulus in cælo cum diis agit ævum.

Adſcendit in cælum] Quia, ſubito exſtinctus, non apparuit, adſcendiſſe in cælum creditus eſt.

Quid autem Numa] *Autem*, abeſt ab omnibus. recte.

Pompilius] Abeſt ab uno. *Quid Numa Pompilius?* quia verbum ſubauditur, vereor, ne quis temere locum mutarit: cum in quibuſdam libris impreſſum hoc modo legatur: *Quid? a Numa Pompilio minus ne gratas* &c. Quod mihi quidem, pace dixerim doctorum hominum, haud ſatis probatur. Subaudiri & hoc videtur poſſe, & alia conſimilia: *Quid Numa Pompilius?* videtur ne vobis, aut videri cuiquam poteſt, deorum benevolentiam ideo non eſſe conſecutum, quia non filicatis pateris, ut luxurioſa poſteritas, verum fictilibus urnulis, & capidibus in ſacrificanda uteretur. Nec dubito, quin hujus generis exempla inter legendum alia occurrant.

Capides, ac fictiles urulas] *Capedines*, omnes mei, Atque, duo. *Capedineſque ac f. urn.* unus. Vaſis genus, a Numa ſacris adhibitum. III. de nat. deor. *Docebo meliora me didiciſſe de colendis diis immortalibus, jure pontificio, & more majorum, capedunculis, quas Numa nobis reliquit* &c. Vide Varronem lib. IV. & VIII. de ling. Lat. Feſtus autem, *Capis, poculi genus, a Capiendo dictum. Vrnulas*: *Vrnas*, ſeptem. Lambinus, *hirnulas*.

Fili-

Filicatas] *Delicatas*, omnes. *Delia-* … , quidam legunt. *Filicatas:* a Fili- … merba, cujus imago in poculis, & … eris cælari ſolita fuerit: quæ *Felix*, … *Felicula* Catoni.

Brutum vero] Lucium, non Mar- … m. Valerius Max. lib. v. cap. de … tate erga Patriam. Vero, abeſt a … decim.

Si quis] Sic omnes.

Ejuſdem conſilii ſocios] Sp. Lucre- … m, P. Valerium Tricipitinum, … llatinum, & alios. De Romulo, … uma, Superbo, Livius lib. 2. Dio- … ſ. lib. v. Plut. in Valerio Poplico-

Quid ſpectarint] *Quid exſpectave-* … *t*, novem. *Quid exſpectarint*, duo. … *uid expetiverint*, quattuor. *Quid ex-* … *ctaverunt*, unus. *Quid expotaverint*, … us. *Quid computaverunt*, unus. … ale.

Quid ſecuti ſint] *Conſecuti*, quattuor. … ii notant eſſe in q. l. *aſſecuti*.

Num quis exſiſtat, cui] *Num quis ex* … , *cui*, unus. *Exſiſtet*, quattuorde- … m. *Exſiſtit*, duo. *Exiſtimet*, men- … ſe, unus.

Q. Mucium] Valerius lib. III. cap. … Patientia.

Horatium Coclitem] Valerius lib. III. … p. de Fortitudine.

Qua patrem Decium, qua filium] Li- … us lib. VIII. Valerius lib. v. cap. 6. … *ua vis patr. Dec. qua fil.* ſexdecim.

Devovit] *Devotavit*, octo.

Ac immiſit] *Immiſitque*, quattuor. … *t immiſit*, quattuor. *Miſitque*, u- … us.

Continentia C. Fabricii] Plut. in Pyr- … ho, Valer. lib. IV. cap. de Pauperta- … e, Agell. lib. I. cap. 4. Plin. lib. … XXIII. cap. 12.

Tenuitas victus M. Curii] Valerius … ib. IV. cap. de Paupertate, Plin. lib. … VIII. cap. 3. & lib. XIX. cap. 5. Co- … umella lib. I. in Præf. & cap. 3. Plu- … archus in Apophthegm.

Duo propugnacula belli Punici Cn. & P. Scipiones] Virg. 6.

Scipiades duo fulmina belli.

Et Silius Italicus:

Belligeri Mavortia pectora fratres.

Vide Livium lib. XXI. XXII. XXIII.

Corporibus ſuis intercluđ.] Vide, quam eleganter eamdem rem expreſſit in Catone Majore.

Domeſticis exemplis abundamus] *Nam nulla reſp. bonis exemplis ditior fuit.* Livius in Præfatione.

An putamus quemquam horum cogitaſſe quidquam in vita ſibi exp.] *Putamus nos quidquam illos cogitaſſe in vita ſ. e.* quattuor. *Putas ne illos in vita quidquam ſ. cogitaſſe exp.* quinque. *An putamus nos illos cogitaſſe quidquam in vita ſ. e.* tres. *Putamus nos illos quidquam in vita ſ. e.* unus. *Putaſne non illos cogitaſſe, quidquam in vita ſ. e.* unus. *Putamuſne illos cogitaſſe quidquam in vita ſ. e.* duo. *An cogitaſſe aliquid in vita ſ. e.* & additum, *putamus*, poſt, *an*, unus. *An cogitaſſe ſibi in vita quidquam exp.* & additum, *putamus illos*, unus.

Expetendum, niſi quod] *Expetendum eſſe, niſi quod*, novem.

Laudabile eſſe] *Eſſe*, abeſt ab uno. ſed additum poſtea, *eſſet*. quomodo eſt & in ſexdecim aliis.

CAPUT IV.

VEniant igitur irriſores] *Veniant iſti igitur irriſores*, undecim. *Veniant iſtius igitur irriſores*, duo.

Vel ipſi judicent] *Ipſi*, abeſt a duobus.

Corinthiis operibus] Ex ære Corinthio poſt ipſam Corinthum a L. Mummio everſam. Sic ſex. duodecim. *Opibus.* Æs Corinthium Virg. Georg. II. *Ephyrea æra* appellat.

Atque hæc quidem] Alias *atque hi quidem*. quo modo unus meus. *Atque hoc quidem*, unus. *Atque hæc hi quidem*, unus. *Atque ad hæc quidam*, unus.

Modo huc, modo illuc] Τὰ ἀδιάφορα.

Voluptatem eſſe ſummum bonum] Quod ſenſerat Epicurus.

Mater] Aliquando noverca.

Inter te, & quadrup. Sic novem. *Inter te, atque quadr.* ſeptem. *Inter te, inter quadr.* duo.

Quadrupedem aliquem] *Aliquem*, abeſt a ſex. *Aliquando*, unus. *Aliquid*, duo. *Aliquam*, tres. Male. *Quadrupedem:* voluptas homini cum brutis communis eſt.

Quid-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Quidquam ne bonum eſt] *An quidquam bonum eſt*, unus. Sunt, qui legant, *quidnamne bonum eſt*.

Qui poſſidet] *Qui id poſſidet*, decem.

Faciat] *Facit*, quindecim.

Gloriando ſe] Sic decemſeptem, *gloria*, unus.

Et] Sic omnes mei. *Etiam*, Fulvii liber.

Prædicatione extollit] *Et prædicatione effert*, quattuordecim. *Et prædicando effert*, duo. *Effert in prædicationem*, unus. *Et in prædicationem extollit*, unus.

Quo eſt major] Voluptas quo major, eo turpior.

Statu] *Statione*, unus.

Dimovet] Sic quindecim. *Demovet*, unus. *Movet*, duo.

PARADOXON II.

Nominis virtutis definitionem pro medio termino accipit, ſed quæ ex ſeſe omnia facere, & in ſeipſo ponere omnia poteſt. nam ea eſt virtutis propria, & maxime lata ſignificatio, ut Ariſtoteles in II. *Rheticorum notat, omnem alicujus rei in ſuo genere excellentiam denotare, ut equi, bene incedere: canis, currere, &c. Sic igitur conficienda eſt, totum robur, ac fundamentum hujus diſputationis complectens, ratiocinatio. Nemo poteſt non beatiſsimus eſſe, qui in ſeipſo, & ex ſe facit omnia. Nemo virtute præditus poteſt non eſſe talis. Ergo, Nemo virtute præditus poteſt non eſſe beatiſſimus. Nunc Logici obſtupeſcunt, Ciceronem neceſſario, & ex omnibus negantibus concludere. Mirantur quidem: & merito: cum cauſſas ignorent. Sic contrarium de eo, qui non tam virtute, quam fortuna delectatur, concludit. De fortunæ vero, & virtutis adinvicem comparatione vide plura apud Plutarchum in commentariolo, quem de virtutis, & fortunæ Romanorum inter ſe collatione ſcribit: qui ſoliti erant Virtutem placida effigie, non nihil in vultu roboris habentem, ob gloriæ ſtudium, & victoriæ deſiderium, pingere: Fortunam quoque feroci geſtu, & adſpectu ſpem arrogantem præ ſe ferenti, virtutem poſt ſe relinquentem. At noſtrum eſt, prætermiſſo Fortunæ, quam non agnoſcimus, nomine, de Dei, & noſtra voluntate in vitæ noſtræ actionibus loqui.*

CAPVT I.

NEc vero] Ex abrupto, exordio prorſus diſſimulato.

Magnitudo animi] Lib. III. de Fin. in extremo. Laër. *μεγαλοψυχία*.

Tot virtutem præſidio munitus] *Munitus*, abeſt à quatuor. in quorum duobus add.

Tantoque comitatu ſæptus] Sic ſeptem. *Tantoque comitatu virtutum ſæptus*, novem. *Sæptus*, non eſt in uno. *Tantoque conatu, comitatuque virtutum ſæptus*, duo.

Caperetur, capi] Sic omnes mei.

Non potuit] Cum eſſet munitus, ac ſæptus tot virtutum præſidio, tantoque comitatu.

C. Marium] Plutarchus, & Valerius, & Cicero in Piſonem, & poſt red. ad Quir.

Qui mihi ſecundis in rebus] *Mihi*, deletum eſt in uno meo.

Fortunatis] *Fortiſſimis*, unus.

Fortunatis hominibus, in adverſis, &c.] *Fortunatis, omnibus in adv.* &c. unus.

In adverſis] Quas conſtantiſſime pertulit.

Ex ſummis viris] Recte, *vir*, in perferendis adverſis. Cicero in Bruto: *Vidi Mitylenis virum, & vidi plane virum.*

Eſſe] Id eſt, contingere.

Inſane] Ad Antonium hoc refertur, in quem tota oratione invehit.

Cujus autem ſpes omnis] *Cui vero ſpes omnis*, tres. *Cui ſpes omnis*, undecim. *Cujus ſpes omnis*, tres. *Cui quæ ſpes omnis*, unus. male.

Permanſurum] Incerta, & inſtabilia Fortunæ bona.

Sibi diem unum] Sic unus. *Sibi unum diem*, octo. *Sibi ne unum quidem diem*, quattuor. *Vnum diem ſibi*, tres. *Sibi quidem diem*, duo.

Eum] Qui a fortuna pendet.

Mortis] Vt Reguli.

Ex-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Exſulii] Vt Marii.

Non modo repugnanti] Pro, *nedum*. : & locutus & in epiſtola ad Lentu-ſum, Fam. lib. 1. Vbi vide Patris ommentarium. Sic eſt & in duobus eis, & in uno doctiſſimi viri, Ca-oli Sigonii.

Aut in quo] Aut, abeſt a tribus.

Evigilaverunt] Sic duo. *Evigilarunt* cto. *Vigilavere*, unus. tres, *elabora-erunt*. tres, *vigilaverunt*. unus, *ela-ravere*.

Ab hominibus] *Ab omnibus* ſex.

Mors terribilis eſt iis, &c.] *Turpis ors forti viro non poteſt accidere, neque nmatura conſulari, neque miſera ſa-enti*. In Catil. 4.

Exſulium autem terribile illis] *Exſulii im nomen calamitatis eſt, non turpitu-nis*, pro domo. *Terribile*, abeſt a ecem. in quorum uno add.

Tuæ libidines te torquent] *Te tuæ libi-ines torquent*, quinque. *Tu libidines orques*: unus. male.

Et id ipſum, quod habes, ne non diu-rnum] Quod habes, abſunt a decem.

Te conſcientiæ ſtimulant] *Te conſcien-tiæ tuæ ſtim.* tres.

Vt furiæ] Cic. Sex. Roſcio: *Nolite utare, quemadmodum in fabulis ſæpe numero videtis, eos, qui aliquid impie, ſcelerateque commiſerint, agitari, & per-terreri furiarum tædis ardentibus: ſua quemque fraus, & ſuus terror maxime vexat: ſuum quemque ſcelus agitat, a-mentiaque afficit: ſuæ malæ cogitationes, conſcientiaque animi terrent. hæ ſunt im-piis aſſiduæ, domeſticæque furiæ, quæ dies noctesque parentum pœnas a conſce-leratiſſimis filiis repetant*. Et de Leg. 1. & in orat. in Piſonem. Vide Adag. *Conſcientia, mille teſtes*. Alludit ad O-reſtis fabulam, a poëtis deſcriptam, quem fingunt occurſu furiarum exagi-tari, ardentes faces quatientium: un-de exclamet.

Α, ἆ, μή μοι τὴν δᾷδα προσφέρε.

Et Virg. 4. Æn.

Aut Agamemnonius ſcenis agitatus
Oreſtes.

Et 3. Æn.

Et ſcelerum furiis agitatus Oreſtes.

Quæ reſpirare non ſinunt] *Suſpirare*, omnes. *Quæ ſuſpirare te non ſinunt*, u-nus.

Improbo] Vbi non ſit felicitas.

Nemini bene eſſe poteſt] Sic quinde-cim. *Nemini felicitas eſſe poteſt*, unus. *Nemini bonum eſſe poteſt*, duo.

Bonus vir] Vbi non ſit miſeria.

Ejus non laudanda vita eſt] *Ejus*, non eſt in uno. *Ejuſdem* eſſe in quibuſdam, alii notarunt.

Videri debet] Sic novem. *Decet*, ſex. *Licet*, unus. *Solet*, unus. *Dicet*, unus: male.

PARADOXON III.

Hæc ſententia omnium maxime probari nequit, noſtræque fidei adverſatur. ſed recen-ſenda eſt Ciceronis ratiocinatio, Non ex rerum eventu, ſed ex vitiis hominum me-tienda ſunt peccata, vitia vero, licet id, in quo peccatur, majus plerumque, aut minus ſit, ſimul æqualia. ergo & peccata. cujus ſi aſſumptionem, aut mino-rem negaverimus, numquam pro illo quiſpiam probabit.

CAPVT I.

Ὅτι ἴσα τὰ ἁμαρτήματα. Addunt Lambinus, καὶ τὰ κατορθώματα: Langius, καὶ τὰ ὀρθώματα. Perſius ſat. 5.

——— *digitum exere, peccas*.
Et quid tam parvum eſt? Sed nullo
ture litabis.

Nec enim peccata &c.] Præponuntur hæc verba in meis undecim libris, eaque confirmantur doctorum virorum judicio *parva, inquit eſt, ut magna cul-pa*. Mihi non conſtat, ſcriptane ſint a Cicerone, an ab aliquo, cui hoc initium Paradoxi, ut abruptum, non placeret: *nec enim peccata rerum eventu* cum non intelligeret, ex inſcriptione Græca apte pendere. Si quis tamen ea recipiat, non pugnabo. modo ſciat, in quinque aliis meis, ſeparatim eſſe ſcripta, & in quattuor quidem ex quinque, miniatulis litteris. Quod magis gloſſam olet. Vide Plut. de virt. mor. Hor. Ser. lib. 1. tab. 2. Perſ. ſat. 5.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Quoquo verteris] Sic omnes mei. Abſolute dictum.

Vnum eſt] Peccatur enim ſemper ex inſcitia, vel ex incontinentia. *Vnum:* genere: ſed ſpecies diverſas continet.

Aliquantum] *Aliquantulum*, quindecim.

Inſcitia] Sic decemſeptem. unus, *inſcia.* Lambinus, *inſcientia.*

Lapſa eſt libido] Sic quattuordecim. unus, *lapſa eſt ejus libido.* unus, *lapſa eſt illius libido.* duo, *lapſa eſt ipſius libido.*

Peccavit vero] *Peccatur*, unus. *Peccatum*, octo.

Tranſire lineas] Sic omnes mei. *Lineas:* Modum. Horatius:

Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines,
Quos ultra citraque nequit conſiſtere rectum.

Cum ſemel tranſieris, ad &c.] *Tranſieris hunc, ad* &c. octo. Hic, duo.

Id hoc uno ten.] *Id*, non eſt in uno. *In*, unus.

Id ſi nec majus] Sic omnes mei: uno excepto, in quo, in margine add. Quidem: *id ſiquidem nec majus.*

Temperante temperantiorem] *Temperato*, quattuordecim. *Temperatiorem*, decemocto.

Poteſt perſpici] *Poteſt percipi*, ſeptem. quorum duo, ord. præp. unus, prius, *perſici*, poſtea emendatum, *percipi.*

An virum bonum dices, &c.] Semel enim qui peccat, vir bonus non eſt, quacumque in re peccet.

Non idem fecerit] *Idem*, abeſt a decem.

Temperantem] *Temperatum*, duodecim.

Virtutis nomen] Perfectæ.

Nec bono quidem] Ne, duo.

Quando] *Quoniam*, quindecim.

CAPVT II.

INquis] *Inquit*, duodecim. *Inquid*, duo. *Inquit aliquis*, unus.

Ne, a lenonibus, diceres] *Ne, a lenonibus, iſta diceres*, quinque. in quorum uno add.

Quando verbis &c.] Contendamus, licet. non enim pugnis inter nos, ſed verbis res agitur.

Vtrum potius de bonis] *Vtrum bonis*, octo. *Vtrum de bonis*, ſeptem. *Vtrum potius bonis*, tres.

Quæ vis enim] *Quæ vis enim eſt*, ſexdecim.

Magiſtratibus] *Magnis reatibus*, duo.

Inferant] *Afferant*, quattuordecim. *Afferantur*, unus. *Inferantur*, unus.

Quamcumque] *Et quamcumque* tres.

Nuda] Remota a circumſtantiis.

Non facile poſſunt] *Poſſum*, tredecim. *Poſſem*, duo.

Saguntini] Ab Hannibale obſeſſi. Livius lib. XXI. Polybius lib. III. Val. lib. VI. cap. 6. Silius lib. II. Cic. in Philipp. Inde Prov. *Saguntina fames.*

Parricidæ] *Patricidæ*, ſeptem.

Cum utro acceſſit] Pro, *utrovis.* Ita locutus lib. III. de Off. *Quæ quando uni acceſſit*, unus. *Quæ quoniam ultro acceſſit*, novem. *Quæ quia ultro acceſſiſſent*, unus. *Quæ quando ultro acceſſit*, quattuor. *Quæ ipſum ultro acceſſit*, unus. *Quæ quia ultro ſponte acceſſit*, unus.

Vtrique adjuncta] *Vtroque*, novem. *Vtraque*, duo. *Vterque*, unus. *Vtramque*, unus. *Vtrobique*, tres. *Conjuncta*, decem.

Si adſit injuria] *Si id fiat inj.* unus. *Si id fit inj.* ſex. *Si fit inj.* unus. *Si adſint injuriæ*, unus.

Is, qui in ſede, ac domo, atque in rep.] *Is, qui in domo, ac ſede, & in rep.* quattuor. *Is, qui in domo, ac ſede, ac in rep.* duo. *Is, qui in ſede, ac domo, ac rep.* duo. *Is, qui in domo, ac ſede, atque in rep.* duo. *Is, qui in ſede, ac in domo, atque in rep.* duo. *Is, qui in domo, in ſede, atque in rep.* unus. *Is, qui in domo, in ſede, atque in rep.* unus.

Præſtat] *Peccatur*, octo. *Peccat*, unus. *Peccavit*, unus.

Eoque] *Ergo*, unus.

Animorum tenere poſſumus] *Animorum modum ten. poſſ.* omnes mei.

Paullo] *Paulum*, octo. *Pannum*, unus. *Paullulum*, ſeptem.

Movit] *Moveat*, ſeptem. *Movet*, duo. *Moverit*, unus. *Movet*, unus, & ſup. A. *Removeat*, unus.

Si verſus pronunciatus eſt, &c.] Cum tamen in verſu peccatum ſit poëtæ, non hiſtrionis. ſed quia hiſtrio pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

nunciat abſente poëta, ei plauſus r.

Aut longior] *Vel longior*, unus. *Bre-* , *& longiori*, eſſe in quibuſdam is, notatum video.

vita tu, quæ omni geſtu mod. Omni aptior eſſe debet, ut in ſyll. te pec- dices] *In vita, tu, qui o. g. m. a. e. debes, ut in ſ. t. p. d.* quat- rdecim. in quorum uno. *In vita taque o. g.* &c. *Geſtu*: *Verſu*: hi- onis vitium in geſtu, poëtæ in ver- ſed poëta non prodibat in ſcenam, at vero poëma ſuum agendum rioni. propterea ſolus hiſtrio nominatur: qui & geſtum agebat ſervato numero, & poëtæ verſus pronunciabat.

Poëtam non audio] Se excuſantem. *non fero*, ſi peccat.

Moderatior] *Modulatior*, quidam legunt. contra omnes mei libri.

Digitis peccata dimetientem ſua] *Dimetitur digitis peccata*, qua ratione leviora videri poſſint, ſi viſa ſint breviora. *Digitis*: Alludit, quod Poëtæ carminis pedes digitis metiri ſoleant. Horatius in Arte:

Legitimumque ſonum digitis callemus, & arte.

PARADOXON IV.

Ciceronis vagam argumentandi rationem colligo. Quicunque non ſapit animum magnitudine conſilii, rerum adverſarum tolerantia, & fortunæ contemptione, inſanus eſt. Omnis ſtultus eſt hujuſmodi. ergo omnis ſtultus eſt inſanus. Nota duos ulchros ſtultitiæ effectus, quos ita animadvertit, quod ſi in præpotentum animis eperitur, eas exitus deſiderio in concitatum furorem impellit, ſi in humilium vero, & plebeiorum mentibus ſtultitia imbecillitati conjuncta ſit, vanis eos inſomniis xagitat, quoniam vires deſunt.

CAPUT I.

Ὅτι πάντες οἱ μωροὶ μαίνονται] Ἄφρονες, Diog. Laert. Cic. Tuſc. . ex Alcibiade altero Platonis.

Ego vero] Propoſitione aſpera, & ementi, irrumpit in hanc cauſſam e exordio.

Te] Clodi. nam in eum invehi- .

Dementem, & inſ.] *Dementem judi- , & inſ.* unus. *Et*, non eſt in duo- s.

Rebus addicam neceſſariis] *Rebus*, pro uſſis, poſuit. *Addicam*, autem, quia rum uſitatum verbum eſt, in qua nificatione hic a Cicerone uſurpa- r, propterea multos errores, ma- amque opinionum varietatem in- tia peperit. Quod ſi, *addicam*, di- um eſſe patuiſſet, pro Probabo, ofecto ſibi a veteribus libris, qui erique (8.) habeat, *addicam*, diſce- ndum non putaſſent. Hujus autem rbi vim Feſtus oſtendit, his verbis: *Addicere, eſt proprie idem dicere, & probare dicendo.* alias, *addicere, damna- eſt.* Alii, *evincam*, quod non rejicio: ſed veteres libri diſſentiunt. alii habent, *vincam*: alii, *advincam*: pro quo quidem reponebat, *convincam.* Mei, unus, *adducam. Dicam*, duo. *Ad victum*, unus. *Abdicam*, unus. *Additam*, unus. *Additiam*, tres. *Compellam*, *addicam*, unus. Lambinus, *rationibus advincam.*

Nec cui quidem] *Neque*, unus.

Quæ eſt enim civitas] *Civitas eſt eorum, qui legibus obtemperant.* Cic. off. II. & de Somn. Scip. *Civitates dicuntur, concilia, & cœtus hominum jure ſociati.* Plato de Leg. VI.

Non igitur] *Non enim*, duo. *Non ergo*, unus. Abeſt a tribus. in quorum uno add.

Cum leges in ea nihil valebant] Imaginem oſtendit illius temporis, cum a Clodio tribuno pl. ejectus eſt.

Iudicia jacebant] *Sublata vetere illa magiſtra pudoris, & modeſtiæ ſeveritate Cenſoria.* in Piſonem.

Prædonum ille concurſus] In Piſonem: *Delectus ſervorum habebatur ab eo, qui nihil ſibi umquam nec facere, nec pati turpe eſſe dixit. Arma in templo Caſtoris, o proditor templorum omnium, vidente te, conſtituebantur, ab eo latrone,*

cui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

cui templum illud fuit, te conſule arx civium proditorum, receptaculum veterum Catilinæ militum, caſtellum forenſis latrocinii, buſtum legum omnium, ac religionum.

Non civitas erat] *Num civitas erat?* duo.

Quæ tum nulla erat] *Tum*, abeſt ab omnibus.

Cum eſſet in rep. conſul] P. Lentulus, auctor, & princeps in revocando Cicerone. *Vt* pro, *cum*, quindecim. Male.

Occiderat] Quod nihil ejus valeret auctoritas.

Conſenſus populi liberi] *Liberi*, abeſt ab uno. *Liber*, ſexdecim. *Lib.* unus. *Populi Romani*, unus.

Cum eſſet juris] *Cum*, abeſt a ſexdecim. *Vt*, pro, *cum*, unus.

Vincula civitatis] Pro Cæcina, Ius civile dicit *vincula non modo judiciorum, ſed etiam vitæ, ſocietatiſque communis.*

Repetita memoria] Sic mei. Alias, *recepta.*

At vides] *Ac*, duo. *Ad*, unus. Alios, *tu vide.*

Iactem] *Illatam*, quidam legendum putant. *Factam*, duo mei. *Latam*, alias.

Perveniſſe tamen] *Tamen*, non eſt in quattuordecim. *Perveniſſe eam ad me*, unus. *Tamen*, add. ſup. ante, *perveniſſe*, in uno.

Parietes diſturbabas] Everſa enim domus Ciceronis eſt in Palatio, de quo queritur ſæpe in Orationibus.

Aliquid ruere, aut deflagrare arb.] *Aliquid ruri, aut in urbe, deſl. arb.* unus. *Aliquid aut rure, aut in urbe deſl. arb.* tres. quorum unus, *rure, aut urbe. Aliquid aut ruere, aut deſl. arb.* novem. in quorum uno add. *Aut. Al. ruere, atque deſl. arb.* duo. *Deflagrari*, unus. *Deflagrare:* abſolute. Vt infra: *Ædes Nympharum tua manu deflagravit. Deflagrari*, unus. male.

Nihil neque meum eſt] Sic novem. *Nihil nec meum eſt*, tres. *Nihil enim meum eſt*, tres. *Nihil meum eſt*, duo. *Nihil æque meum eſt*, unus.

Neque cujuſquam] *Nec quinque. Cuiquam*, in vetere libro eſſe, alii volunt.

Si mihi eripuiſſes] Sic decemſeptem. *Si mihi hoc erip.* unus, Alias, *Si mihi hoc erip.*

Quibus reſp. invicta ſtat.] *Quibus reſp. te invitiſſimo ſtat*, Langius. *Quibus reſp. ſtat*, ſexdecim mei. Recte. *Stare* enim, firmitudinem quandam habet. Quo modo, Critoni uſurpaſti in iis verſibus, quos ad me in tuo, ad urbem Venetam appulſu ſuperiore anno ſcripſiſti, cum in extremo Venetas laudes recenſeres. Placuit autem eos hoc loco deſcribere, ne homines eorum deſiderio teneantur.

Dum procul a Patria, Hadriaci prope litora Ponti,
Conſedi, mediis celſam miratus in undis
Stare urbem, ſævi obtingunt cui jura Tridentis,
Et Pelagi imperium conſtans, æternaque ſceptra:
Sæpe meos animo caſus meditabar iniquos,
Sæpe humectabam guttis ſtillantibus ora,
Cum mihi ſeſe offert Diva veneranda figura
Naias, Eridani quondam prope cognita ripas,
Naias, una quidem doctis gratiſſima Muſis.
Principio robur ſimulacrum, aut vana videre
Somnia, (nulla fides oculis) cum protinus illa
His me ultro aggreditur dictis: Non te tua fallunt
Lumina: nec noſtri vana eſt, quam cernis, imago.
Nam mandata fero Muſarum, & juſſa faceſſo
Palladio armiſonæ, quibus una eſt cura ſalutis
Certa tuæ: nec te per tanta pericula vectum
Vrbem in præclaram tumido ſub pectore curas
Fas premere eſt: meliora jubent ſperare, monentque.
Non hæc iſta tibi tantum infortunia nota
Contingunt: ne cede malis: neu te ſine vinci.
Cernis enim, ut late terras Saturnus in omnes

Acer

ıcer agit peſtem, quæ fibris cæca ſub ipſis
ındıtur, atque alias magno jam turbine clades,
ıud ſecus, ac Phœbi juratos Aulide Grajos
ıando Agamemnonio tetigit pro crimine dextra.
ıc natos vitæ exſortes, aſt ille parentem
ıandævum deflet, vel matris triſte pheretrum,
ıoque viro conjux, aut vir pro conjuge luget.
ſt alios volucris fortunæ incommoda tangunt,
ıges, indomitas gentes, populoſque rebelles,
ıut urbes domini terrarum, atque oppida cernunt,
ıepta. hic auri fulvum ſibi pondus ademptum:
ıorborumque cohors alios immiſſa fatigat:
ıamque in Hyperboreis tabes quæ cœperat oris
ıateriem inveniens primum, dehinc viribus illa
ınſim ſota ſuis, Europam irrepſit in omnem:
ıon ſecus, ac lentus flatu ſuccenditur ignis,
ıullatimque alimenta trahit, mox flamma per auras
ıla crepat, ſeſeque involvit lumine fulvo
ıumida, Vulcanum late per inania jactans.
ırimum exorta quidem flavos infauſta Britannos,
ıermanos tum cæruleos, Galloſque feroces,
ıinc etiam atra lues calidos infecit Iberos,
ıertilis Italiæ dehinc altas fuſa per urbes
ınvaluit. ſenſere omnes, (miſerabile dictu)
Aut pauci evaſere mali exitiale venenum.
ıorquet adhuc primo pueros in limine vitæ.
ınvalidoſque ſenes extremo in limite vitæ.
Et juvenes rapido firmiſſima pectora bello,
Disjicit: infractæ languent ad prælia vires.
Vna etiam matres petit, intonſaſque puellas,
Parcere nec formæ, nec parcere ſueta juventæ:
Nec non armenta in campis errantia cernas,
Quæ vix ægra caput feſſa cervice retentant,
Horribileſque feras, picturataſque volucres
Languere, ut Laſſo demiſſa papavera collo.
Nam circumfuſus cunctis animantibus æther
Concepit nocuos gremio, denſoſque vapores.
Vtque aliquas leges, æternaque fœdera rebus
Impoſuit Natura parens, ſine nomine multa
Sic in principiis latitant, diſcrimina rerum &
Mille movent. nam, ni Veneris placidiſſimus ignis
Sedaret varios infauſti luminis ignes,
Diſcuteretque potens radiis contraria Phœbus,
Mille malis rueret ſævis obnoxius orbis:
Namque intemperiem oſtendit modo marcidus aër,
Sæpeque mutatus, præſens occaſio morbi eſt.
O genus humanum, quantos te audacia fecit
Iapeti proles, ſpecies perferre malorum,
Cum nova ſupplicia, & pœnas immiſit acerbas
Iuppiter omnipotens ſubductum infenſus ob ignem
Curribus ætheriis, perfectaque corpora limo?
Quiſque deos, & fata vocat crudelia: culpæ
Nemo ſuæ juſtum capit imo in corde dolorem.
At placanda foret divum inclementia ture,
Et precibus: ſic mortales, ſic vivere dignum eſt.
Dixerat, & preſſis tacuit formoſa labellis.
Tum me luminibus tacitis intenta perrerat,
Vt reſponſa petens. Trepidanti ego pectore tandem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Verba coacta dedi: Fateor me, candida Nais,
Promeritum quæcumque fero: nec turpis egeſtas,
Infandumve ſcelus ſervi mea pectora vexat.
At me quis miſerum magna cognoſcit in Vrbe,
Aut quis ad æquoreas flentem ſolatur arenas?
Cumque ſinum irroro lacrumis, verba irrita ventis
Trado, nec quiſquam eſt, gemitus qui ſentiat imos.
Colludunt vitreo auricomæ ſub gurgite Nymphæ,
Aſſiduoque novos Glaucus meditatur amores,
Alma latet Doris, latet & Panopeia virgo,
Quas Siren blando mulcet ſub gurgite cantu
Nec me Carphatiis vates in fluctibus audit
Cærulus, & variis aſſuetus ludere formis,
Ac ſeſe in rerum miracula vertere cuncta,
Sed nec equos bipedes tangunt tam parva furentes,
Quæ ſiccis oculis turpes in gurgite Phocas
Depaſci humanos pavitantes dentibus artus,
Cernunt Scylla vorax, aut navifragum Scylacæum,
Cum rapiunt fractas ſinuoſa ſub æquora puppes,
Numina nil noſtros miſerantur torva labores.
Ergo preces ſcopulis, monſtriſque natantibus ultro
Fundimus. heu nimium ſurdent immania ſaxa.
At vos, aſſuetæ noſtras audire querelas,
O Nymphæ, ad ſacros latices quæ dulcia rura
Incolitis, gelidumque nemus, placidoſque receſſus,
Cur me numinibus disjungunt æquora veſtris?
Cur non virgineas patiuntur cernere Muſas?
Pœnarum exhauſtum ſatis eſt. heu parcite, fata,
Tuque graves, ô diva, meos miſerere labores.
Illa autem roſeo rurſus ſic ore locuta eſt:
Ipſa tibi expediam caſus, ſi ſcire cupido eſt.
Auxiliumque feram certum modo rebus egenis.
Non te divini, diviſque parentibus orti,
Aldi fama latet, totum diffuſa per orbem?
Hunc Aſiæ gentes norunt, & Cantaber atrox,
Decolor atque Indus, vel qui colit incola terras
Extremas penitus, ſive auro inſignis Orion,
Sive hyades pluviæ, ſeu ſeptem adverſa Trioni
Sidera clara caput ſemper ſublime coronant.
Huic (pharetra tantum inſignis) crinitus Apollo
Se Tritoniaca confeſſus arundine victum,
Atque lyra cedit, nec ſe negat eſſe ſecundum,
Formoſæ natus Majæ: neque docta Minerva
Dedignata parem eſt: tantum nitet aurea virtus.
Hunc pete. namque regens filo veſtigia cæca
Diriget ille tuos optato in tramite greſſus:
Inde viam pandet. ſequere hunc quacumque jubentem
Sic te Diva monet ſævum quæ Gorgona geſtat.
Quæ plerumque tuis præſens erit optima votis.
Namque hic contemptis tandem dominatur Athenis:
Nec te tam longe disjungunt æquora Muſis,
Immo hac indigenæ veniunt ad litora Muſæ,
Necnon & Drymo, Lygeaque, Cymodoceque,
Nymphaque Iunonis pulcherrima Deiopeja,
Quæque illas ſuperant, atque Oceanitides ambas.
Hæc eadem Hadriacæ fulgent ad litora Nymphæ,

…a Palladias Veneri conjungere curas.
…etiam, ſpretis Cnidoque, Paphoque, Cytheraque,
…rea collucens Venetas Venus incolit arces.
…erea ſummo coram te Principe ducet,
…m tibi Diva dedit comitem, ſacrumque Senatum
…picies, divoſque omnes longo ordine Patres.
…ita Tantalides Regum cingente corona
…olica ſolio enituit ſublimis ab alto,
…ue orbis dominos inter, patreſque Latinos,
…guſtus Cæſar, qualem fulgere videbis
…ndævum, atque annis, & majeſtate verendum,
…mios inter proceres, gentemque togatam,
…rem Vrbis Venetæ. divumque ut Iuppiter ipſe
…ilio in magno tectum omnipatentis Olympi
…cutit, ac terras humiles, Erebumque ſonantem,
…parens cælo, ac terris, Ereboque tremendus:
…que etiam fulgent reliqui ſplendore perenni:
…Patri ætherio modo Principis æmula virtus,
…nideumque, deis prædatur ſidera & altum
…ligione polum, hinc terras ditione, opibuſque,
…bello quatit, ac ſævum pietate Acheronta.
…nec nocturnis Dictynna invecta quadrigis
…m Phœbo alterno luſtrabit lumine terras,
…lchraque per tacitum labentur ſidera mundum,
…bunt res Venetæ, & præclaræ gloria gentis,
…Eternum poſitis tutiſſima fundamentis.
…xerat, & levibus vix æquora tingere plantis
…ſa, petit binis propius de cornibus unum,
Quo pater Eridanus violentibus influit undis
In mare purpureum, & vitreo caput abdidit amne.

Manet autem me φιλαυτία, cujus maximam eſſe vim ſentio, ut Oden etiam, quam ad me ſcripſiſti, hoc loco inſeram. Ea autem hæc eſt:

Intermiſſa diu Chelys,
Nec Lydiis cecini carmina tibiis,
Nec molles cithara modos,
Carmen perpetuo flebile perſonans.
Sed nunc mente feror nova,
Per ſacrumque trahit Melpomene nemus
Lauro tempora Delphico
Cinctum Pierius me rapit, & chorus
Phœbo, qua tumidus ſequor,
Te clarum recinens, Alde, in Apollinis
Arte, & conſpicuum, tuæ
Laudes lætitiam, dulceque gaudium,
Solamenque dabunt mihi,
Et mentem eripient triſtibus e malis,
Syren carminibus truces
Seu mulcet pelagi præcipitis minas
Cantu, vel fide Lesbia,
Dum lenit virides Nereidum choros,
Et Thetis cupide ſonos
Dulces ſub vitreo gurgite concipit.
Sic laudes quoties tuos
Pulſis experior corde moleſtiis,
Non ſuſpiria ab intimo
Ducam corde dolens, ut ſoleo, mimis,
Sed Phœbus facilis meæ
Erranti injiciens frena licentiæ
Permittet pede candido
Errare, & gelidos viſere liberum
Nympharum latices ſinet.
Tunc ipſe ex adytis rite Heliconiis
Metrum grandius eloquar,
Candoremque canam ſemper amabilem.

Mentem] Quam ſe accepiſſe a diis immortalibus, dicit Catil. III.

Mihi eripuiſſes] Abſunt a vetere meo. *Mihi*, deeſt in uno.

Civis eram] Sic unus. *Ero*, duo. *Fui*, adde in uno. *Eram*, abeſt a quattuordecim.

Exteris nationibus] Plut. & ipſe in orat. poſt red. in ſen. *Eas autem civitates, quæ ipſum ſoverant, ſenatus ornavit laudibus.*

Vt civis optimi, *Vt*, add. in uno cum prius non eſſet.

Commendabat] Hoc & in oratione pro Sextio.

Natura, ac loco] *Ac*, non eſt in duobus. *An*, ſeptem. *Et*, duo.

Non animo] *An animo*, unus.

Cædem in foro feciſti] Hæc omnia manifeſte in Clodium conjiciuntur.

Templa tenuiſti] Caſtoris, & Pollucis. in Piſonem.

Ædes ſacras incendiſti] Templum Nympharum. pro Sextio, & pro domo.

Hoſtis Spartacus] Vide Plutarch. in Craſſo.

Potes autem eſſe tu civis] *Poteſt autem eſſe civis*, unus. *Potes autem eſſe civis*, quattuor. *Putas autem te civem eſſe*, quattuor.

Me exſulem, tuo nomine] *Exſulem*, abeſt ab undecim in quorum duobus add. *Tuo nomine*: quod in te potius, quam in me, convenit. quod infra probatur argumentis.

Nec quid loquare] *Nec etiam quid loq.* unus, addito ſup. *Etiam.* Vel *quid loquare*, octo. *Quid loquare*, unus. *Quidve loquaris*, duo.

Solum non mutarunt] Id eſt, verterunt.

Ante ſenatum tua ſica deprehenſa eſt] collocavit enim cum ſica Clodius ſervum ſuum in veſtibulo Curiæ, qui Cn. Pompejum occideret. vide Pedianum in orationem pro Milone.

Ædes Nympharum manu tua deflagravit] Sic quinque. *Deflagrarunt*, octo. *Deflagraverunt*, duo. *Deflagraſti*, tres.

Templa deorum occup.] *Deorum*, recte abeſt ab octo in quorum uno add.

In foro etiam] *Etiam*, abeſt a quattuordecim. in quorum uno add.

Familiariſſimus tuus] Sic ſexdecim mei. unus, *familiariſſimus civis de te.* unus, *familiariſſimus nimium civis de te.* Addunt alii, Cornificius: hiſtoria parum diligenter inſpecta. nam de Clodii inceſtu mentionem quidem fecit in ſenatu Cornificius, rogationem tamen, id eſt privilegium in Clodium, ipſius familiariſſimus tulit M. Piſo conſul. Totam hanc rem Cicero patefacit ep. XI. lib. I. ad Att. his verbis: *Credo te audiſſe, cum apud Cæſarem pro populo fieret, veniſſe eo muliebri veſtitu virum, idque ſacrificium cum virgines inſtauraſſent, mentionem a Q. Cornificio in ſenatu factam. is fuit princeps: ne tu forte aliquem noſtrum putes.* Et infra: *In hac cauſſa Piſo, amicitia P. Clodii ductus, operam dat, ut ea rogatio, quam ipſe fert, & fert ex S.C. & de religione, antiquetur.* Quod autem *Cornificius*, eſſe in pleriſque veteribus libris iidem dicant, incidiſſe conſtat eos in libros parum emendatos, nam noſtri quidem Cornificii nomen non habent.

Privilegium tulit] Sic omnes mei.

In opertum] Sic omnes mei.

Bonæ deæ] Græcis Γυναικεῖα, Phryges, Midæ regis matrem fuiſſe dicunt. Romani nympham Δρυάδα, Fauni conjugem. Græci, aliquam ex Liberi matribus, τὴν ἄρρητον, quam nominare nefas ſit.

Feciſſe] De quo Plut. in Cæſ. & Cicerone, & Cicero ipſe de haruſp. reſp. & in Piſonem, & ad Att. lib. I. ep. 7. & ſeq.

In operto] Bonæ deæ: quod proxime dixit. Sic unus meus. *In ponto*, quidam legunt, *in portu*, reliqui omnes mei.

Non igitur] *Num igitur*, quattuor mei. in quorum uno pater is erat, *dum.*

Si ibi eum legibus eſſe non oportebit] *Sit* decem. *Si ibi cum legibus eſſe non oportebit*, duo. *Si eum legibus non oportebit eſſe*, unus. *Si cum ibi legibus eſſe non oportebit*, tres. *Si eum ſibi legibus eſſe non oportebit*, unus. *Si id eum legibus eſſe non oportebit*, unus. Alias, *apparebit.*

PARADOXON V.

Ita in argumentationis formam redige, quæ a Cicerone, in hujus Paradoxi confirmatione dicuntur. Quicumque animi libidinibus non obtemperat, liber eſt, qui vero paret, ſervus. Sapiens autem animi libidinibus non obtemperat, & ſtultus paret. Ergo ſapiens liber eſt, ſtultus vero ſervus. Et hoc eſt, quod Homerus (quem

cæcus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

*t ad hanc rem in Civitate Dei Auguſtinus) ait, ſervos dimidiam habere ani-
m, quia animum minus liberum habent. Idem quoque primo Politicon Ariſt.
Barbaris dicit, eos natura ſervos appellans. Non ſervitutem modo, ſed tyranni-
i Plato appellat, cum mens, iræ, aut cupiditati inſervit, juſtum imperium,
ratio, & mens animi perturbationibus imperat.*

CAPUT I.

Ic imperator] Contra L. Lucullum, qui de Mithridate, & Ti- triumphavit.

mine] Sic omnes mei. Alias, *co-ne.*

o modo? aut avi] *Quo modo au- aut avi*, ſeptem.

ferent prius libidines] Sic tres recte. *m*, tredecim. *Primo*, unus. Abeſt o.

cundiam teneat] *Finiat*, unus. *at*, unus. *Contemnat*, unus. *Tem-*, eſſe in quibuſdam lib. notatum .

reeat avaritiam] Sic omnes mei. *at*, in quib. lib. eſſe notatum video.

eras] *Et ceteras*, decem. in quo- uno add.

probiſſimis dominis, Dedecori, ac udini] De Senectute, Libidinem eam, agreſtem dominum dixit.

n modo imperator] *Non modo non* duo. Male.

n modo imperator] Pro, *non modo mperator* ſic Græci, Οὐχ ὅπως, ὅτι, Μὴ ὅτι γε, Μὴ ὅτι δὴ, Μὴ Μήτι δὴ, Μήτι γε, Μήτι γε δή.

d liber habendus omnino non erit] omn. lib. hab. *non erit*, quatuor- m. *Sed liber omnino non erit*, unus. *iber habendus modo non erit*, unus.

ræclare enim eſt] Sic omnes mei. *m*, pro *enim* alias.

uorum auctoritate] *Quorum ego* . omnes. in quorum uno add. in g.

rudentiſſimos] Sic omnes mei. A- , *doctiſſimos.*

go ſtimulem me] Sic omnes mei. *ſimulem*, novem.

uid eſt enim libertas? poteſtas &c.] *d eſt enim libertas niſi poteſtas*, ſe- m.

t velis] Vt velle debeas, ut ratio ſcribit.

t vult] Non ut libido, ſuadet, ſed, ut ratio dictitat. nam *voluntas*, ait Tuſc. 4. eſt *quæ, quid cum ratione deſiderat*, βούλησις.

Niſi profecto] *Profecto*, abeſt a quindecim.

Qui legibus quidem non propter metum] Sic undecim. tres, *qui nec legibus quidem propter metum*. unus, *qui legibus non propter metum*. *Metum*, magiſtratuum, & ſuppliciorum.

Atque colit] *Eas & colit*, unus. *Et* ſuperaddito. *Et colit*, novem. *Ac colit*, unus.

Quia id ſalutare maxime] *Id quod ſalutare maxime*, octo. *Quod id ſalutare maxime*, tres. *Id quod eſt max. ſal.* unus.

Niſi libenter] Non muneribus corruptus, non gratia victus, aut odio. Hecuba apud Eurip.

φεῦ φεῦ,
οὐκ ἔστι θνητῶν, ὅς τις ἔστ' ἐλεύθερος.
ἢ χρημάτων γὰρ δοῦλός ἐστιν, ἢ τύχης·
ἢ πλῆθος αὐτὸν πόλεως, ἢ νόμων γραφαὶ
εἴργουσι χρῆσθαι μὴ κατὰ γνώμην τρόποις.

Apud eum] Sic omnes mei. Langius ord. præp.

Sicut Sapiens poeta dixit. Suis ea cuique fingitur moribus] Pulcherrima ſententia, quam & Nepos in Attici vita ſic expreſſit: *ſui cuique mores fortunam, fingunt.* Quod fortaſſe a Plauto ſumptum, qui in Trin. ait:

Sapiens ipſe fingit fortunam ſibi.

Hæc ideo dixi, ne quis de mutatione cogitaret, ob varietatem veterum librorum. Qui, ſi multos habeas, nullus eſt tam emendatus, tamque apertus locus, in quo non diſſentiant. Cum delectu igitur obſervandi. Mei, octo, *ſuis quiſque fungitur moribus.* duo, *ſuis ea quique fungitur moribus.* duo, *ſuis enim quiſque fungitur moribus.* unus, *ſuis quiſque ea forte fungitur moribus.* unus, *ſuis ea cuique fungitur moribus*: & deletum, *jacuitque*, & add. *quiſque.* unus, *ſuis ea cuique fungitur*

gitur moribus. unus, *quis cuique fruitur moribus.* unus, *ſuis enim quiſque utitur moribus.* unus, *ſuis quiſque fingitur moribus.*

Soli igitur hoc contingit ſap.] *Hoc*, abeſt a duobus.

Illud tamen brevi conficiendum eſt] *Illud tamen brevi confitendum eſt*, novem. quorum quinque, *breve. Illud tamen, & breve confitendum eſt*, octo. quorum quattuor add. *Et*, ante *conf.* In uno deſunt omnia.

Igitur omnes improbi ſervi: nec hoc tamen re eſt, quam &c.] Sic quattuor. octo, *ſervi igitur omnes improbi: nec hoc tam re eſt*, q. duo, *ſervi ergo omnes improbi. hoc non tam re eſt*, q. unus, *omnes improbi ſervi, ne tam re eſt*, q. unus, *ſervi igitur omnes improbi, nec tam hoc in re eſt*, q. unus, *omnes improbi ſervi vom. hoc tam eſt re*, q. unus. *quis igitur omnes improbos ſervire, nec hoc tam re, eſt*, qui legendum putat: *Igitur omnes improbi ſervi ſervine? hoc non tam re eſt*, q. vel: *ſervi: ſervire hoc tam re eſt*, q. d. *miſerabile.*

Dictu] *Dictum*, tres. *Dicto*, alias.

Mirabile] Sic omnes mei.

Dicunt] Stoici.

Servos] Servitus? duplex. corporis, & animi.

Mancipia] Cic. Fam. lib. VII. ep. 30.

Nexu] Sic ſexdecim mei. duo, *Ære.*

Si ſervitus ſit, ſicut eſt, obœdientia] Sic octo. *ſuorum* unus, *eſt*, pro *ſit*. *Si ſervitus eſt obœd.* unus. *Si ſervitus ſit eſt, ut obœd.* tres. *Si ſervitus eis ſit, ſicut eſt obœd.* unus. add. ſup. *ſit*, & *eſt*. *Si ſervitus ſit, eſt obœd.* unus. *Si ſervitus ſit qua. obœd.* unus. *Si ſervitus eſt ſint ebœd.* unus. *Si ſervitus eſt ut obœd.* unus. *Si ſervitus ſit ab obœd.* unus.

Arbitrio Carentis ſuo] Qui non recta ſequitur, nec officio gaudet.

Leves] Quorum appetitus impetrat menti.

Cupidos] Non tantum pecuniæ, ſed aliarum quoque rerum.

Improbos] Virtutis expertes, vitiis quibuſcumque præditos, φαύλȣς.

CAPVT II.

C*Vi mulier imperat*] Vxorius, vos: Græci, γυναικοκρατέμϑρ©.

Nihil audet] *Nihil negare audet?* octo. *Nihil recuſare audet?* decem.

Poſcit] Sic decemſeptem. recte unus. *Si poſcit, ſic voc.* male. *Ejicit: minatur:* ſic omnes mei. Vide Ter. Eun. act. 1. ſc. 1.

Quid igitur faciam? non eam? ne nunc
quidem,
Cum arceſſor ultro? an potius ita me
comparem,
Non perpeti meretricum contumelias?
Excluſit, revocat. redeam? non, ſi
me obſecret.

Atque, ut in magna familia &c.] Hunc locum egregie reſtituit excellenti vir ingenio, Obertus Gifanius: & in eo ſibi opem tuliſſe veterem librum teſtatur: cujus ego fidei non minus, quam judicio, doctrinæque tribuo. Nam certe pro gloſſemata ab imperitis inculcata totam ſententiam perturbabant. Ex meis, pro *magna*, unus habet *maxime*: unus nihil habet: poſt *familia*, decemſeptem add. *Stultorum:* unus, *ſervorum. Alii ſunt*, ſexdecim. Octo, *ſed tamen ſunt ſerviatrienſes actu pari ſtultitiæ ſuæ*, q. duo, *ſed t. ſerviatrienſes ſunt, ac copiarum ſtultitia ſuæ*, q. unus, *ſed t. ſervi a. ſunt, atque pari ſtultitiæ ſuæ*, q. unus, *ſed t. ſervi a. actu pari ſtultitiæ ſuæ illic*, q. unus, *ſed nec t. ſervi a. ſunt, atque pari ſtultiæ ſuæ*, q. unus, *ſed t. ſervi a. ſunt actu ſtultitiæ pari ſuæ*, q. unus, *ſed t. ſervi a. ac actu ſui ſtultitiæ ſuæ*, q. unus, *ſed t. ſervi a. occupari ſtultitiæ ſuæ*, q. unus, *ſed t. ſervi a. ac pari actu copiarum ſtultitiæ ſuæ*, q. unus, *ſed t. ſervi ſunt, & ſi atrienſes, actu pari ſtultitiæ ſuæ*, q.

At ſumus, inquiunt, civitatis principes, vos vero] Sic ſeptem. *Ex ſummis, inquiunt, principibus civitatis nati ſumus*, &c. ſex. quorum quattuor *at*, pro *&*: & non habeantur, *nati*. *Ex ſummis, inq. civitatibus principes ſumus*, duo. *E ſummis, inq. principibus civitatis ſumus*, duo. *E ſummis, inq. principum civitatis ſumus*, unus.

Vos vero ne ſervorum quidem veſtrorum pr.] Sic duo. *Conſervorum*, decem.

Nec,

Ne quattuor. *Nec*, & *eorum*, pro ...*rum*, unus. *Nec conſervorum prin-* ... unus.

...*gunt*] *Tergent*, tres.

...*diderunt*] Sic ſex. *Dederunt*, quat- ... *Dedere*, unus. *Crediderunt*, duo. ...*rint*, unus. *Dedicarunt*, unus. ...*deú*, unus. *Dediderunt*, (Dii ſup. ... unus. *Deterunt*, unus. *Declinet*, ...

...*ſius civitatis*] *Ipſius ſervitutis*, tres. ...ſſe non male.

...*nent*] *Obtinent*, duo. *Tenent pæne* ...*um*, duo. *Pæne tenent infimum.*

...*agna, inquis*] *Sed magna, inq.* ... contra omnes mei. *Inquit*, duo. ...*id*, unus.

...*re igitur animum laude dignum*] De ... lib. I.

...s etenim, juvenes, animum geritis *... muliebrem,* *...a virago viri.*

...*tiæonis tabula*] *Echionis*, legerem. ...quo Plinius lib. XXXV. cap. 7. & 10. ...ero quoque in Bruto eum tum A- ...o conjungit. male enim apud eum ...batur, *Ætionis*. Ex meis, quat- ..., *actionis*: ſeptem, *actoris*: unus, ...*onis*: unus, *ethionis*: duo, *acth'ois*: ...s, *actioïs*: unus, *acto nis*, & ...*onis* add. in margine: unus, *achio-* ... prius, ſed add. *actoris*.

...*olycleti*] Duo *Polycleti*. Plin. lib. ...IV. cap. 4.

...*blectamenta puerorum*] Puppæ, Sa- ...co.

...*Matellionem Corinthium*] Varro de ...g. Lat. lib. I. *Matellio, a matula* ...*tus: & dictus, poſteaquam longius a* ...*ra matula diſceſſit.*

...*Corinthum*] Vide Vellejum lib. II.

...*Præter ipſos*] Præter eorum animos, ...tonico more.

...*Barbatulos*] In labro inferiori. Plin. ... IX. cap. 17. & Feſtus.

...*Mullulos*] Ad Att. lib. 2. ep. I. *Mul-* ..., omnes. Venete, Barboni. Ro- ...ne, Triglia.

...*Exceptantem*] Sic quindecim: *Eſca-* ...*ntem*, unus. *Expectantem*, unus. ...*ceptantem*, unus. Alii, *captan-* ...*m.*

...*Hereditatis ſpes*] Sic omnes mei. A- ...as, *quid her. ſpes.*

Ad voluntatem] Sic novem. *Ad vo-luptatem*, ſex. *Ad voluptates*, duo. *Ad voluntates*, unus.

Nunciatum ſit] *Denunciatum*, omnes mei: in quorum uno add.

Aſſidet, miratur] *Aſſidet, numerat*, octo. *Aſidet, numeratur*, quattuor. *Eſidet, numeratur*, unus. *Muãtur, aſſidet*, duo. *Aſſidet, mũat*, unus. *Nuãt, aſſidet*, unus. *Aſſidet, narrat*, unus.

Quid denique non ſervi inertis] Tres, *quid den. niſi ſervi inertis?* duodecim, *quid den. ſervi non inertis?* duo, *quid den. ſervi non meritis?*

CAPUT III.

QVid jam illa] *Illa*, abeſt a quinque.

Liberior] *Liberalior*, quattuor. *Liberatior*, duo. male *liberorum*, unus.

Cethego] Non eſt is, qui cum Catilina conjuravit: ſed is, de quo Plutarchus in Lucullo.

Servire res coegit eos] Verbum, *res*, tollendum. ſubintell. enim, *cupiditas honorum*. ſic & quindecim mei.

Venire domum] *Domum*, add. in uno, cum prius non eſſet.

Quid? cum cupiditatum] Sic unus. *Quid? cum cupiditatis*, octo. *Quid? cum cupiditas*, ſeptem. *Quid? cum cupiditates*, unus. *Quid dicam, cum cupiditas*, unus.

Quam eſt illa miſera] Sic quindecim. in quorum uno deeſt, *illa*. *Quam eſt illa miſeria*, unus. *Q3 eſt iſta miſeria*, unus. *Q3 eſt illa miſeria*, unus.

Iudex vero] Sic omnes. Lambinus legit, *index*.

Oratio] Qua ſuaſit legem Serviliam, egitque ſenatus cauſſam, contra judicum, & accuſatorum factionem. vide in libro de claris orat. & lib. III. de claris orat. ubi eadem Craſſi verba recitantur.

Eripite] Craſſo hoc tribuitur, lib. I. de Oratore.

Quæ eſt iſta ſervitus tam claro homini, tamque nobili? &c.] Thucydides: καὶ οὐ περὶ ἐλευθερίας ἅμα οὔτε οὗτοι τῶν Ἑλλήνων, ἔθ' οἱ Ἕλληνες τῆς ἑαυτῶν τῷ Μήδῳ ἀντέστησαν. πρόσθε οἱ μὲν σφίσιν, ἀλλὰ μὴ ἐκείνῳ καταδουλώσεως, οἱ δ' ἐπὶ διαφό-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

δεσπότου, μεταβολῆ, οὐκ ἀξιωετωτέρου κακοζωετώτερος δέ.

Omnis animi debil.] Duo, & alias, *omnis enim animi debil.*

Debilitati] *Debilitas*, omnes mei. *Debilitata* alii.

Mutare] Sic omnes mei. *Mutitare*, Langius: citatque Agellium lib.2.c.24.

Quibus & poſſumus] *Et*, abeſt a ſex. *Quibus & poſſumus, & debemus*: octo, *quibus & debemus, & poſſumus*. Hoc totum ſic legit quidam: *Nolite ſinere nos cuiquam ſervire*. In libertatem vindicari vult? Minime: quin enim adjungit? *Niſi vobis univerſis, quibus & poſſumus, & debemus*. dominum mutare, non liber eſſe, vult.

Quandoquidem potes] *Quoniam quidem potes*, decemſeptem. *Q2 quidem potes*, unus.

PARADOXON VI.

Nota, Ciceronem ad erotema illud, a quo diſputationem orditur, Soluſne tu dives? tamquam per aliud erotema reſpondit: Quid, ſi ne tu dives quidem? ubi multi ſunt, qui Ciceronis mentem non aſſequuntur, inter quos Humæus ille Lovanienſis aberravit. Putant enim eum fateri ſtultos divites eſſe, Sed non ſolos eos. cujus rei contrarium patet. nam Cicero ne divites quidem eos ullo modo eſſe vult. Statum hujus quaſtionis ita ille probat, quaſi ducto a Divitis definitione argumento: Solus is; cui tanta poſſeſſio eſt, ut ad liberaliter vivendum contentus ſit, qui nihil quærat, nihil appetat, nihil optet amplius, eſt dives. Solus ſapiens eſt hujuſmodi. Ergo ſolus ſapiens eſt dives. Propoſitio patet. nam oportet animum eſſe, qui ſe divitem exiſtimet. De ſtultitia pulchre dixit Euripides, quod ſtultorum animos rapiat, & futuris inhiare ſemper efficiat, numquam præſentibus contentos.

CAPVT I.

CONTRA] M. Craſſum, omnium Romanorum, excepto Sulla, ditiſſimum. Plin. lib. XXXIII. cap. 10.

Dives? pro, dii imm.] Sic omnes mei. Alias, *dives? quid, pro, dii imm.*

In eo] Divitis Definitio.

Nihil optet amplius] Horatius:

Quod ſatis eſt, cui contigerit, nil amplius optet.

Qui ſi ſibi nihil deeſſe putat, nihil curat amplius, ſatiatus eſt] Sic duo. quinque, *qui nihil ſibi deeſſe putet, nihil curet a., ſ. e.* Duo, *& qui nihil ſ. d. putat, n. amplius curat, ſ. e.* Vnus, *qui nihil ſibi deeſſe putat, nihil curet amplius, ſatiatus eſt*. Tres, *nihil ſibi deeſſe putat, & nihil curat amplius, ſatiatus, eſt*. Vnus, *qui nihil ſibi deeſſe putet, nihil curet amplius, ſaturatus eſt*. Duo, *nihil ſibi deeſſe putet, nihil curet amplius, ſatiatus eſt*. Vnus, *nihil ſibi deeſſe putet, nihil curet amplius, ſatiatus eſt*. Vnus, *qui nihil ſibi dicere putet, nihil curet amplius, ſenatus nihil eſt*.

Contentus etiam pecunia] Sic decem. *Etiam*, abeſt a quattuor. *Etiam contentus pecunia*, unus. Duo, *contentus eſt pecunia*. Vnus, *contentus in pecunia*: & ſup. *contemptus*. Alias, *contentus etiam ſine pecunia*.

Quæſitum turpem putas] *Turpe*, unus. *Turpem quaſtum put.* unus.

Iſti ordini] Senatorio, quo ex ordine Craſſus erat. *Iſto ordine*, quattuor.

Fraudas, decipis] Sic omnes mei. Alias, *fraudas, concutis, decipis*.

Aut ne expectas quidem] *Aut ne expectis*, Langius: id eſt actu quodam extorquet.

Ipſe ſupponis] *Ipſa*, tredecim.

Videbo] *Video*, quattuor. Alias, *videro*. *Inanem videbo*: Lucanus:

Semper inops, quicumque cupit.

Satis eſt] Sic ſexdecim. duo, *ſat eſt*.

Etiam majore] *Etiam*, abeſt a ſeptem. in quorum uno add. *Majore etiam*, novem. *Majori etiam*, unus.

Quinquaginta ſint filiæ] Quæ omnes, præter Hypermneſtram, viros ſuos occiderunt. Servius in Virgo.

Quantum enim cuique ſatis eſt] *Opus eſt*, decemſeptem. *Sat eſt*, unus.

Cupiditates habet, quæ brevi tempore] *Cupiditates habet, quæ quidem brevi temp.* duo.

Neminem eſſe divitem] *Eſſe*, abeſt ab uno.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

o. Alias, *neminem hominum eſſe divi-*
ſ.

Exercitum] Legionem, ait Plin. . XXXIII. cap. 10. ſed Plutarchus ercitum nominat.

Ex tantis vectigalibus] *Ex*, abeſt a cem meis.

Reficiatur] *Refici dicitur id*, quod pitur: & *reficere* eſt *reſtituere.* Exemis intelligitur. Lib. III. in Verr. *Donus, ignarus incommodi ſui, gaudeat, licoque delectetur, quod tanto ſibi plus rcedis ex fundo refectum ſit.* Et ibim: *Ager reficit cum octavo.* ſic enim endum. Et Varro lib. I. de re ruſt. ixit etiam Celſus Iuriſc. in Pandes, lib. XIIX. *Quantum ex bonis ejus ici poteſt.*

Ex eo tueri] *Ex*, abeſt a decem.

Sex Legiones] Sic omnes mei. Dixi, . I. Off. IV. legiones, non VI, fuiſexercitum P. R. & ita puto legenm. Fluxit error e ſimilitudine, quæ inter IV. & VI.

Iam fateris igitur non eſſe te divitem] c quattuordecim. Duo, *jam f. i. te e non divitem.* Vnus, *jam f. i. non e divitem.* Vnus, *jam f. ergo non eſſe vitem.*

CAPVT II.

O*Peris dandis*] Mercedis cauſſa, inſerviendo aliis. Sic omnes mei. lias *locandis.* i. operariis.

Publicis ſumendis] *Publicis tributis umendis*, quattuor. *Publicis dandis, umendis* eſſe in quodam vetere, alii ribunt. *Publicis ſumendis: condundis* vectigalibus, quod publicanoum erat.

Intelligimus opus eſſe quæſito] Eos on contentos eſſe re ſua familiari, on habere ſatis.

Accuſatorum] Quos Craſſus ſuborabat, ad homines locupletes crimiandos.

Iudicum] Quos Craſſus corrumpeat, ut ſontes abſolverent.

Conſociatos] Sic omnes mei. Aliis, *onſuetos. Iudicum.* Sic omnes mei. *ndicum*, alii.

Auctore] *Actore*, unus.

Interciſſas pecuniarum] Libri veteres, *nterciſas*, aut, *interciſſas.* Pater ante multos annos reponendum putavit, *interceſſiones.* Quam docti viri probarunt, & ſibi illam, tamquam ſuam, vindicarunt, aliique tamquam illorum agnoverunt. Vſitatum eſt Ciceroni, verbum, *intercedendi*, ad pecuniam accommodare, tum ſcilicet, cum ſpondemus nos aliquid pro aliquo ſoluturos eſſe. Phil. II. Orabat *Curio, ut te contra ſuum patrem, ſi HS ſexagies peteret, defenderem: tantum enim ſe pro te interceſſiſſe dicebat.* Et ad Att. lib. I. ep. 14. *Acceſſivit ad ſe, promiſit, interceſſit, dedit.* Et lib. VI. ep. I. *Adſribit etiam, & quaſi calcar admovet, interceſſiſſe ſe pro iis magnam pecuniam.* Quæ partim ad hanc diem obſervata non ſunt, partim intellecta perperam. Cum putaverit neſcio quis, *intercedere*, in his quidem locis, eſſe, pro, Rogando impetrare.

Ad fenerandas] Sic duo. *Ad defenerandas*, ſeptem. *Ad differendas*, duo. *Ad deſerandas*, deletum, & add. *Ad defendendas*, unus. *Ad devenerandas*, unus. *Ad deferendas*, tres. *Ad defferendas*, duo. *Ad diferendas*, unus.

Municipiorum] Quattuor mei, *mancipiorum.* Sunt, qui legant, *municipium.*

Meſſem] Non ſegetum, ſed civium Romanorum.

Recordetur] Sic omnes mei, *recordatur*, legunt alii.

Subjecta] Falſa pro veris ſuppoſita.

Delectum, decretum] Sic decem. Et, addunt tres. Tres, *deletum.* unus, *dilectum.* unus, *Delictum.* Pater, *decretum, edictum.*

Alienam, ſuam ſent.] Sic omnes mei. unus, *alienam ſent.* Alias, *alienam, ſuamque ſent.* *Alienam:* Craſſi gratiam, auctoritate, largitione corruptis judicibus, & ſenatoribus.

Forum, domum] Domi, & publicæ pecuniæ cauſſa omnia facta eſſe a Craſſo.

Quis hunc non putet] *Hunc*, abeſt a duobus. in quorum uno add.

Sibi quæſito opus eſſe] *Sibi*, abeſt a duobus.

Numquam omnino futurus eris dives] Qui cupit, dives non eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

De te loquar] Sic tres. recte. reliqui, *de re loquar.*

Cenſenda] Sic decemſeptem. unus, *penſanda.* Alias, *recenſenda.*

Liberalitatem] *Libertatem*, quinque.

Qui ejus hered.] *Cujus hered.* unus. *Ejus*, abeſt a duobus.

Q. Maximo fratri] Cum & ipſe a Paullo genitus eſſet, ſed adoptionis jure a Q. Fabio Maximo traditus.

Quod plurimi ſit] Sic omnes mei. *Fit*, ſunt, qui legant.

Ditiſſimus] Sic omnes mei, alii, *divitiſſimus.*

Divitiæ poſitæ ſint] Sic duo. *Poſitæ*, abeſt a ſexdecim.

CAPUT III.

P*Arcimonia*] Cicero IV. de Rep. apud Non. Portitor. *Optimum, & in privatis familiis, & in rep. vectigal duo eſſe parcimoniam.*

Venio enim ad ſumpt.] Sic duo. *Venio enim jam ad ſumpt.* quindecim. *Venio jam ad ſumpt.* unus.

Sexcena] *Sexcenta*, decemſeptem. *Sexcentas*, unus.

In villis] Abſunt ab uno.

Sola] *Palatia*, duo. *Solaria*, duo. *Solia*, tres. *Solo marmore pavimenta facienti, & ſignum, tab.* unus.

Et ſigna] *Et*, abeſt ab uno.

Tabulas] *Et tabulas*, tres. *Et ſignatas tabulas*, unus.

Non modo ad ſumptum ille eſt fructus, ſed etiam ad fenus, exiguus] Ne cui poſthac de hujus loci ſententia dubitare neceſſe ſit, mentem Ciceronis aperiam. Ille, inquit, fructus, qui capitur ex prædiis, id eſt ſexcenta aurea HS, tantum abeſt, ut ſumptui ſufficiat, qui fit in auratis tectis, ceteriſque rebus magni pretii, ut etiam, ſi fenore augeatur, exiguus ſit: id eſt, ſumptui tanto non ſufficiet. Approbat hanc lectionem meam antiquus liber.

Ex meo tenui vect.] Sic omnes mei. Alias, *ex meo autem tenui vect.*

Ditior] Sic omnes mei. Alias, *divitior.*

Superat] Pro, *ſupereſt*, ut alibi.

Cujus poſſeſſio] *Cui quo poſſeſſio eſt maj.* unus. *Qui, quo poſſ. eſt maj.* unus.

Patrum noſtrorum memoria] *Memoria patrum*, unus.

Luſcinos] C. Fabricium Luſcinum ſignificat, quem ter in his Paradoxis jam nominavit.

Labicano] Sic novem recte. *Larecupo*, unus. *Locopio*, unus. *Lancupo*, unus. *Larcapo*, duo. *Laropo*, unus. *Larcopo*, unus. *Labicano*, duo.

Ditiores] Sic omnes. *Ditiores ſumus, qui*, decem.

Vtinam quidem eſſemus] *Eſſemus*, abeſt a quindecim.

Pecuniæ eſt] *Pecunia eſt*, decemſeptem.

Non eſſe emacera] Mala emptio ſemper exprobrat ſtultitiam, Plinius.

Prata, & areas quaſdam magni æſtimant] *Cato non affligi tempeſtatibus prata, ut alias ruris partes dicebat*, ut ait Columella. quanti æſtimarentur prata, indicat lib. III. cap. 3. cum ait: *Omnes iſtos, qui fenum ſuum, & olera amplexantur, incremento patrimonii facile ſuperabant.* Varro, ex perſona Scrofæ, lib. I. cap. 7. diſſentit a Catone, qui pratis non primum locum, nec ſecundum, ſed quinctum inter prædia ruſtica tribuerat: *Scio*, inquit, *ſcribere illum, ſed de hoc non conſentiunt omnes quod alii dant primatum bonis pratis, ut ego quoque: a quo antiqui Prata Parata appellarunt.* Et cum Varrone ſentit Cicero, in eo loco, ep. 3. lib. I. ad Att. *Quod ſi aſſequor, ſupero Craſſum divitiis, atque omnium vicos, & prata contemno.* Areæ vero inter urbana prædia magni æſtimabantur, propter anguſtias ſoli. propterea dixit Cicero, *areas quaſdam*, id eſt urbanas, & in urbis nobilioribus locis: ne quis de areis omnibus acciperet. Tredecim faciunt cum impreſſa lectione: *Quattuor* add. *Pretii* poſt *magni.* unus, *& areas, & quadam magno reſt.* Eſt, qui legat *quiddam magni.*

Quaſi] Pro, *fere.* Vt in Acad. *Sol mihi quaſi pedalis videtur.* Et ibidem: *Illa exponunt duo, quæ quaſi contineant omnem hanc quæſtionem.* In Oratore: *Eſt enim quaſi in extrema pagina.* Ter.

Heaut.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

eaut. *Quaſi talenta ad quindecim coë-*. Sall. Iugurtha: *Præſidio quaſi duum llium peditum.* Suet. Caligula: *Ho- quaſi ſeptima.*

Poteſt] *Poſſit*, ſex.

Eſt æſtimanda virtus] Sic ſex. *Æſti- anda virtus eſt*, tres. *Æſtimanda eſt rtus*, duo. *Æſtimanda virtus*, duo. *etii æſtimanda eſt virtus*, duo.

Poteſt umquam] *Vmquam*, abeſt ab nnibus meis. *Nec naufr.* quinque. *ec incend.* quinque.

Nec temp.] *Nec vi temp.* quattuor. *ec intemp.* (male) duo.

Temporum permutatione] *Perturba- tione*, decemſeptem. *Turbatione*, unus.

Et fructuoſas] *Et*, abeſt a duobus. *Ei*, alias.

Satis eſſe putant] *Eſſe*, abeſt ab uno. *Satiſque*, alias.

Nulla re egent] *Indigent*, tres.

Atque in caſu poſitas poſſeſſiones habent] *Et caſui ſuppoſitas poſſeſſiones habent*, unus.

Ac pauperes] Sic ſeptem. *Atque*, unus. *Etiam*, tres. *Et*, quattuor. *Aut*, unus. Deeſt in uno. Deletur in uno, *Pauperes:* improbi pauperes.

Exiſtimandi] Sic novem. *Æſtimandi*, novem.

PRÆ-

PRÆSTANTISSIMO VIRO, BARTHOLOMÆO CAPRÆ.

OPportune cecidit, ut, quo ego tempore de te cogitabam, tuique dulcem memoriam recolebam, Lælius Gavardus, amicorum optimus, eximia virtute præditus, tuuſne, an meus? noſter, dicam: me convenerit. Bone Deus, quam jucundos ſermones habuimus! quam ſuaves ii nobis dies evenerunt! Vt neſcio quomodo participes eſſe videremur divinæ illius fruitionis: quum tuam virtutem majus quiddam eſſe, quam quod mente comprehendi poſſit, ingenue fateremur. Fit igitur a me libenter, ut, cum nulla re alia poſſim meum apud te animum teſtatum relinquere, minimo hoc meo ſcripto, ſi volumen, maximo, ſi rem ipſam, & animum meum perpendas, præſtem. Et ſane, quo ego teſtimonio poſſum, & tuam eximiam & ſingularem præſtantiam, & meam in te obſervantiam proferre? quæ, orta a tuis virtutibus, multis poſtea in Patrem meum meque ipſum collatis beneficiis, eo pervenit, ut facilius animo, quam verbis, exprimi poſſit. Ne te igitur, tuamque naturam offendam, pauca hæc dixiſſe, ſat habeo, in quibus tamen cum multum ſit atque adeo plurimum, multaque, atque adeo plurima dicenda ſuperſint, potius cenſui mihi eſſe faciundum, ut de te pauca dicerem, quam ut, materiem viribus meis imparem nactus, ſuccumberem. alii, majore ingenii vi, fateor, animi ardore non dicam, ſua ſcripta laudibus illuſtrabunt tuis. Vale. Venetiis, III. Kal. Quinct. D. Petro ſacro, CIↃ IↃ XXCI. quo ego die, & qua hora in Illyricum publico nomine proficiſcens, extremam huic operi manum imponens, nominis tui jucundiſſima memoria oblectabar.

M. TVL-

M. TVLLII CICERONIS
SOMNIVM SCIPIONIS,

Ex lib. VI. *de Rep.*

CAPVT I.

IN *Africam*] *Ad Africam*, unus.

Maniomanilio conſuli] Manilio conſuli, in Africa, tribunum mil. fuiſſe Scipionem, Appianus in Libico ſtendit.

Vt ſcitis, tribunus militum] Duo, *ribunus*, ut fatis. unus, *Tribunus mi-um, ut ſcitis.*

Ad quem ut veni] Ab ipſo Maſſi-iſſa accerſitus. Valerius Max. lib. v.

Summe Sol, vobiſque, reliqui, cali-s] Vnus, *reliquique cælites. Reliquis*, nus. *Cæleſtes*, alias; fortaſſe fragmen-m ex vetere poëta.

Diſcedit] *Diſceſſit*, duo.

Viri] Cum quo militaverat bello unico ſecundo.

Feſſum de via] Sic locutus Acad. I. *eſſum* abeſt ab uno.

Artior] Vnus, *Acrior.*

Fit enim fere] Sæpe, pro *fere*, u-us.

Scribit Ennius] Mihi viſus Homerus deſſe poëta, Ennius dixit, Cicero ixit in Lucullo.

Qua mihi] *Quæ*, tres mei.

Ex imagine ejus] Majorum enim magines domi habere, eaſque in funere præferre, veteres Romani ſile-bant.

Vt agnovi] Tres mei, *ubi agnovi.*

CAPVT II.

P*Arere*] Tributum pendere.

Pæne miles] Nam in militia primus eſt honoris gradus tribunatus mil.

Legatus] Ad Ptolomæum Phyſconem. Iuſtinus lib. XXXIIX.

Abſens] Non petens. Valerius enim lib. IIX. cap. 10. præſentem eum dicit: & Lælius apud Cic. de Amic. Scipionem numquam petiiſſe confirmat.

Capitolium] *In Capitolium*, Langius.

Remp.] *Rem*, unus.

Perturbatam conſiliis] Ord. præp. duo.

Nepotis mei] Ti. Gracchi, tribuni pl. Cornelia nati, Africani majoris filia.

Atque tuum nomen] *Atque in tuum nomen*, duo.

Te ſocii] Sic duo. recte. unus, *te omnes boni ſocii.*

Si impias propinquorum manus effugeris] Non effugit. mortuus enim in cubiculo inventus eſt, cum pridie optime valuiſſet, creditum eſt ab uxore Sempronia, Gracchorum ſorore, veneno necatum.

Pax ſit rebus] Sic duo. *Sit*, non eſt in uno.

CAPVT III.

A*C definitum locum*] *Ac*, non eſt in duobus. *Deſtinatum*, Fulvii liber.

Concilia, cœtuſque hominum] Civitatis definitio.

Revertentur] *Revertuntur*, tres.

Et pater Paulus] *Et Paulus pater*, duo. *Vt Paullus pater*, unus.

Arbitraremur] *Arbitrabamur*, unus. *Arbitramur*, unus.

Ex corporum vinc.] *E*, tres. *Vinculis:* Plato in Phædone ſcribit, animum cum corpore colligatum, & nexum.

Veſtra vero, &c.] Sumptum ex Gorgia Platonis.

Adſpicias ad te venientem] *Adſpicias venientem ad te*, unus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Amplexus] *Complexus*, duo.
Oſculans] *Oſculatus*, duo.
Quando hæc eſt vita] *Quando*, tres.
Inquit ille] Paulus, non Africanus.
Cujus hoc templum eſt omne, quod] Sic duo. unus, *cujus eſt templum omne, quod.*
In hoc templo] Vniverſo mundo.
Quæ dicitur terra] *Quæ terra dicitur*, tres.
Circulos] *Circos*, unus.
Nobis] Sic duo. unus, *vobis.*
Nec injuſſu ejus, a quo ille eſt nobis datus, ex hominum vita migrandum eſt] Eadem ſententia apud Platonem in Phædone.
Avus hic tuus] Africanus.
Circulus elucens] *Circus*, duo.
Ex hoc loco] Abſunt a vetere Fulvii libro.
Omnium] Abeſt a Fulvii libro.
Eſſe] Abeſt a Fulvii libro.
Illa minima] *Ea*, in Non. Marcello.
Luce lucebat aliena] Lunam ſignificat, lucem a Sole mutuantem.
Terræ magnitudinem] Sic tres mei.
Iam vero ipſa terra] *Vero*, abeſt a duobus.

CAPVT IV.

COnnexa] Non diſplicet, *connexa*, ut eſt in quibuſdam ſcriptis libris.
Infixi ſunt] Abeſt ab uno. Inſunt fixi illi, qui volvuntur, ſtellarum curſus ſeptemtrioni.
Septem] Nam nonus terra non movetur.
Contrario motu, atque cælum] *Contra cælum*, Fulvii liber.
Proſperus] Ita legendum ex duobus meis, & Priſc. lib. VI. non, *proſper*, ut antea.
Martem dicitis] *Martium*, unus.
Et temperatio] *Et moderatio*, unus.
Illuſtret, & compleat] Abſunt ab uno, *illuſtret, &c.*
Conſequuntur] *Sequuntur*, unus.
Et in eam feruntur omnia nutu ſuo pondera] Duo, *& in eam feruntur omnia ſuo nutu pondera*, unus, *& omnia feruntur in ea nutu ſuo pondera.*

CAPVT V.

QVis hic, inquam, quis eſt] Duo, *quid hic inquam quis eſt.* unus, *quid hic umquam quis eſt.*
Conjunctus] *Iunctus*, unus. *Intervallis conjunctus imparibus* : quia videntur intervalla disjungere potius, quam conjungere, venit in mendi ſuſpicionem neſcio quis, cui placuit : *disjunctus*, potius, quam, *conjunctus* : non recte. nam, ut ex pluribus vocibus, iiſque diverſis, concentus fit ſuaviſſimus : ſic ex intervallis imparibus conjungitur ſonus ille cæleſtis, quo ſibi aures compleri dicebat Scipio.
Pro rata portione] *Pro rata partium ratione*, unus. *Pro rata parte ratione*, duo.
Stelliferi cæli curſus] *Cæli ſtellifer curſus*, tres. vide Boëtium lib. I. de Muſica, cap. 27. placet, *ſtelliferi.* feruntur enim ſtellæ ſummo cælo, cujus complexu reliqui continentur orbes.
Duorum] Subaudi, *Mercurii, & Veneris.* quod cum gloſſema fuerit, irrepſit, ut a Cicerone dictum, in libros impreſſos. Cenſorinus in libro de die Natali.
Modus eſt] Ne diſſolvantur: alii, *modus : quo modo* unus meus. male.
Aperuere] *Aperuerunt*, duo.
Ad hunc locum] *In hunc locum*, tres.
Hoc ſonitu] Idem Ariſtoteles in libro de ſomniis.
Completæ] *Oppletæ*, unus.
Aures obſurduerunt] *Aures hominum obſurduerunt*, duo.
Catadupa] Plinius lib. V. cap. 9. Catadupi etiam gens Arabiæ: idem lib. VI. cap. 29.
Quæ illum locum accolit] *Quæ illum accolit locum*, duo. *Quæ illum locum incolit*, unus.

CAPVT VI.

ETiam nunc] Licet me audias, longe præſtantiora narrantem.
Ita videtur] *Ita*, abeſt ab uno.
Tu enim quam celebritatem ſermonis hominum, aut quam expetendam conſequi gloriam potes] Hoc dicit: Nullam neque celebritatem ſermonis hominum,

ꝛ1, neque gloriam, quæ ſit expe-
ꝛda, ſi terræ parvitatem, cælorum
ꝛgnitudinem ſpectes, conſequi po-
Cur locus hic aut mutari, aut ali-
ꝛntelligi debuerit, equidem non in-
ꝛgo.

onſequi gloriam] *Gloriam conſequi*,

*Vides habitari raris, & anguſtis in
locis*] Duo, *vides in terris habi-
raris, & anguſtis in locis*. unus, *vides
tare in terra raris, & anguſtis in locis*.

Manare poſſit] *Queat*, unus. *Ma-*, duo.

ranſverſos] Sic unus. *Adverſos*, duo.

Adverſos] Adverſis veſtigiis ſtantes
tra noſtra veſtigia, unde Antipo-
dicti. Acad. lib. II.

Nihil ad veſtrum genus] Non enim
vos ad illos, aut illi ad vos com-
ndi facultatem habent. verum hoc
Ciceronis ætate, non item.

aucaſum hunc] Quia propior cælo
batur, cum ſit mons altiſſimus,
m Ganges fluvius.

ranſnare] *Tranſnatare*, duo.

beuntis Solis] Sic tres. *Abeuntis*, alias.

Qui de nobis] *Vobis*, duo.

Noſtrum] *Veſtrum*, duo.

Nomen noſtrum] *Veſtrum*, tres.

CAPVT VII.

Opulariter] *Leg lariter*, unus. *Lo-
quelariter*, Langius. *Locularitér*,
rnebus.

ere vertens annus] Quaſi non vere
ens is ſit annus, qui appellatur
II. de Fin. & Cenſorinus.

*Quandoque eadem parte Sol, eo-
que tempore iterum defecerit*] Con-
, accipi *quandoque* non poſſe, pro
rdum. nam *quandoque*, pro *inter-*
uno verbo contentum eſſet. At
ndoque, pro *quandocumque*, duo re-
rit. itaque ſequitur: Expletum an-
m habeto. Nec tamen inſolens eſt
hac ſignificatione. Horatius Od.
IV. od. I.

——— *quandoque potentior*
Largis muneribus riſerit æmuli, &c.

Ibidem, Od. 2.

——— *quandoque trahet feroces*
Per ſacrum divum, merita decorus
Frende Sicambros.

Suetonius, in Iulio. *Tabula ænea in monumento inventa eſt, conſcripta litteris, verbiſque Græcis, hac ſententia. Quandoque oſſa Capys detecta eſſent, fore, ut Iulo prognatus manu conſanguineorum necaretur.* Livius, lib. I. ab V. C. *Quandoque pars major eorum, qui aderant, in eandem ſententiam ibat, bellum erat conſenſu fieri ſolitum*, &c. Et L. Soluto matrimonio, 2. ff. ſol. matrim. *Dotis actio, filiæ non erit adempta, quandoque ſui juris filia fuerit facta.* Et L. Si fundus, 13. de reb. cor. qui ſub tut. *Quandoque domino prædium cum fructibus vindicanti doli non inutiliter opponitur exceptio*, &c. Et L. In ſubſtitutione, 31. ff. de vulg. & pup. *Quæritur, quiſquis heres, quandoque fuerit, intelligatur?* Et L. Is cui ita, 18. ff. quando dies leg. vel fideic. ced. *Is, cui ita legatum eſt, quandoque liberos habuerit*, &c. Et L. Rogo, 29. ff. eod. Rogo, *quandoque heres meus Titio decem det, utique decem heres debebit.* Et L. Quod pupillæ, 30. ff. eod. *Quod pupillæ legatum eſt, quandoque nupſerit*, &c. Et L. Continuus, 137. §. item qui ff. de verb. obl. *Liberatur, qui ſe daturum ſpopondit, ſi quandoque tradit.* Quo in loco τὸ Si, abundare puto. Et L. Et per jusjurandum, 13. ff. de Acceptilat. *Quandoque ei creditum fuerit, tenetur.* In Inſtitutionibus item Iuſtiniani, lib. III. tit. 15. Quibus modis re contr. oblig. legendum, *& quandoque nobis non eadem res, ſed alia ejuſdem naturæ, & qualitatis redduntur: inde etiam Mutuum appellatum eſt.* Non, ut in vulgatis, *& quoniam* &c. In antiqua quoque Inſcriptione idem loquendi genus obſervavi, cujus exemplum ſequitur.

Brundiſii, extra Vrbem.

M. LOLLIVS. ARPHOCRAS
V. F. S. ET. PÆLINÆ. VXORI
V. ET. LIB. LIBERTAB. POSTQ.
EORVM. M. S. S. E. H. N. S.
NEQVE. VLLI. LIQVEBIT. LO-
CATIONIS. CAVSA. IN. ANNIS
CENTVM. QVANDOQ. TRANS-
VENDERE. QVOD. SIQVI. AD-
VERSVS. IT. FECERINT. EO-
RVM. BONA. PERTINERE. DE-
BEBVNT. AD. REMPVBLICAM.
BRV. N. DISINORVM,

Ne-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Neque ſolum, *quandoque*, pro, *quandocunque*, ſed & *ubique*, pro, *ubicunque*, ſcriptum apud veteres obſervavi. L. In Lege fundi, 77. ff. de contr. empt. *In lege fundi vendundi lapidicinæ in eo fundo, ubique eſſent, exceptæ erant.* Et L. Quod niſi fiat, 20. ff. de oper. libert. *Non eſſe injungendam neceſſitatem liberto, ubique eum ſequi. Iterum defecerit:* quod futurum eſt, ut ait Macrobius, quindecim annorum millibus ab interitu Romuli.

Quando ab eadem parte Solis] Vnus. *Quando ab eadem parte Sol*, unus.

Ad idem principium] *Idem*, non eſt in tribus.

Alte ſpectare] Ord. præp. unus.

Ad hanc ſedem] *Ad*, non eſt in tribus.

Æternam domum] Domus æterna, alibi dicitur Monumentum.

DOMVM. ÆTERNAM
IVLIA. AGAPÆ. POSVIT
OBSEQVENTI. MARITO

Eſt & antiqua inſcriptio de Domo æterna, in Orthographia mea, in *Lacruma*, 3. in Inſula Tiberina. & in, *Paulus*, 10. Montiſplani; in agro Brix. ad D. Antonii. *Ditis æterna, domus* in *Letum*, 1. in ædibus Atilii Delphinii.

Neque ſermonibus vulgi dederis te] *Te*, abeſt ab uno: in quo, *dedideris.* duo, *neque te ſermonibus vulgi dederis.*

Suis te illecebris oportet] Duo, *ſuis te oportet illecebris.* unus, *ſuis tamen te oportet illecebris.*

CAPVT VIII.

O *Africane*] *O*, abeſt a tribus.

Quaſi limen] *Limes*, tres.

Patris] Paulli.

Tuis] *Tui*, duo.

Propoſito] *Expoſito*, tres.

Nec enim is es, &c.] Eadem ſententia eſt Platonis in Axiocho: Ἡμεῖς μὲν γὰρ ἐσμὲν ψυχὴ ζῶον ἀθάνατον, &c.

Demonſtrari] *Monſtrari*, duo.

Qui providet] Sic mei. Alias, *prævidet.*

Princeps ille] Ord. præp. unus.

Ipſum mundum] *Ipſe mundum*, unus. *Ipſum*, abeſt ab uno.

Quod ſemper movetur] Ex Phœdro Platonis. vide Cic. Tuſc. 1. Male Macrobius ex Phædone ſumpta hæc ſcribit.

Agitatur aliunde] *Agitat alicunde*, unus.

Quod ſeſe movet] *Quod ſeipſum movet*, unus.

Principio autem] *Principii*, unus.

Nulla ex re] *Nulla ex alia re naſci poteſt*, unus. *Nulla ex re alia fieri, naſcive poteſt*, unus. *Ex nulla alia re naſci poeeſt*, unus.

Nec] *Neque*, unus. *Nec enim id eſſet princ.* duo.

Hoc princip.] *Id*, pro, *hoc*, unus.

Aliud creabit] *Aliquid*, unus.

Omnia oriri] *Oriri omnia*, tres.

A ſe] *Ex ſe*, unus.

Omniſque natura conſiſtat] *Omniſque natura & conſiſtat*, unus. *Conſiſtat*, abeſt ab uno. *Omniſque natura:* Πᾶσαν τέχνην, Plato in Phœdro. *Vnde ſunt*, qui *terra*, pro, *natura*, reponant. Ego nihil muto. nec mutant veteres libri. mos hic enim Ciceronis eſt, ut Græcorum ſententias paullo liberius in ſua ſcripta transferat.

CAPVT IX.

Q*Va primo impulſu moveatur*] *Quæ movetur a primo impulſu moveantur*, unus. *Quæ a primo impulſu removeatur*, unus. *Quæ a principio impulſu moveatur*, unus.

Inanimatum] *Inanium*, unus: male. *In anima*, unus: male. *Inanimum*, legendum.

Anima eſt] *Eſt anima*, duo. *Eſt animal*, unus.

Animæ] *Animi*, alias.

Velocius] Sic in noſtris libris ante me natum legitur. ſicque tres mei.

A corpore abſtrahet] Diſce rationem aperiendi aditus ad cæleſtem vitam.

Ego ſomno ſtatim ſolutus ſum] *Statim*, abeſt a tribus.

FA-

AVONII EVLOGII

RHETORIS KARTHAGINENSIS

IN CICER.

SOMNIVM SCIPIONIS

DISPVTATIO

AD V. C.

SVPERIVM

COS. PROVINCIÆ BIZACENÆ.

Typis nunc primum edita.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

NOBILISSIMO VIRO
GASP. TAIO
TOPARCHO
IN GOICQ,
AND. SCHOTTVS
ANTVERPIANVS
DE SOCIETATE IESV

Salut. in Dom.

DVo ſunt M. Tullii loci inſignes, ut Te omnium minime fugit, eruditiſſ. ac nobiliſſ. Tai, doctis etiam hominibus perobſcuri: puta *De Iocis*, qui eſt lib. II. de Oratore ad Q. Fratrem: alter vero e libro de Rep. VI. in *P. Scipionis Somnio*, aureolo ſane fragmento; unde velut ex ungue liceat æſtimare quantam amiſſis de Rep. libris ſit facta jactura. *Ioca*, quod acute dictis conſtent, unde cujuſque fere ingenium eluceſcat, ſitque narratio rei geſtæ dicteriique occaſio neceſſario inveſtiganda. Somnium vero, quod mea quidem ſententia multorum ſuperat vigilias, cæleſtem ſphæram prope continet univerſam, ac veluti orbis terræ (ut Romam terrarum eam Polemon Sophiſta apud Athenæum ac Galenum nominat) ἐπιτομήν. In ioca ac dicteria doctiſſimus Turnebus operam præclare navavit: in Somnium autem poſt Macrobium, qui Platonice philoſophatur, ac poſt Cenſorini de die Natali libellum; noſtra parentumque memoria multi vigilando lucubrarunt: in his Vives, & Olivarius, Valentini: Parrientus Granatenſis, Ramus Gallus, ac Ger. Voſſius Belga: nemo tamen, meo judicio, accuratius Elia Vineto, Santone. Mathematicis enim imbutus diſciplinis erat, ut & de Logiſtica ſcripſerit, & in Euclidis quædam; ac demum Auſonium Gallum illuſtrarit. Ciceronis autem verba apponam: *Sed ejus temporis ancipitem video quaſi fatorum viam. Nam cum ætas tua ſeptenos octies ſolis amfractus, reditusſque converterit, duoque hi numeri (quorum uterque plenus, alter altera de cauſſa habetur) circuitu naturali ſummam tibi fatalem confecerint, in te unum atque tuum nomen ſe tota convertet civitas:* hoc eſt, cum *ſex & quinquaginta annos* attigeris. Octies enim ſeptena, vel ſepties octo, ſex & quinquaginta annos reddunt: qui & ipſe κλιμακτηρικὸς eſt annus. Septenario enim numero moveri arterias, morborumque pericula naſci ac diſcrimina, Medicorum filii exiſtimant: ut ſymphoniam Muſici διὰ πασῶν obſervant. Illi etiam κρισίμους appellant dies, quos C. Plinius *Decretorios* reddit, quibus quid ægroto futurum ſit, decernant. Summum vero in ſenibus κλιμακτηρικὸν, tertium & ſexageſimum ætatis annum, maximeque periculoſum, numerant; quo Cicero noſter, ac Demoſthenes, aliique exſtincti: quod cum ſeptenario novenarius, impar uterque, concurrant: quem annum cum Auguſtus exceſſiſſet, περὶ κλιμακτῆρος

ſeniorum ſibi ut gratularetur Cajus nepos, imperat, apud Agellium lib. xv. Noct. Attic. cap. 7. Verum de his alii pluribus: nos hoc agamus. Copioſius quidem de his numeris P. Scipioni præfinitis argutatur *Favonius Eulogius Rhetor Carthaginienſis*, quem nunc primum eruimus, in lucemque revocamus e vetuſto codice Gemblacenſis antiquiſſimæ bibliothecæ, Benedictinorum in Belgio ſodalium: quo in cœnobio & Sigebertus hiſtoricus claruit. Vtinam aliud alibi deliteſcens exemplar ex abditis bibliothecis lucem tandem aſpiciat. Tale etiam fragmentum *Vulcatii*, ſive alterius, in M. Tul. orat. pro Sex. Roſcio Amerino (nam in orationes Cicer. Vulcatium olim ſcripſiſſe ex S. Hieron. conſtat) vidiſſe ſe Pet. Pithæus, homo de ſtudiis ſi quis alius optime meritus, Notis ad Legum Moſaicarum & Romanarum collationem Tit. VIII. affirmat. His addidimus coronidis vicem *Latini Latinii* de Numeris ac cyclis diſputationem Roma ad me muneri miſſam a Scip. Cobellutio, Iuriſconſulto egregio, noſtrique amantiſſimo.

Philoſophi vero nimium quantum his numeris tribuerunt: Pythagorici per τετρακτὺν jurandi formulam adhibebant, ſive quattuor rerum elementa innuerent (quæ ῥιζώματα Empedocles nominarit, veluti φύσεως *ſeminaria*:) ſive ut alii volunt, βυθὸν, σιγὴν, νοῦν, καὶ ἀλήθειαν.

> Ναὶ μὰ τὸν ἁμετέρα ψυχᾶ παραδόντα τετρακτὺν,
> Παγὰν ἀενάου φύσεως. ———

Plato quoque divinus animæ naturam numeris oſtendere conatus, his eas offundit tenebras, nihil ut Platonicis numeris obſcurius Proverbio jactetur; quem his libris Cicero potiſſimum eſt imitatus. *Perfectum* autem numerum dixit ac *plenum*, ad vim reſpiciens, non Logiſtarum more; qui perfectum appellant numerum, cujus partes congregatæ totum adæquant: qualis ſenarius eſt. *Septenarius* autem totam hominis vitam regit, ætateſque digerit; ut e M. Terentii Varronis togatorum doctiſſimi Hebdomadum libris idem Agellius docet, lib. III. cap. 10. *Octonarius* vero corpus conſolidat: cubus enim eſt. Quo fit, ut alter numerus patris, matris alter vicem obeat. Platoni autem in Timæo octonarius plenus eſt, quia numerum abſolvit orbium cæleſtium, qui octo moventur. Septenarium autem, quia dierum Lunæ origo eſt. Fit enim Lunæ ambitus diebus octo & viginti. Verba Philoſophi apponam: ἔστι δ᾽ ὅμως οὐδὲν ἧττον κατανοῆσαι, δυνατὸν, ὡς ὅγε τέλεος ἀριθμὸς, χρόνου τὸν τέλεον ἐνιαυτὸν πληροῖ τότε, ὅταν ἁπασῶν τῶν ὀκτὼ περιόδων τὰ πρὸς ἄλληλα ξυμπερανθέντα, τάχη σχῇ κεφαλήν. *Attamen illud perſpici & intelligi poteſt, abſoluto perfectoque numero temporis, abſolutum perfectumque annum tunc compleri denique, cum ſe octo ambitus confectis ſuis curſibus ad idem caput retulerunt.* De ſeptenario ſic: μεὶς μὲν ἐπειδὰν σελήνη περιελθοῦσα τὸν ἑαυτῆς κύκλον. Noſtra quoque memoria *Circulum quadrari* poſſe numeris Ioan. Buteo edito in Gallia ſcripto aſſeruit: cum tamen Ariſtoteles in Categoria Πρός τι, & in Phyſica ἀκροάσει, ſciri quidem poſſe, non tamen ſciri affirmarit. Idemque Philoſophus Pythagoræ illam opinionem, quam & Cicero hic attigit, de cæleſtium orbium ſonitu atque harmonia, ita lib. I. de Cælo oppugnat, ut tantum non irrideat. Oratoris noſtri verba ſubjicio: *Hoc ſonitu completæ aures hominum obſurduerunt. nec eſt ullus hebetior ſenſus in vobis: ſicut ubi Nilus ad illa, quæ Catadupa nominantur, præcipitat ex altiſſimis montibus, ea gens quæ illum locum accolit, propter magnitudinem ſonitus, ſenſu audiendi caret. Hic vero tantus eſt totius mundi incitatiſſima converſione ſonitus, ut eum aures hominum capere non poſſint: ſicut intueri Solem nequitis adverſum, ejuſque radiis acies veſtra, ſenſuſque vincitur.* Supra autem non longe: *Illi autem octo curſus, in quibus eadem vis eſt duorum modorum, ſeptem efficiunt diſtinctos intervallis ſonos: qui numerus rerum omnium fere nodus eſt.* Hic enim *modus eſt* editum video, locumque gloſſemate fœdatum, vocum duarum *Mercurii & Veneris*, quas intruſas ex ora arbitror. Theodorus enim Gaza Græce interpretando diſcrepat. Vertit enim: ἐκεῖνοι γε μὴν οἱ ὀκτὼ δρόμοι, ὧν δυεῖν αὐτοῖς

περί-

εόσεσι δύναμις, ἑπτὰ διωρισμένους τοῖς διαστήμασιν ἤχους ἀποτελοῦσι, ὅστις
ιτ' ἀριθμὸς σύνδεσμος ἀντικρὺς τῶν ὄντων ἐστίν. *Nodum* legiſſe animadver-
, non *modum*. σύνδεσμον enim reddidit, caretque gloſſemate. ἀλλὰ ταῦ-
ι μὲν δὴ ταύτῃ. Venio ad *Eulogium*, de cujus hic prænomine *Favonii* (quod
ibi legere non memini) venit in mentem dubitare an e *Fabii* vel *Flaviani*
t corruptum ; vel denique *Flavii :* ut *Flavius Vegetius* ejus prope æqualis
ilitarium ſcriptor dictus eſt: Mutare tamen religio ſit, quod & in Africa,
ſequiore illo ævo Romana prænomina, gentiumque ac familiarum nomi-
a non ad amuſſim ſervarentur, quin identidem in alia verterent. Hæc vero
ualiacunque, nobiliſſime Tai, ut tua conſideratione non indigna, libens
ffero de numerorum myſteriis, de quibus multa & Philo Iudæus diſſeruit,
: in Photiana noſtra Bibliotheca Nicomachus Geraſinus, aliique pertracta-
nt. Tuum erit, qua es humanitate, meum in Te amoris pignus in bonam
cipere partem, & æqui boni facere. Vale.

FAVONII EVLOGII ORATORIS ALMÆ KARTAGINIS DISPVTATIO DE SOMNIO SCIPIONIS SCRIPTA SVPERIO V. C. COS. PROVINCIÆ BIZACENÆ.

IMitatione Platonis Cicero de Republica ſcribens, locum etiam de Regis Pamphili reditu in vitam, qui, ut ait, rogo impoſitus revixiſſet, multaque de inferis ſecreta narraſſet, non fabuloſa, ut ille, aſſimilatione commentus eſt, ſed ſolertis ſomnii rationabili quadam imaginatione compoſuit, videlicet ſcite ſignificans, hæc quæ de animæ immortalitate dicerentur, cæloque, ſomniantium philoſophorum eſſe commenta, nec fabulas incredibiles, quas Epicurei derident, ſed prudentium conjecturas. Inſinuat Scipionem illum, qui Kartagine ſubjugata cognomen familiæ peperit Africanum, huic Scipioni Pauli filio futuras a propinquis inſidias & fatalis metæ denuntiare curriculum, quod neceſſitate numerorum in vitæ perfectæ tempora coartetur; ponitque illum ætatis ſuæ quinquageſimo ac ſexto anno, duobus in ſe coëuntibus numeris, abſolutam cælo animam, unde acceperat, redditurum: quod & immortalis eſſet animi mentiſque ſubſtantia, & bene meritis de Rep. patriæque cuſtodibus Lactei circuli lucida ac candens habitatio deberetur. Has igitur rationes, quibus ſupra poſiti viri vita perficitur, Arithmeticis approbationibus explanantes, prudentiæ tuæ, *Superi* Vir Clariſſime atque ſublimis, non ut novas ignotaſque narramus, ſed in recordationem qua poſſumus commemoratione reducimus. Quæ ſi doctis auribus tuis placere pervidero, ad alia quoque audacius, quæ jubere dignaris, operam ſtylumque convertam.

Ac primum illud exiſtimo prælibandum, quod Italicæ ſapientiæ conditor Pythagoras numeris cenſet conſtare naturam, mundumque omnem ratis & competentibus intervallis ad Muſicam cæli conſona modulatione decurrere, aliumque alii rei numerum convenire, ut concordiæ publicæ nuptialem, ut * edentis partibus [* fort. *edendis partubus*] cubicum, alioſque cæleſtibus, alios terrenis. Quid ſit hoc, totum pro captu meo curabo diſtinguere.

Numerus igitur res æterna, intelligibilis, incorrupta, cuncta quæ ſunt vi ſua complectitur; totumque ſub numerum venit, quicquid aut ſenſibus aut animi cogitatione comprehenditur. Nam & corpora figuram ex numeris trahunt, & figuræ lineis pari ratione formantur: ipſæque artes præcepta ſua non ſine numeri admixtione pronuntiant: & cum Rhetorica ſtatus Cauſarum quatuor, Philoſophia totidem aſſerit eſſe Virtutes; & cum dicimus trigona lineis tribus, quatuor quadrata deſcribi, utique vides hoc ad numeros oportere converti.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

é. Sed numerus eſt quantitas congregabilis, a duobus initium ſumens, &
nariam metam creſcendi acceſſione perveniens. Nam monadem non nu-
um, ſed ſemen & ſubſtantiam numerorum eſſe, manifeſtum; & ex illa
a poſita definitione perficitur. Nec enim unum ac ſingulare quoddam con-
bilis quantitas intelligitur: nec par aut impar haberi poteſt, quæ ſunt ge-
numerorum. Ergo initium monas; numerus dyas & trias, cæterique ita
qui vocabuntur: breviterque dicemus, quid monas, quid dyas, quid ſe-
ntes numeri valeant in natura.

onas ſingularitas inſecabilis, indiviſa, ſola, non ex partibus conſtans:
i ſit aliud unum, aliud unum ſolum. Vnum dicimus mundum, ſed non
m ſolum: quia conſit ex partibus. unum populum ex pluribus civibus.
citum ex multis militibus unum: nullumque corpus, unum ſolumque
us. unum ſolum recte dicetur, quod in partes ſui diviſione diſcedat. At-
unum animum non minutis & coëuntibus portionibus in ſui habitum
compoſitum, ſed naturali ſimplicitate ſubſiſtentem, non unum, ſed ſo-
quoque nominamus. Quamvis circa corpora diviſibilem Plato teſtatur,
ere tamen unum eundemque cognoſcit. Quicquid enim numeroſa progreſ-
e non perit, ſingulare natura eſt. Vnus igitur Deus, etſi ſint ejus innu-
æ diviſæque virtutes, ſexu per fabulas nominibuſque diſcretæ. Ac non ſic
ndus unus; cujus aut duæ ſunt partes, Mens & Materia; aut vero quatuor
menta, momentis potentiaque diſtantia. Illud igitur numerus; hoc, quod
merabile eſt, recte dicetur. Ille complectitur univerſa, ut in eo divina
m numerentur. Hoc autem accidit numero, ac ſubjacet numerabile. Eſt-
numerus, ut Xenocrates cenſuit, animus ac Deus. Non enim aliud eſt
m quod ei ſubeſt: ſed illud ipſum quod eſt unum ac ſingulare tantummo-
, quod ante omnia in omnibus, & poſt omnia. Quantam enim velis col-
s quantitatem, ducetur ab uno, texetur ab uno, deſinetque in unum. ac
euntibus aliis quæ id recipere poſſunt, immutabile perſeverat.

Dyas vero, ut Theologi aſſerunt, ſecundus eſt motus. Primus enim motus
monade ſtabilis & conſiſtens, in dyadem velut foras egreditur: primumque
nubium Poëtæ fabuloſe dixerunt ſororis & conjugis, quod videlicet unius
eris numero coëunte copuletur. & Iunonem vocant, uni ſcilicet Iovi ac-
ſio [fort. *acceſſione* vel *acceſſu*] alterius inhærentem. Ab hoc numero mun-
s apparuit mente ac materia (quæ Græce dicitur ὕλη) conſtructus. Ab hoc
titia naturalis virtus librata partium æqualitate diluxit. Namque diviſus hic
nc numerus, quia prior dividi poteſt, æquali ſectione diſcedit; nec tamen
huc totus eſt, quia initium finemque demonſtrat, medio nullo cenſetur.
citurque femineus, quia junctus alteri pari, parem creat ex ſeſe. quod in eo
i ſequitur, non poteſt inveniri. Bis enim bini fit quadratus. Bis terni non
cit imparem, ſicut ille ſuperior, quod ex paribus par, ex imparibus impar
ſe non poterit. Trias, primus eſt totus quod habet, & dimidius, eſtque,
dicitur, Maſculinus, quod adjunctus alteri impari, creare non valeat id
uod ipſe ſit.

Mundus ab hoc numero nomen accepit. Namque ex duobus factus in ter-
ium quid genus evaluit. Non enim aut Mens tantum, aut ſola Materia, ſed
rumque eſt tertium quid illorum commiſtione compoſitum: Triaque tem-
ora pro ſui natura ſortitus eſt, præteritum, præſens, futurum, triade videlicet
perante. Fataliſque neceſſitas in eo numero eſt, Clotho, Lacheſis, Atropos.
Tria rerum genera, Maſculinum, Femininum, Neutrum. Tria vocum diſcri-
nina, acutum, grave, & inflexum. Tria genera litterarum, Vocales, Se-
nivocales, Mutæ. Tribus lineis figura prima componitur, quæ trigonon no-
ninatur. Tria corporum intervalla monſtrant, longitudo, latitudo, altitu-
do, quibus omne ſolidum continetur.

Quatuor ſecunda generis alterius plenitudo, duo media pro ſui qualitate
complectitur: primuſque quadratus eſt numerus. Quadratum Arithmetici vo-

 cant:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

cant: qui ductus in ſe, in majorem cumulum ſurgit. Bis enim bini quartus; Ter terni nonus, ſecundus quadratus eſt numerus, deinceps ceteri in ſeſe ducti uſque ad decimi metam quadratos efficiunt numeros. Nam xx. per ſe cum efficiunt quadringentos, ad ſecundi verſus pertinent rationem. Verſus Arithmetici dicunt ordines numerorum, ut ab uno ad decem, a decem ad centum, a centum ad mille, & ſic alios verſus progreſſione majoris crementi coædificant. Idemque valet decimus ad viceſimum, quod unus ad duo. duplici enim ſubſtantia ſeparantur, ac ſi diverſa ſit ſumma; ratio tamen eadem perſeverat, ac ſic in denaria ſumma creſcendi finis, & initium ſecundi verſus eſt. Sed is in quaternario numero ſubtili diſputatione colligitur. Nam duo III. IIII. adjuncta monade in decadem procedunt. Ab hoc numero elementa, ab hoc tempora natura diſpoſuit, quæ per terna cæli ſigna Solis curriculis dimenſa variantur. Nam ver in tribus ſignis agitur, Ariete, Tauro, Geminis: Æſtas in Cancro, Leone, Virgine: Autumnus Libra, Scorpio, Sagittario: Hiems in Capricorno, Aquario, Piſcibuſque finiuntur. Videſque duobus primis ac plenis numeris mundani curſus tempora Solis moderatione convolvi.

Quinque autem cæli planetas ſub zodiaco poſuerunt, locis motibuſque diſſimiles.

In quinque partes circulum ſecuere, ut ſit primum medium punctum, quatuor abſides, quarum altitudo, & altitudo altitudinis, humilitas humilitatis in Lunari globo ratis erroribus obſervantur. quod ea videlicet ut una a cælo omne hoc intervallum, quod a terra ad cælum uſque protenditur, obire diverſis videtur anfractibus ne in umbram terræ, quæ dicitur eclipſis, ſemper incurrat: quam dum altior Aquilone, humilior Auſtro incurrat, videtur evadere; niſi quod aliquando pro mundanæ ſortis, & corporum, quibus aër præeſt neceſſitate, perpetitur, veluti ſui luminis mortem. Vides ergo quod numerus iſte, quem diximus, agat in cælo. Conſtat hic ex pleno & non pleno, tribus videlicet & duobus. nec dividitur ſicut omnis impar æqualiter. Senſus corporis noſtri ſub hoc numero [*contineri*] manifeſtum eſt. Hunc Romani in populi diviſione ſecuti ſunt, in quinque claſſes omnia civitatis membra claudentes.

Senarius vero, qui ſequitur numerus, potentem ac divinam naturæ ſuæ obtinet poteſtatem: ſiquidem τέλειος primus, id eſt perfectus etiam repetitur. *Perfectum* Arithmetici vocant, qui ſe impleт partibus ſuis. *Partem* calculatores dicunt, quibus major aliqua ſumma componitur: ut hic ex dimidia, tertia, ſexta, conjunctis ſenarium numerum complet. Nam III. II. & I. (quæ portio eſt ſexta) ſenariam expedit quantitatem. Quod in aliis ex primo verſu numeris non reperies. Nam ceteri pares numeri (aut enim ſe complent, aut etiam tranſeunt) hic ſolus eſt, qui ſuis partibus ſine ullo diſcrimine ſupputatus abſolvitur. Nam Quaternarius habet Dimidiam Duo: tertiam, propter monadem inſecabilem, non habet. Quartæ, accidens tertii numeri continet ſummam. Colligere ergo non poteſt quatuor, quod hic tertius ex imparibus conſtans ſolus emeruit. Nam octo, qui ex paribus quartus eſt, cum habeat dimidiam quatuor, tertia careat, quartam duo accipiat, quintam vero, ſextam, ſeptimamque non habeat, accedente octava, quæ ſupereſt, ſe complere non poterit; ut in his numeris cernas licet. IIII. II. I. ſeptem ſunt non octo, qui ſupra ſunt: ſe itaque complere non potuerunt. Decas, quintus par numerus, habet dimidiam V. tertiam non habet, quartam non habet, quintam recipit. II. ſexta, ſeptima, octava, nona parte privatus eſt, accedente decima, id eſt, facit octo, non decem. Duodecim rurſum attende, quamvis alterius verſus videatur habere reliquias, aut extra ſortem propoſitæ rationis ſit. Quia ut monas in primo verſu, ſic in ſecundo decas obtinet fundamentum. Ergo ſi duodecim partium velis ſupputatione conficere, tranſibit ſemetipſum, nec eadem, quæ ſupra dicta eſt ratione, quadrabit. Siquidem ſex dimidiam, IIII. tertiam quartam III. ſextam vero & ipſa duodecima: ſedecim faciunt.

Ita

ſibi coæquari non valent. In has enim ſolas partes duodecim ſeparamus. hæc de aliis inſtructionis gratia dixerimus: ne de ſeptimo aut octavo nuero diſputantes, obſcuritatem aliquam, nulla præſtructione poſita, ſubireis. Nec dicendum eſt, quæ ſit horum *plenitudo numerorum*, quibus per alutrum ductis VI conficiuntur anni. His enim Africani poſterioris vita conſa eſt. Septimus igitur numerus plenus eſt his de cauſis, quia & in initio o, & tres medio, & duo fine complexus eſt: tum quod primus ex duobus erſi generis plenus eſt, ex tribus imparibus ſcilicet, & quatuor paribus ctus ſit ipſe pleniſſimus: cujus totæ ſunt partes, multumque in rerum naa dominatur. Nam ſidera quæ obluctantur cælo, ſunt ſeptem, ſi ad v. platas Solem Lunamque jungamus, totidem circulis evolantia. Septem ſtellas do maximus Aquilonius in occiduo fulgore convertit. Septem ſpecies Luna ſcentis ac decreſcentis luminis varietate componit. Quarum prima eſt quæ a æcis ἀνατολὴ dicitur. 2. ἀμφίκυρτ@. 3. διχότομ@. 4. πανσέληνον. 5. item χότομ@. 6. ἀμφικύρτιτ@. 7. συνοδικὴ vocatur. cum interlunio redit ad lem. Septem animi motus Philoſophi Stoici poſuerunt: quatuor perturbaones; tres conſtantias; id eſt metum, dolorem, cupiditatem, lætitiam: ibus inſipientium animi velut tempeſtatibus agitantur. Sapientium vero otus non πάϑη, ſed conſtantiæ ſunt. Vt pro metu cautio ſit; pro cupiditate *luntas*, aut *ſtudium*, pro lætitia *gaudium*: quod diſtinctionis gratia ſeparaus. Quartus ex malis præſentibus ſapienti nullus eſt motus: quia nec in mom incidere ſapiens poteſt. Sunt ergo animi motus ſeptem. At vero corporum tidem. Primus eſt circularis, una linea comprehenſus. Sex reliqui, dexter, niſter; ſurſum, deorſum; ante, poſt. Sed ille mundi comes totius, hi pales [fort. *Partiles*] habentur. Diximus ſupra, quinque ſenſus eſſe corporeos. i ſeptem foraminibus emittuntur: duo ſunt viſionis, duo auditus, unus uſtatus, atque unus eſt odoratus, ſeptimus tactus, qui per totius corporis embra diffuſus eſt. Et quia cerebri puriſſimam partem animæ principatum xiſtimant obtinere, miniſtros eidem ſenſus, ſeptem veluti feneſtris emitti anifeſtum eſt, cum illos Minervæ tanquam in arce poſitæ ſubjecerunt. Cur umerus ſeptenarius Minervæ tribuitur, quæ ex Iovis capite ſine Matris utero rocreata memoratur? videlicet quod ad ſenarium ſapientem convenientemue ſuis partibus numerum, monas, quæ eſt caput numerorum, cum acceſerit, Septenarium creat, qui ab Arithmeticis Minerva dictus eſt. quod neque reatus eſt ex duobus ſui ſimilibus, neque procreare ipſe alios poteſt intra linitem primi verſus. Nam ſi reſpicias a principio, dyas & paritur ex ſinguis, & ex ſe quaternarium creat. Trias II. equidem paritur, quia bis ſimilibus umeris coëuntibus aggregatur, ſed generat ſex. Quinarius ipſe non paritur, ſed decimum ex duobus ſui ſimilibus parit. in quo, ut dictum eſt, creſcenium finis eſt numerorum. Quorum ratio ceteris in verſibus ſub majore ſumma reperitur. Sex paritur quidem, ſed ipſe non parit. Duodecim namque ſecundi verſus incipit habere reliquias. Octavus vero ex duobus quaternariis exoritur, in ſedecim duplicatus excedit: paritur ergo, non parit. Enneadem tres triplicati pariunt. Duode-viceſimus ſecundi verſus eſt numerus; qui a lege creandi diverſus eſt. Decas natus quidem ex bis quinis cognoſcitur, ſed xx. quos colligit duplicatus hic numerus, non poſſunt dictæ rationis habere conſortium. Septimus, qui ſolus nec creatus ex binis unius generis numeris, nec ipſe alium geminatus effundit. Vnde merito Minerva ſine matre virgo ſine procreatione perhibetur.

Hippocrates Cous, naturæ ſcrutator egregius, hunc numerum in libris, quos περὶ ἑβδομάδων appellat, ait creandis ineſſe corporibus. Nam ſemen fuſum & fomite matris exceptum, ſeptimo die in ſanguinem commutari, ſeptimo menſe perfici, ac plerumque naſci legitimam partus dinumerationem manſurum; [fort. *menſium*, potius, *ſeptimanarum*, pro *ſeptimeſtrium*, *ut inf.*] infantiumque dentes a ſeptimo menſe prorumpere, ſeptimo mutari an-

 no,

no, bis ſeptimo incipere pubertatem: ter ſepteno florem barbæ juvenilis abſolvi. quatuor autem annorum hebdomadibus evolutis, ſtaturæ creſcentis terminum fieri, nec ultra proceritatem poſſe procedere. XXX vero & V annis exemptis etiam ingenii progreſſionem fere deſiſtere quidam putavere Philoſophi; quod videlicet in quinque redigatur hebdomadas. Muſici vero ſeptem vocum diſcrimina duobus tetrachordis pro rata portione modulatis efficiunt. Vna chorda communi, quæ utriuſque concentum harmoniæ modificatione componat. Quod paulo uberius exequemur. Dialectici quoque concluſionis hypotheticæ modos in ſeptenarium numerum redegerunt; quibus amplius nihil acuta quivit diſciplina cognoſcere.

* De Octavo autem numero non multa dicam; ſed quæ huic loco ſufficiant iſta ſunt: Octo, primus cubus: Κύϐον Græci; nos Quadrantal dicimus. I. forma, quæ tria corporum intervalla contineat. Nam cum σημεῖον lineæ ſemen & ſignum ſine ullis partibus animo cogitabis, eadem cogitatione defluere videbis in lineam. Quæ quia duobus finibus terminetur linea longitudinis, ſub dualis numeri natura limitatur. Hæc in quaternarium duplicatione progreditur, & facit epiphaniam. I. ſuperficiem planipedem; quam Græci ἐπίπεδον nominarunt, quatuor lineis angulis deſcriptam. Quæ ſi æque dupli ratione grandeſcat, octavo numero quadrantal illud abſolvet, eritque, ut diximus, in duobus longitudo, in quatuor latitudo, in octo altitudo; quia nihil amplius in lineis corpora perfecta conquirunt, quæ a nobis ſolida, a Græcis στερεὰ σχήματα nominantur. Nam color, qui veluti novus accedit, a pleriſque non naturis corporum, ſed lucis jactibus impreſſionibuſque tribuitur. Vnde illud recte Virgil. Æn. VI. verſ. 272. *Et rebus nox abſtulit atra colorem.* quod utique dederat, abſtulit. Sed ne de primo cubo dicentes ad alium transeamus, & ſit mutilantis ſubtilitatis aſſertio: ut a numero pari, qui femineus habetur, tribus illis limitibus duplicatis natus eſt cubus, ita tribus per ſui naturam ter triplicatis, efficitur alius cubus generis imparis maſculinus. Namque tres lineam faciunt longitudinis; novem, lineam latitudinis; viginti vero & ſeptem, profunditatem illam ſoliditatis abſolvent. Quod hac deſcriptione ſic intuere:


Longitudo	II	III	Longitudo
Latitudo	IIII	VIIII	Latitudo
Altitudo	VIII	XXVII	Altitudo

Tum adverte quod ſumma deſcriptionis climata complectitur. Nempe ſeptem, & hoc ad potentiam numeri Septenarii referimus. Nam & Plato cum diviſionem primam ex cratere illo ſuo, quo animam temperabat, efficeret, & dupli ac tripli diſtantias propinquioribus pro rata parte numeris inferciret, eadem poſuit intervalla primigenia; in quibus dempto illo principe, qui communis omnibus lateribus invenitur, remanent ſumme ſex numeri, ut dictum eſt, potentis atque perfecti, per quem hos duos cubos ſibimet mixtos ſi multiplices, in ducentos & decem cumulus iſte tranſibit. Nam VIII. & XXVII. fiunt XXXV. Hoc ſexies ducito, facies ut ſupra propoſuimus, ducentos & decem. Qui dierum numerus ſeptem menſes abſolvit. Hac ratione partus ille ſeptimanus eſt plenus. Vide iterum cubos his numeris contineri. Octo binarii generis cubus eſt. XXVII. ſeptenarium continent in reliquis. Nam ſumma major quæ in viginti eſt, binorum laterum inſtar. reliquæ ſunt ejus in ſeptem, quem plenum in loci hujus expoſitione jamdiu demonſtravimus. Ad hunc numerum cubicum, ut Varroni placet, Lunaris curſus congruit revolutio, quæ in XXVII. diebus omne tanti ſyderis lumen exhaurit. Adde quod octavus hic nume-

* *Macrob. lib. I. Somnii cap. 5.*

erus dierum noctiumque crementa convertit. Nam cum octavam arietis
m Sol ingreditur, lucis, umbræque menſuram paribus momentis exæ-
: indeque ad Cancri octavam partem lux aucta producitur. Vnde alia rur-
qualitate regreditur, ad Libræ octavam partem, ut fiant Solis contractiora
icula. Noviſſime pigras ac breves horas a Capricorni humiliore meta re-
gens in ſolſtitium aliud, quod Brumale dicitur, tendit, ac ſic alterno
mine dies a noctibus, umbræque a ſolibus ſuperantur, octavæ partis qua-
riam limite diſparato, ut æquinoctia duo, ſolſtitia totidem numerentur.
vero in hunc numerum orbes, ſeu Deus artifex, ſeu Natura prudens
ſuit. Nam primus ac ſummus eſt ἀπλανής. Qui quia ſemper uno ac jugi
nuatus agitur motu, nulli videtur errori eſſe ſubjectus. Sub eo Planeta-
ſunt v. circuli, & Solis ac Lunæ curricula. Nam terra, ut ait Tullius,
a, immota ſemper ſede manet; & ab illorum motibus ſegregata, obſtipo
dere defixa ſubſedit. Additur cauſis, quod in Muſica tonus octavæ partis
ctione conſiſtit per numerum, qui Epogdous nominatur. Iure igitur æ-
n hominis hi numeri temperant: quorum in naturæ totius cauſa poten-
quam colligi duorum altrinſecus ſubductione perſpicimus. Qui numerus
cani clauſit ætatem, hic quoque pleniſſimus intelligitur. quia & ordinem
ralem per analogiæ conſtituit rationem; & ex his partibus conſtat, in
us eſt miranda perfectio, id eſt, XXVIII duplicans in ſummam. Nam I.
inque debemus accipere, ſicuti pro monade decadem. Quinque autem in
ne ſequens ſenarius comitatur, quem ſuperioribus adhærere cognoſcis.
III. perfectus eſt numerus in ſecundo verſu; ſicut eſt in primo ſenarius,
d impletur partibus ſuis, nec abſque hoc alius. Habet autem partes has:
nidiam XIIII. tertiam non habet: Quartam vero habet VII. quinta, ſex-
e privatus eſt. Septimam recipit numeris IIII. octavam, nonam, deci-
m, undecimam: duodecimam, tertiamdecimam ne diſquiras. Quartam-
mam vides in duobus exiſtere: a qua uſque in XXVIII nulla ſubductæ
onis portio reperitur. Omnes ergo partes ejus in ordinem digere, ſimul-
ſubductio, [fort. *ſubducito*] in cumulum primitus poſitum remeabunt.
mque XIIII. VII. IIII. II. I. & XXVIII. congregatio jugata componet.
i ſi perfectus eſt numerus, ut ratio comprobavit, duo perfecti magis fecere
fectum. Non potuit ergo Africanus velut immaturæ mortis queri diſpendia,
a nihil minus eſt vitæ quam ratus numerorum ordo complevit.

Adjungamus huic loco illud quoque de Novenario, quod Tullius ait; *No-
n tibi orbibus connexa ſint omnia*; ut hoc demonſtrato, tutius primi verſus
na ſit diſputatio. Eſt igitur quadratus numerus novenarius, quia ex tribus
ſe triplicatis exoritur, ſicut hæc figura compoſita eſt:



oquo verteris, quadraturam videbis, cuncta ejus latera congruentia, to-
ſque habetur ex totis: quia & initium habet ex tribus, & medium obtinent
es, iidemque finiunt, parteſque ipſius totæ ſunt; quod in aliis nequaquam
meris invenitur. Tres enim, ut ſupra diximus, totus eſt numerus, ſed non
totis ipſe compoſitus. At vero novem & ipſi tribus partibus toti ſunt, &
ſæ partes totæ de tribus. Ex quo mihi videtur Maro doctiſſimus Romanorum
xiſſe illud: [VI. *Æn. v.* 439.]

—— *Novies Styx interfuſa coërcet.*

Ter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

Terra enim nona eſt, ad quam Styx illa protenditur: myſtice ac Platonica dictum eſſe ſapientia non ignores. Nam Poëtica libertate inſerit fontanæ animæ a cælo uſque in terras eſſe decurſum. Nam ſub pedibus ſummi patris, qui diſſipet (hinc dicitur πηγαῖα ſtyx poſita) per omnes circulos fluit, imponens ſingulis velut in curru aurigam, id eſt, vitæ ſubſtantiam, ex qua cuncta viventia originem ſortiuntur, & eidem ſoluta redduntur: manatque illa per cunctas volentes commiſceri, quod ex natura ſit hiulca, interjectu ſui vigoris ſeparat; &, ut ipſe Virgilius loquitur, *coërcet*, ut ſui generis momenta conſervet. Inter cælum & terram novem intervalla ipſe conſideres licet: ſic: Quoniam primi verſus abſolutio novenario numero continetur: neque ipſa decimum circulum natura requirebat. Habes de numeris quod ſine libris in agello potui reminiſci. Sequenti parte ſermonis, etiam ſymphoniam mundi, qua eum perſonare Pythagoras exiſtimat, referemus.


DE CÆLESTIVM ORBIVM SONITV.

Legend. Macrobius lib. II. *in Somnium Scip. cap.* IIII.

SEquitur locus, cum rei obſcuritate, tum expoſitionis a Tullio poſitæ brevitate, difficilis. qui ſub perſonis iiſdem, quas ſupra memoravimus, ſonitum mundi, octo videlicet orbium impulſione concinere, Pythagorei dogmatis aſſertione, perdocuit. Nam terra (ut ait idem) nona, immota ſemper ſede conſiſtens nullo canore concutitur, & velut fundamenti vice circum ſe actis octo curſibus defixa libratur: atque ut in cithara teſtudo, ſic ipſam mundanæ harmoniæ velut machinam præbet. Sed quædam primitus ex Muſica diſciplina tradenda ſunt, quo facilior intellectus exiſtat. Sicut in arte Grammatica articulatæ vocis maximæ ac principales partes edocentur, *nomina* & *verba*; harum autem ſunt ſyllabæ partes, ac litteræ ſyllabarum, per quas in unum collectæ ſignificant aliquid, & in eas rurſus diductæ ſolvuntur: ita canoræ vocis, quæ a Græcis ἐμμελὴς dicitur, & eſt numeris moduliſque contexta, principales portiones habentur συςήματα. Syſtematum vero partes ex certo contracto pronuntiationis exiſtunt; quæ Græci διαςήματα nos *intervalla* nominamus. Diaſtematum vero partes ſunt φθόγγοι, qui *ſoni* Latine dicuntur: Hi ſoni quaſi fundamentum ſunt cantus. Eſt autem ſonorum plurima differentia juxta chordarum intentionem, quæ non, ut libet, efficitur, ſed certa obſervatione numerorum, de quibus mox loquemur. Et acuti quidem ſoni vehementius & citius percuſſo aëre pulſantur; & ubi nimius incitatiorque pulſus eſt, *accentio* vocitatur; *ſuccentio* vero, cum lenior tardiorque pulſatio eſt. Ex accentionibus ratione Muſicæ cantio temperata, *ſymphonia* dicitur. Quam ita definiunt: *ſymphonia* eſt conſonæ vocis continua modulatio. Dicunturque aliæ ſimplices ſymphoniæ; aliæ vero copulatæ. Prima ſymphonia in quatuor primis modulis invenitur: quæ διὰ τεσσάρων a Muſicis appellatur; ſecunda quæ ex quinque primis modulis conſtat, ac διὰ πέντε nominatur. Quibus mixtis in ordinem atque compoſitis, naſcitur ea cantilena, quæ διὰ πασῶν habetur per ἐπόγδοον numerum. Qua veteres Muſici octo tantum chordis utebantur, ad circulorum cæleſtium ſimilitudinem referentes. Tres ſunt itaque ſymphoniæ ſimplices ac primigenæ, διὰ πέντε, διὰ τεσσάρων, διὰ πασῶν, quæ in Tetrachordo, numerorum ratione diſpoſito, reperiuntur. Nam ſi unam chordam, ut libet, intentam ſemel aut iterum verberaris, ſonabit quidem vel grave, vel acutum; conſonantiam tamen habere non poterit, quæ dicitur Symphonia. Huic chordæ ſi alteram jungas diverſa ratione diſtentam; quæ tamen diverſitas analogiæ congruentiam haberet, ſonum vero non irritum aut ſimplicem, ſed qui & aures oblectet, & rationi, de qua loquimur, rite con-

veniat. Tendamus igitur primam chordam momentis ſex, alteram vero
o; comparatio iſtarum chordarum ſymphoniam efficit διὰ τεσσάρων. At ſi
m duobus momentis, aliam tribus intendas, διὰ πέντε ſymphoniam
uſque percuſſione reſonabit. Si vero aliam ſex momentis intorſeris, aliam
decim, dicetur hæc ſymphonia διὰ πασῶν, quam duplicatio ex utraque
erius demonſtrata pepererit.

ed ne confuſius hæc a nobis tradantur, dicam quot modis inter ſe numeri
nparentur. Denique quæ ſit numeris modiſque cognatio, ad efficiendam
ſonantem jugiter cantilenam. Numerus igitur aut διπλάσιος, aut ἡμιό-
ος, aut ἐπίτριτος, aut ἐπόγδοος appellatur. Διπλάσιος, Latine qui dici-
duplex, ſub exemplo ſenarii duodecimi numeri demonſtret, quæ inter ſe
mmæ, ut vides, longius diducuntur. ἡμιόλιος vero propinquior ex duobus
tribus eſt numeris, cum minorem ſummam major alia conlata, media mi-
ris ſuperat portione. Namque vides tres duobus uno anteire numero, qui
noris dimidia pars eſt. Tertia comparationis eſt ratio ex ἐπιτρίτῳ numero,
m ſcilicet major minorem ſummam non medietate minoris ejuſdem, ſed
tia parte progreditur: ut quattuor ad tria ſunt. Quamquam enim uno ſupe-
ntur; tamen hic unus non media portio minoris eſt. ſed tertia videlicet.
όγδοος autem tunc eſſe dicitur numerus, cum major minorem ſummam
tava parte minoris antevenit: ut ſunt novem ad octo: qui cum uno ſimili-
, ut ſuperiores, anteëat, tamen, ut vides, octava pars minoris eſt unus:
a comparatione nullam arctiorem fieri poſſe Arithmetici aſſerunt, vel in nu-
eris, vel in ſonis. Nec enim poſſumus decem ad novenariam ſummam pari
ione conferre, prohibente Epogdoi verſus memorato ſuperius limite. Ex-
ſitis igitur comparationibus numerorum, dicamus quæ cum his ſit ſym-
oniarum ab Harmonica diſciplina conjunctio. Fac igitur tetrachordum ex
s quos proponam numeris temperatum; quorum ſit prior ſenarius perfe-
us, ac ſapiens numerus; ſecundus, octavus; tertius, novenarius; duode-
mus qui eſt, locetur extremus. In his quatuor chordis omnes ſimplices ſym-
oniæ varia chordarum percuſſione naſcuntur. Nam ex intervallo ſenariæ at-
ue octonariæ ſummæ ſymphonia διὰ τεσσάρων efficitur, atque ἐπιτρίτῳ nu-
ero continetur. Qui etiam in duabus, quæ ſunt reliquæ, ſicuti cernis, ap-
ret. Nam duodecim ad novem eodem comparantur ἐπιτρίτῳ, recinuntque
militer ſymphoniam, quæ διὰ τεσσάρων appellatur. At ſi altrinſecus prima
rtiam, item ſecunda & extrema pulſetur, ſymphonia reſonabit, quæ dicitur
ὰ πέντε, ex ἡμιολίᾳ orta ratione. Prima ergo & extrema percuſſæ διὰ πασῶν
ficiunt ſymphoniam, ex *diplaſio* numero conſonantem, cujus umbilicum
ogdous ille contineat, qui octo ac novem videtur inſertus. Hujus igitur figu-
m aſpice Tetrachordi:



At quia non quatuor circulis ſed octo, ut traditum eſt, harmonia mundana
ompacta eſt, non διὰ πασῶν, ſed δὶς διὰ πασῶν ſymphonia concinunt, ex
duo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

duobus velut tetrachordis inter ſe coëuntibus. quorum intervalla doctiſſimus ille Pythagoras oſtendit: qui a terra uſque ad illum verticem, qui dicitur ἀπλανὴς, duodecim ἡμιτονία patere cognovit: quorum diviſio ad dupli convenit rationem, ſi octo ad quaternarium numerum referre volueris. Namque ait a terra ad Lunam τόνον eſſe; a Luna ad Mercurii circulum *hemitonion*; indeque ad Veneris hemitonion: a quo ad Solem tria hemitonia. a Solis autem orbe ad circulum Martium tonon eſſe, a quo ad Iovem hemitonion: indeque ad Saturni, hemitonion; a quo ad Signiferum circulum, ſimiliter hemitonion: ita fieri ut ſex tonis cælum diſtet a terra, duodecim ſcilicet hemitoniis, fierique his traditas ſymphonias. Namque a terra ad Solis circulum *diateſſaron* reboat ſymphonia: a Solis vero ad zodiacum, *diapente*. Totum autem *diapaſôn*, quæ ex duobus primis æque duo ſunt hemiſphæria, ſuperius & inferius, & *diſdiapaſôn* totius mundi ſonitus concinit, XXIIII videlicet hemitoniis: quæ licet ad duplum rurſus accipias. Nam ut octo a quaternario duplo diſtant, ſic XXIIII ab octo. Habent enim eoſdem in ſe & alios totidem duplicatos, quæ dupli natura eſt. Sic ergo per tonos, qui *epogdoâ* ratione conſertim vinctimque miſcentur, efficitur conſonæ jugitatis continua modulatio. *Quam*, ut ait Cicero, *imitati docti & ſapientes, aperuerunt ſibi reditum in cælum.* quod & Muſica diſciplina faciat purgatos animos labe corporea, & imperioſis pateat via carminibus in uſque illum, qui dicitur γαλαξίας, animarum beata luce fulgentem. Verba ergo Ciceronis attende: Dixerat Africanus: *Quis eſt qui implet aures meas ſonus?* Mirifice *implet*. Quid enim eo plenius, aut grandius cogitaveris? qui auditum noſtrum nimio ſono vocis obtundit, & oculos multo lumine caligantes ipſa ſui ſubſtantia cernendi nimietate debilitet? Cui reſponſum eſt: *Hic eſt, qui intervallis disjunctus imparibus.* Quæ ſunt *intervalla?* Quæ, ut dixi, Græci διαςήματα nominaverunt, non locorum, ſed numerorum ſpatia, quæ in metris aures ſenſu metiuntur, diſparibus tamen, ſed non pugnantibus. quod hac ratione quoque probabitur. Quatuor poſuimus ſummas.

II.	IIII.	VIII.	XVI.

Quid tam diverſum? tamen naturalem inter eas cerne concordiam. Duc primam cum extrema. item unam ex mediis in ſeſe, eamdem colligent quantitatem. Bis etenim XVI ducti, XXXII efficiunt. & ſexdecies bini idem colligunt. Medietas vero prima in ſe ducta XXXII colligit. quod faciunt ambæ medietates ſibi confertæ. Namque quater octoni XXXII. & octies quaterni XXXII efficiunt. atque ita naturalis illa unitas congruentiaque ſervatur, dum idem ſunt extrema quod & media; mediumque in ſe verſum extremorum efficiat quantitatem. Quid? quod item notare nos convenit, ad perſpiciendam numerorum inter ſe caritatem. Vt enim prima medietas cum extrema ſumma collecta XIIII efficit; ita ſecunda medietas ſibi complexa atque in ſemet adducta, eamdem, quam modo poſui, exhibet quantitatem. Hæc in Arithmetica diſciplina Proportio, Græce *Analogia* cenſetur: quæ pari crementorum ordine ſic progreditur, ut mediis extrema, primaque conjungat, faciatque eadem, quæ fuerant natura diſcreta. Quam in ſonis quoque cæleſtium circulorum divinitus eſſe ſervatam, doctiſſime Tullius ipſe commendat, dicens: *Qui intervallis disjunctus imparibus, ſed tamen pro rata parte ratione diſpoſitis, impulſu eorum orbium efficitur.* Hæc eſt enim Græce Analogia, quæ numquam in duobus oſtenditur, ſed tribus, & deinceps; ut fiat quotquot ejus eſt proprium: Quantum hoc ad illud, tantum [hoc] illud ad hoc. Nam ut duo prima, quatuor dupli ratione ſuperant; ſic eodem duplo vincuntur ab octo; rurſuſque ſedecim duplo ſuperant octonariam ſummam. Hoc igitur in ſonoro ſervari Muſico & ſcientia profitetur, ut ſic diverſis temperetur vocibus cantilena, ut ipſa fiat rata diverſitas, & concentum perficiat, quicquid abſonum canere videbatur.

Nam

Nam cum, ſicut ipſe nos docuit, ex alia parte acutum perſonet mundus, ex a grave; temperantur hæc mediis, & ita gradatim univerſa miſcentur, ut ſit ceteris vis duorum, acuti ſcilicet atque gravis: ut acuto zodaicus circulus, avi Lunaris, illudque dicatur *νήτη*, hoc *ὑπάτη*, ſono Dorio moveatur. uod in noſtris vocibus quoque animadvertere convenit: in quibus a gravi no in acutum ſurgit accentus: &, ut lingua pulſatus aër, ſenſibile quiddam ribus reddit: ſic circulis impellentibus, atra [fort. *a terra*, vel *alterna: an ra:* ut litteræ ſint tranſpoſitæ] permixtum percuſſione diſſimili editur mun- conſonum melos, Tonis, veluti pedibus, metiendum. Nam Tonus certa enſura eſt cum octava, vel tibia parte dimenſa, vel æris in pondere, vel in libus torquendo, diverſitas numeri rata & pro competenti ſervatur. Nam tibiam cujuslibet longitudinis ſumens, & octava ejus portione deducta ca- rnam imprimas, tonus auditur; ſi ſextamdecimam ex reliqua metiaris, emitonium conſequitur. Itaque cavernis harmoniæ lege diſpoſitis edentur mphoniæ, quas docui per numerorum intervalla congruere. Hoc idem in candis chordis pondera moliuntur, ut inter duas pari habitudine facta ogdoi diſcrimina reſerventur, octavæ partis ſemper acceſſione dimenſa, ex ua, ut dixi, Tonus exiſtit: ſi vero hemitonium tono copulare volueris, xtadecima ponderis parte minor chorda ſiccabitur, atque ita concinentia nſonæ modulationis orietur. Idem in organis, atque in ære ſervabitur; ribus perite judicantibus ſpatia vocum, vel incitatius enuntiantium, vel rdius graviuſque ſonantium. Hinc illa [*Virg. 6. Æn. verſ. 646.*] *ſeptem ſcrimina vocum* exiſtunt, de quibus ait idem Tullius: *Septem efficiunt di- nctos intervallis ſonos.* Quod ſic intelligere convenit, ut aut ſeptem intervalla cto circulos dividant; aut unius, id eſt, Solis, commune ſit melos: ut duo ta tetrachorda quodammodo non hiantia neque diſſona videantur in medio, atque ab imo uſque ad ſummum *diſdiapaſon* jugiter audiendi modulatio can- lenæ.

Scio, Me, vir doctiſſime, reprehendi poſſe in hac temeritatis audacia, qui æc jamdiu ſolis abolita [fort. *ſcholis abdita*, vel *obolita*] non tumultuaria ſed neditata lucubratione digeſſerim. Sed habeant alii ſcientiæ gloriam; mihi pro efenſione ſit ſtudio tuo paruiſſe: quod ita flagras amore diſcendi, ut ea quo- ue inter judicationum tuarum occupationes audire volueris, quæ peritius ipſe ocere alios potuiſti.

M. TVL-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

M. TULLIUS CICERO IN SOMNIO SCIPIONIS,

E lib. VI. *de Rep.*

EIus temporis ancipitem video quaſi fatorum viam. Nam cum ætas tua ſeptenos octies Solis amfractus reditusque converterit : duoque hi numeri (quorum uterque plenus, alter altera de cauſa, habetur) circuitu naturali ſummam tibi fatalem conſecerint , in te unum atque in tuum nomen ſe tota convertet civitas : te ſenatus, te omnes boni, te ſocii, te Latini intuebuntur, tu eris unus, in quo nitatur civitatis ſalus.

EX COMMENTARIO ELIÆ VINETI SANTONIS.

DUoque hi numeri.] *Septem & octo, qui pleni habentur, abſoluti, & perfecti, alter altera de cauſa, & peculiari ſua uterque ratione : quique quod genuerint inter ſe multiplicati, veluti numerum quinquaginta ſex, non poteſt non eſſe plenum, & abſolutum ob eam ſuam plenitudinem, natura res ita comparante, ut nata eorum ingenium referre ſoleant, a quibus procreata ſunt. Cum ergo duo hi numeri circuitu a natura conſtituto, & congeſtu ſuo, definitam annorum vitæ tuæ ſummam confecerint, ac compleverint, tunc in te ſolum, ac in tuum nomen , & cetera. Voluit autem Cicero , litteris multis præditus, plurima variaque ſcientia homo, oſtendere hoc loco, ſe ne Pythagoricæ quidem doctrinæ ignarum eſſe. Pythagoras enim, & ejus ſectatores, in numeris varia quaſi myſteria notaverunt , illiſque virtutes (ait* Gellius *lib.* III. *cap.* X.) *poteſtateſque multas, ac varias attribuerunt. Sic de* Septenario *mirabantur, quod utraque urſa in cælo ex ſeptenis ſtellis eſſet. Quod Vergiliæ (quæ Pleiades Græcis) ex totidem. Quod Planetæ ſeptem. Quod ſeptimis menſibus, & ſignis ſolſtitia fierent , & æquinoctia. Quod Luna quater ſeptenis diebus curriculum ſuum cónficeret. Quod ſeptem in homine, quæ dicuntur nigra membra, lingua, cor, pulmo, jecur, lien, renes duo. Quod ſenſuum in capite ſeptem foramina, unum oris, narium, oculorum, aurium bina. Quod modus adoleſcendi corporis humani ſummus eſſet ſeptem pedes. Quod homini naſcerentur dentes menſes ſeptimo, & ut plurimum anno ætatis ſeptimo exciderent, ac naſcerentur alii. Quod ægris corporibus periculum ſanitatemve ſeptimi dies denuntiarent. Quod Motus eſſent ſeptem, ſurſum, deorſum, ante, pone, ad dexteram, ad lævam, & ad medium.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

lium. Sed ne longior ſim, hæc omnia, & hujuſmodi plura de Septenarii numeri
nitate, & virtutibus, non ſolum ex Macrobio *tibi cognoſcenda, qui ex anti-*
s Pythagoreis multa congeſſit ad eam, quam Cicero *ſignificat, plenitudinem*
tenarii numeri perfectionemque explicandam, ſed etiam ex Hippocrate *De par-*
ſeptimeſtri, & natura partus: ex eodem, & aliis Medicis, de morborum ju-
o: ex Philone Iudæo, Clemente Alexandrino, Aulo Gellio, Cenſorino, Lactan-
, Hieronymo in Prophetam Amos, & Micheam; Auguſtino libro undecimo de
itate Dei, & in Pſalmum ſeptuageſimum ſeptimum: ex Beda, & aliis. De
onario *autem numero idem Pythagoras hoc prædicabat, quod mundum univer-*
s contineret. Cum enim probaſſet, nihil eſſe in rerum natura, quod Muſica
ometria quadam, & convenientia vacare poſſet, univerſam harmoniam Muſi-
, & convenientiam eo numero contineri oſtendebat. Ex octo enim ſonis con-
antia dià pasôn conſiſtit, intraque ſunt conſonantiæ dià teſſàron & dià pénte,
ipſam etiam compoſitæ reddunt dià pasôn. Addebat, ætheris præcipuæ Mundi
tis, & præſtantioris, octo eſſe, quas dixerunt Græci Sphæras: reliquas quatuor
ndi partes, quæ elementa vocantur, ejus numeri dimidium. Denique ut ſemel
am, hanc Macrobius plenitudinis numeri Octonarii rationem affert inſignem,
d corpus ſit ſolidum. Eſt enim cubus octo, atque eorum numerorum, qui cubi,
teſſeræ appellantur, primus. Ipſum lege Macrobium, Marcianum Capellam, &
τ' ἀριθμητικῆς θεολογούμενα.

LATINI LATINI VITERBIENSIS NVMERORVM CYCLORVMQVE CONSIDERATIO AD CICERONIS E LIB. VI. DE REP. SOMNIVM SCIPIONIS.

CVm Phyſica ratione deprehenſum Africanus apud Ciceronem in Somnio affirmarit, Annum magnum, quem *verrentem* appellavit, *annorum quindecim millium curriculo perfici*; quænam vero Phyſica illa eſſet ratio, cujus certo fundamento jacto niſus ego quoque ad difficillimam quæſtionem expediendam pervenire poſſem, diu in longa ac permoleſta noctis vigilia meditatus, nihil ex iis qui eum Ciceronis locum explicandum adhuc ſuſceperunt, reperiſſem, converti me ad eos Chriſtianæ profeſſionis ſcriptores, qui de temporum ratione, multa firmioraque, certa quadam progreſſione prodiderunt: eamque progreſſionem Phyſicam illam veterum ſapientum rationem omnino eſſe interpretatus ſum; qua Africano ſuperſtite majores deprehenderint integram cæli totius converſionem *annorum quindecim millium* ſpatio, non majore, minoreve conſtare. Ex Bedæ igitur de Temporum ratione commentariis, Lunæ cyclum annis decem & novem; Solis vero annorum viginti octo periodo abſolvi comperi; ex his vero in ſe multiplicatis Cyclum majorem produci *annorum quingentorum triginta duorum*, quem Paſchalem Dionyſius Abbas appellavit, quod eo temporis intervallo ſeptem inerrantia ſidera, plena converſione peracta, in eumdem, unde paulatim progreſſa fuerant, revertuntur locum. Quoniam vero ea progreſſione uſus, tamquam plane Phyſica ratione, eo adductus eram, ut non temere ſperarem me ad cæli totius integram converſionem, quæ quindecim millium annorum peracto ſpatio conficitur, pervenire tandem poſſe, dixi intra me: Quid, ſi ego majore Cyclo quingentorum triginta duorum annorum vicies octies multiplicato, experiar quantum proficiam? Intelligebam enim, mihi ſine ullo veritatis periculo in noctis ſilentio quidquid vellem mecum meditari, atque in digitos utcumque mittere licere. Semel igitur, iterumque, ac tertio expertus, intellexi me non longe a propoſito ſcopo aberraſſe. Nam ſupradictorum cyclorum numerum non plures quam centum quattuor annos redundantes inveni, quos peritorum Aſtronomorum erit definire, emboliſmiſne, an alia ratione decoquere oporteat. Ego enim ejus diſciplinæ omnino rudis, nihil audeo affirmare. Hæc autem non facile adducor ut credam, neminem ante me cognoviſſe: ſed in infinita pæne ſententiarum varietate, deſperaſſe ſe poſt tot virorum ſingulari aucto-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
291 F 76

ate præſtantium definitas ſententias quidquam litteris conſignare poſſe, quod
paucisſimis ſatisfaceret. Si qua enim umquam in difficili quæſtione ſenten-
variatum eſt, in hac præcipue factum eſſe neceſſario cogimur confiteri.
ot enim capita, tot varias ſententias numeramus.

Sed veniendum nunc tandem eſt ad id, cujus gratia, quæ ſupra ſcripſi, ſum-
o quidem ſtudio inveſtigata, ſed non ſine errore collecta ſunt: id eſt autem
antum ſit univerſum tempus ab orbe a Deo condito ad natum Redemptorem
ſtrum, Dei & hominis filium Chriſtum Ieſum. Quod autem de Cyclorum
ajorum Dionyſii progreſſione certa comperimus, confirmari maxime poteſt,
eter ea quæ attulimus, auctoritate veteris ſcriptoris, qui *de mirabilibus ſacræ Scri-
uræ* multa tribus libris complexus eſt, exſtantque inter ſancti Auguſtini opera
mo tertio, in Appendicem a Lovanienſibus merito rejecta. Is palam indi-
vit, ſe Britannum, vel Hibernum natione fuiſſe: Quæ ſcripſit autem operæ-
etium eſt hic totidem verbis referre, ex ſecundo libro, capite quarto. Sunt
tem hæc: *Quinto namque cyclo a mundi principio anno centeſimo quarto-decimo,
nerale totius mundi diluvium ſub Noë venit: qui poſt diluvium quadringenteſimo
imo-octavo anno deceſſit. & inde alius incipiens, id eſt ſextus, in octavo ætatis
brahæ anno finitur. & nono ejus anno ſeptimus incipiens, trigeſimo-quinto anno
eſſionis filiorum Iſraël de Ægypto, id eſt, quinquennio ante mortem Moyſi con-
ditur. poſt quem octavus, in quo eſt illud ſignum in Sole & Luna factum, trigeſi-
o-ſexto anno egreſſionis Iſraël de Ægypto incipiens, in trigeſimum-primum annum
ſæ regis Iuda incidit. cujus trigeſimo-ſecundo anno nonus exordium capiens, in quo
aliud ſignum in Sole, Ezechiæ regis tempore, de quo paulo poſt dicemus, factum
itur, centeſimo-octavo anno poſt templi reſtaurationem, quæ ſub Dario facta eſt,
i curſus ſpatium conſummavit; donec decimus inde oriens nonageſimo-ſecundo anno
ſt paſſionem Salvatoris, Aviola & Panſa Coſſ. peractis curſibus conſummatur. poſt
em undecimus a Conſulatu Paterni & Torquati ad noſtra uſque tempora decurrens,
tremo anno Hibernienſium moriente Manichæo inter ceteros ſapientes, peragitur.*
onſtat igitur ex hoc vetere ſcriptore, qui poſt ſancti Auguſtini obitum annis
centis triginta hos Commentarios edidit, atque ante Venerabilem Bedam an-
s centum & amplius, motus cæleſtis initium cum Cyclorum majorem Dio-
yſii (qui ante ipſum pæne centum annis floruit) initio cœpiſſe currere. Con-
rmatur hæc eadem veritas *Georgii Cedreni* ſcriptoris Græci teſtimonio, in hiſto-
arum compendio, qui anno trecenteſimo-ſecundo Sethi, peractam fuiſſe
rimam periodum quingentorum triginta-duorum annorum ab initio creati
eleſtis motus tradidit. Duorum horum teſtium confirmata ſententia, anno-
um Chriſti initium cum initio Paſchalis Cycli a Dionyſio, Beda, & aliis,
ne ulla, quod legerim, ſententiarum diſcrepantia conſtitutum jam ante aliquot
ecula, noverunt omnes qui de ea re aliquid vel leviſſime inveſtigarunt. Hoc
gitur jacto fundamento, quis mihi audeat negare, die quarto creatum firmamen-
um cum Sole, Luna, ac ſtellis, quæ tempora, dies, & annos diſtinguerent
otum, cæli quoque eodem momento creatum fuiſſe? Certe videre nequeo,
ur non neceſſario conſequens ſit, cyclos ſuos Lunam Solemque ſtatim in-
hoaſſe cum motu: quod, quia veriſſimum eſſe cogimur confiteri, eadem qua
upra, progreſſione uſus ſum, id eſt certiſſima ratione Phyſica, ad uſque na-
um Chriſtum eiſdem Cyclis tam minoribus quam majoribus univerſum ab
rbe condito tempus concludi oportere, quantumcumque illud tempus metiri
uis, id eſt prorogare, aut coartare velit. Si igitur cum cæli motu cycli cœpe-
unt currere, quid nam venire in mentem potuit *Mariano Scoto*, cur initium
quarti Cycli decemnovalis Lunæ anno quarto vitæ Adami aſſignandum puta-
it? quod mihi abſurdiſſimum viſum eſt; & cum ratione Phyſica ita pugnat,
t nemo tam ſtupidus ſit, quin videat id fieri nullo modo poſſe. Quid enim?
ceſſavit ne cæli neceſſarius motus, an aliquo ſecretiore myſterio anni trium
cyclorum *quinquaginta ſeptem* in hoc temporis ſpatio præmittendi, aut ſilentio
condemnandi ſunt? Eumdem autem Scotum cum Dionyſio, Beda, & aliis

